del colegio de ... de ...

# IVRIS CANONICI SEV PONTIFICII PARTITIONES,

## In quinque libros digeſtæ.

SYNTAGMA SPECIALE TOTIVS *eccleſiaſtici iuris futuræ.*

SCHOLIIS ET ANNOTATIONIBVS illuſtratæ;

*QVIBVS FONTES, VNDE HAVRIVNTVR, AD diſcentium faciliorem intelligentiam, & vt prouectioribus ſit ſatisfactum, non ſine ingenti vtilitate indicantur, & paucis multa explanantur; & quæ antiquo obtinuerunt iure, quæve nouo receptiora ſunt, in quantum expedit ſcire ad maiora properantibus.*

AVCTORE PETRO GREGORIO THOLOSANO I. V. D. Profeſſoreque Publ. in Academia Pontimuſſana Auſtraſiana Lothoringica, & olim in Cadurciana & Tholoſana Gallicis celeberr. & in Senatu Tholoſano cauſarum Patrono.

*Cum Indice trigemino, titulorum, rerum & verborum.*

Editio noua & emaculata.

*Cum Priuilegio Cæſar. Maieſt. ad decenn.*




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 9.ª C. 58 N. 1.º

Ex Officina Paltheniana,
*Cura & ſumtibus Petri Fiſcheri.*
Anno M. D. XCV.

# IVRIS CANONICI SEV PONTIFICII PARTITIONES,

## In quinque libros digeſtæ.

SYNTAGMA SPECIALE TOTIVS *eccleſiaſtici iuris futuræ.*

SCHOLIIS ET ANNOTATIONIBVS illuſtratæ;

*QVIBVS FONTES, VNDE HAVRIVNTVR, AD diſcentium faciliorem intelligentiam, & vt prouectioribus ſit ſatisfactum, non ſine ingenti vtilitate indicantur, & paucis multa explanantur; & quæ antiquo obtinuerunt iure, quæve nouo receptiora ſunt, in quantum expedit ſcire ad maiora properantibus.*

AVCTORE PETRO GREGORIO THOLOSANO I. V. D. Profeſſoreque Publ. in Academia Pontimuſſana Auſtraſiana Lothoringica, & olim in Cadurciana & Tholoſana Gallicis celeberr. & in Senatu Tholoſano cauſarum Patrono.

*Cum Indice trigemino, titulorum, rerum & verborum.*

Editio noua & emaculata.

*Cum Priuilegio Cæſar. Maieſt. ad decenn.*



DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
Æ. 9.ª C. 58 N. 1.º

Ex Officina Palthenians:
*Cura & ſumtibus Petri Fiſcheri.*
Anno M. D. XCV.

# TITVLORVM PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII. INDEX SECVNDVM SERIEM

*& ordinem conſequentem librorum.*


*Lib. 1.*

1 De generali collectione iuris pontificii.
2 De iure canonico.
3 De rerum diuiſione.
4 De eccleſia ſiue templo.
5 De fide Catholica
6 De ſacramentis.
7 De baptiſmo.
8 De ſacramento confirmationis ſeu chriſmatis.
9 De ſacramento euchariſtiæ.
10 De ſacramento pœnitentiæ.
11 De extrema vnctione.
12 De ſacramento matrimonii.
13 De ſacramento ordinis.
14 De reliquiis Sanctorum.
15 De ſepulturis, & cæmeteriis.
16 De hoſpitalibus & eleemoſynis.
17 De indulgentiis & remiſſionibus.
18 De ieiunio.
19 De feriis, & diebus feſtis.
20 De precibus eccleſiaſticis & horis canonicis.
21 De officio diuinæ Miſſæ.
22 De prædicatione verbi Dei.
23 De oblationibus.
24 De primitiis.
25 De decimis.
26 De peculio clericorum.
27 De præbendis ſeu beneficiis eccleſiaſticis.
28 De inſtitutionibus.
29 De electione.

*Lib. 2.*

1 De perſonarum cōſideratione ratione ſexus
2 De diuiſione ſeu diſtinctione perſonarū ratione ætatis.
3 De diuiſione perſonarum ex ſtatu natiuitatis, & ciuilis adiectionis.
4 De ſtatu libertatis & ſeruitutis perſonarum.
5 De Paganis, Iudæis & Agarenis.
6 De hæreticis.
7 De ſchiſmaticis.
8 De Chriſtianis laicis.
9 De perſonis eccleſiaſticis.

*Lib. 3.*

1 De pactis.
2 De voto.
3 De tranſactionibus.
4 De mutuo.
5 De vſuris.
6 De commodato.
7 De precario & precariis.
8 De depoſito.
9 De pignoribus.
10 De verborum obligationib.
11 De Fideiuſſoribus.
12 De literarum obligationib.
13 De obligationibus ex conſenſu.
14 De emtione & venditione.
15 De rerum permutatione.
16 De locatione.
17 De ſocietate.
18 De mandato.
19 De donationibus.
20 De ſponſalibus.
21 De matrimoniis & nuptiis.
22 De teſtamentis.
23 De ſucceſſionibus ab inteſtato.

*Lib. 4.*

1 De criminibus in genere.
2 De delictis in ſuſcipiēdis ordinibus eccleſiaſticis commiſſis.
3 De delictis clericorum in ordinibus ſuſceptis, ratione perſonæ a qua ſuſcipiuntur.
4 De delictis clericorum circa modum cōſecrationis ordinum.
5 De delictis quæ committuntur a clericis poſt ſuſceptos ordines in miniſterio & exſecutione eorum.
6 De delictis clericorum circa celebrationem Miſſæ.
7 De clericis delinquentibus circa beneficia eccleſiaſtica.
8 De delictis clericorum circa mores & modum viuendi.
9 De iniuriis.
10 De furtis & raptoribus.
11 De crimine falſi.
12 De ſortilegiis.
13 De homicidio.
14 De adulteriis.
15 De pœnis.
16 De ſententia excommunicationis.
17 De interdicto eccleſiaſtico.

*Lib. 5.*

1 De iudiciis.
2 De officio iudicis.
3 De officio legati.
4 De arbitris.
5 De officio & poteſtate iudicis delegati.
6 De in ius vocando.
7 De libelli oblatione.
8 De exceptionibus.
9 De accuſationibus, inquiſitionibus, & denuntiationibus.
10 De probationibus.
11 De teſtibus.
12 De fide inſtrumentorum.
13 De iureiurando.
14 De ſententia & re iudicata.
15 De appellationibus.

# INDEX TITVLORVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM, IN QVO PRIMVS

*numerus, librum; ſecundus titulum denotat.*


A

de Accuſationibus, inquiſitionibus & demonſtrationib. lib. 5. tit 9.
Adulteriis 4.14
Appellationib. 5.15
Arbitris 5.4

B

de Baptiſmo 1.7

C

de Chriſtianis laicis 2.8
Clericis delinquentibus circa beneficia eccleſiaſtica 4.7
Commodato 3.6
Crimine falſi 4.11
Criminibus in genere 4.1

D

de Decimis 1.25
Delictis clericorum in ordinibus ſuſceptis ratione perſonæ a qua ſuſcipiũtur 4.3
Delictis clericorum circa modum conſecrationis ordinum 4.4
Delictis quæ committuntur a clericis poſt ſuſceptos ordines in miniſterio & exſecutione eorum 4.5
Delictis clericorum circa celebrationem Miſſæ 4.6
Delictis clericorũ circa mores & modum viuendi 4.8
Delictis in ſuſcipiendis ordinibus eccleſiaſticis cõmiſſis 4.2
Depoſito 3.8
Diuiſione ſeu diſtinctione perſonarum ratione ætatis 2.2
Diuiſione perſonarum ex ſtatu natiuitatis & ciuilis adiectionis 2.3
Donationibus 3.19

E

de Eccleſia ſiue templo 1.4
Electione 1.29
Emtione & venditione 3.14
Extrema vnctione 1.11
Exceptionibus 5.8

F

de Feriis, & diebus feſtis 1.19
Fide Catholica 1.5
Fide inſtrumentorum 5.12
Fideiuſſoribus 3.11
Furtis & raptoribus 4.10

G

de Generali collectione iuris põtificii 1.1

H

de Hæreticis 2.6
Homicidio 4.13
Hoſpitalibus & eleemoſynis 1.16

I

de Ieiunio 1.18
Indulgentiis & remiſſionibus 1.17
Iniuriis 4.9
In ius vocando 5.6
Inſtitutionibus 1.28
Interdicto eccleſiaſtico 4.17
Iudiciis 5.1
Iure canonico 1.2
Iureiurando 5.13

L

de Libelli oblatione 5.7
Literarum obligationib. 3.12
Locatione 3.16

M

de Mandato 3.18
Matrimoniis & nuptiis 3.21
Mutuo 3.4

O

de Oblationibus 1.23
Obligationibus ex conſenſu 3.13
Officio diuinæ miſſæ. 1.21
Officio & poteſtate iudicis delegati 5.5
Officio iudicis 5.2
Officio legati 5.3

P

de Pactis 3.1
Paganis, Iudæis & Agarenis 2.5
Peculio clericorum 1.26
Perſonarum cõſideratione ſexus 2.1
Perſonis eccleſiaſticis 2.9
Pignoribus 3.9
Pœnis 4.15
Præbendis ſeu beneficiis eccleſiaſticis 1.27
Precario & precariis 3.7
Precibus eccleſiaſticis & horis canonicis 1.20
Prædicatione verbi Dei 1.22
Primitiis. 1.24
Probationibus 5.10

R

de Reliquiis Sanctorum 1.14
Rerum diuiſione 1.3
Rerum permutatione 3.15

S

de Sacramentis 1.6
Sacramento confirmationis, ſeu chriſmatis 1.8
Sacramento euchariſtiæ 1.9
Sacramento matrimonii 1.12
Sacramento ordinis 1.13
Sacramento pœnitentiæ 1.10
Schiſmaticis 2.7
Sententia & re iudicata 5.14
Sententia excommunicationis 4.16
Sepulturis & cœmeteriis 1.15
Societate 3.17
Sortilegiis 4.12
Sponſalibus 3.10
Statu libertatis & ſeruitutis perſonarum 3.4
Succeſſionibus ab inteſtato 3.23

T

de Teſtamentis 3.22
Teſtibus 5.11
Tranſactionibus 3.3

V

de Verborum obligationibus 3.10
Voto 3.2
Vſuris 3.5






# SYNTAGMA SPECIALE TOTIVS IVRIS ECCLESIASTICI, IN QVINQVE LIbros digeſtum,

A PETRO GREGORIO THOLOSANO, I. V. D. DECANO ET PVBL. PROfeſſore in Academia Pontimuſſana.

## DE GENERALI COLLECTIONE *a* IVRIS Pontificii.

### TITVLVS PRIMVS.

*Materiæ ſedes.*

*a* De hac collectione generali tractatur etiã apud Gratianum *1. 2. 3. diſtinct. in procœmiis Decretalium, Sexti Clementinarum & Extrauagantium.* De collectione Iuris ciuilis, in titulis. *de Nouo Cod. fac. 1. de Iuſtinianeo Cod. conf. de vet. iur. enucl. in procœmio Inſtitutionum Iuſtiniani, in l. 2. §. Iuris ciuilis cum Parag ſequentib. de orig iur. P.*

### CAPVT PRIMVM.

*Initium, progreſſusque iuris Pontificii, & authores qui illud compoſuerunt.*

1 CVM omnes res, poſtquam eſſentiam acceperint, bene etiam eſſe, in eoque ſtatu conſeruari, & poſtremo finem, ad quẽ factæ vel creatæ ſunt aſſequi deſiderent: homini creaturarum omnium principi, *a* & rebus omnibus præſtantiori, *b* eadem veluti innata nemo negabit, cu-

A ius gratia Deus mundum creauit, ipſum autem ſuæ dignitatis, & cultus fecit participem, ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam conditum, & ſanctiſſima ſua inſpiratione in animam viuentem viuificatum. *c* Cæterum quemadmodũ a principio ad periodum vſque, gradus quidam medii ſunt: ita neque res ſtatim, vt conſtitutæ vel natæ ſunt, ſuum perfectionis finem aſſequuntur,
B ſed cum tempore ad illum peruenire ſatagunt, interdum tamen ad illum non perueniunt, & aberrant, vt aliquando viribus deſtitutę. & veluti morbis interceptæ, iter cœptum perficere nequeant. Hæret tamen illis adhuc deſideriũ quoddam naturale conſequẽdi, quod ob impedimenta non poſſunt, vt facile ideo remedia, quæ ea ſubmouere valeant, admittere poſſint. Hominem † Deus creatum, *d* vt eſſet be- 2
C ne ſi voluiſſet, in medio Paradiſi liberæ voluntatis & ſui arbitrii conſtituit, Iuſtitia originali, quæ illi pro auxilio ſupernaturali erat, ornatum; per quam vt mens hominis Deo ſubdebatur, ſic etiam eidem ſubiiciebãtur omnes vires inferiores. At ipſe cum eſſet factus rectus, *e* ſe immiſcuit infinitis vanis cogitationibus, & mortis iter ingreſſus errorum tenebris inuolutus, a fine

vero viiſque rectis aberrauit, eoque mo-
do ſtatus eius ex optimo peſſimus, corru-
ptionique & interitui factus eſt obnoxius.
Tunc quærenda fuerunt remedia, quibus
lapſus reſtitueretur, & reſtitutus a caſu in
poſterum prohiberetur, erectus cõſerua-
retur. Non defuit ei tunc eius præſtantiſ-
ſimus figulus & opifex, qui iuſtitiam cum
miſericordia exercens, dũ eum a volupta-
tis horto expulit, pro remediis & alexi-
pharmacis præcepta ſalutaria ei præſcri-
pſit, vel menti eius inſinuauit, quibus vi-
tam emendare, inſtituere, obfirmare, & ad
finem propoſitum a quo declinarat, ſi vel-
3 let, facile conuerti poſſet. Ea præcepta per
manus & traditione, a parẽtibus primis in
poſteros principio tranſmittebãtur, cor-
dibus non literis deſcripta, admonẽte di-
uina naturaliq; indita a Deo hominibus ra
tione, vnde & lex naturæ dicta fuit, *f* quam
& cum Noaco iam pene peccatis deletam
ex mentibus Deus renouauit. *g* Rurſum
4 & tempore Moſis, verbis conceptis ſcri-
pturam exaratam publicauit, *h* eumque
Moſem ac nomophylacem & populi ſui
ducem delegit, conteſtatus populum, ne
ſinguli, quod rectum ſibi videretur, face-
rent, ſed ſecundum eam legem, *i* in qua, &
præcepta pertinentia ad vtramque homi-
nis partem, corpus & animam, cõtineban-
tur, vtriuſque partis a Deo habuit iuriſdi-
ctionem Moſes. Poſt illũ Ioſuas, & ſenio-
res, *k* qui & dicti Iudices *l* vſque ad tempus
Samuelis, a quo populus excutiens iugum
Dei, petiit dari ſibi regem, qui eum more
aliarum nationum iudicaret, *m* & tunc
quodammodo ſeparata fuit pontificalis
ſeu ſpiritalis a temporali & regia poteſtate.
Remanſit autẽ præcipua ſacerdotalis, cu-
ius & auctoritate vngebãtur reges & pro-
phetæ. *n* Conuenit & tandẽ rurſus vtraq;
poteſtas in Domino noſtro IESV CHRI-
STO pontificalis & regia, ipſe enim vere
ex ſemine regio & tribu Iuda, & rex *o* & ſa-
cerdos *p* verus homo & ſimul Deus in vna
hypoſtaſi, *q* cum omni poteſtate in cœlo,
in terra, in corpus, in animam. *r* Hic legem

A reformauit antiquam, nouam perfectio-
rem inſtituit, in omni ſapientia & pruden-
tia, vt notum faceret nobis ſacramentum
voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum
eius quod propoſuit, in eo, in diſpenſatio-
ne plenitudinis temporum, &c. *s* Nec ta-
men ipſe, cum in hoc ſeculo viſibiliter in- 5
ter homines conuerſaretur, de ſingulis,
quæ nũc obtinent diſpoſuit, eo quod tum
Neophyti in fide lacte potius quam ſoli-
B do cibo egerent. Quamobrem a viſibili
præſentia abiturus, curam & ſolicitudi-
nem regendi Eccleſiam diſcipulis & apo-
ſtolis commendauit, & vicarium in terris
D. Petrum conſtituit, *t* dedit autem præ-
ſulem & ducem ſuæ Eccleſiæ ſpiritum ſan-
ctum. *v* Poſt aſcenſionem quoque domi- 6
ni in cœlum, iuxta mandata eius, Eccleſia
ſeu congregatio fidelium, cœpit regi du-
ctu ſpiritus ſancti, ſedente D. Petro cum
C apoſtolis. *x* Cœperunt & aliæ leges poni,
*y* ex quibus ſuperſunt ſcripti canones apo-
ſtolorum, *z* & traditiones apoſtolicæ, per
manus a maioribus in nos perductæ. *aa*
Mortuis apoſtolis, eodem ſancto dictan- 7
te ſpiritu, in locum D. Petri & apoſtolo-
rum & diſcipulorum, ſubrogati alii epiſ-
copi, qui alias leges pro occurrente rerum
& perſonarum ſibi commiſſarum neceſ-
ſitate, præſcripſerunt: & ſi quid ad vniuer-
D ſalem ſtatum Catholicæ religionis perti-
nere videretur, Oecumenicis etiam con-
ſiliis determinarunt, cõuocatis præcipuis
viris ex Chriſtiani nominis locis, & in pro-
uinciarum cauſis conciliis prouincialibus,
conuocatis præſtantioribus eius prouin-
ciæ viris, vſi ſunt. Legum † prædicatarum 8
per ipſum dominũ IESVM CHRISTVM,
fuerunt ex parte in Eccleſia ſancti ama-
E nuẽſes & ſcribæ quatuor, Diui, Matthæus,
Marcus, Lucas, & Iohannes, quædam au-
tem non ſcriptæ in conſuetudine Eccleſiæ
remanſerunt cuſtoditæ. *bb*

Canones apoſtolorum collegit D. Cle- 9
mens Romanus, ſucceſſor D. Petri, & co-
mes ſeu ſcriba D. Pauli, & in octo redegit
libros, ex quibus quædam aliqui improbi
deprauarunt, *cc* vt etiam non abſtinue-
runt aliquando a corruptione ſacrarũ li-
terarum. *dd*



10 Fuit † alia collectio nomine iuris pon-
tificii & canonum authenticorum, conti-
nens, ex declaratione Leonis Papæ 4. ca-
nones apoſtolorum, & ſynodorum, Ni-
cenæ, Ancyranæ, Neocæſarienſis, Gan-
grenſis, Antiochienſis, Laodicenſis, Con-
ſtantinopolitanæ, Epheſinæ, Chalcedo-
nenſis, Africanæ, Carthaginenſis, & regu-
las ſummorum Pontificum, Sylueſtri, Cy-
ricii, Innocentii, Zozini, Celeſtini, Leo-
nis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſ-
dæ, Simplicii, & Honorii Iunioris, additæ
Decretales epiſtolæ & ſanctiones Roma-
norum præſidum, *ff* & alia concilia. *gg*

11 Collectionem † canonum maiorem &
fecit Iſidorus Hiſpalenſis, *hh* quæ incipit a
canonibus apoſtolorum vſque ad conci-
lium Hiſpalenſe ſecundum, ſecutus ordi-
nem temporum & prouinciarum.

12 Poſtea † Burchardus epiſcopus Vuor-
macienſis, Othonis 3. & Henrici 2. Baua-
ri Imperatoris temporibus, Canonum ſeu
Decretorum, illam edidit compilationem
librorum 20. quos per materias diſtribuit,
rerum non temporum ſecutus rationem.

13 Hunc † imitatus Iuo Carnotenſis epi-
ſcopus, duas collectiones fecit canonum
ſeu ſanctionum Eccleſiaſticarum, & Con-
ciliorũ, additis etiam legibus quibuſdam
ciuilibus in ſuffragium deciſionum, vnam
maiorem, quæ Panormia, aliam minorem,
quæ epitome prioris, abſolute Decretum
nominatur, quam quidam tribuunt Hu-
goni Cathalano abbreuiatori Iuonis.

14 Collectiones † quoq; alio ordine feciſ-
ſe dicuntur Creſconius, Anſelmus, Deus-
dedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui
ſuum opus Polycarpum inſcripſit.

Poſtremus Gratianus ordinis Benedi-
ctini, Monachus S. Fœlicis Bononienſis,
natus Claſſæ vel Ginza ciuitate Thuſciæ
tempore Eugenii 3. ſummi Pontificis an-
15 no 1151, *ii* Decretum † quod habemus
compoſuit, quod concordiam diſcordan-
A tium appellauit canonum; eoque præter
alios quæſtiones in vtramque partem ex
canonibus excuſſit & diſputauit. In his ve-
ro quædam apponuntur, quæ nomine Pa-
leæ dicuntur, quibuſdam quidem Paleæ
dictæ, quod leuioris ſint aut nullius aucto-
ritatis in illis poſita, quod tamen falſum.
Aliis τὰ παλαιὰ, quod antiqua ſint, & ex an-
tiquis codicibus deſcripta omiſſa ante in
B tranſcriptis. Aliis a Quota Palea Cardina-
li: *kk* Aliis autem a dictione πάλιν dicun-
tur illa capita inſignita, quod fuerint re-
petita.

Gregorius 13. ſummus † Pontifex an- 16
no ſui pontificatus vndecimo, dominicæ
vero incarnationis 1582. emendatum de-
cretum Gratiani approbauit, eique addi
ſine ſummi pontificis licentia vetuit.

Apud Græcos † vltra electionẽ cano- 17
C nũ Clementis, Phocius Patriarcha Con-
ſtantinopolitanus, librum νομοκάνονα vel
προκανόνα, appellatum edidit, diſtinctum
14. titulis, quaſi breuiarium & indicẽ ca-
nonum receptorum. *ll*

Sigiſmundus † quoque Bonæfidius, ex 18
iure Orientali libros duos Imperatorum,
& tertium Patriarcharũ Græcorum con-
ſtitutionum, & quædam conciliorum ca-
pita collegit.

D Superiores † porro iuris Canonici cõ- 19
pilatores, promiſcue collegerũt ſacrorum
conciliorum ſanctiones, & reſcripta ſum-
morum pontificum, & legum ciuilium ad
rem tractatam pertinentia capita: fuerunt
& alii, quorum collectionis argumentum
fuit, quorundam conciliorum per ſum-
mos pontifices relatorum, & reſcripta &
ſanctiones, tantum ſummorum præſulum
Romanorum conſarcinare.

E Poſt vero † Gratiani compilationem, 20
conſtitutiones & Decretales epiſtolas per
diuerſa ſparſas volumina, collegit in vnum
volumen Bernardus Præpoſitus, & tan-
dem epiſcopus Papienſis, eaſque in quin-
que libros digeſſit ſub titulis idoneis. Se-
quutus poſtea Gilbertus, qui breuiori &
elegantiori ſtylo, eodem tamen fere or-

dine, additis conſtitutionibus, poſt Bernardi compilationem editis, coniunctionem compoſuit aliam.

Tertia collectio facta ab Alano: Quarta per Bernardum Compoſtellanum, dicta Romana, eo quod is tunc Romæ moraretur.

Quinta cōpoſita eſt à Petro Beneuentano, ex epiſtolis tantum Innocentii 3. eiuſque iuſſu facta & auctoritate eadē confirmata & recepta; vnde Decretales Innocentii 3. vel compilatio Innocentii 3. dicitur. Sexta fuit collectio conflata per Ioannem Galenſem, ex duabus Gilberti & Alani, & dictæ iſtæ Decretales mediæ ſeu ſecundæ.*mm*

Poſtrema eſt illa quæ Gregoriana eſt, qua vtimur, compoſita præcipue ex compilatione Papienſis & Innocentii 3. ex Iſidori, Burchardi Iuonis, Creſconii, Anſelmi, Deus dedit, Gregorii presbyteri cōpilationibus per Raymundum Capellanum & Pœnitentiarium Gregorii. 9. ſummi pontificis, *nn* eiuſdem iuſſu qui probauit; vnde Decretales dictæ Gregorii. Platina tamen in Honorio 3. ait Honorium 3. qui prædeceſſor fuit Gregorii 9. decretales epiſtolas etiam compilaſſe.

Cum vero † quædam conſtitutiones
21 eſſent omiſſæ, & fuiſſent aliæ poſt Gregorium 9. editæ, iterum alia compilatio ſequuta eſt dicta Sexti Decretalium, auctoritate donata per Bonifacium 8. eius nominis Pontificem; factaque eius iuſſu, per Guilielmū Archiepiſcopum Ebredunen. Berengarium Epiſcopum Biterenſem, & Magiſtrum Ricardum de Senis, Sanctæ Romanæ eccleſiæ Vicecancellarium. *oo*

Iiſdem rationibus aliæ conſtitutiones poſtea compilatæ a Clemēte V. Pontifice Maximo, quæ fuerunt a Ioanne eius ſucceſſore editæ, nomine Clementinarum.*pp*

Acceſſit † poſtremo aliud volumen,
22 quo vagantes conſtitutiones, nec ſuperioribus inſertæ, continentur; vnde Extrauagantes dicuntur priores, Ioannis 22. cōſtitutiones ab eo editæ; aliæ dictæ cōmunes, quæ a diuerſis Pontificibus poſt collectionē libri ſexti editæ & euulgatæ fuerūt.

S c h o l i a.

a *l. in pecudum, de vſur. re. §. in pecudum. de rer. diuiſ. apud Iuſtinianum.*
b *l. Iuſtiſſime, de Ædil. edict. P.*
c *Geneſ. c. 1. & 2. Eccleſ. c. 16. c. hæc imago. 33. q. 5.*
d *Geneſ. c. 2.*
e *Deus creauit hominem rectum.*
f *c. 1. diſt. 1,*
g *Geneſ. c. 9.*
h *Exod. c. 19. & ſeqq. vſque ad 25. & alibi.*
i *Deuter. c. 12. verſ. 8. c. Moyſes. 7. diſtin. c. libenter. de conſecr. diſtin. 1. Huic legi acceſſionem fecerunt prophetica dogmata, quæ continentur in Veteri teſtamento. c. firmiter. §. hæc ſancta. de ſum. Trinit. & fide cathol. C.*
k *Ioſuæ. c. fi. verſ. 31.*
l *liquet. ex libro Iudicum.*
m 1. *Reg. c. 8.*
n 1. *Reg. c. 10. & 16. & 2. Reg. cap. 2. & 3. Reg. c. 11. & c. 19. & c. vni. §. in veteri teſtamento. de ſacra vnct. lib. 1. Decret. tit. 15.*
o *Eſai. 62. verſ. pen. D. Matth. c. 21. verſ. 5. D. Iohan. Euangeliſt. c. 12. verſ. 15.*
p *Ad Hebræ. c. 5. Pſal. 109. verſ. 5.*
q *in Symbol. Chriſtiano. Athanaſ.*
r *D. Iohan. c. 1. D. Matth. c. fi. verſ. 18. ita morborum corporis & animæ medicum. D. Matth. c. 4.*
s *Ad Epheſ. c. 1. verſ. 8. & ſeq.*
t *D. Iohan. Euang. c. fin. verſ. 15. ibi.* paſce oues meas, &c.
v *& Actor. 1. D. Iohan. Euang. ca. 14. verſic. 15.*
x *Act. c. 5. & 6.*
y *Act. 15. verſ. 6. & ſeq.*
z *apud Clementem Romanum & alios.*
aa *de quibus D. Paulus ſcribit ad Theſſal. c. 2. verſic. 5.* Itaque fratres tenete traditiones, &c. *& priore ad Corinth. ca. 11. verſic. 34. ibi,* cætera cum venero diſponam, &c.





bb *multa enim fecit & dixit Dominus* Iesvs, *quæ nec ſcripta ſunt, nec ſcribi potuerunt, D. Iohan. Euang. c. fi. verſ. fi.*
cc *vide de auctoritate, defenſione & teſtimonio librorum conſtitutionum apoſtolicarum & Clementis Carolum Bouium epiſcopum Oſtunenſem in prolegomenis, quæ edidit in conuerſionem eius operis a ſe factam.*
dd *2. epiſtola diui Petri c. 3. verſu. 16.*
ee *c. de libellis. 20. diſt. horum canonum epitome fuit excuſa Moguntiæ an. 1525. & creditur fuiſſe Creſconii Nomocanon.*
ff *c. ſi Romanorum. 19. diſti.*
gg *c. ſancta. 16. diſt. c. 1. & ſeq. 15. diſt.*
hh *Trithemius in ſcriptoribus. vide quæ diximus de hoc & ſequentibus, li. de Arte iuris. c. 8. & Vincentiū hiſtoriarum li. 23. c. 31. & lib. 25. c. 84. Antoninum parte 3. hiſt. tit. 18. c. 6.*
ii *Sic habetur in Chronico quod inſcribitur Pomerium eccleſiæ Rauennatis, quod ſeruatur in Vaticana bibliotheca Romæ, idem Hugo antiquus interpres ait ad c. poſt appellationem, ad §. forma 2. q. 6. niſi quod referat ad annum Domini* 1150. *aitque fuiſſe editum eius decretum docente Iacobo Bononienſi in legibus & Alexandro in Theologia, qui fuit poſtea Papa Alexander, Trithemius Abbas lib. 2. de viris illuſtribus, ordinis S. Benedicti, ait Gratianum decretum compoſuiſſe an. domini* 1127. *ſed forſan de incoatione operis loquitur. Quidam Eugenio 3. tribuunt decreti Gratiani confirmationem, quidam negant, tamen verius eſt in ſcholis plenam fidem facere, vt ait Panor. ad c. 2. de reſcrip. niſi quatenus continet rubricas & paleas. vide Iohan. Andræ. in addition. ad Speculato. §. fi. tit. de diſputationibus & allegationibus.*
kk *de his nos plura, & de has inſcriptione multa d. li. de iuris arte c. 8. vide.*
ll *a quo tamen cauendum, ne in errorem incidas: nam is Phocius an. Domini. 858. conſilium habuit contra Nicolaum 1. ſummum Pontif. ex quo tempore Conſtantinopolitana Eccleſia a Romana palam diſceſſit, ſpiritus ſancti proceſſionem a ſolo patre defendens, impie ſcripſit & libros contra ſedem apoſtolicam, vt ait Zonaras. lib. 3. Meminit Platina in Nicolao, Phocium hunc Bulgares in fide deturbaſſe, donec a Nicolao miſſis epiſcopis, & presbyteris, qui Bulgaros in fide inſtruerent, pulſus eo loco fuit.*
mm *Tancredus in princ. decretalium Innocentii 3. vide Hoſtien. in proœmio decretal.*
nn *in proœmio decretalium. cur autem poſt principia aliquorū capitum eius compilationis ponatur & infra, aperuimus in lib. de iuris arte. num. 14.*
oo *in proœmio Sexti decretal. §. nos ad apicem.*
pp *vt videre licet fuſe in proœmio Clementinarum.*

## C a p v t II.

*Præſtantia & vtilitas iuris Pontificii.*

SVnt porro in iam conſignatis voluminibus iuris pōtificii, præcepta publicata vniuerſis, ad inſtituendam veram Chriſtiani vitam, ad conſeruandam inſtitutam, & ad adipiſcendam felicitatem: ſuntque conſultiſſima dogmata, quæ ad vtramque hominis corporalem & ſpiritalem partem regendam ſufficere videntur; vt etiam ſolo iure pontificio, ſeu deciſionibus Eccleſiaſticis ſolis, ſine iuris ciuilis alterius, quam tranſcripti & approbati in corpore iuris pontificii, ope, negotia terminari poſſe omnium Chriſtianorū dictum fuerit. *qq* Abundat ibi materiarum, deciſionum ſolida & Chriſtiana reſolutio, a multis imperatorum, principum & hæreticorum quidem impetita telis, ſed tandem victrix & recepta. In hoc iure habemus iuris diuini & humani perfectam Epitomen, declarantur & quæ obtinuerunt, quæ in diſſuetudinem abierunt antiquata, & quæ nunc

tenenda, ſequenda, fugienda, puniendave, & quomodo ſunt: cum ea authoritate, vt & principes ſeculares in his quæ Eccleſiis competunt, conſtringat. *rr* Diuinarum & humanarum item rerum cognitionem exhibet, & voluntatis Dei & eius iuſtitiæ exponit mandata, virtutum omnium pædagogia, veritatem dubiorum vt aperit: laudem apud Deum & homines, Doctoribus, Studioſis, & regulas eius ſequentibus, præbet; vt in ſumma ad hoc ius diſcẽdum, & vtilitas & neceſſitas omnes impellat, maxime adultos & mala a bonis diſcernẽtes. At cum iuris naturalis ignorantia ſit damnabilis, iuris tamen ciuilis & canonici in quibuſdam excuſatur, in aliquibus minime, *ss* excuſatur quidem aliquando a tanto, ſed non a toto. *vv.*

SCHOLIA.

qq *c. ſuper Specula. 28. lib. 5. decretalium, titulo 34.*

rr *c. ſolitæ. 6. de maior. & obed. lib. 1. tit. 34. c. ſignificaſti, de Elect. lib. 1. tit. 6. vide. Extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed. in extrau. com. tit. 8. lib. 1. leges ſeculares non dedignantur ſacros ſequi canones. c. fi. de Secun. nup. vide ad hæc ſingulariter. c. ſuſcipitis & ea quoniam idem mediator 10. diſtinctione.*

ss *quænam excuſent vel non vide capit. fin. prima. quæſt. 4.*

tt *c. ſi quis dederit. 34. q. 1. c. quemadmodum. 32. q. 7. c. quæro. 6. q. 1.*

vv *c. turbatur. 1. quæſt. 4. cap. presbyterum. 28. diſtinct.*

# DE IVRE CANONICO *a* TIT. II.

*a* De iure Canonico tractatur in genere, apud Gratianum 3. *diſt. Et in prooœmio Decretalium.*

CAPVT I.

1. *Definitio nominis iuris canonici, & eius ſynonyma, Canonicum.*
2. *Pontificium.*

DICIMVS hoc ius, de quo futura nobis diſputatio, canonicum, *a* aliquando diuinum, *b* aliquando eccleſiaſticum, aliquando pontificium. Primum nomen a regulis iuris definitis tractum eſt; eſt enim κανὼν regula: ſeu a præceptis quibus certo modo, veluti regula aut norma actus diriguntur. *c* Eccleſiaſticum dicitur ratione materiæ & perſonarum eccleſiaſticarum, quæ potiſſimum hoc iure reguntur. Pontificium ab authoribus, ſacris antiſtitibus, qui & pontifices, ex quorum authoritate hoc ius vim & ſanctionem habet.

SCHOLIA.

a *c. quod clericis. 9. de foro comp.*

b *c. 1. iuncta Glo. 1. 23. q. 7.*

c *c. canon. c. regula 3. diſt. Iſidor. 6. Etymolog. c. 16. vide alia apud nos quæ diximus lib. de arte iuris. c. 8. num. 3. adde quod ait Lucian. in Harmonide.* ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ ϗ ὀρθοὶ κανὼν τοῦ τοιούτου. *id quod eſt caput omnis virtutis, gnomon vt aiunt & regula, & rurſum idem in Scytha.* τοῦτό σοι ἑλληνικὸς κανών *id eſt, hæc tibi Græcanica regula. penſiones canonis inter vectigalia, dicuntur etiam, quæ certam habent & regulatã ſingulis annis præſtationem, vt abunde docemus lib. 3. Syntag. c. 5. extant & tituli de canone vrbis Romæ lib. 11. c. tit. 22. de canone Largitio. lib. 10. c. tit. 20. & ſimiles alii. Dicuntur & epiſtolæ canonicæ, principum publicæ apud Caſſiodor. lib. 11. Variar. c. 23. & canonicaria fides, lib. 2. c. 8. & canonici ſolidi, iuſti & regulati ponderis, lib. 2. c. 25. & canon Telonei & canon Tranſmarinus. lib. 5. c. 39.*

CAPVT II.

*Definitio rei.*

IVs enim canonicum dicitur, *a* ius poſitiuum, quod a ſummis Pontificibus Eccleſiæ Catholicæ traditum, *b* conſtitutum, *c* vel approbatum fuit; *d* niſi enim vnum illorum ſtatuto adſit, legis vim non habet, cum ſolius principis ſit legem generalem condere, abrogare & interpretari.



tari. *e* Ius dictum quaſi iuſtum, ius genus, lex iuris ſpecies. *f.*

SCHOLIA.

a *Vide quæ diximus lib. de arte iuris, cap. 8. num. 1.*

b *Quædam enim in iure hoc tradita, quæ excerpta ex ſacris ſcripturis, & ſacris conciliis, repetita ſunt, vt in can. ſignificaſti, 4. de electio. cano. ſancta Romana, 15. diſtinct.*

c *Vt ſunt Decretales epiſtolæ, reſcripta, conſtitutiones ſummorum Pontificum.*

d *Vt in cap. ſignificaſti, de maior. & obedien. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, 10. de conſtitutio. lib. 1. titu. 2. ſic approbatæ compilationes decretorum & decretalium, de quibus antea diximus, a Gregorio XIII. comprobatæ decretales Sixti, in concilio Lugdunenſi, Clemẽtinarum, in concilio Viennenſi, extrauagantium, ab aliis Pontificibus. Noſtra enim merito facimus quibus omnis ex nobis impartitur authoritas, vt ait Iuſtinia. in l. 1. verſic. omnia enim, de veter. iur. enuclea. C.*

e *Vide l. 1. & fin. de legib. in Pandect.*

f *can. ius generale, 1. diſt. c. ius dictum, 12. de verbor. ſignificatio. Iuſtin. l. ius ciuile, 6. §. 1. de iuſtit. & iur. P. Plato 8. de repub.*

CAPVT III.

*Diuiſio ſeu partitio prima iuris Canonici.*

CONSTAT hoc ius, ſcripto & non ſcripto. *a* Ad ius ſcriptum pertinent, authoritates ſacræ paginæ, concilia Eccleſiaſtica, ſanctorum Patrum ſententiæ relatæ & probatæ, conſtitutiones principum Eccleſiaſticorum & ſecularium, *b* decreta ſeu decretales epiſtolæ. *c.*

SCHOLIA.

a *Quidquid in Eccleſia Catholica tenetur, aut authoritas eſt ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certe particularis & propria inſtitutio. can. Catholica, 11. diſtin. Diuidunt iura ſua Græci & Latini, in ſcriptum & non ſcriptum, §. conſtat, & §. & non ineleganter, de iure natura. apud*

b *can. ſi in adiutorium, 10. diſt. citantur ſæpe in decretorum libro iura ciuilia, vt in can. non autem, can. ſi quis non dicam, de pœnit. diſt. 1. can. propter ſuperfluam, 22. cum ſequentib. 2. q. 6. & alibi.*

c *can. in Canonicis ſcripturis, & tota 19. diſtinct.*

CAPVT IIII.

*De ſcriptura diuina.*

AD ſacra Euangelia & Apoſtolica ſcripta, & reliqua quæ legis diuinæ ſunt, iura Pontificia, vt nautæ ad Cynoſuram reſpiciunt, neq; quicquam aduerſus ſacram paginam admittere, conditorum canonum eſt intentio. *a.*

SCHOLION.

a *Vide fuſe totam duodecimam diſtinctionem.*

CAPVT V.

*Concilia Eccleſiaſtica quæ dicta.*

CONCILIA Eccleſiaſtica, alio nomine & ſynodi Græcis dicuntur: Latinis, coitiones fidelium. Concilii nomen conſultationem cum reſolutione indicat: Synodi, ipſam tantum proprie congregationem ob concilium exquirendum & concludendum, vtraque tamen appellatione promiſcue vtimur. *a.*

SCHOLION.

a *Vide can. 1. & 2. cum gloſ. 17. diſtinctionis, quæ ad concilia requirantur.*

CAPVT VI.

1 *Conciliorum ſpecies, vniuerſalium.*
2 *Prouincialium.*
3 *Epiſcopalium.*
4 *Monaſticorum.*
5 *Poſteriorum efficacia.*

CONCILIORVM Eccleſiaſticorum ſpecies quatuor. Prima, conciliorum generalium, *a* quæ ad regulas conſtituendas vniuerſo orbi, & per ſingulas eius par- 1

tes, prout exigit neceſſitas, congregantur; vnde œcumenica dicuntur, in quibus repræſentatur Eccleſia vniuerſalis: ad quæ etiam prælati ex vniuerſo orbe congregantur, auctoritate ſummi Pontificis, qui in illis præſidet, vel eius nomine, eiuſdem legati. Alioquin nec legitima, nec rata ſunt, *b* niſi poſtea per eundem ſummum Pontificem probentur. *c.*

2 Secunda ſpecies eſt conciliorum prouincialium, quæ coguntur ab Archiepiſcopo, vt a capite ſuæ prouinciæ, conuocatis Epiſcopis eiuſdem prouinciæ, *d* qui venire tenentur, vel excuſationem mittere legitimam, *e* eaque obſeruare.

3 Sunt in tertia ſpecie Synodi Epiſcopales, ad quas Epiſcopi vocant ſuæ diœceſeos ſibi ſubditos clericos, *f* & curam animarum habentes preſbyteros. *g.*

4 Quarta ſpecies eſt conciliorum ſeu congregationum quas ineunt alicuius ordinis monachi vel religioſæ perſonæ, ex præpoſitorum ſuorum auctoritate. *h.*

5 Cæterum concilia prouincialia, epiſcopalia, monachorum, nullo modo diſponere poſſunt contra decreta generalium conciliorum, recepta ab Eccleſia. *i* Habent & ſingula concilia prædicta ſuos limites, extra quos non imperant: vt prouincialia, ſuas prouincias: epiſcopalia, ſuas diœceſes: monaſtica, ſuorum ordinum perſonas & negotia, quibus decreta mandant ſeruari, dummodo non aduerſentur canonibus conciliorum generalium, vel conciliorum per generalia receptorum. *k.*

S C H O L I A.

a *De decretis quatuor conciliorum generalium, in can. 1. ſicut, can. ſancta, 15. diſtin. in can. ſancta, can. ſexta, can. ſeptuaginta, can. viginti, 16. diſt. l. cognoſcere, 7. §. ſequentes, l. nos reddentes, 8. §. ſuſcipimus, C. de ſumma Trinitate, & fid. Cathol. nouel. 131. c. 1. De aliis decretis aliorum conciliorum in can. ſicut, §. quintum, can. ſancta, & ſequentib. 15. diſtin. cano. ſancta, can. ſexta, can. prima, can. vlt. ibidem.*

b *Tota 17. diſt. vide & decimamquintam, decimamſextam & quinquageſimam.*

c *Vt liquet ex tota decimaſexta diſtinct.*

d *De prouincialium conciliorum conuocatione tota 18. diſtinct.*

e *can. non oportet, can. Epiſcopus, 18. de pœna vero ſi non venerint, ponitur in can. ſi quis Epiſcoporum, eadem 18. diſtinct.*

f *Clem. 1. vbi ratio, de ſenten. excommun. cum maius ſit prouinciale cōcilium quam ſingularis prælati prouinciæ ac iudicium, vide can. habeantur, 18. diſt. integrum quod plurimorum ſententiis comprobatur, pro quo can. de quibus, 20. diſt.*

g *cap. quod ſuper, de maior. & obed. c. prudentiam, de offic. delegat.*

h *De quibus in c. in ſingulis, c. ea quæ, de ſtat. monach. & in extrauag. Benedicti 12. ad Monachos nigros, cap. ſtatuimus, & cap. rurſus.*

i *Vt expreſſe cautum eſt can. 1. 18. diſtinct.*

k *Quæ concilia recepta ſint, & quæ non, docebit te tota 16. diſtinct. Gratiani.*

## C A P V T VII.

*Vtilitas conciliorum.*

EXPEDIT Reipublicæ Chriſtianæ, haberi frequenter hæc concilia, ad tollendas hæreſes, ad mores reformandos, ad ſopienda ſchiſmata, ad corrigendos abuſus, ad tranſigendas contentiones & lites, cum in orbe toto, tum etiam in ſingulis prouinciis, & per ſingula monaſteria. *a* Synodorum quippe intermiſſio multorum malorum cauſa in Eccleſia Dei exſiſtit.

S C H O L I O N.

a *Quando habendæ ſint ſynodi, neceſſitas primum docebit: deinde concilium Baſilienſe in Pragmatica ſanctione, titulo de authoritate ſacrorum conciliorum, & ibi gloſ. de conciliis prouincialibus & Epiſcoporum, can. 2. 4. cap. propter Eccleſiaſticas cauſas, can. habeatur, 18. diſt. can. vtinam, 76. diſtinct. de modo habendi ſynodum, & de ceremoniis, viden. Burchard. in fine decretorum, c. fin. & nouella Iuſtinia. 137. c. 1. 4. 5. & nouel. 123. de ſanctiſ. epiſcop. c. 10. & canon. apoſtol. 36. cap. 1. ſynodi Nicænæ. cap. Iuſtinia. in cap. 1. nouel. 137.*



## C A P V T VIII.

*Patrum ſententiæ.*

SANCTORVM patrum ſententiæ, non omnes pro legibus habentur, ſed tantum illæ, quæ a iuris Pontificii auctoribus ad hunc finem ſelectę & probatæ fuerunt. *a* Alioquin ſanctorum quamuis patrum interpretationes, non præponderant canonum ſtatutis. Aliud enim eſt habere doctrinam interpretandi, aliud definiendi, & determinandi habere poteſtatem.

S C H O L I O N.

a *Explicantur hæc in principio 20. diſt. per Gratianum, & in can. noli meis literis, & can. negare, & can. noli frater, vbi & alia ratio 9. diſt. Ceſſante tamē diſpoſitione iuris, dicta Sanctorum adduci in probationem poſſunt, vt notat Panor. ad can. Apoſtolica, de his quæ fiunt a maior. parte capit. & ad can. certificari, de ſepultur.*

## C A P V T IX.

1 *Conſtitutio quid.*
2 *Et formulæ diuerſæ eius.*
3 *Epiſtola.*
4 *Decretum.*
5 *Edictum.*
6 *Sanctio.*

1 CONSTITVTIO eſt, quod vel ſummus Pontifex, vel Imperator, vel Rex, vel alius princeps ſtatuit, vel edixit. *a.*

2 Conſtitutionis principis ſpiritalis vel ſecularis, tres modi præcipui: per epiſtolam, per decretum, per edictum. *b.*

3 Epiſtola dici poteſt ſcriptum aut reſcriptum, per quod principis voluntas exprimitur, vt pro lege ſit. *c.*

4 Decretum quando pro tribunali negotio cognito, quod ibi decreuit princeps, in ſimilibus pro lege haberi vult. *d* Hinc epiſtolæ decretales vim legis habent. *e.*

Edictum, eſt generalis conſtitutio principis, aliquid iubens vel prohibens. *f.* 5

Sanctio fit, ſi legis tranſgreſſoribus grauis aliqua vel capitalis pœna imponitur. *g.* 6

S C H O L I A.

a *can. conſtitutio, 2. diſt. §. ſed quod principi, de iure natura. l. 1. C. de conſtitutio. princip.*

b *d. §. ſed quod principi placuit, & l. 1. §. 1. de conſtitutio. princ. lib. 1. P. tit. 4.*

c *Huius generis fuerunt plures epiſtolæ SS. PP. Leonis, Clementis, Gregorii, Innocentii, & aliorum, ex quarum capitibus, ſelectæ ſunt reſolutiones, vt ex reſcriptis ad particularium petitiones, ſic & in iure ciuili, leges conflatæ ex epiſtolis & reſcriptis principum: vt ex epiſtola D. Pii ad Ælianum ſcripta, l. 2. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris. P. §. ſed & dominorum, eo. tit. apud Iuſtinia. ex epiſtola Adriani, l. fi. C. de conſtit. §. ſi plures, de fideiuſſo. apud Iuſtinia.*

d *Vt in l. nec quicquam, 9. §. vbi decretum, de officio proconſul. l. 1. P. titu. 16. eſt & decretum conſtitutio ſummi Pont. cum concilio Cardinalium ad nullius conſultationem edita, ſecundum gloſſ. in princ. 3. diſt. & Decium ad rub. de conſtit. in 2. lectura, num. 4.*

e *can. ſi Romanorum, 19. diſt. c. in cauſis, 19. de ſenten. & re iudic. lib. 2. decret. tit. 27. dicitur & decretalis epiſtola, conſtitutio Pontificis ad alicuius conſultationem promulgata.*

f *vt in l. 3. C. de legi. in l. hac edictali, C. de ſecund. nup.*

g *Vt in §. ſanctæ quoque res, de rer. diuiſ. apud Iuſtin. l. ſanctio legum, de pœnit. P. vide Sextum Pompeium in verbum* ſanctum. *Olim leges ſacra ſanctione firmatæ, deuouebant caput tranſgreſſoris morti, vt liceret cuique huiuſmodi impune occi-*

*dere: exempla legis apud Barnabam Briſſonium lib. 2. de formulis & ſolemnibus populi Romani verbis. Sanctionis etiam nomine, omnis principis lex contineri poteſt, l. vnica. C. de nouo codic. facien. gloſ. ad Clemen. 2. ad verb. ſanctioni, de vita & honeſtat. clerico.*

## Capvt X.

1 *De iure Pontificio non ſcripto.*
2 *De conniuentia.*

1 IVs Pontificium non ſcriptum, in conſuetudine recepta conſiſtit Eccleſiæ Romanæ, *a* & in ſtylo curiæ eius. *b*.

2 Et ſæpe quoque conniuentia inſtar eſt iuris. *c*.

### Scholia.

a *can. nolite, can. Eccleſiaſticarum, 11. diſtinct. tota 12. diſtinct. 1. ad Corinth. cap. 12.*
b *cap. ex literis, de conſtitution.*
c *cap. cum iam dudum, de præbend.*

## Capvt XI.

1 *Conſuetudo quid.*
2 *Et mos.*

1 COnsvetvdo, eſt ius moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. *a* Interdum & conſuetudo legem interpretatur, corroborat & abrogat, *b* conſuetudo pro moribus probatis: alioquin improbi, quantumuis longo vſui innixi, nomine corruptelæ dicendi. *c*.

2 Mos, eſt longa conſuetudo, de moribus tantummodo tracta.

### Scholia.

a *can. conſuetudo, 1. diſt. l. de quibus, 32. cum tribus ſequent. de legibus in P. l. 1. & 3. quæ ſit long. conſuet. C. lib. 8. titu. 53.*
b *Notat gloſ. in l. fin. quæ ſit long. conſuet. gloſ. in §. ex non ſcripto, de iure natur. & ita conſuetudo, eſt aliquando ſecundum legem, quandoque præter legem, quandoque contra legem. de conſuetudine contra legem, in can. illa, 12. diſtinct. c. fin. de feriis. cap. 2. de obſerua. ieiunior. verum contra ius diuinum non tenet, contra vero ius poſitiuum tenet, ex ratione locali quæ diuerſa ſit a iure communi. vide cap. 1. de conſtitutio. in Sexto. c. tanto, & ibi notata, eod. titu. apud Gregor. vt quæ in illud cap. fuſe ſcripſit Rochus de Curte, ſectio. 51. exſtant tituli videndi de conſuetudine, lib. 1. Decretal. titu. 4. & in Sex. lib. 1. titu. 4. & lib. 1. extrauagantium communium. Conſuetudinis non tanta alioquin authoritas, vt vincat rationem aut legem, cap. cum conſuetudinis. 9. de conſtitut. can. ſit ſancta, can. illud, can. diuturni, can. conſuetudo, can. nos conſuetudinem, can. quemadmodum, 12. diſtinct. can. in his, 11. diſtinct. neque ſine ratione valet contra ius canonicum, can. conſequens, 11. diſtinct. atque in præſcribenda conſuetudine contra rationem iuris ſcriptam vel ius canonicum, requiruntur quadraginta anni; cap. vt litigantes, de officio ordinar. in Sexto. vide cap. ſuper eo, de cogna. ſpirital. facit cap. cum de beneficio, de præbend. in Sexto. gloſ. in cap. fin. de conſuetud. in Sexto.*
c *cap. fin. de conſuetud. can. mala conſuetudo, 8. diſtinct. can. conſtitutiones, 10. diſtinct.*

## Capvt XII.

1 *Conſuetudinis diuiſio & generaliſſima quæ.*
2 *Generalis.*
3 *Localis.*
4 *Specialiſſima.*

COnsvetvdo, vel eſt generaliſſima, veluti vniuerſi orbis, *a* vel generalis, quam non ſolum ciuitas, ſed & prouincia ſeruat. *b*. 1. 2





3 Vel ſpecialis ſeu localis, quæ in aliquo pago, vel in aliqua tantum ciuitate locum habet. *c*.

4 Vel ſpecialiſſima, quæ eſt ſeruata ab aliquo patrefamilias. *d*.

### Scholia.

a *Vt in can. Eccleſiaſticarum, can. Catholica, 8. xj. diſt.*
b *Vt in c. ex tuarum, de author. & vſu pallii, cap. cum Eccleſia, de electio. vide l. de quibus, de legib. in P.*
c *Vt l. venditor, §. ſi conſtat, commun. prædior. P. cap. venientes, de iureiurand. l. ſi de interpretatione, de legib. Pand.*
d *l. vel vniuerſorum, de pignor. actio. cum ſimilib.*

## Capvt XIII.

1 *Stylus quid.*
2 *Et eius, & conſuetudinis conſideratio.*

STylvs eſt formula, qua vtuntur curiales aulæ Romanæ in reſcriptis, vel aliis negotiis expediendis. *a*.

Conſuetudinis & ſtyli duplex conſideratio: vniuerſalis & particularis. Vincit conſuetudo particularis, rationalis & probata, in loco vbi eſt, generalem, propter ſingulares naturales rationes, quæ in loco ſingulari magis ſunt vtiles. *b* Idem in ſtylo particulari dicendum.

### Scholia.

a *cap. cum in cauſis, de ſentent. & re iudic. Stylus proprie Graphium, quo ſcribebatur olim in tabulis: vnde translatiue pro ſcripto, vel cuiuſque ſoluto more, dictio vſurpatur. Inde liber ſtylus, in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in l. fin. C. quæ res vendi non poſſint. Stylus & proprie appellari poterit conſuetudo quæ reſpicit ordinem loquendi, ſcribendi vel procedendi: cum conſuetudo abſolute reſpiciat deciſionem. Barthol. in l. de quibus, de legib. Ioannes Andreas, & text. in c. quam graui, de crimin. falſi. Contra ſtylum, factum improbatur in l. ſacri afflatus, de diuerſ. reſcript. C. & ſtylus poteſt allegari in deciſionibus, quando ius non eſt in contrarium, cap. literas, de iuramento calumniæ. vide Panorm. ad cap. ex literis, de conſtitutio. vbi pro lege habetur ſtylus, & ibi notant interpretes, & cap. 2. de præbend. in Sex. Felin. ad cap. 2. num. 16. de reſcript.*
b *cap. 1. de conſuetud. in Sext. ſic ſtatuta municipalia variant, ob diuerſas morum rationes, & vt Plutarch. ait in Themiſtocle,* ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά. καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σώζειν καὶ κοσμεῖν. *id eſt*, ô hoſpes, leges differunt hominum: alia enim aliis honeſta & pulcra. Honeſtum autem omnibus domeſtica conſeruare & ornare. *Vide exempla apud Polybium lib. 8. Æmilium Probum, in proœmio vitarum Imperatorum.*

## Capvt XIIII.

1 *Alia iuris Pontificii diuiſio.*
2 *Ius commune & corpus iuris, & quæ extra.*

EX ſuperioribus, alia iuris Pontificii oritur diuiſio, ius commune, & ſingulare ſeu ſtatutorum. *a*.

Commune dicimus, quod in corpus iuris tranſlatum eſt. *b* Corpus porro iuris Pontificii conſtat voluminibus, decreti Gratiani, Decretalium Gregorii, Sexti decretalium, Clementinarum, extrauagantium communium, & Ioannis 22. Extra corpus iuris alia ſunt, quibus vtimur aliquando, veluti regulæ cancellariæ, *c* Pragmatica ſanctio, concordata inter ſummum Pontificem & Regem Galliarum, ſtatuta & conſuetudines locorum, & aliæ decretales, quæ iuris corpore non continentur. *d*.

### Scholia.

a *cap. cum dilectus de constitution. c. 1. eo. tit. in Sex.*
b *cap. paſtoralis, de fide inſtrum. §. fin. de reſeruatio. in Pragma. ſanctio.*
c *De regularum cancellariæ auctoritate tractat Ioannes Franciſc. de Pauinis, in procem. extrauagan. nos quoque, & de Pragmatica ſanctione libro de iuris arte, cap. 8. num. 8. 9. 10.*
d *Secundum quas & iudex iudicare poteſt, ſi iuri ſint conſona, c. paſtoralis, 8. de fide inſtrum. lib. 2. decr. titu. 22.*

B

## Caput XV.

1 *Poſitiones iuris.*
2 *Et materia ſubiecta.*

1 IVRIS huius ſunt duæ poſitiones, publicum & priuatum. Publicum quod
C ad ſtatum reipublicæ pertinet: priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem. *a* Publicum & ſacrum continet. *b*.

2 Tractat ius canonicum, de rebus diuinis & humanis. De diuinis, exempla, vt de fide Catholica, de hæreſi, de ſacramentis, De humanis, vt de contractibus, de teſtamentis, & ſimilibus.

### Scholia.

a *Ex Vlpian. in l. 1. §. 1. de iuſtit. & iur. P. ex* D
*§. penult. eod. titu. apud Iuſtinia.*
b *Proxime citatis iuribus, de materia ſubiecta iuris agitur.*

## Caput XVI.

1 *Vnde iura Pontificia.*
2 *Et quis ea condat.*

1 EX malis moribus ortæ ſunt leges bonæ, quæ eos emendarunt, *a* latæ vel E
approbatæ a ſummis Pontificibus. *b*.

2 Cardinales autem etiam ſede vacante leges generales condere non poſſunt, *c* particularem tamen inter ſibi ſubditos poterunt ferre, non aduerſantem genera-

A libus. Legatus ſummi Pontificis: *d* Patriarcha in Patriarchatu: *e* Archiepiſcopus in ſua prouincia: *f* Epiſcopus in ſua diœceſi. *g*.

### Scholia.

a *cap. nam concupiſcentiam, de conſtitutio.*
b *cap. propoſuit, de conceſſio. præbend. Clemen. 2. vt lite penden. cap. 2. de præbend. in Sexto. cum ſacerdotio legis quoque condendæ poteſtas translata fuit, c. translato, de conſtitutio. c. ſignificaſti, de election. can. ſunt quidam, 15. q. 1.*
c *cap. vbi periculum, 2. §. idem quoque, & ibi gloſ. ad verbum* intromittant, *de electio. in Sexto. c. 1. & ibi gloſ. ad verba, ſede vacante, de ſchiſmat. in Sexto. tractat. fuſe Sebaſtia. Medicus, prima parte tractatus de legib. & ſtatutis, quæſt. 10. de Legato, q. 11. & de Patriarcha quæſtio. 12. de Archiepiſcopo, quæſt. 13. de Epiſcopo, quæſt. 14. de Abbatibus, quæſt. 15. de capitulo quæſt. 16.*
d *Hoſtienſis in Summa de officio legat.*
e *can. conqueſtus, 9. quæſt. ſecunda.*
f *can. quod dicitis, 16. diſtinctione.*
g *c. fin. de conſtitutio. in Sex. c. nouit, de iudic.*

## Caput XVII.

*Qui vti debeant hoc iure.*

HOc iure vti debent omnes Chriſtiani, in ſcholis, & in iudiciis: *a* nec liberum de illo ſtatuere, ſed ſecundum illud iudicare oportet. *b*.

### Scholia.

a *In prœmio Decretalium: fortiora enim ſunt iura Pontificia legibus ciuilibus, maxime in cauſis Eccleſiaſticis, cap. penult. & fin. de ſecund. nupt. c. 1. & cap. fin. de conſtitut. cano. lege Imperatorum, & can. certum eſt, & can. conſtitutiones, 10. diſt.*

b *can.*



b *can. erit autem lex. §. fin. cum ſeq. 4. diſt. c. 1. & cap. ne innitaris, de conſtitutio. can. ſi quis ſuadente diabolo. §. committunt. 17. quæ. 4. l. 2. C. de crimin. ſacrileg. l. minime. 23. de legib. P. exemplum pone in pœnitentia. cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitentiis, in blaſphemia. in cap. ſtatuimus, de maledic. in materia iuramenti, cap. cum contingat, de iureiurando. cap. licet, & ca. 1. eod. tit. in Sext. & in aliis quæ fauorem animæ reſpiciunt, & cauſam peccati, c. nouit, de iud. can. nos inter, de purg. can. cum ſimilib.*

## Caput. XVIII.

*Finis iuris.*

FInis vltimus iuris Pontificii, eſt dirigere animas ad Deum. *a* Ad eum finem curat emendari vitia, & bene viuendi regulas præſcribit, *b* diſciplinam Eccleſiaſticam inſtituit, conſeruat, *c* audaciam humanam coercet, vt tuta ſit bonorum innocentia, *d* finem litibus imponit, *e* fraudibus occurrit, *f* præcipit facienda, prohibet mala & illicita, permittit interdum quædam, ne deteriora ſequantur. *g* Et in ſumma, docet, honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuũ cuique tribuere: quæ ſunt iuris tria præcepta præcipua. *b*

### Scholia.

a *Gloſſ. ad can. cum contingat, de iureiur. ca. vt animarum. de conſtitut. 25. in Sex. in procem. Decretal.*
b *Can. prodeſt. quæſtione quinta.*
c *ca. ca. & ca. regula 3. d. ca. factæ ſunt autem leges. 4. d.*
d *can. 1. & 2. & can. factæ. 4. d. cap. non fruſtra. 23. q. 5.*
e *cap. finem litibus, de dolo & contumac. titulo de præſcrip. l. 1. C. de nouo co. facien. cum ſimilib.*
f *Vide c. quia propter, de electionib.*
g *c. priuil. §. f. & c. fin. 3. diſtin. l. 1. & l. legis virtut. 7. de le.*
h *c. 1. verſ. ideoque. in Procem. Decret. §. iuris præcepta. de iuſti. & iur. l. iuſtitia. 10. c. iuris præcepta, eo titul. in P. officior. & 3. de finib. nos de his præceptis. etiam libr. 2. præludiorum.*

## Caput IX.

1 *Materia iuris pontificii.*

1 OMne ius † quo vtimur, vel ad res, vel ad perſonas, vel ad actiones, ſiue actus earum pertinet. Agamus primum igitur de rebus.

### Scholia.

a *In lege 1. de ſtatu hominum. § final. de iure natural. gent. & ciuil.*

# DE REBVS ET EARVM Diuiſione.

## *a* Tit. II.

a Agitur de Rerum diuiſione. *libr. 2. Iuris ciuilis. tit. 1. libr. 1. P. tit. 8.*

## Cap. I.

*Appellatio rei quid contineat.*

REi appellatio, quæ in patrimonio noſtro, & quæ extra ſunt, continet *a* iura & cauſas. *b*

## Caput II.

1 *Diuiſio rerum prima in corporales & incorporales. 2. Et quæ ſint. 3. Quomodo diſtinguantur. 4. Materia & forma quid. 5. Corpora ſimplicia & compoſita. 6. Res mobiles, immobiles, & ſe mouentes.*

1 REum diuiſio † vna generalis, vt aliæ corporales, aliæ ſint incorporales: *c* illæ ſunt, iſtæ eſſe intelliguntur. *d*

2 Corporales ſunt, † quæ ſui natura tangi poſſunt, quamuis actu interdum non tangantur, veluti, fundus, homo, veſtis, & ſimilia, quæ conſtant dimenſionibus, longitudine, & profunditate. Viſibiles ſunt corporales, inuiſibiles incorporales, quas intelligibiles dixit Plato. *f* Incorporales, *g* quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt, quæ in iure conſiſtũt, vt hæreditas, *h* vſusfructus, *i* obligationes, *k* & ſimilia.

3 Res corporales,† per exteriores terminos,& ſenſibus comprehendũtur: Incorporales, intimis proprietatibus, mente & intelligentia diſcernuntur.

4 Vtriſque materia & forma, † ſed magis proprie corporalibus. Materia, id eſt, ex quo aliquid fit: *m* forma, tranſmutationum cauſa & effectrix, *n* quæue diſtinguit res luce ſua.

5 Corporum rurſum,† alia ſimplicia, alia compoſita. Inter corpora ſimplicia, Phyſici annumerant, elementa pura, terram, aërem, aquam, ignem, & corpus æthereum. Compoſita dicuntur, mixta ex ſimplicibus elementis prædictis, vel compacta ex elementatis. Faciuntque iuris vtriuſq; nomothetæ, ad faciliorem rerum diſtinctionem duas compoſitiones corporum, phyſicam ſeu naturalem, & artificalem. Phyſica ſunt, cum continentur vno ſpiritu, ſeu admixtione vnius nominis, vt lapis, homo, & ſic de ſimilibus. Artificialia quãdo diſtantia natura, inter ſe cohærent, vt ædificium, nauis, & ſimilia, vel quando diſtantia non cohærent, ſed congregata vnum nomen ſortiuntur tertium, vt in grege, populo, & collegio, *o* & capitulo, & ſimilibus liquet.

6 Subdiſtinguemus iterum † res corporales, in mobiles, ſe mouentes, & immobiles. *p* Mobiles per ſe non mouentur, niſi per aliud, vt lapis. Se mouentes per ſe mouẽtur, vt animal. Immobiles nec per ſe, nec per aliud moueri poſſunt, vt res ſoli, & quæ ſolo immobiliter adhærent, *q* vel deſtinantur: vt mancipia ruſtica, coloni, *r* qui pars fundi cenſentur. *s*

7 Fructus etiam † quandiu non fuerint a ſolo ſeparati. *t* nam ſeparati inter mobilia, annumerari par eſt. *v* Annumerantur & inter immobilia, cenſus perpetui, annonę ciuiles, *x* quæ exemplo rerum immobilium Eccleſiaſticarum alienari vetãtur ſine ſolemnitatibus, *y* quæ & eſt inter alias *z* inſignis inter mobilia & immobilia differentia.

S c h o l i a,

a *l. rei appellatio. 5. de verb. ſignific.*
b *l. rei appellatione, de verborum ſignificat. in l. verbis 120. eod. tit. P. l. 1. §. 1. de reb. cred. lib. 1. P. tit. 1.*
c *Caius l. 1. §. quædam, de rer. diuiſ. libr. 1. P. tit. 8. §. 1. 2. 3. eo. tit. apud Iuſtin.*
d *De hac rerum diuiſione Cicero in Topicis.*
e *Vt Caius d. l. 1. de rerum diuiſ.*
f *Plato 6. de republ. & in Phœdone.*
g *Iam dicta lege prima, §. quædam.*
h *leg. 50. de petitio. hæred. P.*
i *l. 1. & 2. de vſufruct.*
k *§. 1. de obligat.*
l *Plotinus lib. 4. Enneadis Sextæ c. 11.*
m *l. adeo §. cum in ſuo, de acquir. rerum domin. P.*
n *dicta l. adeo. §. inſulam, de acqui. rer. l. Iulianus. §. ſi quis rem, ad exhib.*
o *rerum mixtura 30. de vſucap. libr. 41. P. titul. 3. vide quæ dixi libro 1. Syntag. iuris. cap. 8.*
p *l. a diuo Pio. §. in condemnatione, de rei iudica. P. l. mouentium, de verborum ſignificatione.*
q *l. 1. & 3. de acquir. poſſ. vide l. fundi. 18. §. Labeo. l granaria. 19. de actio. emt. P. & quæ diximus. libr. 1. Syntag. cap. 9. numer. 6.*
r *§. vult enim, de non alienan. reb. Eccleſ. in authent. l. 1. & leg. quemadmodum. 7. leg. colonos. in 1. de agricol. & cenſi. libr. 11. C. tit. 47. l. ſi quis inquilinos, 145. de legat. primo. P.*
s *l. 3. de diuerſ. & tempora. præſcri. d. l. colonos. in leg. originarios, de agricol. & cenſi. libr. 11.*
t *leg. fructus 44. de rei vindic. libr. 6. P. tit. l. ſi furi. & l. arboribus. §. Iulianus. de vſufruct. lib. 7. P. tit. 1.*
v *l. fin. de requir. reis. lib. 43. P. tit. 17.*
x *§. vult igitur, de non alienan. reb. Eccleſ. in auth. l. fin. §. præterea. C. de iure dot. leg. iubemus. c. de ſacroſanct. Eccleſ. Clementin. exiui. §. cumque, de verborum ſignificat. vide Alciatum ad leg. mouentium, de verb. ſign.*



y *dict. §. vult igitur. & dict. l. iubemus nulli, & aut hoc ius porrectum, de ſacroſanct. Eccleſ. & c. querelam. tit. de rebus Eccleſ. non alienan.*
z *Differentias damus libro primo Syntagm. iuris vniuerſ. cap. 9. & 10. nu. 7.*

C a p v t III.

1 *Res aut diuini & humani iuris.*
2 *Quid diuini.*
3 *Quid ſacræ.*
4 *Quid religioſa.*
5 *Quid ſanctæ.*

1 Rerum corporaliũ † & incorporalium generalis alia diuiſio a dominio earum videtur concepta, vt quædam ſint Diuini, quædam Humani iuris.

2 Diuini iuris ſunt, † quæ in nullius viuentis humanis bonis exſiſtunt, *b* ſed ad diuinam cauſam pertinent. & iſtarũ, quædam proprie diuini iuris, vt ſacræ & religioſæ: quædam quodammodo diuini iuris, vt ſanctæ.

3 Sacræ res ſunt,† quæ rite per pontifices Deo conſecratæ ſunt. *c* Et quæcunque veniunt ſub nomine, vel ratione iuſtitiæ, vel religionis, ſacræ & ſacroſanctæ dici poſſunt, vt leges ſacræ, ſacri affatus, & ſimilia. *d*

4 Religioſæ res, † generaliter, quæ ad fidem orthodoxam, & diuinum metum, ſanamve & ſecundum Deum conſcientiam, pertinere videntur: cum religio ſit ipſa fides, & cultus rectus Dei. *e* Etſi pro vno articulo fidei reſurrectionis, videatur religioſus locus in iure ciuili dictus, qui ſepeliendis corporibus deſtinatur, *f* qui & nũc ſacer inter Chriſtianos, qui per epiſcopum conſecratur & dedicatur. *g* Sunt & ædes ſacræ, cultui diuino conſecratæ, religioſæ dictæ, *h* & habitantes in illis, religioſi nominati. Religioſum etiã eſt quod propter ſanctitatem a vulgo ſepoſitum & remotum eſt. *i*

5 Sanctæ res ſunt,† quæ ab iniuria hominum defenſæ atque munitæ ſunt, *k* ſanctæ incorruptæ res, incontãminatæ: vnde ſancti, qui integræ & irreprehenſibilis fidei ſunt atque probis moribus. *l* Sicque vt ſunt gradus boni, ita & ſanctitatis: & res aliqua alia ſanctior. Vnde ſanctiſſima Trinitas, ſanctus Deus perfectiſſima ſanctitate, & ſancti alii in aliquo gradu, vt beatitudinis gradus plures, quemadmodum in domo Dei plures manſiones, *m* nouemque ordines Angelorum. *n* Eſt etiam vt plerumque, ſanctum idem quod ſacrum & religioſum; *o* vt contra ſacrum, quod alioquin ſanctum dictum. *p* Proprie quoque ſanctum, quod ad curam Dei pertinet. *q* ſed & ſancti dicti profeſſione religionis, & fidei, & non tantum ratione vitæ, & morum. Inde & bellũ ſacrum quod ob religionem initur.

S c h o l i a.

a *l. 1. de rer. diuiſ. P. vide quæ diximus. libr. 1. Syntag. cap. 14.*
b *§. nullus. de rer. diuiſ. l. 1. §. quod autem, & l. in tantum. 6. §. ſacræ res, de rerum diuiſ. Quamuis autẽ ex more antiquo Latinis dicãtur, latiori diuiſione, quædã res diuini, & publici iuris, eſſe & priuati cõmodi, vt apud Auſon. in grypho. l. vt inter diuinũ. 23. de Sacroſ. Eccleſ. capit. & in l. 12. tabularum: publicum tamẽ & priuatum, ſub humani iuris recte continentur mẽbra.*
c *§. ſacræ res ſunt, de rerum diuiſ. lib. 2. inſt. tit. 1. l. in tantum 6. §. ſacræ, & l. ſacra loca 9. de rerum diuiſ. P. omne quod Dei dicitur, ſacrũ dicitur. Agennus in fine commentarior. ad Iulium Frontinũ. Macro. 3. Satur. c. 3. Ex Trebatio ſacrũ appellabant Græci, quicquid præclarũ ac vehementer conducibile videri vellent; βουλὴν ἱερὰν ſacrum conſiliũ: ἱερὰν πόλιν, ſacrã ciuitatem, apud Ariſtidem ἱερὰν ἄγκυραν ſacram anchoram. Plutarchus etiã dixit in Pelopide, ſacrum præſidium, abiitq; in prouerbium, pro re nihili & parũ æſtimabili, οὐδὲν ἱερὸν,*

*ideſt nihil ſacri eſt, vt apud* Theocritum *in Hodæpericis* ἀλλ' ἄν αἱ καλῆς ἔριφον θέμεν ἔντι μοι οὐδὲν ἱερὸν, id eſt, Hæ dum igitur: ſi vis age iam depoſito, quamquam nihil eſt ſacri. A

d *Vt nos explicamus & cauſam damus, lib. 33. Syntagma. can. 14. nu. 6.*

e *l. 1. de Sum. Trin. C. erga Deum relig. l. 2. de iuſt. & iur. in P.*

f *l. in tantum. 6. religioſum. de Rer. diuiſ. P. §. religioſum, eodem titul. apud Iuſtinianum.* B

g *cap. conſuluiſti de Conſecrat. Eccleſ. vel alta. lib. 3. Decretal. tit. 40.*

h *tit. de religioſis domibus.*

i *Vide Gellium, lib. 4. cap. 9.*

k *l. ſanctum 8. de Rer. diuiſ. P. §. ſancta quoque res, eodem titulo apud Iuſtinian.*

l *c. de reliquiis & veneratione ſanctorum.*

m *D. Ioan. Euang. c. 14. verſ. 2.* vt ſtella differt a ſtella in claritate, &c. C

n *vide quæ diximus in lib. de Angelis.*

o *Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 3.*

p *vt habetur in CC. in edicto, ne quid in loco ſacr. P.*

q *ſic explicat Plato in Eutiphrone ſeu de ſanctitate, nos hoc explicamus. libr. 33. Syntagm. c. 14. nu. 3. & 4.*

### Cap. IIII.

*Sacrarum rerum ſubdiſtinctio.* D

1 SAcrarum, religioſarum, † ſanctarumq; rerum ſpecies plures eſſe cenſentur, de quibus Deo fauente ordine agemus. Nam harum, Quædam ſunt corporales, in quibus ſpiritualia exercentur: vt templa, ſeu ædes ſacræ, altaria Deo conſecrata, Quædam ſpirituales, quæ & ſpiritualem habẽt cultum, vt fides, ſacramenta: Quędam quæ ad corpora pertinent, quæ habent vel habuerunt ſpiritum: qualia ſacra λείψανα ſanctorum, cœmeteria, quibus corpora Chriſtianorum concluduntur, & res quæ pertinent ad viuos, xenodochia, aliaque pia loca; indulgentiæ, ieiunia, vigiliæ Eccleſiaſticæ, quibus excipiuntur ſacræ feſtiuitates, diuina officia ſeu proceſſiones, Miſſæ, conciones, ſeu ſacræ prædicationes, primitiæ, decimæ, oblationes, cenſus, feuda, bona temporalia, ſeu dedicationes Eccleſiarum, ad nutriendos clericos, vel ad neceſſaria cultui diuino ſuppeditanda, vel ad hoſpitalitatem exercendam, & iura ſuperiorum prælatorum exſoluenda. E

Inter ſancta enumerantur *b* portæ & muri ciuitatum, ethnicis. *c*

### Capvt V.

*Humani iuris res.*

HVmani Iuris res erũt, *d* quæ hominum & eorum vſus cauſa ſunt, quarũ Quædam communes omnium, Quædam publicæ, Quædam vniuerſitatis, Quædam ſingulorum. *d*

Iure naturali omnium communia ſunt, aër, aqua profluens, mare, littora, riparum vſus. *e*

Vniuerſitatis ſunt non ſingulorũ, quæ in ciuitatibus ſunt, theatra, ſtadia, & his ſimilia communia ciuitatum, ſeu inter ciues, vel municipes.

Singulorũ ſunt, quæ cuique iuſte quæruntur, vel iure gentium vel ciuili. *f*

### Scholia.

a *tit. de ſacroſanct. Eccleſ. c. de Immun. Eccleſia. tit. de conſecratio. Eccleſiæ & altaris. lib. 3. Decret. tit. 4. tota de Conſecratione diſt. 1.*

b *l. ſanctum eſt. 8. §. final. l. ſacra loca 9. §. muros, & l. fin. de rer. diuiſ. P.*

c *l. 2. de rer. diuiſ. P. §. 1. eod. titul. apud Iuſtinian.*

d *l. 2. §. 1. l. 4. 5. de rer. diuiſ. §. 1. & quidem naturali iure, & §. riparum vſus, apud Iuſtinia. eod. tit.*

e *d. l. in tantum. 6. §. 1. de rer. diuiſ. P. §. vniuerſitatis, eod. tit. apud Iuſtinia.*

f *tractatur in l. 1. 2. 3. & ſequentibus de acquirend. rer. domin. titul. 41. P. titul. 1. §. ſingulorum. de rer. diuiſion. apud Iuſtinianum.*

DE



# DE ECCLESIA SIVE Templo.

A

## Titvlvs IIII.

*Materiæ ſedes.*

a De Eccleſiis ſeu templis agitur in titulo de Eccleſiis ædificandis ſeu reparandis. *libr. 3. Decretal. tit. 48. de immunitate Eccleſiarum, &c. 3. Decret. tit. 49. de ſacroſanctis Eccleſiis, & de rebus, & de priuilegiis earum. lib. 1. C. titu. 3. De paganis & ſacrificiis & templis. libr. 1. C. de his qui ad Eccleſias confugiunt, vel ibi exclamant & ne quis ab Eccleſia extrahatur. C. libr. 1. vt nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem epiſcopi, &c. Nouel 67. de Eccle. titul. & priuilegiis aliiſque agit Nouella. 131. Iuſtin. de Eccleſiis conſtitutis in Africa Nou. 37. Iuſtinia. eſt Tyberii conſtitutio, de diuiniis domibus. De his qui imperfectum monaſterium relinquunt, Nouella Leonis 14. In iure Orientali collecto per Bonafidium, inueniuntur & nouellæ Cæſarum conſtitutiones Nicephori Phocæ 4. conſtitutio, ne Eccleſiæ prædiis locupletentur, & ne ſine ſententia principis epiſcopus creetur, & conſtit. 5. ne de nouo conſtruatur monaſterium, aut venerabilis alia domus. Romani Argyri. de reditu magnæ Eccleſiæ, & de Aletengyo Manuelis Connenii: vt Eccleſiarum & monaſteriorum quæ ſunt ad vrbem immobilia intacta ſint a manu fiſci, & 10. de immobilibus omnium, quæ vbique ſunt Eccleſiarum ad poſſeſsionem immobilium. Et Alexii Comnenii ne monaſterio prædia deſcribãtur.* Ad res Eccleſiæ & templorum pertinent quoque tituli de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non, *lib. 3. tit. 13. Decretalium, & in ſexto lib. 3. tit. 9. & Clem. lib. 3. tit. 4.* Et in Nouellis Iuſtiniani de non alienandis aut permutãdis Eccleſiaſticis rebus, immobilib, aut in ſpecialem hypothecam dandis, &c. *Nouella. 7. vt etiam Eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione, Nouella 9, vt Eccleſia Sanctæ reſurrectionis alienare poſſit ædificia ſecundum ipſam ciuitatem ſita, Nouella. 40. De Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione, Nouella 46. Vt de cætero commutationes rerum Eccleſiaſticarum non ficte fiant, &c. Nouella. 55. De priuilegiis archiepiſcopi primæ Iuſtinianæ nouella. 11. In Nouella Leonis 13. de perpetuis emphiteuſibus. In Iure orientali collecto a Bonafidio eſt Leonis Iconomachi conſtitutio de pace.*

### Capvt Primvm.

1 *De Eccleſiæ nomine. 2. bonorum & malorum vna Catholica. 3. caput eius vnum, vnus paſtor. 4. Eccleſiæ membra.*

ECcleſia, nomen a Græcis ἐκκλησία, quo 1
ſignificatur congregatio ſeu cœtus. *a*
Et quemadmodum, congregatio, bono- 2
rum & malorum eſt: ſic Eccleſia malorum & bonorum, Eccleſia ſathanæ, *b* & Eccleſia Dei: *c* illa improbata, hæc eſt ſancta, vnaque *d* vniuerſalis per vniuerſum orbem: vnde Catholica dicta, *e* fidelium vbique terrarum exſiſtentium cœtus, communio, vnius fidei conſenſus. *f* Caput eius, Chri-
ſtus, *g* vnde & † illa corpus domini dicitur, 3
*h* Sponſus quoque eius Chriſtus, *i* Et eius vnus vniuerſalis paſtor. *k* Cuius membra alii cœtus, qui & particulares Eccleſiæ dictæ. *l*

### Scholia.

a *Numeror. c. 20. verſ. 4. & Reg. 17. verſ. 47. 3. Reg. 8. verſ. 14. & ſæpe alibi in ſacra pagina. ca. 8. Eccleſia. de conſecrat. diſt. 1. vide quæ diximus. lib. 2. Syntag. 1.*

b *Verum congregationes malorum, conuenticula in iure nominantur, dum prohibentur. l. conuenticula. 15. de ſacroſanct. Eccleſ. C. l. 3. C. de hæret. explicat hoc nomen, nec in bonam partem conuenticulum accipi, Fridericus Nauſea. lib. 1. cõſiliarium rerum.*

c *Eccleſia Dei, actor. 20. ca. ſed & illud. 26. q. 2. ca. legimus. 93. diſtin. ca. In nouo, ca. quamuis, 21. diſt. ca. 1. ad Tim. 3. verſ. 5. Matthæi 16. verſ. 18. Eccleſia Domini. Num. ca. 20. verſ. 4. cap. ſacroſancta. 22. diſtin.*

d *Sic præfigurata per vnam arcã Noe. Geneſ. 6. & 1. Petri 3. verſ. 20 per vnam columbam, Canticor. c. 6. ver. 8. docet & vnam c. 1. §. vna, de ſumma trinit. ca. Nouatianus, can. ſcire debes. 7. q. 1. Cyprian. lib. 4. Epiſt. 9. can. pudẽda. c. ſchiſma. 24. quæſtione 1.*

e *ca. catholica, ca. palam. 11. diſtinct. diſputat de hoc nomine Catholici, diuus Auguſtinus. lib. 3. contra Gaudentium: cap. 1.*

C

[illegible] *D. Cyprian. lib. de vnitate Eccleſiæ. Et iterum D. Auguſt. lib. de catechiſandis rudibus. cap. 3. ſcribit, Eccleſiam eſſe populum fidelem per vniuerſum orbem diſperſum. In Synodo Nicena,* [illegible] *In Symbolo, Catholica & ſancta dicitur Eccleſia ſanctorum, Pſal. 88. cuius ſigna exponit Optatus Mileuitanus. lib. 2. contra Parmenionem. Et Vincentius Lyrinenſis.*

f *Vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, ad Epheſios. c. 4. verſ. 5. Eccleſia fidei & religionis mater perpetua. l. iubemus nulli. 4. Et l. decernimus. 6. de ſacroſanct. Eccleſ. & mater Eccleſia dicitur. in cap. 1. de exceptio. in ext. lib. 2. titul. 12. mater, ſcilicet fidelium. quia nos in baptiſmo regenerat. ca. quæ. abſtulerit. 12. q. 2.*

g *Ad Epheſ. 1. verſ. 22. ca. 5. verſ. 23. & 1. ad Cor. c. 12. verſ. 27. cap. 1. §. ſed vbi, de ſacra vnctio. c. Romani, de iureiuran. ca. nuptiarum. 27. q. 1. quare mortuo ſummo pontifice, Eccleſia ideo non remanet acephala, Archid. ad c. vbi periculum, de cler. in Sex. nota. & in Clemen. ne Romani eo. tit.*

h 1. *ad Cor.* 12. *verſ.* 12. & 27. *vnum ouile, vnus paſtor. Diui Ioannis. c.* 10. *verſi.* 16.

i *Clem. 1. de ſumma trin. ca. Eccleſiæ meæ. 97. diſt. Eccleſia ſponſa Chriſto. 1. ad Corinth. 11. verſ. 2. præfiguratum. Pſal. 44. verſ. 11. Ezechiel. 16. verſ. 9. ad Epheſ. 5. verſ. 26. Apocal. 19. verſ. 8. & c. 21. verſ. 10. D. Cyprian. lib. de Simplicitate prælatorum*, non pertinet ad Chriſti præmia qui reliquit Eccleſiam Chriſti, alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, habere iam non poteſt Deum patrẽ, qui Eccleſiam nõ habet matrẽ. *Et rurſum lib. 4. Epiſt.* 2. quiſquis ille eſt, & qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt.

k *quicunq; c. alienus. 24. q. 1. ca. Eccleſiæ paradiſo. 45. de conſec. diſt. 4.*

l *quemadmodum ſeptẽ Eccleſiæ referuntur. In Aſia. Apoc. c. 3. & ſeqq. vt alibi ad Roman. 10. verſ. 16. & ad Galat. 1. ver. 2.*

## CAPVT II.

*Eccleſia Romana.*

DIcitur † & vniuerſalis Eccleſia, Romana. *a* Et eadem caput Eccleſiarum, *b* dicta etiam Apoſtolica, quia D. Petro apoſtolo conceſſa eſt Eccleſiæ cura generalis a domino noſtro IESV CHRISTO, in cœlum aſcendente, *c* vel etiam, quod in hac vniuerſali Eccleſia conſtitutiones & traditiones apoſtolicæ ſeruantur. *d* Et apoſtoli ſpiritualiter & electiue genuerũt Epiſcopos, qui in locum illorum ſuffecti fuerunt. *e* 1

### SCHOLIA.

a *ca. quis neſciat. 11. diſt in. cap. ſcit ſancta Romana. 12. diſtinct. quia fides quæ Romæ plantata & prædicata eſt, per diuos Apoſtolos Petrum & Paulum, per vniuerſum orbem publicata fuit, ad Roma. ca. 1. verſ. 8. Ibi fides veſtra, & c. 1. capit. de Summa Trinita.*

b *ca. non decet. 12. diſt.*

c *c. fina. diui. Iohannis Euangeliſtæ.*

d *ca. præceptis Apoſtolicis. 12. de Apoſtolica doctrina, quæ ab Apoſtolis tradita, vel quæ cum fide Apoſtolica conuenit. Tertullian. libr. de præſcript. aduer. hæret. l. cum recta. 7. & l. cognoſcere. §. pauci. de Summa Trinitate.*

e *ca. quorum vices. 68. diſtinct.*

## CAPVT III.

*Corporis Eccleſiæ membra tria præcipua.*

ECcleſia fidelium † habet membra ſua aliqua in cœlis, & ea Eccleſia triumphans, quæ iam adepta beatitudinem. *a* Alia habet in terris, eorum qui contendunt adipiſci illam felicitatem, & faciunt Eccleſiam militantem. *b* Alia defunctorum, pro quibus ſuffragia fiunt, vt a pœnis ſoluantur. *c* 1

### SCHOLIA.

a *de qua in cap. 21. Apocalypſ. Diuus Paulus ad Hebræos. cap. 12. verſ. 23. vocat Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. Illa bonis tantum completur, illa iam ſecura de beatitudine eſt.*

b *vita enim hominis militia ſuper terram, vt ait Iob. cap. 7. Hæc Eccleſia viſibilis viuentium, eſt mixta bonis & malis, donec ſeparentur morte mali a bonis iudicio vltimo, vt docẽt parabolæ apud Diuũ Matthæum. c. 13.*

c *vide cap. pro obeuntibus. 21. & ſequente, animæ defunctorum. 13. q. 2.*

## CAPVT. IV.

*De Eccleſia Materiali.*

1 ECcleſia † deinde pro loco, vbi ſacer Eccleſiaſticus cœtus congregatur, accipitur, *a* domus oratorii, *b* templũ, *c* Baſilica, *d* id eſt regia, *e* oratorium *f* dicitur. Sic Eccleſia, ſedes Deo conſecrata per epiſcopum: eoque nomine dicuntur fructus beneficii, ſeu beneficium ipſum aliquando. *g*

### SCHOLIA.

a *continens pro contento. vt 1. ad Corinth. 11, capit. 1. ca. Eccleſiam, ca. ſi quis, & compluribus aliis, de Conſecratione, diſtinctio. 1. toto titul. de Immun. Eccleſiar. de Sacroſanct. Eccleſ. cap. fin. ne prælat. vices ſuas. libr. 5. titul. 4. vbi & gloſſ. notat alias acceptiones Eccleſiæ, quas ibi videto, & apud Turrecrematam. lib. 1. de Eccleſia. capit. 2.*

b *cap. cum Eccleſia Dei. 5. de immunit. Eccleſia. libr. 3. dec. 5. 49. diui Matthæi. cap. 21. diui. Ioan. cap. 2. Ita & domus Dei. vide Ioannem Andream, ad capit. vnic. ad verba,* ſi Eccleſiam, *de Conſecrat. Eccleſ. vel alt. in Sex.*

c *Vide c. eiciens. 88. diſt.*

d *c. Baſilicas, & c. omnes baſilicæ, de Conſecrat. diſtin. 1. cap. omnes Baſilicæ. 16. q. 7. interdum Baſilica per Eccleſiam non conſecratur, vt in cap. non oportet 29. de Conſecr. diſtinct. 1.*

e *Baſilica quippe, nihil aliud eſt quam domus vel palatium principis, l. Baſilicã. 2. 1. de operis pub. C. lib. 8. tit. 12. vide Cœlium Rhodig. lib. 12. tit. 11. Alciat. in rubric. de Sacroſanct. Eccleſ. eadem ratione dixerunt Eccleſiam* κυριακὸν, *vel* κυριακὴν, *id eſt, Dominicam, vt liquet ex edictis Valerii, Maximini, Conſtantini, apud Nicephorum Calixtum, lib. 7. Hiſtor. cap. 38.*

f *c. later. 12. quæſt. 5.*

g *hæc apparebunt poſtea.*

h *vt c. fi. ne prælati vices ſuas.*

## CAPVT V.

*De ordine ædificandi Eccleſias.*

RItus † ædificandis Eccleſiis præcipue deſiderati ſunt: vt epiſcopus diœceſeos, antequam Eccleſiæ incipiantur, ad locum, vbi ædificandæ ſunt, accedat, ibi crucem figat, publice atrium deſignet. Et definiat, ædificaturũ prius cauere vel prouidere de prouentibus, qui ad ædificandam Eccleſiam, luminaria, cuſtodiam, cuſtodiumque ſtipendia, & ad onera epiſcopalia, ſufficiant: *a* dehinc diligenter inquirat & præcaueat, ne qui deſiderat ædificare, ad quæſtum id faciat proprium, neve cum clericis quæſtum Eccleſiæ ſit diuiſurus: *b* prouidebit inſuper, ne conſecratio fiat ædificatæ Eccleſiæ ſine Martyris alicuius reliquiis. *c* Conſecratio porro ædificio † perfecto, fiet per eundem epiſco- 2
pum diœceſeos, *d* aqua benedicta aſpergitur, & orationes ibidem conuenientes dicuntur: *e* dos aſsignatur per eum, qui conſecrari fecerit. *f* Altaria † lapidea ibidem 3
conſtituuntur, & conſecrantur ab Epiſcopis, chriſmatis, vnctione & ſacerdotali benedictione. *g* Non licet autem aliter preſbytero ſimplici altaria in Eccleſia erigere. *h* 1

Qui prohibuerit vero, † vel non per- 4
miſerit Eccleſiam conſecrari vel ordinari, ſacrilegium committit. *i*

### SCHOLIA.

a *c. nemo Eccleſias, de Conſecrat. diſtinct. 1. §. ſi quis autem voluerit, de Eccleſiaſt. ti. In nouell. de oneribus epiſcopalibus, vide*

*cap. piæ mentis. 16. q. 7. c. 1. vt determinatus ſit. num. clerico. In nouell. §. 1. vt nullus ædificet oratorii domos, in authenticis.*
b *c. ſi quis. de Conſecrat. diſtinct. 1.*
c *canon. placuit. can. de Fabric. de Conſecra. diſtinct. 1.*
d *cap. 1. de Religioſ. domi.*
e *c. nemo. de conſecrat. diſtinctio. 1. §. ſi quis autem, nouellæ 131. Quomodo etiam ſunt loca conſeruanda docetur Nouella. 5. de Monachis. c. 1. Nouella. 67. c. 1. vt nullus ædificet oratorii domos, & nouella. 123. cap. 34.*
f *c. cum ſicut. 8. de conſecratio. Eccleſ. vel alta. libr. 3. Decret. tit. 40. In Eccleſiis mendicantium non valde de dote curatur: in aliis, cõtra, vide c. 1. & quæ ibi notãtur, de cenſib. & in ca. ſecundum canonicam. 23. quæſtio. 8.*
g *c. 31. altaria. & 32. altaria. de Cõſecratio. diſtinct. 1. & conſilio Epannenſi. capit. 27. & 28. & conſilio Agathenſi. cap. 14.*
h *can. nullus presbyter. 25. de Conſecrat. diſtinct. 1.*
i *In decretis Gormiſdæ Papæ. capit. 10. in can. nullus. §. qui autem, & can. ſequen. 1. quæſtio.*

## Cap. VI.

1 *Conſecratio Eccleſiæ non iteranda.*
2 *Et quando, & de reconciliatione.*
3 *Pollutio Eccleſiæ quid.*

1 Altaria † & templa ſemel conſecrata, iterum conſecrari non debent. Niſi certis caſibus olim, quibus profanari putabatur Eccleſia: vt ſi ambigatur, num facta fuerit conſecratio: *a* ſi motũ fuerit altare maius *b* ſeu tabula eius conſecrata, quæ moueri & transferri poteſt ſine alia conſecratione. *c* Item propter homicidium, *d* aut adulterium, *e* in Eccleſia commiſſum: ſi Eccleſia exuſta fuerit. *f* ſi diruta funditus, & de nouo a fundamẽtis fuerit excitata, & altaria fuerint deſtructa: contra, ſi diruta & reſtituta ſine motione altarium: quo caſu ſufficeret aquæ exorciſatæ aſperſio, cum A Miſſæ celebratione: cum remanſerit arrha Spiritus ſancti data in altari. *g* Sed & recõſecrandam dicebant Eccleſiam, ſi conſecrata fuerit ab hæreticis, alio modo, quam ſoleat ab Eccleſia Catholica: quia vere tũc ab hæreticis conſecratio facta non eſt. *h*

Hodie non ex omnibus iſtis caſibus reconſecrantur Eccleſiæ. 2 Nam ſi altare motum fuerit, aut ſi lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum continet, fuerit confractus, vel diminutus, B ipſum quidem altare debet denuo conſecrari, nõ autem Eccleſia. *i* Item hodie quidem homicidio & ſemine polluitur Eccleſia, ſed non profanatur. Idcirco nunc ſufficit, ſine reconſecratione reconciliari aſperſione aquæ benedictæ, cui vinum & cineres immiſceantur, *k* idipſum dicendum, ſi polluatur cœmeterium per ſepulturam excommunicati: nam eo eiecto ſic reconciliatur ſolemniter. *l* Recon- C ciliationis porro aqua ab alio, quam ab epiſcopo benedici non poteſt: tolliturque conſuetudo contraria, quæ permittebat ſimplicibus ſacerdotibus. *m*

Polluta Eccleſia † cenſetur pollutum 3 cœmeterium ei contiguum: quamuis polluto cœmeterio nõ polluitur Eccleſia. Sicuti duobus cœmeteriis contiguis, pariete diuiſis, altero polluto alterum non cenſetur pollutum. *n*

D Cæterum hic pollui dicitur Eccleſia aut cœmeterium, quãtum ad opinionem hominum, qui quantum in illis eſt, polluere dicuntur: non quod pertinet ad res, quæ incorruptæ remanẽt, & coinquinari non poſſunt. *o*

### Scholia.

a *ca. Eccleſiis, 20. de Conſecrat. diſt. 1.*
E b *can. Eccleſia 8. de conſecrat. diſt. 1.*
c *can. ſi motum 19. de conſecrat. diſt. 1.*
d *can. concedimus. ead. diſt.*
e *dict. ca. ſi motum, ca. Eccleſiis, 20. de conſecra. diſt. 1 ſi modo iniurioſe fuſus ſit ſanguis hominis, non aliter. vide gloſſ. in cap. vnic. de cõſecrat. Eccleſia. vel altar. in Sex. in ver-*



*in verbo*, ſanguinis. *extra templum iuſſa occidi Athalia, 4. Reg. c. 11.*
e *Dictis Cano. Si motum, & Can. Eccleſiis, quos intellige de cognita & de ſeminis virilis effuſione: & de fornicatione illicita. Nam de licita coniunctione cum vxore, num polluat Eccleſiam dubitatur: vide gloſ. in dicto. c. vnic. de Conſecratione Eccleſi. vel altaris, in verbo* ſeminis, *in Sexto.*
f *dicto. canone. Eccleſiis.*
g *can. de fabrica, 24. de Conſecratio. diſt. 1. explicat c. ligneis, de Conſecratio. Eccleſ. vel alt. vide Iuonem Carnotenſem epiſcopum, epiſtola 32. & 128.*
h *can. Arrianorum. 22. & can. Agapitus, 23. de Conſecrat. diſt. 1.*
i *cap. 1. & 3. de Conſecratio. Eccleſ. lib. 3. tit. 40.*
k *c. propoſuiſti, 4. & c. fin. de Conſecra. Eccleſ. vel alta. c. ſignificaſti. 4. de Adulteriis.*
l *c. Conſuluiſti, 7. de Conſecra. Eccleſ. vel alta.*
m *c. aqua per epiſcopum, 9. de Conſecratione Eccl.*
n *c. vni de eod. titu. in Sex. de Conſecrat. Eccleſ.*
o *Cano. 97. quod quidam, 1. q. 1. ca. fin. 15. q. fina. de cohibita. clericorum & mulier. vide gloſſ. explicantem, in cap. vnic. de Conſec. Eccleſiarum in Sex. ad verbum,* D pollui.

## Caput VII.

*Vnde Nominum Eccleſiarum diuerſa fluxerit appellatio.*

Eccleſiarum, vt beneficiorum Eccleſiaſticorum, diuerſa nomina: ratiotione dignitatis, loci, forma viuendi. *a* Prima ſedes, Romana Eccleſia dicitur: ſunt Patriarchales, vbi Patriarchæ reſident, vel E habent præcipuam ſedem. Metropolitanæ, vel Archiepiſcopales, vbi archiepiſcopi. Epiſcopales, vbi epiſcopi. Sunt Collegiatæ, non collegiatæ, in quibus & forma viuendi clericorum *b*, & ordo fundationi A impoſitus conſideratur: veluti in Eccleſiis regularibus, dictis, quod per perſonas regulares; vel in Secularibus, quod per perſonas ſeculares regantur. *c* Sunt & aliæ diſtinctiones, de quibus ſuo loco agetur Deo fauente. Poſtea *d* parochialis ſeu baptiſmalis Eccleſia, a parochianis ibi baptizandis, quibus præponitur Curio ſeu Curatus, qui curam animarum eorum habet. Matrix Eccleſia, interdum parochialis B ipſa dicitur, cui alia adiungitur in auxilium: *e* interdum & matrix Cathedralis Eccleſia. *f.*

### Scholia.

a *In diſtinctione nominum & natura beneficiorum ſeu Eccleſiarum, fundatio ipſa præcipue inſpici debet. c. cum dilectus, de Conſuetud. c. quanto. 16. de cenſib. lib. 3. l. 39. Neque enim fundationi impoſita lex* C *facile immutatur, niſi conſentientibus patrono aut fundatore, & illis, quorum intereſt, & qui poſſent ex mutatione lædi, argumento c. poſtulaſti, & c. nobis, de iure patrona.*
b *Iura pertinentia ad ius collegii, ſunt, habere arcam communem, res communes, ſyndicum, & actorem. c. in pertractandis. 3. de iura. calumniæ. lib. 2. ti. 7. l. 1. quod cuiuſque vniuerſi. nomi. in P. habere proprium ſigillum, vnum, ſicut & vnum corpus, c. dilecta in Chriſto, 14. de exceſſib. prælator. lib. 5. tit. 31. quod fuit approbatum. l. 1. de colleg. illic. in P.*
c *vide c. 2. de ſtatu monach. lib. 3. ti. 35. c. ne pro defectu. de electio.*
d *titulo. 27. de beneficiis.*
e *vt in c. ad audientiam, in 1. de Eccleſ. ædifican. c. ex tranſmiſſa, de præſcript.*
f *c. venerabilis 22. de verbor. ſignif.*

## Caput VIII.

*De quibus ædificetur Eccleſia.*

Spiritalis Eccleſia viuis ex lapidibus conſtruitur: *a* Materialis & terreſtris ex materialibus. Illa habet fundamen-

tum Apoſtolorum in lapide angulari & præcipuo, Iesv Christo: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. *b* Iſta materialis, quæ vt lapides, ſic fundamenta habet terrena, quæ tamen ſua ſtructura admoneat contemplari cœleſtia.

Scholia.

a *c. & hoc diximus 16. quæſt. 7.*

b *ad Epheſ. c. 2. verſ. 20. vide Durandum lib. 1. Rationalis diuinorum officiorum, capit. 1. numer. 9. & ſequentib.*

## Capvt IX.

*A quibus ædificetur Eccleſia.*

1 Ecclesia ſpiritalis † ædificatur a Deo, a prædicatoribus verbi Dei. *a* Materialis ab artificibus ſeu architectis, proborum virorum cura & ſumtibus, quibus permittitur: ſiquidem non omnibus permiſſum, *b* ſed certis hodie ex auctoritate epiſcoporum diœceſanorum in locis illis ſubditis *c*; & in exemtis, auctoritate ſummi pontificis, *d* poſtquam Conſtantinus Magnus templa Chriſtianis conceſſit. Nam ante a tyrannorum Cæſarum prohibitionibus interdictum *e* erat. Porro qui impetrarunt ædificandi Eccleſiam poteſtatem, a cœpto opere deſiſtere non poſſunt, ſed perficere & conſummare compelluntur: & ſi morte præuenti, non perfecerint, ad hæredes onus illud transfertur. *f.*

2 Cæterum † ad ædificationem vel reparationem Eccleſiarum parochialium extra voluntatem liberam, tenentur, quando neceſſitas id poſtulat, qui eas ex titulo poſſident, ex bonis ipſarum, ſi ſuperſint; vel ſaltem eatenus conferent, ſi Eccleſiæ fabricæ portio aſſignata non ſufficiat, vt eorum exemplo cæteri parochiani excitentur. *g* Erat porro olim vna pars redituum ex quatuor reſeruata fabricæ *h*. Quod ſi nulla pars redituum fuerit aſſignata vel deſtinata fabricæ Eccleſiæ, neque Curio habeat ex bonis eiuſdem Eccleſiæ, quod deductis ſumtibus in cultum Dei, & eius victum ſuperſit, ſi parochiani ſolent contribuere, ſeruanda eſt conſuetudo, *i*, ſi nulla ſit, cogendi erunt contribuere, quia eorum cauſa & vtilitas agitur, & ſatis contribuit inops eorum proprius preſbyter, cum laborem pro illorum ſubit ſalute. *k.*

Scholia.

a *D. Matthæi c. 8. ibi,* tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. *Eccleſia dicta eſt luna, quæ creſcit in ſanctis: decreſcit in peccatoribus, dicit D. Chryſoſtomus Tomo. 1. homilia 71. ſuper illa verba,* adſtitit regina a dextris, &c.

b §. 1. *vt nullus ædificet oratorii domos, Nouella 67.*

c *vt paulo ante dictum eſt & in §. ſiquis autem, de Eccleſiaſt. tit. in authenti. & c. nemo, de conſecratio. diſtinct. 1. cum ſimilibus ſup. citatis.*

d *c. auctoritate, de priuileg. in Sex. ſic intellige Cano. de locorum, cum c. ſequenti, de Conſecratio. diſt. 1. quemadmodum non dedicatur Eccleſia noua, niſi ſummi Pontificis iuſſu generali, quo donantur epiſcopi: vel ſpeciali, in exemtis, ſic intelligo c. præcepta, 5. c. certum 7. Can. Eccl. de Conſecr. diſt. 1.*

e *c. 15. futurorum, 12. q. 2. l. 1. C. de Sacroſanct. Eccl.*

f §. *ſiquis autē. c. 7. nouellæ, 131. de Eccleſiaſt. titulis. Iniuncto, capitul. 10. §. ſiquis ædificationem, eiuſdem tit.*

g *c. 1. & cap. 4. de Eccleſ. ædif. lib. 3. tit. 48.*

h *c. priſcis, c. vnio. 10. quæſt. 3. can. decernimus, 10. q. 1. can. de reditibus, 12. quæſt. 2. cum ſimil.*

i *Hoſtien. in ſumma titul. de Eccleſiis ædificand.*

k *Sic iuſſit Deus, vt populus contribueret ad ædificationem, ornatum, & neceſſaria Sanctuarii. Exod. c. 25. c. 35. c. 38.*

## Capvt X.

*De forma ædificādi Eccleſiā, de translatione.*



1 Ecclesia materialis, ſimilitudinem refert ſpiritualis: & proinde, ſolet ædificari vt plerunque, ad eum modum, quo pars eius ſuperior ad ortum Solis æquinoctialem reſpiciat: & ſtructura fit in modum crucis, vel in rotundum. *a.*

In maioribus Eccleſiis, in ambitu quadraginta paſſus relinquuntur: in minoribus, vel in capellis, triginta. *b* Niſi eſſent capellæ caſtellorum *c*, aut eſſent in terris monaſteriorum ædificandæ. *d.*

Scholia.

a *quorum rationes, vide apud Guillelmum Durandum, in Rationali diuinorum officiorum, lib. 1. c. 4. numero 9. & ſequentib. Athanaſ. libro de diuerſis quæſtionibus q. 14. ait, Apoſtolos iuſſiſſe Eccleſias Chriſtianorum fundere preces ſuas Orientem verſus, vt paradiſum unde decideramus reſpicientes, ſuppliciter a Deo petamus; vt nos, vnde cecidimus, reſtituat: addit & alias rationes. Diuus porro Clemens Romanus, lib. 2. Conſtitution. Apoſtolicarum ſic ſcribit. c. 61.* Cum Eccleſiam Dei conuocas, velut magnæ nauis gubernator, iube cum omni ſcientia cœtus celebrari: præcipiens diaconis tanquam nautis, vt diſponant loca fratribus tanquam epibatis cum omni diligentia ac ſanctitate. Ac primum, ſit longa domus ad orientem conuerſa, ex vtraque parte paſtophoria habens, ad Orientem, qua nauis habeat ſimilitudinem. In medio eius ſit epiſcopi ſedes, ad cuius vtrumq; latus ſedeant preſbyteri, & Diaconi aſſiſtant ſuccincti & expediti. Horum cura, vt laici in altera parte ſedeant, & cum quiete & ordine: mulieres quoque ſedeant quiete, &c. *Separantur etiam loca in Eccleſia clericis, populo, & mulieribus, in concilio Moguntino in c. 1. de vita & honeſt. clericorum. lib. 3. ti. iunge Cano. ſacerdotum, de conſecra. diſtinct. 2.*

b *c. ſicut antiquitus, 14. quæſt. 4.*

c *c. quiſquis, 7. quæſt. 4.*

d *c. quæſtio. 17. quæſt. 4.*

## Capvt XI.

1 *Ædificatio, translatio, ſublatio, vnio, diuiſio, reformatio Eccleſiarū a quibus fiant.*

2 *Quæ in his obſeruanda.*

3 *De loco congruo.*

4 *Eccleſiæ & oratorum indiſtinctio.*

5 *Vna campana monaſterio.*

Ecclesiæ, aut de nouo ædificandæ ſunt, aut ædificatæ transferendæ, vel tollendæ, vel vniendæ, vel diuidendæ. Maiores quidem auctoritate ſummi pontificis: minores auctoritate epiſcopi locorum *a*. Interdum reformādæ, quod fit aliquando, vel eiectis ibidem reſidentibus, & eiuſdem ordinis, ſi religioſæ ſint, viris aduocatis, vel ſi non ſint, aliis ſubrogatis. *b.* 1

Cum de nouo ædificandæ, vel transferendæ, vel vniendæ, aut diuidendæ erunt Eccleſiæ, cura eſt epiſcopi inquirendi, de cauſa & ratione legitima, *c* aut de neceſſitate, vt ſi auctus ſit populus, noua ædificetur *d*: ſi decreuerit, vniatur; ſi ſublatus, tollatur. *e.* 2

Quemadmodum & ædificiū cœptum in alterius Eccleſiæ detrimentum, per noui operis nuntiationem impeditur: *f* curabit & epiſcopus, vt locus ſit congruus, & vtilis: *g* vtque monaſteria virorum, procul a monaſteriis mulierum ædificentur. *h* Ad formam quoque pertinet conſecratio Eccleſiæ, altarium, vaſorum, veſtium Eccleſiæ, quemadmodum & iuſſit fieri Deus Moſi. *i.* 3

Eccleſiæ dicuntur proprie Chriſtianorum Catholicorum, ſi publicæ: *k* Oratoria vero, & Chriſtianorum, ſed priuata loca, certo modo permiſſa, *l* in quibus nec campanæ publicæ haberi debent. *m.* 4

Sicuti etiam nec religioſis domibus mendicantium licet iure habere vltra campanam vnam, qua vtantur ad vſum officiorum diuinorum. *n.* 5

Scholia.

a *vide c. ſicut vnire. 8. de exceſſis præla. c. maioribus, 8. & Ibi gloſ. iuncto c. vacante. 26. de præbend.*

b *c. inter quatuor, de regularibus.*

c §.ſancimus, vt nullus ædific. orator. domos. in authen. translationes Eccleſiarum legitima cauſa habentur, ſi neceſſitas perſecutorum earum loca grauauerit, ſi difficultas in illis aliqua adſit, ſi malorum ſocietate grauantur, can. 36. tribus, de Conſecratione, diſtinct. 1. ca. & temporis qualitas, 7. q. 1. ſit autem translatio, vel cõſilio principis, vel epiſcoporum, vel ſanctæ Synodi ca. 37. corpora ſanctorum, de Conſecratio. diſtinct. 1. vel conſilio epiſcopi & fratrum ſeu Monachorum, ſi de transferendo monaſterio agatur. ca. ſi quis vult, 41. 16. q. 7. Epiſcopalis quoq; Eccleſia ciuitati ſubtrahitur, quæ ſuos necauit paſtores, & alio auctoritate ſummi Pontificis transfertur. ca. fin. 25. quæſtio. 2. Eſt & hoſtilitatis, & paupertatis cauſa, translationis, mutationis, vel vnionis occaſio, dicto can. fin. §. hoſtilitatis, 25. quæſt. 2. Poteſt & ſecularis Eccleſia, in regularem ſine præiudicio tamen cuiuſquam, mutari. cap. ad audientiam, 5. de Eccleſ. ædifican.

d dict. c. ad audientiam, de Eccleſ. æd. cap. 3. cap. tua nos, 6. eo. tit. ad neceſſitatem refertur multitudo præſentis populi, quæ vna Eccleſia contineri non poteſt. ca. præcipimus. 16. quæſt. 1. ob quam Eccleſiæ maiores & minores diuidi in duas poſſunt & ſeparari, dicto ca. præcipimus, & cap. ſaluator, de præbend. in Extrauag. communib.

e c. ſicut vnire, 8, de exceſſib. prælator. ca. & temporis. 48. 7. quæſt. 1.

f c. 1. & 2. de noui oper. nuntiatio. lib. 5. Decretal. tit. 32. neque poteſt, cui nouum opus denuntiatur, perſequi ædificationem, vel ſi fecerit, tenetur poſtea demoliri, niſi cautio poſt nuntiationem detur, de demoliẽdo, ſi ita dictum fuerit, vt liquet ex cap. 3. & eius titulo. De oper. noui. & l. prætor, §. ait prætor eod. tit. in P. vide l. 4. C. eo. tit.

g ca. Eccleſias per congrua. de Conſecratione. diſtinct. 1. can. Eccleſias per congrua, 6. quæſt. 7.

h ca. monaſteria, 19. quæſt. 2.

i Exod. ca. 40. cap. 2. de Conſecratione, diſt. 1, eo referuntur Dedicationes, ſeu Encænia Templi Salomonis, 3. Reg. 8. Machabæorum. 1. Machabæorum. 4. atque vt antiquis Iudæis fiebant Encæniorum annuæ ſolemnitates, 3. Reg. 8. & Diui Ioannis Euang. cap. 10. ſic inter Chriſtianos, fiunt ſolennitates annuæ Dedicationis Eccleſiarum, can. ſolemnitates, 16. & 17. de Conſecrat. diſtinct. 1.

k quia vna eſt Eccleſia Catholi. vna fides, & eius vnus ſponſus, Canticorum cap. 6. & meretrices dicuntur aliæ congregationes, ſine donis, ſine ſacramentis, ſine Euangelio, ſine iure hæreditatis Chriſti. Optat. Mileuit. in 1. & 2. contra Parmenianum.

l capit. vnicuique, de Conſecrat. diſt. 1.

m cap. patentibus, de Priuilegiis.

n c. vnico, de offic. cuſtodis, in extrauag. communis.

## Capvt XII.

1 Ad quem pertineant Eccleſiæ vt ad Deum.
2 Item & de rebus earum.
3 Cura earum cuius.
4 Et collatio.

1 Ecclesia per dedicationẽ, Dei fit: conſecratur, *a* quamuis patronus, qui fundum ad eam ędificandam dederit, *b* dotauerit, *c* conſtruxerit *d* vel reparauerit, quædam iura in ea habeat. *e* Nihil enim ideo proprii dominii in Eccleſia habet, vt vel poſſit reditus in ſuos vſus conuertere *f* aut bona Eccleſiæ, ratione iuris patronatus, adminiſtrare. *g* Bona Eccleſiæ in patrimonio ſunt Chriſti, quæ diſtribuantur per præpoſitos in opera pia & membra eius, ſeu in pauperes, cum neceſſitas ſuadet, *h* non in alios profanos vſus. Semel enim Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vltra transferendum. *i* Sic Eccleſiæ relicta non debent laicorum vſibus concedi. *k.*

2 Nec permutatur Eccleſia, niſi † cum alia Eccleſia. *l* Idipſum de aliis rebus conſecratis, religioſis veſtibus, lignis, vaſis, & ſimilibus Deo ſacratis dicendum, quæ quandiu



quandiu conſecrata manent, non debent mundanis vſibus deputari: *m* niſi formam amittant, vel conſecratio deleatur: veluti ſi vaſa ſacra frangantur vel conflentur. *n.*

3 Porro, quamuis Eccleſiæ Dei ſint, tamen illæ & monaſteria diœceſeos, ad curam & diſpoſitionem Epiſcopi loci in epiſcopalibus pertinent, *o* & omnia loca pia, vt xenodochia, & ſimilia eius auctoritate erecta & conſtructa: *p* niſi nominatim exemta ſint ab eius poteſtate. *q* Verumtamen non ad Epiſcopum, ſed ad ſummum Pontificem pertinet, nouam religionis viuendi formam, admittere vel probare. *r.*

4 Concedunt non ſolum ſummus Pontifex, ſed & alii Epiſcopi, & alii ordinarii beneficiorum & Eccleſiarum titulum, & poſſeſſionem, & curam, & cuſtodiam, prouiſis & ordinatis. *s.*

### Scholia.

a Inde domus Dei dicitur, Eſaiæ 56. Hieremiæ 7. D. Lucæ cap. 9. D. Matthæi. cap. 21. D. Marc. c. 11. c. Saluator, cap. ex multis, can. fin. 1. q. 3. cap. cum Eccleſia de immunit. Eccleſia.

b Hoc enim caſu quæritur ius patronatus, c. nobis, de iure patron. ca. Abbatem, 18. quæſt. 2. canon. piæ mentis. 6. quæſtione 7.

c Alius modus quærendi ius patronatus per dotationem, ca. filiis, ca. quicunque, 16. quæſtione 7.

d Et hic modus alius quærendi ius patronatus, canon. monaſterium, 16. quæſt. 7. retinentur iſti modi quærendi ius patronatus, in Conſil. Trident. ſeſſio. 14. cap. 12. & 13. de reformatione. Decernit tamen eadem ſancta Synodus, ſeſſione 25. capit. 9. de reformatione: vt titulus Iuris patronatus ſit ex fundatione vel dotatione, qui ex authentico documento & aliis Iure requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſue ſecundum Iuris diſpoſitionem. Succeſſione etiam eorum, qui hoc ius habent, quæritur, vel ex contractu, translatione vniuerſitatis, vel ceſſione, vel alio modo permiſſo, vt c. ex literis, 7. c. illud, 8. de Iure patronat. donatione, cap. 1. eodem titulo, in Sex. legato. inſtitutione, Succeſſione inteſtati: in Clement. 2. eod. tit. vide Ioannem Andræam, ad cap. cum ſeculum, eod. titul. apud Gregorium. Iura patronatus plura ſunt, vt præſentationis, adueniente vacatione beneficii patronati, ca. 1. §. ædificatori, 16. quæſt. 1. paſſimq; in titulis de iure patronatus hoc inculcatur.

e Ius aduocationis, cuius plures ſunt vtilitates in cap. præterea, 23. & ſequen. de Iure patronatus. pro ceſſionis. In Can. piæ mentis, & Can. Frigentius, 16. quæſtione 7. alimenta, ſi ad inopiam patronus perueniat, ca. quicunque, ead. 16. quæſt. 7. defenſio. ca. filiis: ca. 16. quæſt. 7. & alia quædam, quæ facile occurrent.

f Dictis canonibus piæ mentis, Frigentius, quicunque.

g capit. præterea, 4. verſic. poſſeſſionem, de Iure patronatus, Canone ſic quidem, & Canone, nouerint, 11. quæſtio. 1.

h can. final. 16. quæſt. 1. can. quod autem, 23. quæſtio. 7. can. ſicut hi. 47. diſtinct.

i ca. ſemel Deo, de regul. iur. cap. conqueſtus, 16. de for. competen. lib. 2. tit. 2. can. quæ ſemel. 19. quæſtio. 3.

k ca. nulli. 12. quæſt. 2. ca. nemini, 40. 16. quæſt. 7. c. ad hæc, 4. de Religio. domib. lib. 3. tit. 36. l. ſi quis ſepulcrum, 12. §. 1. de Religioſ. & ſum. funer. libro vndecimo. tit. 7.

l c. ad quæſtiones, de Rer. permutatio.

m can. ad hæc, ca. ligna, ca. veſtimenta, de conſecrat. diſtinct. 1. Daniel. 5. capit.

n Vt in Authen. præterea, de ſacroſanct. Eccleſ. (nouella 120. ca. hoc ius. 10. quæſt. 1.

o cap. conſtitutis, de Religioſ. domib. cap. conquerente, de offic. ordin. can. omnes baſilicæ 16. quæſtione 7. cap. 18. monaſteria, 18. quæſt. 2.

p Vide de hac re, cap. 3. & 4. de Religioſis domibus.

q c. cum venerabilem, 7. c. cum dilecti, 8. de

*relig. domib. c. cum nõ liceat, de præſcript.* A
*can. Abbatibus,* 18. *quæſtione* 2.
r *c. final. de religioſ. domib.*
s *cap.* 1. *de capell. monach. cap. cum ex iniun-*
*cto, in fine de hæret. c. cum & plantare, §.*
*in Eccleſiis, de priuileg. & beneficium ſine*
*canonica inſtitutione poſſideri non poteſt,*
*c. beneficium, de regul. iur. in Sex. nec poſ-*
*ſeſſio ſine ſuperioris auctoritate beneficii*
*legitime apprehendi poteſt. c. eum qui,* 18.
*de præbend. in Sex. quamuis poſſeſſionis* B
*immiſſio auctoritate aliquando fiat Ar-*
*chidiaconorum, vt in c. fin. de offi. Archid.*
*commendat & eccleſias vacantes Epiſco-*
*pus habentes curam animarum, per ſex*
*menſes. in cap. nemo deinceps,* 15. *de ele-*
*ctio. in Sex. & alia plura agit, quæ tradun-*
*tur ad c. conquerente de offic. ordinar.*

## Capvt XIII.

1 *De immunitate Eccleſiarum.*
2 *Et contrariorum.*
3 *Quando deponi res in Eccleſia poſſunt.*

1 PRopter plura, † & in ſumma ob con-
ſecrationem, diuinaq; myſteria, quæ in
Eccleſiis, ſeu ædibus ſacris ſunt, tractantur
& exhibẽtur populo Chriſtiano, *a* & ab o-
mni profanatione ipſæ ædes ſacræ debent
immunes cuſtodiri: atque ideo in illis non
permittuntur fieri emtiones, venditiones,
aut aliæ negotiationes ſeculares, *b* iudicia D
ſecularia, *c* hoſpitium ſeu caupona, *d* ſal-
tationes ſeu choreæ, cantiones ſeculares
*e* ſpectacula laruata, *f* conuiuia, *g* tumul-
tum excitantia, quo mentes orantium &
pſallentium poſſint interpellari. *h*.

2 Sicut autem † Eccleſiarum, ſic & cœ-
meteriorum ſeruanda honeſtas. *i* Quia &
ea, vt Eccleſiæ, ſunt priuilegiata, *k* appella-
tioneque Eccleſiæ venit cœmeterium. *l*.

3 Prohibitum in † Eccleſiis recipi ſup- E
pellectilia priuatorum, niſi propter hoſti-
les incurſus, aut incendia repentina, vel ob
alias vrgentes neceſſitates, quæ ſuadeant
eo refugium; ea tamen lege, vt ceſſante ne-
ceſſitate, res illatæ in ſua priſtina loca re-
portentur. *m* Vetitum & a clericis ſub
A anathemate, eccleſias incaſtellari (ſcilicet
ne faciant ex his propugnacula) aut in ſer-
uitutem redigi. *n* Ad eas confugientes vi
retrahere ad ſupplicium mortis vel cru-
ciatum corporis. *o* Exceptis perſonis quo-
rundam, vt publicorum latronum, no-
cturnorum depopulatorum. *p* Et eorum
qui in ipſa Eccleſia vel cœmeterio delin-
quunt, *q* & ſimilium. *r*.

### Scholia.

B
a *Can. ſicut non alii.* 11. *de conſecrat. di-*
*ſtinct.* 1. *domũ Dei decet ſanctitudo eius.*
*Pſalm.* 19. *Eccleſia ſane, quidam locus*
*eſt medicina ſpiritualis, & omnes, qui il-*
*luc veniunt, decet, ne domum redeant, niſi*
*congrua remedia acceperint, illaque ſuis*
*vulneribus adhibuerint.*
b *ca. ex multis,* 1. *q.* 1. *c. eiiciens,* 88. *diſt. D.*
*Matth. c.* 21.
C c *cap.* 1. *de immunit. Eccleſ. lib.* 3. *Decretal.*
*tit.* 49. *ca. fin. maxime, ſi iudicia ſint cri-*
*minalia, quæ inferant pœnam ſanguinis.*
*c. cum Eccleſia,* 5. *de immunit. Eccleſia-*
*rum. Cum etiam interdictum ſit perſonis*
*eccleſiaſticis, iudicia ferre vel ſubſcribere*
*quæ inferunt pœnam ſanguinis, c. in Ar-*
*chiepiſcopatu, de raptor. c. clerici. & c. ſen-*
*tentiam ſanguinis, ne cler. vel monach. ſe-*
*cularib. negot. ſe immiſce.*
D d *c.* 1. *de imminut. eccleſiar.*
e *Ex Concilio Toletano* 3. *cap.* 2. *de conſe-*
*crat. diſt.* 1. *Clement.* 1. *de Celebratio. Miſ-*
*ſar. lib.* 3. *Clem. tit.* 14. *in Conſilio Baſili-*
*en. et Pragma. ſanctione de his, qui in Miſ-*
*ſa non complent Credo. In Concilio Tri-*
*dentino. ſeſſio.* 22. *poſt c.* 9. *in decreto, de*
*obſeruandis & euitandis in celebratione*
*Miſſæ. Referunt Vincentius in ſpeculo,*
*& Albertus Krantius lib.* 4. *c.* 33. *vindi-*
E *ctam diuinam, qua conſtat valde exoſas*
*deo eſſe iſtas cantiones prophanas in locis*
*ſacris. Scribunt enim apud Saxoniam in*
*Colbecke vicu Halberſtadenſi, Othber-*
*tum quendam cum octodecim ſodalibus,*
*viris quindecim & fœminis tribus, cho-*
*reas ducentem nocte Natalitiorum in cœ-*
*miterio*



*miterio S. Magii, cum non deſiſterent ad-* A
*moniti a ſacerdote, eius dira imprecatione*
*per annum integrum in eodem ſtatu man-*
*ſiſſe, ſine quiete inuicem manibus hærentes,*
*& non multo poſt interiiſſe.*
f *dicto titulo, de Spectaculis in Eccleſ. non*
*faciend. in pragma. ſanctio. ca. nullis, de*
*Conſecratione, diſtinct.* 1. *c. cum decorem,*
*de vita & honeſta. clericorum, libr.* 3. *vbi*
*tamen permittuntur in feſtis ſanctorum,*
*repræſentationes eorundem, ſine laruis ta-* B
*men & irriſione.*
g *c. nulli.* 47. *diſtinct.*
h *c.* 2. *de immunita. Eccleſi. in Sex. in ſeſſio.*
22. *Concilii Tridenti. in capit.* 9. *in De-*
*creto de obſeruandis & vitandis in cele-*
*bra. Miſſæ: ibi*, Ab Eccleſiis vero muſi-
cas, ſine organo, ſine cantu laſciuum
aut impurum aliquid miſcetur, item ſe-
culares omnes actiones, vana atque ad-
eo profana colloquia, deambulationes, C
ſtrepitus, clamores arceant, vt domus
Dei vel domus orationis eſſe videatur,
ac dici poſſit. *vide l. ſiquis in hoc genus,*
10. *de epiſcop. & cleric. C. de iniuriis pu-*
*niendis quæ inferuntur cultui diuino &*
*miniſtris eius, & in Nouella* 123. *c.* 31. *§.*
*ſiquis cum ſacra miniſteria, de ſanctiſſimis*
*epiſco. Ibi*, Si vero hæc ſacra conturba-
uerit miniſteria, aut celebrare prohi-
buerit, capitaliter puniatur. *Imperator* D
*Martianus in l. denuntiamus vobis* 5. *de*
*his, qui ad Eccleſiam confugiunt, vel ibi*
*exclamant, &c. lib.* 1. *C. ti.* 12. *ad popu-*
*lum ſic reſcripſit*, denuntiamus vobis o-
mnibus vt in Sacroſanctis Eccleſiis &
aliis venerabilibus locis, in quibus cum
pace & quieta voce competit celebrari,
abſtineatis ab omni ſeditione. Nemo
conclamationibus vtatur, nemo mo-
ueat tumultum, aut impetum commit- E
tat, aut conuenticula collecta multitu-
dine in qualibet parte ciuitatis vel vici
vel cuiuſcunque loci colligere aut cele-
brare conetur, &c. *Quæ verba pulcre*
*prohibent, ne pendẽte tempore diuinorum*
*officiorum celebrãdorum, potiſſimum die-*
*bus feſtiuis, quibus intereſſe Chriſtiani de-*
*bent, officiis, fiant ludi theatrales, vel per-*
*mittantur aliæ congregationes quæ volu-*
*ptatibus & rebus etiam ſeriis tempore in-*
*debito vacant. Quod & ſuis conſtitutioni-*
*bus ſancte cauerunt reges Galliarum. Vi-*
*de in librorum Baſilicorum ecloga. lib.* 60.
*tit.* 31. *& lib.* 3. *c.* 43. *Adde Baſil. Magnũ*
*in Pſal.* 28. Qui in templo Dei eſt, *inquit,*
nõ vana ſcurrilia probroſaq; loquatur.
Sed in templo Dei, quiſq; gloriam Dei
dicet. Aſſiſtunt Angeli verba deſcribẽ-
tes: adeſt dominus affectus intrantium
conſiderans: preces cuiuſq; Deo mani-
feſtæ ſunt, &c. *Pietatis tamẽ ergo, quædã*
*ibi fieri permiſſa ſunt, vt manumiſſiones*
*ſeruorũ, quæ ibi factæ in cõſpectu Chriſtia-*
*norum conferebant etiã manumiſſis ciui-*
*tatẽ Romanam. in l.* 1. *&* 2. *de his qui in*
*Eccleſ. manumittun. lib.* 1. *C. ti.* 13. *memi-*
*nit de hac manumiſſione ca. eos qui ad Ec-*
*cleſiam, diſt.* 87. *Publicabatur & in am-*
*bone Eccleſiæ libertatis datio eius, qui or-*
*dinãdus manumiſſus eſſet, in ca. nulli.* 54.
*diſt. ex conſilio Triburienſe cap.* 29. *Et hoc*
*genus manumiſſionis Chriſtianiſſimo Cõ-*
*ſtantino tribuunt ibi leges & Hiſtoria tri-*
*partita lib.* 1. *cap.* 9. *Et Nicephor. Calix. li.*
7. *hiſtor. cap.* 16. *Eadẽ pietate dictante or-*
*phanis, tutoris datio cõceſſa, cũ quolibet lo-*
*co & tẽpore tutelæ datio fieri poſſit. l.* 3. *§.*
*quolibet loco, de tutel. lib.* 26. *P. ti.* 1. *Sunt*
*alia his ſimilia, quæ prætermitto, quæ qui-*
*dem & in Eccleſia fieri poſſunt, dummo-*
*do tamen nõ intermittatur cultus ideo di-*
*uinus, & fiant horis, quibus is non fit.*
i *Clem.* 1. *in fine de celebratione Miſſarum.*
k *can. quiſquis inuẽtus,* 17. *quæſt.* 4. *cap. cum*
*Eccleſia. de immuni. Eccleſiar. cap.* 1. *de*
*Conſecratio Eccleſiæ vel altar. in Sex.*
l *l. ſi ciuitas, de Sent. excõmunicationis in Sex.*
m *c. fin. de cuſtod. Euchariſt. lib.* 3. *tit.* 44.
n *can. ſanctorũ,* 14. 10. *quæſt.* 1. *Quia iuxta*
*Eccleſias debent eſſe tantum clericorũ ha-*
*bitacula. can.* 3. *&* 442. *quæſt. Et quia ca-*
*uendũ eſt, ne in Eccleſiis accidat pollutio*
*per ſanguinis effuſionẽ, cap. propoſuiſti, de*

Conſecrat. Eccleſ. vel altar. c. vnico, eod. ti- A
tul. in Sex. cur etiam non liceat habitare in
locis ſepulcrorum rationes attulimus, lib.
33. Syntagma. iuris c. 23. num. 13. & ſeq.
exſtat & Nouella Leonis 73. vt nemo
cum mulieribus in Eccleſiarum cœnacu-
lis habitet. Neceſſitatis tamẽ tempus ob in-
curſiones hoſtium non prohibet ibi refugi-
um eſſe hominum, & in magna neceſſitate
etiam ea ibi fieri, quæ ad defenſionem vitæ
eorũ, quæ pretioſior rebus eſt, quæ alio tẽ- B
pore prohibita eſſent: neceſſitas etiam in re-
ligione facit licitum alloquin illicitum, c.
quod non eſt licitum 4. de reg. iur. apud
Gregorium. Sic Carthaginenſes in extre-
mo periculo obſidionis Romanorum, tem-
pla fanaque, & alia loca ſpecioſa, verterũt
in officinas publicas, vbi interdiu noctuque
viri pariter ac fœminæ inceſſanter opera-
bantur, cibum per partes accipiendo certo
tempore, efficiebantque ſingulis diebus cly- C
peos centum, & gladios tercentos, &c. vt
ait Appianus Alexandrinus lib. de bellis
Punicis.

o In cap. inter alia, de immunita. Eccleſiar.
can. reum, ca. metuentes, canon. diffiniuit
17. de iure Aſſyriorũ, diximus lib. 33. Syn-
tag. iuris capitul. 21. & 22. maieſtatis cri-
me imponitur ei, qui abduxerit ad Sacro-
ſanctas Eccleſias confugientes, & aliæ pœ-
næ, in l. 2. & l. præſentis, de his qui ad Ec- D
cleſ. confug. lib. 1. C. diſtrictiſſimã damna-
tionem ſtatuit Cõcilium Auraſicenſe pri-
mum, capitul. 5. relatum in ca. eos qui, 87.
diſt. in capitularibus 5. c. 9. & in adiectis
c. 29. & in Concil. Moguntinenſi, 1. c. 39.
ſic ſtatuitur, Reum ad Eccleſiam fugiẽ-
tem nemo abſtrahere audeat, neq; inde
damnare ad pœnam vel ad mortem, vt
honor Eccleſiarum conſeruetur: ſed re-
ctores Eccleſiæ pacem eius & vitam & E
membra obtinere ſtudeant: tamen le-
gitime componat quod inique fecit.
relatum & in canon. reum, 17. quæſtio. 4.
& in can. frater, ead. quæſt. & cauſa. arce-
tur ab Eccleſia ingreſſu qui aliquẽ de Ec-
cleſia violenter rapuerit. In Gallia ob fre-
quentem abuſum priuilegii, ſolent debito-
res & delinquentes in loco ſacro & non ſa-
cro capi, ſi iubeat iudex, Saluo iure redin-
tegrandi, ſi ad Eccleſias legitime confuge-
rint, vt ſcribit Ioannes Lucius lib. 1. pla-
cito. 1. Rebuffus in proœmio conſtitution.
Regiarum gloſ. 5. nu. 40. & Tomo 2. Con-
ſtitutio. regiar. titu. de immunitate Eccle-
ſiaſticæ, vbi agit copioſe de immunitate
Eccleſiarum, obſerua, Chriſtianis non Iu-
dæis ius Aſyli fuiſſe, ex l. 1. C. de his qui ad
Eccleſiam confu.

p in dicto c. inter alias ſ. de immunita. Ec-
cleſ. non datur etiam ius aſyli in Eccleſiis
furibus manifeſtis, in l. præſenti, §. ſine, de
his qui ad Eccleſ. confug. Et in Nouella
17. de Mandatis princip. c. 7. ſeu §. neque
autẽ, ſic mandat Iuſtinia. Neq; autẽ ho-
micidis, neq; adulteris, neq; virginum
raptoribus delinquentibus, terminorũ
relinques cautelam, ſed etiã inde extra- C
hes, & ſuppliciũ inferes. Et paulo poſt.
Deinde templorũ cautela, non nocen-
tibus, ſed læſis datur a lege, &c. Aſyla ho-
micidis inuoluntariis nõ ſpontaneis, etiam
iure diuino tantum proderãt, alii enim et-
iam ab aris trahebãtur ad ſuppliciũ. Exod.
21. Numero 31. Deut. 4. & 19. Ioſue 260.
3. Regum capit. 1. & 2. Exſtat & Cõſtan-
tini nouella. περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους.

D q c. fin. de immuni. Eccleſiar. §. fina. vt lice-
at matri & auiæ nouella. 117.

r de quibus nos lib. 33. Syntag. iuris cap. 22.

## Capvt XIIII.

1 Quadã priuilegia rerum & perſonarũ Ec-
cleſiaſticarũ, in exactionibus & collectis.
2 In muneribus perſonalibus.

QVod ad immunitatem rerum perti- 1
net, liquet prohibitum fuiſſe ſub ex-
E communicationis vel interdicti pœna, lai-
cis, & poteſtatibus, tributa, collectas, aut a-
lias exactiones quocumque titulo vel co-
lore, imponere Eccleſiis vel perſonis Ec-
cleſiaſticis, pro domibus, prædiis, vel aliis
quibuſcunque Eccleſiæ poſſeſſionibus le-
gitime quæſitis. a Verum ſi quando forte
epiſcopus



epiſcopus ſimul cum clericis, tantam vti- A
litatem vel neceſſitatem viderit, quæ ſine
collectione & auxilio Eccleſiæ releuari
non poſſit, & quod nullæ aut exiguæ laicis
ſuppetãt facultates, ſubſidiaq; duxerit per
Eccleſias conferẽda, laici humiliter & de-
uote ipſa cum gratiarum actione debent
accipere. Prius tamen & hic ſummus Pon-
tifex conſulendus. b

2 Perſonæ Eccleſiaſticæ, † diaconi, ſub-
diaconi, exorciſtæ, lectores, acolythi, cle- B
rici, monachi, a muneribus perſonalibus
expertes & immunes ſunt. c Et ſordido-
rum munerum habent vacationem. d Pla-
cuit tamẽ vrgente cauſa neceſſitatis, vici-
no exſiſtẽte hoſte, Eccleſiæ homines non
excuſari ab excubiis, ſeu vigiliis murorum
ciuitatis. e

### Scholia.

a cap. 1. & cap. clericis. capit. quanquam de C
immunita. Eccleſiar. in Sex. cap. non mi-
nus, 4. c. aduerſus, 7. eodem tit. apud Gre-
gorin. cano. in qualibet, ca. ſecundum. 22.
quæſt. 8. In Concil. Tridentin. ſeſſione 25.
de reformatione. cap. 20. conſtitutio. item
nulla communitas. C. de Epiſcop. & cler.
l. 12. C. eod. ratio. in c. Eccleſia ſancta Ma-
riæ, de conſtitutio a defectu poteſtatis lai-
corum. Alia vt diſcrimen inter res diui-
nas, publicas priuatas conſtituatur, l. ſan- D
cimus. 22. & l. vt inter diuinum. 23. C. de
Sacroſanct. Eccleſiis.

b in dicto cap. aduerſus, & ca. non minus de
immunit. Eccleſ. ad vtilitatem & neceſſi-
tatem publicam poteſt referri. l. ad inſtru-
ctio. C. de Sacroſan. Eccle. §. ad hoc, de Ec-
cleſiaſt. tit quæ iura de locupletibus intel-
ligi debent Eccleſiis, & quando auctorita-
te quoque & conſenſu ſuperioris paſtoris
Eccleſiæ permittitur. E

c l. presbyteros. 5. & l. generaliter, 52. de epi-
ſcop. & cleric. cap. 10. generaliter. 16. quæ.
1. cap. 3. diſtin. 88. Quæ dicuntur perſo-
nalia munera, docet l. 1. & fi. de munerib.
& honoribus. P. ita excuſantur ab omni
tutela & cura cuiuſcunque generis perſo-
narum, ſi velint. ca. vltimo. 86. diſt.

d ca. generaliter. §. 1. 16. quæſtio. 1.

e in cap. 2. de immunita. Eccleſ. Fuerunt ta-
men impii Cæſares, qui quamuis Chriſtia-
ni nomen ferrent, tamen & bona Eccleſia-
ſtica & perſonas eius afflixerunt. Qualis
Conſtantinus alienus a Conſtantini Ma-
gni pietate, vt liquet ex conſtitutionibus
eius Græcis 1. & 3. & alius Theophilus O-
rientis Imperator filius Michaelis, vt li-
quet ex eius conſtitutionibus.

# DE FIDE CATHO-
# lica.

## a Titvl. V.

### Scholia.

a De Summa Trinitate & fide Catholica tracta-
tur. lib. 1. Decret. tit. 1. libr. 1. Sexti tit. 1. libr. 1.
Clementinarum tit. 1. Exponitur & fidei Ca-
tholicæ compendium in cap. qui epiſcopus 23.
diſtinct. in can. fin de Conſecratione. diſtinct. 3.
& in can. 1. cap. illud, can. filius. ca. non illud,
can. Baptiſmi. ca. ſymbolum, de Conſecratio. diſt.
4. Exſtat in iure ciuili, libr. 1. titul. 44. de ſumma
trinita. & fide Catholica, & vt nemo de ea pu-
blice contendere audeat. Heraclii conſtitutio 1.
de fide, lib. 1 Iuris Orientalis collecti per Bonafi-
diũ. Exſtat & in calce Concilii Tridentini Bul-
la Pii Pap. 4. Super forma iuramenti fidei, quæ
compendium fidei euoluitur.

## Cap. I.

### Continuatio & de nomine fidei.

EXpedita tractatione † de Eccleſia: di- 1
camus de his, quæ in Eccleſia tractan-
tur, & primum de fide Catholica, a qua
Eccleſia ſeu congregatio fidelium dicitur
Catholica. a Fides dicta a quodam, b fun-
damentum iuſtitiæ, dictorum conuento-
rumque cõſtantia, & veritas: & quia cre- E
damus, quod fiat quod dictum eſt, fidem
appellatam.

### Scholia.

a ca. Eccleſia de Conſecratio. diſtin. 1. ca. le-
gimus 9. diſtinctio.

b *a Cicerone 1 Officiorum. Et apud diuum Lucam c. 17. ſecundũ fidem fiat tibi. exprobrat & diuo Petro Deus in dubitatione D. Matthæi. ca. 14. Modicæ fidei, quare dubitaſti. Cicero rurſ. in Partitio. oratoriis, ait fidem eſſe firmam opinionem. Ideo & in cap. 1. de ſumma trinitate, firmiter credimus, ſimpliciter confitemur. Fidei ordo rationibus probari non poteſt, atque rationem, fides ſupplet. can. nihil eſt aliud, de Conſecrat. diſtin. 4. ca. fin. de Conſecrat. diſtinct. fin. quemadmodum & de re non viſa fides dicitur, in can. in domo, in fine, de pœniten. diſtinct. 4.*

## Capvt II.

1 *De diſtinctione, fidei & ſubdiſtinctionibus.*
2 *Fides humana quid.*
3 *Chriſtianæ diuiſio.*

1 FIdes in vniuerſum † duplex: *a* vna, quæ conſtat ex opinione humana, quæ ei innititur, vel demonſtratione, argumentis rhetoricis, vel dialecticis ſyllogiſmis. Altera, quæ eſt ex ſcientia, quæ ſuppeditatur ex diuinis literis, & a ſapientia diuina, a qua vera, vt a veriſſimo vel veritate ipſiſſima, pendet & certa religio Chriſtiana. Sic vnus Deus, vnum baptiſma, vna fides: *b* ab hac fide Chriſtiana fideles dicti. *c*

2 Humana fides, † rurſum alia dicitur, fides pactionis: alia fides conſenſus.

3 Et fides † Chriſtiana iterum tripliciter exauditur: primum pro ſubiecto fidei, id eſt, pro eo, quod credendum eſt, de quo credimus ſeu fidẽ habemus, quod verum ſit, id quod eſſe nunc dicitur, vel fuiſſe, vel futurum. Secundo pro ipſo actu credendi: quo id quod dictum promiſſumue eſt, ita eſſe certo & firmiter exiſtimamus. Tertio, pro perfectione credulitatis, dum credendo futura promiſſa, mandata ſeruamus, & ipſa quæ mandatis continentur, exſequimur. Quæ videtur vna finitione explicaſſe diuus Paulus. *e Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, (id eſt, de rebus firmiter ſperandis, argumentum non apparentium.*

### Scholia,

a *Et ita diuidit Clemens Alexandrinus, lib. 2. Stromaton. Ad hanc diuiſionem fidei referri poſſunt omnes fidei acceptiones, quas ſine Methodo adfert glo. ad Rubric. de ſumma trinitat. apud Gregor. & gloſſ. ad can. monet, ad verbum.* neque. *22. quæſt. prima Finus Hadrianus Finus. lib. 8. contra Iudæos. ca. 51.*

*Primo vſurpari dicũt pro ſacramento Baptiſmi, & inde fideles, canon de Iudæis 45. diſtinct.*

*Secundo, pro caſtitate thori, ca. coniuges, 27. quæſt. 2.*

*Tertio, pro cautionali ſecuritate, etiam hoſti ſeruanda, c. noli exiſtimare, 23. q. 1.*

*Quarto pro conſcientia, vt ibi,* quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ad Roma. 14. cap. *illud de Pœn. diſt. 5. Id quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad Gehennam. ca. omnes. §. ex his, 28. q. 1.*

*Quinto, pro credulitate non viſorum. ca. in domo de Pœn. diſt. 4.*

*Sexto, pro cognitione, quæ habetur in beatitudine, & vt dicunt Theologi, in Patria, vt ad Rom. 1. Ibi:* Iuſtitia Dei in eo reueletur a fide in fidem, *quod gloſſa explicat, ex fide rei in fidem regni.*

*Septimo, pro æquitate actionum, vt in cap. cum venerabilis 7. de except. lib. 2. tit. 21. dum meminit de contractibus bonæ fidei, & actionibus in quarũ cauſa veniunt plura ex æquo, quam exprimantur: cum diuerſum ſit in actionibus ſtricti iuris, quæ opponuntur, bonæ fidei, vt ibi notat gloſſ. & §. actionum, de Actioni. apud Iuſtinia.*

*Octauo, ſumitur bona fides, pro mente, quæ candida & ſimplex eſt, vt mala fides pro contraria & multiplici, cui male fiditur, & non niſi cum periculo. ca. innocens, 22. q. 4. eoque pertinet*

*Nona & decima acceptio, quæ ab interpretib. adfertur, vnde & bona fides dicitur,*



*citur, quæ probata eſt, dolo contraria, ca. bona fides. de depoſit. cum ſimilib.*

*Vndecimo, ſumitur pro virtute Theologica, qua credimus.*

*Duodecimo, pro collectione articulorũ fidei ſacra probatio fidei, vt eſt primo virtus Theologica, vt in Symbol. D. Athanaſii,* hæc eſt fides Catholica, *eſtque fides donum Dei, ad Epheſ. ca. 2. verſ. 8.*

b *Ad Epheſ. c. 4. Clem. 1. §. ad hæc, de ſumma trinitate.*

c *cap. 16 moneo te 22. quæſt. 1. ex diui Auguſtini epiſt. 154. ad Publicolam.*

d *Explicat. cap. 1. de ſponſa. duorũ. de fide, in conſtantia dictorũ vel factorum probanda loquitur, cap. 39. Geneſ. verſ. 10. & ca. 44. verſ. 32. Leuiti. c. 6. verſ. 2.*

e *Ad Heb. c. 11. verſ. 1. glo. ad Rubr. de ſum. trinit. & fide Cathol. aliter definit, vt fides ſit,* Voluntaria certitudo abſentium infra ſcientiam & ſupra opinionem conſtituta. *Dionyſius vero Carthuſianus ſuper c. 3. de Eccleſiaſt. Hierarchia Dionyſii Areopagitæ, dixit diuum Paulum in c. 11. ad Hebræos, deſcripſiſſe fidem, & attigiſſe eſſentialia & formalia fidei, veruntamen non tradidiſſe formalem finitionem, quam ipſe ſic format, vt ſit:* Habitus mẽtis, quo in ſtatu viæ primo incoatur vita æterna in nobis. *Nam vita æterna in patria, eſt earum adeptio rerum, quas in præſenti vita ſperamus: hinc fides vocatur, ſubſtantia, id eſt, incoatio quædã ſperãdorum, quæ per hoc quaſi incipiunt in nobis, quod credantur: vnde & habitus primorum principiorum vocatur ſubſtantia totæ ſcientiæ: hæc Carthuſia. Baſilius vero Magnus, in Aſceticis, ſermone de Fide:* Fides (*inquit*) eſt aſſenſus indubitatus ad ea, quæ audiuntur in certa veritatis perſuaſione, quæ prædicantur per Dei gratiam.

## Capvt III.

1 *De quo fides.* 2 *Fundamentũ fidei.*
3 *Symbola fidei.* 4 *Quæ credenda.*
5 *Concilia præcepta.*

FIdes ergo, † de re non viſa nec apparente, *a* Chriſtianorum & Iudæorum antiquorum, ferme eadem, & eiuſdẽ ſubſtantiæ: niſi quod nos credamus de præteritis, quæ ipſi futura credebant: nobiſque ab vmbris explanata lege, nũc myſteria clariora & perfectiora habeamus. *b* 1

Fundamentum † vnum omnibus fidei, Meſſias, Dominus noſter Iesvs Christvs: cuius etiam vera firma & ſyncera confeſſio, eſt petra, ſupra quam ædificata Eccleſia, *c* vnde & fides, dicitur virtus Theologica. Quia & habet Deum pro obiecto. *d* 2

Fidei ſeu credendorum collectio, † vel ſymbolum, quintuplex eſt. Primum ſymbolum fuit ab Apoſtolis traditum, verbis ſimplicibus compoſitum. *Credo in Deum, &c.* quod dicere Cathechumeni tenebantur antequam baptizarentur. *e* Secundum, in Nicena ſynodo fuit editum: quo latius ſunt aperta myſteria *f* fidei, *g* contra Græcos, qui negabant Spiritum Sanctum procedere a Patre & Filio. Et contra Arrianos, qui coæternum Patri Filium, & diuerſas in Sanctiſſima Trinitate ſubſtantias ponebant: *h* quod canitur in ſacra miſſa: *Credo in Deum, &c.* Tertium, fuit Athanaſii Patriarchæ Alexandrini: Quod incipit: *Quicunque vult ſaluus eſſe*, quodque edidit contra Sabellianos & Arrianos. *i* Quartum, fuit editum in Synodo Conſtantinopolitana. *k* Quintum, poſtea ſecutum, ortis nouis hæreſibus. *l* 3

Quæ ſymbolis illis continentur, † credenda ſunt: & in ſumma, ea etiam omnia, quæ Eccleſia Apoſtolica Romana, & Catholica credenda proponit, *m* quæve Sacroſancta Concilia definita, ſequenda ſtatuunt. *n* 4

### Scholia.

a *Et ibi eſt meritum, credendo quod non videmus, can. in domo, de Pœnitent. diſtinct. 4.*

b *Irenæus.libr.4.contra hæredes.cap.*13. Fides (*inquit*) Abrahami, eadem fuit cum noſtra. Nam & credidit Dei filiũ, &c. *Et Diuus Ambroſius de Fide ad Gratianum.cap.*2. Vnum Deum fides ſignificat, quia vna fides noui & antiqui teſtamenti. *Et vt Diuus Hilarius ait Pſal.* 39. Vnus & idem Deus Euangelii & legis eſt.

c *Diui Matthæi.ca.16.verſ.8.Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus.Tom.2.libr.4.* B *Dialogorum de ſanctiſſima Trinit.*

d *Viguerius in Inſtitut.Theolog.cap.10.de fide in princip.*

e *Ex Concilio Agathenſi.cap.12.relato in cano.ſymbolum,16.de Conſecrat.diſtinct.4. in Concilio Martini Bracharenſ. can.49. Vnde ſumtus eſt can.non liceat.59. eadem diſtinct.4.de Conſecrat.*

f *ca.canones.15.diſt.l.1.& 2.& l.nos reddentes,in fin.de Sum.trin.C.*

g *ca.pen.& fin.de Conſec.diſtin.5.cap.1.de ſumm.trin.in Sexto.*

h *an quidam,verſ.Arriani.24.quæſt.2.*

i *Dicto can.quidam.§.Sabelliani 24.q.3.*

k *De quo in d.c.canones.§.2.15.diſt.*

l *Hoc ſymbolum poſuit Gloſſ.ad Rubric. de ſumma trin.& ibid.Greg.cap.firmiter.*

m *can.nolite errare,& ca.quis neſciat, 11. diſtin.can.non decet,12.diſtinct.leg.nos reddentes.§.ideoque,de Sum.trin.C. Cyprian.lib.4.Epiſtol.epiſt.4.* D

n *Enumerantur Concilia,quibus fides adhibenda,in ca.ſancta Romana.15.diſtin.in tota 16.diſtin.in l.3.& 4.§.ſuſcipimus,de Summ.trinit.& fid.Cathol.l.quicunque, de hæret.C.l.fi.de relig.lib.16.Cod.Theodoſ.Nouel.Iuſtin.*103.

## Cap. IIII.

1. *A quo fidelis.*

1 FIdes, † quæ virtus eſt Theologica, qua creditur, Donum Dei eſt. *a* Et non ſolius liberi arbitrii. *b* Auctor & conſummator fidei Dominus IESVS CHRISTVS.

A

### Scholia.

a *Sic Diui Matthæi,cap.13.verſ.11. Dominus ait Diſcipulis:* Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cælorum: illis autem non eſt datum. *& capit.16.verſ.*17. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. *Et Actor.cap.17. verſi.31.ibi: Fidem præbens omnibus, &c. Sed & Theodoreticus.lib.7. de curatione Græcorum affection. dum de ſacrificiis agit, ſcribit:* Non vllis operibus noſtris, ſed per ſolam fidem, myſtica bona conſecuti ſumus. Ego, *inquit Deus*, ſum, qui deleo iniquitates, ꝓpter memetipſum iniquitatum non recordabor. *Et Diuus Paul.ad Epheſ.cap.*2. Gratia Dei ſalui facti eſtis, & hoc non ex vobis: Donum Dei eſt, ne quis glorietur.

b *Can.gratia.de Conſec.diſt.*4.

C

c *Ad Hebræos 12.c.verſ.2.&c.* Fides ex auditu: Auditus autẽ per verbum Dei: *ad Roman.cap.*10. Et petebant a Domino diſcipuli, vt eis adaugeret fidem. *D. Lucæ. ca. 17.verſ.*5. Et orauit Chriſtus pro Petro, ne deficeret eius fides. *Obiectum fidei eſt, veritas prima ſeu diuina reuelans. Non enim fides Theologica hæc, de qua hic loquimur, credit aliquid, niſi prout eſt a Deo reuelãte, id eſt niſi prout Dei eſt. Vide Thomam, 2.2.quæſtion.1. artic.*1. Fundamentum (*inquit D. Paulus*) aliud nemo ponere poteſt, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt CHRISTVS IESVS, id: *vt ait ibi Gloſſ.* fides IESV CHRISTI. 1. *ad Corinth.*3.

## Caput V.

1 *De fidei regulis.*

E 2 *Fides præcedit actus in gloſſ.c.*

QVia itaque † Deus verax, ipſeque omnipotens, qui conſtituit ea, quæ fidelibus credenda propoſita ſunt, nequaquam in ea fide dubitandum: *a* neque temere de ea diſputandum. *b* Accedentem enim credere oportet, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *c* Quod ſi quando dubium in fide ſubeat mentem, elucidatio a Deo, & eius Eccleſia Catholica petenda eſt. *d* 1



A

### Scholia.

a *Quia enim verax Deus, non poteſt in promiſſis mentiri. Quia vero omnipotens, quæ vere dixit, poteſt nullo prohibente exſequi. Sic arguit Deus diſcipulos apud D. Lucam.c.24.verſ.*25. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. *Et Diui Iohannis Euangelio.ca.20.verſ.27.arguit Diuum Thomam:* Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. *iniuriam facit dicenti, qui ei fidem non adhibet, maxime Deo & verbo eius, ſi probatio ab eo exquiratur:* generatio adultera & mala ſignum quærit; *D. Matthæi,capit.12.verſ.39.D. Lucæ.11.verſ.29.Clemens Alex.lib.2. Stromato. Sicut iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ Synodi, qui ſemel iudicata aut bene diſpoſita reuoluere, & publice diſputare auſus fuerit, l.4.de ſum.trinit.& fid.Catholica.* B

b *l.nemo,4.de ſumma Trinitat.C.facit,can.maiores 24.quæſtione 1.cap.36.cum quibus,24.quæſtion.3.Tertullian.de Præſcr. Hæret.Vide quæ diximus.lib.2.Syntagm. cap.2.nu.6. Quo enim humana ratio non poteſt pertingere, eo fides pertingit: quare rationum humanarum ope non egent, ca.non turbatur, in fin.28.quæſtio.1.Nocet autem concertatio de fide publica, Iudæorum & Paganorum conuerſioni: ſi quidem inde nihil certi in lege Chriſtiana putant: & myſteria profanantur. Hæreticorum etiã impietas hoc ipſum auget & firmat. Dum in dubium reuocatur, quod tantis, ſanctiſq; Conciliis diffinitum mature antea fuit: diſputationem etiam inhibet myſteriorum.D.Paul.1.ad Timoth.4.verſi.5.l.damnatio.6.§.1.C.de hæretic.Concilium Chalcedonenſ.Act.3.Meminit Anman.Marcel.lib.*23.

C

c *Verba hæc ſunt, D. Paul.ad Hebræos 11.* *verſ.6.alibi dictũ*, niſi credideritis non intelligeris. *Iſaiæ c.7.fides etiam omnem actionem præcedere debet. Neque Agricola metere poterit, niſi prius ſemen committat ſulcis: nec mare traiicere, niſi ſe prius mari credat & gubernatori. Nec æger a morbo liberari, niſi ſe prius credat medico. Nec prius diſcere, quam ſe crediderit præceptori, vt ſcribit Theophilus Antiochenus epiſcopus, libro contra Calumniatores Chriſtianæ religionis: plura, & huius rei exempla proſequitur D. Paulus per totum.cap.11.ad Hebræos. Simpliciter eſt fidei cõfeſſio facienda, & firmiter credendum.cap.1.de ſumma Trinitate. Explicat D. Thomas opuſculo 23.& 24.Tomo 17.dubius in fide, infidelis eſt, can.omne 22.quæſtion.1.cap.1.de Hæretic. Supplet fides, quæ infirmitas ingenii nõ poteſt comprehendere.ca.nihil eſt aliud, de Conſecration.diſtinction.4. Simplicitas eſt ſine inuolutionibus, veritatis & ſinceritatis amica. Simplicibus verbis fides proferenda, cano. qui epiſcopus 23.diſtinctione.cano. epiſcopus, 24.diſtinctione.*

D

d *ca.maiores de Baptiſmo.libr.3.tit.42.ca. palam,11.diſtinctione, ca.omnes,22.diſtinctione.Vide Gl.in can.in illis, ad verba,* In fide, 80.*diſtinctione.Tertullian.in lib.de Præſcription.aduerſ.Hæret. Ita, & ſcribit, D. Ambroſ.ad Valentinianum,* in cauſa fidei, epiſcopos de laicis in Eccleſia, & non laicos de epiſcopis in conſiſtorio debere iudicare. *Et Cyrillus Archiepiſc. Hieroſolymi. Catecheſi Illuminator.*5. fidem obſerua a ſola Eccleſia traditam, & omni ſcriptura munitam.

## Cap. VI.

E 1 *De fide formata, & informi.*

2 *Confeſſio fidei quid.*

QVando fides Theologica virtutem habet veram, dicitur formata vel viua. *a* Quia vt corpus viuum dicitur, quod actionibus vitę fungitur: ſic fides viua, quę per caritatem informatur, extrinſecus,

E

& bona opera agit. Quando vero inefficax eſt & ſine caritate, informis dicitur: & mortua ſine operibus. *b* Vtroque modo tamen virtus dicitur non acquiſita ſed infuſa. *c*

Confeſſio fidei, eſt proteſtatio per verba & opera, nos eſſe Chriſtianos. *d*

### SCHOLIA.

a *De fide viua ſeu formata Diuus Iacobus, epiſt. canonica. cap. 2.*

b *Dict. cap. 2. diui Iacobi, fides poteſt haberi ſine caritate, & eſt vera fides: ſed non vera virtus. in Concilio Tridentino ſeſſio. 6. ca. 15. & ca. 28. quod colligitur ex 1. ad Corinth. c. 13. ibi.* Si fidem habeã, vt montes transferam, caritatẽ autem non habuero, nihil ſum. *refertur in can. ſolet* 31. *de Pœniten. diſtin.* 4.

c *Vide D. Thomam, 2. 2. quæſtion. 4. artic. 3. & q. 6.*

d *Fides profeſſionis ſine operibus non prodeſt, cano. ſicut vrgeri, & ca. fertur. 1. quæſtio. ſi detur tempus & locus operandi, can. finali de Pœnitent. diſtinct. 2. Duo ſunt actus fidei, vnus interior, credere, qui pertinet ad iuſtitiam: alius confiteri ore & operibus, quæ pertinent ad ſalutem. ad Roman. 10.*

e *Credere porro tripliciter dicimus. Credere Deũ dicimur, quando credimus Deum eſſe talem, qualis prædicatur, vt vnum in ſubſtantia, Trinum in perſonis, filium incarnatum, &c. Credimus Deo, quando quæ Deus dixit, vera eſſe dicimus. Credere vero in Deum, tunc dicimur, quando conſideramus Deum vt finem, & credendo Deum amamus, credendo & amando Deum, tanquam in vltimũ finem ad eum tendimus.*

## CAPVT VII.

1 *Fides cuius. fidelis Paganus.*
2 *Hæreticus.* 3 *Apoſtata.*
4 *Schiſmaticus.*
5 *Num ad fidem cogi quis poſſit.*

QVi † fidei IESV CHRISTI adhæret, fidelis & Chriſtianus dicitur. *b* Qui eam non recipit, paganus ſeu infidelis, vel Iudæus. *c* 1

Qui vero † prius etiam receperit, & poſtea in aliquo, vel in quibuſdam articulis ab ea diſſentit, pertinaciter errorem defendens, Hæreticus dicitur. *d* 2

Si in totum eam † relinquat & tranſeat in paganiſmum vel Iudaiſmum, Apoſtata nuncupatur. *e* 3

Si vero ſe ſeparet † non quidem a fide, ſed ab vnitate Eccleſiæ, ei rebellãdo, Schiſmaticus. *f* 4

Fides † Catholica ſponte ab initio ſuſcipienda, nemo autem vi eam ſuſcipere cogendus. *g* At qui ſuſceptam abiecerit, ad eam redire, & in ea ſe continere cogendus eſt. *h* 5

### SCHOLIA.

a *Can. mater Eccleſia, de conſecration. diſtinction. 4. ex diui Auguſtini. libr. 1. de meritis & remiſſ. pecca. ca. 25. fideles ſunt in Eccleſia. & ipſa in eis. vt notat gloſſ. ad can. Eccleſia caritas, ad verba,* per Spiritum ſanctum, *de conſecration. diſtinct. 4. per can. ſcire, 17. q. 1.*

b *can. vnic. §. quia vero Chriſtus, de ſacra vnctio. lib. 1. tit. 15.*

c *Infidelis ſine vera fide, & ita pagani quaſi in pagis & in ruſticitate & ignorantia viuentes, alieni a ciuitate* Dei, *vt ait Optat. Mileuita. Exſtat titulus. C. de paganis & ſacrificiis eorum. lib. 1. vbi pro idolatris & Ethnicis accipiuntur. Eſt & titulus de Iudæis in Codice Iuſtinian. & in decretalibus libr. 5. titul. 6. libr. 5. Sexti titul. 2. & in Clement. libr. 5. titul. 3. & in* Decreta. *can. eos. 1. quæſtion. 1. & alia ſæpe de his mentio.*

d *Quis ſit Hæreticus dicendus docet capit. 27. hæreſes, c. 29. dixit Apoſtolus, 24. q. 3. nempe, qui aliquid defendit contra articulos fidei, & contra Eccleſiam cum peruerſa voluntate & pertinaci impugnatione. Alioquin enim, ſi quis erraret in fide & Eccleſiæ dogmatibus, & paratus ſit ſe corrigere, non cenſetur Hæreticus, c. dicit Apoſtolus, & c. qui in Eccleſia, & ibi Gloſſ. 24. quæſtion. 3. & Gloſſ. in cap. non licuit, 17. diſtinct. can. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1. Gloſſ. in c. damnamus, ad verb.* pertinaciter, *de ſumma Trinitat. & hoc modo debet intelligi. ca. dubius, de Hæretic. Dubius in fide hæreticus eſt, ſi videlicet dubio pertinaciter inſiſtit. Quamobrẽ nec viri ignari, ruſtici, vel alii idiotæ, qui ſine dolo in ſubtilitatibus fidei errant, ideo ſunt hæretici dicendi, vt diſputat.* D. *Thomas,* 2. 2. *quæſtion. articu. 6. Si modo pertinaciter non hæreant errori, vel ſi credant conditionaliter, ſi Eccleſia ita credat. Neque etiam omnes tenentur habere fidem explicitam. Quia credere diſtincte, eſt fidei prouectæ, potiſſimum, cum agitur de grauiſſimis & abſtruſioribus myſteriis, quæ explicite debent credi, ab iis, qui alios docturi ſunt. Articulos tamen quoſdam communes quilibet explicite neceſſario credere tenetur ad ſalutem. Quemadmodum quilibet Chriſtianus ſine culpabili ignorantia, non poteſt ignorare de Trinitate & vnitate, cũ quotidie dicat in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti: nec poterit ſine culpa ignorare de Natiuitate, Paſſione, & Reſurrectione Domini, quæ quotidie a ſuis curionibus audire poteſt. Porro, quot modis dici poſſit Hæreticus, cumulate docet Angelus Clauaſius in ſumma, in verbo Hæreticus. Num. 1. Vtrum autem eo ipſo, quod quis errãs in fide dicendus ſit ſtatim Hæreticus, vide Gloſſam ad cap. nec licuit, ad verba,* ad recipiendum, *17. diſtin. Et vtrum teneamur credere ea ſolum, quæ pertinent ad religionem: vide Gloſſ. ad ca. in domo, ad verba,* ſi quo minus, *de Pœnitent. diſtinctio. 4. Et num Papa poſſit diſpenſare circa articulos fidei: vide Gloſſam cum textu, ad verbum,* Apoſtoli, *in ca. ſunt quidam 25. quæſtio. 1.*

e *Apoſtata, deſertor eſt religionis Chriſtianæ: in l. 1. & toto titulo, de Apoſtatis, lib. 1. C. tit. 7. Et hic eſt proprie Apoſtata a fide. Sunt enim in iure Pontificio tres ſpecies Apoſtaſiæ: prima eſt Apoſtaſia ſeu receſſio a fide, vt in proxime citatis, & in cap. non poteſt, 2. quæſt. 7. Secundo, Apoſtaſia eſt diſceſſio vel tranſgreſſio præcepti: vt in ca. ſi quis venerit, &c. illud, de Maior. & obedien. Tertio, eſt Apoſtaſia irregularitatis, quando quis fit deſertor ordinis ſuſcepti, vel profeſſæ religionis. vt in ca. 1. & 3. de Apoſtat. lib. 5. decret. tit. 9.*

f *Schiſmatici quoque Hæretici dicuntur, ſed tunc hæreſis eſt, ſi Schiſma ſeu diſceſſio eſt antiqua. Atque ita Schiſma eſt nouæ congregationis noua diſceſſio, ſeu rebellio ab vnitate & pace matris Eccleſiæ Catholicæ. Separatio ab obedientia primi paſtoris. vt ait* D. *Auguſtinus, contra Creſconium, & in quæſtion. in diui Matthæi, ca. 2. Opta. Mileuitanus, 1. contra Parmenia. Quid autem interſit inter hæreſin, & Schiſma docet* D. *Hieron. ad c. 3. epiſtolæ ad Titum diui Pauli, in cap. 26. inter hæreſin. 24. quæſt. 3. Non habet fidem Chriſti, qui corpus illius, id eſt, membra Eccleſiæ, nititur diſtrahere. can. aduocauit 24. quæſt. 1.*

g *Sic ſcribit Gregorius Paſchaſio epiſcopo Neapolitano, li. 1. Epiſt. epiſ. 15. cuius verba in cap. 3. qui ſyncera, 45. diſtinct. & in Concil. Toleta. 4. cap. 56. relato. in cap. 5. de Iudæis, 45. diſtinctione, in cap. ſicut Iudæi. 5. de Iudæis libr. 5. tit. 6. diuus Auguſtinus, contra literas Petiliani. lib. 2. capit. 83. Cuius verba relata. in can. 33. ad fidem, 23. quæſt. 5.*

h *Tertullia. ad Scapulam in fine:* Non eſt, *inquit*, religionis, cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi. *Idem ait diuus Clemens, in principio, libr. 9. Recognitionum ad Iacobum fratrem domini. Et* D. *Bernar. in Cantica ſermo. 66.* fides. inquit, ſuadenda, non imponenda. *Sic Theodoricus Rex Romanorum Iudæis ſcribens, apud Caſſiodorum. libr. 2. Varia.*

*epiſtol.* 27. Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur, vt credat inuitus. *Et rurſus apud eundem Caſſiodorum. libr.* 10. *epiſto.* 26. *Iuſtiniano Imperatori Theobaldus Rex*, Cũ diuinitas multas patiatur religiones eſſe, non vnã audemus imperare: retinemus enim legiſſe, voluntarie eſſe ſacrificandum.

h *Dicto can. de Iudæis*, 45. *diſtinct. & dicto can. ad fidem.* 23. *quæſt. in* 5. *vide quæ dicemus infra Deo fauente. lib.* 2. *tit.* 5. *de Iudæis & paganis.*

## Capvt VIII.

1 *De Scopo & fine fidei & effectu.*

2 *Supplet baptiſmum, dat robur.*

1 Fidei finis eſt, † ſalus credenti. *a* verum illa eſt fides intelligenda, quæ ſpem & caritatem operatur: *b* hæc vnitas fidei innumeros populos contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet: *c* omnia purgat, *d* procellas militãtis Eccleſiæ ſuperat, *e* Rempublicam magis quam ſudores corporales gubernat, *f* vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia vera: *g* cum & ſine fide, falſa ſit virtus etiam in optimis moribus. *h*

2 Fides ſupplet, † quando Baptiſmus vel aliud Sacramentum haberi non poteſt, *i* hac reſiſtimus diabolo, *k* petimus & accipimus a Deo, *l* hanc omnes Chriſtiani tenentur defendere. *m*

### Scholia.

c Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. *Diui Marci. cap.* 16. *verſi.* 6. *Actor.* 16. *verſ.* 1. Crede in Dominum Iesvm, & ſaluus eris. *facit can. ad Roman.* 10. *verſi.* 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſſio ad ſalutem: &* 1. *Petr.* 2. *verſ.* 6. qui crediderit in eum, non confundetur. *& capit.* 11. *Diui Ioannis. verſic.* 25. *Dixit dominus* Iesvs. Ego ſum reſurrectio & vita, qui crediderit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. *& Actor.* 10. hinc omnes profectæ, &c. *& ad Galat.* 3. *verſic.* 8. *& Diui Ioannis. cap.* 3. *verſic.* 15. *Vide Concilium Tridentinum, ſeſſion.* 6. *cap.* 7. *&* 8. *vbi fides dicitur ſalutis initium, & radix iuſtificationis. Martinum Azpilcuetam Nauarrum in Manuali confeſſorum. cap.* 11. *nu.* 17.

b *Ad Galatas* 5. *verſu.* 6. *Diui Iacob. capit. verſ.* 2. 24. *can. Circunciſio, & ca. firmum, de Pœniten. diſtin.* 2.

c *ca. ſit rector, in medio,* 43. *diſtin.*

d *ca. final.* 15. *quæſtione fin. can. ſi Petrus,* 24. *quæſt.* 1.

e *ca. non turbatur,* 24. *quæſt.* 1.

f *Vide luculenter, ca. in qualibet,* 23. *quæſtione* 8.

g *Quia iuſtus ex fide viuit. can. vbi ſana,* 24. *q.* 1.

h *ca. omnes,* 28. *q.* 1.

i *ca. Baptiſmi, de Conſecrat. diſtin.* 4.

k 1. *Petri. ca.* 5.

l *Diui Matthæi. cap.* 21. *verſ.* 22.

m *can. nos. & ca. vbi nam,* 96. *diſt.*

# DE SACRAMENTIS.

## TITVLVS SEXTVS.

## Capvt I.

*Continuatio, ſacramentorumque nouæ legis vis.*

Qvia per Sacramenta nouæ legis omnis vera iuſtitia, vel incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur, *a* & quia Sacramenta non ſunt ſuperflua, ſed ad ſalutem neceſſaria: *b* inter ea, quæ in fide Chriſtiana conſideranda ſunt, ea quoque pertractabimus ſecundum iuris Pontificii exigentiam, remiſſis lectoribus in aliis ad ſacræ Theologiæ interpretes. *c*

### SCHOLIA.

a *In Concilio Tridentino, ſeſſione* 7. *in proœmio. Notat Ioannes Gerſo. in* 2. *parte operum,*



*rum, in compendio Theologiæ de ſeptẽ Sacramentis ex Hugone, quod Sacramenta nouæ & veteris legis habent triplicem differentiam. Primo, quod noſtra Sacramenta ſunt immediate ſigna gratiæ: illa non. Secundo, quod noſtra Sacramenta ſunt ſigna & cauſæ, illa vero ſunt ſigna tãtum. Tertio, quod Sacramenta veteris legis promittebant tantum gratiam, quam non continebant: noſtra dant gratiã quam continent.*

b *Eod. Concilio & ſeſſion. cap.* 4. *&* 5. *quomodo Sacramenta vt medicina in Eccleſia ſint neceſſaria: Vide D. Thom.* 3. *parte, q.* 61. *Vignerium, in inſtitutionib. Theologicis, cap.* 16. *verſ.* 9.

c *Tractarunt maxime in* 4. *librum magiſtri ſententiarum & ex canoniſtis Nicolaus Plouius & Stephanus de Caieta Neapolitanus, in repetition. cap. ad limina,* 30. *quæſtion.* 1.

## Capvt II.

*Quid Sacramentum.*

Sacramentum nouæ legis, eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. *a.*

### Scholia.

a *cap. Sacramentum,* 32. *de Conſecration. diſtinct.* 2. *& lib.* 4. *Sentent. patrum, diſt.* 1. *&* 8. *quæ finitio conflata videtur, ex tribus locis. Diui Auguſtini primus eſt in decimo de Ciuitate Dei, ca.* 5. *Vbi ait:* Sacrificium ergo viſibile, inuiſibilis ſacrificii Sacramentum, id eſt, ſacrum ſignũ eſt. *Secundus locus, ex libro de Catechiſandis rudibus, c.* 20. *vbi ait:* De Sacramento ſane quod accepit, cum ei bene commendatum fuerit, ſignacula quidem rerum diuinarum eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari. *Tertius eſt, ex epiſtola eius,* 66. *Vbi,* ſi autem malus eſt, operatur per illum Deus viſibilem Sacramenti formam, ipſe autẽ dat inuiſibilem gratiam. *Quid autem ſignum ſit definit idem, lib.* 2. *de Doctrina Chriſtiana. Signum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud faciens ex ſe in cognitionem venire. Refertur in ca. ſignum,* 33. *de Conſecration. diſtinction.* 2. *Iuo etiam teſtatur parte* 2. *capit.* 8. *& can. multi ſecularium,* 84. *diſtinctione. Gregorius ait:* Sacramentum vero eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita fit, vt aliquid ſanctificate accipiamus: quod ſancte accipiendum eſt. Sunt autem Sacramenta, Baptiſma, Chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum diuina virtus ſecretius ſalutem eorundem Sacramentorum operatur: vnde a ſecretis virtutibus vel ſacris, Sacramenta dicuntur, &c. *Hugo vero de Sancto Victore lib.* 6. *de Sacramentis, parte* 9. *capit.* 2. *ait:* Sacramentum eſſe materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione figurans: ex ſimilitudine repræſentans: & ex ſanctificatione aliquã gratiã inuiſibilẽ continẽs. *Porro dixi, Sacramẽtum nouæ legis, vt appareat nos loqui de Sacramentis eius, non de antiquæ legis Sacramẽtis, quæ a noſtris differunt, vt docetur in lib.* 4. *Sententiarũ diſtinctio.* 4. *& ſequent. Exſtat can.* 2. *ſeſſion.* 7. *Concilii Tridentini. In hæc verba:* Si quis dixerit ea ipſa nouæ legis Sacramenta a Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia ceremoniæ ſunt aliæ & alii ritus externi, Anathema ſit. *Porro hic omittimus alias finitiones vel deſcriptiones Sacramenti: cõtenti enim illa ſumus intellecta ſecundum intentionem Eccleſiæ. Si quis tamen velit latiorem, poterit Hugonis referre, quam ponit, lib.* 1. *parte* 9 *cap.* 2. *Sacramentum (inquit) eſt corporale & materiale elementum, foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, & ex inſtitutione ſignificans, & ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem & ſpiritualem gratiam. Et his duabus erit contentus tyro iuris Pontificii finitionibus, quæ receptæ*

ſunt: quamquam aliqui dixerint, non poſſe Sacramentum quid ſit definiri, vt Okam, Iohannes Maior, Ricardus: in 4. ſentētiar. cap. 1. Difficiliora autem reiicimus de Sacramētis ad Theologos, quorum proprium eſt de illis tractare, vt num definitio Sacramenti vniuoce conueniat Sacramentis legis veteris & nouæ. In quo ſunt & duæ ſententiæ interpretum ſacrorum, vt poteris videre in prædictum lib. 4. ſententiarum, diſtinctio. 1. Albertum, Thomam, Bonauenturam, Dominicum Soto & alios.

## Capvt III.

1 Quod ſunt Sacramenta nouæ legis ſeptem.
2 Tria characterē indelebilem imprimunt.

1 Sacramenta nouę † legis, ſeptem ſunt: Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Matrimonium, Sacer Ordo. *a* De quibus poſtea ſuo loco, Deo fauente, dicemus latius.

2 Horum tria † imprimunt characterem in anima indelebilem, hoc eſt, ſignū quoddam ſpirituale & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Ordo: *b* Alia indelebilem non imprimūt, & ideo iterari poſſunt. *c*.

### Scholia.

a Sic reſoluit ſancta Catholica Eccleſia, in Concilio Tridentin. ſeſſion. 7. canon. 2. ex Concilio Florentino, ex decretis Eugenii ad Armenos. Hæretici diſſident. Quidam enim duo, quidam tria, quidam pauciora vel plura contra definitionem Eccleſiæ ponunt. Et qui duo ponunt, aſſerunt tantum Baptiſmum & Euchariſtiam: cum tamen ſacri patres & de aliis meminerint, vt de illis duobus, vt ſuis locis ſingula demonſtrabuntur, vt & Cyprianus meminit de Vnctione, lib. 1. epiſtola 12. & ibi etiam de remiſſione peccatorum & pœnitentia, vt Tertullian. lib. de Pœnitentia. Hieronymus contra Luciferianos, Leo Magnus epiſtola 90. D. Auguſtinus epiſtola 118. ad Ianuarium, Baptiſmum & Euchariſtiam agnoſcit. & lib. 5. contra Donatiſtas, ca. 20. Confirmationem. & lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, c. 13. loquitur de ſacris ordinibus, conferens illos Baptiſmo. Omitto reliquos Sacros de aliis interpretes.

b In Concilio Tridentino, ſeſſion. 7. cano. 9. & ſeſſio. 23. cap. 4. ex decretis Eugenii in Concilio Florentino. Vide de his & Angelum Clauaſium, in ſumma ad verbum Character, & in lib. 4. Magiſtri ſententiarum diſtinction. 6. quæſtion. 1. 2. 3. 4. & 5. Character eſt quædam ſpiritualis qualitas animæ, quæ ſignificat gratiā gratum facientem, diſponitque ad eandem, habens aliquam ſimilitudinem cum gratia, quæ eſt ſimilitudo Dei, vnde omnes cōfigurat Deo, & diſtinguit ab his, qui iam ſunt de grege Domini, vt ait prædicto loco Angelus in ſumma. Quæ ſunt ordinis ſacri cuiuſcumque ſemper remanent, vt ſacerdos, epiſcopus ordinatus, &c. nec poſſunt ita ordinati priuari. In quo conuincitur antiquorum quorundam etiam magnorum virorū error, qui tempore Cypriani Martyris in Africa, ſedente Concilio Romæ dicebant, Schiſmaticos, Hæreticos & Excōmunicatos, deiici ab omni gradu, dignitate & ordine, vt neque ſacerdotes remanerent, nec Epiſcopalem retinerent epiſcopi ordinem, nec Diaconi Diaconatum, & ſic de ſimilibus, nec poſſent baptizare, & baptiſarentur ab illis baptiſati, non conſecrarent, non ordinarent, & totum ab iſtis factum dicerent iterandum: non darent ſpiritum Sanctum, quem non haberent, de quibus diſputatur, & referuntur plures ſententiæ in 4. ſententiarum, diſtinct. 25. & in diſtinction. 13. eiuſde libri, vbi Magiſter ſententiarum non tenetur ab aliis Scholaſticis, & in cap. Arrianos, 73. cum ſequentibus, 1. queſtion. 1. Cyprian. epiſtola contra Parmenionem, & c. ſi quis inquit, eadem 1. quæſt. 1. D. Auguſtinus lib. 2. contra epiſtolam Parmenionis, cap. 13. tomo, 7. & pro omnium ſententiarum Concordia Joannes Gerſon in 1. parte operum, tractat. de conferebilitate Papæ ab Eccleſia, conſideratione 13. ait duplicem adhibendam diſtinctionem. prima, epiſcopus Hæreticus aut degradatus ab Eccleſia, aut intendit dare & facere conformiter ad intentionem Eccleſiæ, vel baptizat, vel conſecrat, vel ordinat, vel confirmat, materiam inſuper & formam debitas obſeruat: aut defecit in aliquo iſtorum: intentione videlicet corrupta & erronea, vel in materia vel forma. De primo caſu intelligit Diuus Auguſtinus & Eccleſia, vt illi conſacrent, baptizent, etſi depoſiti & Hæretici aut Schiſmatici. In ſecundo caſu de his, qui deficiunt, alii intelligunt dicentes. quod ſacerdotes Hæretici nihil agant, quales erant plurimi hæreticorum antiquitus, vt Arriani & errantes in ipſa ſubſtantia ſacramentorum. Conſtituūt rurſus aliam diſtinctionem de efficacia ſacramentorum collatorum ab indignis ſacerdotibus & hæreticis: de efficacia vel quoad vtilitatem, vel quoad veritatem: ratione quippe vtilitatis dicuntur nulla, quia non proſunt facientibus, neque ſcienter recipientibus: ſed potius obſunt. quod pertinet vero ad veritatem conſecrationis ſacerdotum hæreticorum more Eccleſiæ facta & intentione habent efficaciam & veritatem.

c Sacramenta quæ non imprimunt characterem, iterari poſſunt, quæ imprimunt non poſſunt, in can. 1. 2. 3. ſub 68. diſtinction. capit. etſi illa, 23. §. breuiter, cum 12. ſequentib. 1. quæſtion. 7. vbi idipſum explicatur & diſtinguitur. & cap. licet, 32. quæſt. 7. cano. quod quidam, 1. quæſt. 1. cap. ſacramenta, 3. ea. di. 1. quæſtio. 1. Si quid autem in ſacramentis quæ non iterantur omiſſum ſit, illud quod omiſſum eſt ſine iteratione reliquorum ſuppletur, capit, 1. 2. 3. de Sacramen. non iteran. lib. 1. titu. 16. facit, cap. qui vis, de Cōſecration. diſtinction. 4. Quod ſi etiam dubitetur num Sacramentum, quod iterabile non eſt, collatum fuerit, non dicetur iteratum dum conferetur. cap. ſi nulla, de Conſec. diſtinct. 4. cap. veniens, de Presbytero non baptiza. Miniſtra. lib. 3. titulo 43. Iterantur Sacramenta, Euchariſtia, can. quotidie, c. ſi non frequentius, de Conſecr. diſtinct. 2. Extremæ vnctionis, Hoſtienſ. ad tit. de Sacramen. non iterandis, c. & quæ ſunt. Pœnitētia, priuata ſcilicet, cap. omnis, de Pœnitent. & remiſſio, non publica, can. in capite 50. diſtinct. Matrimonium, cap. penu. & fin. & toto titulo de Secun. nup. iteratio tamen matrimonii intelligitur altero ex coniugibus mortuo, non viuente vtroque.



## Capvt IIII.

1 Quæ adſunt in Sacramento.

Sacramentvm quatuor exigit, primo, elementum ſeu debitam materiam; Secundo formam verborum; *a* Tertio miniſtrum accommodum. *b* Quarto intentionem miniſtrantis. *c*. 1

### Scholia.

a Elementum, eſt res, ex qua Sacramentum fit, vt aqua in baptiſmo: vinum & panis in Euchariſtia, &c. Verba habent formam diſtinguentem quod fiat, vt in baptiſmo forma, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. In Euchariſtia, hoc eſt corpus meum, &c. cap. detrahe, 1. quæſtion. 1.

b Quedam Sacramenta habent miniſtrum ſuo miniſterio accommodum, vt poſtea liquebit ex explicatione ſingulorum. & ita in Concil. Tridentino, ſeſſio. 7. can. 10. Si quis dixerit Chriſtianos omnes, in verbo & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, anathema ſit. Vide Concilium Carthaginenſe, 4. capit. 98. Veluti non poteſt Ordo ſacer, aut Confirmatio conferri, præterquam ab epiſcopo, vel ab habente poteſtatem epiſcopalem. capite Abbates, de Priuileg. in Sexto. Vide & Gloſſam diſtinguentem in capitul. 1. 79. diſtinctione capitul.

*cum contingat, de Ætata. & qualit. & ibi de Ordinatione. De confirmatione vero, in cap. de his, cum 2. ſequentibus, de Conſecration. diſtinction. 5. capi. quanto, de Conſuetud. Habent Euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, proprium miniſtrũ presbyterum. de Euchariſtia in capi. perlecto, 25. diſtinction. capit. firmiter, §. vna, de Summa Trinita. De pœnitentia vero diſtingunt an ſit publica vel priuata; Publica namque ſeu ſolemnis, imponetur tãtum ab epiſcopo, de qua in dict. ca. in capite, 50. diſtinc. c. Abbatibus, de Exceſſibus prælator. Alia vero, ſiue fiat in facie Eccleſiæ, vel alio modo, poteſt imponi a ſacerdote alio quam epiſcopo, confeſſionem audiente. Goffredus, Hoſtienſis, & alii, ad can. pœnitentes, 50. diſtinction. ca. omnes, vtriuſque ſexus, de Pœnitent. & remiſ. cũ ſimilib. Baptiſmus in caſu neceſſitatis, non habet ſpecialem miniſtrum, ſi diſcrimẽ vitæ baptiſandi immineat, dum ſacerdos expectatur. ca. in neceſſitate, & can. cumq;, de Conſecration. diſtinction. 4. cap. ſuper quibus, 30. quæſtion. 2. Extra neceſſitatẽ, habet proprium parochum presbyterum pro miniſtro, c. 1. de Cleric. non ordina. miniſtranti. Sacramentum porro matrimonii, cum conſiſtat in conſenſu viri & mulieris, ex neceſſitate non habet miniſtrũ proprium: tamẽ propter ſolemnitatem, habet ſacerdotem. ca. cum inhibitio, de Clandeſtina deſponſat. Omnibus commune eſt Sacramentis, peccata & malitiam miniſtrorum, quibus data eſt poteſtas, tractandi & concedendi Sacramenta, nihil obeſſe ſanctitati & puritati Sacramentorũ, quæ non polluuntur per miniſtrorum vitam, c. Sodomitæ, 37. & cano. remiſſionem, in §. 1. vbi pulcerrima adduntur rationes, 1. quæſtio. 1. Non enim meritum Sacramẽtorum ex perſona miniſtrantium, ſed a virtute pendet diuina, vt docetur in can. multæ, ca. ita fit. c. quatuor, ca. non nocet, c. non ne, 1. quæſt. 1. Et quandiu tolerantur miniſtri ab Eccleſia, tandiu ab illis poſſunt accipi Sacramenta, ca. veſtra. 7. de cohabitatio. clericor. & mul. lib. 3. tit. 2. can. omnia, ca. nulli, ca. per Eſaiam. 1. quæſt. 1. c. fin. 15. quæſt. fin. Ab hæreticis tamen, quos vere ſcimus eſſe hæreticos, nõ ſunt accipienda. ca. final. 24. quæſtion. fin. Si tamẽ ab illis dentur in forma Eccleſiæ Catholicæ, virtute non carent, c. ſecundum, 19. diſtinctio. canon. ſi autem, cum tribus ſequentibus, c. ſicut, ca. quod pio, 1. quæſtion. 1. Contrarium, ſi non dentur in forma Eccleſiæ Catholicæ, ca. qui. §. ſed notandum, 1. quæſt. 1. Quamobrem Sacramentum in forma Eccleſiæ datum, iterandum non eſſe: verum virtus ſacramenti dabitur per manus impoſitionem eorum, qui hæretici non ſunt. vide diſtinctiones in c. præter hoc, §. porro, 32. diſtinct. Ab excommunicato quoque collata Sacramenta vim habent, quamuis peccet, qui ea in eo ſtatu confert. c. ſi celebra, de cleric. excommu. miniſtran. In Concil. Tridentin. ſeſſion. 7. canon. 12.* Si quis (*inquit*) dixerit, miniſtrũ in peccato mortali exſiſtentem, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentũ conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non cõficere aut non conferre Sacramentum, anathema ſit. *Et in titulo de Baptiſmo, in eadem ſeſſion. cap. 4. & in ſeſſion. 14. titulo de Miniſtro huius Sacramenti & abſolutione, cap. 6. Sic negatur Sacramenta vera eſſe apud hæreticos non quantum ad formam, ſed quantum ad virtutem, ca. omnes, 14. §. item. cum dicitur, 28. quæſt. 1. Vide hoc explicatum, in ca. quod quidam, 97. ſub 1. q. 1. §. verum, 32. diſtinct. c. cum renuntiatur, 32. quæſt. 1. ca. quamuis, de conſecration. diſtinction. 4.*

c *Intentio eſſe debet, vt qui confert Sacramẽta, intendat illa conferre, & ad eum finẽ, quo inſtituta ſunt, conferat: non ioco, non per irriſionem vel contemtum: & cum intentione Sacramenti, verba Sacramenti pronuntiet. Quod Innocentius late explicat, ad c. 1. de Baptiſmo. facit, c. detrahe, quæ. 1. & Concilium Tridentinum ſeſſion. 7. de Sacramentis, ca. 11.* Si quis (*inquit*) dixerit, in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem, ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, anathema ſit. *Id etiam ex diuo Auguſtino, translatum in cap. ſolet etiam quæri, 3. de Conſecration. diſtinction. 4.*



## Capvt V.

1 *A quo inſtituta Sacramenta.*

1 Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis, non fuiſſe omnia a Iesv Christo Domino noſtro inſtituta, anathema ſit. *a.*

### Scholia.

a *Verba hæc ponuntur in Synodo Tridentina ſeſſio. 7. ca. 1. & in Concil. Florentino in decretis Eugenii ad Armenos. & in ſumma, baptiſma inſtitutum. D. Matthai. ca. 28. Confirmatio promiſſa a Chriſto in die Aſcenſionis eius, Diui. Luc. cap. 24. Inſtituta die Pentecoſtes, Actor. 1. Sacramẽtum corporis Chriſti, inſtitutum, DD. Matthai c. 26. Marci c. 14. Lucæ 22. ad Corinth. c. 11. Sacramentum Pœnitentiæ vel abſolutionis inſtitutum, D. Matthei, c. 16. & 18. & Diui Iohan. Euang. cap. 20. de Sacramento ordinis agit D. Paul. ad Epheſios, c. 4. Diuus Matth. c. 26. D. Marcus, cap. 10. & 14. D. Lucas, cap. 9. 10. & 22. Sacramentum matrimonii liquet, ex c. 19. D. Matthai: vnctionis vero extremæ ex epiſtola Diui Iacob. cap. 5.*

## Capvt VI.

*De forma concedendi Sacramenta.*

Sacramenta vna & eadem forma vbique adminiſtrari debent, ne fiat ſchiſma in Eccleſia. *a.*

### Scholia.

a *Cyprianus Epiſtola 8. lib. 4. Diuus Auguſtinus de Eccleſiaſticis dogmatibus, c. 30. facit, c. fin. 11. diſt.*

## Capvt VII.

1 *Quibus, & quæ neceſſaria ſunt Sacramenta, & quæ neceſſitatis & voluntatis.*

2 *Num apud hæreticos.*

Omnia Sacramenta ſunt quidem ad ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ neceſſaria; *a* Baptiſmus introeuntibus Eccleſiam: *b* Confirmatio ad robur pugnantium; Euchariſtia ad viaticum progredientium: *c* Pœnitentia, pro redeuntibus vel reſipiſcentibus: *d* extrema vnctio, exeuntibus ab hoc ſeculo; *e* ordo diuinis & ſeruientibus: *f* Matrimonium, generantibus: *g* Ratione vero ſingularium perſonarũ Chriſtianorum, quædam dicũtur ſingulis Chriſtianis neceſſaria ſeu neceſſitatis; *h* quæ ſunt de præcepto: & tenetur quilibet Chriſtianus ea recipere certo loco & tẽpore, *i* quæ non poſſunt prætermitti ſi detur tempus, ex contemtu, *k* ſine detrimento ſalutis æternæ. Qualia ſunt Baptiſmus, *l* Confirmatio *m*, Euchariſtia, *n* Extrema vnctio, *o* Pœnitentia, *p* Quæ nihilominus quamtumuis neceſſaria, tamen temere nõ dantur omnibus, veluti impœnitentibus *q*, nec mox a grauioribus peccatis redeuntibus, *r* acephalis, *s* excommunicatis. *t* Alia porro ſunt Sacramenta voluntatis, quia ea Chriſtianus ſi velit, poteſt accipere, nõ tamẽ cogitur: qualia Ordo: *v* & Matrimonium. *x* Apud Hæreticos negantur eſſe Sacramenta vera; non quidem quantum ad formam, ſed quantũ ad virtutem. *y.* 1

### Scholia.

a *In Concil. Trident. ſeſſion. 7. cap. 4. ſunt columnæ iſtæ ſeptem, quas ſibi ſapientia in domo ſua excidit.*

b *ca. nulla præter, §. porro, de Conſecratio. diſtinct. 4.*

c *ca. vnic. §. per famulos, de Sacra vnction. can. Spiritus ſanctus, de Conſecration. diſtinction. 5.*

d *c. qui recedunt, & c. de his, 26. quæſtion. 6.*

e *c. his qui, 26. quæſt. 7. c. 2. §. 2. de Pœnit. diſtinct. 3.*

f *ca. ab infernis, 26 quæſtione ſeptima.*

g *ca. cleros. 21. diſt.*

h *ca. omne bonum. 27. quæſt. 7.*

i *Probatur diuiſio Sacramentorum, in neceſſaria & voluntaria. in c. veniens, 8. & ibi Gloſſ. de Tranſact. Dignitatis quæ non ſunt neceſſitatis, dixit, ca. remiſſionem, 39. §. ſed notandum. 1. quæſt. 1. vbi Gloſ. tractat. de ſingulis Sacramentis neceſſitatis & voluntatis, ſeu dignitatis.*

k *In ſumma Roſellæ dicta, in verb. Sacramentum.* B

*Alioquin ſi ſine contemtu prætermittatur Sacramentorum ſumtio, non eſt iudicandum de damnatione prætermittentis: cum poteſtas Dei non ſit alligata Sacramentis, & poſſet ideo ſi illi placuerit, aliter ſaluare. c. debitum, 4. de Baptiſmo. lib. 3. titu. 42. c. final. de Pœnitent. diſtinct. 7. c. fin. de Presby. non Baptiſa.*

m *ca. nulla præter, de Conſecration. diſtinction. 4.* C

n *ca. nullus, de Conſecration. diſtinction. 4. Eſt autem neceſſitatis confirmatio, habita ratione contemtus, non aliter: vt ait Panormit. ad ca. quanto, & ibi textus, de Conſuetudi.*

o *ca. omnis Chriſtianus, de Conſecration. diſtinct. 4.*

p *can. 1. cauſ. viceſima ſexta quæſtion. 7.*

q *ca. non poteſt, de Pœnitent. diſtinction. 1.* D

r *Fere per totam, cauſam viceſimam ſextam, quæſt. 7.*

s *ca. in actione, de Pœnitent. diſtinction. 1.*

t *ca. Abbatibus, viceſima octaua. quæſtion. 2.*

v *can. ſi quem, de Senten. excommu. ca. Engeltrudam, 3. quæſtion. 4.*

x *cap. vbi iſta, ſeptuageſima quarta diſtinctione.*

y *ca. vbi non eſt, 30. quæſtione 2.* E

z *ca. omnes, 14. §. item cum dicitur. 28. quæſtio. 1. Vide hoc explicatum, in c. quod quidam, 91. 1. q. 1. ca. cum renuntiatur, 32. quæſtion. 1. ca. quamuis, de Conſecration. diſtinction 4.*

A

## Capvt VIII.

*Effectus Sacramentorum gratia, Character.*

1 QVODLIBET ſacramentum nouæ legis habet duos effectus. Vltimus, & principalis eſt gratia: Alius diſpoſitiuus ad gratiam, qui in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine dicitur Character: in aliis autem quatuor Sacramentis, dicitur Ornatus. B *a* Deus ibi iuſtificat, & interior effectus Sacramentorum, iuſtificatio eſt. *b.*

### Scholia.

a *Iiſdem verbis Vignerius in Inſtitutionibus Theologiæ. cap. 16. verſ. 10. de Sacramentis in generali. Explicatque verſu 6. Vbi, refert ſententiam Diui Thomæ, quod in omni Sacramento ſunt tria, ſcilicet Sacramentum tantum, res tantum, & res & Sacramentum ſimul. Atque rem & Sacramentum ſimul vocari characterem* C *in Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis & Ordinis: & in aliis quatuor Sacramentis Thomiſtas vocare illam entitatem ornatum, & dicere eſſe diſpoſitionem ad gratiam. in 4. ſententiarum diſtinct. 22. quæſt. 2. Videnda, & ſumma. Aſtexana, lib. 4. tit. 1. verſu. circa quartum. Explicat autem D. Thomas, 3. parte ſummæ, q. 65. artic. 1. quomodo Sacramenta Eccleſiæ ordinantur ad duo,* D *ad perficiendum hominem in his, quæ pertinent ad cultum Dei, ſecundum regimen Chriſtianæ & ſpiritalis vitæ; & in remedium contra peccatum.*

b *Vide Diuum Thomam in 3. parte ſummæ, quæſt. 62. artic. 8. & ad Romanos, capite 8.*

## Capvt IX.

*Abuſus Sacramentorum vitandus.*

E

1 VITANDVS eſt ſummopere & præcauendus abuſus Sacramentorum, & ne in aliorum vſus, quam ad quem inſtituta ſunt, applicentur. *a* Ideo firma cuſtodia, clauibus adhibitis, conſeruanda, ne temerariæ



rariæ manus ad illa extendi poſſint, ad tentanda nefanda & horribilia dictu: ideoque pœna impoſita ea negligenter cuſtodientibus. *b.*

### Scholia.

a *Vide Angelum Clauaſium, in ſumma, in verbo,* Sacramentum. *Numero, 3. Abutuntur impiiſſime Sacramentis ſortilegi, Vide quæ dixi, lib. 3. Syntag. iur. cap. 6. & lib. 4. c. 15. Probat, & cap. 2. de Apoſtat. can. quiuis, 117. & ſequ. de Conſecration. diſtinct. 4. Iuſſit Deus, Exodi, capit. 30. Moſi facere vnctionis oleum Sanctum, opere unguentarii, quo vngeretur tabernaculum & res eius ad Sanctificationem. Prohibuit autem carnem hominis vngi ex eo, ſub pœna mortis. Idipſum & de thymiamate altaris dictum, ne ad profanos & priuatos vſus ſub pœna mortis conuerteretur.*

b *cap. 1. de Cuſtod. Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum, lib. 3. tit. 44. cap. ſane, 10. de Celeb. Miſſar. lib. 1. titul. 41. ca. qui bene non cuſtodierit, de Conſecration. diſtinction. 2.*

## Capvt X.

*Rationes aliquæ Sacramentorum.*

1 TRIPLICI porro de cauſa dicūt Theologi inſtituta fuiſſe Sacramenta, propter humiliationem, eruditionem, & exercitationem: *a* ſed hæc & alia apud illos cognoſcēda relinquamus. progrediamur, & ad ſingula Sacramenta perueniamus.

### Scholia.

a *Magiſter ſententia. lib. 4. diſtinction. 1. quæſtion. 2. Propter humiliationem, vt dū homo inſenſibilibus rebus, quæ ei natura inferiores ſunt, ſe ex præcepto Creatoris cū reuerentia ſubiicit, vt magis ex hac reuerentia placeat; non in illis, ſed per ea ab eo quæres opē. Eruditio eo reſpicit, vt id quod foris in ſpecie viſibili cernitur, ad inuiſibilem virtutem agnoſcendam mens erudiatur. Exercitatio, eo pertinet, ne homo ſit otioſus, & vana contemplatione a dæmone inficiatur.*

A

# DE BAPTISMO

## *a* Tit. VII.

*a* De Baptiſmo & eius effectu *lib. 3. Decret. Tit. 42. in Cle. lib. 3. tit. 15. in Decreto Gratiæ. tota diſtinct. 4. de Conſecratione. in Codice Iuſtinianeo, ne ſanctum Baptiſma reiteretur lib. 1. tit. 6. in noſtro Syntag Iuris, lib 2. c. 4.*

## Capvt I.

B *De nomine, & in Gloſſa: quando aqua ſacramentum: & quod linguæ tantum tres in Eccleſia, & de profano baptiſmate.*

1 BAPTISMVM inter Sacramenta annumerari iam ſatis ſuperiori titulo dictū eſt. *a* Quamobrem probatione illa contenti ad reliqua, quæ baptiſmi ſunt, prouenio. Baptiſmus generaliter, idem eſt, quod ablutio, aſperſio, a Græco verbo, *b* C βαπτίζω, quod eſt abluo, immergo, vnde βαπτισμὸς & βάπτισμα, merſio, lotio, ablutio; & βαπτιστήριον lauacrum; & βαπτιστὴς ſeu baptiſta, qui immergit, qui abluit. Commune ita nomen & profanis & ſacris ablutionibus & expiationibus: *c* verum hic de Eccleſiaſtico, diuino & ſacramentali baptiſmate, agere inſtituimus tantummodo.

### Scholia.

D a *Supra titul. 6. & c. 2. Gloſſ. ad c. 1. ad ver.* Sacramentum, *de Conſecration. diſtinct. 4. tradit, aquam in baptiſmo, eſſe Sacramentum, & ipſum characterem; ſimiliter 32. quæſtion. 2. c. licite, & ipſam etiam ablutionem. Et hæc tria idem ſignificare, ſcilicet ablutionē interius factam, vel quæ fieri debet propter ficte accipientē. Aquam autem incipere & deſinere eſſe Sacramentum in prolatione vltimæ literæ illius for-* E *mæ, quia tunc ſignat: non ante vel poſt eſſe Sacramentum, remanere tamen rem ſacram, cap. 1. de ſacra vnction. Quemadmodum dicitur in oleo benedicto vel Chriſmate: quia tandiu eſt Sacramentum, quandiu ſit cum eo vnctio, nō ante*

*vel poſt: remanere tamen rem ſacram, quamuis alii contrarium dicant, inquit Gloſ. vt notatur in c. detrahe. 1. quæſt. 1. adde, can. per aquam baptiſmi, de Conſecratione diſtinctione 4.*

b *Hic obiter notandum Eccleſiam Catholicam vti tribus linguis principalibus, Hebraica, Græca, Latina. Verba quædam in ſuis myſteriis & diuinis adminiſtrationibus, integra & immutata retinuiſſe: non autem ex aliis admiſcuiſſe. Eo quod titulus Crucis, in qua Dominus noſter fixus fuit, Hebraice, Græce & Latine tantum conſcriptus fuit. Diui Iohannis, c. 1. Sic ex Hebræis inuenimus:* Eli, Eli, Lamanazabatani. *D. Matthæi, cap. 27.* Deus Zebaoth. *Miſſa a* mas, *tributum, oblatio. Ex Græcis habemus:* Kyrie eleiſon; Baptiſma, Chriſma, Exorciſtes, Cathecumenos, Euergumenos, Euchariſtiam, *& alia plura, ex Latinis fere omnia nunc nobis.*

c *Profana baptiſmata, ſunt ablutiones a ſordibus corporalibus, qualia habebant plura Iudæi, Eccleſiſtici, 34. Marci 7. Docuimus & lib. 36. Syntagmatis, c. 2. Num. 1. quomodo & per aquam gentiles expiarent crimina; quæ ibi vide.*

## Capvt II.

1 *Diuiſio ſeu diſtinctio Baptiſmi octuplex.*
2 *Chriſtianum, ſanguinis, flaminis.*
3 *Fluminis.*

Rvrsvm Baptiſma in ſacra ſcriptura octuplex refertur. *a* Primum, fuit diluuii, quo terra inundata eſt a peccatis, ſeu
1 peccatoribus, deletis ſeu ſuffocatis delinquentibus, qui tunc eam incolebant. *b* Secundum fuit in maris rubri trãſitu, in quo adfuit aqua, nubes & ignis. Tertium, fuit illud, quo immundi lauabantur, & poſt lotionem purificati in caſtra redibant. *d* Quartum Diui Ioannis Baptiſma, introductorium ad Chriſti Baptiſma, nondum tamen ſpiritale, ſed ad pœnitentiam pertinens. *e* Quintum, conſtat lacrymarum copioſa emiſſione, vere laborioſum. *f* Sex-
A tum ex ſanguinis irrigatione ſeu aſperſione, in martyrio pro fide Chriſti. *g* Septimum Baptiſma dicitur non ſalutare, quod ſine fine peccatores punit. *h* Octauũ Chriſtianum totum ſpiritaule.

Breuius autẽ, † Baptiſma Chriſtianum 2
diſtribuimus, in Baptiſmum ſanguinis, flaminis, & fluminis. *k* Baptiſmus ſanguinis eſt, quando quis pro fide eiuſque confeſſione martyr ſeu teſtis fit, & in ſanguine
B ſuo baptizatur, cuiuſmodi dicitur Baptiſmus innocentium Martyrum, & latronis in cruce Deum confitentis, qui dum pateretur, credidit, & in quo, quod de Sacramento Baptiſmi defuerat, cõpleuit omnipotentis benignitas, quia non ſuperbia, non contemtu, ſed neceſſitate defuerat. *l* Baptiſmus flaminis, quando quis igne & gratia Sancti Spiritus ſic mundatur & abluitur a peccatis, dum coram perſecu-
C tore fidei conſtanter, antequam aqua & Spiritu baptizari poſſit, fidem confitetur, *m* vel dum quis fidem habet, & credit ſe fuiſſe baptiſatum. *n*

Baptiſma fluminis eſt lauacrum rege- 3
nerationis, ablutio corporis, accedente certa & præſcripta forma verborũ, *o* hocque & Sacramentale Baptiſma, de quo hic agemus præcipue.

D

## Scholia.

a *Apud Athanaſium. lib. de diuer. quæſtio. quæſt. 133.*

b *Geneſ. c. 7. & 8. & 2. Petri, cap. 2. Sapientiæ 10. can. quid ergo, 23. quæſt. 5. can. non eſt. 6. diſtin.*

c *1. ad Corinth. c. 10. Exod. c. 13. ca ne quemquam. de conſecrat. diſt. 4.*

d *Numero. cap. 19. Iudith. cap. 12.*

e *Actor. cap. 1. & 19. diui Ioan. etiam cap.*
E *1. D. Marci. cap. 8. 9. can. non regenerabantur. de conſecrat. diſt. 4.*

f *Pſal. 6. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum.*

g *Hoc & dominus noſter Baptizatus, D. Marc. 10. Luc. 11.*

h *Athana-*



h *Athanaſius. vbi ſupra. de diuerſis quæſtionibus.* A

i *de quo nos infra mox dicemus copioſius.*

k *Gloſſ. ad can. 1. ad verbum,* neceſſarium, *de conſecrat. diſtinct. 4.*

l *can. Baptiſmi vicem, 34. & can. Cathecumenum. de cõſecrat. diſt. 4. c. nullus exſpectet. circa principium, & §. fi. de Pœn. diſt. 7. Defectum Baptiſmi ſuppleuit in latrone Paſſio Chriſti, item & ſupplet fides conuerſi, vbi neceſſitas Baptiſmum aquæ ex-* B
*cludit. Gloſſ. ad d. cap. Baptiſmi vicem, ad verbum* Cyprianus. *Sic & verus Baptiſmus non tam ablutione corporis, quam fide cordis conſtare dicitur. in ca. verus Baptiſmus. 150. de conſecrat. diſt. 4. ex diuo Auguſtino Tra. in Ioannem 8. ad ca. 15. diui Iohannis. Et quod apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus ſacrificii: vel pro his, qui de Abrahæ* C
*ſtirpe prodierũt, myſterium Circumciſionis, vt ait diuus Gregorius. libr. 4. in Iob. c. 2. in Moralibus: & refertur in cano. quod autem apud nos, & can. ſequenti. de conſecrat. diſt. 4. adde quæ dixi infra. cap. 6. literæ* v. *Baptiſmus flaminis imprimit Characterem, & liberat a pœna debita & culpa. Baptiſmus fluminis eſt, cum quis habens fidem volens baptizari caret Baptiſ-* D
*mo aquæ, non quidem per negligentiam & contemtum, ſed propter impotentiam, quia ſcilicet habere nõ poteſt, & liberat quenq; a culpa & pœna. Baptiſmus ſanguinis, vt in martyribus, qui nõ valentes habere Baptiſmũ aquæ, proprio ſanguine baptizantur: vel potius merito ſanguinis pretioſiſſimi in cruce effuſi. Et hic ſimiliter liberat a culpa & pœna. Sed iſti duo Baptiſmi flaminis & ſanguinis dicuntur extenſo nomine, quia quoad euacuationem & culpæ* E
*& pœnæ ſupplent locũ Baptiſmi flaminis, ſed tamen non imprimunt characterem. Vnde quidam dicunt, quod ſi contingeret aliquem talium baptizatorum reſuſcitari, quod deberẽt baptizari Baptiſmo aquæ: Iohannes Gerſon, 2. parte operum in compendio Theologiæ de Sacramentis.*

m *can. Baptiſmi vicem in ſecundo de Conſecratione diſtinctione quarta.*

n *cap. 2. de Presbyter. non baptiſa. libr. 3. titulo 43. Et hoc eſt Baptiſma per poteſtatem impartitum, nempe per Deum, quod aliud eſt ab eo quod fit per miniſterium, nempe per miniſtrum, vt ait Diuus Auguſtinus in Iohan. tractatu, 5. ad caput 1. qui refertur, in can. 39. aliud eſt, de Conſecration. diſtinct. 4. Conſtituit & Baſilius Magnus lib. de Spiritu Sancto, capit. 15. baptiſma ignis purgationem, quæ fit in vltimo iudicio per ignem. Quia ignis quale cuiuſque fuerit opus, probabit. 1. ad Corinth. capite 3. Et baptizatos igne Spiritus Sancti fuiſſe putat Apoſtolos Cyrillus, Hieroſolymitano. Catecheſi 3. & 17. Illuminatorum, per cap. 2. Actorum & cap. 3. D. Matthæi: ibi ipſe vos baptizauit Spiritu Sancto. Quamquam & aqua fuiſſe baptizatos putet Tertullianus lib. de Baptiſmo, cap. 13. & Diuus Auguſtinus ad Seleucianum, epiſtola 108. cuius verba in can. quando, 147. de Conſecration. diſtinctio. 4. Nicephor. lib. 2. cap. 4. Singulare eſt quod ait Cyrillus Hieroſolymit. Catecheſi 3. & Baſilius Mag. de Spiritu Sancto capit. 15. quod Dominus noſter* Iesvs, *miſit aquam & ſanguinẽ ex latere, vt illa tempore pacis, hoc tempore perſecutionis Baptiſmus fieret. Aquæ vicem, & viſibilis Sacramenti in neceſſitate, quæ aquam adhiberi non permittit, ſupplet Martyrium, & cordis contritio, diſtinct. c. Baptiſmi vicem, & c. Cathecumenum, de Conſecration. diſtinction. 4. Gloſſa ad ca. 1. ad verbum,* Sacramentum, *eadem de Conſecration. 4. diſtinct. explicat & Diuus Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas, ca. 22.*

o *Magiſter ſententia. lib. 4. in diſtinctio. 2. quæſtion. 1. ſicque definit Gloſ. ad c. 1. ad verbum,* neceſſarium, *de Conſecration. diſtinction. 4. Ablutio illa exterior corpo-*

*ris, interiorem animæ per Spiritũ ſanctum factam, indicat, ſignat & operatur: quæ fit additis verbis ad elementum: quod explicat, D. Ambroſius. lib. 1. de Sacramentis, ca. 4. & 5. vnde ſumtus canon per aquam, 9. de conſecrat. diſtin. 4. Videndum Concilium Tridentinum, ſeſſione 7. titulo de Sacramentis in genere. ca. 2. 6. & 8. Dicitur, & in ca. proprie, eadem 4. de conſecration. diſtinctione, quod Baptiſmus fluminis ſumſit ſimpliciter virtutem ex Paſſione Chriſti. Notat & Glo. ad cap. 1. ad verbum,* Sacramentum, *de conſecrat. diſtin. 4. quando aqua ſit Sacramentum.*

## Capvt III.

*1. 3. Vnum Baptiſma nec iterandum. 1. 3. 2. Regeneratio in eo ſpiritualis. 4. de Baptiſmo hæreticorum. 5. de ſimulato.*

1 REgeneratio vna eſt, † ideo vnum Baptiſma, *a* quod non iteratur. *b*

2 Per Baptiſmũ † ſpiritualiter renaſcitur homo, & membrum Chriſti fit, *c* characterem indelebilem accipiens: quem nec baptizatus amittit per peccatum, *d* nõ ſecus quam propter maculas aut morbos, nemo deſinit eſſe natus corporaliter. Et qui iterum ſcienter & ſponte baptizatur, iterum videtur Chriſtum crucifigere, *e* atque ideo pœnis multis obnoxius eſt, quæ in iuris corpore continentur. *f* Is etiam qui Catholicũ rebaptizat immaniſſimum dicitur committere ſcelus, *g* pœniſque iuris puniendus. *h*

4 Quamobrem † ab Hæreticis baptizati vel ab aliis, cum aliqua & ſubſtantiali forma. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti,* cum intentione baptizandi, vt Eccleſia docet, vere characterem Baptiſmi recipiunt, nec ſunt rurſum a Catholicis rebaptizandi. *i* Idem eſt, ſi in eadem forma & intentione a Iudæis vel infidelibus ſeu paganis fuerint baptizati, nam & ita ratus eorũ eſt Baptiſmus, *k* ideo non rebaptizantur, vt nõ baptizati: verum tamen, cum a talibus baptizati veniunt ad fidem Catholicam, in Eccleſiam perducti, in illis ſupplentur in Baptiſmo adhiberi a Catholicis ſolita, omiſſa in Baptiſmo, & adduntur: vt chriſma, manus impoſitio, profeſſio plena fidei & reliqua. *l* Si autem in forma Eccleſiæ baptizati non ſint, ſed alio modo, proculdubio baptizandi *m* ſunt: nec rebaptizati cenſentur, qui antea non fuerunt, vt oportet baptizati.

Qui tamen ab Hæreticis ſcienter fecerint, ſe baptizari, baptizati quidem ſunt, nec debent rebaptizari, ſed quia tunc ab illis nihil gratiæ receperunt, ſunt per manus impoſitionem Eccleſiæ reconciliandi. *n* 4

Baptiſmus quoque † vere ſuſcipitur, ſi ſimulate, vel pro ſanitate, cum forma & intentione baptizandi Eccleſiæ detur, nec reiteratur: *o* quamuis accipienti non proſit ad ſalutem æternam, niſi in eo ſimulatio ceſſet. *p* Quare Simoni Mago, qui ſimulate Baptiſmum accepit, & poſtea non pœnituit, Baptiſmus non profuit. *q* 5

Si dubitetur porro, num quis fuerit alias baptizatus, baptizari non prohibetur, imo tutius fiet vt baptizetur, *r* ſub hac formula *Si baptizatus es, ego te non baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.*

### Scholia,

a *cap. fin. de Baptiſm. libr. 1. tit. 42. ad Ephe. cap. 4. can. non licet. 107. ca. rebaptizare, 108. de conſecrat. diſtin. 4. diuus Auguſtinus. epiſt. 103. ad Maximinum. c. Eccleſiis. 68. diſtinct.*

b *Titulo ne ſanctum Baptiſma iteretur. libr. 1. C. ti. 6. & in proxime citatis iuribus. exemplo Natiuitatis naturalis, quæ vna eſt, renaſcitur etiam ſemel homo in Baptiſmo, D. Ioannis Euangeliſt. capit. 3. & in l. 58. de Hæreticis, in Codice Theodoſiano.* Iam lotum, *(inquit Optat. Mileuitanus contra Donatiſtas)* non reuocamus ad fontem: abſit vt iteremus quod ſemel eſt, aut duplicemus



plicemus quod vnum eſt. *Qui rebaptizat, nõ purificat, ſed inceſtat. l. 1. ne ſacrum Baptiſ. iter. l. 1. C. ti. 6. irrogatq; iniuriam Sacramento, dum efficax primo conceſſum non arbitratur: & qui rebaptizat, id aufert quod geminat: vt ait, l. 5. de hæretic. C. Theodoſia. ca. fin. vt ſupra. p. 39.*

c *ca. quia paſſus. 36. eod. de conſecr. diſt. 2. c. ad hoc de conſecrat. diſtin. 4.*

d *ca. quod quidam, 1. quæſtio. 1. c. licite, 32. quæſtio. 7. ideo rebaptizari non poteſt ſine iniuria imaginis Dei, ca. quemadmodum membrum, 23. quæſtio. 7. Vide Gloſſam, quæ explicat. in cap. 2. ad verbum,* iniuriam, *de Apoſtat. lib. 5. tit. 9. recedentes a fide, nec Baptiſma, nec baptizandi poteſtatem amittunt. ca. miramur, §. his auctoritatibus 24. quæſtio. 1.*

e *ca. qui bis, 117. de conſecr. diſt. 4.*

f *Pœnæ, in dict. cap. qui bis: vt bis ignoranter baptizatus ordinari, niſi aliqua maxima neceſſitas cogat, nõ poſſit: ſi ſcienter patiantur ſe rebaptizari, per ſeptem annos pœniteant. Si pro munditia petiuerint ſe rebaptizandos, per tres annos: & in ca. eos, quos epiſcopos, 118. eadem diſtinctio. 4. de conſec. Pœnitentia perpetua epiſcopis & Preſbyteris & diaconis ſponte vel coacte rebaptizatis imponitur, aliis alia in Carthaginenſi Concilio 5. c. 11. & in ca. confirmandum eſt. 50. diſt. Statum quoque, ne vnquam permittetur rebaptizatis ad clericatus gradum promoueri. Idem in Concilio Toletano. 4. cap. 18. & in ca. qui in aliquo crimine, 5. diſt. Meminit Alexand. 3. ſum. Pont. in cap. 2. de Apoſtatis, quoſdam tractos ægritudine longa confectos inſano ſortilegarum credentes concilio, vt ſanentur, iterare Baptiſmum, & ita iniuriam inferre Sacramento. Atque Imperatores Theodoſius & Valentinian. in l. fin. C. ne ſanctum Baptiſ. iteret. dibaphum ſeu rebaptizatum ingenuum, qui paſſus fuerit ſe rebaptizari, vel factum nõ detulerit, exitio ac decem librarum mulcta damnari voluerant, adempta teſtandi & donandi licentia: imponentes eandem pœnam iudici, qui pœnam diſſimulauerit in reis caſtigandis.*

g *cap. rebaptizare, de conſecrat. diſtin. 4.*

h *Etiam ſi quis miniſterium minor præbuerit rebaptizanti: maxime ſi factum, vt non poſſit ad ſacros ordines promoueri, niſi cum ingreſſo religionem diſpenſetur. capit. 2. de Apoſtatis. Iure ciuili Anabaptiſtæ, qui rebaptizant, & rebaptizantur, ſi Chriſtiani ſint, ſupplicio adiudicantur, ſi ætatem capacem diſcretionis habeant. l. 2. ne ſacrum Baptiſma iteretur, & ſacerdotio indigni declarantur, in l. eius. tituli: & in Concilio generali, qui rebaptizauerit excommunicatione percuſſus, ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico deponitur. in ca. fin. §. fin. de Baptiſmo.*

i *ca. dictum eſt a domino. §. quod vero, cum duobus ſequen. 1. quæſt. 1. d. c. rebaptizare, & cap. ſiue hæreticus 5. de conſecrat. diſt. 4. c. non eſt aqua, 50. diſtin. & in ſeſſion. 7. Concilii Tridentini. c. 11.*

k *can. Romanus. de conſecrat. diſtinct. 4.*

l *ca. ab antiqua, can. vt hi quibus, de conſecratione diſtinction. 4. can. hi qui, 1. quæſtio. 1. cap. de Arrianis. 109. de conſecrat. diſtinct. 4. quod & ſupplementum amiſſorum adhibetur in aliis Sacramentis, quæ non iterantur, cap. 1. de ſacra. non iteran. libr. 1. tit. 16.*

m *dict. can. de Arrianis. & ca. ſi re vera. 30. de conſecr. diſt. 4.*

n *ca. quod quidã dicunt. 1. quæ. 1. ca. quamuis. de conſecr. diſt. 4.*

o *can. ſolet etiã 31. cum duob. frequentibus de conſecr. diſt. 4.*

p *ca. tunc valere incipit, de conſecrat. diſt. 4.*

q *can. quod interrogaſti. 37. diſtinct.*

r *can. paruulos 110. cum 3. ſeq. de conſecra. diſtinct. 4.*

s *Forma ponitur illa. in cap. 2. de Baptiſmo.*

## Capvt IIII.

*De materia & forma Baptiſmi, aqua & Spiritu ſancto. 1. & 2.*

1 BAptiſma † conſtat aqua & Spiritu ſancto, *a* verbo, & aqua, quorum altero deficiente, non perficitur. *b* Aqua naturalis ſine vlla artificiali admixtione eſſe debet, *c* aqua rurſum debet eſſe ſanctificata, niſi fiat tempore neceſſitatis vrgentis, quo caſu aqua quælibet naturalis idonea eſt. *d*

Forma in inuocatione explicita ſanctiſſimæ Trinitatis & ſubſtantialis: *e Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. f* Quamquam aliquando in Eccleſiæ incunabulis, vt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti mentibus fidelium imprimeretur, baptizatum fuerit in nomine Ieſu. *g* Sub quo continebatur etiam tota ſanctiſſima Trinitas. Nam filius Dei, non poteſt eſſe ſine Patre, nec Pater & Filius ſine Spiritu ſancto ab vtoque procedente. Nec obeſt Baptiſmi veritati, ſi verba Baptiſmi: *Ego te baptizo, &c.* male pronuntientur, vel per ignorantiã recti ſermonis, vel per impedimentum linguæ. *h*

## SCHOLIA.

a *Iuxta illud*, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. *Diui Ioan. c. 3. & c. regenerãte. de conſecratione diſtinctione 4.*

b *ca. 1. §. Sacramentum, de ſumma Trinita. ca. penult. de Baptiſm. ca. non vt apponeres, 5. eod. tit.*

c *ca. penult. de Baptiſmo. in ca. 1. de conſecr. diſtinct. 4. In Concilio Tridentino ſeſſion. 5. de Sacramen. Baptiſmi. Sic etiã in Concilio Florentino ſtatutum, vt eſſet vera & naturalis aqua in Baptiſmo, nec intereſſe, frigida ne eſſet an calida. Purgat autem aqua peccata, non ex ſe, ſed ex vi verbi & paſſionis Chriſti: & quia aqua fuit ſanctificata ex tactu corporis Domini* IESV CHRISTI. *Matthæi. ca. 3. ca. nunquam aqua, de conſecration. diſtinctio. 4. Sic non aqua ſola eſt, ſed tria in Baptiſmo, quæ vnum ſunt, aqua, ſanguis & Spiritus: diui Ioannis epiſtola 1. ca. fin. quod explicat diuus Ambroſius. Tomo 4. lib. de his qui initiantur myſteriis. Baptiſmus figuratus fuit in aquis, vt Exod. 14. de baptizato in arena, & de baptizato a pueris, vide libr. 2. Syntagm. iuris. cap. 4. nu. 12. & 13.*

d *Vide Richardum in 4. ſententiarum diſtinct. 5. art. fin. q. 1. Cur in aqua celebretur hoc ſacramentum, plures adferuntur rationes. Prima, ex ſignificatione, quia aqua habet vim refrigerandi & lauandi, unde ſignat gratiam lauantem culpæ maculas, & refrigerantẽ incendium fomitis. Secunda, quia aqua communis eſt, & facile haberi poſſit. Tertia, quia aqua cum ſanguine non aliud fluxit ex latere domini. Quarta, quod ſpiritus viuificans primũ ſuper aquas apparuit.* Geneſ. 1. *Quinta, quia Saluator Iordanis aquam, mundiſſima ſua carne tetigit, & virtute aquæ dedit.*

e *ca. ſi re vera, & ca. in ſynodo. de conſecrat. diſtinct. 4.*

f *ca. de Baptiſ. ca. retulerunt. de conſecratio. diſtinct. 4. & ſic mandauit fieri Chriſtus.* D. *Matthæi. cap. 28. verſu.* 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Pronomen tamen,* ego, *non eſt de neceſſitate Sacramenti & poteſt omitti ſine magna culpa, tutius tamen fit, ſi adhibeatur, reliqua ſunt de forma neceſſaria: item nec dictio,* te, *quia plures ſimul baptizari poſſunt in neceſſitate, qui aquis perfundi poſſunt, & poteſt dici, ego vos baptizo, ſi plures tamen baptizant, non poſſunt dicere, nos te baptizamus, vt omnia explicat Ioannes Gerſon. in 2. parte, operum in compendio Theologiæ, dum de ſeptem Sacramentis agit, & de forma Baptiſmi. Sicque aliæ formæ reprobandæ: vt eorum, qui & tempore Apoſtolorum baptizabant in nomine trium principio carentium, de cuius prohibitione cautũ, can. Apoſtol.* 48. Si quis epiſcopus aut Præſbyter ſecundum ordinationem Domini, non baptizauerit in Patrẽ, & Filium & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor. *item prohibita Gnoſticorum Hæreticorum forma, qui baptizabant in nomine ignoti patris, in veritate matris omnium. Et in nomine deſcendentis Ieſu, vt ſcribit Irenæus. lib. 1. ca. 18. vt & illa Arrianorum, qui baptizabant in nomine Patris per Filiũ in Spiritu ſancto, quam & miraculum reprobauit apud Nicephorum Calix. libr. 13. ca. 35. vt & illa reiecta Eunomianorum, qui nõ baptizabant in nomine trium perſonarum, ſed in domini mortem, vt narrat Socrat. lib. 5. c. 23. quod & prohibetur. in c. Apoſt. 49.*



g *Actor. cap. 2. verſ. 38. & cap. 19. verſu. 5. can. quodam, 24. ca. multi, 82. de conſecrat. diſtinct. 4. vide Gloſſam. ad caput. 1. de Baptiſmo. Et hanc ſententiam & explicationem tribuũt Scholaſtici D. Ambroſio. lib. 1. de Spiritu ſancto. cap. 3. quem ſecutus eſt Beda, in capit. 10. Actorum.* D. *Bernardus, epiſt. 340. ad Henricum. Hugo de ſancto Victore, lib. 2. de Sacra. parte 6. cap. 2. Magiſter ſententia. 4. ſententiarum diſtinct. 1. Nicolaus Papa epiſtola ad Bulgaros exiſtimantes, quod ita & fecerint Apoſtoli baptizantes in nomine Trinitatis, cum in vna perſona Chriſti docerent implicari & prædicari Sanctiſſimam Trinitatem. Et dicunt quidam ex Scholaſticis baptizaſſe Apoſtolos ex quadam peculiari Dei diſpenſatione. Alii autem dicunt, diuum Lucam, dum ait baptizatum fuiſſe in nomine domini Ieſu. capit. 2. 10. 19. intelligere, in fide eius vel auctoritate eius, vel Baptiſmo ab illo inſtituto baptizatum, at non in nomine eius ſolius, ſed adiuncto Patre & Spiritu ſancto. Eoque iuſſerit dominus Apoſtolis, cap. fin. Matthæi, baptizare, in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti. Verum hæc reiiciemus plenius tractãda ad Theologos, ſufficit nobis hæc obiter monuiſſe.*

h *c. retulerunt 86. c. ſi non, de conſec. diſt. 4. vide quæ tractat Aſtenſis in ſumma. lib. 4. tit. 2. verſ. circa ſecundum.*

## CAPVT V.

*De aliis ceremoniis Baptiſmi.*

BAptiſmo adduntur prçter formam ſuperiorem aliæ ſolemnes ceremoniæ, quæ tamen pro forma ſubſtantiali nõ ſunt: ſed quæ myſteria Baptiſmi exponere, & gratiam Spiritus ſancti ſignificare poſſint, a tempore Apoſtolorum per manus traditæ. *a* Quarum Quædã præcedunt ipſam in aquam immerſionẽ, Quædam ſequuntur. Habet præterea rationem Eccleſia baptizandorum, num ſint adulti, vel infantes. 1

Si quidem † adulti ante baptiſmum catechiſantur & inſtruũtur, quid de fide credere debeant. *b* eaque de cauſa prius examinantur, *c* vt per ſe fidem profiteantur. *d* Neque enim fidei profeſſio alterius prodeſt ei, qui per ſe reſpondere poteſt. *e* Indicebatur adultis ante Baptiſmum & vitæ peractæ male pœnitentia: non propter ſatisfactionẽ peccati, ſed propter reuerentiam Baptiſmi, ratione humilitatis. *f* 2

Paruuli † contra cum aliorum & Eccleſiæ ſponſione fidei baptizantur: *g* & vices baptizandi, qui per ſe loqui non poteſt, alius ſupplet. *h* Proinde adhibẽtur Anadochi, fideiuſſores ſeu patres luſtrici, qui vulgo patrimi matrimæve nuncupantur. *i* Adhibentur & exorciſmi, *k* exſufflationes, *l* orationes, *m* ſal benedictus, ſaliuæ contactus, *n* chriſmatis inunctio. *o* 3

Ad hæc nomen baptizando imponitur, *p* ſignatur baptizatus in fronte, in corde. *q* Trina fit immerſio in nomine & cõfeſſione ſanctiſſimæ Trinitatis, & in memoriam triduanæ reſurrectionis, *r* ſufficit & aliquando vna *s* cum eadem confeſſione. Sequenda autem erit in hac immerſione, infuſione, vel aſperſione aquæ, conſuetudo Eccleſiarum. Sufficierque ſi modo aqua in aliquam partem baptizando infundatur corporis. *t* Imponitur & poſt baptiſmum baptizato candida veſtis, *v* fiunt & alia, quæ in libro baptizandorum

præſcripta ſunt ab Eccleſia Catholica, quæ extra cauſam neceſſitatis, vt benedictio aquæ *x* ſeruantur.

### Scholia.

a *vt liquet ex diuo Clemente Roman. libr. 7. conſtitutionum Apoſtolicarum. cap. 39. 40. 41. 42. Dionyſio Areopagita, libr. de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 2. Tertulliano libr. de corona militis. D. Auguſtino de Symbolo ad Cathechumenos, libr. 4. Traditio & ratio myſteriorũ quæ adhibentur baptiſmati. de conſecrat. diſtin. 4. capit. 1. igitur, & ſecunda prædicatione, &c.*

b *ca. ante baptiſmum, can. ante viginti, can. ſymbolum. 56. de conſecratio. diſtinctio. 4. quot autem menſes debeant eſſe Iudæi inter Cathecumenos, antequam baptizentur, docetur in ca. Iudæi. de conſecratio. diſtinct. 4.*

c *ca. baptizandi. 8. de conſecratione diſtinction. 4.*

d *ca. cum pro, de conſecrat. diſtinct. 4.*

e *ca. agunt, ad can. ne quod abſit, de conſecr. diſtinct. 4.*

f *ca. ſine pœnitentia, eadem diſtinct. 4. vide D. Auguſtinum. lib. 1. de Pœnitentia.*

g *ca. in Eccleſia, ca. paruuli, cum pluribus canonibus ſequentibus, & can. quæras, de conſecratione, diſtinct. 4. can. maiores, de Baptiſmo.*

h *ca. paruuli, ca. ægrotantes, ca. cum pro paruulis, de conſecrat. diſt. 4.*

i *ca. vos ante, de conſecrat. diſtinct. 4. vnus porro non plures offerre debent baptizandum. ca. non plures, de conſecratio. diſtinctio. 4. ca. quamuis. in 3. de cogna. ſpirita. in Sex. Nouella Iuſtinia. 123. §. ad hæc iubemus.*

k *ca. ſiue paruuli, ca. ante viginti. can. ſicut, de conſecrat. diſtin. 4. Catechiſmus & exorciſmus præparant ad ſacramentum baptiſmi, ca. ante baptiſmum, & can. prima. de conſecrat. diſtinct. 4.*

l *dict. ca. ſiue paruuli, ca. de hinc iterum, de conſecrat. diſtinct.*

m *ca. ex hinc iam, & ca. emerſiſti, de conſecrat. diſt. 4.*

n *dict. ca. ex hinc iam, & ca. ſal. cœleſte: vbi ratio de conſecr. diſtin.*

o *ca. poſtea tangitur. de conſec. diſtin. 4. tanguntur nares & aures ex ſaliua: & dicitur effœtare, &c. vbi ratio.*

p *ca. deinde. de conſecrat. diſtin. 4. alibi docetur, quare inungatur oleo ſancto baptizatus in pectore, & inter ſcapulas.*

q *can. baptizandi, in 2. ead. diſtinctio. 4. de conſecratione ibi,* baptizandi nomẽ ſuum dicat. *Sicque baptiſmus datur infundendo aquam: ego te baptizo, Petre, vel Paule, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nomina propria hominibus impoſita, ad recognoſcendos ſingulos. l. 1. C. de mutatio. nomin. libr. 9. titul. 25. Antiquitus Iudæi imponebãt natis filiis ſtatim nomina, dum vidit Adam factã eſſe Euam, vocauit eam viraginem ex viro factam. Geneſ. 1. Sic capit. 4. vocauit filios, Cain, Abel, &c. & cap. vigeſimoquinto, vbi egreſſi ſunt Iacob & Eſau ex vtero matris, ita vocati ſunt. Poſt ſtatutã circumciſionem nomina, vt plerumque cum nati circumcidebantur, propria accipiebant, vt Lucæ, capit. 1. & 2. apud Græcos etiam, nomina nuper natis, conſulto & adhibitis ſacris & litationibus, & vocatis aliis proximeque, conſtare poteſt, ex eo quod ſcribit Polyænus lib. 6. Stratagematon in ſtratagem. Iaſonis 6. dum refert. Iaſonem, fratrem habuiſſe Merionem magnis opibus præditum, ſed tenacem, nihilque ipſi largientem: cumq; filio ſibi procreato, ad imponendum ei nomen Theſſalorum principibus cõuocatis aduocaſſe fratrem, vt primas in eo negotio partes ipſe ſuſciperet. Merionemque habuiſſe litationum principatum a fratre, (nos dicimus ſimilem patrimum) forſan & poteſtatem accepiſſe nomen indendi puero, atque eum, cum intellexiſſet interim, Iaſonem fratrem vim attuliſſe ſuis diſpenſationibus, & abſtuliſſe viginti talenta: nomẽ impoſuiſſe* ἐρθάονα, *Porrhaon, quod eſt vaſtator. Apud Romanos pueris natis, nomina imponebantur nono a natiuitatis die, fœminis octauo: Plutarch. in problematis, vbi reddit rationem Macrob. libr. 1. Saturn. cap. 16. vt & prænomina pueris non prius imponebantur quam togam virilem ſumerent: puellis non prius quam nuberent, vt auctorem laudat Q. Sceuolam C. Titus Probus in epitome libri decimi Valerii Maximi. Quamquam & poſtea & nomina mutarent, vt in adoptionibus Romani, & apud alios alio tempore ex aliqua cauſa, vt Abraham dictus Abraham, Sarai Sara, Geneſ. capit. 17. mutauit & nomen Chriſtus Simoni Bariona, & nominauit eum, Cepham vel Petrũ, hodie in baptiſmo imponuntur nomina, & aliquando in confirmatione alia dantur. Licet & iure mutare nomen proprium, dummodo in fraudem cuiuſquam hoc non fiat, dict. l. 1. de mutatio. nom. C. ſi quis ex nomine, de lega. apud Iuſtinia. vide quæ diximus de mutatione nominis. lib. 36. Syntag. cap. 4.*

r *cap. poſtea ſignatio. de conſecratio. diſtinctione. 4.*

s *ca. poſtquam nos. 78. can. ſi quis presbyter. 79. can. de Tom. 80. can. eodem modo 81. can. multi ſunt, 82. de conſecrat. diſt. 4. & & in can. Apoſtolo 48.*

t *ca. propter vitandum 85. de conſecratio. diſtinct. 4.*

v *vt ait glo. in cap. proprie. 3. ad verba trium millium, de conſecrat. diſt. 4. textus. in ca. nec quemquam. ead. 4. diſtin.*

x *ca. poſt baptiſmum, & ca. accepiſti, de conſecr. diſt. 4.*

y *cap. deinde a ſacerdote, §. final. cum duobus ſequentibus. de conſecratione diſtinction. 4.*



### Capvt. VI.

1 *Qui baptizari poſſint.*
2 *Num monſtrum.*
3 *Num gemini.*

Baptizantur tantum † ad regenerationem homines, *a* illique dum viuunt, non poſt mortem, *b* baptizari poſſunt adulti, paruuli, muti, ſurdi, ægrotantes, qui aliis reſpondentibus pro illis de fide, cum per ſe reſpõdere nequeant, vtiliter baptiſmum accipiũt. *c* De dormientibus autem & amentibus num baptizari poſſint cum diſtinctione reſponſum eſt; vt ſi ante ſomnum vel amentiã decreuerint velle baptizari, poſſint baptizari, contra ſi non habuerint ante propoſitũ baptizandi, quemadmodum neq; inuiti baptizari poſſunt. *d* In vtero matris omnino exſiſtens partus, non baptizatur: quamuis mater pro ſe baptizetur, *e* nec extenditur baptiſmus matris ad eum, qui in eius vtero eſt. Quia qui nondum ſecundum Adam natus non eſt, non poteſt renaſci ſecundum Chriſtum. *f* Dehinc quod in fidei confeſſione cuiuſque voluntas exigitur. *g* Attamen ſi pueri in vtero exſiſtentis appareat extra vterum aliquod membrum, in caſu neceſſitatis in illo membro viuentis poterit baptizari. *h* Plures quoque vnico baptiſmo ſimul poſſe baptizari imminente periculo puta ignis, ruinæ, vel alterius neceſſitatis, cum hac forma, *vos baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, placuit. *i* 1

In monſtro † ex muliere nato, num baptizari debeat, diſtinguendum puto: num ad brutam omnino tendat figuram, vt nullum veſtigium humanæ formæ vel animæ hominis habere videatur, vt ſi omnino anguis, omnino canis, &c. Putarem non dici hominem, *k* & ideo baptizandum non eſſe. Quod ſi veſtigium in eo ſit humanæ figuræ, quamuis per omnia membra homo non ſit perfecte apparens, tutius puto, ſi baptizetur, quia videatur habere humanam animam & rationalem, neque debeat ei obeſſe ſuperfluuitas, vel defectus corporis, vel membrorum. *l* 2

Quamobrem & gemini nati, † & iuncti 3

ſunt baptizandi, vnus illorum prior, *Ego te baptizo, &c.* & poſtea alius, *Si nõ es baptizatus, ego te baptizo, &c.* idque ob difficultatem & dubium, num vna anima eoſdem duos, corpore diſtinctos, vt iunctos viuificet, an vero duæ animæ adſint. *m* Semel baptizati non amittunt characterem, nec rebaptizantur, vt ante dictum. *n*

## SCHOLIA.

α *Eſt enim baptiſma neceſſarium ad ſalutem æternam conſequendam, & regenerationem, & aliorum, quorum aliud præter hominem capax non eſt: & proinde abominabiles ſunt illæ execrationes, quæ fiunt per ſortilegia, & magos baptizantes lapides, bufones & ſimilia, ad contumeliam creatoris, & contemtum ſacramenti, impellente inimico ſalutis humanæ diabolo.*

β *Mortui ſine baptiſmo poſt publicatam legem baptiſmi obnoxii ſunt morti æternæ, ſi non ante aut baptiſmo fluminis fuerint baptizati, vt antea diximus, & poſtea in effectu, & can. firmiſſime. Proinde iuriſdictio Eccleſiæ nõ extenditur ad mortuos, neque remedia eius baptiſmi fluminis: quia mortui non ſunt de eius foro. can. ligatur 24. quæſtio. 2. & poſt mortem hominum locantur animæ, ſecundum quod meruerunt, can. tempus 13. quæſtio. ſecunda.*

a *capit. 1. §. final. de conſecratio. diſtinctio. 5. cap. 1. §. ſacramentum, de ſumma Trinitate.*

b *ca. maiores, de baptiſmo. can. 1. §. final. & can. baptizari, de conſecrat. diſtin. 5. Pueri niſi baptizentur, vita æterna priuantur, ca. firmiſſime, de conſecr. diſt. 4. Quemadmodum poſt introductam circumciſionem, incircunciſi maſculi, peribant a vita æterna. ca. quod autem apud nos, & ca. ex quo. ead. diſtinct. 4. expreſſe diui Ioan. capit. 3. de baptiſ. ad Roman. 5. Et ita non baptizati decedẽtes damnati ſunt, ſed mitiſſima pœna plectuntur, can. regenerante, de conſecratione diſt. 4. ex diuo Auguſt. libr. 1. de peccatorum meritis. capit. 15. De baptiſmo paruulorum fuit ſentẽtia diui Auguſtini, pueros ſine baptiſmo decedentes, æterno igne puniendos. Verũ & ab eo omnes Theologi recentiores diſſentiunt, excepto vno Gregorio Ariminenſi, ſed priuatione viſionis Dei puniendos tantum, vide hac de re integrum libellum Catharini Politi, de Statu puerorum poſt mortem. Itaque non ex fide parentum in vtero exſiſtentes mortui, vel ſine baptiſmo decedentes ſaluantur, can. illud perſcrutari, & can. filius Dei. §. paruuli etiam, & can. ſi qui apud, can. paruuli alio, cano. nihil eſt aliud. can. minor, can. placuit, vt qui, de conſecratio. diſtinct. 4.*

c *ca. paruuli alio profitente, can. ægrotantes, cum 2. ſequentibus, can. paruuli fides, can. mater Eccleſia, ca. quis autem neſciat. vbi rationes. de conſecra. diſt. 4.*

d *cap. maiores. §. item quæritur, de Baptiſm. pulcerrimum exemplum refert Fulgoſius, libr. 1. capit. 16. & Egnatius ex diuo Auguſtino, de quodam Curina, agri Hipponenſis incola, qui cum per plures dies ſenſibus fere amiſſis tacuiſſet, velut mortuus, tandem ſubito loquelam adeptus, dixit, ſe ante tribunal Dei fuiſſe, & iuſſum redire in vitã, & in Eccleſia illa ſe fuiſſe ab Auguſtino Hippone baptizatum, & monuit, vt ita faceret, quoniam quod tunc videbatur factum, viſio erat.*

e *ca. ſi ad matris. 114. de conſec. diſt. 4. ex diuo Auguſti. lib. 6. contra Iulia. capit. 5. ca. Moyſes, 32. q. 2.*

f *ca. qui in maternis 15. de conſecra. diſt. 4. Ex Iſidoro lib. 1. ſentẽtia. de ſummo bono. cap. 2.*

g *can. ſi qua mulier. 116. eadem diſtin. 4. de conſecratio. ex capitulis concilii Martini Bracharenſem. cap. 54.*

h *Hæc eſt opinio Landulphi. ad 4. libr. Magiſtri ſententiarũ. diſt. 14. q. 1. quæ tutior iudicatur. Quanquam in cõtrarium ſint aliorũ aliquæ ſententiæ, de quibus agit Angelus Clauaſius in ſumma §. baptiſmus 6. pro qua mihi videtur textus in ca. nec quenquã. de Conſecrat. diſtinct. 4. Vulgare quod ſcriptum eſt, Traiani linguam poſt multos ab eius morte annos inuentam, baptizatam, a Gregorio, quod refert D. Ioannes Damaſcenus.*

i *Diuus Thomas 3. parte ſummæ, q. 67. articulo 6. cap. 2. Aſtexanus lib. 4. ſummæ tit. 5. §. circa ſecundum, verſ. vtrum vnus.*

k *l. non ſunt liberi, 14. de ſta. hom. in P. ſic intelligo l. oſtentum 38. & l. quæret aliquis 135. de verbor. ſigni. P. l. penul. c. de poſthumis hæred. inſtit.*

l *proxime citatis iuribus. Sunt enim diuerſæ hominum figuræ, quæ extra ordinem communem alicubi inueniuntur, quæ nihilominus inter homines annumerantur, quamuis verum ſit eſſe portẽtoſas & monſtroſas, prout liquet ex P. initio li. 6. hiſtoriæ naturalis cap. 30. & lib. 7. cap. 2.*

m *vide Landulphum in 4. ſentent. diſtinct. 6. quæſt. 2.*

n *ſublata itaque hæreſis de hæreticis rebaptizandis, tanquam amiſiſſent characterem per hæreſin, determinata per Stephanum Papam. Euſeb. lib. 7. c. 2. Et propterea Heleno, Firmiliano, & cunctis per Siciliam Capadociam, Galatiam, & vicinarum gentium epiſcopis excommunicationem minatus eſt. Idem Euſeb. 7. lib. cap. 5.*

## CAPVT VII.

1 *Qui baptizare poſſint, & de miniſtro baptiſmi.*

2 *De ſponſoribus & compaternitate.*

1 CONSTAT, vt † regulare, baptizandi miniſterium presbyteris ſolis fuiſſe conceſſum, vt nec diaconis permittatur abſque presbytero: niſi his procul abſentibus, vltima langoris neceſſitas cogat. *a* In neceſſitate periculi vitæ baptizandi quippe, cum abeſt epiſcopus, aut presbyter, aut alius Eccleſiaſticus miniſter, non quidem ex auctoritate officii, ſed ex permiſſione Eccleſiæ, laici poſſunt ſacramentum, quod acceperunt, baptiſmi dare. *b* Et in eadem quoque neceſſitate, deficiente viro, mulier baptizat, non aliter, *c* imo & Paganus, *d* & Iudæus. *e* Poteſtque exhiberi baptiſmus a bonis & malis miniſtris, *f* ab hæreticis, dummodo hi & reliqui omnes, cum aqua, forma, & intentione Eccleſiæ baptizent: *g* nemo tamen vnquam ſeipſum baptizare poteſt. *h.*

Cæterum ſponſores † fidei, ſeu patres, 2
vel matres ſpiritales baptizandorum, dicti patrimi & matrimi, *i* qui leuant in fontibus, & adſunt baptizatis, vt pro eis reſpondeant, non admittuntur regulariter, non baptizati, aut non confirmati, *k* non etiam Abbas, nõ monachus. *l* Si tamen de facto leuent & accedant, fiunt compatres ſpiritales. Quemadmodum vnus *m* compater & vna commater tantum: non plures regulariter tantum accedere poſſunt: verum tamen ſi reipſa plures accedant & interueniant in leuando a baptiſmate, omnes contrahunt conſanguinitatem ſpiritualem. *n* Eſt & regulare, patrem aut matrem naturalem baptizandi, non poſſe leuare, offerre, vel tenere in baptiſmo filium. *o* Excepta cauſa neceſſitatis, ex qua & contrahunt quoque cognationem ſpiritalem. *p.*

## SCHOLIA.

a *can. conſtat, 19. de Conſecra. diſt. 4. can. Diaconos, 93. diſtinct.*

b *dict. ca. conſtat, & can. in neceſſitate, 21. ca. ſanctum eſt baptiſma 36. de Conſecra. diſtin. 4. Diuus Auguſt. ad Fortunatum. In Concilio Tridenti. ſeſſio. 7. de Sacramẽtis in genere cap. 10.*

c *ca. mulier, 20. de Conſecra. diſtinct. 4. ca. 4. ſuper quibus, 30. q. 3. vide diuum Clementem li. 3. Conſtitutio. Apoſtolica. cap. 9. & 10.*

d *ca. Romanus pontifex, 23. de Conſecra. diſtinct. 4.*

e *ca. a quodam Iudæo, 24. ca. ſolet etiam quæri, 31. de Conſecra. eadem diſtinct. 4.*

f *ca. ſi inter bonos, 25. ca. baptiſmus, 26. ca. cum baptizat, 27. de Conſecratio. diſtinct.*

4. non enim pendet vis ſacramenti a merito miniſtri, ſed ex poteſtate Dei, vt ibidem dicitur.

g ca. ſi apud illos, 28. ca. quamuis vnum, 29. de Conſecrat. diſtinct. 4. vide Innocentium ad cap. fraternitati, de clerico excommu. miniſtra.

h Vide, de forma baptiſmi canon. debitum, 4. de Baptiſmo.

i Anadochi dicuntur à Dion. Areopagita, patrimi vulgo ſeu compatres quaſi patres. Tamen apud priſcos Romanos pater patrimus dicebatur, qui cum eſſet pater, habebat ſuum patrem ſuperſtitem, vt ait Sextus Pompeius Feſtus, ibi & matrima ea, quæ mater exſiſtens, matrem ſuam habebat. Poteſt hic patrimus & matrima dici, qui patris aut quæ matris fungitur officio & munere, vt & patritum, & auitum, dixerunt, quod ad patrem vel auum pertineret, ſecundum Nonium Marcellum ex Varrone, et Cicerone in prima Tuſculana. Paganis quoque mos fuit, deferre in Publicum filios nuper natos, vt nomina illis imponerent, fœminis die octauo, maſculis, nono: dies ille, quo id fiebat, luſtricus dicebatur, & qui ferebat ea de cauſa, dictus pater Luſtricus, vt ſcribit Macrob. 1. Saturnalior. cap. 16. & Feſtus.

k ca. in baptiſmate. de Conſecra. diſtinct. 4. licet vt diximus paulo ante, Iudæus & non baptizatus in neceſſitate poſſint baptizare. Notandum tamen, non eſſe de neceſſitate Sacramenti baptiſmi, vt baptizatus teneatur ab aliquo, præcipue dum vrget periculum mortis, & neceſſitas baptizandi. Extra tamen neceſſitatem, peccaret ſacerdos baptizans ſine leuante, propter ritum a ſanctis Apoſtolis inſtitutũ, vt docet Diuus Dionyſius Areopagita, libr. de Eccleſiaſtica hierarchia cap. fina. Quia cum baptiſmus ſit quædam regeneratio: quemadmodum, paruulus nuper natus, eget nutrice & pædagogo, ſic in ſpirituali generatione, propter imbecillitatem ſpiritualem, quæ reperitur etiã in adultis, vt ait D. Petrus 1. can. 2. quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite, &c. exigimus aliquos vt patres, qui fidem leuatis doceant, & eos inſtituant, vide Vignerium in inſtitutionibus Theologicis de ſacramento baptiſmi. cap. 16. diſtinct. 1. verſ. 10.

l ca. non licet, ca. monachi, de Conſecra. diſtinct. 4. ca. placuit. 16. quæſt. 1.

m ca. non plures, de Conſecra. diſtin. 4. cap. fin. de cogna. ſpirita. in Sext. Et in concilio Tridenti. ſeſſio. 24. de reformatio. matri. cap. 2. vnus enim eſt pater naturalis, quem imitatur ſpiritalis.

n dicto cap. fin. de cogna. ſpirita. in Sex. quod tamen concilium Tridentinum videtur reformaſſe in proxime citato loc. Hic notandum, aliquos exiſtimaſſe, vniuerſitatem vel ciuitatem non poſſe fieri patrimũ, nec contrahere compaternitatis cognationem, vt Federicus, conſil. decimoquinto. Eo quod vniuerſitas ipſa, vt corpus eſt ciuile, non dicatur baptizata. Et qui non eſt baptizatus non poſſit ad baptizandum ſuſcipere ca. in baptiſmate, 102. de Conſecration. diſtinction. quarta. facit argumẽtum capit. Romana §. in vniuerſitatem, & capitul. ſi ſententia. de Sentent. excommunicatio. in Sex. Panormitanus tamen, defendit contrarium, poſſeque hanc cognationem ſpiritualem, contrahi cum vniuerſitate per Syndicum vel delegatum, quod diſpoſitio concepta in vniuerſitatem reſoluitur, vt reſpiciat perſonas ſingulas de vniuerſitate, dicto capitul. ſi ſententia, facit quod notatur in dicto §. in vniuerſitatem, capitul. nouerit, capit. grauem, de Sentent. excommu. Addo quod hodie conſuetudo recepit, vt per procuratorem in magnis viris ſeu magnatibus, hæc cognatio cum mãdante poſſit contrahi ſpiritalis, vt ait Peruſinus ad caput finale. de Cognatione. ſpirita. in Sex. quamuis alii negent, vt Panor. & alii ad c. veniens, de Cogna. ſpiritua. Panormi. tamen diſtinguit, & tradit, prohiberi quidem per procuratorem contrahi, antequam actus fiat: at poſt actum tenere. Qui negant, dicunt neceſſariam eſſe patrimi in actu baptiſmatis præſentiam, vide ſummam



ſummam Roſellam in verbo matrimonium, in 6. impedimento, num. 18. & 19. ſummam Angelicam in verbo matrimonium 3. impedimento 7. num. 14. & 15.

o ca. penul. §. finali, & cano. finali. 30. quæſtione 4.

p ca. ad limina, 30. q. 1. Dictũ etiã eſt, honeſtum non eſſe, licet non ſit prohibitum, duos coniuges ſimul alterius filium de baptiſmo leuare. ca. fin. 30. q. 4. ſed & commater vxoris meæ facta, conſtante matrimonio cõtrahit cognationem ſpiritalem mecum, vt poſt mortem vxoris meæ, non poſſim cum ea matrimonium contrahere. ca. ſciſcitatur, & ca. ſi quis ex vno coniugio, 30. q. 4. Fuit olim valde controuerſum, num ſi maritus proprium filium, ſi in caſu neceſſitatis leuaſſet de baptiſmo, vel baptizaſſet, vxor ei teneretur reddere debitũ commixtionis, quod diſputatur in tota 30. q. 1. & reſoluitur. Et reſolutum in ca. ad limina, teneri, nec ſeparandos ideo coniuges, & clarius deinceps, nec ſubtrahendum ideo debitum coniugale in capite. 2. de cogna. ſpiritali, libr. 4. titul. 11.

## Capvt VIII.

*Vbi baptizandum ſit.*

1 Baptizari debent baptizandi, non in priuatis locis, ſed in Eccleſiis parochialibus, intra quarum fines ſeu limites naſcuntur: aut in eo loco, in quo ſunt fontes ſpecialiter deputati. Niſi regum aut principum filii ſint baptizandi: vel niſi tale periculum immineat vel vrgeat, vt non permittat ad Eccleſiam accedere. *a.*

### Scholia.

a Ita concluſum in concilio Viennenſi, Clemen. 1. de baptiſmo. lib. 3. Clementin. tit. 15. vide ca. de diuinis 45. ſub. 16. q. 1. c. his quæ pro Eccleſia, 11. de Maior. & obedien. c. 2. de mona. Ea que ratione Eccleſiæ parochiales, baptiſmales dicuntur. c. 1. de Ope. noui nuntia. parique ratione, præbitorum ſacramentorum percipiunt decimas & primitias. ca. Eccleſ. 13. c. 1. videnda quæ tractat D. Thomas, part. 3. ſummæ q. 83. part. 3. Prohibitum & Monachis ſacra baptiſteria in monaſteriis habere, ca. pridem 18. q. 2. Prohibuit & Iuſtinianus, Nouella 58. in priuatis domibus ſacra fieri myſteria, & Iulianus anteceſſor conſtitutio. 52. quemamodum & Leuit. c. 17. prohibitum, alibi offerre ſacrificia, quam ad oſtium tabernaculi. Statuit & 6. ſynodus in Trullo, ca. 31. & ibi etiam tractat Balſamon, ne in priuatis ædibus, aut in oratoriis ſacrificaretur vel baptizaretur ſine epiſcopi loci cõſenſu. Refertur & in ca. clericos, 34. de Conſecrat. diſt. 1. Miſſas etiam in priuatis locis non eſſe dicendas, ſtatuit Concilium Aureliacenſe, c. 3. & in Capitularibus Caroli magni lib. 5. c. 230. & lib. 5. c. 101. in ca. vnicuiq; 33. de Conſecrat. diſt. 1. Prohibuit & Iuſtini. Nouella. 131. de Eccleſ. titulis, c. 8. Quod voluit emendare Leo Imperator nouella ſua 4. dum ſtatuit, non modo vniuerſales Eccleſiæ ſacerdotes, verũ etiam eos, qui ad quamcunque ædem ſacram pertinent, ſi in hoc vocentur, licite ſacra myſteria exponere, diuinumque cultum celebrare domi priuatæ poſſe. Dehinc & Nouella 15. permiſit, vt ſalutarem baptiſmum in quocumq; ſacro oratorio peragi liceat. Cæterum iſtæ conſtitutiones nihil obſunt ſacris canonibus: vt nec reliquæ, quæ a principibus laicis de rebus aut perſonis ſtatuunt Eccleſiaſticis, propter defectum poteſtatis eorum, qui ſtatuunt. ca. lege imperatorum, & ca. certum eſt, 11. ca. ſuſcipitis 10. diſt. ca. inter 33. q. 2. can. bene, 96. diſtin. capitul. quæ in Eccleſiarum prælatis, 7. de Conſtitutio. cum ſimilib.

## Capvt IX.

*De tempore baptizandi.*

In primitiua Eccleſia baptiſmus generalis bis tantum in anno fiebat, Sabbatho ſancto in Paſchate & Pentecoſte; ex neceſſitate vero, quandocunq; periculum mortis imminebat. *a* Hodie omni tempore, & in omni aqua elementari licet, ob neceſſitatem & periculum, quod omnibus per omnia momenta imminet. *b.* 1

SCHOLIA.

a *ca.non ratione, cum ſequentibus, vſque ad can.conſtat, de Conſecra.diſtinct.4.*

b *ca.celebritatem, de Conſecr.diſtinct.3.ca.quando quis, de Conſecr.diſt.4. Nouella Leonis tamen 17. voluit ſtatuere, baptiſmum pueri nuper nati differendum vſq; ad diem quadrageſimum a natiuitate, niſi infanti mors immineret, neque etiã mulieres puerperas baptiſmo non initiatas, intra diem 40. a puerperio baptizari permiſit, aut initiatas intra quadrageſimũ diem admitti ad ſacram communionem. Scribit & Photius lib.3.c.18. Sed vt dixi antea proxime, vbi canones ſunt, legibus imperatorum contrariis fides abroganda.*

## CAPVT X.

1 *De effectu & fine baptiſmi circa peccata.*
2 *Et cognationem ſpiritualem.*

1 BAPTISMVS, eſt † fundamentum omnium ſacramentorum aliorum, *a* ſine quo nemo ſaluari poteſt, ſi contemnat baptizari. *b* Spiritualiter namque homo renaſcitur per baptiſmum, & fit mẽbrum Chriſti, *c* & dæmon omnes vires amittit in aquis baptiſmatis, *d* delet baptiſmus originale peccatum, *e* ob quod mortui ante baptiſmum, damnantur, *f* aufert & in adultis peccata actualia omnia. *g* Manet tamen in baptizatis concupiſcentia, ſed attenuata, quæ non obeſt, & ad exercitium pugnæ ſpiritalis nobis relicta eſt. *h* Sicque explicat Diuus Auguſtinus. *i Non ex quo, quis,* inquit, *baptizatur, omnis vetus infirmitas in eo abſumitur, Sed renouatio incipit a remiſſione omnium peccatorum, & intelligentia & operatione ſpiritalium: cætera vero in ſpe facta ſunt, donec etiam in re fiant, quod erit in reſurrectione. Nam in baptiſmo quamuis fiat plena remiſſio peccatorum, non tamen plena eſt nouitas, & perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio, non ſolum in corpore, ſed etiam in animo, qui eſt homo interior: in quo, ſi perfecta eſſet nouitas, non diceret Apoſtolus, quod renouatur de die in diem, &c.*

Per baptiſmum † contrahitur cognatio ſpiritalis, quæ impedit contrahi *l* matrimonium, & diſſoluit contractum, inter leuantem & leuatum ex ſacro baptiſmate, inter patrem baptizati & viduam leuantis, *m* inter baptizatum & viduam leuantis *n* inter baptizatum & filiam leuantis, vel inter filium leuantis & filiam baptizatam: *o* inter filios filiaſue baptizantis preſbyteri, & baptizatum aut baptizatam. *p* Contrahitur & cognatio hæc inter patrimum ſeu leuantem, & matrimam, ſeu eam, quæ leuat: verum matrimonium inter illos non impedit. *q.* 2

SCHOLIA.

a *ca.cum itaque, de Conſecr.diſt.4.c.3.de presbytero non baptizato miniſtrante li.3.ti.43. Ordine prior & neceſſarius baptiſmus, ca.præter hoc, §.hæc de malis, 12.diſt. ianua aliorum ſacramentorum, ca.ſiquis fugerit. 1. quæſtio. 1. canon. hi vero, de Conſecration.diſtinct.4.*

b *ca.cum itaque, de Conſecrat.diſt.4.c.maiores, 3.de baptiſ. & ad Titum c.3. Lauacro generationis ſaluamur, & diui Ioan. cap.3.* niſi quis renatus fuerit, &c. *Quod apud nos valet aqua baptiſmatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides: vel pro maioribus virtus ſacrificii, vel pro his qui de ſtirpe Abrahæ prodierunt, myſterium circumciſionis. Gregorius in Moralibus libro.4.in Iob.c.2.ca.quod autem 5. de Conſecr.diſtinct.4. Verum hoc amplius quam circunciſio operatur nunc baptiſmus: quia circunciſio pœnam originalis peccati tollebat, ſed gratiam non dabat: facit autem vtrumque baptiſmus, in c.maiores, de Baptiſmo.*

c *ca.quia paſſus, de Conſecr.diſt.2.ca.1. & ca.ad hoc, de Conſecrat.diſtinct.4.*

d *ca.nec quemquam, de Conſecrat.diſtin.4.*

e *ca.firmiſſime, 3. & ca.ex quo, 6.de Conſecra.diſt.4.*

f *dicto can.firmiſſime.*

g *ca.regenerante, & ca.ſine pœnitentia, de Conſecrat.diſtinct.4.*





h *ca.per baptiſmum, 2.de Conſecra.diſt.4. vide concilium Tridentinum in 5.ſeſſione, de peccato origina.c.1.diuum Aug.lib.1.de baptiſ.paruulorum, c.39.*

i *Diuus Auguſtinus de baptiſ.paruulorum c.7.relatus.in ca.non ex quo, 146.de Conſecratio.diſtinct.4.*

k *D.Paulus Epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios cap.4.*

l *ca.ita diligere, 30.q.3.ibique argumento vtitur filiorum adoptiuorum Nicolaus ſummus pontif. facit l. ſiquis alumnam, lib.5.c.ti.4. In Ecloga Baſilico.li.28.ti.5.c.17. Conſtanti. Harmenone lib.4.tit.6.* περὶ τῶν ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, &c.

m *c.Martinus, de cogna.ſpirit. vide totam 30.q.4. Superueniens tamen compaternitas inter coniuges, nõ diſſoluit contractum matrimonium.c.2. & c.contracto.de Cogna.ſpiritali.tota.30.quæſt.1.*

n *c.veniens, de Cogn.ſpirita.c.1.eo.tit.in Sex. ca.non oportet, cum duobus ſequentibus. 3.quæſt.*

o *Quare ſi de facto coniungantur, ſeparabitur matrimonium.c.tua nos, de cogna.ſpirituali: quamuis libere contrahi poſſit matrimonium inter fratrem baptizati, & filiam patrimi vel matrimæ c.1.qui matrimonium accuſa.poſſ.*

p *vide cap.finale, de Cognatione ſpiritali.*

q *can.fin.iuncta gloſ.10.q.5. Satius tamen putatur & ad vitandum ſcrupulum pertinere, colendamue honeſtatem bonorum morum, ſi matrimonium inter ſe non ineant, vt ait Panor.ad capitul.Martinus, de Sponſalib.*

# DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

## *a* TIT. VIII.

a *Tractatur de Conſecratio.diſtinct.5.can.1.95.diſtinct.titulo de Sacra vnctione lib.1.tit.15. De hoc nos tractamus lib.2. Syntagma.capitul.5.*

## CAPVT I.

*Continuatio, Quid confirmatio.*

ABSOLVTA tractatione de Baptiſmo, ſequitur vt agamus de Confirmationis ſacramento, quod ſequitur Baptiſmũ. 1
*a* Omnes Chriſtiani bis ante baptiſmum vnguntur oleo benedicto: primum in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmum ſcilicet chriſmate ſancto in vertice: demum in fronte. *b* Per frontis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur cõfirmatio, quia per eam ſpiritus ſanctus ad augmentum & robur datur. *c.*

SCHOLIA.

a *canon.primo. & 3.de Conſecr.diſtinct.5.*

b *c.hæc, & quid ſignificẽt iſtæ vnctiones, tractatur in cap.vnico, c.quia vero Chriſtus, de ſacra vnctio. Quomodo oleum triplex fiat in Eccleſia, in quinta feria hebdomadæ in ramis palmarum, docet Guillielmus Durandus in lib.6.Rationalis diuinorum officio. cap.74. vbi de oleo infirmorum, Chriſmatis, & de oleo ſancto.*

c *dicto cap.vnico. §. per frontis chriſmationem, de Sacra.vnctio ca.ſpiritusſanctus, 2.de Conſecr.diſt.1. Omnes Chriſtiani fideles per manus impoſitionem epiſcoporum ſpiritum ſanctum poſt Baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur.ca.1.omnes fideles, de Conſecra.diſt.5. Baptiſmi & cõfirmationis duo ſacramenta ita coniuncta ſunt, vt ab inuicem niſi morte præueniente nullatenus poſſint a Chriſtiano ſeparari, & vnum ſine altero rite perfici non poſſit.ca.3.de his vero ſuper quibus, de Conſecra.diſt.5. Quod de adultis dicitur, qui pleni dicuntur effici Chriſtiani, dum Confirmationem accipiunt: & ſi contemnerẽt, peccarent mortaliter, alioquin pueris decedẽtibus ſufficit Baptiſmus, gloſſ.ad can.1.ad verba vt pleni, & gloſſ.fin.ad ca.3.ad verbum perfici, de Conſecra.diſt.5. Facit quod ſcriptum Actorum c.8.ibi,* Baptizati tantum erant in nomine domini IESV, tunc imponentes manus accipiebant ſpiritum ſanctum, &c. *can.manus, de Conſecratio.diſtinct.4.*

## CAPVT II.

*Vnam eſſe confirmationem ſacramentalem, non iterabilem.*

1 CONFIRMATIO, in quantum ſacramentum eſt, *a* vna eſt, quæ confirmat & auget ſpiritus ſancti gratiam in nobis: ſicque ſeparatur ab aliis, quæ confirmationis nomen habent, & ad alia referuntur, *b* & ſemel tantum Chriſtiano datur, nec iteratur. *c.*

### SCHOLIA.

a *Confirmatio verum Sacramentum eſt. in concilio Tridenti. de Confirma. c. 1. Et hac eſt ſententia fidei Catholicæ. Ex qua damnantur, qui confirmationem ſacramentum eſſe negarunt. vt Waldenſes teſte Æneа Syluio in hiſtoria Bohemica c. 35. Nouatiani, teſte Theodoreto lib. hæreticorum fabularum. Euſebius lib. 6. c. 33. & alii hæretici quidam huius ſeculi, qui & ſacris ſcripturis, & ſacrorum patrum auctoritatibus, cum vniuerſalis Eccleſiæ cenſura expugnantur. vt a Clemente lib. 3. conſtitution. Eccleſiaſtica. cap. 10. 16. 17. a Cornelio Papa, & martyre in epiſtola ad Fabianum Antiochenum. Euſebio lib. 6. hiſtoriæ cap. 33. Innocentio 1. epiſtola 1. ad Decentium. cap. 3. cap. cum veniſſet de ſacra vnctio. per c. 8. Actorum Apoſto. concilio Eliberitano cano. 38. Laodiceno. ca. 7. Aurelianenſi ca. vt ieiuni. de conſecra. diſt. 5. Meldenſi. ca. vt epiſcopi de conſecrat. diſtinct. 5. Et ita hanc vſitatam antiquitus fuiſſe inter Chriſtianos confirmationem & vnctionem plures tradunt, vt Iuſtinus Martyr. quæſt. 37. Origenes homilia 8. in Leuiticum, Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi myſtagogica. 1. & 2. Ioannes Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 10. Gregorius Nazianzenus oratione in Sanctum lauacrum. Tertullianus li. de reſurrectione carnis, Cypria. epiſtola. 1. Ambroſ. 3. de Sacramẽtis c. 2. Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 26. & alibi Hieronymus dialogo contra Luciferianos, & alii plures qui Thologis familiares ſunt & cogniti. & de hoc ſacramento agunt lib. 4. Sententiarum Patrum diſtinct. 7.*

b *vt in titulo de confirma. vtili vel inutili, cum dicimus confirmationem electionis, confirmationem ſententiæ, & ſic de ſimilib.*

c *ca. dictum eſt 8. & ſequen. de Conſecra. diſtin. 5. ex Concilio Taraconẽſi. cap. 6. Hinc colligitur error eorum, qui arbitrãtur, Sortilegas eſſe iterum chriſmandas aut rebaptizandas: eo, quod dicant eas & baptiſmo & chriſmati renuntiaſſe, vt dæmonis obſequio ſe mancipent, & putent characterem baptiſmi & chriſmatis amiſiſſe, quod tamen falſum eſt: cum ſit ille character indelebilis: quamquam dæmon radendo illis frontem & notam illis imprimendo nitatur illis perſuadere, quod baptiſmum & chriſma amiſerint, idque aſtute facit, vt illas in deſperationem pertrahat, quod non poſſint ad miſericordiam Dei refugere. Et ideo probi confeſſores, cum iſtæ miſeræ adiudicantur ſuppliciis, vel ſi aliquando Dei miſericordia reuocantur, debent illis accurate oſtendere, falſum eſſe, illas amiſiſſe characteres baptiſmi & chriſmatis, quibus efficiuntur membra Chriſti, qui nunquam redeuntibus veniam & gratiam denegat, vt neq; neganti Petro defuit.*

## CAPVT III.

1 *Materia.* 2 *Forma.*
3 *Miniſter.* 4 *Tempus.*
5 *Modus & perſonæ confirmationis.*

MATERIA confirmationis chriſma eſt, quo confirmati in fronte liniuntur. *a.* 1

Forma conferendi chriſma habetur in pontificali, vt dum chriſmate fit crux in fronte confirmati, dicat epiſcopus, *Ego conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti:* Accedit & manus impoſitio. *c.* 2

Solus epiſcopus chriſmandi in fronte ſeu confirmandi habet poteſtatem iure communi, non ſimplices presbyteri. *d.* 3

Poteſt



4 Poteſt autem omni tempore epiſcopus confirmare. *e.*

5 Offertur confirmandus a ſponſore fidei eius, vocat vulgus & patrimum, qui eum in fide plenius inſtruat. *f* Quale qui offert, ipſe debet eſſe confirmatus, aliter non contrahit compaternitatem, *g* debetque alius eſſe ab eo, qui oblatum leuauerit a baptiſmate, excepta cauſa neceſſitatis: *i* ſque debet eſſe vnus, nõ plures. *h* Non poſſunt etiam offerre confirmandos filios, parentes: *i* nullos autẽ, abbates, *k* monachi, *l* non magis, quam de fontibus leuare, excepto tempore neceſſitatis. Fuit & olim vitrico prohibitum priuignum confirmationi offerre: imminente alioquin ſeparatione ab eius matre, *m* quod poſtea abrogatum eſt. *n* Ieiuni epiſcopi confirmare debent; *o* & ieiuni confirmandi ad confirmationem venire, *p* & qui ſint intelligentes ſeu perfectæ ætatis, *q* qui & monentur etiam ante confirmationem confiteri peccata. *r* Omnes autem in ſumma fideles per manus impoſitionem epiſcoporum, ſpiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere oportet. *s.*

### SCHOLIA.

a *Oleum ſanctum triplex eſt, quod per Epiſcopos in die Cœnæ Domini ſolẽniter conſecratur. In hebdomada ſancta. Etiam in loco interdicto. cap. quoniam in baptiſmo, 19. de Sentent. excomm. in Sex. de quibus oleis in c. vnic. de Sacra vnctio. Primum oleum & principale Chriſma ſanctum dicitur, quod fit ex oleo oliuarum & balſamo, cum quo & benedicuntur fontes baptiſmatis, calix, patena, altare, puer baptizatus in vertice & in fronte. Et Epiſcopi cum conſecrantur in manibus & capite: & omnes fideles cum confirmantur. d. cap. quoniam in baptiſmo. Hoc oleum ſingulis annis eſt conſecrandum & innouandum. Et mittitur ab Epiſcopis, ſibi ſubditis presbyteris, quo vtantur in baptiſmo, niſi vrgeat neceſſitas baptizandi, quæ nouum chriſma nõ permittat exſpectari, can. ſi quis de alio, 122. cum q. aliis ſequẽtibus, de conſecrat. diſtinct. 4. can. 3. & 4. 95. diſtinction. Secundum oleum ſanctum, dictum eſt oleum catechumenorum. Dictum quoque oleum ſanctum benedictum, quo inunguntur baptizandi inter ſcapulas, & in pectore: & manus ſacerdotis cum ordinatur; & principes & reges, cum vnguntur in brachio & humero. cap. vnico, §. vnde in humero, de Sacra vnctio. Item eccleſia & altare ante chriſmationem. Tertium oleum ſanctum, dicitur oleum infirmorum, quo infirmi in articulo mortis inunguntur. De quo agetur in extrema vnctione, infra tit. 11. De conſecratione horum oleorum, formula, & ritibus conſecrationis, de ſalutationibus illorum & vſu tractat Guillelmus Durandus, lib. 5. Rationalis diuinorum officiorum, cap. 74. Chriſma etiam non poſſe fieri, niſi in die Cœnæ Domini, docet can. omni tempore, de cõſecrat. diſtinct. 4. cap. quoniam in baptiſmo de ſenten. excomm. in Sex. Multiplicantur poſt conſecrationem iſta olea, alio oleo non conſecrato illis immixto, quod commixtione efficitur eiuſdem efficaciæ, & particeps eiuſdem benedictionis. Sicuti & immixtione aquæ non benedictæ cum benedicta, ea ſit benedicta.*

b *Omnia ſacramenta fieri cum ſigno crucis, tradit ca. nunquid, 10. de conſecrat. diſtinct. 5.*

c *can. de his 3. can. manus 4. nouiſſime. de conſecrat. diſtinct. 5. Actorum 8.*

d *cap. vnico. §. per frõtis chriſmationẽ, de ſacra vnctio. cap. quãto. de cõſuetu. can. presbyteris, 19. can. presbyter, 120. de cõſecrat. diſt. 5. Quãuis aliquãdo diſpenſatiue, ad euitandũ ſcandalũ, permiſſum fuerit presbyteris ſimplicibus, chriſmare, can. peruenit, 95. diſtin. Quod tamen poſtea prohibitum. ex dict. cap. quanto, de conſuetud.*

e *argu. can. omnes fideles, can. de his, can. vt ieiuni, cum ſequenti. de conſecr. diſt. 5.*

f *can. vos ante omnia, de conſecrat. diſtin. 4.*

g *can. in baptiſmate, de conſecratione, diſt. 4.*

h *can. in catechiſmo, de conſecratione, diſtinct. 4.*

i *can. non plures, de conſecratione, diſtinct. 4.*

k *cap. 2. de cognatio. ſpirita. can. ad limina, 30. quæſt. 1.*

l *can. non licet, de conſecratione, diſtinct. 4.*

m *can. peruenit, 8. quæſt. can. placuit, 16. quæſt. 1.*

n *can. ſi quis filiarum, 30. quæſt. 1.*

o *can. noſſe deſideras, 30. quæſt. 1.*

p *Excepta cauſa neceſſitatis, canon. vt Epiſcopi, 7. de conſecrat. diſt. 5. quemadmodum & alia ſacramenta, niſi neceſſitas prohibeat, debent conferri a ieiunis, can. honeſtum 22. quæſt. 5. can. liquido, de conſecr. diſt. 2. Hoc tamen Angelus Clauaſius dicit eſſe de concilio, non de præcepto.*

q *can. vt ieiuni, 6. de conſecr. diſtinctione 5. quod & conſilii, non neceſſitatis.*

r *Ex concilio Aureliacenſi cap. 3. dicto can. vt ieiuni, vbi gloſſ. tradit perfectam ætatem 12. annorum, in qua ad minores ordines promoueri poſſint, can. 2. 77. diſt. aut 25. annorum, iuxta l. 1. de minor. 25. ann. P. Sed nihil prohibet hic dicere, legitimam ætatem eam, quæ ad pugnandum cum peccatis & dæmone eſt idonea. argum. c. 1. & 2. de delictis puer or. c. puberes, de deſponſatio. impub. cum & malitia ſuppleat ætatem, annorumque numerum & prudentiã. cap. de illis, eod. tit. de deſponſat. impu. l. 2. de his qui veniam ætatis impetrauer. & maiori ſeptem annorum poteſt conferri tonſura prima. cap. final. & ibi gloſſ. ad verbum infanti, de Tempor. ordin. In Sex. ca. de his, 28. diſtinct. can. in ſingulis, 77. diſtin. 6. ex eo. de electio. in Sex. cum ſimilib. ſed & hodie, libere. In decimooctauo anno ad ſubdiaconatum: in vigeſimo, ad diaconatum: vt vigeſimo quinto ad presbyteratum promoueri quis poteſt, cap. fin. de ætat. & qualitate in Clementinis.*

s *dicto can. vt ieiuni, de conſecratione, diſt. 5. quod intellige de peccatis mortalibus.*

t *can. 1. de conſecratione, diſtinct. 5.*

### Capvt IIII.

1 *Effectus confirmationis, robur additum.*
2 *Cognatio.*
3 *Impedimentum matrimonii.*
4 *Spiritus ſanctus.*

Hvivs ſacramenti ſuſcipiendi ratio 1
cuique erit, vt plene efficiatur *a* Chriſtianus. Quod de adultis dictum eſt. Quãuis enim continuo tranſituris a vita ſufficiant regenerationis beneficia; victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace ſeculi recipiendos. Confirmatio autem armat & inſtruit ad agones huius mundi & prælia reſeruandos. Qui autem poſt baptiſmum immaculata innocentia peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem. *b*

Quemadmodum vero ex ſacramento 2
Baptiſmi naſcitur cognatio ſpiritalis, quæ inter certas perſonas impedit matrimonium contrahi, & contractum diſſoluit, *c* ſic ex confirmatione *d* & non ex aliis ſacramentis. *e*

Per catechiſmum tamen ſolum, qui 3
præcedit baptiſmum in adultis, matrimonium quidem inter perſonas eo nomine cognatione coniunctas, impeditur: at contractum, poſtea non diſſoluitur.

### Scholia.

a *can. 1. & can. vt ieiuni, de conſecrat. diſtin. 5. ſcilicet perfectus quoad omnia ſacramenta: quia ſi contemneret peccaret mortaliter.*

b *Quæ verba tranſcripta ſunt ex can. de conſecrat. diſt. 5. Scribit Nicephorus Caliſtus lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſt. Nouatum nõ potuiſſe habere ſpiritum ſanctum, quod baptizatus non potuiſſet recipere ab Epiſcopo, quod confirmationem vocamus: & hanc fuiſſe cauſam, cur non potuerit promereri Spiritum ſanctum. Nouatum ipſum fuiſſe teſtatum. Eadem refert Euſebius Pamphil. lib. 6. c. 33.*

c Vt



c *vt inter baptizatum & leuantem: inter filios & vxorẽ leuantis ante cognitam inter ſuſcipientem & patrẽ & matrem, ante cognitã ſuſcepti inter presbyterũ baptizatum eiuſq; filios etiã ante presbyteratũ ſuſceptos, & baptizatũ, patrem matremq; baptizati. cap. 1. de cogna. ſpirita. in Sex. libr. 4. tit. 3. inter filios baptizantis ſeu leuantis & leuatum. cap. 1. 3. & fin. & cap. ita quos, de cognat. ſpirita. lib. 4.* Decretal.

d *cap. 1. §. ex confirmatione, de cognatio ſpirit. in Sex.*

e *cap. fin. de cognatione ſpiritali, in Sext.*

f *cap. per catechiſmum 2. eod. tit. de cognat. ſpirita. in Sex. Catechiſmus dicitur, & cathecheſis κατήχησις, inſtructio rerum ſacrarum, quæ ſolita erat tradi verbo tenus venientibus ad fidem Chriſtianã, antequam ad baptiſmum admitterentur. ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod eſt viua voce inſtruere. Vnde extant Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi catecheſes illuminationes & myſtagogicæ. Cẽſentur & catecheſes proprie inſtitutio priorum rudimentorum cuiuſque ſcientiæ ex Porphyrio in princip. quæſt. Homer. Inde catechumenos κατηχούμενος, qui nõdum ſacris eſt initiatus, ſed adhuc imbuitur elementis religionis.*

# DE SACRAMENTO Euchariſtiæ.

## *a* TITVLVS NONVS.

*a* De hoc agitur, *de conſecrat. diſtinct. 2. ca. ſancta Romana. §. cæterum 15. diſt. titulo de celebratio. Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, lib. 3. Decretal. tit. 41. in Clementinis lib. 3. titul. 14. Nouella 58. vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant Iuſtiniani & Nouella 15. Leonis, apud nos, lib. 2. Syntagm. iur. vniuerſi. cap. 6.*

### Cap. I.

*Continuatio.*

1 POſtquam baptizati † in ordinem Chriſtianorum, admiſſi, & Eccleſiæ membra facti, inque illo gradu per ſacrum chriſma, robore ad pugnam ſpiritualem ineundam contra aduerſantia ſuſcepto, confirmati fuerint, operæ pretiũ erit eiſdem quoq; de cibo ſupercœleſti, & viatico proſpicere, quo interius confirmentur: *a* ne deficiant in pugna, & vt omni ex parte armati incedant. Quare tertium dedimus in his inſtitutionibus locum ſacratiſſimæ Euchariſtiæ, tanquam vero cibo viatorum, & peregrinantium in hoc mundo, veroque pani cœleſti, qui dat vitam æternam. *b* Quemadmodum etiam manna datũ eſt filiis Iſrael, poſt tranſitum maris rubri, ſubmerſis Ægyptiis: *c* ſic & corpus Domini, panis qui de cœlo deſcendit, datur baptizatis & confirmatis, pugnantibus maiori cum virtute contra mortem æternam. *d*

### Scholia.

a *Iuxta Pſalm. 103. ibi:* Et panis cor hominis confirmet.

b *Sicut ſcriptum D. Ioann. cap. 6. & prædictum. Exod. 10. c. & Sapient. 16. ibi,* Panem de cœlo præſtitiſti eis.

c *Vide hiſtoriam Moſis. c. 16. Gen. verſ. 15.*

d *Diui Ioan. c. 6. verſ. 58.* Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna in deſerto & mortui ſunt, qui mãducat hunc panem viuet in æternum. *Vide Guiliel. Durandum, lib. 4. Rationalis diuinorum officiorum. cap. 41.*

### Capvt II.

*Quid hoc Sacramentum.*

PAnis & calicis ſacramentum Græcis εὐχαριστία dicitur: Latinis, bona gratia. *a* Quamobrẽ Euchariſtia eſt ſacramentum, in quo poſt conſecrationem ſub viſibilibus tranſubſtantiatis ſpeciebus, eſt verum ſacroſanctum viuum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus & ſanguis. *b*

### Scholia.

a *can. multi 84. §. ſunt autem ſacramenta, 1. quæſtio. 1. nos de nominibus huius ſacramenti & de ſacramento. libr. 3. Syntagm. cap. 6.* Cauendum tamen ab erroribus

Begomilorum, *qui vt ſcribit Euthymius in Panoplia. part. 2. titul. 2. dicebant Euchariſtiam, nihil eſſe aliud quam pater noſter. Cum tamen ibi vere ſit corpus verum, & verus ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Dictum enim fuit in cõſecratione, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, &c. D. Matthæi. ca. 26. diui Ioan. Euang. c. 6. 1. ad Corint. c. 11.*

b *Probatur hæc finitio tota. ex ca. cum Marthæ, de celebratione Miſſarum. ex capit. 1. §. vna vero, de ſumma Trinit. & fid. Cathol. dicto can. multi, & can. ante me. 1. q. 1. can. ego Berengarius. de conſecratione, diſtin. 2. Ante conſecrationem, ſpecies nominantur panis, & vinum mixtũ aqua, qua natura formauit. Poſt conſecrationem vero, & poſt verba ſacramentalia prolata. caro & ſanguis Chriſti. can. ante benedictionem, & can. nos autem, de conſecrat. diſtinct. 2. can. corpus Chriſti, ibid. cum ſimilib.*

## CAPVT III.

*Vna Euchariſtia.*

VNus panis, & vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. *a*

### SCHOLIA.

a *D. Paulus. Epiſt. 1. ad Cor. cap. 10.*

## CAPVT IIII.

1 *De materia Sacramenti Euchariſtiæ, & quæ in illo ſunt.*

1 MAteria huius ſacramenti † eſt panis, & vinum aqua mixtũ. Quorum ſpecies in ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus & ſanguinẽ transſubſtantiantur benedictione conueniente. *a* Panis in Eccleſia Occidentali, & Catholica eſt triticeus, *b* Azymus ſeu ſine fermento. *c* vinum, vitis. *d* Sunt autem tria in hoc Sacramento ſubtiliter diſtinguenda, vt diſcreta, *e* forma viſibilis, veritas corporis, & virtus ſpiritalis. Forma, panis & vini eſt: veritas, carnis & ſanguinis: virtus vnitatis & caritatis. Primum eſt ſacramentum, *f* & non res. Secundum eſt ſacramentum & res. *g* Tertium res eſt, & non ſacramentum. Sed primum eſt ſacramentum geminæ rei. *h* Secundum ſacramentum vnius, & alterius rei exſiſtit. *i* Tertium eſt res gemini ſacramenti. *k*

### SCHOLIA.

a *1. ad Corinth. 11. can. 1. 2. 3. 4. 5. can. in ſacramento, can. cum omne, can. in calice, de conſecrat. diſt. 2. cap. cum Marthæ. 6. c. in quadam. 8. c. pernitioſus, 13. de celebrat. Miſſar. Concil. Tridentin. Seſſ. 13. cap. 1. & ſequen.* Exiuit ex latere domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguis verus & aqua. *Ioan. cap. 19.* Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, id eſt anima, ſanguis & aqua. Et hi tres vnum ſunt. *1. epiſtola D. Ioan. cap. 5. Aqua & vinum ſignificant vnam hypoſtaſin duarum naturarum in Chriſto. Cyprian. libr. 2. Epiſtol. 2. epiſt. 3. can. ſic in ſanctificando calicem, & conſecrat. diſtin. 4. cap. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. de celebrat. Miſſa. Ideo & lapſi Armenii hæretici, qui cum illam hypoſtaſin negauerint, aquam vino non miſcent. Nicephor. Calix. lib. 18. cap. 52. Reprobatus & Tacianus hæreticus, qui in his myſteriis, ſola aqua vtebatur. Epiphanius tomo 3. libr. 1. aduerſus hæreſes, hæreſi 45. Eodem modo & reprobati Euchraliiſtæ, vt idem ſcribit tom. 1. lib. 2. hæreſ. 47. Dixerũt tamen quidam conſecrationem in pane fermentato vere corpus domini conſecrare, ſed Latinos, id facientes grauiter peccare, vt Scotus in 4. ſententia. diſt. 11. Vnde exorta quæſtio, num ſacerdos virtute verborũ conſecrationis quantamcunque materiã panis transſubſtantiare in corpus Chriſti poſſit. Nam ſecundum Alexandrum. in 4. ſentent. tractatu de Euchariſtia, non poteſt. Quia intentio inſtitutionis ſacramenti & Eccleſiæ fuit, vt ſumeretur, per illa verba,* Accipite & comedite, *& pro vtilitate Eccleſiæ, generali vel ſpeciali. Ideo ait non fieri conſecrationem, vt ne ea eſſet ludibrio, vel ad maleficia. Attamen tenet contrarium D. Thomas. in 4. ſent. diſt. 11. & conſec. Angelus Clauaſius in ſumma in verbo Euchariſtia. 1. nu. 25. ſequitur Alexand. ego quoque ſubſcriberem.*



b *can. non oportet 1. & ſeq. can. Sacramento, de conſecrat. diſtin. 5. Fuerunt quædam in hac cauſa funeſta & abominabilia Montanorum ſacramẽta, qui de infantis cuiuſdam anniculi ſanguine, quem de toto eius corpore, minutis quibuſdam punctionibus exprimebant, quaſi Euchariſtiam ſuam feciſſe dicuntur, miſcentes farinæ, ex qua panem faciebant. Apud quos ſi puer, qui eo modo punctus fuiſſet, ſuperuixiſſet, habebatur pro martyre proq; magno ſacerdote, quos deteſtatur & merito D. Hieron. Vide beatum Rhenanum aduerſ. Praxeam. Silentio etiã prætereo impudicã & deteſtabilem impietatem alterius mixtionis turpiſſimæ cũ ſacroſancta Euchariſtia, de qua Epiphanius, Tom. 2. lib. 1. hæreſ. 68.*

c *Sic in c. fin. de Celebrat. Miſſar. priuatur officio & beneficio Sacerdos, qui conſecraſſet in pane fermentato, & in cypho ligneo, & ſine igne. Eccleſia Orientalis, tamen in fermentato conſecrat. Niceph. lib. 3. c. 28. Rutheni quoque ſeu Moſcouitæ, vt ait Sigiſmundus Liber Baro in Cõmentariis de rebus Moſcouiticis. Cæterum dominus Ieſus, cum inſtituit hoc Sacramentum. D. Matthæi. c. 26. diui Lucæ 22. D. Ioannis. c. 18. quo tempore mandauit ſimiliter conſecrare, Paſchæ diem agebat, quo die niſi azymi panes comedi non poterant. Leuit. 23. Deuter. 16. Sicque recte ſola Eccleſia Catholica in azymis conſecrat.*

d *Ita & inſtituit fieri Dominus Ieſus. Luc. cap. 22. Quod ſi ſacerdotes ſint in regione, vbi vinum haberi nõ poteſt, poſſunt ex diſpenſatione ſummi Pontificis conficere corpus Domini, omiſſa cõfectione vel cõſecratione ſeparatim ſanguinis. Angelus Clauaſius in ſumma, in verbo Euchariſtia. 1. n. 10.*

e *Hæc ſunt verba cap. cum Marthæ. verſ. diſtinguendum, de celebratione Miſſarum.*

f *Id eſt ſacræ rei ſignum. can. ſacrificium, de conſecr. diſt. 2.*

g *can. hoc eſt quod dicimus, & can. dupliciter. de conſecr. diſtin. 2.*

h *Scilicet forma panis & vini, eſt ſacramẽtum geminæ rei, nempe, corporis & ſanguinis Chriſti, & vnitatis, & ita eſt figura tantum.*

i *Id eſt, corpus Chriſti, eſt ſacramentum ſcilicet vnitatis, & eſt res ſacramenti ſcilicet ſpecierum panis & vini, & ita eſt ſignans & ſignatum.*

k *Scilicet vnitas eſt res ſiue ſignatum, gemini ſacramenti, id eſt, duorum ſacramentorum præcedẽtium, nempe corporis Chriſti, quod eſt ſacramentum vnitatis, & ſpecierum panis & vini, quæ ſunt ſacramentum corporis Chriſti. Et ita iſtud tertium, eſt tantum ſignatum: & illa duo ſacramenta, panis & vinum, & corpus Chriſti. Primum vero eſt ſacramentum ſignans. Secundum, eſt ſignans & ſignatum. Tertium, eſt ſignatum tantum.*

## CAPVT V.

1 *Inſtitutio Sacramenti, & qui hoc Sacramentum conficiant & adminiſtrent, ſeu de miniſtris Euchariſtiæ.*

INſtitutum fuit primũ † hoc ſacramentum a Domino noſtro Ieſu Chriſto, *a* qui & dedit Apoſtolis poteſtatem conficiendi per verba illa, *hoc facite.* *b* Et nunc tantum ſacerdos conficit vel conſecrat Euchariſtiam. *c* Iſque debet diſtribuere conſecratam, *d* niſi neceſſitas vrgeat. Quo caſu & Diaconus præſente præsbytero, & ab eo iuſſus erogare ſeu diſtribuere poteſt. *e* Quare & ſacerdos parochialis paratam ſemper debet habere Euchariſtiam propter infirmantes. *f* Non debet tamen de manu ſacerdotis hæretici accipi. *g* At de manu alterius ſacerdotis, quantumuis delinquẽtis, quãuis ab Eccleſia to-

leranτur, ſi depoſitus non eſt a miniſterio, A
nemo dubitare debet accipere Euchari-
ſtiæ communionem: quia per iniquitatem
miniſtri, non polluitur ſacramenti puritas
& integritas. *b* Prohibetur etiam regula-
ribus Euchariſtiæ ſacramentum miniſtra-
re, niſi habita a presbytero parochiali li-
centia ſpeciali, idque ſub pœna excommu-
nicationis, ipſo facto incurrendæ, nec ab-
ſoluendæ ab alio, quam a ſummo Pon- B
tifice.

SCHOLIA.

a *DD. Matthei, cap. 26. verſ. 26. Mar-
ci 14. Luc. 22. 1. ad Corinth. 11. Clemen.
1. §. tranſiturus, de reliquiis & veneratio.
Sanctorum. lib. 3. tit. 16.*
b *1. ad Corinth. c. 11. verſ. 24. & 25.*
c *cap. 1. §. vna. de ſumma Trinitat. & Fide
Cathol. can. perlectis. §. ad presbyterũ 25.
diſtinct.*
d *can. peruenit. de conſecrat. diſtinct. 2. vide
Concil. Tridentinũ. Seſſ. 7. de ſacramen-
tis in genere. c. 10.*
e *can. præſente, & can. diaconos. 93. diſt. An-
tiquitus tamen communicantes Euchari-
ſtiæ propriis manibus eam accipiebant ali-
quando. Vide Nicephorum, Calixt. lib. 6.
cap. 9. & lib 13. cap. 7. ſed prohibitum id
poſtea. can. peruenit. de Conſec. diſt. 1.*
f *can. presbyter. de conſecrat. diſtinct. 2.*
g *can. cœpit. 23. quæſtio. 1. & ſi ſcienter acce-
perit pœnitere debet. ca. ſi quis dederit 24.
quæſt. 1.*
h *can. fin. 15. quæſt. fin. cap. fin. de cohabitat.
clericorum & mulier.*
i *Clementina prima, de Priuileg.*

## CAPVT VI.

*Forma Conſecrationis.*

1 FOrma conſecrandi tradita, etiam a do-
mino, *a* in pane; *Hoc eſt corpus*; & vini
conſecratione. *Hic eſt calix ſanguinis mei,
noui & æterni teſtamenti, qui pro vobis & pro
multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.* *b*
Quibus prolatis, ſtatim fit transſubſtan-
tiatio, virtute diuina. *c*

SCHOLIA.

a *can. quia corpus, de conſecrat. diſt. 2. ex. di-
ctis DD. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.
1. ad Corinth. 11. c. cum Marthæ, de cele-
brat. Miſſar. can. quid ſit ſanguis agni, de
conſecrat. diſt. 2.*
b *Vide Aſtrenſem in ſumma. lib. 4. titul. 10.
verſ. circa ſecundum.*
B c *dicto can. quia corpus, can. panis eſt. can. re
vera, can. quid ſic, de conſecrat. diſtinct. 2.
Nos copioſe de transſubſtantiatione, ſeu
tranſmutatione ſubſtantiæ panis & vini
poſt conſecrationis verba in corpus & ſan-
guinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in Sa-
cramento Euchariſtiæ, tractamus, tom. 3.
commentariorum in Syntag. artis mirabi-
lis. lib. de Deo. c. 3.*

## CAPVT VII.

C 1 *Qui communicent Euchariſtiæ: ſacer-
dos primum.*
2 *Miſſas quot dicere in die ſacerdos poſſit,*
3 *Communicare & Chriſtiani debent.*
4 *Sub vna ſpecie.*
5 *Corpus viuum Chriſti in Euchariſtia.*

SVmi † debet hoc Sacramẽtum a ſacer- 1
dote Miſſam celebrante, *a* quam ſi ne-
ceſſitate ſuperueniente non potuerit per-
ficere, alius presbyter eius loco, quod ſu-
D pererit, poterit implere. *b*

Poteſt autem † ſacerdos ſingulis die- 2
bus, dummodo ſit ieiunus, *c* vnam tantum
Miſſam, excepto die Natali Domini, in
quo, ſicut & neceſſitate aliqua ſuadente,
duas dicere poteſt miſſas.

Tenetur & quilibet Chriſtianus, † dum 3
peruenerit ad annos diſcretionis, ſaltem
ſemel in anno legitime confeſſus, *f* ieiu-
nus *g* ſumere Euchariſtiam, niſi de conſi-
E lio ſui presbyteri abſtineat. *h* Sæpius acci-
pere laudabile eſt: quotidie vero in laicis,
nec laudandum, nec vituperandum. *i*

Sub vtraq; † ſpecie corporis & ſangui- 4
nis ſacerdos celebrans & cõſecrans, com-
municat: *k* ſub vna ſola ſpecie panis, in qua
Chriſtus viuus totus cũ ſanguine, laicus. *l*



In ſingulis hoſtiis conſecratis, † & in A
ſingulis portionibus Euchariſtiæ diuiſis,
Chriſtus manet integer, & manducatione
non diuiditur. *m* Eſtque poſt conſecratio-
nem in Euchariſtia idem viuum corpus
Chriſti, quod natum eſt ex beatiſſima Ma-
ria virgine, quod paſſum, crucifixũ, quod
reſurrexit, & aſcendit in cœlum. *n* Quare ſi
quis negauerit in venerabili ſacramento
Euchariſtiæ ſub vna quaque ſpecie, & ſub
ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus ſepara- B
tione facta, totũ Chriſti corpus contineri,
anathema ſit. *o*

SCHOLIA.

a *can. relatum. de conſecrat. diſtin. 2. quoties
celebrat, toties ſumat. can. comperimus, &
can. tribus, de conſecrat. diſtinct. 2. ſacer-
dos conſecrãs & nõ communicans per an-
num a celebratione ſuſpenditur. can. rela-
tum, de conſecrat. diſt. 2.* C
b *can. nihil contra. 16. ſub 7. quæſtione pri-
ma. viden. Innocent. ad c. presbyter. de Sa-
cra. non iterand.*
c *dict. can. nihil 7. quæſtio. 1. can. liquido. de
conſecr. diſt. 2. can. tribus. ead. Quare ſi ſa-
cerdos conficeret corpus Chriſti poſt cibum
ſumtum, male faceret, tamen conficeret.
dict. can. liquido. glo. fin. ad caput, ex par-
te, de celebratione Miſſarum.*
d *cap. conſuluiſti. 3. cap. te referente, 12. cap.* D
*ex parte veſtra. c. 5. de celebra. Miſſarum.
can. nocte, & can. ſufficit. de conſecrat. di-
ſtinct. 1. Glo. in dict. capit. conſuluiſti, ad-
fert rationes, cur in Natiuitate Domini
tres Miſſæ dicantur: quod per illas repræ-
ſententur tres ſtatus Eccleſiæ, ſcilicet ante
legem, in lege, & gratiæ. idem gloſſ. aſſerit.
in can. nocte, de conſecrat. diſtin. 1. Ratio
autem, cur unã ſufficiat celebrare, ponitur
in can. ſufficit. de conſec. diſtin. quia Chri-* E
*ſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum
redemit, & quod valde felix ſit, qui vnam
digne celebrare poteſt. idem in dict. cap. te
referente, de celebr. Miſſ. Notat gloſſa au-
tem in dict. cap. ſufficit, ad verba.* Et alte-
ram, *quod extra diem Natiuitatis Domi-
ni, nõ licet tres miſſas dicere, etiam in cau-
ſa neceſſitatis, ſed tantum alteram, id eſt,
duas. Et in neceſſitate etiam permitti alte-
ram dicere, dummodo poſt ſumtionẽ Eu-
chariſtiæ in prima, nõ ſumſerit vinum ab-
lutionis digitorum, non aliter iuxta cap. ex
parte veſtra. 5. de celebrat Miſſarum, vbi
gloſſa ſingularis, vt in dict. can. ſufficit, do-
cet, ſumtum vinum ablutionis digitorum,
reddere non ieiunum ſacerdotem, neque
ideo, quod ablutio admiſceatur aliquibus
reliquiis ſanguinis dominici, fieri immiſ-
ſum vinum ſanguis Domini. Alioquin e-
nim, quemadmodum ſumtio corporis &
ſanguinis Domini in prima Miſſa, non
frangit ieiunium, ſic non frangeret ſu-
mtio ablutionis, ſi immixtum fieret ſan-
guis, quia ſanguini admiſceatur. Neceſſi-
tas porro celebrandi alteram Miſſam, po-
teſt colligi ex dict. cap. ſufficit, ſi celebretur
pro defunctis. Prima celebratur pro viuis,
puta in defectum ſacerdotis, vt inquit glo.
ad cap. conſuluiſti ad verbum,* neceſſita-
tis, *ſi celebrauit de die, & poſtea moriatur
aliquis. Item & erit alia cauſa honeſtatis,
ſi Miſſa dicta de die ſuperueniat aliqua
magna perſona, quæ velit Miſſam audire,
& ſine cuius auditione nõ debet diẽ tranſi-
re, qualis eſt Epiſcopus. in cap. fin. de Pri-
uileg. in Sext. Erit & alia neceſſitas dua-
rum miſſarum, ſi ſint duæ Eccleſiæ, & ſit
tantum vnus ſacerdos. Propter enim ino-
piam presbyteri, vnus in duabus Eccleſiis
celebrare miſſam poterit, & in duabus ec-
cleſiis conſcribi. in can. 1. 21. quæſt. 1. pro-
ter vnionẽ, ob paupertatem Eccleſiarum.
can. vnio. 10. quæſtio. 3. capit. dudum, de
Election. & ſic notat expreſſe in hoc ca-
ſu Angelus Clauaſ. in ſumma, ad verbum,*
Miſſa, *num. 46. in 4. caſu, vide Hoſtienſ.
ad dict. capit. conſuluiſti, de celebratione
Miſſarum.*
e *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & re-
miſſio. Concil. Tridentin. Seſſ. 21. cap. 3.
& can. 3.*

f Iuxta illud, Probet ſeipſum homo, & ſic de pane hoc edat, & c. 1. ad Corinth. 11. Sic & a concubitu vxoris etiam ante abſtinendum per 3. aut 4. aut octo dies, cano. omnis homo, de conſecr. 4. diſt. 2. can. ſciatis, cum ſeqq. 33. q. 4. Quod dictum eſt ex conſilio, non ex præcepto, propter honeſtatem ſacramenti, vt notat. gl. ad d. c. ſciatis, ad verba, non poteſt, & glo. 1. ad d. can. omnis homo, maxime ſi quis cõmiſceatur vxori liberorum procreandorũ cauſa. canon. vir cum propria vxore, 33. q. 4.

g Ieiunus debet eſſe, id eſt, qui nihil ſumſerit poſt mediam noctem diei præteriti, can. liquido, de conſecrat. diſt. 2. can. nihil. 7 q. 1. can. ſiquis de corpore cũ octo. 6. q. 6. ſeq. can. vt ieiuni, de conſec. diſt. 5. Sacramẽta a ieiunis ſunt recipienda. ca. ſacramẽta, de conſecrat. diſt. 1. can. quod a patribus. 75. diſt. cum ſimilibus. cap. literas de temporibus ordinat. Niſi ſit cauſa neceſſitatis & periculi mortis ſeu infirmitatis, dum dubitatur, ne quis ante communionem ieiunam præueniatur morte, cano. presbyter, de conſecrat. diſt. 2. abrogato, can. ſacramenta. de conſecrat. diſt. 1.

h dict. cap. omnis vtriuſque ſexus, de Pœnit. & remiſſio. Propter neceſſitatem imponit Eccleſia ſaltem ſemel cõmunionem in Paſchate accipiendi, niſi ſi quod impedimentum legitimum excuſet, idque ad minus, alioquin ſuadet Eccleſia, vt ſæpius velter, in Paſchate, Pentecoſte, & Natiuitate domini, Chriſtianus ad communionem accedat, can. & ſi nõ frequentius, can. ſi quis intrat. de conſecrat. diſt. 2.

i can. quotidie, & can. vtrum. de conſecrat. diſtinct. 2.

k Sacerdos corpus Chriſti ſumens, & nõ ſanguinem, grande ſacrilegium committit, can. comperimus. de conſecra. diſt. 2.

l In Concilio Tridentino, Seſſio. 21. cap. 1. & 3. & can. 2. & in Seſſione 13. capit. 3. & can. 3. can. qui manducat, can. ſinguli. de conſecrat. diſtin. 2. Vide quæ fuſe tradidi, tom. 3. commentariorum artis mirabilis, lib. de Deo. cap. 33. numer. 15. & 16. vbi rationes. At in concil. Conſtant. Seſſio. 13. Baſilicenſi. Seſſio. 30. permiſſum aliquando Boemis ſub vtraque ſpecie communicare, can. tamen lege, ne diuerſum vſum improbarent, in Concilio Baſilienſi, & vt cæteris Catholicis affectionibus adhærerẽt, ſcribit Martinus Chromerus. lib. 21. de de Re. Poloni. Et id permiſſum Moſcouitis in die Paſchæ. Illi etiam ſacramẽtum porrigunt infirmis & pueris per guttã vini, conſecratum in ſpecie vini, vt ſcribit Sigiſmundus Liber Baro. lib. de reb. Moſcouiticis. Regibus Galliæ, dũ inunguntur, permiſſum tradunt, vt ſub vtraque ſpecie communicent, tanquam ſacroſancti reges, & qui accedãt ad priuilegiũ in hoc ſacerdotale. In Concilio Carthaginenſi 4. cano. 76. Videtur quoq; quodammodo permiſſum concedere ægrotis Euchariſtiã in ſanguine. dicitur enim ibi & in capit. 8. is qui pœnitentiam. 26. quæſt. 6. Statuitur de ægrotis pœnitentiam petentibus, & qui poſt petitam obmutuerũt, vel in phreneſim inciderint: vt, ſi continuo credantur morituri, recõcilientur per manus impoſitionem, & infundatur ori eorum Euchariſtia. Infuſio quippe demonſtrat liquorem, qui in ſanguine intelligi poteſt. Non enim dicendum eſt, panem intinctũ ſanguini porrigendum eſſe, cum id fuerit prohibitum. canon. omni, de conſecr. diſt. 2.

m can. qui manducat, & can, vbi, de conſec. diſt. 2.

n can. omnia, & can. prima quidem, de conſecr. diſtin. 2.

o in Concilio Tridentino Seſſione 13. cap. 3. & in decretis. can. 3. & in Seſſione 21. de commun. ca. 1. & 3. & in concilio Florentino. in Decretis Eugeni contra Armenos.

## Capvt. VIII.

1 *Quibus denegetur Cõmunio Euchariſtiæ.*

DEnegatur aliquando & certo tempore † Euchariſtiæ communio iis, qui 1
publice grauiter deliquerũt, *a* raptoribus



rerum Eccleſiæ, *b* nauſeam vel vomitum patientibus, *c* pollutis nocte externa ex nimia crapula, vel cogitatione immũda, *d* infidelibus, quia, cum in Eccleſia non ſint, non poſſunt ſacramentaliter accipere, *e* notorie impœnitẽtibus, *f* magis & hiſtrionibus, quandiu in artis improbitate perſeuerint, *g* excõmunicatis interdictiſve, *h* hæreticis. *i* At non poteſt denegari occultis peccatoribus, quamuis ſint cogniti a ſacerdote, miniſtro, a quo publice petunt communionem: *k* quanquam verum ſit, eum, qui indigne ad hoc ſacramentum accedit, iudicium ſibi manducare, quod non diiudicet corpus domini. *l* Pœnitentibus etiã ex grauiſſimis ſceleribus, quamquam denegetur in vita Euchariſtia, tamen ſub mortem, ſeu in articulo mortis, nõ eſt neganda petentibus, *m* neque illis, qui poſtquam petierint, & antequam acciperent, ſtatim obmutuerint, vel in phreneſim inciderint, ſi modo alias retinere poſſint, & adhibetur fides illis, qui audierint eos, petiiſſe, antequã perdiderint loquelam aut mentem; *n* neque his, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſi cõfeſſi ſint & pœnituerint, *o* nec excõmunicatis ſatisfacientibus *p* denegatur.

### Scholia.

a can. pro dilectione, de conſecra. diſt. 2. can. placuerit. 23. q. 5.

b can. indigne 12. q. 2. ii enim a ſacramentis Eccleſiæ ſuſpenſi ſunt, can. quiſquis 7. q. 4.

c can. ſi quis per ebrietatem, de conſecrat. diſtinct. 2.

d can. teſtamentum, & cãn. non eſt. diſt. 6.

e can. quia paſſus, can. quid eſt. can. dupliciter. can. tribus gradibus. §. præcipimus, de conſecrat. diſtinct. 2.

f Dicto can. pro dilectione. de conſecr. diſt. 2. cap. placuit. 23. q. 5. vide D. Thomam. in 4. ſent. q. 5.

g Cyprianus. lib. 1. Epiſtolarum, epiſtol. 10. dict. can. pro dilectione, de conſecrat. diſt. 2 cap. 2. de ſortileg. niſi reſipuerint hiſtriones & magi, & pœnituerint a vita improba, can. penult. de conſecrat. diſt. 2. Diſtinguitur etiam inter ſcenicos, ſeu hiſtriones, vt hi, qui turpibus iocis & verbis ludunt, cenſeantur ſummoti ab hoc ſacramẽto impœnitẽtes, vt reprobati maxime, ſi ita cum laruis in Eccleſia ludos exerceant. ca. cum decorẽ, & de vita & honeſta. cler. non autem ii, qui honeſta exhibent in theatro, & ad mores inſtituendos accommoda, quos audire, non dicitur peccatum mortale, vt notatur in can. donare 86. diſt. & in c. cum decorem, ad verbũ, laruatum, de vita & honeſta. cleric. imo dicunt, his poſſe aliquid honeſte donari ſecũdum D. Thom. 2. 2. q. 68. articul. 3. vide multa apud nos. lib. 39. Syntagma. c. 5. de ſpectaculis.

h can. ſi non ſunt. de conſecr. diſt. 2.

i can. penultim. & fin. cauſa viceſima quarta. quæſt. 1.

k cap. ſi ſacerdos, de offic. ordin. Datur exemplum de Iudæ communione, quam Chriſtus ei non negauit, quamuis occultam aliis, proditionis cogitationẽ noſſet, in can. non prohibeat, & can ſicut Iudas, de conſecrat. diſt. 2. can. aduerſitas. 8. quæ. 1. can. Chriſtus. 1. quæſt. 1. Si tamẽ ſacerdos ſciat impœnitentem eſſe petentem a ſe, nõ publice, ſed priuatim Euchariſtiam, denegare ei debet, ſecundum diuum Tomam, in 4. ſententiarum. diſtin. 9. q. 5. Archiepiſcopus Florentinus in Summa, in titul. de ſingulis Sacramentis. verſ. quibus ſint danda.

l Diuus Paul. Epiſt. 1. ad Corinthios. capite vndecimo.

m can. pœnitentes. 50. diſtinct. can. virgines, 27. quæſtio. 1. can. ſi quis hæreticæ. §. ecce. 1. quæſtio. 1. can. in primis. 2. quæſt. 1. ca. accuſatores. 46. diſtin. can. ſi quis de corpore. 26. quæſt. 6. pulcerrimum exemplum apud Euſebium in hiſtoria Eccleſiaſtica. libr. 5. cap. 14. de Serapione fideli ſene, qui diu quidem vixerat inculpatæ vitæ, in perſecutione vero ceciderat, nemoque recipere volebat eum ad pœnitentiam, eo, quod idolis ſacrificaſſet: non potuit enim mori,

*quin ſacramentum Euchariſtiæ ei fuerit ad latum, ita abſolutus ſub mortem.*

n *in cano. his qui pœnitentiam. 8. 26. quæſt. 6. ex Concil. Carthaginenſ. 4. cap. 76.*

o *can. quæſitum 13. q. 2. cap. 2. de furtis.*

p *can. tanta. 86. diſtin.*

### Cap. IX.

*Quidam effectus Euchariſtiæ.*

EVchariſtiæ digna ſumtio eſt pœnarum relaxatio, *a* & per eam, aſſumens vnitur Chriſto, & conſequitur vitam æternam. *b* Per eam benedicimur, adſcribimur cœlo, & de viſceribus Chriſti eſſe cenſemur, a beſtiali ſenſu exuimur. *c* Sacramentũ hoc, pietatis eſt, ſignum vnitatis, vinculum caritatis. *d* indigne manducãtibus, iudicium & mors: *e* ſalus mentis & corporis digne ſumentibus. *f* Sunt & deuote feſtum Euchariſtiæ celebrantibus, & horis canonicis & diuinis officiis per totas eius feſtiui octauas, aſſiſtentibus, indulgentiæ conceſſæ, contritis & cõfeſſis. Nempe iis, qui interſunt officio matutinali centum dies veniæ, qui Miſſæ, totidem: qui primis & ſecundis veſperis, totidem: iis qui primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, horarum *g* officiis interfuerunt, pro ſingulis horis quadraginta: his vero, qui prædictis officiis per octauas interfuerint centũ dierum indulgentiæ dantur ſingulis octauarum diebus. *h*

#### Scholia.

a *can. panem de altari, & can. cum omne, de conſecratione diſt. 2.*

b *can. Chriſtus panis, & can. quid eſt Chriſtum, can. qui manducat, & can. credere, can. commodauit, can. hoc ſacramentum, can. reuera iſta autem eſca, can. omnia. verſ. & cum digne. can. in Chriſto, de conſecrat. diſt. 2.*

c *can. virum 72. de conſec. diſtin. 2.*

d *can. hoc ſacramentum 63. de conſecratio. diſtin. 2.*

e *can. ſicut Iudas 68. de conſecrat. diſt. 2. 1. ad Corinth. 11. dæmones etiam abigi adorationibus ex celebratione Miſſar. teſtatur D. Auguſtinus. lib. 2. de Ciuitate Dei. ca. 8. Niceph. Calix. lib. 16. ca. 36. Pachimeres in Eccleſiaſticã Hierarchiam D. Dionyſii Areop. cap. 3. de Synaxi.*

f *Scribit Gregorius Nazianzenus, in oratione in funere patris habita, patrem ſuum ſacerdotem, diutina & ardentiſſima febre exhauſtum, ab ancilla ſynaxis tempore aliquando adductum manu in conuentum eccleſiaſticum, in quo pro more Euchariſtiam, ſed pauciſſimis, & quibus tunc potuit per morbum verbis conſecratam aliis & diſtribuerit, & participauit ipſe quoq;, reuerſum ad lectum, ciboque parum ac ſomno refectum, melius ſtatim ſe habuiſſe, ac priſtinæ tandem ſanitati ex integro fuiſſe reſtitutum. Simile quippiam idem recitat in oratione in funere ſororis habita. Idipſum & refert D. Ambroſius. de fratre ſuo Satyro, in oratione de eius funere.*

g *cap. 1. de reliquiis & Veneratio, ſancto. in Extrauag. communibus. Omitto effectus alios, qui accedunt ex ſacroſancta Euchariſtiæ perceptione, de quib. ſacri patres tractant, vt per eam nos vniri Chriſto, & fieri diuinæ naturæ participes, aliaque præſtantiſſima hinc nobis aduenire beneficia, quæ ab illis diſces.*

## DE SACRAMENTO pœnitentiæ.

### *a* Titvl. X.

a Tractatur de pœnitentia. *tit. de pœnitentiis & remiſſionibus. lib. 5. Decretalium. tit. 38. In Sexto Decret. lib. 5. tit. 10. in Clemen. lib. 5. tit. 10. in Decret. de pœnitentia, per ſeptem diſtinct. apud nos. lib. 2. Syntag. iur. c. 8.*

### Capvt I.

*Continuatio.*

POſt explicationem Baptiſmi, † Confirmationis, & viatici Euchariſtiæ, ſupereſt, vt ꝓxime agamus de remedio, quo athleta Chriſti baptizatus, vnctus, & refectus, 1



ſi quando in pugna ſpiritali vulneretur, reſurgere & iuuari, Deoq; reconciliari poſſit, quod pœnitentia dicitur. Et ſecunda tabula per quam a naufragio ſaluari poſſit, *a* ſacramentum, nullo modo, ſi fieri poſſit, differendum, niſi omnino perire malimus. *b*.

#### Scholia.

a *ca. 2. de pœniten. diſtin. 1. de hoc ſacramento nos multa lib. 2. Syntag. iuris, cap. 8.*

b *in Concilio Tridentino ſeſſione quarta cap. 1.*

### Capvt II.

*Pœnitentia quid.*

1 POenitentia generaliter, eſt prioris ſententiæ conuerſio, *a* μετάνοια Græcis. Pœnitentia autem in peccatis retractandis, eſt vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe, *b* vel vt ait D. Ambroſius, *c* eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Et vt alibi, *d* D. Auguſtinus, pœnitere, eſt pœnam tenere, vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. In quantum vero eſt ſacramentum, ſic definietur commodius. *e* Pœnitentia, eſt ſignum ſenſibile, ſeu imago ſacræ rei, videlicet remiſſionis peccatorum, cuius cauſa eſt, per ſenſibilem contritionem, confeſſionem, & abſolutionem.

#### Scholia.

a *Et hæc ita ſine reprehenſione, & in Deo eſſe, & in homine, dicitur. Tertullia. lib. 2. aduerſus Marcionem facit. Gen. c. 6. ibi,* pœnitet, inquit, *Deus*, me feciſſe hominem, *explicatur in Concilio Toletano 8. cap. 2. can. 9. incommutabilis, 22. quæſt. 4.*

b *ex Diuo Auguſtino in libr. de vera & falſa pœnit. c. 8. & in can. 4. de pœniten. diſtinct. 3. can. pœnitentia quippe, ead. diſt.*

c *can. 1. de pœn. diſtinct. 3. ca. ecce nunc, §. pœnitentia, de pœni. diſtinct. 1.*

d *lib. de falſa pœnitentia c. 19. dicto can. 4. §. 1. de conſecratio. diſtinct. 3.*

e *Vignerius in inſtitutionibus Theologicis cap. 16. §. 1. de pœnitent.*

### Capvt III.

1 *Pœnitentiæ diſtinctio. 1. vera, falſa.*
2 *Publica priuata.*
3 *Solemnis.*
4 *Non repetita, & quibus impoſita.*
5 *Publica non ſolemnis.*
6 *Priuata quæ.*

HOminis pœnitentia, Aut eſt falſa, Aut vera. 1 Veræ ſemper indulgentia promittitur, ſicut falſæ negatur. *a* Falſa erit, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponitur, *b* Vera contra falſam. Et dicimus pœnitentiam, rem alienam, per quam contractum eſt peccatum, non reſtituere, *c* pœnitere ſe pœnitentiam egiſſe: *d* ſi non ſit ſecundum qualitatem criminum: *e* pluribus peccatis commiſſis pro vno tantum pœnitere: *f* inter pœnitendum animum pœnitendi deponere. *g*.

Rurſum vera pœnitentia eſt, aut publicã, aut priuata: & iterum publica, aut ſolemnis, aut non ſolemnis. 2 *h* Priuata multas etiam habet ſpecies aut modos, quibus redimuntur peccata. *i* Item ſicut quædam charitas alia eſt incipiens, alia proficiens, alia perfecta: ſic & pœnitentia alia eſt incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. *k*.

Solemnis pœnitentia eſt, quæ publice certis perſonis & ceremoniis adhibitis fiebat, 3 quando in capite quadrageſimæ, *l* ſe repreſentabant epiſcopo ciuitatis ante fores Eccleſiæ, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, adſtantibus archipreſbyteris, preſbyteris parochiarum, & preſbytero pœnitentium, qui inſpicere eorum pœnitentiam & conuerſationem diligenter debebant, & ſecũdum modum culpæ pœnitentiam per gradus iniungere, & deinceps in Eccleſiam inducere. Tuncque epiſcopi officium, vt proſtratus in terra, cum lachrymis pro eorum abſolutione

ſeptem Pſalmos pœnitentiales decantet, A
& ſurgendo ex oratione manus ſingulis imponat, aquam benedictam ſuper eos aſpergat, & iniecto cinere capita illorum cilicio operiat, & cum gemitu, crebris ſuſpiriis eis denūtiet: quod ſicut Adam proiectus fuit de Paradiſo, ita ipſi pro peccatis abiiciātur. Quo dicto iubebat & miniſtris eos extra ianuam Eccleſiæ expellere, quos clerus proſequebatur cum Reſponſorio, *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Sole- B
mnis pœnitentia, non niſi pro grauiſſimis ſceleribus publicis imponebatur, dum tanta erat peccati plaga & impetus morbi, vt medicamēta corporis & ſanguinis Domini differenda eſſent auctoritate antiſtitis. *m.*

4 Ideo ſemel tantum in vita homini imponitur nec iteratur, niſi contraria eſſet iterandi alicuius Eccleſiæ conſuetudo. *o* Neque ſolet, aut non debet imponi cle- C
ricis, propter ſcandalum publicum, quod poſſet in contemtum myſteriorum conuerti, niſi prius ab ordine depoſitis, & ea lege, vt poſt eam peractam pœnitentiam etiam iterum promoueri poſſint. *p* Quemadmodum nec poſt eam pœnitētiam propter ipſum ſcandalum, nullus ex publice pœnitentibus, quantumuis bonis, poteſt ordinari. *q* Etſi poſt alias nō ſolemnes pœnitentias lapſi, poſſint in locum priſtinum D
reſtitui. *r.*

5 Publica non ſolemnis pœnitentia dicitur, quæ palam quidem & publice fit, at ſine prædictis ſolemnitatibus, pro peccato tamen publico, quod meretur ad exemplum aliorum emendationem publicam, *s* ſed tamen non habet ſcandalum publicum. *t.*

6 Priuata & ſecreta pœnitentia eſt, quæ nec ſolemnis, nec publica eſt, ſed priuatim E
datur & peragitur: quæ pro grauioribus peccatis etiam, veruntamen occultis, imponitur. *u.*

S C H O L I A.

a *can. in tantum, §. fin. & ca. ſeq. de pœnit. diſtinct. 3.*

b *ca. falſas. 6. de pœnit. diſt. 5. vide ca. 2. 1. q. 7. Poteſt & dici non vera & falſa pœnitentia, quæ non habet materiam & formam de quo poſtea, dehinc & quæ fiebat ab antiquis gentilibus, apud quos nulla vera remiſſio peccatorum, quam faciebant coram idolis, quæ ſenſu carebant, nec habebant poteſtatem remittendi peccata: veluti quando rei homicidii fortuiti, expiationis cauſa ex lege Memphytarum proficiſcebantur ad Gymnoſophiſtas, neq; prius in patriam redire poterant, quam ab illis fuiſſent abſoluti: alioquin tandem in montibus aberrabant, donec illorum Gymnoſophiſtæ miſericordia mouerentur. vt ſcribit Philoſtratus in vita Apollonii lib. 6. cap. 3. meminit & eodē li. 6. ex Heſychio de feſto* γυμνοπαιδείας, *quod erat apud Spartiatas, in quo adoleſcentes, aram Amyclis circunſtantes, terga mutuis verberibus cedebant, hocq; modo putāt a Scythis & Spartiatis Dianam Scythicam fuiſſe cultam. Non enim ſola maceratio corporis pœnitentiam veram facit, quæ aliquando magis nocet quam proſit, ſi Eccleſiæ non accedat auctoritas & poteſtas peccata dimittēdi: quemadmodum legimus de ſecta flagellatorum improbata: eos enim ferunt in tantam ſuperbiam & deſipiſcentiam veniſſe, vt inter errores quos plures prædicabant, aſſererent ſuam flagellationem præferendam eſſe martyrio, & per illam aboleri peccata, vt refert Bernardus Lutzemburgenſis in hæreſibus & Alphonſus de Caſtro lib. 4. contra hæreticos.*

c *ca. ſi res, 14. q. 6. & tamen licet vera non ſit Pœnitentia, admittenda eſt eorum confeſſio, qui implere dicunt ſe non poſſe iuxta tradita in c. quod quidam de Pœni. & remiſſ. & iuxta diſtinctionem Pan. ad d. c. officii. & talis pœnitentia dicitur nō vera, id eſt non fructuoſa, quo ad vitam æternam, tamen valet ei quia talem facit, quia ſentiet fructum eius, cum de alio crimine pœnitentiam egerit §. penul. & fi. de Pœn. diſt. 3. & ideo talis confeſſio eius qui crimen confitetur, tamē dicit ſe abſtinere non poſſe, eſt admittenda, & crebris & ſalutaribus monitis pœnitentia indicenda. dicto c. quod quidam: nam vt ibi ait gloſſa ad verbum pœnitentia, pœnitentia aliorum criminum valebit ei. Et pene quod nō pœniteat de aliis, valebit ei talis pœnitentia. Nam omnia bona quæ quiſque facit in vita illa, proſunt ei ad vitam æternam promerendam, vel ſaltē ad minus ſupplicium ſubeundum, dicto §. penul. de Pœni. diſtin. 3. item ad bonum temporale obtinendum, ca. cauendum de Pœn. diſt. 3. ca. ſi qualibet culpa. 22. q. 2. & ad hoc vt Deus citius illuminet cor eius ad veram pœnitentiam, can. falſas, de Pœnit. diſtinct. 5.*



d *ca. ſunt qui, 17. cauſ. quæſt. 4.*

e *ca. falſas, de pœnitētia, diſtinctione quinta.*

f *ca. fratres, de Pœn. diſt. 5. ca. ſceleratior, §. his auctoritatibus, de pœn. diſt. 3. vbi ratio. vide gloſ. 1. ad can. quod quidam, de Pœnit. & remiſſ.*

g *dict. c. quod quidam. 5. de Pœnitentia & remiſſione.*

h *ca. ſi quis poſt, & ſeq. 50. diſtinct.*

i *ca. medicina, de pœnitent. diſtinct. 1.*

k *ca. quamuis caute, §. Illud autem, de Pœnit. diſt. 5. Ex Diuo Auguſtino, epiſt. 54. ad Macedonianum.*

l *Solemnitates omnes ponuntur publicæ pœnitentiæ, in ca. 64. in c. quadrageſimæ, 50. diſt. ca. pœn. 63. diſt. & in pontificiali & ordine Romano, a pagina 14. vſq; ad 30. Docet & quomodo fieret hæc publica pœnitentia ſolemnis in Orientali Eccleſia & Romæ, Nicephor. Calix. lib. 12. c. 28. Sozomenus lib. 9. Tripartita hiſtoriæ. cap. 35.*

m *ca. in actione pœnitentiæ, 84. de Pœn. diſt. 1. ca. penul. 50. diſtinct. maiora crimina exponuntur in c. at ſi clerici, §. 1. de Iudic.*

n *ca. ſi quis poſt remiſſionem, 50. vide Nicephor. Calix. lib. 6. cap. 1.*

o *ca. nihil prodeſt, §. ex perſona, de Pœn. diſtinct. 3.*

p *ca. confirmandum, ca. alienum eſt a conſuetudine, 50. diſt. ca. ſacerdos, de Pœn. diſtinct. 6.*

q *ca. ex pœnitentibus, can. canones, 50. diſt. c. 1. de bigamis. In Concilio Carthaginenſi, 4. cap. 68. & 69. Rationē adfert D. Auguſtinus epiſtola 50. ad Bonifacium, cuius verba in ca. 24. vt conſuleretur, 50. diſtinct.*

r *cano. ſi poſt ordinationem, 12. §. econtra, cum ca. ſequentibus, 10. diſtinct.*

s *cap. 1. & c. quæſitū, 7. de Pœnit. & remiſſio. li. 5. tit. 3. exemplū in ca. ego Berengarius, de cōſecr. diſt. 2. forma vna in c. 2. de Maledic. facit D. Paulus 1. ad Timotheū, c. 5. peccātes, inquit, corā omnib. argue, vt cæteri timorē habeant: refertur in ca. ſed illud, 45. diſt. facit c. 18. Diui Matthæi, ibi,* die Eccleſiæ, &c. *Publicā indixit pœnitētiam D. Ambroſius Theodoſio Imperatori ob cædem Theſſalonicenſium temere admiſſam, prohibito ingreſſu Eccleſiæ, donec eā peregiſſet. Nicephor. Calix. li. 12. c. 40. Theodoretus li. 9. Hiſtoriæ Tripartitæ, c. 30. Diuus Ambroſ. lib. 5. epiſtola. epiſt. 28. publicum peccatum coram omnibus puniendum. ca. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1.*

t *vt notatur in ca. fin. 26. quæſt. 6. iuncto c. 1. & c. quæſitum, de Pœn. remiſſio.*

u *dicto c. quæſitum, 7. de pœnitentiis & remiſſio. Occulta peccata nō ſunt publice punienda, can. ſi peccauerit, 2. q. 1. can. ſi quis poteſtatem, 23. q. 4. exemplum de Chriſto & Iuda, in canon. fin. 15. quæſt. 5.*

## C A P V T I I I I.

1 *De materia, circa quā verſatur pœnitētia.*
2 *De peccato & diſtinctione eius: de originali.*
2 *De actuali, mortali, & veniali.*

PRo materia, circa quam verſatur pœnitentia, ſunt peccata, ſecundum quorum circunſtantias & confitentis contritionem, pœnitentiæ modus iniungitur: 1
*a* nempe delictorum perpenſa qualitate & quantitate, *b* ætate, *c* ſcientia, *d* ſexu, *e* & conditione, *f* delinquentis, obſeruato modo, tempore, loco delinquendi, voluntate, propoſito, euentu, cæteriſque, quæ vt variant delicta, ſic quoque & pœnæ delinquentium. *g.*

2 Ex concilio Toletano, *h* crimen ſeu peccatum, eſt, id omne, quod accuſatione vel reprehenſione dignum eſt. Peccatorum, aliud originale, aliud actuale. *i* Actuale rurſum, aut mortale, aut veniale. *k* Originale peccatum, ab Adamo primo parente trahitur. In quo omnes eramus, (quia ex eo generati fuimus, qui peccauit.) *l* Carentiam ſeu priuationem iuſtitiæ originalis debitæ, in primo parente acceptæ, *m* dicunt: hocque in nobis inuoluntarium in vniuerſali & particulari, quod fuit voluntariũ voluntate aliena, nempe Adæ: quod propterea poteſt remitti ſine actione aut paſſione voluntatis eius, in quo eſt per baptiſmum, *n* quemadmodum olim per circuncisionem. *o*.

3 Actuale peccatum eſt, quod a ſingulis committitur, ex quo committens tantum, non alius, niſi conſentiat, polluitur. *p* Peccatum mortale actuale iuxta diuum Auguſtinum, *q* eſt voluntas retinendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, vnde liberum eſt abſtinere. Aliis mortale & criminale: quod cum fit, ex deliberatione fit: quod non dimittitur niſi per pœnitẽtiam: *r* peccatum etiam generaliter dicetur mortale, ex quo pœna æternæ mortis imponitur, ſi quis impœnitens & nõ reconciliatus Deo, moreretur. Eccleſia Catholica mortalium peccatorum ſummam in ſeptem capita coniecit. *s* Dicunt & Theologi, *t* quod quicquid eſt contra præcepta diuinæ legis aut bonæ humanæ, de ſe habet rationem mortalis peccati, niſi vel ratione ſubreptionis, vel modicitatis vel rationabilis cauſæ, quoad præcepta humana, vel diſpenſationis ſuperioris, excuſetur. Peccatum vero veniale, non eſſe contra legem aliquam, ſed præter legem quam lex ſancta intendit. Veniale item dicitur peccatum, quod ex ignorantia vel infirmitate humana committitur, & facile dimittitur. *u*.

SCHOLIA.

a *cap. 3. & c. Deus qui Eccleſiam 18. de Pœn. & remiſſio, ca. conſideret de pœn. diſt. 6. tota 26. q. 7. vſque ad ca. 10. quemadmodum & ius ciuile conſiderat in l. aut facta, 10. de Pœn. P.*

b *ca. 1. conſideret. de pœn. diſt. 5. c. ſicut dignum, 6. de homicid. ca. homo 40. Sicuti quædam crimina ob ſui grauitatem & circunſtantias perſeuerantes, quæ dicuntur irremiſſibilia, vt quæ contra ſpiritum ſanctum committi dicuntur, non quidem ex parte Dei, qui omnipotens eſt, facileque operatur, quæ hominibus videntur impoſſibilia. Marci. c. 19. ſed quia ita diſponunt illa peccata hominem, vt agat, quæ contraria ſunt remiſſioni. Contra ſpiritum ſanctum peccatur primo, cum male quis de diuina perſona eius ſentit, ca. hi l. vero, de conſecra. diſt. 4. 2. cum obſtinate quis aſſerit, omnia mala eſſe impunita, & bona irrenumerata. ca. adhuc, in fine de pœn. diſt. 3. quando quis pœnitus deſperat de Dei gratia & miſericordia. vt Cain ca. voluiſſent, §. ex his, de pœn. diſt. 1. 4. cum quis veritatem cognitam impugnat. can. eos qui, 1. q. 1. 5. cum quis ſcienter in peccato mortali perſeuerat, ca. inter hac hircum, in 2. de pœn. diſt. 3. 6. cum quis exſiſtens in peccato habet propoſitũ nunquam pœnitendi. can. poteſt fieri, de pœn. diſt. 1. Sunt Sex, quæ impediunt peccati eiectionem de quibus videndum in 2. lib. Sent. diſt. 43.*

c *ca. Illud relatũ, 15. q. 1. c. 1. & 2. de delict. puerorum.*

d *ſcientia, veluti num amens ſeu furioſus, vel mentis compos deliquerit. ca. indicat. 3. q. 9. ca. ſi quis inſaniens 15. q. 1. vel num putaret ſe delinquere vel non, vt in l. fin. de ritu nuptia. P.*

e *ca. indignanter, 32. cauſ. quæſt. 6.*

f *ca. qui compulſus, 22. q. 5. ca. aut facta, de pœn. diſt. 1.*

g *d. can. aut facta, & dicta l. aut facta, de Pœn. P. vbi de his, & apud Quintilianum li. 5. c. 1. Nos autem de his & abunde tractauimus per nouem capita, lib. 30. Syntagma. incipiendo a 2. vſque ad 11. vide & l. prætor edixit. 7. §. actorem, cum 2. ſeq. de iniur. P. vide & gl. in principio de pœniten. diſtin. 1. ad verbum* vtrum. *ex Toletano Concilio c. 2. relato in can. vnum oratorium. 25. diſt. ca. 1. & ca. Apoſtolus 81. diſtin.*



h *ſic diſtinguitur fere per totam diſt. 4. de pœnit. & de conſecra. diſtinct. 4.*

i *ca. medicina, de pœnit. diſtinctione prima.*

k *ca. firmiſſime tene, & præcedente ca. per baptiſmum, de conſecr. diſt. 4. ca. iam itaque, 1. q. 4. & in princ. 24. q. 3. Omnes in Adamo peccauerunt, ad Roma. cap. 8. Quare omnis, qui ex concubitu naſcitur, hoc peccatum ſecum defert proxime citatis iuribus. Et David Pſal.* 50. ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

l *de carentia hac iuſtitiæ originalis gloſſ. in c. maiores, §. verum, ad verba,* propter originale *de Baptiſmo. Anſelmus libro de conceptu virginali. Iuſtitia originalis, fuit quoddam auxilium diuinum ſupernaturale, neceſſarium homini ratione ſuæ compoſitionis. Quia cum ſit compoſitus ex anima & corpore, ex intellectuali & ſenſuali, quæ quodammodo, ſi ſuæ naturæ relinquantur, intellectum aggrauant & impediunt, ne libere ad ſummum contemplationis pertingere poſſit: ideo data fuit homini iuſtitia originalis, per quam ſi mens hominis ſubderetur Deo, etiam ei ſubderentur omnes vires inferiores, vt libere poſſent in Deum tendere, cuius ſubtractio facta fuit per peccatũ originale, cuiusq; duplex eſt pœna, vna pœna taxata peccato, ſcilicet priuatio iuſtitiæ originalis & priuatio viſionis Dei: alia, eſt pœna concomitans, cuiuſmodi ſunt mors, infirmitates, & alia mala quæ ſequũtur. Quæ verba trãſcripta ſũt ex Angelo Clauaſio in Sũma, in verbo pec. catum, in princip. Innocentius 3. etiam in c. 3. §. ſed adhuc quæritur, de Baptiſmo, pœnam peccati originalis dicit eſſe carentiam viſionis Dei: actualis vero peccati, gehennæ perpetuæ cruciatum, & per conſequens etiam carentiam viſionis Dei. Dicitur & peccatum originale, infirmitatis carnis, languor naturæ, ca. illud relatum, verſi. itaque, 5. quæſtio. 1.*

m *c. maiores 3. §. verũ quidam, de Baptiſmo.*

n *ca. ex quo, de conſecr. diſt. 4. c. maiores, §. hinc vero diximus, de Baptiſ.*

o *ca. tam itaque, 1. quæſt. 4. can. ſi quis, 23. quæſt. 4.*

p *D. Auguſtinus tractat. de duabus animabus c. 11. in can. 1. §. fin. 15. quæſt. 1.*

q *tractatur in ca. vnum oratorium, §. vnde Hieronymus, cum ſeq. §§. & ca. qualis huic, 25. diſt. ca. illa canenda, 15. q. 1. ca. ſicut tribus, & can. ſciendum, & ca. inter hæc, de Pœn. diſt. 2. Ponuntur & quatuor genera peccatorum a Diuo Hieronymo ad c. 1. Amos, & ca. ſuper tribus, de Pœnit. diſtinct. 1. primum peccatum, cogitaſſe quæ mala ſunt: Secundum, cogitationibus acquieuiſſe, peruerſis: Tertium, quod mente decreueris opere compleuiſſe: Quartum poſt peccatum non agere pœnitentiam, & ſibi in delicto ſuo complacere, vide cano. teſtamentum, poſt medium, diſtinct. 6.*

r *quæ ſunt ſuperbia, de qua nos lib. 40. Syntaxeos artis mirabilis, c. 2. & 3. auaritia de qua nos eo. lib. c. 4. & 5. Luxuria, de qua nos eo. lib. c. 6. inuidia de qua nos eo. libr. c. 15. Gula. de qua eo. lib. c. 18. ira, de qua eo. lib. cap. 21. accedia ſeu pigritia de qua & eodem libro cap. 24.*

s *Illud tractant Theologi in 2. Magiſtri ſententiarum, diſt. 23. Angelus Clauaſius in verbo peccatum, num. 1. in Summa.*

t *can. vnum oratoriũ, §. criminis appellatio 25. diſtinctio. vbi gloſſ. ad verba, quia facile ait peccata venialia facile dici remitti, eo quod poſſint aboleri & remitti per orationem Dominicam, vel per eleemoſynam, vel per modicum ieiunium, vel aſperſionem aquæ benedictæ, vt ca. de quotidianis, de pœnitentia diſt. 3. ca. qui vult, de pœnit. diſt. 6. can. aquam, de conſecra. diſtinct. 3.*

## Caput V.

1 *De materia ipſius pœnitentiæ, ſeu de partibus eius in genere.*

2 *Et contritio quid.*

1 Materia porro, ex qua perficitur pœnitentia, conſiſtit in contritione, confeſſione, ſatisfactione, abſolutione, ſeu remiſſione: quæ ſunt partes ſacraméti pœnitentiæ. *a.*

2 Contritio eſt *b* diſplicentia voluntaria cum dolore peccati commiſſi cõtra mandata Dei, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. Gratia Dei præcedit contritionem cordis, contritio remiſſionem.

### Scholia.

a *vide ſanctum Thomam in 4. Sententiarum diſt. 17. q. 2. art. 5. q. 3. artic. 1. & in 3. Parte ſummæ q. 9. ar. 2. & 3. & gloſſam 1. 2. & 3. in princip. de Pœn. diſtin. 1. & ca. perlecta eadem. de pœn. diſt. 1. & ca. perfecta de pœnitent. diſtinct. 3.*

b *hæc finitio compoſita eſt ex his, quæ dicunt ſacri patres de contritione, maxime ex finitione Bonauenturæ in 4. ſent. diſt. 16. art. 1. q. 1. dum ait,* Contritio eſt dolor voluntarie aſſumtus pro peccatis, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. *Conteritur autem homo, quando affectus peccati, ſecundum omnem ſui partem omnino deſtruitur, quando peccati affectio omnino recedit. In quo dicunt attritionem a contritione differre, quod attritio ſit dolor imperfectus, & velut obſcurus: ut contritio perfectus & lucidus, quo deteſtamur peccatum iam commiſſum, & a committendo in poſterum retrahimur. Ex attritione via facilius ad contritionem, & virtute clauium ſæpe ex attrito fit contritus, vt loquitur D. Thomas lib. 4. Summæ, diſt. 17. q. 2. art. 1. q. 1. ad tertium. Habet contritio propoſitum confitendi, quando dabitur occaſio & ſatisfaciendi. Et ideo ſi perfecta eſt, ſæpe impietatis remiſſionẽ a Deo conſequitur, vt ex ſacris literis & earum interpretibus elicitur & tractatur, in ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & ſeq. de pœn. diſt. 1. Diſputatur & in vtramque partem, in tota fere q. 1. de pœnitentia, vtrum ſola cordis contritione & ſatisfactione ſecreta, abſq; eius confeſſione quis poſſit Deo ſatisfacere, & indulgentiã mereri. Eiuſq; quæſtionis gloſſa maxima & 3. in principio de pœn. diſt. 1. refert plures ſentẽtias, & tandẽ videtur reſoluere auctoritates, quæ dicũt, peccata dimitti ſola cordis contritione, intelligendas, quando articulus neceſſitatis excludit oris confeſſionem, contrito præuento morte vel alio iuſto impedimẽto, cũ intentione tamen cõfitendi & ſatisfaciendi ex c. magna, de pœ. diſt. 1. argu. c. a nobis, 2. de ſent. excom. Peccare tamẽ mortaliter huiuſmodi quidã aiunt, ſi cum poſſit confiteri non confiteatur. videnda quæ notantur a gloſ. in Summa de pœn. diſtin. 5. item, ſi poſſet ſatisfacere & non ſatisfaciat. can. non dubito, de conſecra. diſt. 4. At auctoritates, quæ aſſerunt ſine confeſſione & operis ſatisfactione peccatum nõ dimitti, intelligi debere de interiori confeſſione, quæ eſt recognitio peccati, vel propoſitum confitẽdi vel gratia, qua ſic homo diſponitur, vt cognoſcat peccatum ſuum, quamuis & D. Thomas in 4. ſententia. diſt. 17. q. 3. art. 1. ad primum, intelligi etiam dicat proprie de confeſſione exteriori & de ſatisfactione, etſi Deus interdum largiatur gratiam ſuam ante iſta, dummodo adſit propoſitum confitendi & ſatisfaciendi, nec dicitur cor contritum eius, qui confiteri contemnet. ca. fin. 22. q. 1. ca. non dubito, de conſecra. diſtinct. 4. gloſ. ad cano. 3. de conſecratio. diſtinct. 1.*

## Caput VI.

1 *Confeſſio quid.*

2 *Diuiſio.*

3 *Miniſter.*

4 *Qualitates confeſſionis debitæ.*

5 *An ſcripto fiat.*

Confeſſio, eſt accuſatio ſui de peccato proprio, *a* facta coram legitimo eius miniſtro. *b.* 1

Confeſſio quædam interior, quæ coram Deo fieri poteſt: quædam exterior, quæ fit eius vicario, *c* Vicarius Dei in hoc eſt, idoneus quiſque miniſter ſeu ſacerdos, cui claues & poteſtas abſoluendi & ligandi datæ ſunt: *d* quare peccata ſibi confeſſa dicitur ſcire, non tanquam homo, ſed tanquam Deus, cuius agit vices: *e* & proinde punitur acriter, ſi confeſſiones detegat, nec ei aſſerenti creditur. *f.* 2

3 Sacerdos porro iure cõmuni huic miniſterio idoneus, eſt ꝓprius ſeu parochus, vel alius ab eo commiſſus, *g* vel electus ex ſuperioris licentia, *h* vel exſiſtente imperito parocho, alius, *i* qui tamen habeat poteſtatem ligandi vel ſoluendi. *k* Poteſt & prælatus exemtus ſine ſuperioris licentia ſibi eligere confeſſorem. *l* Sed & ſi presbyter haberi non poteſt in caſu neceſſitatis mortis imminentis, poſſumus peccatum confiteri laico & ſocio. *m* At interdictum mulieribus confeſſiones audire. *n* Item regularibus, niſi priuilegio ſummi pontificis fuerit permiſſum. *o.*

4 Confeſſionis ſacramentalis qualitates exprimuntur, *p* vt ſit ſimplex, humilis, pura, fidelis, frequens, nuda, diſcreta, lubens, verecunda, integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata, fortis, accuſans, parere parata. Nec tamen eſt neceſſe, vt quæ ſemel ſacerdoti confeſſi fuerimus, denuo confiteamur: ſed lingua cordis, non carnis, apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. *q* Permittitur pœnitenti in ſcripto peccata ſua confeſſori offerre, ſi præſens tamen ſit: *r* non etiam ſi abſens.

### Scholia.

a *Pſal.* 31. dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. *can. dixi. 4. de pœnit. diſtinct. 1. ca. ſecundo poſt naufragium 72. ca. ſiquis aliquando 87. §. his auctoritatibus, canon. voluiſſent 60. §. ex his itaque, eadem de pœni. diſt. 1. Corde creditur ad iuſtitiam: ore fit confeſſio ad ſalutem Eſa. 43.* narra ſi quid habes, vt iuſtificeris.

b *ſic Diui Iacob. c. 5. confitemini alterutrum peccata veſtra.*

c *Confeſſio poteſt fieri Deo & hominibus, vel publice vel priuatim. Primum Domino confeſſio offertur, dehinc ſacerdoti ca. ſufficit de pœn. diſt. 1. Deo narrantur delicta, non tantum lingua, ſed etiam conſcientiæ memoria, eaque lingua cordis iugiter confiteri debemus. Publicam Deo confeſſionem faciendam Græci orientales dicunt. Eccleſia Catholica publicam, & priuatam factam ſacerdoti habet. ca. pen. & fin. de pœniten. diſt. 1. Sicut & in Eccleſia primitiua, legimus etiam fuiſſe auricularem & priuatam factam ſacerdoti confeſſionem, apud Diony. Areopagitam, in epiſtola ad Demophilum & Origenem lib. 1. περὶ ἀρχῶν Cyprianum ſermone 5. de lapſis, in Concilio Tridentino ſeſſion. 4. de ſacram. pœnitentiæ.*

d *Vide Diui Matthæi Euangeliſtæ caput 16.*

e *cap. ſi ſacerdos, de officio ordinario.*

f *dict. c. ſi ſacerdos, & c. ſignificaſti, de adulteriis, cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitentia & remiſſio. ca. ſacerdos, de pœnit. diſtinct. 1.*

g *c. omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſio ca. placuit, & ca. qui vult conſecra. de pœniten. diſt. 6.*

h *cap. de pœniten. & remiſſio in Sex.*

i *ca. penult. & fin. de pœniten. diſtinctione ſexta.*

k *ca. 1. de pœnitent. diſtinctione ſexta.*

l *ca. finali de pœnitent. & remiſſione in Sexto.*

m *ca. qui vult confiteri, de pœnit. diſt. 6. c. 2. de fur. & ibi gloſſa. explicat ca. ſanctum eſt, de conſecra. diſt. 4. can. quem pœnitet, de pœn. diſtin. 1. verum laicus confeſſione audita, non abſoluit.*

n *c. noua quædam, de pœnitent. & remiſſio.*

o *Clem. 2. §. ſtatuimus, de ſepulturis, & in Extrauagan. com. c. vas electionis, de hæreticis lib. 5, vbi tamen tres improbantur errores cuiuſdam Ioannis de Polliaco, doctoris Pariſienſis. Primus quod confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem*

*audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo, quod ſtante ſtatuto, omnis vtriuſque ſexus, edicto in concilio generali, Romanus pontifex non poſſit facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri. Tertio quod Papa non poſſit dare poteſtatem generalem audiendi confeſſiones, imo nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam, teneatur confiteri proprio ſacerdoti, quem dicebat eſſe proprium curatum.*

q *Explicantur iſtæ qualitates in 4. ſent. diſt. 17. ab Angelo de Clauaſio in Summa, in verbo, confeſſio numero. 1.*

r *ca. qui aliquando videt, §. nec eſt neceſſe, vbi eadem verba, de Pœni. diſt. 1. Ibi tamen gloſſa ad verba. denuo confiteantur, explicat caſus, in quibus quis pluries idem peccatum confiteri tenetur propter imperitiam ſacerdotum, nam in eo caſu & confeſſum peccatum alii peritiori confitẽdum, ca. placuit, de pœniten. diſt. 6. 2. pro contemtu ſatisfactionis, argu. ca. ſi Apoſtolus, de pœniten. diſt. 3. Item tertio, ſi enorme delictum ſacerdos remittat ad ſuperiorem abſoluendum, nam ei confitendum eſt. argu. can. latorem, 33. q. 2. c. ſignificauit, de pœnit. & remiſſio.*

s *ca. qualis debeat 4. in fine & ibi, gloſſa 30. quæſt. 5.*

t *ca. quem pœnitet, de pœniten. diſt. 1.*

## Capvt VII.

1 *De ſatisfactione, quid in genere.*
2 *Pro peccatis duplex propitiatoria & canonica.*
3 *Opera ſatisfactoria.*

1 SATISFACTIO in genere, nihil aliud eſt, quam dum quis tantum, quantum ſit ſatis, facit; vel tantum facere, quo is cuius intereſt, contentus ſit. *a.*

2 Satisfactio tamen pro peccatis duplex eſt, ppitiatoria & canonica. Propitiatoria eſt, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui dedit ſemet ipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. *b* Is enim ſua paſſione ſatisfecit iræ Dei patris, qua nos proſequebatur. Itaque ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris tantum, ſed etiam totius mundi. *c* Canonica ſatisfactio eſt, quæ ſecundum regulas Eccleſiaſticas iniungitur per Dei vicarios pro qualitate delicti, vt poſſimus per obediẽtiam, Dei & Eccleſiæ mandatis, obtemperare. *d.*

Satisfacit tunc peccator, quando pœnam impoſitam exſequitur, per quam reconciliatur Deo ex iudicio Eccleſiæ, *e* damnum datum reſarciendo, cum non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *f.* 3

Satisfactioni vt plerumque iniuncta opera ieiunii, orationis eleemoſynæ. *g* Eſt & aliquando pro ſatisfactione acceptata bona voluntas pœnitentis, tum ei que dicitur, vade & noli amplius peccare. *h.* 4

### Scholia.

a *l. 1. Qui ſatiſda. coga. P. 1. §. ſatis acceptio, de verbo. oblig. P.*
b *D. Paulus Epiſt. ad Titum c. 2. verſ. 14.*
c *1. epiſtola Diui Ioannis, capite 2. verſ. 2.*
d *ca. fraternitas, cauſa duodecima, quæſt. 2.*
e *ca. facilius, de conſecrat. diſtinctione 1.*
f *c. peccatum, de regul. iur. in Sex. ca. canonica, 1. q. ſi. c. porro, & c. parochiales, de ſenten. excommunica. Satisfactio pœnitentia, etiam ſecundum Diuum Auguſtinum lib. de dogmatibus Eccleſiæ. cap. 54. eſt, peccatorum cauſas excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere: quod refertur, in ca. ſatisfactio. 3. de Pœniten. diſtinct. 3.*
g *c. 1. & ca. medicina, 76. de pœniten. diſt. 1.*
h *ca. quamuis caute, §. hac auctoritate, de pœn. diſt. 3. vide etiam ca. ſi cui etiam, cum §§. ſequentibus. de pœniten. diſtinct. 1.*

## Capvt VIII.

1 *De Abſolutione quid.* 2 *Indulgentiæ.*
3 *Species, & a quibus fiat.*

ABSOLV-



1 ABſolutio, eſt diſſolutio † vinculi peccati, quo quis detinetur, quæ fit poſt ſatisfactionem. *a* cum peccator mundatus reconciliatur Eccleſiæ, *b* addita quadam pœnitentia.

2 Quam ſæpe leuẽ † faciunt ſummi pontifices aperientes theſaurum miſericordię Dei, ex quo largiuntur indulgentias certis perſonis, & ob certas cauſas remittentes in nomine domini pœnam & culpam. *c* Concedunt & Epiſcopi aliquando indulgentias. *d* Sed dantur maiores a ſummo pontifice nomine Iubilei. *e*

3 Conceduntur & publice † abſolutiones ab epiſcopo. *f* Priuatæ ab aliis etiã ſacerdotibus. *g* Hæreticis tamen & excommunicatis, neque ligandi, neq; abſoluendi poteſtas datur. *h*

### Scholia.

a *Clementina prima, de Sepulturis.*
b *ca. qui egerit, & ſequentibus. de pœniten. diſtinct. 7.*
c *c. quid autem, de pœnitent. & remiſſio. ca. excommunicamus. §. quod autem. de hæret. ca. ad liberandam terram ſanctam, de Iudæis.*
d *c. cum ex eo, de pœnit. & remiſſio.*
e *in Extrauag. 1. & 2. de pœniten. & remiſſ. vide quæ dicemus infra Deo fauente, de indulgentiis, & dicta in libr. 2. Syntagm. iuris. ca. 9.*
f *ca. omnes. 17. q. 4. ca. 26. quæſt. 6.*
g *ca. miniſtrare. §. ecce quod, & ca. presbyteri. 26. q. 6.*
h *c. audiuimus. §. fin. cum 2. cc. ſequen. 24. q. 1. can. verbum, de pœniten. diſt. 1.*

## Cap. IX.

*Qui imponant pœnitentias, Deus, epiſcopus, ſacerdos.*

PRimus Deus, impoſuit Adamo pœnitentiam ob delictum, *in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* & mulieri, *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, &c. a* Et Caino dicens, *nunc igitur maledictus eris ſuper terram, &c. b* Publicæ pœnitentiæ & ſolemnes, non niſi ab epiſcopis imponi poſſunt. *c* Sunt & caſus quidã delictorum reſeruati epiſcopali abſolutioni, quorum pœnitentia ab epiſcopo eſt imponenda: quæ tamen ex eius delegatione ſpeciali, ab alio imponi poteſt. *d* Sic abſoluit epiſcopus maiori excommunicatione excommunicatos, *e* imponit pœnitentiam blaſphemis Dei & ſanctorũ, *f* ſortilegis, *g* matrimonium contra interdictum Eccleſiæ clandeſtine contrahentibus, *h* delinquentibus crimine enormi publico, opprimẽti filium ex propoſito, homicidæ, falſo teſti, falſario inſtrumenti, periuro, inceſto, monialium corruptori, coeunti cum bruto & ſimilibus, quæ ſpecialiter reſeruata traduntur. Exſtant, quæ permittuntur in aliis caſibus presbyteris ſimplicibus, pœnitentiarum impoſitiones, ſi reſeruati non fuerint ſuperioribus Prælatis.

### Scholia.

a *Geneſ. 3. can. ſerpent. de pœnitent. diſtinctione 1.*
b *in hiſtoria Geneſeos. ca. 4. verſ. 11.*
c *ca. accedentibus, 12. de exceſſibus prælator. ca. in capite 50. diſtinct. c. conquerente de offic. ord.*
d *ca. fin. de pœniten. in Sex. lib. 5. tit. 10. vbi gloſſa notat caſus reſeruatos & Hoſtien. in ſumma de pœniten. §. cui confitendum ſit. Angelus in ſumma, in verbo excommunicatio. 3. 6. & 7.*
e *c. nuper de Sententia excommunicationis.*
f *vide caput ſecundum de Maledict.*
g *vide cap. ſecundum de Sortilegiis.*
h *ca. cum inhibito. de Clandeſtina deſpon. cap. 1. & fin. de matrimon. contracto contra interd. Eccleſ.*

## Capvt X.

1 *Forma pœnitendi.*
2 *Abſoluendi.*
3 *A quibus pœnitẽs abſtineat, quæq; agat.*

FOrmula pœnitendi ſolemniter, iam ſupra demonſtrata eſt. *a* Publicam autem

& ſecretam ex arbitrio confeſſoris pen- A
dere, dictum quoque. *b*
Formula porro abſoluendi illa rece-
ptior eſt, *Ego te abſoluo a peccatis tuis pote-
ſtate mihi data, & in nomine Patris, & filii
& ſpiritus ſancti. d* Additur & manus im-
poſitio ex antiquiſſima formula, cuius mi
niſterio ſpiritus ſanctus operatur. *e*
Pœnitentium eſt comas deponere, ve-
ſtimenta non mutare, *f* non veſtiri pretio-
ſis, *g* abſtrahere ſe etiã a multis licitis, cum B
ſolicitudine vitæ æternæ & dolore admiſ-
ſi criminis, *h* a carne & vino abſtinere, v-
xorem non ducere, ieiunare, vigilare, ora-
re, eleemoſynas largiri, arma non cingere,
&c. *i* abſtinere a thoro, gladio, & equitatu,
ab eſcis & potibus, in tertia & quinta feria
& ſabbatho vti leguminibus, paruis piſci-
culis, ceruiſia mediocri, & temperate. *k* Et
ex Cõcilio Laodicenſi, *l* Diebus remiſſio-
nis ſeu pœnitentiæ, pœnitentes genua fle- C
ctere, & mortuos in Eccleſiam adferre, ſe-
pelireque debere, dicitur: non tamen die
dominico ieiunare oportere.

### Scholia.

a *ex ca. in capite, quinquageſima diſt.*
b *cap. Deus qui eccleſiam, & pœniten. & re-
miſſio. can. conſideret. de pœniten. diſtinct.
ſexta.*
c *quæ forma edita in Concilio Florentino,* D
*ſub Eugenio 4. Premittitur tamen oratio.*
Miſereatur tui omnipotens Deus, &c.
*ſed illa non eſt ex ſubſtantiali forma.*
d *Data illa poteſtas a Deo diui Matthei, ca-
pit. 16. diui Ioan. Euangel. capit. 20. can.
verbum Dei, 51. de pœnitentia, diſtin. 1.*
e *Nicephorus Calixtus, libro ſexto hiſtoriæ.
cap. 1.*
f *can. pœnitentes. 50. diſt.*
g *can. Adam 80. de pœnitentia, diſtinctione* E
*prima.*
h *ca. 1. §. animaduertere. cum §§. ſequenti-
bus. de conſecrat. diſt. 1.*
i *can. admonere 8. §. ſin autem publicam,
33. q. 2.*
k *can. fin. cauſ. decimatertia, quæſt. 2.*
l *In cõcilio Laodicenſi. 4. can. 54. vnde ſum-
tus eſt, can. ſacerdos pœnitentiam implo-
ranti. 26. q. 7.*

### Capvt II.

1 *Pœnitentia nemini neganda.*
2 *Monaſterii pœna.*

Pœnitentia † nemini neganda, *a* imo 1
omnes ad pœnitentiam hortandi, atq;
B ſtatim, vbi quis peccauit, ad pœnitentiam
recurrere debet: *b* quin, & qui noluerint
pœnitentiam agere, † cogendi erunt, vel 2
puniendi, vel monaſterio detrudendi, vel
alio loco ad eam peragendam concluden-
di. *c*

### Scholia.

a *can. ſi aliquid. §. fin. can. presbyter. can. pe-
nultim. 26. quæſt. 6. can. ſacerdos. can. hoc
C ſit poſitum. §. fin. can. pœnitentem. 26. quæ.
7. can. multiplex. §. his autem, & §. ita er-
go. & can. miror. can. pœnitentiã. de Pœn.
diſt. 1. & can. Apoſtolorum 51.*
b *can. Adam. de Pœnitentia. diſt. 1.*
c *can. dictum 8. ſub 81. diſt. can. fina. 22. qu.
1. can. erga eum 26. quæſtio. 7. can. quod ſi
pœnitentiam. §. fin. 17. quæſtione prima.
can. tres ſunt. §. neque. can. dimitti, de pœ-
nitentia, diſtinctione 1. can. Achab. de pœ-
D nit. diſtin. 3. in can. placuit 33. q. 2. cum ſi-
milibus. De monaſteriorũ. pœna dixi qua-
dam in Syntag. iuris. Sic monaſterium v-
troque iure pro agenda pœnitentia delin-
quentibus, etiam inuitis, ſtatuitur, vt in
adultera quam maritus reconciliare non
vult, in cap. gaudemus in Domino 19. de
conuerſio coniugator. §. ſi vero quando ad-
ulterii crimen, vt nulli Iudi. liceat haber.
loci ſeruator. In nouellis, authen. ſed hodie,
E de adulter. C. & alibi propter culpã ſuam,
quis cogitur intrare monaſterium, vt can.
ſi ille 50. diſtin. can. de lapſis. 16. q. 6. can. ſi
quis rapuerit 27. q. 1, ca. de benedicto. 2. q.
1. can. in primis 2. q. 1. can. fraternitatis. in
fin. 34. diſt. Nouella Leonis 87. de Eccle-*



*ſiaſticorum alea ludentium pœna, Epiſco-* A
*pos alea ludentes, ad expiandum crimen
relegat in monaſterium per triennium.*

### Capvt XII.

1 *Finis eſt effectus pœnitentiæ, indulgentia,
emendatio.*
2 *Petens pœnitentiam non reiiciendus.*

1 Finis pœnitentiæ eſt, † obtinere indul-
gentiã, quam niſi quis ſperauerit, non
poteſt recte pœnitentiam agere. *a* Alius B
eſt finis correctio eius, quod male factum
eſt, *b* vtque emendati Chriſtiani, vitã con-
ſequantur æternam. Et ideo dictum, *Pœni-
tentiam agite, appropinquauit enim regnum
cœlorũ. c* Et rurſum, *d Oportebat Chriſtum
pati, & prædicari in nomine eius poenitentiã,
in remiſſionem peccatorum.* Neque etiam
ante pœnitentiam, datur peccatori miſe-
ricordia. *e* Mitigat enim iram Dei, & ope-
ratur iuſtificationem, vel peccatorum re- C
miſſionem. *f*
Quare qui a peccato reuertitur, non eſt
reiiciendus, & Epiſcopus aut presbyter,
qui reiecerit, deponẽdus, *g* & parcendum
pœnitenti. *h*

### Scholia.

a *Ambroſius. lib. 1. de pœnitent. c. 1. can. ne-
mo poteſt, de pœniten. diſt, 1.*
b *can. 43. neminem, de pœnit. diſtinct. 1.* D
c *Diui Ioan. Euang. cap. 3.*
d *Diui Lucæ Euang. cap. fin.*
e *can. qui ſanctitas, 50. diſt.*
f *can. porro illi. can. facilius, can. ſed & con-
tinuo. can. ſerpens, can. liberator. can. mul-
tiplex. can. poteſt fieri. § fin. cum ſimil. de
pœnit. diſt. 1. can. quamuis. §. fin. cum ſeq.
vſque ad can. ſicut Achab. de pœnit. diſt. 3.
cum prope infinitis ſimilibus vide plura,
quæ diximus de effectu pœnitentiæ. libr. 2.* E
*Syntagm. iuris vniuerſi. c. 8. nu. 11.*
g *in canone quinquageſimo primo Apoſto-
lorum.*
h *In Synodo Laodicenſi. capit. 8. in Synodo
Carthaginenſi. can. Aurelius 16. quæſt. 6.
quod & iure ciuili receptum, Nouella
18. capit. 8. leg. final. C. de Summa Tri-
nitate.*

## DE EXTREMA VN-ctione.

### *a* TITVLVS XI.

a De hac tractatur, *in cap. vni. de ſacra vnctione,
libro primo, Decretalium, titul. 15. tractatur &
in canone ſecundo, cum duobus ſequentibus 95.
diſtinct.*

### Capvt I.

*Continuatio, & quid extrema
vnctio.*

Sequitur vt poſt neceſſaria victuris ſa-
cramenta, dicamus de ſacramento mo-
rituris exhibendo, quod dicitur ideo vn-
ctio extrema. *a* Quia his, qui veriſimiliter
C ex hoc ſeculo de proximo exituri ſint, de-
tur. Iuxta Diui Iacobi mandatum. *Infir-
matur aliquis in vobis, inducat presbyteros
Eccleſiæ, qui orent ſupra eum, vngentes cum
oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalua-
bit infirmum.*

### Scholia.

a *Qui dixerit extremam vnctionem non eſ-
ſe ſacramentũ, ſit anathema, Concilo Tri-
D dentino, Seſſio. 14. in canonibus, de ſacra-
mento extremæ vnctionis. can. 1. 2. 3. vide
in 4. Sententiarum. diſt. 23.*

### Capvt II.

1 *Vnctio duplex.*
2 *Materia.*
3 *A quo fiat.*
4 *Et forma.*

In hoc Sacramento, † vnctio duplex: in- 1
E terior & exterior. Exterior materialis
eſt & viſibilis: interior ſpiritalis & inuiſi-
bilis: illa inungitur corpus: hac cor. *a*
Materia eius, † qua linimentũ fit, oleum 2
eſt oliuarum, conſecratum ab Epiſcopo
ſolum: *b* cui tamen, antequam deficiat,

poteſt aliud addi non conſecratum, *c* dici- A turque oleum infirmorum.

3 Secundũ quoſdam,† Epiſcopus Chriſmate, presbyter oleo inungit. *d* Conſtat autem, quod hoc ſacramentum poteſt ab Epiſcopo, & ab aliis presbyteris parochis conferri. *e* Poteſt & ſacerdos vno præſente clerico, vel in neceſſitate ſolus vngere infirmum. *f*

4 Forma vngendi † hæc ponitur, *Per iſtam ſanctam vnctionẽ, & ſuam piiſſimam* B *miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid peccaſti vitio, (exempli cauſa) oculorũ. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Idipſum repetitur in omnib. organis ſenſuum, quæ tanguntur vnctione.

S C H O L I A.

a *Dicto can. vnico. in principio. de ſacra Vnctio. & c. querendum. de Pœnitent. diſtinctione 2.*

b *Dicto can. vnico. de ſacr. Vnctione. & 9. can. presbyteros. §. ſed illud. 95. diſtinct. Leo Papa Epiſtola 86. cap. 37. In Bacharenſi Concilio. cap. 3. Carthaginenſi 3. cap. 36. Proinde chriſma ab Epiſcopo confectũ, ſingulis annis more Eccleſiaſtico, certis temporibus communicatur. Iuxta Concilium Altiſidorenſe. capit. 6. Toletanum 1. cap. 20.*

c *c. quod in dubiis, de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris.* D

d *Gloſſ. in can. illud ſuperfluum. 95. diſtinctione.*

e *dict. can. illud ſuperfluum. 95. diſtinct. in Concilio Wormacienſi. c. 72.*

f *Vnguntur enim oculi ambo, ambæ aures, manus vtraque, labia, pedes, & renes vel pectus, exceptis mulieribus propter honeſtatem, & exceptis mutilatis, vt cæcis, quibus* E *vnguntur viciniora loca membrorum deficientium. Siquidem in prædictis locis ſunt inſtrumenta quinque ſenſuum. Et ideo vngendo oculos dicitur.* Quicquid peccaſti vitio oculorum, vel per viſum: & *vngendo aures,* Quicquid peccaſti vitio aurium, vel per auditum, *vngendo manus,* vitio manuum vel tactus. *In naribus,* vitio nariũ vel per odoratum, &c. *vt eſt in libro Ordinario parochorum.*

C A P. I I I.

1 *Qui non vngantur.*

EXtrema vnctio, non datur † impœnitentibus, *a* aut in peccato mortali exſiſtentibus. *b* amentibus, niſi ante amentiam petiiſſent ſibi dari eam. Non datur B etiam pueris, aut euntibus in bellum, aut exſiſtentibus in aliquo caſuali mortis articulo. *c* 5

S C H O L I A.

a *dicto can. illud ſuperfluum, 95. diſt.*

b *Quamobrem tutius faciunt, qui confiteri faciunt infirmos, antequam illis extrema vnctio detur.*

C c *Bonauentura in 4. Sententiarum, diſtinct. 23. Angelus Clauaſ. in Summa in verbis,* vnctio extrema, *num. 4.*

C A P. I I I I.

*Cauſa extremæ Vnctionis.*

DVplex eſt cauſa, † quare infirmi inungantur: nempe quod per ea peccata venialia tolluntur, & præſtatur augmentum virtutibus. *a* Dicitur & in ſententiis D patrum, *b* duplici ex cauſa hoc ſacramentum eſſe inſtitutum: nempe ad peccatorum remiſſionem, & ad corporalis infirmitatis alleuationem. Dicuntq; recipientem, ſi ei expediat, ex eo, & in corpore, & in anima alleuari. Ita ſacramentum, vnctio exterior, operatur rem ſacramẽti, vnctionem interiorem, quæ peccatorum remiſſione & virtutum applicatione, perficitur. 1

E

Ideo & hoc ſacramẽtum † eſt iterabile, ſi infirmus vnctus reſurgat ab ea ægritudine, & poſtea in aliam cum periculo incidat mortis. *c* Sed hæc hactenus de neceſſariis dictũ ſit ſacramentis, videamus nunc de voluntariis. 2





S C H O L I A.

a *Gloſſ. ad can. presbyteros, ad verbum,* Sanctificatio, *95. diſtinct. argumen. can. 1. & 2. de conſecrat. diſtinct. 5. & cap. 1. de Sacra vnctione.*

b *lib. 4. Sententiarum, diſtin. 2. Refert Gregorius Turonenſis Epiſcopus, lib. 5. hiſtoriæ. cap. 7. Hoſpitium quendam nomine, virum ſanctum, oleo benedicto vſum eſſe in ſanationibus infirmorum miraculoſis, & ab homine muto & ſurdo inunctis lingua & auribus, & vertice capitis, noxium deieciſſe dæmonium. Conſentiunt verba diui Iacobi Apoſtoli, capit. 5.* Infirmatur quis in vobis, &c. *& Concilium Cabillonenſe. cap. 48. Beda, libro ſecundo. ca. 6. in Diuum Marcum, ægrotos oleo conſecrato inungi ſolitos quoque indicat. Conſtituit autem Carolus Magnus, libro primo,* C *legum Francicarum. cap. 156. vt presbyter oleũ in ampulla deferret ad inunguendum infirmos. Dicitur & in Euangelio diui Marci. capit. 6. verſ. 13. quod apoſtoli oleo vngebant infirmos, & bene ſe habebant, & ſanabantur.*

c *Vide ſanctum Thomam in 4. Sententiarum, diſt. 23. articulo tertio. Gloſſ. ad can. præsbyterum ad verbum,* Sanctificatio, *in fine. 95. diſt.*

# DE SACRAMENTO Matrimonii.

D

## *a* T I T V L. X I I.

a De matrimoniis tractatur, *tit, de Spõſalibus: & nos tractabimus libr. 3. tit. 21. infra. De nuptiis tractatur. lib. 1. Inſtitutionum Iuſtiniani. tit. 10. de ritu nuptiarum. lib. 33. P. tit. 2. de nuptiis. lib. 5. C. tit. 2. In Nouellis Iuſtiniani, Conſtit. 2. 19. 139. 154. 157. In Nouellis Leonis Imperatoris Græci, conſtitut. 24. 33. 79. 89. 90. 98. 100.*

C A P. I.

1 *Matrimonium Sacramentum.*

2. *Conſummatio duplex.*

1 MAtrimonium † inter ſacramẽta connumeratur: *a* ſic enim Diuus Paulus A ait, hoc eſſe magnum ſacramentũ in Chriſto, & in Eccleſia. *b*

In eo conſummatio duplex. *c* Vna quæ ſit, quoad matrimonii eſſentiam, quæ fuit facta in Paradiſo a Deo, per cõiunctionem animorum, quæ deſignat conformitatem animæ ad Chriſtum. *d* Et eſt quędam conſummatio quoad ſacramentum Chriſti ad Eccleſiam, per incarnationem verbi Dei B in vtero virginali, quod deſignatur per illud matrimonium, quod eſt copula carnali conſummatum. *e* 2

S C H O L I A.

a *Concilio Tridentino, Seſſion. 7. capit. 1. & Seſſio. 24. in prin.*

b *Paulus Epiſtola ad Epheſios. cap. 5.*

c *Explicat ita gloſſ. ad cap. ex publico. 7. ad verbum cõmunicatum, de conuerſio. coniuga. lib. 3. tit. 2.* C

d *can. deinde apponitur, 26. diſt.*

e *Vt in cap. ex publico, de conuerſio. coniug.*

C A P V T I I.

1 *Quid matrimonium nomine.*

2 *Et ſubſtantia.*

MAtrimonium † a matre potius dicitur, quod *a* filius matri ante partum oneroſus, in partu, doloroſus: poſt partum laborioſus. 1

Et eſt viri & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem cõtinens, diuini & humani iuris communicatio. *b* 2

S C H O L I A.

a *c. de conuerſ. infidel. lib. 3. tit. 33. Et quamuis pater matre ſit præſtantior, & ſexu, & dignitate, l. de Senatoribus. l. multis. de ſtatu hom. tamen hæc coniunctio non dicitur patrimonium, ſed matrimonium: ideo* E *quod matris munus; quia munus generationis maxime ex matre pendet, quæ conceptum in vtero fœtum diutius fert & nutrit. Vnde & proprium munus mulierum dicitur parere & matrem fieri, quia ad hoc natura eas progenuerat, vt fœtus ederent. leg. 2. de Indict. viduit. tollen. l. br. 6.*

*cap.1.tit.40. Et Vlpianus maximum & præcipuum munus eſſe fœminarũ, reſpondit, concipere & tueri conceptum. l. quæritur. 14. §. 1. de ædilit. edict. lib. 21. Cod. tit. primo. Sic contra, patrimonium a patre dictum, quod acquiritur, & labore paratur, quod proprium virorum ſit laborare. Geneſ. 3. cap.* in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Et Horatius in Poetica.* A

Cõuerſis ſtudiis ætas animuſq; virilis,
Quærit opes & amicitias, inſeruit honori. B
Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.

*Ob robur maius ſexui conceſſum, & quod cũ minori ſexus & pudicitiæ periculo, inter homines conuerſentur, & negotiari facilius poſſint. Nam vt ait Ouid. epiſt. 18.*

Vt corpus tenerum, ſic mens infirma puellis.
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris. C

b *In prin. 27. q. 2. c. illud. de præſu. §. 1. de patria poteſt. adde l. 1. de rit. nup. P. lib. 23. ti. 2. explicat. ca. 1. Beata Maria. 27. quæ. 2. quomodo intentio coniunctionis poſſet matrimoniũ efficere ſine reali commixtione.*

## Capvt III.

1 *Matrimoniorũ diſtinctio initiatum, ratũ.*
2 *Sponſalia.*
3 *Coniugium ratum, legitimum, non legitimum.* D
4 *Primum repetitum.*

1 MAtrimonium † ſeu coniugium interdum dicitur initiatum, cum ſponſalia interueniunt: interdum ratum, quando copulati ſunt coniuges. *a*

Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarũ, fides data, ſeu ſponſio de matrimonio contrahendo. *b*

2 Rurſum *c* coniugium † Aliud dicitur E legitimum, & non ratum: Aliud ratum & non legitimũ. Aliud legitimum & ratum. Legitimum eſt, quod iuxta legalem conſtitutionem, vel ex moribus prouinciæ contrahitur. Hoc inter infideles ratum non eſt, quia non eſt firmum, cum poſſit A diſſolui inter eos repudio. *d* Inter fideles ſeu Chriſtianos vero, rata coniugia ſunt, quia ſemel initiata & completa amplius diſſolui non poſſunt. Horum autem quædam ſunt legitima, cum vxor a parentibus eam tradentibus ſponſo, dotatur, & a ſacerdote benedicitur: & hæc etiam legitima & rata vocantur. Illorum vero matrimonia, quia contemtis his omnibus ſolemnitatibus, ſolo affectu aliquam ſibi in B coniugem copulant, nõ legitima, ſed tantummodo rata eſſe creduntur.

Dicitur & matrimonium primum, & repetitum, vtrumque tamen receptum, *e* verum non tot priuilegia ſecundo, quot primo conceſſa ſunt. Vt ſuo loco latius infra dicetur Deo fauente. *f*

### Scholia.

C a *can. ſtatutum 34. §. fin. & can. cum initiatur 36. & can. 8. ſi quis deſponſatam ſibi 27. queſt. 2.*

b *leg. 1. & 2. de ſponſalib. can. noſtrates 30. quæſt. 5.*

c *de hac diuiſione habetur in can. fin. 28. q. 1. cui iunge principium quæſtionis primæ. Et cum hac diſtinctione intelliges quomodo ſacramentum matrimonii inter infideles & inter fideles conſiſtat: quod explicatur in can. deinde 26. diſt. in can. de infidelibus de conſanguin. & affin. in ca. gaudemus 8. de Diuortiis.* D

d *vide de firmitate coniugii. ca. quanto 8. de diuort.*

e *can. penult. & fin. de ſecundis nuptiis.*

f *dicetur ſub titulo de matrimoniis & nuptiis, infra lib. 3. tit. 21.*

## Capvt IIII.

E 1 *Hominum ratione, connubii diſtinctiones, virginum, coniunctorum, viduorum.*
2 *Ordo quis coniugium prohibeat.*
3 *Coniugium inter infideles.*
4 *Virginitas ex conſilio.*

*5. Sacer-*



5 *Sacerdotibus Græcis, quando licuit vxorem habere.* A
6 *Quando Romanis.*

1 ECcleſia † habet virgines, *a* nuptas ſeu coniunctos, *b* viduos, ſeu viduas, *c* virgines matrimonium nondum expertę: cõiuncti matrimonium retinent: vidui matrimonio ſoluti ſunt. *d*

2 Matrimonii † ſacramentum ab ordinibus ſacris ſeparatur: idcirco quibuſdam B perſonis, ratione ordinis maioris, retinere vel ducere vxores fuit prohibitum: in minoribus ordinibus cõſtitutis, permiſſum. *e*

3 Coniugii ſacramentum † inter fideles & inter infideles eſt.

### Scholia.

a *Virginitas non eſt in præcepto, ſed ex conſilio: ideo ſuaderi, non imperari debet, res magis voti, quam præcepti, can. integritas, 32. quæſtione 1. Vbi & gloſſa in ſimili notat, ideo non poſſe canonicos vel monachos* C *cogi ad arctiorem regulam, quia id magis voti ſit.*

b *Nuptiæ terram implent, virginitas Paradiſum. can. nuptiæ. 32. quæ. 1.*

c *cap. de viduis, can. viduæ. 27. quæſt. 1. can. deuotis. 20. quæſtio. 1. can. presbyteri. §. 1. 34. diſtinct. cap. penultim. & fin. de ſecundis nuptiis.*

d *Poſſunt lectores & cantores in Eccleſia Catholica, etiam impune vxores habere ex* D *can. Apoſt. 25. Et generaliter in minoribus ordinibus conſtitutos infra ſubdiaconatum, ad matrimoniũ peruenire non eſt prohibitum: in ſubdiaconatu & aliis maioribus, eſt prohibitum. Et ſi de facto peruenerint, vxores dimittere & pœnitẽtiam agere per ſuſpenſionis & excõmunicationis ſententiam, compellũtur. c. 1. de cleric. coniug. lib. 3. ca. 3. matrimonio nullo exſiſtente, & conſtituta pœna priuationis* E *beneficiorum. ca. ſane, 4. c. diuerſis 6. eod. tit. can. presbyterum 28. diſtinct. cap. 1. & 2. qui cleric. vel vouentes matrimonium accuſare poſſunt. lib. 4. tit. 6. can. de illo, can. placuit, can. conteſtant, & fere tota 32. diſtinct. Apud Græcos Orientales variatum eſt: neque enim illi votum caſtitatis in ſacris ordinibus admiſerunt, & ideo vxorati apud illos ſunt ſacerdotes, vt habetur in hiſtoria Tripartita, lib. 2. c. 14. & in can. Nicæna Synodus, 31. diſtin. apud Sozomenũ. lib. 1. c. 22. Niceph. Calixt. lib. 8. c. 19. Statutum & apud eoſdẽ Græcos aliquando, vt ſacerdotes abſtinentes ab vxoribus tantum ſacrificarent ex forma legis antiquæ, in Synodo quadã ſexta, c. 13. can. quoniam Romana 13. ſub 31. diſt. Licebat & retinere vxores ante promotionẽ acceptas. Aliter in Eccleſia occidentali ſeruatũ, iuxta can. fin. 31. diſt. Iuſtin. autem in §. ſed etſi quis, de Nuptiis, Nouella 22. c. 42. lectori & cantori nuptias permittit. Alios autẽ clericos contractis nuptiis, cadere ſacerdotio ſtatuit. Et in §. vnde ſancimus. ca. 44. eiuſdem Nouellæ 22. tradit conditionem marito ab vxore impoſitam capiendi relictum, ſi vxorẽ duxiſſent, deficere adueniente ſacerdotio: nempe quod per illud omnis ſpes vxoris ducendæ euaneſcat. Poterant tamen & ex Imperatorum Græcorum legibus, ordinari laici in presbyteros, epiſcopos, diaconos, aut clericos, qui vxorẽ legitimã duxiſſent virginem, eamq; vnicam, ſed ordinati ſubdiaconi, diaconi, vel presbyteri, cum non haberent vxores, nullam vxorẽ accipere poſt ordinationem poterãt, & ſi de facto accepiſſent, deiiciebantur a clero, Epiſcopuſque qui id fieri permiſiſſet, ab epiſcopatu detrudebatur. §. clericos, c. 12. & §. ſi autem tempore 14. Nouellæ 132. de ſanctiſſimis Epiſcopis, dicto §. ſed etſi quis. c. 42. de nuptiis in Nouellis. Et cũ eadem diſtinctione idipſum ſtatuit Leo Cæſar Nouella 2. & 3. in qua 3. & emendatur eius temporis, quæ ibi refertur conſuetudo, qua licebat poſt adeptum ſacerdotium intra biennium non vltra, vxorẽ ducere, ſtatutumq; in perpetuo eſſe debere cœlibatu eum, qui nõ habuiſſet vxorem, cum ad ſacerdotiũ ordinatus fuiſſet. Simi-*

liter iure pontificio prohibitum, & nullum eſt matrimonium cum monialibus, quæ profeſſæ fuerint votum virginitatis & caſtitatis. can. virgines. 27. diſtinct. Sacri etiam canones antiquorum patrum prohibent in ſubdiaconum, diaconum, presbyterum ordinari quemquam, niſi prius emiſiſſet votum perpetuæ caſtitatis. can. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ſub 28. diſtinct. Gregorius libr. 1. Epiſtolarum, Epiſt. 42. in fine. dum ſcribit Petro ſubdiacono, & libr. octauo, Epiſt. 40. Neapolitanis nobilibus & clero. Innocentius ſecundus in Concilio Rom. cap. 5. in Concilio Toletano. capit. 1. Toletano 4. cap. 6. Arelatenſi 2. Arelatenſ. 3. capit. 2. Aliquãdo & Eccleſia Romana, antequam votum caſtitatis eſſet pro huiuſmodi ordinibus definitum, permiſit ex laicis vxorem virginẽ accipientibus, ordinari viros probos, vel in diaconos, vel ſubdiaconos, vel presbyteros, vel epiſcopos. iuxta dictum Apoſtoli requirentis, in ordinato, vt eſſet vxoris vnius vir. 1. ad Timoth. 3. verſ. 2. & 4. & capit. 4. verſ. 1. 2. 3. & ad Titum. cap. 1. verſ. 6. Attamen eoſdem poſt ordinationem ob miniſterium ſacrum abſtinere a concubitu illarum iuſſit, & ſeparauit, non quidem vinculum coniugale, aut effectum, ſed commixtionẽ & thorum, nec conſequenter eos admiſit, niſi & ipſi in propoſito veniſſent ſeruandi caſtitatem. can. præterea placuit 7. & ca. 5. de Syracuſanæ 13. in princ. & in §. quia ergo 28. diſt. Vbi & explicat Gratianus conſtitutum in laicali habitu, & in Minoribus ordinibus potuiſſe habere vxorem & filios: & ſi poſtea ex conſenſu vxoris continentiam profeſſus fuiſſet, potuiſſe & ſubdiaconatum, diaconatum, aut presbyteri gradũ adipiſci. Sicq; conſenſus vxoris iam habitæ requiſitus, & vt ipſa quoq; voueat caſtitatẽ perpetuam quamuis in ſeculo relinquatur. can. Epiſcopus 77. diſtin. niſi vxoratus ordinatus eſſet Epiſcopus, quo caſu vxor eius teneretur ingredi religionẽ, cap. ſane, de conuerſ. coniugator: vide capit. quod a te, de cleric. coniug. quod laudare & probare videtur Iuſtinianus, §. neque autem ſecundus. c. 5. quomodo oporteat epiſcopos, Nouella quinta. Facit can. eos ad ſacrificia, 31. diſtinct. can. quoniam in Romani ordinis. 13. eadem 31. diſtinct. Neque in his caſibus relictæ vxori licebat alteri ſe matrimonio copulare ex Concilio Aureliacenſi 1. ca. 15. can. quia ſunt 10. & ſeq. ſi ſe cuiquam 28. diſt. Eo modo ſeparati ab vxoribus ob ſacerdotium, non ſunt contemnendi ſacerdotes vxorati, neq; prætextu religionis vxorem obiicere licet, can. 5. Apoſtolorum, & ex concilio Gangrenſi. capit. 4. can. ſi quis docuerit 14. & ſequentib. 28. diſtinct. vide can. penultim. 32. diſtin. Addit & Gratian. in dicto can. de Syracuſanæ 13. §. fin. 28. diſt. Neocæſarienſem & Anchiranam Synodos emendatas fuiſſe, quæ non reiiciebant in talibus ordinibus non vouentes caſtitatem, can. presbyter, ca. diaconi, eadem 28. diſtinct. Illud enim, inquit Gratianus, Neocæſarienſis, vel Anchiranæ Synodi, vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tẽpore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris: Ex loco, quia vtraque Synodus Orientalis eſt: & Orientalis Eccleſia, non ſuſcipit generale votum caſtitatis, hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, vt poſt adeptum ſacerdotium defuncta priore vxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur. Omnino etiam prohibuit Eccleſia Romana, ſubdiaconum, & presbyterum vxorem ducere: & ducentem Concilium Neocæſarienſe ab ordine deponi iubet, ca. 1. & can. presbyter ſi vxorem 28. diſtinct. quod Gloſſa explicat de depoſitione officii, quemadmodum & exuitur eccleſiaſtico beneficio. can. decernimus. can. de his. 28. diſtinct. vide de hac priuatione & pœnis presbyteri, diaconi & ſubdiaconi vxorem ducentis, Deciſ. 239 Capellæ Tholoſanæ Panor. ad cap. at ſi clerici, de Iud. Bernardinũ Diacon in Practica criminali canonũ, c. 74. Ext a quas pœnas notanda etiam eſt Deciſio Calixti 2. in can. 8. can. presbyteris 27. diſtinct. vbi diſtinctio, an matrimonia talia de facto cõtracta nulla ſint. In quo etiam articulo variarunt etiam leges Græcorum Imperatorum. Siquidem Iuſtinianus aliquando ſanciuit, in §. neque autem, capit. 5. Nouell. 6. quomodo oporteat Epiſcopos, ducentes vxores in huiuſmodi ordinibus maioribus conſtitutos, ordine quidem priuari, & idiotas ſeu laicos effici, attamen non videtur ibi matrimonium irritum facere, vt quidam arbitrantur, ſed falſo, non enim ratum, ait §. ille, neque etiam, §. ſed etſi quia, cap. 42. de Nuptiis, Nouella 22. cum priuat ſacerdotem ſacerdotio ob ductam vxorem, iuxta ſacros Canones. Quin contra in §. ſancimus, eius c. 42. Nouella 22. omnem ſpem matrimonii adimi ſacerdoti vel in maioribus ordinib. conſtituto. Idem videtur ſtatuere, in §. ſi autem, c. 14. de ſanctiſſimis Epiſcopis, Nouella 123. Exſtat & nuper inuenta eius Græca conſtitutio, in qua matrimonium in his gradibus ordinatis prohibuit expreſſe, declaratque, filios ex tali concubitu genitos, peiores nephariis & inceſtuoſis, inhabileſque ad quippiam accipiendum. Exſtat nunc illa conſtitutio inter leges Codicis Iuſtiniani, titulo de Epiſcopis & cler. incipiens, ſacris Canonibus, num. 45. & Auth. multo magis, eod. tit. videndus Balſamon, ad cap. 6. ſextæ Synodi in Trullo. Fuit tamen inuenta mitior pœna per Nouellam Leonis 79. verum & illa fuit ſacris Canonibus ſublata. Cum enim placuerit in antiqua lege, ſacerdotes tempore miniſterii abſtinere debere ab vxoribus, cum per vices tantum fungerentur ſacerdotio, Lucæ, c. 1. can. 4. tenere 31. diſt. vide cap. 8. in fine Leuit. Nunc, cum quotidie quilibet ſacerdos poſſit offerre ſacrificium præſtãtius antiquo, debet perpetuo ſe ab ea cõiunctione abſtinere, ſemper orandum ei & ſacrificandum, ſemperque a matrimonio cauendum, can. ſi laicus; can. ſacerdotibus, 31. diſtinctione.



e In capit. fina. de Tranſactio, can. deinde opponitur 26. diſt. tota, 28. quæſt. 1. Sed apud infideles, vt dictum, non eſt ratum, quin poſſit ſeparari altero veniente ad fidem Catholicam, altero in infidelitate remanente, c. quanto, c. gaudemus de Diuortiis.

## Capvt V.

*De conſenſu.*

Matrimonivm perficitur, conſenſu in matrimonium de præſenti eorum, de quorum coniunctione agitur. a.

### Scholia.

a can. ſufficiat, 27. quæſt. 2. l. nuptias, de Regul. iur. P. Quare cum conſenſus exprimi poſſit, alio modo quam verbis, & ſine illis mutus & ſurdus, matrimonium contrahunt, cap. cum apud, & cap. is qui fidem, de Sponſal. cap. 1. de matrimonio contra interdict. Eccleſiæ contracto.

## Capvt VI.

1 *Inſtitutio matrimonii a quo.*
2 *De forma contrahendi.*

Fvit inſtitutum matrimonium a Deo in Paradiſo & ſtatu innocentiæ ante peccatum, a ad officium naturæ ab initio: b Sacramentum poſtea nouæ legis datum a Christo. c 1

Ideo & rite coniungitur per ſacerdotem palam, bãnis ſeu proclamationis præcedentibus, vel redemtis, ſeu indultis, & cum eius benedictione, d alioquin, quod pertinet ad Eccleſiam, quæ de occultis nõ iudicat, e matrimonium clam contractum pro matrimonio nõ iudicat. f Quamquam quod pertinet ad Deum, cui omnia patẽt, g verum & indiſſolubile ſit matrimonium clam contractum ſine presbytero, h conſenſu de præſenti habito, vel dato inter præſentes, verbis vel ſignis, inter abſentes, i per literas, nuntium, k & procuratorem habentem ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatũ. l Forma contrahendi ſunt verba expreſſa, quæ declarant cõſenſum præ- 2

ſentem ad contrahendum, *m* vel alia, quæ pro verbis expreſſis habentur. *n*.

### Scholia.

a *Cap. vnic. de voto, in Sex. Geneſis, capite primo, & ſecundo.*

b *Dicto cap. 1. Geneſeos, ibi,* creſcite, &c.

c *D. Matthæi, cap. 9. vide Sanctum Thomam, Parte 1. Summæ in addit. quæſt. 42. arg. 2.*

d *Can. nullus fidelis, can. noſtrates, can. ſponſus, 10. quæſt. 5. cap. cum inhibitio, de Clãdeſt. deſponſatio. In Concilio Tridentino, Seſſ. penult. Ritus nuptiarum ex religione fit, quemadmodum vt antiquitus inter Ethnicos ritus adhibebantur, id eſt, ceremonia ſacra, pro matrimonio contrahendo, vt apud Dionyſ. Halicarnaſſeum in 2. Et exſtat inſcriptio, ita tituli in Pandectis, de Ritu nuptiarum, facit can. 1. 30. quæſt. 5. Pontificale namque & religionis nomen eſt* Ritus. *Eſt enim ritus teſte Hieronymo & Talmudiſtis, idem quod bonus ſeu religioſus, a quo rituales libri dicuntur, teſte Feſto, in quibus traduntur ritus, quo pacto ſacrantur ædes, fana, templa, vrbes, exercitus, & huiuſmodi Ritus & cæremoniæ contrahendi matrimonii, ex legibus Eccleſiæ & locorum pendent, quæ quantum fieri poteſt, dummodo a lege Dei non aberrent, expedit conſeruari, ad conſeruandam pacem & vnitatem ſocietatis humanæ. Iuſſit & Leo Imperator, Nouella 89. tit. ne matrimonia citra ſacram benedictionem confirmentur, matrimonia ſacra benedictione confirmari, & ſi qui ſine hac matrimonium ineant, matrimonium non dici voluit. Concilio Carthaginenſi 4. capit. 3. Et conſtitutum, vt ſponſus in templum deducatur, ad benedictionem ſacerdotis recipiendam, Ambroſ. libr. 9. Epiſtolarum, Epiſt. 70. Ipſum, inquit, coniugium velamine ſacerdotali, & benedictione ſanctificari oportet. Rurſum Tertull. lib. 2. ad vxorem, vnde ſufficiam, inquit, ad enarrandum tantam fœlicitatem matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant? Nuptiæ apud Romanos, non niſi augurato fiebant vt colligitur ex Plinio, lib. 10. c. 8. & rurſum, lib. 18. cap. 3. In ſacris nihil religioſius conſurrationis vinculo erat: nouæq; nuptæ furreum præferebant. Proclamationes, quæ ante benedictionem matrimonii ſunt, pertinent ad cautionem, ne cõtra prohibitionem nubendi fiat coniunctio, ideo enim indicatur futurum matrimonium inter certas nominatasue publice perſonas, vt ſi qui ſint, qui nouerint quoddam impedimentum contrahendi, renuntient curioni vel ſacerdoti, dicto capit. finali de clandeſt. deſponſatio. Proclamationes iſtas, banna dicunt, capit. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. cap. cum in tua diœceſi, 27. de ſponſalibus, vbi Hoſtienſis & Ioannes Andreas, notant, ideo forte banna dicta, quia ſub banno ſeu ſub pœna excommunicationis præcipiebat ſacerdos, vt nullus impedimẽta ſi quæ noſſet, celaret. Quemadmodum legimus in can. ſtatuimus, 16. quæſt. 1. Anaſtaſium Epiſcopum in hac verba ſtatuere,* Bannum noſtrum componat, communione priuetur. *Ibique Gloſſ. tradit, bannum eſſe 60. ſolidorum pœnam, vt in lege Lombardiæ continetur, & ſic ſemper intelligi debere, vbi non determinatur.*

e *Cap. vnic. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminutio. conferant. can. erubeſcant, 32. diſtinct.*

f *Can. Chriſtiana, 32. quæſt. 5. Ideo, quamdiu latet probatio matrimonii clam contracti, Eccleſia non impedit quominus aliud publice contrahatur. Si tamen poſtea publicetur matrimoniũ, per eos, qui clam contraxerunt, comprobat Eccleſia perinde, ac ſi ab initio in Eccleſiæ conſpectu fuiſſet contractum, cap. 2. de Clandeſt. deſponſ.*

g *Deo nihil occultum, cano. Deus. 24. quæſt. 3. canone Archidiaconum 85. diſtinct.*

h *Vt habetur in cap. 2. & ibi per Gloſſam fin. & cap. 3. de Clandeſt. deſponſat. Deus enim matrimonium dicitur coniungere, non homo: ideo dictum,* Quod Deus cõiunxit, homo non ſeparet, *capit. inter corporalia, de Tranſact. Epiſc. can. an quod in ſubditos, & canone quod Deus, 33. quæſt. 2.*



i *Vt in can. honorantur, 32. quæſt. 2. l. ſufficit, & l. finali, de ſponſalib. l. mulierem, de Ritu nupt. l. denique Cinna. 6. de Ritu nupt. P.*

k *cap. ex parte tua, 14. de Conuerſio. coniug. ibi,* Prius mulierem ipſam mediantibus internunciis, per verba de præſenti, arrha etiam interpoſita, deſponſaſſe, &c. *l. mulierem 5. de Ritu nuptiarum P. vbi Pompo. mulierem abſens per literas eius, vel per nuntium nubere poſſe placet, & c. de literis vide Angelum Claraſium, in Summa, in verb. matrimonium, num.* 20. 21. & 22.

l *Cap. Procurator. de Procuratorib. in Sex. vbi in §. fin. illud ſingulare. Quod ſi Procurator, ſpecialiter conſtitutus ad contrahendum matrimonium, reuocetur, antequam contrahat, contractum poſtea licet tam Procurator quam ea, cum qua contraxit reuocationem huiuſmodi penitus ignorauerint, nullius momenti matrimonium penitus exſiſtet, cum Domini mandantis conſenſus reuocatione defecerit, ſine quo non poteſt contrahi matrimonium. Licet iurauerit quis ſe non reuocaturum Procuratorem. Nam quemadmodum dicitur de ſponſo, qui promiſit nuptias ſe contracturum, periurus quidem eſt, ſed eo non obſtante poteſt aliam ducere, quam cui promiſit, capit. ſicut, & capit. inter, de Sponſal. Quare dicunt cautius agi, ſi poſt contractum matrimonium per Procuratorem ratificatio fiat.*

m *Vt,* Ego te accipio in vxorem: ego te accipio in virum ſeu maritum, vel ſimilia verba, *cap. penultimo, & cap. tua nos, de ſponſalib.* Ego te accipio in meum, ego te accipio in meam. *cap. licet de ſpõſa. duorum. Quemadmodum inter Ethnicos Romanos, verba illa frequentius vſurpata,* Tu mihi Caius, tu mihi Caia. *vt ſcribit Titus Probus in fine Valerii Maximi.*

n *Cuiuſmodi ſunt certa ſigna voluntatem exprimentia, qualia ſunt in multis, in c. cum apud, de Sponſa. vide Panormi. ad ca. tuæ fraternitatis, eodem titul.*

## Capvt VII.

### *Finis & cauſæ matrimonii.*

FINIS matrimonii, propagatio, & conſeruatio generis humani: *a* certa & legitima prolis educatio, *b* vtque ſimile adiutoriũ ſibi homo habeat *c* & poſt lapſum remedium fornicationis, vt impudicæ cõiunctiones vitentur. *d* Quare conſenſus in matrimonium tria, vel implicite, in intentione ſeu habitu habet, quamuis aliunde prohibeatur, ne ſemper accedãt. Primum, eſt vinculi inſeparabilitas, ratione cuius in matrimonio eſt bonum Sacramenti. Secundum, eſt bonum fidei, in dando & non negando poteſtatem ſui corporis coniugi. Tertium, in bono prolis, quod eius cauſa & intentione, ſi Deus largiri voluerit; & in ſumma tria bona matrimonii, Sacramentum, fides & proles. *e* Et quamuis virginitas ſit præſtantior matrimonio, *f* tamen matrimoniũ generi humano neceſſarium nec contemnendum. *g* Imo honorabile coniugium, thorus immaculatus. *h* Sed hæc pro ſummaria Sacramenti matrimonii inſpectione ſufficiant, reliqua quippe, quæ ad ſponſalia & nuptias pertinent, in alio libro exſequemur: perueniamus ad vltimum ordinis Sacramentum.

### Scholia.

a *Geneſ. 1. verſ. 28. D. Matthæi, cap. 19. ca. Deus, 31. q. 1. in princi. & ca. nuptiæ, 32. quæſtione 1.*

b *In l. 1. §. ius naturale, de Iuſtitia & iure.*

c *Geneſ. 2. verſ. 18. & 22. Eccleſiaſt. 17. verſ. 5.*

d *Priore ad Corinth.c.7.verſ.*1.bonum eſt A
hominí mulierem non tangere, pro-
pter fornicationem autem vnuſquiſ-
que ſuam vxorem habeat, & vna quæ-
que ſuum virum,&c.*Facit,ca.non enim,*
*32.quæſt.*1.

e *Ca.omne bonum,27.quæſt.2.c.ſin.de Con-
dit. Appoſit. vide multa & pulcra, & v-
tilia niſi fallar, quæ diximus, lib. octauo.
Syntagm.iuris vniuerſi, capite primo.*

f *Ca.nuptiæ, & ca.integritas,32.q.1.ca.* B
*quis ignoret,32.quæſtione quarta.*

g *Ca.ſi quis propter, c.ſi quis vel, ca.ſi quis
nuptias, 30.diſt.ca.ſi quis vituperat, ca.
quicumque virginitatem,31.diſtinction,
in cap.30.Apoſtolorum.*

# DE SACRAMENTO ORDINIS.

## TIT. XIII.

*Tractatur de hoc, in titulo de Temporibus ordinandorum, & qualitate ordinandorum, lib.1. Decretalium titul. 11. lib. 1. Sexti tit. 9. & apud Gratianum diſtinctio. 21.24. 25.50.51. eo pertinent tituli libri primi Decretalium 12. de Scrutinio in ordine faciendo, & Nouella de Sanctiſſimis Epiſc. & 24, Gratia. 13. de Ordinatis ab Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui, 14. de Ætate & qualitate & ordine præficiendorum, & in Sexto lib. 1. tit. 10. in Clement. lib. 1. titu. 6. Nouella Iuſtinia. 6. quomodo oporteat Epiſcopos & clericos ad ordinationem produci, &c. In Nouellis Leonis ſunt hæ, 2. qui alioquin principe ſacerdotio dignus eſt, ſi legitimi liberi illi ſint, non impediatur illum conſequi, 3. vt qui ſacerdotes creandi ſunt ſecundum Eccleſiæ ritus ea lege creantur, vt omnẽ deinceps vitam cœlibẽ agant, &c.*

### CAPVT I.

*Sacramentum ordo, & quid.*

INTER Sacramenta, ordinis Eccleſiaſti- E
ci Sacramentum ponitur, *a* qui habet
Eccleſiaſticam Hierarchiam. *b* Ita ordo,
eſt ſignum ſeu ſignaculum quoddam, per
quod ſpiritalis aliqua poteſtas, & officium
traditur ordinato. *c.*

### SCHOLIA.

a *Ca.ſin.de Presbytero non baptizato miniſtrante.*

b *Hierarchia, eſt ſacer ordo vel ſacer principatus, hoc enim nomen Græcum refert.*

c *In quarto ſententiarum diſtinctione 24.*

### CAPVT II.

1 *Quot ſunt ordines ſecundum Theologos & ius Pontificium.*

2 *Diuiſio in maiores & minores.*

SEPTEM ſunt ordines ex communi ſen- 1
tentia Theologorum Eccleſiaſtici; ve-
luti claſſes ſeptem, ad quas vniuerſus cle-
rus referri poteſt; nempe Oſtiarius, Lecto-
riatus, Exorciſtatus, Acolytatus, Subdia-
conatus, Preſbyteratus. *a.*

Secundum iuris pontificii deciſiones,
*b* his duo alii adduntur: ante omnes præ-
C dictos primum Clericatum ſeu primam
tonſuram *c* ponimus; poſtremum vero
Epiſcopatum *d.* Ita nouem erunt ordi-
nes. *e* Quod pertinet ad gradus miniſtro-
rum Eccleſiaſticorum & ad Eccleſiaſti-
cam Hierarchiam, quę imitatur cœleſtem,
*f* in qua totidem, nempe nouem ſunt;
*g* Clericatus ſeu prima tonſura, quæ vul-
go corona dicitur, eſt ianua omnium or-
dinum, *h* & ſeminarium clericorum, *i* ex
D quo aliorum ordinum clerici ſumuntur.
Oportet autem a minori hoc gradu cleri-
catus ſucceſſiue peruenientem, ad Epiſco-
patum conſcendiſſe, non per ſaltum ſeu
inuerſo ordine. *k* Dicunt vero Theologi,
primam tonſuram non eſſe gradum, ſed
deſignationem & veluti ſignaculum eo-
rum, qui ad ordines promouendi ſunt,
*l* quemadmodum Epiſcopatum aſſerunt
non eſſe etiam ordinem, ſed apicem ordi-
E nis ex Presbyteratus ordine, ex quo vnus
aliis præficiatur. *m.*

Rurſum ordinum Eccleſiaſticorum, 2
quidam Minores, quidam Maiores dicti:
Minores ſunt, qui ſacramentali vnctione,
ſola Epiſcopi benedictione, cum quadam
vaſorum



vaſorum vel veſtimentorum diſtributio- A
ne dantur, vt Leuitis & cæteris infra. *n* Cu-
iuſmodi Oſtiaratus, Lectoriatus, Exorci-
ſtatus, Acolytatus. *o* Maiores tres ſunt,
Subdiaconatus, Diaconatus, Preſbytera-
tus, qui & ſacri dicuntur ordines, diſtincti
hoc nomine a Minoribus. *p* Dicuntur et-
iam Superiores ordines, *q* additur & quar-
tus, vt dixi epiſcopatus.

### SCHOLIA.

a *Lib.4. Magiſtri ſententia. diſtinct. 2.1. de* B
*his ordinibus meminit Diuus Ignatius epiſtola ad Antiochienſes, Epiphanius lib. 3. contra hæreſes, Tomo 2. nos quoque de his ordinibus, eorumque munere, inſtitutione & cauſis, tractamus, lib. 3. Syntagma. iur. per octo prima capita.*

b *Notat Hoſtienſis in ſumma, de Temporib. ordina.*

c *Ca.cum contingat, 11. de Ætat. & qualitat. ordin.* C

d *C.ſin. de Presbytero non baptizato miniſtran. cap. ordinationes, 75. diſtinct. Dionyſ. Areopagita in Eccleſia, Hierarchia. cap. 5. tres tantum refert ordines, Diaconatum, Presbyteratum, & Epiſcopatum, ordinem epiſcoporum etiam dixit Iſidorus lib. 7. Etymologiar. ca. 12. & in ca. cleros, 21. diſtinct. Verum hic videtur ſcrupulus difficilis amotu, & nodus inſolubilis, ex*
*ca. 1. de Ordinatis ab epiſcopo, qui renun-* D
*tiauit epiſcopatui, lib. 1. Decretal. titul. 13. & vbi epiſcopus poteſt renuntiare & loco & dignitati, ita vt amplius non poſſit conferre ſacros ordines, quod non conuenire videtur cum eo quod dictum eſt, ordinem habere characterem indelebilem. Nam ſi ordo ſit epiſcopatus, non poterit ita quis renuntiare dignitati, vt non habeat poteſtatem ordinandi. Quod ſi dixerimus*
*remanere ordinem, ſed exſecutionem eius* E
*interdici poſt renuntiationem: incidimus in aliud maius dubium, quod renuntiante vel cedente epiſcopo epiſcopatum alteri, erunt duo epiſcopatus vnius epiſcopi, quod negamus fieri poſſe: ſicuti cum Celeſtinus 5. renuntiauit Papatũ Bonifacio 8. Si poſt renuntiationem remanſit Papa, fuerunt duo Papæ. in cap. 1. de Renuntiatio. in Sexto, quod tamen fieri non poteſt, de iure, nam prohibetur. nec fieri poſſe duos epiſcopos vnius Eccleſiæ traditur: in cap. ſicut alterius vxor, 39. & can. 41. in apibus, 7. quæſtione 1. Exſecrationes quoque Schiſmatis, reiiciũt merito ab vnitate Eccleſiæ, duo capita. Proinde, & Gratianus ait trãslatione epiſcopi deſinere eſſe epiſcopum. in can. in apibus §. primo, ſeptima quæſtione prima. Atq; Gerſon prima parte operum, tractatu de auferebilitate Papæ, conſideration. 15. arbitratur, quod habere Papatum, non dicat habere inabdicabilem iuriſdictionem humana auctoritate ſupra epiſcopatum; & quod Papatus non dicat ordinem ſupra ſacerdotium vel epiſcopatum auctoritate Bonauenturæ, qui in quarto ſententiarum diſtinctione 2. ait, neque epiſcopatum, neque Papatum dicere plenitudinem aliquam & dignitatem in ordine, & nullum nouum ordinem addere, nam certe ſi hoc eſſet, inquit Gerſon, duo fuiſſent legitimi Pontifices Celeſtinus & Bonifacius: aut Bonifacius non fuiſſet, ſed tantum coadiutor, remanente in dignitate Celeſtino, alio adminiſtrante. Eſt, & valde durum, ſi ſit epiſcopatus, ordo, vt epiſcopus poſſit mutare ſedem, eamq; relinquere & aliam accipere, & ita delere matrimonium contractum quod ad ſimilitudinem veri matrimonii eſt indiſſolubile niſi morte. c. inter corporalia de tranſlation. epiſco. Viderint noſtri qui contra Theologos dicunt eſſe ordinem epiſcopatum, quomodo dicãt dignitati poſſe epiſcopum renuntiare, & ita non poſſe ſacros ordines conferre. Niſi vt puto verũ dicamus: in c. 1. de Ordinatis ab epiſcopo qui renuntia. epiſcop. ibi non potuiſſe ad ordines ſacros promouere clericos epiſcopatus cuius renuntiauit dignitati, tanquam alienum epiſcopũ, qui alterius prouinciæ clericos ordinare nequit, & non ex defectu poteſtatis.*

e *c. cleros, 21. diſtinct. vide quæ diximus lib. 16. Syntagmat. cap. 3.*

f *Can. fin. 98. diſtinctione.*

g *Ca. principium enim, §. omnis lapis pretioſus, c. ſi. de Pœnitent. diſtinctione ſecunda.*

h *Ca. 1. de Ordinat. ab epiſcop. qui renuntia. epiſcop.*

i *Clem. 2. de Vita & honeſtate clericor. ca. cum contingat, de Ætat. & qualit. ordinan.*

k *Ca. non ſi officia, cum 3. ſequentib. 59. diſtin. & ibi ratio. & leg. vt gradatim. de Munerib. & honorib. ca. ſicut Neophyt. 48. diſtinctione.*

l *De quo nos tractauimus, lib. 16. Syntag. ca. 1. & ſeq.*

m *Ca. eſto ſubiectus, cum ſequentibus, 95. diſtinctio.*

n *Ca. etſi illa, 23. §. fin. 1. quæſtione ſeptima.*

o *Ca. 3. de Temporib. ordinat. ca. Cleros, 21. diſtin.*

p *Ca. 1. 3. & penult. de Temporib. ordina. c. 1. de Ordinatis ab epiſcop. qui renuntia. epiſcopatui; dicunturque tres ſacri ordines, in c. dilectus, 15. de Temp. ordin. cap. ad aures noſtras, 5. de Tempor. ordina.*

## CAPVT III.

*Materia ſeu officium ordinum.*

1 MATERIA, circa quam verſantur iſti ſinguli Ordines, propria eſt vnicuique, in qua exerceat, qui ordinatur, ſuum munus: quemadmodum & ſingulis propria eſt forma ordinandi, miniſterio vel officio conceſſo, & proprio cuiuſque accommoda, vt liquet ex libro paſtoriali, *a* & ex his, quæ agenda ſunt in miniſterio ſingulorum. *b* Ex quibus imprimitur Character animæ in quolibet ordine, in acceptione exterioris ſigni vel inſtrumenti dati accommodi ordinationi: vt quando datur clauis oſtiario. *c* Codex diuinarum lectionum, lectori: *d* liber exorciſmorum, exorciſtæ, *e* & ſic de ſimilibus.

### SCHOLIA.

a *Et ex tota vigeſima tertia diſtinctione.*

b *De quibus nos per totum librum 16. Syntagmat.*

c *Cap. oſtiarius, 23. diſtinct. nos de eius officio, lib. 16. Syntagmat. cap. 3.*

d *Cap. lectore, eadem 23. diſtinct. nos de eius officio, eod. lib. 16. Syntagma. cap. 4.*

e *Ca. exorciſta, 23. diſtinction. c. perlectis, §. ad exorciſtam, 25. diſtinction. nos lib. 16. Syntagmat. iuris, capite 5.*

f *Angelus Clauaſ. in Summa, in verbo, ordo. 1. numero quarto.*

## CAPVT IIII.

1 *Qui ordinent vel non, Abbas vbi.*
2 *Epiſcopus.*
3 *Renuntians epiſcopatui.*
4 *Excommunicatus quando ordinet.*
5 *Simoniacus.*
6 *Latini num Græcos & contra.*

ABBAS quilibet, ſi modo fuerit ſacerdos, & habeat impoſitionem manus epiſcopi, poteſt in proprio tantum monaſterio, lectoriatum vel primam tonſuram conferre. *a*. 1

Epiſcopus vero clericis ſuæ diœceſeos, vel alterius, cum licentia epiſcoporum propriorum poterit ordines conferre, *b* vel ex licentia Vicariorum illorum, in remotis exſiſtentibus epiſcopis; vel ex licentia capituli, ſede vacante. 2

Epiſcopus qui renuntiauit epiſcopatui, poterit etiam rogatus ab alio epiſcopo, ordines conferre. Si vero renuntiauerit loco & dignitati epiſcopali, poterit minores, non maiores conferre ordines. Qui tamen ſacros ordines ſeu maiores, ſciens dantem ſine dignitate eſſe epiſcopali, ab eo acceperit; accepit quidem ordines, ſed non habet exſecutionem officii: quod ſi ignoranter ab eodem acceperit, quis niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia, poterit cum eo diſcretus pontifex diſpenſare. *c*. 3

Sicut



4 Sicut cũ eo ſi ignoranter acceperit ordines ab epiſcopo excommunicato, poterit per epiſcopum ſuum diſpẽſari. *d* Cæterum loquimur de epiſcopis excommunicatis, qui inter Catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea ſententia excommunicationis notati fuerint, vt ordinationes eorum miſericorditer tolerentur, niſi ſimoniace factæ fuerint. *e* At ſi excommunicati nominatim fuerint Hæreſiarchæ, & qui Catholici non ſunt, vel qui Catholicorum adhuc viuentium ſedem inuaſerint, irritæ fiunt eorum ordinationes. *f*. Nec relinquitur locus diſpenſationi, regulariter his, qui ſcienter a ſchiſmaticis ordines acceperint. *g*.

5 A Simoniaco tamen non præciſo & tolerato ab Eccleſia, ordinatus diſpenſationem obtinere poteſt. *h*.

6 Latini a Græcis epiſcopis; & contra Græci a Latinis ordinari non poſſunt, ſi ritus ordinandi diuerſi. *i* Quandiu tamen is modus ordinandi in Eccleſia fuerit toleratus, non debet ornatus ex licentia ſui epiſcopi, ab exſecutione ordinum taliter ſuſceptorum, ſuſpendi. *k*.

### SCHOLIA.

a *Cap. 1. de Ordinat. ab epiſco. qui renuntia. epiſcop. lib. 1. tit. 13. ca. cum contingat, de Ætat. & qualit. ca. Abbate, de Priuilegiis, in Sexto, cap. 1. 69. diſtinct. vbi Gloſſa in principio diſtinctionis ait, poſſe Abbatem, Presbyterum, & benedictum, conferre minores ordines, Pſalmiſtatum, Oſtiariatum & Lectoriatum; non autem Acolytatum. cap. 1. 2. 3. 71. diſt. cap. 1. 2. 3. 4. de Temporib. ordinat. in Sexto. & in ca. 3. dicitur, dimiſſorias dare literas epiſcopum, de cuius diœceſi eſt, qui promoueri deſiderat, ſiue oriundus, ſiue domicilii cauſa, ſiue ratione beneficii. Item dare Vicarium eius, & ſede vacante capitulum. Nemo clericũ alterius epiſcopatus, ſine licentia ſui epiſcopi, ordinare poteſt. tota 9. quæſtio. 2. de perſonis quæ ordines conferre poſſunt diximus, lib. 16. Syntagmat. cap. 9.*

c *Capi. 1. de Ordinat. ab epiſcop. qui renuntiauit epiſcopatui.*

d *Cap. fin. de Ordinat. ab epiſcop. qui renuntiauit epiſcopatui.*

e *Ca. per illicitam, 3. & ca. ab excommunicatis, 4. c. ordinationes, 5. §. qui vero, 9. quæſtione 1.*

f *Cap. 1. 2. 3. § ſed excommunicati, ca. ordinationes, & ca. fin. 9. quæſtione 1.*

g *Dicto ca. ordinationes, §. modo, 9. quæſtione 1.*

h *Ca. ſi quis a Simoniacis, 1. quæſtione 1. vide Gloſ. ad di. ca. excommunicatis, 4. ad verbum,* quondam.

i *Ca. cum ſecundum regulas, 9. de Temporib. ordinat.*

k *Ca. quod translationem, 11. eod. tit. de Tempori. ordinat. Tractauit de irregularitate, & aliis canonicis impedimẽtis, quibus Eccleſiaſticos ordines ſuſcipere & ſuſceptos adminiſtrare quiſque prohibetur, Simon Maiolus epiſcopus Vulturarienſis, per libros quinque tractarunt, & de irregularitate Marianus Socinus ſenior in repetitio. ad audientiam, de Homicidio.*

## CAPVT V.

1 *Forma ordinandi & tempus.*
2 *Ritus in ſingulis.*
3 *Non conferuntur eodem die duo ordines.*

NEMO ordinari debet ſine titulo, *a* & ſine ſcrutinio; *b* aut cum pecunia, ſed gratis; *c* inordinate aut per ſaltum, *d* extra tempora. Ordinati itaque extra ieiunia quatuor temporum, ex rigore iuris ſunt deponendi; & ordinantes, auctoritate ordinandi priuandi, *e* ita tamen ordinati characterem accipiunt, quare pœnitentia eis competenti impoſita, ſuſtineri poterunt, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. *f* Licitum porro erit Epiſcopis, diebus dominicis aut aliis feſtiuis, vnum aut duos ad minores ordines promouere: ad ſubdiaconatum autem, niſi in quatuor temporibus, aut Sabbatho ſancto, vel in Sabbatho ante 1

A dominicam de Paſſione, nulli licet epiſcoporum, præterquam Romano pontifici quoſquam ordinare. *g* Neque etiam Sabbatho Pentecoſtes, alicui licet ordines ſacros concedere, cum in ſequenti hebdomada, recepta ſpiritus ſancti gratia, celebrentur ordinationes.

2 Forma ordinandi conſiſtit quoque in modo, quo conceduntur ordines ſinguli. Nam prima tonſura datur, leuiter detonſo capillo ab epiſcopo vel Abbate, *i* datur B & in aliis proprium quoddam inſtrumentum miniſterii; ad quod ordinatus vocatur. *k* Preſbyter & Diaconus cum ordinantur, manus impoſitionem, tactu corporali ritu ab Apoſtolis introducto, recipiunt. Quod tamen ſi fieri omiſſum ſit, non ideo iteratur ordinatio, ſed ſtatuto huiuſmodi ordinibus conferendis tempore, caute ſuppletur, quod per errorem fuit prætermiſſum. *l* C

3 Non conferuntur eidem, eadem die, ab epiſcopo duo vel tres ſacri ordines, etiam ex mandato Archiepiſcopi: & ſi quis contulerit, tandiu ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur, donec ſummi Pontificis meruerit gratiam obtinere. *m* Iteranda quoque non erit ordinatio ſi legitima fuerit. *n*

S C H O L I A.

D

a *Can. primo & 2. 70. diſtinctione, & tota 31. diſtinct. Vide cap. ſecundum. & cap. tuis quæſtionibus, 23. de Præben. & quæ explico, lib. decimo ſexto, Syntagm. can. 11. qui ordinat ſine titulo, & qui dat licentiam accipiendi ordines ab alio ſine titulo, ordinato tenetur prouidere. c. ſi epiſcopus, 37. de Præb. in Sexto.*

b *Scrutinium, eſt examinatio ordinandi, num ordini idoneus ſit: quæ fit per Archi-* E *diaconum, qui refert epiſcopo qualem inuenerit ordinandum, in ſcientia, & moribus, can. ad hac, cap. vt noſtrum, de Offic. Archid. cap. nihil eſt, §. epiſcopi, de Elect. ca. eam te, de Ætat. & qualitat. ordinan-* A *dor. maxime dum quis ordinandus eſt in Diaconum & Presbyterum, capit. vni. de Scrutinio in ordine facien. cap. eam te, quarto de Ætat. & qualitat. ord. Quare, ſi examinatio hæc ſeu ſcrutinium non præcedat ordinationem, vel ſi inſcio ſuo epiſcopo quis ordinetur, cenſetur furtiue ordidinem ſuſcepiſſe, in quo non poteſt ſine diſpenſatione miniſtrare. capit. 1. 2. 3. de eo qui furtiue ordinem ſuſcep. lib. quinto tit.* B *30. can. extra conſcientiam, 64. diſtinct. canon. quando, 24. diſtinct.*

c *Gratis conferri debent ordines, neque quippiam ab ordinante vel notario pro ordinatione accipi debet, & reprobatur contraria conſuetudo, capit. primo, de Simo. ca. ſi quis obiecerit, prima quæſtione, tertia. can. emendari, 1. quæſtio. 1. ca. Iacobus, de Simonia. Ratio poſſet eſſe vltra generalem, quã Simoniam eſſe dicit: dare vel accipere* C *pro ſpiritalibus prohibitum, c. ſuper eo, 17. de Tranſact. Nempe quod epiſcopales reditus ideo concedantur epiſcopis, vt ea quæ ad Eccleſiaſticam cauſam pertineant, ſuis vel Eccleſiæ ſumtibus exſequantur. Si quid tamen notario ſine pactione pro labore detur, hoc non eſt Simonia: canon. ſicut Epiſcopum, prima quæſtione ſecunda, canon. cum ſit Romana, de Simonia. Epiſcopus porro infamis fit qui pecuniam ac-* D *cipit ne aliquem ordinet, c. nullus epiſcopus, 124. §. qui autem, 1. quæſt. 1. & qui non admittit malitioſe præſentatum, punitur in poteſtate ordinandi, in qua deliquit, vt tractatur, in ca. paſtoralis, 29. §. fi. de Iure patronatus.*

d *Ordinatio inordinata eſt & per ſaltum, quando prioribus ordinibus vel gradibus ordinum omiſſis, maiores prius accipit: vide c. ſolicitudo, 52. di. c. vnicum. de Cle-* E *ricis per ſaltum promo. lib. 5. tit. 29. Oportet autem gradatim per ordines conſcendere ſeruatis interſtitiis & interuallis legitimis temporũ mediorum inter gradus. ca. 1. 2. 3. 81. diſtinct. Quod ſi quãdo quis per ſaltum fuerit ordinatus, pœnitẽtia impoſita,*



*poſita, poteſt collato ordine omiſſo: ei in ſuſcepto miſericorditer per epiſcopum diſpenſari. capit. vnic. de Clerico per ſaltum promoto. capit. paſtoralis de Sacrament. non iteran. dicto can. ſolicitudo 52. diſtinct.*

e *ca. ſane ſuper eo. 2. de temporibus ordinat. depoſitio hæc ordinatorum eſt ab exſecutione ſuſceptorum ordinum, & ita ſuſpenſi haberentur, donec & ordinans & ordinati reſtitutionis gratiam a ſummo Pontifice obtinuerint, capit. cum quidam 8. de temporib. ordinatio.*

f *can. conſultationi, 16. de temporibus ordinatio. quia tempus nõ eſt de ſubſtantia ordinum.*

g *cap. 1. 2. 3. de temporib. ordina.*

h *dict. c. 1. de temporib. ordin.*

i *ca. cum contingat, de ætat. & qualitat. ordinan. cap. 1. 79. diſtinct. vide quæ nos diximus. de prima tonſura, libr. 16. Syntag. cap. 2.*

k *Vt ſupra diximus, in materia ordinandorum iuxta 23. diſtinct.*

l *cap. fin. de Sacramen. non iteran.*

m *cap. literas, 13. capit. dilectus filius. 14. de temporibus ordination. Notandũ tamen, quod ordine minores, debẽt per temporum interſtitia, niſi aliud epiſcopo expedire magis videatur, conferri, vt eo accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, & in vno quoque munere iuxta præſcriptum epiſcopi ſe exerceant, idque in ea, cui adſcripti ſint, Eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorũ abſint. in Concilio Trident. ſeſſio. 23. in Decreto de reformatione. cap. 11.*

n *can. non licet. de conſecratione, diſtinct. 4. in ca. 67. Apoſtol. ca. per illicitum, 1. q. 7. & can. per illicitam, 9. q. 1.*

C A P. V I.

1 *Qui ordinari debent vel non, idonei debent.*

2 *Prohibentur alii, vt mulieres, pœnitentes.*

3 *Minores ætate.*

4 *Et alii qui ordinandi.*

A Epiſcopi † tales ad ſacros ordines & Eccleſiaſticas dignitates promoueri procurent, qui commiſſum ſibi officium digne valeant adimplere, ſi & ipſi Canonicam cupiant effugere vltionem. *a* Tales autem omnes cenſentur, qui ſpeciali prohibitione non reiiciuntur. *b* 1

Prohibentur autem † ordinem Eccleſiaſticũ ſuſcipere nominatim, mulieres. *c* Quamquam legamus in Eccleſia eſſe & B fuiſſe & presbyteras, & diaconiſſas. *d* Nam ea nomina dicta ſunt non ab ordine ſacramenti, ſed a dignitate vel cura inter mulieres, mulieribus conceſſa, vt quoque Abbatiſſam *e* admittimus. 2

Nec ordinantur quoque † ſolemniter pœnitentes, *f* nec qui ætatem requiſitam ordini non impleuerint. 3

Si qui tamen † ante legitimam ætatem facto ordinati ſint, ſuſpendẽdi ſunt ab ex- 4 C ſecutione officii, donec ad eam peruenerint. *g* Nec infanti conferetur prima tonſura, niſi intret religionem: *h* non etiam ei, qui coniugatus eſt, niſi ex conſenſu quoque vxoris ingrediatur religionem. *i* Et in ſumma paucis, non ordinantur alterius diœceſeos ſine proprii prælati, vel eius vicarii licentia, *k* illegitimi ſeu ſpurii *l* ſine diſpenſatione vel legitimatione. *m* Non inuiti, non ſerui, niſi manumiſſi, *n* illitera- D ti, *o* religioſi, ſine prælati ſui licẽtia. *p* Non rei criminum publice damnati, contra ſi occulti. *q* Et quibus ex criminibus promoti iam ad ordines in his adminiſtrare prohibentur: ex iiſdem, non promoti ab ordinatione arcentur, *r* & facilius. *s* quare nec ordinatur homicida, capitaleque *t* crimen, facto, iuſſu, cõſilioue committens, *v* quin & fortuito homicidium cõmittens: E dando operam rei illicitæ, nec promouendus: & ad aliquos gradus ordinis iam promotus ad alios conſcendere ſuperiores prohibendus, quamuis in inferioribus eo caſu adminiſtrare cum diſpenſatione permittatur. *x* Contra ſi rei licitæ dederit operam & in culpa non ſit: alioquin enim

ſi in culpa eſt, & diligentiam nõ adhibuerit, vt præcaueret homicidium, ab omni miniſterio altaris repellitur. Nõ ordinandus vſurarius, *z* & ordinatus deponendus. *aa* Nec ſimoniaci, *bb* ſeditioſi aut propriarum iniuriarum tenaces vindices. *cc* fur manifeſtus, manifeſta infamia aſperſus, *dd* rebaptizatus *ee*. Bigamus qui vxorem eiectam vel meretricem, vel viduam, vel duas habuit vxores. *ff* non corpore vitiati, aut nimia deformitate læſi: *gg* qui ſe paſſi ſunt ſponte abſcindi, *hh* furioſi, *ii* dæmone correpti, *kk* cæterique huiuſmodi qui malo exemplo & ſcandalo poſſunt eſſe vel impedimento cæteris Chriſtianis. *ll*

5 Itaque ordinandi, † qui ſint ſobrii, *mm* prudẽtes, ornati virtutibus, *nn* caſti, *oo* hoſpitales, *pp* non litigioſi, *qq* non cupidi, *rr* domui ſuæ bene præpoſiti, *ss* bene cogniti, & probati; & ideo peregrini clerici abſque ſuorum ordinatorum literis venientes non ſuſcipiuntur, niſi de ipſorum ordinatione Canonica fidem fecerint per idonea argumenta, nec ad maiores ordines promouentur, antequam illorum cõuerſatio fuerit approbata. *tt*

6 Non debet tamen † ſemel ab alio ordinatus in eodem ordine iterum ordinari, alioquin & qui ordinem ſecundo ſuſceperit aut dederit deponitur. *vv* Ordinati tamen nõ legitime, & non ſuo tempore, deponuntur & ſuſpenduntur, ordinatores autem ius ſuum ordinandi amittunt: *xx* vel ſi ſcienter indignum ordinauerit. *yy*

SCHOLIA.

a *Ratio & deciſio ponitur, in c. nihil eſt 44. de elect. Vide qui prohibeantur ordinari, & quare, in noſtro iuris vniuerſi Syntagmate, lib. 16. cap. 10.*

b *Quilibet enim capax intelligitur, niſi de contrario doceatur, c. fin. de Præſumt. & edictum non ordinandi videtur prohibitorium, ideo non prohibiti cenſentur admittendi, l. cum prætor, de iudic. P. l. 1. §. de teſtib. in Pand.*

A c *cap. noua. 5. de Pœniten. & remiſſio. vide quæ dixi, lib. 6. Syntagmat. cap. 10. num. 24. & ſequentibus. Damnati itaq; Cataphryges dicentes, quod mulier poteſt etiam habere Sacros ordines, vt refert Bernard. de Lutembergo in hæreſibus, & reprobat diuus Thomas in poſtillis ad cap. 3. epiſto. ad Titum.*

d *can. Presbyteras, can. mulieres. 32. diſtin.*

e *Abbatiſſæ frequenter in iure nominantur ad regimen mulierum tantum, vt prioriſſæ, electæ. cap. indemnitatibus. de elect. in Sexto.*

B

f *cap. ex pœnitentibus, ca. canones apud 50. diſtinct. can. illiteratos, 36. diſtin. niſi propter neceſſitatem Eccleſiæ inter oſtiarios vel lectores admittantur. ca. placuit. 50. diſtinct.*

g *cap. vel non eſt compos, 14. de temporib. ordinat. ca. indecorum, de ætate & qualitat. ordinan. Pro tonſura porro ſufficiũt, 7. anni: pro ſubdiaconatu, 18. pro Diaconatu. 20, pro presbyteratu. 25. cap. ſi. de tempor. ordina. in Sex. Clem. ſin. de ætate & qualitat. ordin. in Clemen. pro epiſcopatu, 30. ca. cum in cunctis, de elect. quamquam & alicubi minor ætas ſufficiat.* C

h *Dicto c. ſi. de temp. ordinat. in Sext.*

i *Dict. c. ſi. de temp. ordi. in Sex. & c. 1. 2. 3.*

k *cap. 1. 2. 3. de tempor. ordinat. in Sext. & in cap. 2. pœna eorum, qui ſcienter vel affectata ignorantia alienæ Parochiæ clericos ſine ſuperioris licentia ordinant. de hac prohibitione tractatur & in tota 71. diſtinct. 72. diſt. & de forma dimiſſoriarum literarum 73. diſt.* D

l *Ca. Cœnomanenſi, & c. ſeq. 56. d. c. 1. de Filiis presbyter. Deut. 23. Dicunt quidã hoc locum non habere, ſi fuerint ingreſſi religionem ante ordinationem, vel fuerint canonici regulares, tota 56. diſt. ca. 1. de filiis presbytero. cui ſententiæ tamen alii repugnant, aſſerentes nec hos ordinari poſſe ſine diſpenſatione, veruntamen cum illis facilius in natalibus diſpenſari: & hãc ego arbitrarer ſententiam tutiorẽ in Praxi. vide* E



*tamen Gloſſam tractantem hanc quæſtionem. in prin. 56. diſt. ad verbum,* Presbyterorum, *& quæ diximus, lib. 16. Syntag. cap. 10. nu. 17.* A

m *c. niſi cum pridem. §. perſonæ. de renun. ca. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, diximus qui diſpenſent, in dict. c. 10. lib. 16. Syntagm. inuiti. l. regulariter nõ ordinantur. can. geſta, ca. epiſcoporum. §. ſane 74. diſtin. vide ca. quorundam. & ca. honoratus. 79. diſt. vbi & pœna epiſcopi inuitum ordinantis. & in can. 1. 74. diſtin.* B

n *cap. 1. & ca. eo lubentius, de Seruis non ordinat.*

o *cap. 1. 36. diſtinct. cap. ventum, 1. qu. 1. §. clericos, de Sanctiſ. epiſcopis in Authen. ſic nec omnino illiterato prima tonſura eſt cõferenda. can. illiteratos 36. diſtin. quilibet autem ordo ſibi conuenientem ſcientiam in ordinato exigit, alius alio maiorem vel minorem. ca. cum in cunctis, de electione.* C

p *ca. ad aures. 5. de temp. ordin. ca. 1. 58. diſt. quia Monachus ſeu religioſus propriã non cenſetur habere voluntatem, cum ea pendeat ex prælati ſui licentia, ca. nolo. ca. non dicatis. 12. q. 1. fin. de elect.*

q *Occulti rei criminum admoneri quidem poſſunt, ne ad ordines conſcendant, at prohiberi non poſſunt. cap. fin. & cap. ex tenore. 4. de tempor. ordina.*

r *Explicatur in gloſſ. dict. cap. ex tenore, ad verbum,* vtatur, *quæ & quot circa promotos & non promouendos criminoſos conſideranda ſunt.* D

s *cap. ſi. 15. quæſt. 1. Turpius enim reiicitur, quam non admittitur hoſpes: & ſpiritalia difficilius diſſoluuntur & adimuntur, quam concedantur. ca. inter corporalia. de translatio. epiſcop.*

t *Quæ ſint aut non ſint capitalia crimina, docetur. in l. 2 de public. iudic. in P. lib. 48. tit. 1. apud Iulium Clarum. libr. 5. ſententiarum iuris. §. vlt. quæſt. 1.* E

v *cap. ſi quis viduam. 50. diſt. c. 1. de Homicid. ca. clericum qui, & ſeq. 50. diſt.*

x *cap. continebatur. de Homicid.*

y *Dict. ca. continebatur, & c. Presbyterum. cap. Ioannes ſacerdos. de Homicid.*

z *Vide can. ſecundum in 33. diſt.*

aa *ca. ſi quis clericorum. 47. diſtinct.*

bb *Dict. c. 2. 33. diſtinct. & tota 1. q. 1.*

cc *ca. ſeditionarios. 46. diſt.*

dd *Vide copioſe. ca. ex literis, de furtis.*

ee *ca. confirmandi, 50. diſt.*

ff *capit. experientibus. can. ſi quis viduam. 50. diſt. cap. 1. & 3. de Biga. Vide glo. pen. in cap. pen. 26. diſt. vide, & cap. nuper. de Biga. in Sext. lib. 1. tit. 12.*

gg *Tota 15. diſt. ca. 1. & fina. de corpore vitiatis non ordinat. ca. ſi quis Hæretica. 1. quæſtio. 1.*

hh *cap. ſi quis abſciderit. 55. diſt. cum ſimil. ibi nota.*

ii *can. ſecundo & tertio. in 33. diſtin.*

kk *ca. Clerici, 13. diſtinct. A qua re curiales milites, & in foro decertantes, obligati ratiociniis, fuerunt olim prohibiti ordinari, tota 52. & 53. diſtinct. vbi & rationes. vide diſtinctiones in titulo de Obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non, libr. 1. decretal. tit. 9.*

ll *Vide per totam 35. & 44. diſtin.*

mm *A principio 36. diſtinct. vſque ad 40.*

nn *Vide per totas, 40. 41. 42. diſt.*

oo *ca. pudicus, 43. diſt. tota 26. 27. 28. 29. 30. & ſeqq. vſque ad 36. diſt.*

pp *Vide per totam 42. diſtinctio. & 86. diſtinct.*

qq *Vide per totas 46. 86. 88. 90. diſt.*

rr *ca. peruenit. 47. diſt.*

ss *86. diſtinct. 89. diſtin.*

tt *ca. 1. & 2. de Cleric. peregrin libr. 1. tit. 22. vide 98. 71. & 72. diſt. Incognitorum namque prius fides exploranda eſt & innocentia. ca. quieſcamus. 42. diſtin. l. fin. §. ſeruorum, nautæ caupon. ſtabula. P.*

vv *ca. 97. Apoſtolorum. c. 1. de Sacrament. non iteran. cap. vni. de Clerico per ſaltum promot. can. 67. Apoſtolorum adiicit, niſi conſtaret ordinationem factam fuiſſe ab Hæreticis, quæ verba explicantur in primis, quod ordinationes factæ ab Hæreticis qui*

*tunc pro Catholicis habebantur, ſuſtinentur in ordinatis miſericorditer, ſi tamen laudabilis vita commendet. cap. ſi qui a Simoniacis, 1. q. 1. Similiter, & qui ordinati inuiti tracti ad ordinationem Hæreticorum, ſi ſtatim reſilierint, excuſationem habent, ca. conſtat multos, can. 1. quæſt. 1. Ordinatio tamẽ recepta ab Hæretico ſcienter & ſponte, fieri dicitur irrita in dicto. ca. ſi qui a Simoniacis, in fine, ſcilicet quo ad exſecutionem ordinum. Characterem namq; accepiſſe dicuntur ab epiſcopo Hæretico, qui ordinandi habet poteſtatem, qui non pendet ex merito prælati: ideo ita ordinati non ſunt iterum ordinandi. ca. ſecundum Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem, 19. diſtin. Ex Anaſtaſii ſecundi Papæ epiſtola 1. ad Anaſtaſiũ Auguſtum. Quare ordinati ita ab Hæreticis prælatis, non repelluntur ab Eccleſia, & ex neceſſitate tolerantur recantato & abiurato errore, dummodo poſtquam fuiſſent ordinati recte in Eccleſia, dum lapſi fuerunt in hæreſim, iterata vnctione non fuerint maculati, ca. maximum quoque, ca. donatum, ca. ſaluberrimum, 1. q. 7.*

xx *ca. 2. c. cum quidam, 8. c. literas, 13. in fine. c. vel non, 1. c. dilectos, 15. ca. conſultationi, 16. de temp. ord.*

yy *can. ſi qui epiſcopi, ca. hi quoſcumque, 1. quæſt. 1.*

### Capvt. VII.

*Finis ordinationum.*

VNius cuiuſque ordinis proprius eſt finis, miniſterium & officium conceſſum, vt digne in cultu Dei exerceatur, *a* & confuſio in Eccleſia vitetur: quare, qui diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiiciendus eſt ab Eccleſia, & numquam ordinandus. *b* Et vt cum honore diuini cultus quiſque honeſte munus ſuum impleat, ordinari nemo debet, vt dictum eſt, ſine titulo aut beneficio Eccleſiaſtico *c* aut ſufficienti patrimonio. *d*

### Scholia.

a *Vt diximus in Syntagmate iuris. libr. 16. & dicemus in perſonis lib. 3. tit. 9.*

b *ca. 1. de clerico nõ ordina. miniſtra. Apponitur, & in ca. 2. eius tituli, pœna alia & pœnitentia. punitur autem ne ordinetur, quia in ordinibus vſurpandis peccauit, ideo in quo peccauit. Iuxta cap. fi. de Immunita. Eccleſia. cum ſimilib. ibi nota. ex in l. qui vas. §. qui furem, de Furtis P. niſi accedat diſpenſatio, quæ promotionem permittat. vt ait gloſſ. ad dict. capit. 2. ad verbum,* Promoueri, *de cleric. non ordinat. miniſtrant.*

c *ca. fin. Monachus. ca. Apoſtolicis, 16. queſtion. 1. & ca. Sanctorum, 60. diſtinct. cap. 2. cap. 4. capit. relatum, 90. de Monachis, 12. ca. cum ſecundum Apoſtolum, 16. ca. dilectus, 19. & ca. dilectus, 27. de Præben. cap. cum ſuper, de conceſſion. præb. Clem. 1. de iure patronat.*

d *ca. epiſcopus. 4. de præbend. in fine.*

# DE RELIQVIIS SANctorum.

## *a* Titvl. XIIII.

*a* De hoc tractatur in tit. *de Reliquiis & venera. Sancto. lib. 3. tit 45. in* Decretalib. *& lib. 3. Sexti tit. 21. & lib. 3. Clement. tit. 16. ca. ſi quis præpoſtera 50. diſtin. ca. ſi quis dixerit, 11 diſtin. 2. de conſecrat. diſtinct. ca. Crucis, ca. Prælatum, cum duobus ſequentibus in l. nemo deinceps. C. de Epiſcop. aud. & lib. 1. C. titul. 11. nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi vel in ſilice, aut in marmore, aut ſculpere, aut pingere. Eſt, & inter conſtitutiones Imperatorum iuris Orientalis collecti per Bonafidium Conſtantini Caballini vna de reliquiis & veneratione Sanctorum.*

### Cap. I.

*Continuatio, & quid reliquiæ.*

1 DEo non tantum † templa ex mortuis lapidibus conſtructa, vt diximus, conſecrantur, ſed etiam corpora Chriſtianorum, quæ fiunt habitacula Spiritus ſancti. *b*



ex quibus alia aliis acceptiora, & poſt quorum obitum, quę ſuperſunt relicta, anima conuolãte ex corpore, dicuntur reliquię. *c* vocant Græci, τὰ λείψανα ἁγίων, id eſt, reliquias Sanctorum. Quo nomine Sanctorum intelliguntur non cuiuſcunque reliquiæ ſeu exuuiæ, ſed eorum tantum, quorum in vita ſanctitas venerabilis viſa eſt, quare de illis reliquiis ſanctorum prius dicemus, & deinceps ſequenti titulo de ſepulturis, de reliquiis ſeu corporibus aliorum hominum, quæ etiam olim ſeorſum a reliquiis martyrum ſeu Sanctorum, terra condebantur. *e*

### Scholia.

a *De templo viuo egimus, ſupra tit. 4.*

b *Ca. 1 ad Corinth. ca. 3. Tertullian. 1. contra Marcion. c. vni. §. pen. de ſacra vnctio.*

c *Vt apud Modeſtinum. l. quidam. de conditio. inſtitutio. apud Diocletian. & Maximi. in l. mortuorum reliquias, 12. de religioſ. & ſumti. funer. C. lib. 3. tit. 34. l. 42. & 44. eod. tit. in P. l. 30. familiæ herciſc. l. 27. de conditio. inſtit. in P. habent & ſuas reliquias animalia bruta. l. 53. §. 5. de legat. 1.*

d *De quibus* Conſtantinus *Harmenopulus. lib. 3. Encheridii,* περὶ λειψάνων ἁγίων, *& in Ecloga Baſilicorum. lib. 1. titul. 1. 2. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.*

### Capvt II.

1 *Reliquiarum diſtinctio & probatio.*
2 *Quomodo fiat Canonizatio.*
3 *Non ſint veniales.*
4 *Miracula malorum.*

1 QVare reliquiæ ſic prius diſtinguẽtur, vt aliæ ſint profanæ, & ſingulorum, aliæ ſanctæ, ſeu ſanctorum hominum, quæ veneratione dignæ habitæ ſunt. Et iſtæ vel veræ vel falſæ, vel ſuppoſititiæ, vel hominis incerti. Veræ reliquiæ ſunt, quæ per auctoritatem Apoſtolicam adhibitis certis ſolemnitatibus & diligenti probatione in numerum reliquiarum connumeratæ ſunt. *a* Falſæ contra, non veræ nec probatæ.

2 Proinde antequã quis in Canone ſanctorum transferatur (vocant canonizationem hanc tranſlationem) & antequam fiat officium de aliquo, tanquam de ſancto Martyre aut confeſſore, debet certiorari ſummus pontifex, qui delegat perſonas notabiles & probas, quæ inquirant prius de vita & moribus, & geſtis ſeu miraculis eius, qui in numerum ſanctorum eſt inſcribendus; *b* vt poſtea teſtationibus & probationibus plene inſtructus ſummus pontifex, ſtatuat num ſit pro ſancto venerandus. Sicque & prohibitum eſt inuentas de nouo reliquias venerari, niſi a ſummo pontifice fuerint approbatæ, quãuis per eas fieri miracula videantur. *d* Idipſum prælatis, vt caueant iniunctum, & ne permittant eos, qui ad eorum Eccleſias venerationis cauſa accedunt, variis figmentis aut falſis documentis, decipi, ſicut in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. *e* Si quidem ſæpe dæmon ſuis fraudibus decipit ſuperſtitioſorum hominum mentes, quorum adminiſtri ſunt impoſtores, lucri cupidi, qui eos interdum perſuadent honorari, qui etiam in peccato mortali mortui ſunt, & pro quibus Eccleſia non permitit orare. *f*

3 Neque etiam † veræ debent eſſe veniales, vel extra capſam vllatenus oſtendi. *g* de modo venerationis autem & feſtiuis diebus, dicemus poſtea. *h*

### Scholia.

a *ca. 1. & 2. de Reliquiis & veneratio. Sanctorum.*

b *c. venerabili 52. de teſtib. lib. 2. tit. 20. quæ requirantur in canonizatione ſanctorum tradit Chaſſaneus in Catalogo gloriæ mũdi, part. 3. conſideratione 50. 47. 49. Vignerius duodecim exigit res in inſtitutionibus, de vnitate fidei. c. 10. verſ. 14. Primum, vt ſit frequens denuntiatio miraculorum. 2. commiſſio examinationis fa-*

*ciendæ. 3. cõmiſſionis exſecutio, & inqui-* A
*ſitio. 4. inquiſitionis factæ relatio in conſi-
ſiſtorio, vocatis Cardinalibus, & aliis pro-
ximioribus prælatis. 5. relationis & in-
quiſitionis factæ diligens & matura exa-
minatio. 6. examinationis factæ per conſi-
ſtoriũ diſcuſſio. 7. ſecreta definitio & de-
terminatio. 8. manifeſta publicatio. 9. Diei
canonizationis aſſignatio. 10. Papæ & aſ-
ſiſtentiũ genu flexo oratio, ac Spiritus ſan-
cti inuocatio, ne permittat ſuam Eccleſiam* B
*errare aut decipi. 11. ſermocinatio, mira-
culorum ac operum miſericordiæ, recon-
ciliatio, nec non ipſius ſancti in Catalogum
ſanctorum deſcriptio. 12. Miſſæ in hono-
rem illius ſancti celebratio, & Canticorum
ſpiritualium perſonatio, & beneficiorum
Dei, ad ipſius ſancti canonizati inuocatio-
nem poſtulatio. Catharinus Politus, lib. 1.
de certa Sanctorum gloria, probat pluri-
bus Eccleſiam nõ poſſe errare in canoniza-* C
*tione Sanctorum. docent & canonizatos
indubie haberi debere pro ſanctis D. Tho-
mas in quodlibet. 9. artic. 6. Bonauentura
contra quendam Guilielmum. Bernardus
in epiſt. ad Lugdunenſes Canonicos. Innoc.
ad c. cum Marthæ, de celebrat. miſſa. Al-
bertus Pius Carpenſis, Ioannes de Neapo-
li epiſcopus Vſſelenſis, libro contra Apolo-
giam Pici Mirandulani. De Turrecre-
mata. lib. de poteſtat. Papæ, & alii.*

c *Dicto capit. 1. & 2. de reliq. & venerat.
Sancto.*

d *Dicto cap. 1. §. fin. de reliq. & venera. San-
cto. videndus diuus Thomas 2. 2. quæſtio.
178. artic. 2. miracula namque quandoq;
fiunt per malos, c. teneamus, 1. quæſt. 1. ex
Diuo Auguſtino tract. 13. in cap. 3. diui
Ioannis, vbi narrantur plura miracula
magorum. Atque dominus Ieſus teſtatur,
Matth. c. 7. quoſdam dicturos in die iu-* E
*dicii:* Nonne in nomine tuo propheta-
uimus, dæmonia eiecimus, &c. *ipſum
autem reſponſurum,* neſcio vos, *vide 1. ad
Corin. c. 13. Sic legimus paganos ſeu idolo-
latras, qui procul dubio damnationi æter-
næ adiudicati ſunt, miracula, hoc eſt inſo-
lita, & quæ habent inapparentem ſpeciem
aliquam diuinitatis, feciſſe, quemadmo-
dum ſcribit Iulius Capitolinus in Marco
Antonin. Philoſopho. fulmen eum de cœlo
ſuis precibus contra hoſtiũ machinamen-
tum extorſiſſe, & ſuis pluuiam impetraſſe.
Xiphilinus quoque in Veſpaſiano, refert
Veſpaſianum cæcum hominem, itemque
alterum, cui imbecilla manus erat ſanaſſe.
Alia referuntur de Adriano aliiſque, quæ
vt otioſa prætereo.*

e *cap. fin. de reliq. & venerat. Sancto.*

f *c. 1. de reliq. & venera. Sanct. diximus,
nos de impoſturis falſarum reliquiarum.
lib. 2. Syntag. iur. vniuerſ. c. 11.*

g *cap. 2. de reliq. & venerat. Sancto. l. nemo
martyres. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Eclo-
ga Baſilicor. lib. 1. tit. 1. cap. 5.*

h *Infra.*

### Capvt III.

1 *Effectus ſuperiorũ, vbi ponantur reliquiæ.*
2 *Cuius auctoritate transferantur.*
3 *Altaria ſine illis non conſecrentur.*

Sanctæ reliquiæ † poni non debent in 1
ædibus publicis, voluptatibus & iocis
deputatis, ſed in religioſis locis, conſultis
tamen prius epiſcopis. *a*

Placuit & Synodo Moguntinenſi, † ne 2
D corpora ſanctorũ de loco ad locum vllus
transferre præſumat ſine licentia princi-
pis, *c* vel Epiſcoporum, ſanctæque ſynodi.

Prohibet & ius, † ne altaria ſine reli- 3
quiis ſanctorum ædificentur per villas aut
agros, & ſi ædificata fuerint nomine ali-
cuius ſancti, cuius reliquiæ ibi nõ fuerint,
præcipitur dirui, ſi ſine tumultu fieri poſ-
ſit. *d*

### Scholia.

E

a *Leonis Cæſaris fuit conſtitutio. in l. decer-
nimus, 26. de Epiſco. & cleric. C. & in Ec-
loga Baſilicorum. tit. 1. c. 1.*

b *In concil. Moguntinenſi. c. 51. relato. in c.
corpora Sanct. 37. de conſecrat. diſt. 1.*

c *Principem intelligere poſſumus ſummum
Pontificem. ca. diffinimus, 18. quæſt. 3. ta-
men & tutius erit principis ſecularis adhi-
beri auctoritatem, ne tumultus ex tranſ-
latione excitetur.*

d *ca. placuit, vt altaria 26. de conſecrat. di-
ſtinct. 1.*



## DE SEPVLTVRIS ET Cœmeteriis.

### a TITVLVS XV.

a Tractatur de ſepulturis. *lib. 3. Decretalium tit. 28. & lib. 3. Sexti. tit. 12. in Clementinis, lib. 3. tit. 7, de religioſis & ſumtibus funerum. lib. 11. P. tit. 7. lib. 3. C. tit. fin. De mortuo inferendo & ſepulcro ædificando lib. 11. P. tit. 8. De ſepulcro violato titul. 12. libr. 47. P. vt defuncti ſeu funera eorum non iniurientur, a creditoribus, &c.* Nouella *Iuſtinia. 60. De debita impenſa in exſequiis defunctorum,* Nouella *59. & nos tractamus. libr. 33. Syntagma iur. c. 23. In* Nouella *Leonis 53. vt cuique tam intra ciuitates, quam extra mortuos, ſepelire liceat.*

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Religioſus locus ex ſepultura.*

1 Qvemadmodum proxime, † ſancto-
rum hominum reliquias dignas eſſe
veneratione, ſic nunc dicimus aliorum
Chriſtianorum piorum mortuorum, ho- D
nore aliquo dignas: vnde & iure ciuili re-
ligioſa res dicitur cuiuſq; hominis ſepul-
tura, atque ſepulturam religioſum locum
facere. *a*

Quod humandis fidelium maxime re-
liquiis ſeruit. *b* Quamquam non ita iure
pontificio, quod ademit ſingulis ius faciẽ-
di religioſum locum, omnino tradantur,
conceſſa ſolum epiſcopis poteſtate. *c* E

### Scholia.

a *l. in tantum 6. §. religioſum, de rerum di-
uiſ. P. §. religioſum, de rer. diuiſ. apud Iu-
ſtinia. l. 2. §. ſepulcrum, & ſeqq. de relig. &
ſumt. fun. P. lib. 11. tit. 7. l. 2. C. eod. tit.*

A

b *ca. aurum 70. 12. q. 2. ex diuo Ambroſio
lib. 2. Officior. c. 28.*

c *ca. ad hæc, de religioſ. domib. Innoc. ad cap.
Abolendæ. eod. tit.*

### Capvt II.

*Sepulcrum & ſepultura quid.*

Sepulcrum, † eſt locus, vbi corpus oſſa- a
ve defuncti hominis cõdita ſunt, ea in-
tentione, vt ibi quaſi æterna ſede rema-
B neant: nõ vtique, ſi corpus alicubi depoſi-
tũ eſt, vt alio poſtea transferretur. *a* Quan-
doque etiam ſepultura accipitur pro offi-
cio, quod impenditur ſepeliendis corpo-
ribus. *b* Item pro ipſo loco vel terra, vbi
quis ſepelitur, ſeu pro ſepulcro. *c* Dicitur
& locus communis vel deſtinatus ſepultu-
ris, Græcis κοιμητήριον, Cœmeterium, dor-
mitorium, nempe locus quietis ipſius cor-
poris ab actionibus humanis ἀπὸ τοῦ κοιμάω,
C *d* dormire facio, vel ſopio.

### Scholia.

a *L. ſi quis enim 40. de religioſ. & ſumt. fu-
ner. P. l. 3. non perpetuæ. de Sepulcr. viol.
47. Pand. tit. 2.*

b *cap. præcipiendum 13. quæſtio. 2. cap. non
ſatis, de Simonia, vbi & prohibetur ven-
ditio ſepulturæ, quamuis ex laudabili con-
ſuetudine, dari pro ea, poſſit. ca. ad Apoſto-
licam, de Simonia.*

D

c *cap. aurum, 12. quæſtio. 2. cap. ſecundum
canonicam 24. quæſtio. 8. ca. de vxore, 7.
& cap. cum ſuper 8. cap. penult. de Sepult.
l. 3. §. Sepulcri autem appellatione. de Se-
pulc. violato. in Pand.*

d *Hæc latius explicauimus. libr. 2. Syntagm.
iur. ca. 13. Mortui quippe dormire dicun-
tur, donec in reſurrectione generali euigi-
lent ſuſcitati, Diui Matthæi, cap. 9. Iob. ca.* E
*7. 11. 14. 21. & alibi ſæpe in ſacra pagina,
& in c. aurum, 12. q. 7. c. ante fin. 13. q. 2.*

### Cap. III.

1 *Diſtinctio ſepulturæ in prophanam & Ec-
cleſiaſticam.*
2 *In familiarem dictam conceſſam.*

1 SEpultura, † in iure pontificio prophana, & Eccleſiaſtica inuenitur. Prophana eſt in loco non conſecrato ſeu non Eccleſiaſtico: Eccleſiaſtica, quæ eſt in loco conſecrato ſeu in Cœmiterio Eccleſiaſtico. *a* Eccleſiaſtica ergo de qua nunc agimus fit cum lumine, pſalmis & ſacris orationibus. *b* Et cum in oblatione fit defuncti commemoratio, *c* iſque in loco conſecrato, *d* terra operitur, accedente aqua benedicta, & vt plerumque, thurificatione, conuocatione cleri, *e* & populi. Quæ in ſepultura alia non Eccleſiaſtica non interueniunt, in qua ſimplex fit mortui in terra profana obrutio, in triuio vel biuio, vel alibi, quo ſolent cadauera animalium abſcondi ſeu infodi ob fœtorem. Vnde & ſepultura, canina & aſinina *g* dicitur.

2 Sepultura rurſum, † ſeu ſepulcrum Eccleſiaſticum quoque, vel familiare ſeu maiorum, aut electum *h* aut conceſſum. Maiorum, in quo, qui ſunt ex eodem genere, condi poſſunt: vt maiores, patres & alii conditi ſunt. *i* Electum, eſt quod præter maiorem & parochialem Eccleſiam, alibi eligitur. Vt permittitur adultis etiam in loco minus religioſo. *k* Conceſſum, eſt illud quod permittitur aduenis, vel aliis non eligentibus. Qui domicilium habent, in parochiali Eccleſia. *l* Si peregrini ſunt, in Eccleſia loci ſeu parochiæ vbi moriuntur, vel in Eccleſia Cathedrali, *m* conduntur.

### Scholia.

a *De vtraq; in can. ſacris ex canonibus* 12. *de ſepultur. lib.* 3. *decret. tit.* 28.

b *ca. qui diuina* 28. 13. *quæſt.* 2. *Epiphanius lib.* 3. *hæreſi* 71. *auctor eſt, Georgium Alexandriæ epiſcopum, certo numero lecticas & feretra conſtituiſſe, quibus mortuorum corpora efferrentur: inter efferendum lumina & cerei accenſi erant, & pſalmi dandis modulis lugubribus & luctu permixti canebantur, vt Gregorius Nazianzenus refert in oratione Libitina. Sancti Baſilii, & in oratione infamatrice in Julianum, de funere Conſtantii. Euſebius in vita Conſtantini. libr.* 4. *Chryſoſtom. hom.* 4. *in cap.* 2. *ad Hebræos. Et hunc morem etiam fuiſſe ſeruatum in Galliis, liquet ex funere Clotildis reginæ, de quo apud Gregorium Turonenſem, lib.* 4. *Hiſtor. Francicæ, cap.* 1. *& ex funere Clodouei, libr.* 4. *cap.* 10. *apud eundem. Campanas quoque pulſatas fuiſſe, vt populus & clerus conuenirent ad funus, docet Beda. libro quarto. capit.* 23.

c *cap.* 12. *placuit cauſa.* 23. *q.* 5.

d *Origenes, libr.* 5. *contra Celſum, tradit honorabilia debere eſſe ſepulcra Chriſtianorum, quod humana corpora animæ ſint domicilia. & lib.* 8. *contra eundẽ, animas ait honorari, ſepulturæ honorifica earum organa commendando. Conſentit, Diuus Auguſtinus,* 1. *de Ciuitat. Dei, cap.* 13. *vbi alia plura, & apud Prudentium Hymno de exſequiis mortuorum. Quare iuſte prohibitum nunc eſt, in agris terraque profana, Chriſtianos ſepelire, quemadmodum fiebat inter Ethnicos. Idque in Concilio Tiburtino, capit.* 17. *Cæterum non erat permiſſum, Chriſtianos aliquando in Eccleſia ſepelire, propter venerationem martyrum, ibidem exſiſtentium. l. nemo, C. de Sacroſan. Eccleſiis. Quod & confirmatum, ſed cum reſtrictione, in Concilio Moguntinenſi, cap.* 52. *excipitur. namque vt poſſint ibidem ſepeliri epiſcopi, Abbates, aut digni Presbyteri vel fideles laici, facit, ca. nullus mortuus,* 13. *quæſt.* 2. *Scriptum autem, ea de re in Concilio Vaſenſi, in ca. præcipiendum,* 3. *§. prohibendum,* 13. *quæſtio.* 1. *in hunc modum. Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta, vt in Eccleſia nullatenus ſepeliatur, ſed in atrio, aut in portica, aut in exedris Eccleſiæ. Intra Eccleſias vero, aut prope altare vbi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliatur. Quare autẽ mortui iuxta Eccleſiam ſepeliantur dat rationẽ diuus Auguſtin. lib. de cura pro mortuis agẽda. c.* 18. *cuius verba, in cap. non æſtimemus,* 13. *quæſtione* 2. *Prohibitum, erat & iure ciuili aliquando corpora mortuorum intra ciuitatem condi, ne Sanctum municipiorum ius pollueretur, l. mortuorum,* 2. *de Religio. & ſumt. fun. C. Julius Paulus, lib.* 1. *ſententia. titul.* 21. *§.* 2. *Item in l.* 6. *de Sepulcro violat. in Codi. Theodo. vide multa ex antiquis ad illam rem collecta, cum exceptionibus apud Franciſcum Balenium ad leges* 12. *tabularum cap.* 21. *ſed ſublata illa prohibitio poſtea etiam expreſſa conſtitutione Nouella Leonis,* 52.

e *Cap.* 1. *§. cæterum, verſi. porro, de Priuileg. in Extrauagantib. communib.*

f *Gloſſ. ad ca. placuit,* 12. *ad verba,* ad ſepulturam, 23. *quæſt.* 5.

g *Aſini ſepultura dicitur apud Hieremiam, cap.* 22. *verſ.* 19.

h *Cap.* 1. *&* 3. *de Sepult. familiaria Sepulcra dicuntur, quæ quis ſibi familiæque conſtituit, hæreditaria: quæ quis ſibi hæredibuſq; ſuis conſtituit, id eſt, qui ſibi elegerit & tantum, non aliis: vel quod pater iure hæreditario acquiſiuit, l. familiaria,* 5. *& l. vel quod,* 6. *de Religioſ. & ſumt. funer. Pan. l. ſi Sepulcrum,* 4. *l. ius familiarium,* 8. *l. in Sepulcri,* 13. *eod. titul. de Religioſ. & ſumt. funerum. Cod.*

i *Vt in ca. magnæque, §. Ioſeph,* 3. *quæſt.* 2.

k *Idque iure hodierno c.* 3. *de Sepultur. in Sex. cum, olim non liceat, ca.* 3. *eod. tit. apud Gregorium. Poteſt itaque eligere ſepulturam, quilibet fidelis, pubes, licet ſit in poteſtate patris. cap. licet, de Sepultur. in Sexto. Excepto Monacho, qui non eligit, niſi extra monaſterium moriatur. ca. Religioſi, eodem tit. in Sexto.*

l *Quod ſi in duabus Eccleſiis quis habet domicilium, diuidentur inter eas oblationes: corpus autem, occupanti dabitur. ca. duobus, c. cum quis, de Sepult. in Sexto.*

m *Vide Angelum Clauaſium in ſumma: in verbo,* Sepultura, *numero* 9. *Hoſtienſem ad cap.* 1. *de Sepultur.*



## Capvt IIII.

1 *De iure ſepeliendi & funeralium ſeu mortuariorum.*
2 *Portio canonica ſepulturæ debita Eccleſiis.*
3 *De debita Prælatis.*
4 *De ſepeliente mortuum non ſibi debitum.*
5 *De interdicta Eccleſia ſepulturæ.*

SEpeliri itaque debent mortui, in ea Eccleſia, vel eius Eccleſiæ cœmeterio, quæ habet ius ſepulturæ, ratione certarum perſonarum. Tale ius generaliter cõpetit parochialibus Eccleſiis, in ſuos parochianos. *a* Et aliis quibuſdam Eccleſiis, ex iure vel priuilegio, *b* ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. *c* Quare mortuo parochiano, ſine electione ſepulturæ, corpus eius pertinet ad Eccleſiam, & in eius cœmeterio ſepelitur. *d*. 1

Quod ſi moriturus elegerit alibi, in Eccleſia priuilegiata ſepulturam, ibi proculdubio ſepeliendus, dummodo ſoluatur Canonica portio Eccleſiæ parochiali per Eccleſiam electam, de oblationibus lectis, & aliis quæ defunctus conſtitutus in legitima ætate, pro anima ſua in vltima diſpoſitione Eccleſiæ reliquit. *e* Canonica porro pars quæ debetur Eccleſiæ parochiali, interdum dicitur in iure media pars omnium bonorum, quæ pro ſalute animæ ſuæ defunctus reliquerit, *f* aliquando inuenitur quarta, *g* interdum tertia, *h* vel minor; quare in eius definitione & diuiſione, erit ſpectanda & ſequenda locorum conſuetudo. *i* Sub hac tamen canonica portione diuidenda, non veniunt relicta aliis Eccleſiis, ſine fraude parochialiũ Eccleſiarum earum, ex quibus nihil debetur parochialibus. *k* Quemadmodum nec de relictis pauperibus, aut conſanguineis, pro remedio animæ, *l* neq; de armis vel equis relictis militibus ſacris Hieroſolymitanis, in fauorẽ terræ ſanctæ, *m* nec de eo, quod relinquitur ad fabricam Eccleſiæ egentis 2

reparatione,vel pro Eccleſiæ luminari,vel A
pro anniuerſario, ſeptimo, triceſimo, aut
viceſimo die,faciendi,vel perſonis ſpecia-
liter Eccleſiaſticis ſine contemplatione
Eccleſiæ. *n* Arctior tamen definitio in-
ducta monachis ordinis Minorum & Pre-
dicatorum, quibus iubetur, quartam pa-
rochialibus Eccleſiis ſoluere, tam de ob-
uentionibus quam de funeralibus; de his
etiam de quibus Canonica portio ab aliis
Eccleſiis exigi non ſolet,vel non debet de B
iure; nec non de datis vel qualitercumque
donatis in morte ſeu mortis articulo, vel
in donantis vel legantis infirmitate,de qua
deceſſerit. *o* Et ideo debent portionem
curionibus de candelis, etiam quæ ad ma-
nus dantur, & de his quæ legantur, pro
Miſſis dicendis. *p.*

3 Inuenitur etiam alia pars Canonica in
iure,quæ detrahitur ex his,quæ obueniunt
vel legantur Eccleſiis,debita prælatis, quæ C
aliquando media eſt, *q* aliquando tertia,
aliquando quarta fuit. *r* Vel minor, iuxta
conſuetudinem locorum, *s* de quibus ta-
men relictis, non detrahitur portio paro-
chialis Eccleſiæ. *t* Contra autem hoc ius
præſcriptio quadragenaria locum habet. *v*

4 Porro qui recipiunt ad ſepulturam ali-
quem in caſu non conceſſo, tenentur ad
reſtitutionem corporis ſepulti, ſi petatur,
& eorum omnium, quæ occaſione eius ac- D
ceperint. *x.*

5 Quia vero in polluto Cœmeterio, cu-
iuſcumque ſit priuilegii, nemo ſepeliri de-
bet, donec fuerit reconciliatum. *y* Si Ec-
cleſia vel Cœmeterium, in quo quis ſepeli-
ri deberet mortuus, alioquin interdicto
Eccleſiaſtico ſupponatur: tunc, ſi ibi mor-
tuus habeat ſepulcrum maiorum, & ſit Ec-
cleſia non ſuæ Parochiæ, debet ſepeliri in
Parochiali. Quod ſi Eccleſia illa interdicta E
ſit Parochialis, ſepelietur in Cathedrali: &
ſi omnes interdictæ eſſent, in nulla earum
ſepeliri poteſt *z* ſed in monaſterio proxi-
miori. *aa.*

S C H O L I A.

a *Ca. ubicumq. 6. & c. placuit. 7. §. ſed aliud,*
A *13. q. 2. nempe vbi decimæ ſoluuntur, c. 1. & c. ex parte, de Sepulturis.*
b *Quod priuilegium datum monaſteriis cõſeruatur, in ca. nimis iniqua, de Exceptio. prelator. ca. vt priuilegia, de Priuilegiis. Clement. dudum, de Sepulturis.*
c *Ca. certificari, 9. de Sepulturis.*
d *Cap. 1. & ca. ex parte, de Sepulturis.*
e *Cap. 1. 3. & 4. c. in noſtra præſentia, 10. de Sepultur.*
B f *Vide caput ſecundum de Sepultur.*
g *Vt, in ca. cum ſuper quodam, 8. de Sepul.*
h *Vide titulum, de Sepulturis, cap. 1.*
i *Ca. certificari, eodem titulo, de Sepultur.*
k *Vide caput finale, de Teſtamentis.*
l *Ca. ex parte veſtra, 31. de Verbor. ſignifi. Gloſ. ca. ad verbũ, decreuerint, de Sepult.*
m *Ca. in noſtra, 1. de Sepultur.*
n *Quæ omnia probantur, in ca. ex parte veſtra, de Verbor. ſignifi. & per Gloſ. in ca. fin. de Teſtament. de diſtinctione vero an*
C *detrahatur portio ex legato perſonæ Eccleſiaſticæ relicto, ſi non fuit relictum cõtemplatione Eccleſiæ, tractat, c. requiſiſti, 15. de Teſtamentis.*
o *Clementina dudum, de Sepulturis.*
p *Gloſ. ad dict. Clemẽtinam dudum, ad verbum funeralibus, per quam corrigitur, ca. 2. de Priuileg. in Extrauagantib. communib. quod pertinet ad portionem mediam,*
D *quam dabant Eccleſiis Parochialibus, & quod pertinet ad candelas, quas ſibi Monachi ex integro retinebant.*
q *Ca. antiquos, 10. quæſt. 1. ca. 2. de Sepultur. quibus adde diſtinctionem, c. requiſiſti, 15. & ca. officii, de Teſtamen. adde & declarationem, ca. officii, de Sententia excommun. & ca. officii, de Pœniten. & remiſſ.*
r *Dicto ca. requiſiſti, & ca. vobis, ca. conceſ-*
E *ſio. ca. Vulterana. 12. quæſtio. 2. ca. conquerente, de offic. ordinar.*
s *Ca. certificari, dicto titulo de Sepultur.*
t *Iam dicto capite fin. de Teſtamen.*
v *Ca. de quarta, de Præſcriptionibus.*
x *Ca. fraternitatem, ca. ex parte, in 1. ca. cum liberum, de Sepultur.*

*y Cap.*



y *Cap. vnic. de Conſecra. Eccleſ. vel alta. in Sexto.*
z *Ca. vt Priuilegia, de priuileg. apud Gregorium, c. ſi Eccleſia, de Priuilegiis in Sexto.*
aa *Iohannes Andreas, ad cap. 1. de Priuilegiis in Sext.*

## C A P V T V.

1 *Quædam prohibita in ſepulturis, vt quicquam pro iis paciſci.*
2 *Luctus nimius.*
3 *Prandia ſuper ſepulturam, & alia: eo uenere ſepulturam prohibitum.*

1 ANTEQVAM Cœmeterium conſa-
cretur, terra adhuc exſiſtente pura, *a*
ſeu profana, quilibet poteſt ibi ſibi emere
terram, in ſepulturam, *b* poſtquam autem
terra fuerit conſecrata, religioſa & ſacra
facta, non poteſt, licet adhuc nemo ibi ſe-
pultus fuerit; neque etiam pro terra ibi ſe-
pulturæ cauſa fodienda, quippiam exigi
poteſt, citra ſimoniam. Atque improban-
tur, ſi quæ ſint conſuetudines contrariæ. *c*
Quemadmodum nec propter officium
ſepulturæ quippiam, ſine ſimonia peti po-
teſt a clericis, quibus idipſum vetitum eſt.
*d* Non eſt tamen prohibitum, in remu-
nerationem conceſſæ ſepulturæ, aliquid
Eccleſiæ largiri, ſine pactione, vel petitio-
ne tamen. *e* Proinde ſicut prauæ & auaræ D
exactiones, in ſepulturis prohibentur; ſic
etiam præcipitur, pias in his conſuetudi-
nes obſeruare, vt laudabiles. *f.*

2 Prohibentur in mortuorum exſequiis,
luctus immodici & fletus, ne deſperare vi-
deamur de futura Reſurrectione: *g* item
vetitum, ne Miſſæ ſuper monumentis
mortuorum celebrentur: neve prandia ad
ſepulturas deferantur, *h* ne mortuus in
palla altaris ſepeliatur, ne exhumatio mor- E
tuorum ſepultorum paſſim permittatur,
& translatio, niſi cum auctoritate ponti-
ficis, & principis. *i* Nondum tamẽ corpo-
re perpetuæ ſepulturæ tradito, translatio
libera erat, *k* dummodo, ne prætexto im-
piæ pietatis affectu truculenter excutere-
A tur mortuus, quemadmodum aliqui fece-
runt, qui membratim, vel in fruſta corpus
immaniter concidentes, ea immerſa a-
quis, exponebant ignibus concoquenda,
& tandem ab oſſibus tegumento carnis
excuſſo, eadem deferebant, in aliis parti-
bus tumulanda: quod Bonifacius octauus
prohibuit, impoſita pœna excommunica-
tionis ipſo facto id agentibus. *m.*

Prohibitum etiam regularibus, & ſecu- 3
B laribus clericis, ne aliquos ad vouendum,
iurandum, ſeu fide interpoſita, ſeu alias
promittendum inducant, vt ſepulturam
apud eorum Eccleſias eligant: vel iam ele-
ctam vlterius non mutent: idque ſub pœ-
na, vt eligentes, quod pertinet ad ſepultu-
ram, inteſtati decedant: & vt allicientes, ſi
eos ſepelierint, reſtituere teneantur cor-
pora, ſi petantur, & alia, quæ peruenerint
ad eos, ratione ſepulturę intra decem dies,
C alias illorum & Eccleſiæ & cœmeteria ſint
interdicta, & incurrunt in excommunica-
tionem, a qua non poſſint, niſi a ſummo
Pontifice, vel ab alio in mortis tantum ar-
ticulo, abſolui. *q.*

S C H O L I A.

a *Purus locus, qui non eſt ſacer, neque Religioſus, & eſt commercio expoſitus. l. 2. §. purus, de Religioſ. & ſumti. funer. Pand. l. locum, Cod. eodem titul.*
D b *Ca. aurum, 12. cauſa quæſt. 2.*
c *Ca. abolendæ, 13. de Sepult. ca. ſuam nobis, 29. & ca. audiuimus, 41. de Simon. can. quæſta eſt, & ibi rationes. & ca. præcipiendum, 13. quæſt. 2. Locus enim ſacer vel religioſus, vendi non poteſt. c. dictum eſt, 1. quæſt. 1. l. 2. C. de Religioſ. ſumt. funer. l. ſacra loca, de Rerum diuiſio. Quia nullius in bonis ſunt ſacræ res aut Religioſæ, l. 1. & l. in tantum, §. ſacræ res, de Rerum diuiſ. P.*
E *§. vniuerſitatis. verſ. nullius, eod. titu. apud Iuſtinia. neq; in cõmercio hominũ. l. inter, ſtipulantẽ, §. Sacram, de Verbor. obliga. P. Reprehenditur etiam is, qui inuitus pro ſepultura, & terra acceperit, pulcris rationibus, in ca. poſtquam pretio, 13. & ca. in Eccleſiaſtico, 13. quæſt. 2.*

d Ca.non ſatis,8.§.Sepultura,& cap cum in A Eccleſiæ corpore 9. de Simon.lib. 5.tit. 3. ca.in Eccleſiaſtico, & ca, quæſta eſt, 13. quæſt.2.

e Dicto ca.quæſta eſt.& ca.poſtquam pretio victus,& ca.in Eccleſiaſtico, 13.quæſtione 2. Geneſ.ca. 23.

f Cap.ad Apoſtolicam,42.de Simon.& ideo vt ibidem, notat Gloſſ. poſſunt clerici, ea quæ laudabili conſuetudine præſtantur, pro exſequiis mortuorum, pro Sacramentis, B non quidem per viam petitionis, ſed denuntiationis poſtulare, quæ & per officium iudicis concedenda ſunt, cap. nonit, de Iudi. Notat. & Gloſſ. 1. ad cap. ſuam nobis, de Simo. quod Curio ſeu Presbyter Parochianus, tenetur gratis exſequias mortuorum peragere, nihilominus quædam licere pro eiſdem accipere, ſi ſumtus ei deſint, vel munera oblata, vt in cap. iudices, 1. quæſtione 3. Neque ideo minus dici eum gratis C facere; exemplo teſtis, qui recipit ſumtus & viaticum, & nihilominus gratis deponere, vel teſtimonium ferre dicitur. can. ſi teſtes, §. venturis, 4. quæſt. 3. vt & Epiſcopus, qui gratis conſecrare Eccleſiam debet, non prohibetur procurationem pro conſecratione accipere. ca. cum ſit Romana, de Simo. Neque etiam improbatur, clericum locare operas ſuas, ſi non habeat unde viuat, ca. 1. & 3. 91. diſtinct. Et in ſumma: D inſpicienda conſuetudo in recipiendis muneribus circa ſpiritualia, iuxta ca. Agathoſa, 63. diſtinct. ca. cõqueſtus, nona quæſtio. 3. §. conſuetudinibus, de Sanctiſſi. epiſco. in Nouellis Iuſtiniani.

g Apud D. Cyprianũ ſermo. quarto, de mortalita. ca. quam præpoſterum, ca. vbicumque ſepeliantur, ca. habet forſitan, & ca. qui diuinam vocationem, 13. quæſtio. 2. Atque Di. Iohan. Chryſoſtomus in epiſtolam E ad Hebræos. prohibet cũ Diuo Paulo. prima ad Theſſ. capit. 4. Cæterum fletus alia ratione quam deſperationis reſurrectionis, non eſt improbatus, veluti ob receſſum boni viri, vt Actorum, capit. 8. curauerunt viri timorati ſepulturam Diui A Stephani, & fecerunt planctũ magnum ſuper eum. Et Origenes teſtatur ſuper Iob. lib. 3. Conſuetudinem lugendi ſuper mortuos, fuiſſe ſeptem dierum & totidem noctium. Meminit & D. Cyprianus ſermone de Mortalitate, de lugubri amictu & luctu. Sic etiam non prohibetur mortuos lugere abſolute, ſed inordinate & impudenter lugere; vt docet D. Chryſoſt. homilia 61. in 11. caput Iohannis in Exhortatione B mortali, & ſermo. 3. ad Philippenſes. Metaphraſtes etiam funera hominum cum lamentatione facta teſtatur. & Gregorius Turonenſis, lib. 5. hiſtoriæ capi. 34. eadem etiam cum veſtibus lugubribus. Sic apud Græcos ex leg. Solonis, & poſtea apud Romanos ex legib. 12. tabularum lamentationes nimiæ, & potius ſimulatæ quam veræ, ſublatæ ſunt: ex funeribus, & præficæ abolitæ. Sic cautum: Mulieres, genas ne C radunto, neve leſſum, funeris ergo, habento, vt eſt apud Ciceronem ſecundo, de Legib. & ſecundo Tuſcul. Verum autem luctum non ſolum non ſuſtulerunt, ſed etiam quibuſdam perſonis neceſſario imperarunt vt mulieribus virum amittentibus vnius anni. leg. 1. & 2. Cod. de Seruo. corrup. leg. 4. ad Senatuſc. Tertul. Cod. olim decem menſium, quibus annum Romulus concluſit. vt Author. Ouid. primo. D Faſtor. vbi adiicit:

Per totidẽ menſes a funere coniugis vxor,
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Iunge, leg. Decreto. 15. Ex quib. cauſ. infa. irrog. lib. 2. Cod. titu. 12. Imperatur & luctus parentum filiis etiam exhæredatis, & aliis perſonis, vt in leg. fin. leg. genero, octauam, leg. parentes, 23. de his qui notan. infam. lib. tertio, Pandect. titul. 2. Iiſdemque E Romanorum legibus determinatum quos lugeri non tenemur, veluti hoſtes, perduellionis damnatos, ſuſpendioſos, qui manus ſibi intulerunt, non tædio vitæ, ſed mala conſcientia. leg liberorum, 11. §. non ſolent autem, de his qui nolunt infam. P. l. mini-

me,34.



me, 34. de Religioſ. & ſumt. fune. Pand. A libr. 11. titul. 7. Pœnas etiam ſtatuerunt in eos, qui iuſta & exſequias defunctis fieri impedimento fuerint, vt liquet ex conſtitutio. Nouellæ Iuſtiniani, 60. vt defuncti ſeu funera eorum non iniurientur a credentibus, &c.

h Can. non oportet, de Conſecrati. diſtinct. 1.

i Can. nemo, per ignorantiam, 40. de Conſecrat. diſtinct. 2. vbi tamen Gloſſa notat ad verbum, mortuum, illud intelligi de laico. B quia inquit, & clerici mortui, bene induuntur veſtibus ſacris. exſtat can. nullus mortuus, 18. 13. quæſt. 2. qui tamen id non dicit, ſed tantum ait, nullum laicum intra Eccleſiam ſepeliri debere, niſi ſint fideles laici, aut Epiſcopi, aut Presbyteri. Panormit. tamen quæſt. 3. ſequitur numero ſeptimo, dictam Gloſ. & ait, ſepeliendos Clericos, cum veſtibus propriis ordinis, maxime Epiſcopos & Presbyteros, quamquam D. C Clemens in epiſtola ſecunda ad Iacobum fratrem Domini, vnde ſumtus eſt canon, abſolute de omnibus loquatur. Nemo (inquit) per ignorantiam clericus, palla mortuum credat obuoluendum, aut clericus ſcapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data eſt in menſa Domini: vt putarem Clementem loqui de palla tantum, & non prohibere, quin aliis veſtibus ordinis quis ſepeliatur indutus. D Hoc probat etiã, in ſepultura epiſcoporum & presbyterorum, quos negat ſepeliendos ſine veſtibus ordinis. Rebuffus in præfatione tractatus de Senten. prouiſionalibus nu. 43. 49. Quia (inquit) veſtes ſacerdotales ſignificãt eorum virtutes. Mos tamen fuit aliquando gentium ſepeliendi cum veſtibus & aliis rebus pretioſioribus, vnde & prodit actio Sepulcri violat, in eos qui ſpoliaſſent ſepulta cadauera, l. prætor ait, 7. §, E aduerſus eos, de Sepul. viola. lib. 47. P. tit. 2. Morem hunc reprobauit Vlpia. in l. etſi quis impediat, 14. §. non autem oportet, de Religioſ. & ſumti. funer. lib. 11. titu. 7. non oportet inquit ornamenta cum corporibus A condi, nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciat. & Lactant. lib. 2. de Orig. error. c. 4. Vnde recte reſpondiſſe videtur, Rebuf. non reſtitui exſecutori teſtamenti impenſas, quas fecit pro emendis veſtibus, vt in his mortuus ſepeliretur, exceptis Presbyteris & Epiſcopis: quia iſta etiam mandata, vt aliæ inanes voluntates defunctorum contemni ab hæredibus impune poſſunt. vt in l. fin. de Auo B & Arge. lega. lib. 34. ti. 2. Atque ita Marcianus in ſeruo alieno 13. §. fi. ex auctorit. Papiniani, de Lega. 3. ſtatuit ineptas voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti veſtes & ſimilia ſupernacua non valere. Idipſumque ſanxiſſe Lycurgum, refert Alexand. ab Alexan. libr. 3. genia. c. 2. & lib. 6. c. 4. conſentit Sacra ſcriptura ſecundum Baldum. Vide quæ diximus lib. 33. Syntag. ca. 23. num. 29. & 30. Hinc C tamen nemo exiſtimet veſtes lugubres, pauperibus elargitas, in ſepulturis prohiberi, quia iſtæ ad eelemoſynas pauperum pertinent, nec ſepeliuntur cum mortuo: quamquam quidam ad pompam ſolum abutantur, ſed abuſus malorum, bonis inſtitutis non officiunt.

k Gloſſa, 8. de Relig. & ſumt. fun. l. nemo, 14. eod. titu. Cognitio quippe ſepulcrorum, ad Pontifices vel principes iure ciuili pertinebat, D l. hæreditas 50. de Pet. hæredi. P. lib. 5. tit. 3. l. fi. de Mortuo infe. lib. 11. P. ti. 8. Atque ab illis translatio prius poſtulata impetrari debebat, l. cum in diuerſis, 44. §. fin. de Religio. & ſumt. fun. P.

l l. ſi necdum, 10. de religio. & ſumt. funer. C. l. ſi quis eum, 40. eod. P. præſidisque prouinciæ tunc notio eſt, ne prohibeatur trãſlatio l. ne corpora, 31. eod. titul. P.

m c. vnico, de Sepultur. in Extrauagan. E communi.

n c. 1. de ſepultur. in Sex. Clemen. cupientes, 2. §. final. de pœn.

## Caput VI.

*Vbi quiſque ſepeliri debeat.*

O

IAm diximus in ſuperioribus, dum ſe obtulit occaſio, pauca, quo in loco quis ſepeliendus eſſet, verum per anacephaleoſin & ea & alia ſummarie referam eadem de re, vt faciliori methodo percipiantur a iuuenibus & tyronibus iuris pontificii. Sepeliendus ergo Chriſtianus in loco ſacro quem elegerit, ſi pubes ſit & capax electionis: *a* alioquin ſi non elegerit, aut impubes etiam ſit, eliget pater pro eo, ſi patrem habeat: *b* vbi nulla electio, in ſepulcro ſepelietur maiorum. *c* Si non apparet de ſepulcro maiorum, in Eccleſia parochiali. *d* Si in duabus Eccleſiis habuit domicilium, præuentioni locus erit, *e* ſed obuentiones quartæ diuidentur. *f* Si non eſt præuentio, ſed concurſus & contentio, epiſcopi diœceſani erit, litigantes vel contendentes ad pacem & concordiam reducere, qui iuriſdictionem habet. *g* Si agatur de vxore, ſi non elegerit ſepulturam, erit in ſepulcro mariti ſepeliẽda. *h* Fratres porro & ſorores, in eodem ſepulcro ponuntur, *i* parentes item & liberi, ſimul. *k* Debent autem ſepeliri prælati & beneficiarii in Eccleſia beneficii, quod ſi plura beneficia habent, locus erit præuentioni. *l* Monachi & moniales in ſuis monaſteriis, niſi tam longe moriantur extra illa, vt eo deferri commode nequeant, quo caſu tantum poſſunt eligere ſepulturam. *m.*

### Scholia.

a *c.1.§.1.& c.cum liberum, de ſepultur. cap. 3. eo. tit. in Sex. Electio enim libera relinquitur, in qua & variare quis poteſt vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, etiam ſi ante quis promiſerit, ſe inhumandum alibi, vel aliam Eccleſiam non ſe electurum, cap. 1. de Pact. in Sex. c. 1. de ſepult. in Sex. Clem. fin. §. fi. de pœnit. Habet enim hæc electio ſpeciem vltimæ voluntatis, quæ mutabilis eſt, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, non obſtante promiſſione, de non mutando. l. ſi quis in principio. de lega. 3. l. 4. de adimen. lega. P. Cauendum tamen voluit lex ciuilis, ne in monaſteriis mulierum intra clauſtra ſepeliatur vir, vel intra clauſtra monaſterii virorum, ſeu monachorum, ad quod mulieribus denegatur aditus, ſepeliatur mulier, iuxta c. 3. §. non ingredientur, Nouellæ 133. quomodo oporteat monachos viuere. vbi ratio.*

b *c. in noſtra, §. fin. de Sepultur. niſi ſit religioſus, cap. religioſi §. 1. de Sepult. in Sex.*

c *c. licet pater 4. de Sepult. in Sex. niſi repugnet conſuetudo capit. de vxore 7. §. primo eodem titul. apud Gregor.*

d *c. is qui, de Sepultur. in Sext. & ibi Archidiaco. & Iohannes Andreas. Maiores dicuntur, pater, auus, ca. Ebron. 13. q. 2. Sed ſi pater eſſet ſepultus in vno loco, & alii maiores, vt auus & alii ſuperiores in alio, ſepelietur cum maioribus, non cum patre, Ioannes Andreas per c. 2. & c. fraternitatem, de Sepultur. & cap. cum quis, eo. titul. in Sex.*

e *cap. 1. de Sepultur. dicto. cap. 15. qui, cum ſimilib.*

f *cap. duobus eod. tit. de Sepultur. in Sex.*

g *c. cum quis, de Sepultur. in Sex.*

h *ca. conquerente, de offic. ordina. cum ſimul. argu. l. æquiſſimum, de vſufruct. P.*

i *ca. 1. & 2. & ca. vnaquaq; 13. q. 2. c. de vxore, 7. de Sepult. Si tamen vxor habuerit alios maritos, ſi non elegerit, eſt cum poſtremo ſepelienda, c. 3. §. fin. de Sepult. in Sex. gloſſa ad can. vnaquæq; ad verba,* in morte. *13. q. 2. Alexan. ab Imola. ad l. cũ quidam col. 3. de Iuriſdictio. omn. iudi. P. quemadmodum mulier ſequitur virum vltimum in honore & domicilio l. filii, §. 1. ad municipal. in P.*

k *can. vnaquæq; §. 13. quæſt. 2.*

l *dicto canon. vnaquæq; §. Ioſeph, §. de nonnullis, 13. quæſt. 2.*

m *quia beneficiarii cenſentur habere domicilium in loco beneficii, cap. 3. de Temporib. ordinatio. in Sex. & id maxime verum in prælatis, qui habentur pro viris & coniugibus Eccleſiarum. In can. ſicut vir. 7. q. 1. cap. 2. & 3. de Translatio. epiſco.*

n *c. ſi religioſi, de Sepultur. in Sex.*

Cap.



## Caput VII.

1 *Quibus denegetur Sepultura Eccleſiaſtica.*
2 *Tẽpore interdicti in loco qui ſepeliri poſſint.*
3 *Num ſupplicio affecti ſepeliendi.*
4 *Sepelientes prohibitos ſepeliri, puniuntur, reconciliatur cœmeterium.*

1 NVlli Chriſtiano generaliter ſepultura deneganda eſt, niſi ſpeciali iuris conſtitutione ab ea ſubmoueatur: *a* vel quia iam ſepulcrum alterius ſepulturæ conceſſum eſt. *b* Prohibẽtur, ne ſepeliantur, qui ſibi mortem ex propoſito & ſponte inferunt, *c* non ſi caſu: *d* excommunicati, *e* niſi abſoluti fuerint: *f* ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ: *g* manifeſti vſurarii: *h* Monachi, inuenti in morte proprietarii: *i* exenterati, ſeu quorum oſſa ſeparata ſunt a carne elixatione alio transferenda: *k* interdicti, *l* pagani: *m* qui reliquerunt contra prohibitionem Eccleſiæ tutorem preſbyterum. *n* raptores, nolentes ſatisfacere: *o* in ſceleribus ſuis mortui. *p* Non communicantes, ſalte n ſemel in anno, nec confitentes, ſi nõ oſtenderint ſub mortem ſigna contritionis: *q* Blaſphemi in Deum & ſanctos, qui pœnitentiam ſibi impoſitam noluerint implere: *r* Hæretici. *s.*

2 Si etiam in aliquo loco generale ſit interdictum, in eodem omnibus denegatur ſepultura, exceptis clericis, qui ſeruauerint interdictum: qui poſſunt in cœmeterio Eccleſiæ ſine campanarum tamen pulſatione, & ſine ſolemnitatibus cum ſilentio tumulari. *t.*

3 Vltimo etiam ſupplicio affectus, pro ſuis ſceleribus. Si vero de peccatis confeſſi & contriti fuerint, non denegatur ſepultura ſacra, & communio ſecundum canones, *v* quamquam iure in grauioribus criminibus in exemplari pœna, inhibeatur. *x*

4 Quod ſi accidat aliquando, de facto ſepeliri, qui prohibentur, exhumanda & effodienda ſunt eorum corpora, ſi diſcerni poſſunt, *y* & cœmeterium ita pollutum, priuſquam alii Chriſtiani ibi condantur, reconciliandum eſt. *z* Atque qui contemtis Eccleſiæ clauibus, aut interdicti tempore, in Eccleſiis aut cœmeterio auſus fuerit ſepelire, ipſo facto, in excommunicationis ſententiam incurrit: a quo non poteſt abſolui, niſi prius ad arbitrium epiſcopi Diœceſani, his, qui inde læſi ſint, ſatisfecerit: *aa* verumtamen ſi excommunicatus pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum violatione vel inceſtu, fuit, dum ageret in extremis, per preſbyterum ſuum iuxta formam Eccleſiæ abſolutus, non debet cœmeterium & alia Eccleſiæ ſuffragia denegari. Sed eius hæredes, & propinqui ad quos bona peruenerunt ipſius, vt pro eodem ſatisfaciant, cenſura Eccleſiaſtica ſunt compellendi. *bb.*

### Scholia.

a *Pœnæ ſpecies eſt, ſepultura priuari, vt addidit Veſpaſianus Imperator, pœnæ quondam coniuratorum vt inſepulti proiicerentur, teſte Suetonio in Veſpaſia. c. 2. ita & corpora eorum etiam qui capite damnantur, proximis neganda non ſunt, l. 1. & final. de cadauer. punitor lib. 48. P. titul. 24. Et exemplum apud D. Ioannem, capit. 19. Verſ. 30. l. obnoxios 11. de Religio. & ſumti. funer. libro tertio, C. titul. 34. Imo neque voluntas implenda eius, qui mandaret reliquias ſuas poſt mortem in mare abiici, & noluit ſepeliri, laudandusque hæres, qui humanæ conditionis memor, etiam contra voluntatem teſtatoris poſt mortem curauit ſepeliri. l. quidam in ſuo, 17. de Conditio. inſtitutio. P. neq; auditur interceſſio ſeu appellatio prohibentis prætextu debiti, debitoris corpus condi ſepultura, l. fin. & authen. ita demum, de ſepulc. violato, lib. 9. C. tit. 19. videnda Nouella 60. & 115. cap. 2. l. 2. de in ius voca. in P. l. 38. de Relig. & ſumt. fun. P. quãuis appellatio pro iure ſepeliendi conſeruando,*

recipiatur, c. ex parte. ſi de ſepult. Fuerunt aliquando Chriſtianis ademta cœmeteria, ſub imperatoribus primis, quæ illis Galienus pacem concedens permiſit recipere, vt ſcribit Euſebius libro ſeptimo capit. 13.

b vide Angelum Clauaſium, in Summa, in verbo ſepulturam, numero 41.

c can. placuit, 33. quæſt. 5. hinc fit, quod in torneamẽtis, vel duello decedentes, aliquãdo prohibiti fuerint a ſepultura. capit. 1. & 2. de Tornea. lib. 5. tit. 13. quamuis ruſum fuerint torneamenta reſtituta per c. vnic. de torneamentis in Extrauaganti. Ioan. 22. vide ca. quicumque 23. quæſt. 8. de mortuis in bello, in ludo, in rixa.

d cap. experte, 11. de Sepultur.

e c. ſacris, 12. de ſepul. c. ad hæc 5. de priuileg. Clem. 1. de Sepultur.

f c. fin. de ſepultur. cap. in literis, de Raptor.

g c. is cui, 20. §. talis quoque, de ſentent. excommun. in Sex.

h c. quia in omnibus, de vſur. in Sex. cap. 2. eod. tit. in Sex. Clem. vni. de Sepultur.

i c. monachi, 2. §. qui vero. cap. ſuper quodam. 4. cap. cum ad monaſteriũ, 6. §. quod ſi proprietas, de Statu monachor.

k c. 1. de ſepultur. in Extrauag. communib.

l c. in noſtra præſentia, de Sepultur. Clem. 1. eo. tit. cap. cum & plantare 3. §. quod ſi tẽplarii, de priuileg. niſi clerici ſint qui mortui fuerint. In quibus adhuc eſt diſtinctio ſeruanda & modus cap. quod in te, 11. §. 1. de pœnitent.

m ca. Eccleſiam de conſecratio. diſt. 1. Proinde partus mortui ſeu abortus non ſunt ſepeliẽdi in cœmeterio. quia pro paganis habẽtur, nondum baptizati, vide Angelum Clauaſium, in Summa in verbo ſepultura, num. 31.

n can. neq; apud, 88. diſt. ex Diuo Cypriano.

o Vide caput 2. de raptorib.

p ca. placuit. 33. quæſt. 5. cap. 2. de Furtis.

q c. omnis vtriuſq; ſexus, de Pœnit. & remiſſ.

r cap. 2. de maledic. lib. 5. tit. 26.

s c. excommunicamus, 13. §. credentes, de hæretic. cap. quicumque. eo. tit. in Sex.

t cap. quod in te, de pœniten. & remiſſio. libro quinto, titul. 38.

v ca. quæſitum, 13. quæſt. 2. l. 1. & fin. de cadauer. punit. P. Accedere debet tamẽ principis vel iudicis auctoritas, qui interdum iubent ad diuturnum exemplum, cadauera punitorum in loco ſupplicii remanere l. 2. de cadauerib. punitor. P.

x vt proxime dixi.

y capite laicus dicto titulo, de ſepultur.

z c. conſuluiſti, de conſecrat. Eccleſ. vel altar.

aa Clem. 1. de ſepultur.

bb hæc verba ſunt cap. fi. de ſepultur. Forma abſolutionis, cuius meminit, exſtat in c. ex tenore. c. cum deſideres, de Senten. excom. Ratio deciſionis, quia ante mortem per abſolutionem, reſtitutus eſt abſolutus communioni, ideo communicari poterat viuo, & proinde non eſt neganda communio ſepulturæ mortuo c. ex parte, de ſepultur. ca. ſane. 24. quæſt. 2. Aliquando tamen & reconciliato viuenti ad terrorem aliorum denegatur ſepultura. vt in c. 1. de Torneamẽt. c. ſuper eo de raptorib. Quomodo etiã cõpellantur hæredes ſatisfacere pro damno delinquentis abſoluti, vide caſus ſimiles, in c. tua nos, de Vſur. c. in literis de Raptorib.

## Capvt VIII.

*Cauſæ aliquæ ſepulturæ Eccleſiaſticæ.*

Loca ſacra & religioſa, plures ob cauſas deputata ſunt ſepulturæ. Primum ne corpora mortuorũ a ſpiritibus malignis ſeu a dæmonibus vexentur, qui ſacris thurificationibus & orationibus repellũtur. *a* Deinde, quod ibi ſepulti, ſanctorum commendantur ſuffragiis, quorum nomine Eccleſiæ, & cœmetria, Deo conſecrantur. *b* Et poſtremo, vt proximi defunctorum, eorum memoriam certam habeant, dum ad tumulos & Eccleſiam veniunt, *c* frequentiuſque preces apud Deum pro illis effundant, vel ab aliis fieri curent, quibus maxime iuuantur, vt ſoluantur per Deum a peccatorum nexibus, *d* ſi modo mortui non fuerint in peccato mortali. *e* 1

Scho-



### Scholia.

a vide quare dæmones cadauera frequentent apud D. Chryſoſtomum, homilia in Matthæum, Tomo 2. & Franciſcum Venetum. Tomo 2. problematum ſacræ ſcripturæ. ſect. 2. problem. 79. & 80. D. Matthæi. c. 8.

b ca. non æſtimemus. cauſ. 13. q. 2.

c ca. cum grauia peccata. 13. q. 2.

d Sic quatuor modis animæ defunctorum iuuantur, ante diem Iudicii: oblationibus ſacerdotum, precibus ſanctorũ, charorum eleemoſynis, ieiunio cognatorum. Auguſt. lib. de cura pro mortuis habenda. capit. 2. can. animæ defunctorum, can. pro obeuntibus. can. tempus. 13. q. 2. Ponitur autem ratio commemorationis mortuorum, tertii, quadrageſimi, trigeſimi & aliorum in canon. quia alii tertium 13. q. 2.

e quia mortuis in peccatis mortalibus, non proſunt orationes, in ea, in præſenti ſeculo, 13. quæſt. 2.

# DE HOSPITALIBVS & Eleemoſynis.

## *a* Titvl. XVI.

a Nos tractamus de his. *lib. 15. Syntagma. capit. 28.*

## Cap. I.

1 *Continuatio, & quid hoſpitale, & eius ſpecies*

Inter res, quæ ad cauſam religionis pertinent, & ad pietatem, ſunt hoſpitalia, in quibus opera miſericordiæ exercẽtur. *a* Hoſpitalis nomen generale eſt, pertinens ad omnem, cuiſcunque generis ſit, hoſpitis receptionem. *b* Continentur itaque eo Xenodochia, in quibus pauperes peregrini recipiuntur: Orphanotrophia, vbi pauperes orphani aluntur: Gerontocomia, in quibus ſenes pauperes nutriuntur: Noſocomia, vbi pauperes morboſi ſunt: Brephotrophia, vbi expoſiti infantes inuenti curantur: aliaque pia loca eiuſmodi, quæ a fidelibus Chriſtianis caritatis gratia & pietatis, ædificata & dotata fuerunt. *c*

### Scholia.

a Multis modis commendatur hoſpitalitas, vt Deo grata, & ab eodẽ etiam commendata: Et probatur in principio 42. diſtin. vbi clericum ordinandum ex ſacra pagina, hoſpitalem eſſe debere probatur. Iuſtin. in l. ſancimus res ad venerabiles Eccleſias 22. & l. vt inter 23. de ſacroſanct. Eccleſ. hoſpitalia inter res diuinas connumerat.

b nulla inquiſitione facta perſonarum, vt meritum habeamus in recipiendis peregrinis, ob Deum, cano. quieſcamus, 42. diſtinctione.

c de omnibus his generibus hoſpitalium, fit mentio in dictis ll. ſancimus res 22. & ſeq. 23. de ſacroſanct. Eccleſ. ca. in qualibet, & ſeq. ſancimus 23. quæſt. 8. vide quæ diximus de hoſpitalibus. libr. 15. Syntagm. cap. 28. & multa quæ tractat Lapus de Caſtellione. lib. de hoſpitalitate & hoſpitalibus.

## Capvt II.

1 *Diſtinctio in religioſa & non.*

2 *Cura eorum cuius.*

Horum hoſpitalium, † quædam religioſa dicuntur, quædam non religioſa. Religioſa ſunt, quæ Epiſcopi auctoritate, ad vſum hoſpitalitatis, & pauperũ prouiſionem, deputata ſunt. *a* Non religioſa, quæ ſine epiſcopi auctoritate conſtructa, & pauperibus deſtinata fuerunt. 1

Religioſa ad ſolicitudinem † pertinent epiſcopi, vt relicta, ſecũdum præſcriptum vſum, expendantur: *b* Alia ad patronorum curam pertinent, *c* non ad epiſcopum: quemadmodum neque exemta, præterquam in negligentiam rectorum ſeu præpoſitorum. Quo caſu iura & bona ipſorum, epiſcopus poteſt reuocare ab illicitis detentionibus, & iubere collabentia reparari, auctoritate apoſtolica, iure ſibi conceſſa, *d* & eadem poteſt reformare, & 2

in priſtinum ſtatum fundationis reſtituere, cum cenſuris Eccleſiaſticis, & inuocato brachio ſeculari, ſi opus ſit, *e* ſine præiudicio exemtionis in aliis, *f*

### Scholia.

a *cap. ad hæc, de religioſ. domi.*

b *ca. de Xenodochiis 3. de religioſ. domi. Clemen. 1. quia contingit eo. tit. fin. cap. inter dilectos, de donatio. Sequenda tamen hodie Concilii Tridentini Deciſio, Seſſio. vigeſima ſecunda, cap. octauo, atque mortuis etiam Patronis, recte epiſcopus curam habebit horum hoſpitaliũ, & vt pia morientium mandetur exſecutioni voluntas, & cœpta ædificari, perficiantur eius ope, imo & iuſſu laici iudicis cogi poſſunt. §. ſi quis autem voluerit, de Eccleſiaſtic. tit. Nouell. 131. & in Græca conſtitutione Iuſtiniani nuperrime conuerſa in Latinum. in l. ſancimus, ſi quis moriens, 46. de Epiſcop. & cleric. quæ ſumta videtur ex §. ſiquis ædificationem. c. 10. Nouellæ 131. quemadmodum & generaliter ad curam epiſcopi pertinet, vt piæ teſtatorum, vel ab inteſtato decedentium, voluntates impleantur, & cogãtur hæredes eis ſatisfacere, quanquam teſtator prohibuerit, ne epiſcopus huic rei ſe immiſceret. l. nulli licere decernimus, 28. iuncta authen. licet teſtator. C. de epiſcop. & cler. §. ſi quis autem pro redemtione. ca. 11. Nouellæ 131. quod de iure Pontificio ſtatutum. c. tua nobis 17. de teſtam.*

c *Clem. 2. de religioſ. domi. ca. irrefragabili. de offic. ordin. c. ad abolendam. vide allegata in Clem. 1. de ſupplen. neglig. præla. & concilium Tridentinum ſeſſio. 7. ca. 15. de reformatio. & ſeſſio. 22. c. 6. & 8. & ſeſſio. 25. cap. 4. & 8.*

d *c. 2. & c. quoniam. de offic. ordin.*

e *Clem. 2. de ſtatu monachorum.*

### Capvt. III.

1 *Ex quibus conſtent hoſpitalia.*
2 *Eleemoſyna quid.*
3 *Duæ ſpecies.*

A Fvndationes horum locorũ, ſunt eleemoſynæ piorum virorum. *a* Et ideo alicubi vocantur eleemoſynariæ, *b* & quod etiam in eleemoſynas diſtribuãtur eorum bona: alibi & hoſpitale, domus Dei dicitur. *c*

Eleemoſyna, eſt omne pietatis opus, impenſum proximo, ſiue corporale, ſiue ſpirituale, *d* opus miſericordiæ veriſſimæ. *e* Largitio tamen nõ eſt putanda nec eleemoſyna, B ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione mala accipit, vt bene diſpenſet, grauatur potius quam iuuetur. *f* Neque eſt faciẽda eleemoſyna ex fœnore ſeu vſuris, *g* ex rapina: *h* hæc enim Dominis reſtituenda ſunt, vt hæredibus eorum. Si tamẽ hi quibus reſtitutio facienda eſt, non ſuperſint, vel hæredes, non improbatur, ſi fiat conceſſio eorum pauperibus, vel Ec- C cleſiæ. *i*

### Scholia.

a *vt conſtat ex ſupra citatis iuribus, ex Clemen. 2. de religioſ. domi.*

b *Clementina 2. de præbendis.*

c *can. dilecti, de appellatio. dixit enim Deus,* hoſpes eram, & recepiſtis me. *Matth. 25. verſ. 35.*

d *duæ eleemoſynæ ſunt ſpecies, vna cordis, altera pecuniæ, ex diuo Auguſtino, ex can. duæ ſunt eleemoſynæ, 45. diſtinct. Rurſum & in ca. Tria ſunt genera 45. diſtinct. can. de quotidianis, de pœniten. diſtin. 3. Tria conſtituuntur genera eleemoſynarum. Vna corporalis, dare egẽti quicquid poteris: Altera ſpiritalis, dimittere a quo læſus fueris. Tertia delinquẽtes corrigere, & errantes in viam deducere veritatis.* D

e *can. qui vult. de pœnit. diſtin. 3.*

E f *Sic ait Diuus Auguſtinus lib. 7. epiſtolarum, epiſt. 110. Siagrio epiſcopo ſcribens, refertur in can. non eſt putanda, 1. quæſtio. 1. vbi gloſſa id explicat, & verum dicit, cum dominium non eſt translatum ex illicitis rebus, vel ſi repetitio competat, contra*



*ſi non competat. Nam ex hoc malo bonum fieri poteſt, ca. qui habetis, 14. q. 5. quare meretrix, facere poteſt eleemoſynam, ſed non latro, quia illa non tenetur ad reſtitutionem dati, vt hic. Turpiter namque facit, quod ſit meretrix: ſed non turpiter accipit, quia meretrix. l. idem. §. quoties, de condictio. ob turpem cauſam. P. Tamen ſi pecunia Simoniaca fuerit fundata Eccleſia, nõ erit demolienda: etſi de alienis facta fuerit & cõſecrata, ſed eius æſtimatio danda, can. comperimus, 14. quæſt. 6. can. aurum, 2. q. 2.*

g *can. nolite, 14. quæſt. 5. ca. qui in omnibus, 3. de vſur.*

h *ca. imolans, ca. ſcriptum eſt, 14. q. 5. cap. ſuper eo, 2. §. qui autem, de raptor.*

i *ca. nemo qui rapuit, 14. quæſt. 5. cap. cum tu manifeſtos vſurarios, 5. de vſur. cap. ſicut dignum. §. eos inſuper, de Homicid. ca. ea te de iureiuran.*

### Cap. IIII.

1 *Cura & diſpoſitio hoſpitalitatis.*
2 *Quæſtores.*

EXemplum hoſpitalitatis, & eleemoſynarum faciendarum, dedit ipſe dominus Ieſus, qui loculis, quos habebat neceſſitates pauperum ſubleuabat. *a* Deuſque paupertatem eſſe voluit, vt ſuſtinentes, per patientiã, coronarẽtur, & diuites in ipſis, *b* D mererentur. *c* Sic Deus omnib. hoſpitalitatem commendauit, ſed maxime clericis, quorum res debent eſſe cõmunes, ad ſuſceptionem pauperum & peregrinorum, *d* & multo magis res religioſorũ & epiſcoporum. *e* Fouere itaque epiſcopus debet, & conſeruare fundationes in hoc opus, in ea bona conditione, qua decretæ ſunt. *f* Gloria quoque epiſcopi, pauperum opi- E bus prouidere, *g* atque, bonis viris adminiſtrationẽ bonorum hoſpitalium committere, qui ſciant, velint & poſſint, loca ipſa, bona eorum, & iura vtiliter gerere: adminiſtrationis rationibus ſingulis annis auditis. *h* Commiſſis tamen patronis iuri- A bus propriis, & militibus ſacris, qui libere ſua hoſpitalia vel commendas regunt. *i*

Proſpiciet autem epiſcopus, ne bona ad vſum pauperum deputata hoſpitalium, ad alios vſus, quantumuis pios, transferãtur. *k* Niſi ſedes Apoſtolica id ex cauſa ſtatuerit, *l* vtq; antiqua conſetudo hoſpitalium piorum locorum ſeruetur, circa adminiſtrationem bonorum, circa altaria, præsbyteros, ſacramenta Eccleſiaſtica, pauperibus B diſtribuenda, & ſimilia. *m*

Circa quæſtores etiã eleemoſynarum, ne prætextu religionis vel indulgẽtiarum, populum circumueniant, niſique probatis & viſis facultatibus conceſſis, admittant, prouide inuigilabunt. *n*

### Scholia.

a *ca. duo, cauſa 23. q. 4.*

b *ca. ſicut in 2. 47. diſt. quemadmodũ enim ſunt quædam exercitia corporalia ad vires corporis & ſanitatem conſeruandam,* C *vt ludus pilæ, & alia de quib. tractat Hieronymus Mercurialis de arte gymnaſtica, Galenus & alii: ſic in ſpiritualibus quædam ſunt exercita, quæ ſopita excitant animã, ad diuina, & excitatã adſeruant in bona voluntate, & Dei cultu, vt ceremoniæ, mediationes, paupertas, & alia id genus plura, inter Chriſtianos receptiſſima.*

c *in prin. 42. diſt. D. Lucæ 11.*

D d *ca. quoniam quicquid, 16. quæſtio. 1. can. quia tua fraternitas, 12. qu. 3. ſic enim & recte aduenit dictum in Chriſto:* vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me: *dare inquam ante quam ſequi incipiunt, & dum ſequuntur.*

e *ca. volumus, 89. diſt. ca. mos eſt, 12. q. 2. Sic electus epiſcopus, propter inhoſpitalitatem reiicitur, in can. archidiaconum Florentinum, 45. diſt.* E

f *Clementina, 2. de relig. domi.*

g *ca. gloria epiſcopi, 12. q. 2.*

h *c. cler. 2. §. vt autem, de relig. domi. §. œconomos, de ſanctiſſimis Epiſcopi. in authen. quo corrigitur. l. orphanotrophos. de epiſc. & cler. & §. pen. de eccleſiaſt. tit.*

i *Clem. 2. §. præmiſſa, de religioſ. domi.*

k *dicta Clem. 2. de religioſ. domi. c. 3. de appellatio. ca. inter corporalia, de translatio. epiſcopi. ca. 15. §. autẽ, 22. q. 2. ca. licet, 45. diſtinct.*

l *dict. Clem. 2. de religioſ. domi. Poſſunt hodie idipſum facere epiſcopi, ex cõcilio Tridentino, non tanquam ex propria auctoritate, ſed veluti a ſede Apoſtolica in hoc delegati, ſeſſione 22. in decretis reformationis. cap. 6.*

m *d. Clem. 2. §. fin. de religioſ. domib. Clem. 1. §. fin. de priuileg. Interdum enim diſpenſatiue permittitur ſacramentorum administratio aliis quam propriis curionibus, propter neceſſitatem & vtilitates Eccleſiarum. c. nihil eſt. 24. in fin. de elect.*

n *quomodo eleemoſynarii hi fidẽ facere debent de literis ſummi pontificis & de earum forma. in ca. cum ex eo, de Pœnit. & remiſſ. de examinatione eorum ante admiſſionem in Clem. abuſionibus. eod. titul. quod prædicare non debeant, niſi aliunde concedatur eis, baiuli harum literarum. c. vt officiũ, §. compeſcendi. de hæret. in Sex. quod non in tabernis debeant hoſpitari quæſtores iſti, vel ſuperfluas expenſas facere, dict. Clem. abuſionibus.*

## Capvt V.

*Qui admittendi in hoſpitalibus.*

1 ADmittendæ autem † intra hoſpitalia illæ perſonæ ſunt, quæ eius qualitatis ſeu cõditionis ſint, quorum gratia fuerint pia & religioſa loca ſtatuta. Veluti in hoſpitali puerorum, pueri tantum: Senum, ſenes, Ægrotorum, ægroti: Leproſorum, leproſi: & ſic de ſimilibus. Aliter autem curioſa inquiſitio, in largiendis eleemoſynis, in pauperibus eſt euitanda. *a* Omnibus quippe indiſtincte eſt danda eleemoſyna, qui pro nutrimento poſtulant, quandiu incertum eſt num indigeant, *b* quia magis religio, quam paupertas inſpicitur. *c* Niſi qui petit, per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam, quia tunc eleemoſyna eſſet

A illi ſubtrahenda, *d* caſu excepto, quo etiam & ille fame periret, niſi acciperet: quia tũc danda, ne quis homicidii reus ſit. *e* Si etiam omnibus egenis quis non poſſet ſatiſfacere, erit danti licita electio, quibus potius largiatur, bono potius quam malo, proximo quam extraneo, *f* potius pauperibus infirmis, qui laborare nequeant, quam mendicantibus validis. *g* Conſiderare quoque poterit in largiendo peten-
B tis ætatem, infirmitatem, verecundiam, caſus quibus quis de diuitiis in egeſtatem coniectus eſt, ſi ſine ſuo vitio. *h* In ſumma autem pauperibus non habentibus, eſt elargienda eleemoſyna, *i* veruntamen rectores vel præpoſiti hoſpitalium, plures non tenentur recipere, quam facultates ſufficere poſſint, *k* neque debent quos recipiunt laute excipere: nam dare peregrinis aut pauperibus delicatam eleemoſy-
C nam, aut ſuperfluam, peccatum eſt. *l* Neq; omnia vni, ſed diuerſis ſecundum exigentiam perſonarum, diſtribuenda ſunt. *m*

### Scholia.

a *ca. ſi quis deſpicit. § final. & can. quieſcamus 42. diſt.*

b *ca. quam pio. 1. quæſt. 2. ca. quoniam. 11. quæſt. 3.*

c *can. final. 16. quæſtio. 1. conſideramus etiam, quod homines ſunt, ca. fratrem. §. in ipſa 86. diſt.*

D

d *can. non omnis 5. q. 1. ca. nimium 23. q. 4.*

e *ca. paſce, 86. diſtinct. l. necare. de liber. exhibe. P.*

f *ca. non ſatis, & ca. ſequen. 86. diſt. ca. quoniam quicquid, 6. q. 1.*

g *can. epiſcopus pauperibus, 82. diſt. l. vnic. de mendicant. valid. lib. 11. C. tit. 25.*

h *cap. conſideranda, 82. diſtinct. vnde hæc ſumta ſunt, & ex libr. 1. officiorum Diui* E *Ambroſ. cap. 30.*

i *ca. viduas. ca. clericos autem, ca. paſtor Eccleſiæ, 1. quæ. 2. nam vt ibidem dicitur, qui habent ipſi, cum grandi peccato accipiunt, vnde pauperes victuri erant.*

k *dicto*



k *dicto ca. viduas honora, & ibi glo. 1. q. 2. vt nec Eccleſia, canonicos plures, quam ſuppetant facultates, recipere tenentur. ca. omnes. de conſecrat. diſt. 1. c. 1. de inſtitutio. Nouella 3. Iuſtinia. vt determina. ſit numerus clericor. §. 1. & fin.* A

l *ca vnum. §. alias, 25. diſt. ca. pulcra, circa medium. 86. diſt. ca. non cogantur 41. diſtinctio.*

m *ca. fratrem, & can. Dominus 36. diſt.*

## Cap. VI.

*Eleemoſynarum vis.*

1 PRopter eleemoſynas elargitas, † Deus ſuſpendit flagella: ſicut & immittit, quando pauperibus detrahũtur. *a* Quando Eleemoſyna fit intentione ſubleuandi proximum, opus eſt miſericordiæ. Quando vero intentione compenſationis pro debito diuinæ offenſæ, eſt opus iuſtitiæ, C & eſt ſatisfactoria proprie, vt prior pertinet ad meritum vitæ. *b* Habet Eleemoſyna præſentis vitæ & futuræ remuneratiõẽ. *c* Redimuntur & ieiunia largitione Eleemoſynarum, *d* & peccata, *e* quo fit, vt etiam indulgentiæ concedantur cum conditione largiendi Eleemoſynam, ad ſubuentionem, vel hoſpitalis, vel ad auxilium ædificationis loci pii, vel Eccleſiæ, quarum indulgentiarum formam, normamque veniendi quæſtorum, & modum, & eligendi: ob vitandas impoſtorũ circumcellionum fraudes, tradidit cõcilium generale. *f* Proſunt & iura hoſpitalitatis & eleemoſynæ peccatis mortuorum, & pœnis pro eis debitis, ſi eorum nomine fiant. *g*

### Scholia.

a *ca. reuertemini 16. q. 1.*

b *Angelus Clauaſ. in ſumma verbo eleemoſyna. num. 11.*

c *quod multis ſacræ paginæ probatur. In principio 42. diſtinct. cap. 2. verba Apoſtoli 33. q. 5.*

d *ca. non cogantur, 42. diſtinct. capit. 2. de maledic.*

e *ca. qui vult confiteri, de Pœnitent. diſt. 6.*

f *ca. cum ex eo 14. de pœnit. & remiſſ. iunge ca. pen. eiuſ. tituli de his, qui poſſunt dari, & quatenus tales indulgentiæ repetuntur, & abuſus quæſtorum indulgẽtiarum, & eleemoſynarum, in Clemen. 2. de pœnit. & in c. tuarum, 1. de Priuileg. libro quinto. tit. 33.*

B

g *ca. non exiſtimemus, & ca. anima defunctorum, & ca. tempus, 13. quæſt. 2. ca. ſane quod. 24. q. 2. ca. ab infirmis, 26. q. 7.*

# DE INDVLGENTIIS & remiſſionibus.

## *a* TITVLVS XVII.

a Tractatur titulo *de Pœnitent. & remiſſ. libr. 5. Decret. tit. 38. in Sexto lib. 5. tit. 10. can. hi qui. §. ſed exemplo. 50. diſt in Decret. de pœnitentiis, per 7. diſtinct.*

## Capvt I.

1 *Continuatio, & quid indulgentia generaliter,*

2 *Et in ſpecie,*

SEd quia incidimus in indulgentias, non alienum erit ab ordine & inſtituto curſu, de illis, quæ a iure pontificio tractantur, præcipua capita tradere. Indulgentia generaliter nihil aliud eſt, quam remiſſio e-
D ius, quod ſi non remitteretur, faciendum eſſet. Proinde diſtinctio indulgentiarũ, ex earum tenore, cauſa & fine, quibus adhibentur, metienda eſt: *a* ſicque indulgentiæ Eccleſiaſticæ tantum valent & remittunt, quantum ſonant. *b* Eoque modo indulgentia, quos liberat, notat, nempe quod oſtendat, liberatos, pœnam a qua eripiuntur, meruiſſe. *c* Et ideo in indulgentiarum remiſſionibus, mirum non erit, interueni-
E re confeſſionem, & agnitionem delicti remittendi.

Definietur itaq; indulgentia Eccleſiaſtica, vt ſit remiſſio, a proprio iudice, ſeu poteſtatem habente, conceſſa pœnę debitæ pro peccato, poſt contritionem & confeſſionem de eo habitam. *d*

P

### Scholia,

a Huc referri poſſunt omnes indulgẽtiarum ſpecies, quæ pro diuerſis ponuntur, a Ioanne Andrea. in cap. fin. de pœniten. & remiſſio. in Sex. ab Angelo Clauaſio. in Summa in verbo indulgentia. Scripſerunt & de indulgentiis Felinus Sandæus in fine ſuæ lecturæ, Ioannes Franciſcus de Pauinis in ſuis gloſſis, ad extrauagantem Clementis. §. incipientem, vnigeniti filii, &c.

c ſicut dicitur in l. fin. de Genera. abortuum. lib. 9. C. titul. 43. & ita indulgentia, niſi in ea ita expreſſe dicatur, pœnã quidem debitam, crimini remittit, & condonat, famam non reddit. l. in inſulam, 6. l. generalis indulgentia, 7. l. cum indulgentia 10. l. ſi deportationis, 12. & ſequen. de ſenten. paſſ. de reſtitut. lib. 9. C. titul. 1. aut niſi pleniſſima ſit reſtitutio in integrum, quæ omnia in priſtinum ſtatum reponit. l. 1. C. de ſenten. paſſ. & reſtit. Simile dicitur de indulgentiis peccatorũ Eccleſiaſticis, quæ iuxta verba limitatum producunt effectum, quo nomine differunt a baptiſmo, in quo omnis lapſus reſtituitur in priſtinum ſtatum.

d colligitur ex c. quod autem conſuluiſti, 4. de pœn. & remiſſ. lib. 5. cap. 38.

## Capvt II.

*Diuiſio indulgentiarum, & de quibus fiant.*

INdulgẽtiarum quædam ſunt plenariæ, pœnæ & culpæ: *a* quædam limitatæ. Illas ſolus ſummus pontifex concedit: iſtas etiam epiſcopi. *b* Sic indulgẽtiæ, quæ dantur pœnitentibus & confeſſis, viſitantibus baſilicas diuorum Petri & Pauli, Romæ in Iubilæo, habent *c* veniam omnium peccatorum pleniſſimam, *d* a ſummis pontificibus ex Dei miſericordia, & dictorum Apoſtolorum meritis conceſſam, ſeruatis forma, & dierum numero, in viſitatione facienda conſtitutis. Fuerunt & aliquando conceſſæ a ſummis põtificibus, indulgentiæ plenariæ remiſſionis ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, ſine exceptione criminum, quas reſtrinxit Paulus 2. & retinuit caſus, in quibus etiam ex illis indulgentiis nemo alius, quam ſummus Pontifex poſſet abſoluere. *e* Conceſſerunt & ſummi Pontifices aliquibus aliis Eccleſiis & locis, plenarias indulgentias. *f*

### Scholia.

a Indulgentiæ dantur pœnitentibus & confeſſis, Clem. vnic. circa fi. de reliq. & vene. ſanctorũ. c. 1. de pœni. & remiſſ. in Extrauag. communib. vbi gloſſa ad verbũ, confeſſis, qui eſt, inquit vere pœnitens & confeſſus, habet veniã culpæ, quã ſolus Deus in contritione remittit, quæ nõ datur niſi correcto, ca. peccati venia. de reg. iur. in Sex. & pœna æterna debita pro peccato mortali cõmutatur a Deo in pœnã temporalem. Nam ſicut culpa reſpectu eius, in quẽ peccatum commiſſum eſt, fuit infinita: ita & pœna deberet eſſe infinita. Sed infinita tollitur per remiſſionem culpæ. Verum quanta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pœnitentiæ ſacramento, aliquã portionem illius pœnæ remittit, vnde miniſter Dei poſt præmiſſa, arbitratur de pœna quam credit ſupereſſe, ad arbitrium ſuum: & ad eum modum intelligitur, quod dicimus, omnes pœnitẽtias eſſe arbitrarias, can. tempora, 26. quæſtio. 7. cap. quæſitum, & ſeq. de pœnit. & remiſſion. Tanta tamen poſſet eſſe contritio confitentis, quod nedum culpa, ſed pœna prorſus tolleretur. Verum, quia hoc ipſum dubium eſt penes homines, miniſter Dei, præſertim Vicarius Chriſti, ſucceſſor D. Petri, iſtam pœnam certis de cauſis, vt in Iubilæo, & in voto vltra marino, & quibuſdam aliis commutat in certos actus ſatisfactorios, &c. Quid operentur etiam iſtæ remiſſiones fuſe Gloſſa ex diuerſis ſententiis proſequitur ad capit. quod autem, 4. ad verba, vt proſint, de Pœnit. & remiſſionibus.

b De vtriuſque pœnitentiis, in capit. 3. §. ad hæc, iuncta Gloſſa ad verba pœna & culpa. de Pœnit, & remiſſ. in Clement.





c c. 1. 2. 3. 4. & 5. de pœn. & remiſſ. in extrauagantibus commu. vbi de anno Iubilæo, qui vt dicitur in primo capite, olim erat poſt 100. annos. Poſtea vero vt dicitur in 2. cap. fuit poſt 50. annos, dehinc vt dicitur in 4. cap. fuit ſingulis 25. annis.

d Pleniſſima eſt remiſſio in quantũ & quatenus clauium poteſtas ſe extendit. Sic glo. ad cap. 1. ad verbum, pleniſſimam, de pœnitent. & remiſſ. in extrauag. communibus ſcribit declaraſſe ſummũ Pontificem in conſiſtorio. Fuerunt & plenariæ indulgentiæ ob alias cauſas conceſſæ, vt cruce ſignatis contra infideles profectis, quas examinat Ioan. Andreas, ad cap. ad liberandam, de Iudæis.

e Caſus illi cum reſtrictione probantur, cap. 3. & fin. de Pœnitent. in Extrauagant. communibus.

f cap. quemadmodum, de Pœnitent. in Extrauag. communibus.

## Cap. III.

*Qui concedant Indulgentias.*

1 DEvs indulgentiam peccatori cõuertenti ad ſe dat: *a* fitque remiſſio & abſolutio peccati ab hominibus, per auctoritatem a Deo conceſſam. *b* Infinitum meritum paſſionis Chriſti, propter coniunctionem humanitatis cum diuinitate. *c* Ex cuius infinito theſauro, haurit ſummus Pontifex generales & plenarias indulgentias ſolus, quia & ſolus in plenitudinem poteſtatis eſt vocatus. *d* In ſuis diœceſibus Epiſcopi ſoli largiuntur indulgentias, *e* vt & Archiepiſcopi in ſuis prouinciis, dummodo ſtatutum generalis concilii non excedant. *f* Poteſt & certas ſpeciales, legatus ſummi Pontificis, concedere, in prouincia ſibi decreta. *g* Abbatibus autem aut aliis inferioribus, non licet indulgentias concedere, niſi ſpeciali priuilegio, vel legitima conſuetudine fuerint ſuffulti. *h*

### Scholia.

a can. facilius. §. 1. de Pœnit. diſtin. 1.

b can. ita ſit. 1. quæſt. 1.

c cap. 2. de Pœnit. in Extrauag. communib.

d cap. cum ex eo, de Pœniten. capit. quocunque 24. q. 1.

e cap. quod autem, de Pœnit. & remiſſ.

f capit. noſtro poſtulaſti certificari reſponſo, 15. de Pœnit. concilium generale definit. in cap. 1. & 3. de Pœnit. & remiſſ. in Sext. & in cap. cum ex eo, 14. de Pœniten. apud Gregor. vbi ne claues Eccleſiæ contemnantur per indiſcretas Prælatorum indulgentias, & ne pœnitentialis ſatisfactio eneruetur, decernitur, vt cũ dedicatur Baſilica, non extẽdatur indulgentia extra annum, & in anniuerſario dedicationis tempore, vltra quadraginta dies, facit caput fin. de de Pœniten. in Sex.

g Gloſſ. prima, in capit. penultim. de Pœnit. quia & legatus poteſt in prouincia ſibi decreta ſtatuta perpetua facere, capit. fin. de offic. leg. 1. de locat.

h cap. Abbatibus, 13. de exceſſibus prælator. lib. 5. tit. 31.

## Capvt IIII.

*Forma concedendi Indulgentias.*

INdulgentiæ a ſummo Pontifice concedũtur, verbo, literis, & qualibet ſcriptura, cum clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei. *a*

### Scholia.

a cap. fin. de pœnitent. in Extrauagan. communibus.

## Capvt. V.

*Quis fruatur vtilitate indulgentiarum.*

COnceduntur indulgentiæ idoneis & diſpoſitis ad eas ſuſcipiendas: cuiuſmodi ſunt, qui membra ſunt Eccleſiæ, Chriſtiani: quia aliis theſauros ſuos Eccleſia non diſtribuit. *a* Dehinc vero pœnitentib. qui ſunt vere purgati a culpa, qualis eſt contritus & confeſſus. *b* Sed ſi is, qui vere pœnitens & confeſſus cœpit peragere, quæ præſcripta ſunt indulgentiis, & morte præuentus nõ potuit perficere, re-

miſſionem conſequitur ſecundum illas. A Et qui cœpit venire, nō potuit autem peruenire, morte vel alio impedimento præuentus, ad locum vbi implendæ ſunt indulgentiæ. *c*

### Scholia.

a *can. nihil ſic debet 1. quæſtio. 3. & can. ſi quis a Catholica, viceſimatertia, quæſtio. quarta.*

b *cap. 1. de pœniten. & remiſſ. in extrauag. communibus, Clem. vnica, circa finem, de reliq. & ven. San.* B

c *Gloſſ. ad cap. 1. ad verbum confitebuntur, circa finem, de pœnitent. in extrauagan. communib. ſic declaratum fuiſſe a Summo Pontifice tradit. Facit in argument. l. cum hæres, §. ſi Stychus, in 1. de Stat. lib. l. fin. C. de condit. incertis, quia per impeditum non ſtetit quominus perfecerit, qui ſine culpa ſua impeditus eſt. Et hoc ita poſtea* C *expreſſe cautum fuit a Clemente Sexto, in cap. 2. de Pœnitent. & remiſſ. in Extrauagant. communibus.*

### Capvt VI.

1 *Cauſæ*
2 *Et effectus indulgentiarum.*
3 *In merito Chriſti.*
4 *Per quem fit remiſſio.*
5 *Ratio indulgentiarum.*
6 *Ad quæ peccata pertineant.*

1 CAuſæ, ob quas præſules Eccleſiæ † indulgentias ſolent concedere, diuerſæ eſſe poſſunt, vel ſpirituales vel corporales. Spirituales, veluti, vt peccatis abſoluti, orent pro conuerſione infidelium, pro pace Chriſtianæ fidei. *a* Et ſanctificent ſanctius diem alicuius feſti, puta cōceptionis beatiſſimæ virginis Mariæ, vel Euchraiſtiæ. *b* Corporales poſſunt eſſe, in dedicationibus Eccleſiarū, vt incitentur ad eleemoſynas largiendas eidem Eccleſiæ ædificandæ, *c* ob reſtaurationem pontium, *d* ad ſuſtentationem egenorum vel confluentium ad hoſpitale, *e* vel ad excitandam deuotionem viſitādo certas Baſilicas, vt Romæ ſancti Petri & Pauli. *f*

2 Et hic notant Theologi, † quod niſi quis id faciat, pro quo dantur indulgentiæ, nullo modo eas conſequatur, quantumcumque habeat bonam voluntatem: licet conſequatur meritum bonæ voluntatis. *g* Indulgentia tamen, quantum ad augmentum gratiæ & gloriæ, tantum valet, quanta eſt interna deuotio ſuſcipientis, & non plus: quantum vero ad remiſſionem pœnæ debitæ in purgatorio, vel impoſitæ a ſacerdote in pœnitentia, indulgentia tantum dimittit, quantum, vt dixi, ſonat, dummodo homo faciat, quantum illi imponitur, & modo quo oportet illum facere. *h*

3 Fit autem remiſſio † per applicationem meriti Chriſti, auctoritate & poteſtate ab illo conceſſa, & ita ſolus Chriſtus, *i* & Spiritus ſanctus quem donauit fidelibus ſuis, *k* peccata remittit. Et gratia Chriſti nos iuſtificat. *l* Miniſteriū vero & diſpenſatio myſteriorum Chriſti, & abſolutionis conceſſa eſt prælatis. *m* Neque hic remiſſionis indulgentiæ cauſa efficiens eſt meritum pœnitentis, nec quantitas operis: ſed genus operis & gratia Dei. *n*

4 Itaque remittitur † culpa effectiue per D ſolum Deum, ſacramentaliter, per ſacramentum pœnitentiæ. Et miniſtraliter, per miniſterium debitum Eccleſiæ. *o*

5 Ratio quoque generalium † Iubilæi indulgentiarum, adfertur ex Iubilæo legis Moſis, quo poſt quinquaginta annos quilibet redibat ad ſua, & exules reuocatione generali quoque. *p* Eſt & alia ratio, conſiſtens in ſalute populi, quæ peccatorū ſarcina opprimitur, quæ remiſſione releua- E tur, ſequiturque vtilitas publica reuocare pereuntes. *q*

6 Cæterum effectus indulgentiarū † non extenditur ad peccata poſt tempus indulgentiarum commiſſa, nec ad commiſſa poſt iter peregrinationis acceptum, ſed

ad ea



ad ea quæ ante. *r* At pœnitentiæ antea A iniunctæ tolluntur etiam per commutationem operis ſatisfactorii in indulgentiis poſiti. *s*

### Scholia.

a *Vt in capitulo vnico, §. de Celebrat. Miſſarum, in Extrauagant. communic.*

b *Clement. vnic. de reliq. & vener. Sanctorum, cap. primo, eodem titulo in Extrauag. communib.*

c *cap. 1. de Pœnitent. & remiſſ. in Sex.*

d *cap. quod autem, 4. de Pœnit. & remiſſ.*

e *cap. cum ex eo, 14. de Pœnit. & remiſſ. capit. fina. eodem tit. in Extrauagant. communib.*

f *cap. 1. de Pœnit. in Extrauag. communib.*

g *Lib. 4. Sententiarum, diſtinct. 20.*

h *Angelus Clauaſ. in Summa in verbo* indulgentia, *numero 2. vide Diuum Thomam, in quartum Sentent. diſt. 20. Sic* C *dies vel anni remiſſionis pœnæ habent remiſſionem, pœnitentiis impoſitis a Canone vel ſacerdote totidem dierum, vt in Clem. vnica, in fine, de reliq. & vener. Sanctorum.*

i *Can. nemo tollit, de Conſecra. diſtinct. 1.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Diui Ioan. Euang. cap. 1. verſ. 36. Daniel. 9. verſ. 24. D. Matthæi, 1. verſ. 21. & c. 9. verſ. 2. & D. Marci c. 2. verſ.* D *5. D. Lucæ, cap. 24. verſ. 46. Actorum ſecundo, verſ. 38. & c. 4. verſ. 12. ad Coloſſenſ. cap. 1. verſ. 14. ad Epheſios 1. verſ. 7. 1. ad Timoth. c. 1. verſ. 15. cum ſimil. vulga. Peccata nemo poteſt dimittere propria poteſtate, niſi ſolus Deus, D. Lucæ, cap. 5. verſ. 9. & 26. dimittunt & alii ſacerdotes poteſtate per Deum conceſſa. D. Matthæi, cap. 18. verſ. 18. & D. Ioan. c. 20. verſ. 23.*

k *can. vt euidenter, 1. quæſt. 1. 1. ad Corinth. 6. verſ. 21.* E

l *can. gratia, can. placuit, vt quicunque. can. penul. & fin. de Conſecratione, diſtinct. 4.*

m *can. omnes, 17. quæſt. 4. can. 1. 26. quæſtione ſexta.*

n *Vide Gloſſ. ad cap. 1. de Pœniten. in extrauag. communib. ad verbum* Confiteantur. *Vbi & diſputatur quæ requirantur in Indulgentiis. Neque etiam eſſet remiſſio, ſi perpenderetur opus & meritum pœnitentis, ſed potius redemtio vel pœnæ commutatio, argum. l. 1. de contrah. emt. P. cum remiſſio ſit eius, quod ſolui non poteſt, vel eius quod pro ſoluto habetur.*

o *Sic tradit dicta Gloſſa, cap. 1. ad verbum* B *confiteantur, de Pœnit. in Extrauag. communibus.*

p *cap. 2. de Pœnitent. in Extrauag. communib. de Iubilæo, in cap. 25. Leuitici. & de liberatione & reductione profugorum, morte ſummi ſacerdotis, Num. cap. 35. & Ioſue capit. 20.*

q *cap. quemadmodum, 4. & cap. fin. de Pœnit. & remiſſionibus, in Extrauag. communib. tanto enim ſunt grauiora peccata,* C *quanto diutius detinent animam alligatam, cap. fin. de conſuet. cap. cum in Eccleſiæ corpore, de Simonia.*

r *Argument. cap. ex parte, de conſuetud.*

s *Gloſ. in cap. 1. de pœnitent. & remiſſionibus, in extrauag. communib. vbi & vota etiam ſine alia impoſitione pœnitentiæ, quam habeant indulgentiæ, commutari dicit, excepto voto peregrinationis Hieroſolymitanæ & religionis, quæ tangunt detrimentum tertii, contra ſi non tangant,* D *capit. 4. de pœnit. in extrauag. communibus.*

## DE IEIVNIO, Tit. XVIII.

*Tractatur titulo, de obſeruatione ieiuniorum, libro 3. Decretal. titulo 46.*

### Capvt I.

E

1 *Continuatio.*
2 *Ieiunii acceptio & diuiſio prophani.*
3 *Diuiſio ſacri.*

1 INdulgentiæ proxime explicatæ poſtulare videntur; vt conſequenter agere-

mus de feriis, in quibus maxime conferantur: verum quia vt plerumque feſtiuos dies ieiunia præcedunt & vigiliæ, de his prius, ne repetere poſtea cogamur, agemus.

2 Ieiunium, generaliter eſt abſtinentia a cibo aliquo. *a* Per translationem ieiunium quoque eſt abſtinentia tam ab aliis, quam a cibo. Ieiunium itaque generaliter aliud prophanum, aliud ſacrum. Prophanum eſt, quod non fit cauſa ſalutis animæ, aut habita ratione religionis, ſed alterius ratione. *b* Et hoc triplex, naturale, morale, ſalutare. Naturale, dum quis abſtinet a cibo, vel quia edere non vult, vel quia non poteſt, vel non habet quod manducet. *c* Morale, quando ratione virtutis moralis abſtinet, & ſobrie, & ſtatis temporibus manducat. Salutare, quando corporalis ſalutis cauſa, quis ſibi temperat a cibo & potu. *d*.

3 Ieiunium ſacrum vel religionis, quando ad impetrandam ſalutem animæ vel religionis cauſa fit. Et illud vel ſpiritale, vel corporale. *e* Spiritale eſt, abſtinere ab illicitis & a voluptatibus ſeculi: quod dicitur magnum & perfectum ieiunium: *f* ſine quo nihil prodeſt corporale, animæ. *g* Sacrum corporale eſt, abſtinere a cibis corporalibus ob reuerentiam diuinam: & vt animus depoſitis corporis ponderibus, paratior & aptior ſit ad contemplanda diuina myſteria. *h* Rurſum hoc corporale ſacrum ieiunium, duplex, pœnitentiale & non pœnitentiale. Pœnitentiale eſt, quod in humiliationem animæ pertinet & ad placandam Dei iram. *i* Non pœnitentiale ſeu Eccleſiaſticum, eſt abſtinentia a cibis, certis ab Eccleſia certis & ſtatis diebus indicta, cum vnica tantum cibi in die ſumtione, eaque moderata. *k*.

S C H O L I A.

a *Vide quæ nos diximus, de diuiſionibus lib. Syntag. 2. cap. 18. Tractat. & de ieiunio, Ambroſius de virginitate ad cap. Dominicis, de parochis. In ieiunio abſtinentia eſt, can. non oportet, de Conſecr. diſt. 3.*

b *Quemadmodum cum Tarentini a Romanis obſiderentur, periculumq; eſſet, ne fame ad deditionem compellerentur, Rhegini decimo quoquo die ieiunium decreuerant ſibi, & victum conceſſerunt Tarentinis. Quare & cum diſcedentibus Romanis liberati eſſent, memores calamitatis, Tarentini Ieiunium conſtituerunt. Ælianus lib. 5. de Varia hiſtoria, cap. penul.*

c *In ea ſignificatione hominum ieiuniorum, ſæpe mentio fit, vt cum dicimus confirmationem a ieiunis dari debere, can. honeſtũ, 22. quæſtio. 2. can. liquido, de Conſecrat. diſt. 2. can. vt ieiuni, can. vt Epiſcopi, de conſecrat. diſt. 5. cum ſimilibus. Idem in Ordinationibus, can. quod a patribus, & ſeq. 75. diſtinct. in ſumtione ſacræ Euchariſtiæ, dict. can. liquido, & ſic vinum mane bibitum dicitur ſoluere ieiunium, cap. ex parte, de celebrat. Miſſarum.*

d *Vt in can. legimus quoſdam, de conſecrat. diſtinct. 5. can. quinque modis, can. ne tute, eadem diſtinct.*

e *Can. Ieiunium. de conſecrat. diſtinct. 5.*

f *Diuus Auguſtinus ſuper Ioannem, Tract. 17. cano. ieiunium autem magnum, de conſecrat. diſtinct. 5.*

g *can. nihil enim prodeſt, de conſecrat. diſt. 5. Quemadmodum nihil prodeſt dæmonibus, quod ieiunent nec manducent, aut non bibant, quia incorporales, nec prodeſt ieiunium Iudæis, aut Ethnicis, vt ait Gregorius Nazianz. Oratione de pauper. aman. & ita improbat ieiunium cum peccatis factum Eſaias, cap. 18. Ita eſca aut potus non commendat nos Deo. 1. ad Corinthios, c. 8. Et vſus rerum per ſe adiaphorus & indifferens eſt, Lucæ 19. & 1. Corinth. cap. 10. ad Coloſſ. 2. Eſt tamen abſtinentia bona ad bonum finem, 1. ad Corinth. 9. verſ. 19. & cap. 10. verſ. 23. vt contra reprobanda abſtinentia, quæ fit a cibis tanquam a malis per abominationem, can. Apoſtol. 50. & 52. vt abſtinebant Priſcillianiſtæ a carnibus tanquam immundis & abominandis, ob quorum hæreſin ſtatutum in Eccleſia, vt nullus ab iis omnino abſtineret, quin ſaltem etiam abſtinens ab illis ob bonum finem, ſaltem deguſtaret olera cum illis cocta, alioquin excommunicatus ab officio, miniſterio & ordine Eccleſiaſtico deponeretur. In Concilio Bacharenſi 1. ſub Honorio Papa, & Athramite Rege Hiſpaniæ, can. 32. & ante in Concilio Ancyrano, ſub Marcellino Papa ante Concilium Nicenum, paulo ante habitum circa annum Domini, 308. can. 14. Neque cibus, ſed malus appetitus in culpa eſt, can. 1. 2. 3. 41. diſtinct. Et rerum quoque abuſus peccatum facit. Eſt autem abuſus, quando quis rebus aliter vtitur quam permiſſum ſit, veluti quando prohibita quis edit, vel permiſſa in tempore prohibito. Sic prohibita erant quædam in lege antiqua, ne ederentur, quia edentibus videbantur obnoxia, Leuitici 11. & cap. 17. verſ. 10. Deuteron. cap. 14. & aliis rationibus, Exodi 21. verſ. 26. & c. 22. c. 31: ſanguinem & adipem prohibitum comedere, Leuit. 3. verſ. 17. & cap. 7. verſ. 23. Deuter. 12. verſ. 23. Et prohibitum primis parentibus, ne ederent de fructu qui per ſe bonus erat, ſed prohibitio faciebat noxium, cap. 2. & 3. Geneſ.*

h *Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 4. Illuminator. videndus Porphyrius, libro* περὶ τῆς ἀποχῆς ἐμψυχῶν, *de abſtinentia animalium.*

i *Quale ſæpe meminit ſacra pagina indictum fuiſſe, vt filiis Iſraël, 1. Reg. 7. Dauidi, 2. Reg. 12. Niniuitis Ionæ 3. can. vnuſquiſque, can. incommutabilia, ca. non ſemper, 22. quæſt. 4. & quale indicitur ab audientibus confeſſiones, can. presbyter, 72. diſtinct.*

k *can. de eſu, can. non dico hebdomadas, & can. ſint tibi quotidiana, & can. ſint tibi ieiunia, de Conſecrat. diſt. 5. Quemadmodum in Ieiunio ſpirituali abſtinendum eſt a peccatis; ſic & in corporali ſacro, abſtinendum a carnibus & aliis quæ prohibentur: excepta cauſa neceſſitatis, & ægritudinis, can. 2. de obſeruation. ieiunior, c. quod non eſt licitum, 4. & verborum ſignificatione apud Gregor. Ieiunium ita ſacrum habet abſtinentiam a certis cibis, & vltra habet moderatam tantum ſumtionem ciborum permiſſorum, quod in ſola abſtinentia non eſt, ſiquidem abſtinentia prohibet quidem a certis cibis abſtinere, ſed non habet permiſſorum reſtrictionem. Quare quidam dies habent abſtinentiam a carnibus tantum, permiſſis aliis, vt piſcibus, ouis, lacticiniis in eſcam. Quidam habent prohibitionem a carnibus, & ab his, quæ ſemẽtinam trahunt originem carnis, videlicet a lacte, caſeo, & ouis, can. denique, 4. diſtin. Sunt & alia ieiunia ſtrictiora, in quibus panis & aquæ tantum vſus conceditur, vt in pœnis videbimus delictorum.*



## C A P V T II.

1 *Ieiuniorum inſtitutio a quibus.*
2 *Ieiunia inſtituere priuatis prohibitum.*

IEiunium ſeu abſtinentia a certo cibo, a Deo in Paradiſo terreſtri habuit originem, *a* iuſſit & Noachum Deus poſtea in mundi renouatione a certis cibis abſtinere. *b* Et cum legem Moſi daret, *c* mandatum ſæpe ieiunium populo a Prophetis, *d* ſuſceptum & a priuatis ſponte ad impetrandam gratiam a Deo, *e* approbatum a Chriſto. *f* Inſtitutum poſtea cum diſtinctione certorum dierum & qualitatum a ſacris patribus & ſacerdotibus, *g* & ex certis cauſis. *h*. 1

S C H O L I A.

a *Can. 6. die 35. diſtinct. cap. 2. Geneſ.*

b *De abſtinentia Noë. Vide hiſtoriam Geneſ. cap. 9.*

c *Leuitici, cap. 11. & Deuteron. 14. capit.*

d *A Iona, Ionæ cap. 3. a Ioſaphat, 2. Paralip. 30. verſ. 3. ab Eſdra, 1. Eſdræ, cap. 8. verſ. 21. ab Eſther, & Mardochæo, Eſther, cap. 4. verſ. 16.*

e *Ita ieiunauit Moſes, 40. diebus, Exod. 34. verſ. 28. & Deuter. 9. verſ. 9. Dauid. 2. Reg. c. 12. verſ. 16. Anna prophetiſſa, Lucæ 2. verſ. 37. Iudith, Iudith. c. 8. &c.*

f *D. Matthæi, cap. 6. verſ. 16. & 17. D. Marci 2. verſ. 20. probatum & ab Apoſtolis, 2. ad Corinth. 6. verſ. 5. Actorum 13. verſ. 2.*

g *Toto titulo de obſeruatio. ieiunior. can. ieiunia in Eccleſia, de Conſecrat. diſtinct. 5.*

h *Et cautum in Concilio habito apud Erphesfurt, præſente Henrico rege, in cap. 5. vt nemo niſi conſentiente proprio Epiſcopo, aut eius Miſſo, ieiunium ſub obtentu religionis ſibi imponat vnum diem præ alijs excipiendo, quia plus ariolandi cauſa dicebat dignoſci, quam in ſupplementum Catholicæ legis, quod & refert Burchardus Epiſcopus Vuormacienſis, lib. 13. Decretorum, can. 27.*

## CAPVT III.

1 *Tempora ieiunii ex concilio & præcepto.*
2 *Abſtinentia.*
3 *Ex præcepto Quadrageſimæ*
4 *Et Vigiliæ.*
5 *Quando ieiunandum non eſt.*
6 *Ieiunia quatuor Temporum.*

1 IEiunandum eſt ſecũdum formam conſtitutam ab Eccleſia, diebus & modis ab ea definitis. Tempora ieiunandi conſtituta ſunt duplicia, ex conſilio, vel ex præcepto. Ex conſilio ſunt, quæ omnes non obligant ad ieiunium: veluti Aduentus Domini. *a* Dies Rogationum ſeu Litaniarum, quæ fiunt triduo ante Aſcenſionem Dominicam, in quibus abſtinẽtia quidem a carnibus eſt de præcepto, ſed ieiunium eſt de conſilio. *b* Sunt & quartarum feriarum ieiunia de conſilio, ſi incidant extra tempora ieiunandi præcepta, id eſt, niſi præcipiãtur. Inter dies etiam quæ habent abſtinentiæ a carnibus præceptum, & ſunt de conſilio ieiunii, ſunt ſexta Feria, & Sabbatum. *c.*

2 Ieiunia de præcepto ſunt, Quadrageſimæ: Vigiliæ feſtiuitatum: Ieiunia quatuor temporum. Quadrageſimæ dies ſunt veluti decimæ dierum totius anni. *d* Et de præcepto ſeruari debent eorum ieiunia ab omnibus, excepta cauſa neceſſitatis. *e* Quadrageſima, ſex ſeptimanas habet, quibus addidit Theleſphorus Pontifex ſeptimam: vocatumque id tempus, Quinquageſima. *f* Et ita ante feſtum Paſchæ, ſunt ieiuniorum ſeptem hebdomadæ, per quas clerici omnes ieiunare debent, & hymnis, vigiliis & orationibus vacare die nocteque. *g* Explicat idipſum Gregorius de ſacerdotibus, diaconis & reliquis, quos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat, vt ii a Quinquageſima propoſitum ieiunandi ſuſcipiant: breuius autem tempus laicis ſtatuitur, *h* exceptis diebus Dominicis, quibus abſtinetur a carnibus, ouis, caſeo, & lacte, vt in diebus ieiunii Quadrageſimæ, verum in illis non ieiunatur. *i.*

3 Vigiliæ Sanctorum, quibus ieiunandum eſt, & iure traduntur, *k* & Eccleſiarum conſuetudo eas docet. *l* Veſpera diei feſti, vigilia dicitur; quia olim Chriſtiani ob maiorem diei feſti ſolemnitatem, in orationibus pernoctabant, vt etiam nunc fit in vigilia Natiuitatis Dominicæ. *m.*

4 Ieiunandum non eſt die Dominica. *n* Et proinde vigilia feſti occurrens in Dominica, debet ieiunari Sabbatho præcedente. *o* Placuit & olim non eſſe ieiunandum feria quinta hebdomadæ, *p* neque a die Paſchæ, vſque ad diem Pentecoſtes ex præcepto. *q* Si qui tamen velit ſponte ieiunare, nihil prohibet: *r* excipiuntur tamen Rogationum dies, *s* & vigilia Pentecoſtes, *t* quibus indicta ſunt ieiunia.

6 Sunt etiam ieiunia quatuor Temporum de præcepto ab omnibus ſeruanda, *u* tempora autem hæc mutata. Primum quippe horum hebdomada prima erat in Martio: Secundum in hebdomada ſecunda in Iunio: Tertium in hebdomada tertia in Septembri: Quartum in hebdomada quarta in Decembri, in Concilio Moguntinenſi. *x* Illud autem poſtea Concilium mutatum in Concilio Salegaſtæ habito. *y* Rurſum & aliter ſtatutum ab Vrbano, *z* cuius verba: *Statuimus vt ieiunia quatuor Temporum hoc ordine celebrentur: Primum in initio Quadrageſimæ: Secundum in hebdomada Pentecoſtes: Tertium vero, in Septembri: Quartũ in Decembri* aa *more ſolito fiat.* Inuenitur vltra mentio trium Quadrageſimarum vnius anni. *bb.*



## SCHOLIA.

a *Cap. de obſeruation. ieiuniorum, lib. 3. titu. 46.*

b *cap. Rogationes, de Conſecrat. diſtinct. 3.*

c *Can. ieiunia. can. legitima, iuncta. gloſ. 1. de Conſecrat. diſtinct. 3.*

d *Can. Sabbatho vero, de Conſecrat. diſt. 3. can. quia dies Sabbathi, de Conſecr. diſtin. 5. vbi gloſſ. verbum admonemus, ait ibi, eſſe conſilio de Sabbatho. niſi vbi eſt conſuetudo vt abſtineant. Quia tunc eſt præceptum abſtinere in Sabbatho ab eſu carnium, cap. conſilium 2. de obſeruatio. ieiunior. Verius tamen videri poteſt, quod tradit gloſſ. in can. de eſu, de conſecratio. diſtinct. 3. quod aliquando fuit de conſilio, carnes Sabbatho non comedere, quo tempore poterant comedi. poſtea autem obtinuiſſe, non comedi, & abſtinendum eſſe per dictum can. quia dies, de Conſecrat. diſtinct. 5. can. Sabbatho, de Conſecrat. diſt. 3. Sic tamen vt conſuetudines locorum iam receptæ non immutentur, cano. vtinam, can. illa autem, 12. diſtinct. ex Diui Auguſtini Epiſt. 118. ad Ianuarium, vbi refertur apud Mediolanum Sabbatho non fuiſſe ieiunatum, & conſuetudinem illam eſſe in illo loco ſeruandam, quamquam illa deciſio non loquatur de abſtinentia carnium, ſed de ieiunio, quod apud Romanos ſeruabatur dicto can. Sabbatho vero, de Conſecrat. diſt. 3. Sic quoque non male vt opinor, poſſemus intelligere. can. 65. Apoſtolorum, vbi,* Si quis Dominicum diem vel Sabbathum, vno ſolo demto ieiunare deprehendatur, deponitor: ſin laicus, a communione deiicitor. *Tunc enim expediebat fieri hanc legem, ne quis Iudæos videretur imitari, receptum & in Eccleſia eſt Catholica, vt, ſi feſtum Natiuitatis Domini incidat in ſextam Feriam vel Sabbathum, licitum ſit carnes comedere, exceptis profeſſis vel vouentibus, cap. fin. de obſeruatione ieiuniorum.*

e *Can. Quadrageſima, de Conſecrat. diſtin. 5. de ſacra Quadrageſima, vide can. Apoſtolorum, 68. leg. Photium, 7. nomocan. 1. & c. 49. Synodi Laodicẽſis, & can. 29. 52. 56. 90. Synodi in Trullo.*

f *Can. non liceat, cum duob. ſequentib. de Conſecr. diſtinct. 3. Integra Quadrageſima ieiunanda, nec frangenda in quinta feria vltima hebdomadæ, vt quidam faciũt, quorum conſuetudo reprobatur. In can. Sacerdotibus, can. non liceat, can. non oportet, de Conſecrat. diſtinct. 5. ex Concilio Aureliacenſi, can. 26. ex Concilio Martini, cap. 50. ex Cõcilio Laodicẽſi. cap. 50.*

g *Can. Quadrageſima, 4. diſtinct.*

h *can. ſtatuimus, 4. diſtinct. tamen, vide can. in iſtis, eadem diſt. qui videtur probare non fuiſſe approbatũ ſtatutũ Theleſphori.*

i *Canone denique, 4. diſtinct.*

k *Dicto can. denique, in 4. diſtinct.*

l *In cap. 1. de obſeruatio. ieiunior. Atque in Concilio Aureliacenſi, ſic ſtatutum eſt;* Preſbyteri cum ſacras feſtiuitates populo annunciant, etiam vigiliarum ieiunium eos omnino ſeruare moneant, *refert Burchardus libro 3. Decretorum, cap. 16.*

m *Can. vtinam, can. illa autem 12. diſtinct.*

n *can. noſſe credo, 76. diſtinct. ex Diuo Ambroſio, Serm. de Pentecoſte. Docet de vigiliis obſeruatis in templis Martyrum. Baſilius Magnus, in Pſal. 114. & Epiſtol. 63. Meminit & Plinius iunior de vigiliis & ante lucanis orationibus, lib. 10. Epiſto. 2. ad Traianum obſeruaſſe & vigilias in oſtio Tabernaculi Iudæos, poteſt docere, cap. 3. lib. 1. Regum.*

o *Nempe in contemtum diei Dominicæ ieiunandum non eſt, can. ieiunium, 14. can. ne quis, 5. de Conſecrat. diſt. 3. can. ſi quis,*

*15.can.ſi quis tanquam, & can.fin.30.diſtinct.can.Sacerdos, verſ.die autem Apoſtolorum,26.quæſt.7.In Synodo Gangrenſi,c.18. & in can.15. Petri Alexandrini. Aliter ex deuotione licet,niſi quis putaret, vel crederet, quod vtilitas ieiunii non poſſet compẽſari per deuotionem feſti, vel niſi ex aliqua ſuperſtitione ieiunaret. Idipſum de ieiuniis in aliis ſolemnitatibus magnis feſtorum erit dicendum,can.vtinam,76. diſtinct. vide Thomam in 4. Sententiarum,diſt.15.*

p *Cap.primo de obſeruatione ieiunior.*

q *Can.ieiunium 14.de Conſec.diſtin.3. vbi gloſ.cauſas diuerſas prohibitionis adfert, quas tamẽ textus aliter expreſſit. Sic enim ait: Ieiunium Dominici diei & quintæ feriæ nemo celebrare debet, vt inter ieiuniũ Chriſtianorum, & Infidelium,& Hæreticorum, vera, & non falſa diſcretio habeatur. Nam Gentiles ieiunabant die Iouis, in honorem Iouis, vt indicant verba Horatii,lib.2.Satyrum,Sat.3.*

Iupiter ingentes qui das adimiſq; dolores,
Mater ait pueri menſes iam quinq; cubãti
Frigida ſi puerum quartana reliquerit,illo
Mane die,quo tu iudicis ieiunia nudus,
In Tyberi ſtabit.

*Refert autem gloſſ.ad dict. canonem ieiunium,quod die Iouis Chriſtus cœlum aſcẽderit, addit tamen ſine contemtu die prohibitum non eſſe etiam ſemper ieiunare ſponte ex deuotione, vt in canon. vtinam 76.diſtinct.*

r *Can.ieiunium.§.fin.cum can.ſeq.76.diſt.*

s *can.ſcire debet,cum 3.ſequentibus,76.diſt.*

t *can.Rogationes,de Conſecrat. diſtinct.3.*

v *can.de Ieiunio, 76.diſtinct.*

x *Dicto can.ieiunium,76.diſtinct.*

y *can.conſtituimus ead. 76.diſtinct.*

z *dicto can. de ieiunio, 76. diſt. can. ſtatuimus,76.diſt.*

aa *Secundum diſtinctionem,can.de ieiunio, in fine,76.diſtinct. Obſeruantia vero quatuor Temporum ieiuniorum,vtilitas & origo, tractatur in can. huius obſeruantia, cum 2.ſequentib.76.diſtinct. Continet & Eccleſiaſticã regula, vt ieiunia quatuor Temporum fiant per quartam,ſextam, & ſeptimam ferias ſingulis temporibus,& incipiat a die Mercurii proximo poſt feſtũ Pẽtecoſtes,poſt feſtum ſanctæ Crucis, poſt feſtum ſancti Lucæ, poſt diem Cinerum vnde memoriæ cauſa hic verſus,*

Poſt Pen.Cru.Lu. Ci. debent ieiunia dici.

bb *In can.1.2.3.ſub 22.quæſt.5.& gloſſ.tradit vnam eſſe ante tempus Natalis Domini,aliam ante feſtum ſancti Ioannis, idem & Antonius Corſetus in ſingularibus, ſingulari quadrageſima.*

## Caput IIII.

1 *Modus ie..unandi.*

Modus ieiunandi regularis cõſtitutus eſt ab Eccleſia, ne quilibet ſuo arbitrio viuens, aliis ſcandalo eſſet,apud ſemetipſum ſapiens. *a* Nempe vt ieiunãtes non manducent ante horam meridianam, *b* a carnibus abſtineant, & ab aliis iuxta tempora prohibitis: & conceſſis vtantur mediocriter, ſeu parcius. *c* Et cibis aridioribus, *d* tempore Quadrageſimæ in templũ eant. *e* Mundi a peccato ſint, *f* & ſobrii. Nam & melius ieiunant, qui ſæpius parum,quam qui ſe ingurgitando, lautius & carius comedunt. *g.* 1

### Scholia.

a *Refert Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, quendam Alcibiadem ex numero vinctorum pro Chriſto,ſatis aſperam vitam geſſiſſe,nihil ſibi voluiſſe accipere,excepto pane cum ſale & aqua, quem vitæ rigorem, cum vellet in carcere poſitus retinere: Attalo cuidam ſeruo Dei reuelatũ eſt, quod non recte faceret Alcibiades, creatoris Dei iniuriam irrogans, & quod formam ſcandali cæteris derelinqueret,quibus cognitis, cœpit omnia cum gratiarum actione accipere,quod & narrat Burchardus, lib. 13. Decretorum, cap. 26. Sunt & techuæ dæmonum aſtutiſſimæ, ad circumueniẽdum pios, quos cum vident operibus bonis delectari, vtque eos inutiles reddant, & ad actiones cultus diuini inhabiles, ſpecie religionis & boni, ad id, quod nimium eſt in ieiuniis prouocant, quibus & corpus & mens a ſoliditate neceſſaria deiiciuntur. Diſpenſare & nunc cenſetur Eccleſia, vt poſt Meridianã ſumtionem cibi, aliqui poſſint modicum ſub noctem accipere.*

b *can.ſolent,de conſecrat.diſtinct.1. Quare & qui ieiunant ante horam nonam,id eſt, duodecimã, & in quadrageſima, niſi Veſperis cantatis,non debent manducare, vt in dicto can.ſolent,cum duob.ſeq.*

c *can.denique,4.diſt. can. ab exordio, 5. diſtinct. Illa autem abſtinentia non ad exſecrationem creaturarum ſit,ſed ad cultum pietatis,can.fin.§.fin.30.diſtinct. can. Apoſtolorum, 50. & 52.*

d *can.non oportet de conſecratione,diſt. 3.*

e *can.ne quis,de conſecrat.diſtinct.3.*

f *can. non dico, cum 2. ſeq. de conſecrat. diſtinct.5.* Nihil enim, *inquit,Burchardus, lib.13.Decretorum,cap.23. & 24. ex Pimenii Eremitæ dictis,* Prodeſt,biduo triduoue tranſmiſſo, vacuum portare ventrem,ſi compenſantur ſaturitate ieiunia & obruatur mens.

## Caput V.

1 *Qui ieiunare teneantur.*

2 *Prohibita in neceſſitate prohibenda.*

1 Omnibus autem in ſumma, maxime perſonis Eccleſiaſticis, ieiunia ſeruãda ſunt, ab Eccleſia imperata: & qui contemnit, anathema ſit ex Concilio Gangrẽſi, & Apoſtolorum canone, *a* exceptis quibuſdam perſonis, quibus remittitur iure ieiunandi neceſſitas,cuius generis ſunt debiles,& infirmi: quibus & petentibus etiam temporibus vetitis, indulgetur carnium vſus. *b* Cum non ſubiaceat legi neceſſitas. *c* Sed magis ſit ferenda, vt maius euitetur periculum. *d* Ea ratione excuſantur,neceſſitatis, qui inedia & fame laborant, *e* qui continuo labore & opere corporali fatigantur,& exhauriuntur,qui ſine cibo diu laborare nequeunt; vt nec pueri tenentur, qui non poſſunt cibi defectum ferre, quibus calor naturalis fomentum cibi veluti momentaneum aſſidue adhiberi poſtulat. Non etiam obnoxii ieiuniis peregrinantes; non ſenes, qui quidem exiguo, ſed frequente egent alimento, quia ob defectum alimenti naturalis, plura ſimul ingeſta ſtomacho non poſſunt concoquere. *f.*

Item prægnantes,nutrices, quarum ieiunium noceret pueris,& eſſent ob penuriam alimenti illis non ſufficientis, veluti homicidæ illorum, *g* verumtamẽ in omnibus non erit alienum obſeruare, quamuis generaliter eximantur a neceſſitate, num robur perſonæ excuſatæ, vt pueri, ſenis, & ſimilium ſine magno periculo poſſit ieiunium pati. *h.* 2

### Scholia.

a *In Concilio Gangrenſi, cap. 18. relato in can.ſi quis eorum,30.diſtinct.*

b *In can. Apoſtolorum,68.diſt.*

c *Propter imbecillitatem corporis diſpenſant de ieiunio,in can.68. Apoſt.can.ſi quis per ſuperbiã,30.diſt.can. ieiunia ſana, 16. & ſeq.17.de pœnitẽtibus,de conſecrat.diſt.3. cap.2.de Obſeruatio.ieiunio. vbi notanda illa verba,* Petiuerit ſibi eſum carnium indulgeri. *Nam peti debet licentia, & indulgentia, arguit permiſſionem, ex humanitate, nõ ex debito. Conciliũ propriũ confeſſoris pro neceſſitate hac ſufficiens dixit Angelus, in ſumma in verbo* Ieiuniũ. *Nu. 20. in cauſa debilitatis & defectus naturæ, cũ cõſilio medici. Solet Tholoziæ haberi teſtimonium medici, quod æger indigeat eſu carnium: & poſtea ad illam atteſtationem ab Archiepiſcopo, vel ab eius Vicario, impetratur licentia & permiſſio vtendi rebus prohibitis tempore ieiuniorũ. Notandum autẽ medicũ peccare, ſi cuipiã cõſulat, vt ſine rationabili cauſa frãgat ieiuniũ, can. quid culpatur, 23.q.1.can.cõtraria, de cõſecrat.diſt.5. Solet & alicubi in Hiſpania haberi palam diplomata Summi Pont. ſiue diſpẽſationes edendi prohibita, & aliorum*

*probibitorum, quæ certæ perſonæ certo pretio, quod in eleemoſynas dicunt diſtribuendum, concedunt. Quas tamen num tollendæ ſint propter abuſum, & quod indiſtincte omnibus dentur, qui præſunt Eccleſiæ, conſiderabunt: meum enim non eſt os in cœlum tollere, cum & putem in caſu neceſſitatis vrgentiſſimæ, dum non adeſt confeſſor vel prælatus, matrem Eccleſiam permittere vſum rerum, valentibus probibitarum. Et Diuus Paulus ad Roma. 14. verſ. 1. ait, tolerandos eſſe in cibo infirmos, verum & puto deinceps admonẽdum confeſſorem, vt tutius agatur.*

c *ca. ſicut, de conſecra. diſt. 1. c. quod non eſt licitum, de regul. iur. apud Grego. ca. ieiunia ſane, de conſecra. diſt. 5 facit l. aliquã do, de offi. Proconſu. & lega.*

d *dicto. c. 2. de obſeruatio. ieiunio. Exemplum ſimile in libello repudii, ca. ſiquod verius 33. q. 2. aliud exemplum in ca. denique, 4. diſt. aliud, in ca. comeſſationes 44. diſtinct.*

e *dict. cap. 2. de obſerua. ieiuniorum.*

f *vide quæ tractat Diuus Thomas in 4. ſentent. diſt. 15. vbi & ait quod ſubtractio cibi per ieiunium, ſi impediret ea quæ neceſſario ſunt agenda, cum quibus conuiuit in ſocietate, vel ad quæ ex officio tenetur, non eſſet licita, ſed diceretur rapina.*

g *iuxta legem necare, de liber. agnoſ. P.*

h *D. Thomas in 4. ſententiar. diſtinct. 15.*

## Capvt VI.

*Effectus ieiunii.*

IEiunium Eccleſiaſticum, curat vulnera delinquentium, & curatos ſanctificat: *a* ſi modo mens ab iniquitate, & lingua ab obtrectationibus abſtineant: *b* ſatisfacit item pro commiſſis: *c* auxiliatur defunctis a viuentibus eo nomine factum, *d* imo & factum ab eo, qui eſt in peccato mortali, adhuc aliquid prodeſt. *e*.

### Scholia.

a *ca. ſint tibi, de conſecra. diſtinct. 5.*

b *ca. nihil enim, eo. de conſecra. diſtinct. 5.*

c *ca. igitur 76. diſtinct.*

d *ca anima 13. q. 2. & legitur 1. Regum c. 31. quod viri Iabes auferẽtes corpora Saulis & filiorum eius occiſorum in bello, ſepelierant in nemore, & ieiunauerunt ſeptem diebus.*

e *Prodeſt namque primum quantum ad obedientiam, ſi ei præceptum ſit ieiunium ab Eccleſia, vel ex voto faciat. Secundo valet ad macerationem. Tertio valet, ad ea omnia ad quæ valent bona opera facta extra caritatem, Angelus Clauaſius in Summa in verbo* ieiunium, *num. 24. & in verbo* ſatisfactio *num. 6. Celebrat Eccleſia ieiuniorum tempore paucis verbis effectus ieiunii, dum inter Miſſarum ſolemnia Deo dicit*, qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutes largiris & præmia, &c. *Sunt & genera dæmoniorum, quæ non eiiciuntur ab obſeſſis corporibus, niſi cum ieiunio & oratione. Diui Matthæi. c. 17. verſ. 21. ieiunantibus Apoſtolis & miniſtrãtibus Deo, dixit ſpiritus ſanctus, ſegregate mihi Saulum & Barnabam, &c. Actorũ 13. verſ. 2. & rurſum cum conſtituiſſent per ſingulas Eccleſias presbyteros orantes cum ieiunationibus, commendarunt eos Domino, Actorum, 14. verſ. 22.*

# DE FERIIS, ET DIEBVS FESTIVIS.

## Tit. XIX.

a De his tractatur lib. 2. *Decret. tit. 9. tota 15. quæſt. 4. & de conſecratione diſtinct. 3. ca. 1. lib. 2. P. tit. 12. lib. 3. C. tit. 12 In Nouella Leonis 54. vt Dominicis diebus omnes ab operibus vacent.*

## Capvt I.

1 *Continuatio & quid Feriæ.*
2 *Diſtinctio, profanæ.* 3 *Eccleſiaſtica.*

POſt ea, quæ antecedunt vt plerumque feſta, dicamus de ipſis Feriis & feſtis, iuxta pollicita. Feriæ antiquis dictæ, quod in diebus illarum feriretur ſeu mactaretur hoſtia, & ratione cultus diuini, ceſſaretur ab alio opere, vel a ferendis epulis. *a*

Poſtea



2 Poſtea & Feria † dicta vacatio ab aliquo opere, & proinde feriæ duplicis ſunt generis: aut profanæ, aut Eccleſiaſticæ. Profanæ, quæ nõ ſunt propter honorem Dei vel ſanctorum inſtitutæ, ſed propter vtilitatem vel neceſſitatem hominum, quales ſunt Feriæ meſſium & vindemiarum, in quarum tempore, iuſtitium erat & vacatio a forenſibus negotiis. *b* Item Feriæ Nundinæ, quibus vacatio dabatur ruſticis, vt ad nundinas & mercatũ venirent. *c* Eius & generis ſunt Feriæ publicæ vel repentinæ, vel ſolemnes. *d* Repentinæ erant, quæ a ſolo principe extra ordinem imperabantur, ob honorem ſuum, vel ob rem bene geſtam, vel ob alias cauſas. *e* Solemnes erant meſſium & vindemiarum.

3 Eccleſiaſticæ Feriæ, † quæ ad honorem Dei, vel ſanctorum eius, fuerãt dedicatæ. *f* Dies porro Chriſtianis omnes feriæ dicuntur, vt Dominica dies. *g* Feria prima, & prima Sabbathi dies ſolis, & dies Lunæ, 2. Martis, 3. Mercurii, 4. Iouis 5. Veneris, 6. Sabbathi 7. Eo quod Chriſtiano quotidie ſit feriandum, id eſt, abſtinendum a peccatis, & operibus ſeruilibus, quæ ad peccandum inducunt, & Deo ſeruiẽdum, hoſtiaque laudis & ſacrificii ſit ei offerenda. *k* Neque etiam decet Chriſtianos nominibus idolorum in diebus nominandis vti. Dicuntur & Feriæ anni ſolemnitates ſolemnitatum, quibus tempus feriandi, id eſt, vacandi ab operibus datur. *l* Dictæ & Feriæ omnes dies quadrageſimæ, quibus olim etiam iure ciuili abſtinebatur a litibus criminalium quæſtionum. *m* Item & Feriæ nuptiarum, quibus abſtinetur a nuptiis contrahendis publice. *n* Feriæ treugales, quibus canones bellantibus inducias præſcribunt. *o*

### Scholia.

a *ex Feſto & aliis claſſicis, vulgares, in his enim epulæ fiebant ex pecorum frugumque prouentibus.*

b *cap. conqueſtus, 5. de Feriis. libr. 2. tit. 9.*

*l. 1. eo. titul. in P. lib. 2. in tit. 12. l. 2. C. eod. tit. lib. 3. tit. 12.*

c *l. 2. de Nundinis. lib. 50. P. tit. 11. Macrob. libr. 1. Saturnalior. cap. 16. Plinius. lib. 18. cap. 3.*

d *l. 3. de Dilatio. lib. 3. C. titul. 11. l. ſed etſi per prætorem 26. §. ſi Feriæ, ex quib. cauſ. maior P. lib. 4. tit. 6.*

e *l. 1. & 4. C. de Feriis. dicta. l. ſed etſi. §. ſi feriæ.*

f *l. omnis 7. & l. fin. C. de Feriis.*

g *cap. 1 de Feriis, l. 12. & fin. C. eod. tit.*

h *1. ad Corint. cap. 16. verſ. 2.*

i *l. 3. & l. omnes, 7. C. de Feriis.*

k *vide Conradum Brunum. lib. 6. de Ceremoniis. cap. 6*

l *vt apud Gratian. in princip. diſtinct. 3. de conſecrat.*

m *l. 40. diebus. 6. C. de Feriis. Quod poſtea antiquatum, cum beati ſint, qui faciunt iuſtitiam in omni tempore, quemadmodum & eo tempore in criminibus inſignioribus iiſdem diebus permittebatur iudicium. l. pen. C. de Feriis.*

n *c. 4. de Feriis, apud Gregorium.*

o *cap. 1. de treuga & pace lib. 1. tit. 34.*

## Capvt II.

1 *Dierum & feſtorum diuiſio.*
2 *Quæ inſint.*
3 *Feſta mobilia & immobilia quæ.*

DIerum anni quidam feſti, quidã profeſti, quidam interciſi. *a* Feſti proprie cultui diuino ſolum & honori & ſanctorum cum Deo exſiſtentium conſecrati, ſeu dicati. Profeſti, relicti hominibus liberi, ad rem publicam aut priuatam gerendam. *b* Interciſi ſint, qui diuinis & humanis negotiis communes ſunt, quibus nihil operis ſeruilis licet agere, donec peractum fuerit ſacrificium: poſt peractum vero, licet. *c* 1

Feſtis, † generaliter ſumto vocabulo, inſunt ſacrificia, ferię. Profeſtis inſunt dies faſti ſeu forenſes, quibus cauſas, in foro iudiciali, & comitia agere licet, & ii qui cõ- 2

perendini, ſtati, & peculiares dicti. Rurſum Feriæ inueniuntur publicæ & priuatæ, familiares ſeu propriæ. Publicę rurſum ſtatius, aut conceptius, aut imperatius, *d* quæ omnes in iure pontificio quoque recipere poſſunt quandam tractationem.

3 Cæterum † vt accomodatius de illis in propoſito iure agamus, diuidemus feſta, in ſtata, quæ fixa ſeu immobilia dicuntur. Et in conceptiua ſeu mobilia. Feſta immobilia dicuntur, quæ certo anni tempore vel die recurrente, celebrantur. Cuius generis eſt dies Dominicus, qui ſingulis ſeptem diebus repetitur, in memoriam Dominicæ reſurrectionis. *e* Et aliæ feſtiuitates, quæ in voluminibus iuris canonici, *f* habent certas & ſtatas diuini cultus ceremonias & Ferias.

4 Feſta mobilia, † ſeu conceptiuæ, ſacræ feriæ, illæ ſunt, quæ mutantur & concipiuntur & mandantur a pontificibus & prælatis, aliis atque aliis per annorum varietatem curriculis celebranda; cuiuſmodi ſunt feſta Paſchæ, Rogationum, Pentecoſtes, corporis Domini, Aſcenſionis Domini. *g*

SCHOLIA.

a *Vide Macrobium lib. 1. Saturnalio. capit. 6. & Varro. lib. 5. de lingua Latina. Hanc autem propoſui diuiſionem obiter, nõ quidem quod in terminis, in iure põtificio ſeruetur, ſed quia ad illuſtrationem eius maxime pertinere videatur, & in eo vel maxime poſſit prodeſſe, vt hæreticorum impiorum peruicacia conuincatur, qui dies feſtiuos contemnunt, Ethnicis peiores, qui Ferias ad honorem cultus diuini curioſe obſeruabãt. Videnda porro plura apud nos libro ſecundo Syntagm. cap. 17. vbi de Feriis agitur.*

b *Apud Noniũ Marcellum, profeſti & feſti dies ſic diſcernebãtur. Profeſti ſunt a feſtiuitate vacui. Afranius in priuigno. Quæ feſtiuo nos facere ſolemne: die, quotidiano opere promiſcue omnia, atq; profeſto concelebras forum.*

c *Emanuel Comnenus Orientis Imperator, in Nouellæ cõſtitutione de Feriis, ait quaſdam dies omnino eſſe totos Feriatos, vt nullo modo vlla ipſorum parte iudicium conſtitui poſſit: alios eſſe ex parte feriatos, vt ex parte a Iudiciis ceſſent, a mane videlicet vſque ad ipſum diuini miniſterii tempus: vt liceat iudicibus precationibus atq; glorificando Deo vacare, poſt ſacrificium vero diuinum iuſtitiæ operam nauent.*

d *de quib. diximus lib. 2. Syntag. Iuris. c. 16.*

e *vt conſtat ex Apocalypſi Diui Ioannis. capit. 1.*

f *In principio. diſtinctio. 3. de conſecratio. dicitur per omnem diem Dominicã, Natalem Domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Euangeliſtæ, Innocentii, Sancti Syluestri, Octauæ Natalis Domini, Theophaniæ ſeu Epiphaniæ: Purificationis beatæ Mariæ, Paſchatis, cum tota hebdomada, Rogationum tribus diebus, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtæ, duodecim Apoſtolorum, ſancti Laurentii, Aſſumtionis beatæ Mariæ, &c. & per dies feſtiuitatum, quas ſinguli Epiſcopi per ſuas Diœceſes cum populo collaudauerint, quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ ſunt, non generaliter omnibus. Dies Dominicos feſtiuari omnes a Veſpera in Veſperam cum omni veneratione, iubet Concilium Compendienſe, in cap. 1. & Alexander 3. in ca. 2. de Feriis, & Cæſares. in l. 1. & 3. C. de Feriis. Et Gregorius 9. rurſum repetit, quæ dixerat Gratianus. in prin. 3. diſtinctionis, de conſecratio. in cap. final. de Feriis, agitque vltra, de feſto Trinitatis, quod ait ex conſuetudine, non ex præcepto Eccleſiæ celebrari. & de feſto Diui Matthiæ agit adueniente anno Biſſextili. pro quo & adde ca. quæſiuit 14. §. final. de verborum ſignificatio. De feſto vero celebrãdo conceptionis Virginis Mariæ, & Indulgentiis eorum, qui officiis eius diei & octauæ interſunt, tractatur in capit. 1. de reliquiis & venerat. ſancto. libro tertio. extrauagantium com-*



*munium. Videndum & Concilium Baſilienſe, ſeſſio. 36. in quo iudicatum eſt, quod erat aliquibus dubium, beatiſſimam Virginem Mariam fuiſſe conceptam ſine macula peccati originalis, pro quo etiam Catharinus edidit pulcrum tractatum. de feſto corporis Chriſti, & indulgentiis eorum, qui interſunt officiis & precibus publicis eius diei, & octauarum, tractatur in Clementi. vnica. de reliquiis & veneratio. ſanctorum, de feſto Aſcenſionis Domini, in canon. Rogationes, de conſecrat. diſtinct. 3. de feſto Paſchatis, & quando celebrandum ſit. in can. noſſe vos 21. & can. celebritatem 22. can. de obſeruatione, 26. de conſecrat. diſtin. 3. & quæ illud feſtum antecedere debeant, traduntur, in can. de ſacerdotibus, ca. placuit, vt dies venerabilis, 24. & ſequenti, placuit vt poſtquam, & dicto can. de obſeruatione, de conſecrat. diſtinctio. 3. nec fieri ſolemnitatem Paſchæ, niſi die Dominica ſtatutum, in can. celebritatem, de conſecrat. diſtinct. 3. Exſtat & can. 7. Apoſtolorum in hæc verba.* Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſanctum diem paſchæ, ante vernum æquinoctiũ cum Iudæis celebrauerit, deponitor. *Iubet autem canon Paſcha celebrari poſt 14. diem Lunæ primi menſis, id eſt, Martii, videndus can. 76. Concilii Carthaginenſis, quo damnatur Blaſtus hæreticus, qui voluit cum Iudæis Paſcha 14. Martii celebrandum, ſecundum legem Moſis, cum tamen Euangelica gratia euacuetur, ſi quis ad legem Chriſtum redigat, vt ait Tertull. libr. de Præſcript. aduerſus hæreticos. Cum etiam hæc quæſtio fuiſſet orta aliquando inter Chriſtianos Orientales & Occidentales, quo die Paſcha celebrandum eſſet. an quo tempore Iudæi faciunt 14. Martii, an alio die: Synodo congregata ſtatutum eſt, non alio die quam Dominico celebrari debere, ſoluto eo die ieiunio. Nicephorus, libr. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 6. Atque narrat in c. 37. Aſianos celebrare 14. Martii, eo quod Polycrates Eccleſiæ Epheſinæ antiſtes, magnus & Apoſtolicus vir habitus, diceret ita traditionem & auctoritatem Apoſtolicam adhuc durantem, vt cap. 38. refert Victorem Romanum Pontificem Aſianos epiſcopos excommunicaſſe, & ca. 40. ait tandem Aſianos conſenſiſſe, vt Dominico die non 14. Martii celebraretur. Idemque ſcribit. lib. 8. ca. 25. in Synodo Nicena ſtatutum: non eſſe Paſcha celebrandum ea die, qua Iudæi celebrant. Dionyſius porro Alexandriæ antiſtes ſcribit Eccleſiis Æquinoctio tantum verno Paſcha celebrari oportere. Et cum ſcribit ad Didymum & Domitium, octo annorum canonem exponit Nicephorus Calix. lib. 6. Hiſtor. c. 18. Fuerunt & Nouatiani aliquando diuiſi ſuper celebratione Paſchæ. Nam cũ celebrarent more Iudæorum, duæ ſectæ ſubortæ fuerunt a Sabatiano epiſcopo Nouatiano, vt ait id. Niceph. lib. 12. c. 31. & 32. iterumque ca. 34. docet variationem in eo antiquorum ex diuerſa conſuetudine locorum & in celebratione diei Paſchæ & ieiunio præcedere. Siquidem Romani, ante Paſcha, tres continuas hebdomadas, Sabbathis & Dominicis diebus exceptis, interdum ieiunarunt. Illyrici, & cuncta Græcia, Alexandria, Lybia, omnis Ægyptus & Palæſtina, ſex hebdomadibus ante feſtum Paſchæ ieiunium continuarunt, quadrageſimã nominantes. Alii rurſus ante ſeptem hebdomadas, ieiunare inceperũt. Sicut Cõſtantinopoli ad Phœniciam vſq; quinos dies ex interuallo, binis ſeptimanis intermiſſis, a cibis ſe abſtinentes, quadrageſimam tale tempus vocarunt. Nec ſolum de dierum numero, verum etiam de cibis ipſis, de aditu ad ſacra myſteria, de abſtinentia, multum inter ſe diſſederunt: quidam enim animata prorſus non attingunt: alii autem attingunt, ſed piſces ſolos. Erant qui & cum piſcibus volatilia deguſtabant, ex aquis ea quoq; progenita, vt Moſes ait Geneſis primo, dicens: Alii ab ouis & nucibus abſtinebant, nonulli arborum fructi-*

*bus veſcebantur: quidam panem tantum* A
*ſiccum comedebant, quidã nec hunc qui-*
*dem attingebant. Diuerſum & narrat*
*fuiſſe cibi capiendi tempus: vt aliqui hora*
*nona, aliqui poſt occaſum: quidã poſt diem*
*vnam, ſequenti die cibum caperent: non-*
*nulli vero, ad tres, ad quatuor, ad quinque*
*& ad ſeptem vſque dies dapibus abſtinen-*
*tes procederent, pro eo quod quis carere ci-*
*bo aut volebat aut poterat. Conſentit in*
*his Nicephoro Socrates, libr. 9. Hiſtoriæ* B
*Tripartitæ capit. 38. Sozomenes lib. 9. ca.*
*39. Sed de Paſchate ſatis, progrediamur*
*ad alia feſta. Statuit & Bonifacius 8. cap.*
*vnic. de reliq. & venera. ſancto. lib. 3. Sex.*
*tit. 22. feſta 12. Apoſtolorũ, quatuor Eu-*
*angeliſtarum, quatuor doctorum & con-*
*feſſorum Eccleſiæ, Gregorii, Auguſtini,*
*Ambroſii, Hieronymi, ſub officio duplici*
*debere ſolemniter celebrari. Habetur &*
*de feſto inuentionis ſanctæ Crucis ſolem-* C
*niter celebranda, in can. crucis, de conſe-*
*cratio. diſt. 4. Valentinianus Theodoſius*
*& Archadius in l. omnes dies 7. & Theo-*
*doſius in l. ſecunda, de Feriis. C. numerant*
*inter valde ſolemnes Paſchæ, ſacros dies,*
*qui ſepteno numero vel præcedunt, vel ſe-*
*quuntur. Diem Natalem, diem Epipha-*
*niarum Chriſti, & cõmemorationem A-*
*poſtolicæ paſſionis, meminit & Ammianus*
*Marcellinus libro 21. de die Epiphaniæ a* D
*Chriſtianis cultu diuino honorato. Enu-*
*merauit etiam Emanuel Comnenus Im-*
*perator Orientis, ſecunda conſtitutione, de*
*Feriis, dies præcipuos ſacros, quos ibi vide-*
*bis: illudque ſingulare, quod prohibuerit*
*amplius connumerari inter feriatos, dies*
*Natiuitatis vel generationis Principis:*
*quare & in eo ſuſtulit legẽ Valentin. Theo-*
*doſ. & Archad. Cæſarum, l. omnes dies, in*
*fine. C. de Feriis, qui inducias illas ſuis die-* E
*bus ſanxerant, qui vel lucis auſpicia, vel*
*ortus imperii protuliſſet. Idemque in l. 2.*
*de Feriis, in Codice Theodoſia. Et in Ec-*
*loga Baſilicorum, libr. 7. tit. 17. capit. 13.*
*& 17. Erant quippe & antiquitus vota*

A *anniuerſaria eo die ſoluta, quo ad impe-*
*rium princeps aſſumtus erat, vel cum na-*
*tus fuiſſet, vt liquet ex Plinio, lib. 10. Epi-*
*ſtol. 9. 44. 45. 60. & 61. Tertullia. in A-*
*pologetico. Idque vltra ea, quæ pro ſalute*
*& incolumitate principis ſoluebantur die*
*tertia, poſt Calendas Ianuarias, vt memi-*
*nit. l. ſi caluitur, 123. §. primo, de verbor.*
*ſignifi. Pandect. l. vnic. de Oblatio. votor.*
*libr. 12. C. titul. 49. Adiecerunt prædicti*
B *Cæſares Theodoſ. & Archadius & Valen-*
*tin. in dicta l. omnes dies, de Feriis. C. Fe-*
*riatis diebus Natalitios dies vrbium ma-*
*ximarum Romæ & Conſtantinopolis, in*
*quibus deberent & iura ſilere in foro, Pali-*
*lia fieri dicebantur. 20. Aprilis quo die Ro-*
*ma dicebatur condita a Romulo, quod di-*
*cerentur Pali cuidam idolo, quod Deum*
*paſtorum nominabant, dicata, vt ſcribit*
*Suetonius in Caligula. Erant & plures a-*
C *liæ Feriæ Ethnicis ſtatutæ, de quibus vi-*
*dendus Wolffgangus Lazius. libr. 11. de*
*Repub. Romanorum. cap. 1. & quæ nos di-*
*ximus, lib. 2. Syntagm. cap. 16. Perſæ Na-*
*talis ſui diem inter cæteras colendum exi-*
*ſtimabant cuique, vt ait Herodot. in 1.*
*Dabant & olim Proconſules Ferias pro iu-*
*cundo ſuo in prouinciam aduentu. l. ſi in*
*aliquam, de offic. Proconſul. Pandect. E-*
*rant & Calendæ Ianuarii, bonis omina-*
D *tionibus inter Ferias Ethnicorum conſti-*
*tutæ, prohibitæ eo modo Chriſtianis, ca. non*
*ob ca. non licet. & can. ſi quis Calendis Ia-*
*nuarii. 26. quæſtio. 7. Quemadmodum &*
*iiſdem prohibetur obſeruatio dierum Æ-*
*gyptiacorum, quæ vanitas magorum dixit*
*infelices, dicto. can. non obſeruetis. Pari*
*modo & reiecta temporum vana obſerua-*
*tio, quæ ex eodem errore originem habuit.*
*dict. ca. non obſeruetis, & can. quis exiſti-*
E *maret 26. quæſtio. 7. can. fin. 26. quæſt. 5.*
*Sine vanitate Calendas Ianuarii, & tem-*
*pora obſeruare ad certitudinem negotio-*
*rum & temporum interdictum non arbi-*
*tror, vtpote, quando antiquitus Iuliæ &*
*Martiæ Calendæ ſolemnes erant locatio-*



*nibus incoandis & ſoluendis mercedibus,* A
*iuxta l. cum ab eo, §. 1. de contra. emtio.*
*P. l. qui balneum. 9. qui potior. in pignor.*
*habeantur. lib. 20. titul. 4. Et notat Anto-*
*nius Auguſtin. in dict. §. 1. l. cum ab eo, a*
*Ciceronis ætate conſultum fuiſſe apud Ro-*
*manos, Calendis Quintilibus ſeu Iuliis, ex*
*domo conducta migrare, eumque diem*
*conditionum primum fuiſſe, liquet etiam*
*idipſum ex Cicerone. 2. Epiſtol. ad Quin-*
*tum fratrem, ex Martial. 2. Epigramma.* B
*Suetonio in Tyberio. facit l. cum precario.*
*2. de precar. Erant & Calendæ Martiæ,*
*penſionibus inferendis ſolemnes, teſte Ma-*
*crobio. libr. 1. Saturnalio. capit. 12. & li-*
*quet ex l. defuncta fructuaria, 59. de vſu-*
*fructu. lib. 7. P. tit. 1. Quemadmodum &*
*ſolemnes erant Martiæ Calendæ mulieri-*
*bus Romanis, quibus ſolemne erat illo die* C
*mittere munera. vt in Saturnalibus viris*
*dabantur apophoreta, vt ſcribit Sueton.*
*in Veſpaſia. cap. 19. Macrob. lib. 1. Satur-*
*nal. cap. 12. Sic Plautus in Milite.*

Da mihi vir quod Calendis mittã cum
Martiæ venerint.

*Et Iuuenal. Satyr. 9.*

Munera fœmineis tractas ſecreta Ca-
lendis.

*Videtur meminiſſe iſtius moris Pompo-* D
*nius Iuriſconſult. in l. ſed ſi vir. 31. §. ſi vir*
*vxori, munus immodicum. de donat. inter*
*virum & vxorem, libr. 24. P. tit. 1. refert*
*Sozomenus. libr. 1. Hiſtoriæ Triparti-*
*tæ. capit. 9. Conſtantinum aliquando edi-*
*xiſſe, vt dies Veneris, qui eſt ante ſeptimũ.*
*& quo Chriſtus crucifixus fuit, a iudiciis*
*haberet vacationem. Apud Clementem*
*Romanum, libr. 8. Conſtitutionum Apo-*
*ſtolicarum. cap. 39. Diui, Petrus & Pau-* E
*lus diſponunt ſeruos operari per quinque*
*dies hebdomadæ, & quieſcere in Eccleſia,*
*propter doctrinam pietatis, Sabbatho &*
*die dominica: Quia Sabbathum creatio-*
*nis habeat rationem: Dominicus, reſurre-*
*ctionis. Item quieſcere ſeruos per totã ma-*
*gnam hebdomadam, & ſequentem, quæ*

*ad paſſionem pertinẽt & reſurrectionem.*
*Item quieſcendum in aſcenſione, quia eſſet*
*finis diſpenſationis Chriſti: In Pentecoſte,*
*quia eſſet in ea Spiritus ſanctus donatus:*
*In Natali Chriſti: In epiphania diebus A-*
*poſtolorum, quia magiſtri fuerũt in Chri-*
*ſto: In die Stephani protomartyris & reli-*
*quorum ſanctorum martyrum, qui Chri-*
*ſtum propriæ vitæ antepoſuerunt.*
g *de quibus proximo loco diximus.*

## Capvt III.

1 *Feriarum ceſſationes.*

FEriandum † ſeu ceſſandum aut abſti- 1
nendum in diebus feſtiuis, maxime do-
minicis & aliis maioribus & ſolemniori-
bus, ab omni illicito opere, a mercãtu, a iu-
dicio pœnali, vel mortis, ab exhibitione
vel receptione iuramenti. *a* Inter Paſcha
& Pentecoſtem diebus dominicis & aliis
feſtiuis, non debet fieri genuflexio publi-
ce, niſi aliquis ex deuotione velit facere in
ſecreto: In conſecrationibus tamen epi-
ſcoporum, & clericorum ordinationibus,
conſecrans & conſecratus tantum, genua
flectere poſſunt, ſecundum quod conſe-
crationis modus requirit. *b* In Feriis *c* in
vtilitatem hominum introductis, iudicia
ex conſenſu partium agitari poſſunt. Non
etiam in Feriis introductis in honorem
Dei & ſanctorum, in quibus nihil ſeruile
aut operis agere permittitur. *d* Niſi ne-
ceſſitas vrgeat, *e* vel pietas ſuadeat. *f* Pro-
hibentur & damnantur in Feſtis, ſaltatio-
nes, turpia cantica, theatrales ludi, ſpecta-
cula, *g* comeſſationes. *h*

## Scholia.

a *capit. 1. & fin. de Feriis. l. omnes dies. C. eod.*
*tit. Demoſthenes etiam aduerſus Timocra-*
*tẽ meminit legis de Feſtis Pantheneis, qua*
*ſancitum. μήτε ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ, μηδὲν ἀλλήλους*
*ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν*
*περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ. id eſt, ne eo tempore vel pri-*
*uatim vel publice alii aliis iniurias faciãt,*
*neue quicquam decernatur, niſi ad feſtum*
*pertineat, hæc expreſſius. Exod. 23. verſ. 2.*

R

*Ibi. ſex diebus operaberis, &c. & cap. 34.* A *verſ. 21. Et abſtinēdum etiam a collectione lignorum, docet numerorum. capit. 15. verſ. 32. Pondera portare in ſabbatho, in cuius honorem ſucceſſit dies Dominicus: inferre in ciuitatem, vel eiicere per portas ciuitatis, prohibitum quoque, Hieremiæ. cap. 17. verſ. 21. & 24. Eſdræ c. 13. verſi. 16. Et ceſſandum ab omni opere ſeruili. In Feriis docet. cap. 3. de Feriis, canon. 16. ieiunia ſane, de conſecrat. diſtinct. 3.* B

b *Prædicta habentur in cap. 2. de Feriis, genuflexionem hanc prohibitam, alii canones explicant, proſternationem, vt in Synodo Martini Græca. cap. 57. vide ſumtus. can. ſi quis presbyter 30. diſt. vbi ratio, quod intra illos dies celebretur gaudium reſurrectionis Dominicæ, & ideo ſtantes vota nos debere reddere. Idipſum & ſtatutum in Concilio Niceno. capit. 20. & in canon. quoniam ſicut, de conſecrat. diſtin.* C *3. can. ſcire debet ſanctitas 76. diſt. ex diuo Ambroſio ſermone 61.*

c *l. 1. §. 2. & l. ſi feriatis, 6. de Feriis. in P.*

d *c. fin. de Feriis. cap. 1. 2. 3. 15. quæſt. 4. l. ſi feriatis, 16. de Feriis P. dict. l. omnes dies, & l. ſin. C. eod. titul. Ethnici quoque idipſum obſeruabant in ſuis Feriis, & per præconem apud illos dici ſolitum, vt litibus & iurgiis abſtineretur, indicat Cicero, 1. de diuinatione, & legis 12. tabularum meminit.* D Feriis iurgia amouento, *in 2. de legibus. Et Ouid. 1. Faſtorum.*

Lite vacent aures: inſanaque protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida lōga tuum.

*Ita ſolebant præcones ante Flamines ire, qui iuberent Feriis publicis homines ab opere abſtinere, ne illæ pollucrentur, ſi quid in illis operis fieret, vt ait Feſtus in verbo, præclamitatores. libr. 14. & Seruius ad 1.* E *Georg. Virgilii ad verſum.*

Quippe etiam Feſtis quædam exercere diebus.

e *& Macrob. 1. Saturnalior. c. 16. Plutarchus in Numa. exemplum neceſſitatis diui Matthæi. cap 12. verſ. primo, Marc.* A *2. verſ. 23. Luc. 6. verſ. 1. vbi excuſantur diſcipuli tempore famis euellentes in Sabbatho ſpicas, atque in cap. 3. de Feriis. Permiſſum eſt halecia capere etiā diebus Dominicis & Feriatis, exceptis maioribus ſolemnitatibus: & ea lege, vt poſt capturam factam, portio capturæ diſtribuatur proximioribus Eccleſiis & pauperibus. Et Conſtantinus in l. omnes iudices, 3. C. de Feriis,* B *permittit etiam tempore feſtorum ruri poſitos, agrorum culturæ libere licenterque inſeruire, quoniam frequenter inquit euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandētur: & ne occaſione momenti pereat commoditas, cœleſti prouiſione conceſſa. Quæ tamen lex, admittitur in caſu tantum neceſſitatis, non aliter: vt ſi ſpicis maturis repente ſuboriatur ventus validus, qui grana excutiat. Si* C *fœno iam ſiccato, immineat maxima pluuia, &c. vt notat gloſſ. fin. iuncto cap. ieiunia ſane 16. de conſecratio. diſtinct. 3. Ratione quoque neceſſitatis vitæ excuſantur artifices, qui apparant vendenda victus gratia, vt laniones, tabernarii, molitores, medici, pharmacopolæ,* equorum ferratores, *vectores peregrinorum, viatores & his ſimiles, qui neceſſitate vrgēte quippiam coguntur agere. Sic Cato, de re ruſtica ca. 139. ait mulis, equis, aſinis nullas eſſe Fe-* D *rias, niſi in familia ſint. Varro vero libr. 2. de re ruſtica, ca. fin. docet, quæ Feriis licite agere[illegible]tur. Sic etiam in Feriarum iudicialium iuſtitio, ſi actio ſit peritura tempore meſſium vel vindemarū, vel res ipſa, datur iudicium. Exempla ponuntur in l. 1. 2. & 3. de Feriis. P. Si etiam res celeritatem deſideret & officium iudicis, vt in damni infecti cauſa, & nuntiatione noui operis, l.* E *1. de damno infect. P. ſi cōtra latrones procedendum l. prouinciarum, 10. de feriis. C. vbi & ratio. in ſumma, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. cap. quod non eſt licitū, de reg. iur. apud Greg. cap. 2. de obſeruatio. ieiuniorum. Pugnatur ex neceſſitate, & diebus feſtis nō aliter* A *dict. cap. quod non eſt licitum, can. 15. ſi nulla, 25. quæſt. 8. idque didicerunt experimento faciendum eſſe Machabæi: primum ob id victi, quod non pugnaſſent. 1. Machab. cap. 2. verſ. 38. & ſeq. Sicque Dio. Caſſius, lib. 37. hiſtoriæ Romanæ ſcribit, Pompeium templum Hieroſolymitanum expugnaſſe, quod Iudæi die Sabbati non fuerint auſi bellare, qui illud tuerentur, alitei nunquam potuiſſe expugnare.* B *Chriſtus quoque de hac neceſſitatis excuſatione admonet Iudæos, dum Lucæ 13. verſ. 5. ait,* Hypocritæ, nonne vnuſquiſque veſtrum ſoluit Sabbato equum ſuum: aut aſinum a præſepio, & non ducit ad aquare? &c. *Atque ideo omnia, quæ pertinent ad ſalutem hominis, actionem habent a Deo diſpenſabilem in neceſſitate, cum Sabbatum propter hominem factum ſit, non homo propter Sabbatū. Diui Mar-* C *ci 2. verſ. 27.*

f *hæc ſunt verba cap. conqueſtus 5. de Feriis. Pietatis opera non ſolum non prohibita in Feſtis, imo iuſſa. dict. capit. fin. de Feriis, & & licet benefacere & animam ſaluam facere etiam Sabbatho, Diui Matthæi. cap. 12. verſic. 12. Diui Marci 2. verſi. 27. D. Lucæ ca. 6. verſ. 9. Accedit Proſper, dum ait libro Epigramma.*

Non recte ſeruat legalia Sabbatha cultu, D
Qui pietatis opus credit in his vetitū.

*Summa ratio actus, quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ, de religioſ. & ſumtibus funer. P. Ad pietatem pertinere videtur manumiſſio & datio libertatis, quæ permittitur diebus ſacris l. 2. de Feriis, vt & excōmunicationis abſolutio, vt ait Summa Roſella in verbo Feriæ, numero 21.* E *Sic ſtudere diebus Dominicis, etiam poſt impenſam operam cultui diuino, non eſt prohibitum: pertinet enim hoc ad vtilitatem publicam. capit. final. de Magiſtrat. & vt otium indignum homines, euitetur canon. 33. nunquam, de conſecratione diſtinctio. quinta: Ideo audito diuino officio* A *peccatum quidem non eſſe arbitror verum, ſecundum Angelum & Alexandrinum ab Imola, ad l. Diuus, de Feriis P. At contemto diuino officio ſtudere, non vrgente neceſſitate, contra: & ita intelligendum Archidiaconum, ad canon. de pœnitentibus. de conſecration. diſtinctione tertia, & Ioannem Andream ad caput primum de Feriis. Ita licebit iis diebus ſtudere ad* B *vtilitatem publicam in ſcientiis permiſſis, & vtilibus: non ad lucrum particulare. Sic iuſtitiæ expediendæ cauſa, vel lectionis publicæ cauſa, ſi ad munus docendi quis vocatus ſit, ſi reſpondendum ſit conſultori a longe venienti, &c. vide Panormitan. ad ca. 1. de Feriis. Permittitur ob pietatem & tranquillitatem, ſeu pacem ſocietatis humanæ, tranſactio de litibus ſubortis. l. final. C. de Feriis. Permittit & ius tempore Fe-* C *riarum meſſium & vindemiarum ſententiam exſecutioni demandare, cap. ſignificauerunt, in fin. de iudiciis.*

g *can. irreligioſa, canon primo, de conſecratio. diſtinctione prima, canon. qui die ſolemni prætermiſſo 56. de conſecratione, diſtinction. prima, vbi ponitur excommunicationis pœna in euntes ad theatra, prætermiſſo Eccleſiæ conuentu ſolemni, & in Concilio Carthaginen. quarto, capit. 88.* D *Prohibetur idipſum, & in l. fin. C. de Ferrar. Multo magis prohibitum eſt ſpectacula in Eccleſia edere, capit. cum decorem, de vita & honeſt. cler. cap. nullus, de conſecratio. diſtinctio. quinta. Inter omnes, maxime clerici debent choreas & ſaltationes profanas euitare, Clement. 1. de celebratio. miſſa. & moniales, Clement. 2. de Stat. Monachorum. Quemadmodum & alii laici, quia periculoſa eſt hæc* E *ſexuum commixtio & ſocietas, ca. definimus 18. quæſtio. ſecunda capit. mulieres, de iudic. in Sex. Monet potentiam obiectum, nec quiſquam tam fidere debet ſuæ ſanctitati, vt exiſtimet ſe obiiciendo periculo voluptatis, poſſe ſe impollutum euade-*

*re, vicinitas ignis calorem generat, & ex* A
*puritate per contagionem, quis infici po-*
*teſt, aqua pura nitida remanet per ſe, ter-*
*ra quoque per ſe non maculat, at ſi iungas*
*aquam terræ, fit lutum & ſordes. Quare*
*& clericis, ne inconſulto a ſua munditia*
*deiiciantur, prohibetur, ne ſpectaculis in-*
*terſint. can. præsbyteri, 34. diſtinct. cano.*
*bis ergo 23. diſtinct. canon. non oportet, de*
*conſecratione. diſt. 5.*

h *Comeſſationes intemperatæ, quæ nihilomi-* B
*nus pernicioſo exemplo fiunt, diebus feſtis*
*improbantur. can. comeſſationes, 44. di-*
*ſtinct. can. denique, 4. diſtinctio. Quia &*
*confuſio ignominiaque eſt* Iesvm Chri-
stvm, *crucifixum & pauperem, infarſis*
*corporibus & rubẽtibus mero buccis, præ-*
*dicare, can. Eccleſiæ principes, 35. diſtinct.*
*facit Diuus Ambroſius Tom. 4. libr. de*
*Elia. ca. 17. vbi,* o ſtultitiam hominum,
qui virtutem ebrietatem putant, qui C
exiſtimant illos ebrietate placari, qui
ieiunio ſuſtinere paſſiones didicerunt.
*Et Hieronymus Epiſtola ad Euſtachium*
*valde abſurdum ait, nimia ſaturitate vel-*
*le honorare Martyrem, quem ſcias Deo*
*placuiſſe ieiuniis. Cæterũ epulari & gau-*
*dere in diebus feſtis honeſtate ſeruata, &*
*cum Dei timore & honore, non eſt impro-*
*batum, imo & laudatum; vt legimus. libr.*
*2. Eſdræ cap. 8. verſ. 10. & ſeq.* D

## Cap. IIII.

*Qui Ferias ſeu feſta ſtatuerint, vel ſta-*
*tuant.*

FEriæ ſeu feſtiui dies, quidã a Deo man-
dati ſunt, vt Sabbathum, *a* & alia feſta
veteris teſtamenti per Moſen promulga-
ta *b* Et confirmata & aucta per dominum
Ieſum Chriſtum, verum legiſlatorem: de
hinc alia per ſuam ſanctam Eccleſiam cõ- E
ſtituta. Data & auctoritas epiſcopis in ſuis
diœceſibus deligendi & imperandi feſta
ſacra, prout illis vtilitas & neceſſitas ſuade-
re videbitur. *c* Indictiuas & repentinas fe-
rias concipit & ſtatuit ſolus princeps, non
A alius inferior, *d* veruntamẽ feriarum meſ-
ſium & vindemiarum constitutarum, præ-
ſides prouinciarum ex conſuetudine cu-
iuſque loci & fructuum colligendorũ ha-
bita ratione, ſolent tempus definire. *e*

### Scholia.

a *Geneſ. c. 2. verſ. 2. Exod. cap. 16. verſ. 23.*
*& cap. 20. verſ. 8. & cap. 23. verſ. 12. & c.*
*21. verſ. 14. & cap. 34. verſ. 21. capit. 35.*
B *verſ. 2. Leuit. 19. ver. 3. cum ſimilibus.*

b *Vt Paſchæ feſtum ſeu phaſe, Exod. capit.*
*12. & cap. 13. cap. 23. cap. 34. Leuiti. 23.*
*Numer. 9. & cap. 28. Deuter. 16. cum ſi-*
*mili. Feſtum & ſolemnitas tabernaculo*
*rum, poſt frugum congregationem, Exod.*
*23. verſ. 16. ſeptem dierum, Leuit. 23. ver.*
*54. Deuteron. 16. ver. 4. 2. Eſdræ 8. ver. 5.*
*dictum & feſtum ſcenophagiæ menſis Caſ-*
*leu, 2. Machab. 1. verſ. 9. Diui Ioan. Eu-*
C *ang. capit. 7. verſ. 2. feſtum Neomeniæ in*
*principio Menſium Iudæorum, Numer.*
*cap. 28. verſ. 11, Ezech. 45. verſ. 18.*

c *In principio diſtinctionis 3. de conſecra-*
*tione, vbi tamen dicitur, adhibendum eſ-*
*ſe ab Epiſcopo populum, dum dicitur.* Fe-
ſtiuitates quas ſinguli epiſcopi in ſuis e-
piſcopatibus cum populo collaudaue-
runt, &c. *idem in c. conqueſtus, 5. de feriis,*
*ibi,* cæteriſque ſolemnitatibus quas ſin-
D guli epiſcopi in ſuis diœceſibus cũ cle-
ro & populo duxerint venerandas, &c.
*Populus autem, vt puto adhibetur, vt vi-*
*deat epiſcopus, num multiplicitas feſtorum*
*illum oneret, & num ſint feſta patronorum*
*Eccleſiarum quas veneretur. Et quæ ſint*
*quæ non ſoleant ex deſuetudine coli. Sic*
*enim ſtatuet, his auditis & ſimilibus, quæ*
*ad rem facere videbuntur, epiſcopus ſolus,*
*quæ ex re religionis erunt, abrogatis qui-*
E *buſdam vel aliis ſubrogatis. Et ita etiam*
*legitur apud Dionẽ Caſſium. lib. 60. Clau-*
*dium Cæſarem 4. conſulatu, multas ferias,*
*multa ſacrificia abrogaſſe, quod maior an-*
*ni pars his abſumebatur, non ſine magno*
*reipublicæ detrimento*

d *l. 4.*



d *l. 4. C. de Feriis, refert Heraclides in Cepha-* A
*leniorum repub. Promnenſum regem ſum-*
*mæ inclementiæ, qui non vltra duo feſta*
*ſuis conceſſit, neque plus decem in menſe*
*diebus, in vrbe conuiuium agitare, quo*
*exemplo etiam monemur, regi apud alias*
*nationes quoque quam Romanas de feſtis*
*ſtatuere licuiſſe.*

e *l. præſides prouinciarum, 4. de Feriis. P. So-*
*lent enim maturius alicubi, alibi tardius*
*meſſium & vindemiarum tempora veni-* B
*re, quas tamen geminis menſibus complexi*
*ſunt Valentinia. Theodoſ. & Archadius*
*in l. omnes dies, 7. C. de Feriis. Theodoſius*
*autem in l. 2. eius tituli Ferias meſſium*
*conſtituit a die 8. Calend. Iulii, vſque in*
*Calendas Auguſti. & a Calendis Augu-*
*ſti, vſque ad 10. Calend. Septemb. agenda-*
*rum cauſarum tribuit licentiam. A 10. au-*
*tem Calend. Septemb. vſque in Idus Octo-*
*bris, vindemiales ferias facit. Et Plinius* C
*lib. 8. cap. 21. lites quoque interquieſcere,*
*Iulio menſe, refert.*

## Capvt V.

*Quandiu duret feſtiuus dies.*

1 IVre communi Feriæ ſeu feſtiuitates co-
li debent a veſpera vſque ad ſequentem
veſperam. *a* Verum quandiu nunc & qua-
tenus coli debeant, conſuetudo erit inſpi-
cienda locorum. *b* Incumbit autem onus
parochis prænuntiandi populo ſingulis D
diebus Dominicis, quæ Feriæ hebdoma-
dæ ſint feſtiuandæ. *c.*

### Scholia.

a *in principio diſtinctio. 3. de conſecratio.*
*canon. quod a patribus 75. diſtinct. cap. 1.*
*& 2. de Feriis. Leuit. 23. verſ. 32. Et hoc*
*quantum pertinet ad ſolutionem laboris*
*ab operibus quorum datur vacatio, non*
*autem quantum pertinet ad diei defini-* E
*tionem: qui incipit a media nocte vſque ad*
*aliam noctem ſequentem. l. more, de Feriis*
*P. videnda gloſ. ad principium 3. diſtin-*
A *ctionis de conſecra. ad verba* vſque ad ve-
ſperã, *& id probat canon, quod a patribus.*

b *cap. 2. de Feriis.*

c *in principio 5. diſtinctio. de conſecratio.*

## Capvt VI.

*Finis feſtorum, & continuatio ad ſequen-*
*tem titulum.*

FInis feſtorum eſt, vt quieſcant homines 1
a laboribus ſecularibus, & cultui diui-
B no liberius inſeruiant, vt ex ſuperioribus
liquet: *a* proinde & diuina officia & my-
ſteria ſacra, quæ in iſtis feſtiuis diebus agi
& conſiderari debent, dabunt viam &
methodum accommodam, vt de illis dica-
mus, illo admonito quod tranſgreſſio fe-
ſtiuorum dierum, imperatorum ab Eccle-
ſia, pœnam meretur. *b.*

### Scholia.

C a *in canon. omnes fideles, & can. Miſſas, de*
*conſecrat. diſtinctio. 1.*

b *quemadmodum colligens ligna Sabbatho,*
*fuit Dei iudicio lapidatus, Numerorum*
*capit. 15. Exodi 35.* Sex diebus facietis
opus, ſeptimus dies erit vobis ſanctus:
qui fecerit opus in eo, occidetur. *Et*
*Hieremias c. 17. verſ. 27.* ſi non audieri-
tis me, vt ſanctificetis diem Sabbathi, &
ne porteris onus, & ne inferatis per
D portas Hieruſalem in die Sabbati, ſuc-
cendam ignem in portus eius, & deuo-
rabit domos Hieruſalem. *Imperatores*
*Leo & Anthemius in l. final. C. de Feriis,*
*imponunt tranſgredientibus, quæ præſcri-*
*pta in illa lege ſunt de obſeruatione Feria-*
*rum, amiſſionem militiæ, & bonorum ſeu*
*patrimonii proſcriptionem. Solet Eccleſia,*
*dum præcipit Feſta ſeruari, pœnam propo-*
E *nere peccati tranſgreſſoribus, & non obe-*
*dientibus mandatis eius. At magiſtratus*
*politici contemnentes poſſunt per mulctas*
*& captionem perſonarum contumacium*
*aduerſum violantes feſta procedere.*

# DE PRECIBVS ECCLESIASTICIS, ATQVE DE Horis Canonicis.

A

## *a* TIT. XX.

a *Habetur lib. 3. Decretalium, titulo 41. de celebratione Miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ, & de diuinis officiis, & in Clement. lib. 3. tit. 14. & in can. ſancta Romana, §. cæterorum, 15. diſt. & de Conſecrat. diſtinct. 2.*

### CAPVT I.

1 *Oratio quid.*

QVamuis orationis non minus, quam ſermonis & loquelæ nomen, late pateat, tamen hîc de ſacris ſupplicationibus & precibus loquuturi, in gratiam tyronum per formulam deſcriptionis vtemur communi finitione. Et erit oratio pius animi affectus, omnino in Deum tendens, *a* ſacrificium laudis, fructus labiorum. *b* Latius oratio religioſa, *c* eſt ſermo intrinſecus *d* vel extrinſecus, *e* Deo vel ſanctis directus, aliquid proponens vel poſtulans. *f.*

### SCHOLIA.

a *Colligitur ex can. quando autem facimus, ſeptuageſimo, de conſecrat. diſtinct. 1.*

b *Clement. vnic. de celebrat. Miſſarum.*

c *Adieci in hac nona mea finitione conſulto verbum* RELIGIOSA, *vt docerem nos hîc agere de oratione, prout reſtringitur ad ſacras preces; alioquin enim oratio rebus aliis omnib. conueniret, de quibus ſermo haberi poſſet, vt Rhetoribus, Dialecticis, & Grammaticis, & aliis. Oratio, quaſi oris ratio, quod ore pronuntiatur; proprie cum ſono & voce articulata. Siquidem hæc eſt via ad orationem, vt primum ſonus generaliſſimum genus ſit, poſtea ſonus inanimatarum rerum & animatarum ſit. Inanimatarum vt ictus, aëris repercuſſio, echo: Animatarum vt vox eorum animalium tantum, quæ ſanguinem habent. Rurſum vox alia articulata, alia non: Inarticulata in his, quæ non loquuntur, vt mugitus in boue, & rugitus leonis, &c. Articulata in homine: in articulatione, cuius hoc eſt in diſtinctione, veluti per articulos diſtinctos, fiunt literæ, ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, ex dictionibus oratio, quæ eſt idonea conceptus animi repræſentatio, ideo mentis eſt imago ſiue in bene, ſiue in male dictis. Religio proprie de his, quæ ad Deum pertinent, l. 2. de Iuſti. & Iur. P. vel de his quæ ad cultum Dei faciunt. Religione enim cultus pius Dei continetur, teſte etiam Cicerone, primo de Natura Deorum.*

B

d *Quod pronuntiatur, eſt in cogitatione ſine voce, collocutio interior, qua ſecum animus noſter colloquitur, cum vero per os emittitur, & effluit, eſt oratio, ſecundum Plato. in Sophiſta. Sic apud Baſilium Magnum ad cap. 1. D. Ioannis, docetur duos eſſe modos loquendi, & verbi duplicem eſſe ſenſum. Vno modo per vocem prolatam, quæ aerem verberat, & ſtatim perit. Alio modo prout verbum intra nos eſt poſitum, & noſtris eſt cognitum cordibus: verbo etiam intrinſeco ſeu formula propria ſine voce ſibi Angeli mentem declarat, quæ forma, & lingua dicitur in ſacris literis Angelorum.* Si linguis, *inquit, Diuus Paulus,* Angelorum loquar, &c. *Vide quæ diximus in tomo 4. Commentariorum artis mirabilis, parte prima, lib. de Angelis, cap. 10.*

C

D

e *Per orationes verbo expoſitas, vt 1. ad Corinth. c. 14. verſ. 12.* Et ideo qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur. *& Pſalm. 3.* Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me. *& Eccleſiaſt. 21.* Deprecatio pauperis, ex ore vſque ad aures eius perueniet, &c. *Homo cum conſtet anima & corpore, obſequium ſuæ ſeruitutis integrum præſtare videtur Deo, cum & ore, corpore, & mente orat. Sicut & Diuus Paulus, dicebat,* Orabo ſpiritu & mente. *1. ad Corinth. 4.*

E

f *Oratio fundi ad Deum, & ad ſanctos viuentes, & ex hac vita ſublatos, poteſt, ſed diuerſo modo: nam Deus precibus exoratur tanquam qui per ſe ipſum quæ petimus poſſit. Oramus ſanctos, vt pro nobis a Deo impetrent, cap. cum Martha, 6. §. tertio loco, de celebrat. Miſſa. Sic enim orationes ſanctorum Deo præſentantur. Apocal. cap. 8. Deo dicimus, miſerere vel da nobis: Sanctis, orate pro nobis. Et Deus in ſanctis ſuis honoratur, tractat fuſe de Venerat. Sanct. Catarinus lib. 2. de certa ſanctorum gloria. Iodocus Clictoueus, lib. 1. de Adorat. Sanctorum. facit Iob, c. 5. Ibi,* Ad aliquem Sanctorum conuertere, *& c. fin. eod.*



A

B

### CAPVT II.

1 *Diſtributio orationis in publicas & priuatas, & de ſingulis. De horis canonicis, Miſſa.*

1 ORationum aliæ publicæ, aliæ priuatæ: Illæ in publico & a pluribus: Iſtæ in priuato, vel in publico ſeorſum, ſeu ſeparatim a ſingulis. *a* Publicarum orationum duæ ſpecies: Quædam enim ſine ſacrificio Euchariſtiæ: Quædam cum illo fiunt. Illæ horæ ſeu preces canonicę, ſeu ſupplicationes publicæ: Iſtæ, nomine Miſſę continentur. *b* De Miſſa quædam antea diximus, *c* & poſtea etiam de proprio titulo dicemus, Deo iuuante, proximo. Canonicæ *d* preces dicuntur, quæ regulariter certis horis diſtinctis, dicendæ ſunt, in Eccleſia quotidie, a certis perſonis, quibus hoc munus & officium impoſitum eſt, ex lege Summi Pontificis, facta electione aliquorum Hymnorum, Pſalmorum, Orationum, & Lectionum quotidianarum. *e* Sic preces illæ nomine horarum, quibus dici debent, nominantur, Matutinum, Nocturnum cum Laudibus, Prima, Tertia; Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium. *f.*

C

D

E

### SCHOLIA.

a *Oratoria poſſunt eſſe priuata etiam ſine licentia Epiſcopi, ibi tamen publica ſacrificia fieri nō poſſūt ſine eius auctoritate, can. vnicuiq; ca. clericos. can. ſi quis, de Conſecrat. diſt. 1. Oportet enim ſemper quemlibet orare, & in omni loco, & in omni actione. Lucæ 18. & vt ibi notat D. Chryſoſt.* oportet, *neceſſitatem ponit. Probat & D. Paul. ad Epheſ. 6. verſ. 18. Oratio ſolitaria valde iuuat orantem, cum ab aliis rebus collecta cogitatione, in oratione tota quæ dicit vnice conſiderat. Depresaturus ita Dauid Deum pro filio paruulo, egreſſus, ſeorſum proſtratus orauit, 2. Regum 12. Et dimiſſa turba Chriſtus aſcendit ſolus in montem orare. D. Matthæi 13. & D. Petrus, Actor. 20. vt poſſet melius orare, & diutius, aſcendit ſolus in ſuperiorem partem domus. Et D. Paulus in templo ſolitarie orans, vidit Chriſtum ſibi apparentem, Actor. cap. 22. Bona oratio ſit ſolitaria, ſed & præſtantior ſi plures conſentiant in oratione. Et ideo publicæ efficaces maxime putantur in vnione multitudinis & conſenſu adorationis Dei. Iuxta id quod Dominus dixit:* Si duo ex vobis conſenſerint, de quacumque re, &c. *Matth. c. 18. verſ. 19. dicitur & Actorum c. 1. oraſſe diſcipulos vna voce, & fideles in vnum conuocatos, eadem & congregatio orationis cauſa, Machabæorum 2. cap. 6.*

b *Diuus Bernardus lib. de quatuor modis orandi ſcribit, Diuum Paulum, 1. ad Timoth. c. 2. quatuor modos orandi expreſſiſſe, in illis verbis:* volo primum fieri *obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones. Hos autem modos explicat Caſſianus ad prædicta verba epiſtolæ.*

c *Supra titulo de Euchariſtia, qui erat tit. 9.*

d *Canonicæ vocantur & publicæ, in cap. 1. & 2. de officio cuſtod. lib. 1. tit. 27. Tractarūt de horis, & precibus canonicis fuſe, Nicolaus Plouius, Ioannes de Lignano in repetitione, c. dignum, de Celebratione Miſſarum. Albericus de Ferrariis Placentinus.*

e *Ideo penſum ſeruitutis vel muneris perſonæ Eccleſiaſticæ, hoc officium diurnū precum quotidianarum dicitur, in c. 1. de Celebrat. Miſſarum, lib. 3. tit. 41. & in ca. 2. 91. diſt. Non ita tamen precū ratio ab initio Eccleſiæ diſtincta erat, neq; delectus habitus erat*

Pſalmorum certorum, vel orationum, ſed A
cuique liberum erat ſibi orationes eligere:
donec iuſtis rationibus pſallendi & orandi
in Eccleſia forma definita eſt, ne diuerſitas
generaret in Eccleſia confuſionem & ſchi-
ſma. De quibus tractat copioſe Durandus
lib. 5. Rationalis diuinorum officio. cap. 2.
vbi & de officio, inſtitutione & partibus
diuini officii.

f Septem horæ canonicæ ſunt, quibus ſtatu-
tum vt diuinæ preces dicantur definitæ & B
determinatæ, Matutina ſeu Nocturna,
Prima hora, Tertia, Sexta, Nona, Veſpe-
rarum, & Completorii diei. Datur ratio
& explicatio in cap. 1. de Celebrat. Miſſa-
rum, & ibi gloſſa amplificat & explicat ad
verbum Septenarius, ex can. 1. & can.
presbyter, 91. diſtinct. & Clem. vnic. § fin.
de reliq. & venerat. Sanctorum. Septena-
rius precũ per horas numerus, ratione qui-
dem definitionis precum dicendarum non C
ſemper fuit; attamen ipſe numerus & mos
orandi ſepties, fuit & ab initio & antiqui-
tate Eccleſiæ, vt liquet ex Athanaſio, lib. de
Virginitate, ex Diuo Hieronymo ad De-
metriadem, ad Lætam, & ex cap. 6. Da-
nielis. Ex D. Baſilio in quæſtionibus fuſius
explicatis 37. interrogatione; ex Diuo Be-
nedicto, in can. 16. regulæ, cap. 10. Memi-
nit & de illis Diuus Chryſoſtomus, in Epi-
ſtolam primam ad Timoth. capit. 5. Euſe- D
bius libro 9. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. Sic legi-
mus apud Diuum Clementem, libro 7.
conſtitutionum Apoſtolorum, cap. 47. de
oratione matutina ex traditione Apoſto-
lorum, & in cap. 48. de oratione veſperti-
na, & prandii & lib. 8. cap. 40. Sic ſcri-
ptũ, Preces veſtras facite diluculo, Ter-
tia hora, Sexta, Nona, Veſperæ & in gal-
li cantu. Diluculo gratias agẽdum quo-
niam illuminauit nos Dominus pulſa E
nocte & inducto die. Tertia hora, quo-
niam Dominus illa hora ſententiam
mortis accepit: Sexta, quoniam tunc
crucifixus: Nona, quoniã omnia com-
mota ſunt crucifixo Domino, perhor-
reſcentia Iudæorum audaciam, & non
ferentia ignominiam Domini. Veſperæ
gratiam agentes: quod dedit noctem
diurnorum laborum requiem: in Galli
cantu, quoniam illo tempore nuntia-
tur aduentus diei, ad exercenda opera
lucis. Sic in his publicis precibus, aliquid
myſterii ſemper cum precibus ſignificatur,
neque ſine ſpiritu Dei Dauid dixerat an-
te, Pſalmo 118. Septies in die. Laudem
dixi tibi. Et rurſum: Media nocte ſurge-
bam ad confitendum tibi ſuper iudicia
iuſtificationis tuæ. Sunt & iſtæ preces ve-
luti excubiæ fidelium diſpoſitæ ab Eccle-
ſia, vt dum omnibus horis fere vbique pec-
catur, & cum omni tempore inimicus Sa-
than inſidietur hominibus, ſint interim ali-
qui, qui Deo preces adferant & effundant,
vt hoſtis minuere & prohibere velit inſi-
dias & mala. Suppletque chorus Eccleſia-
ſticus ita per horas diſpoſitus, ſegnitiam &
infirmitatem humanam, eorum qui con-
tra quam a Deo & Apoſtolis iniunctum
eſt, non ſemper orant. Nemo enim dubitat
ex his, quæ paulo ante dixi, ſemper orandũ
eſſe Chriſtianis ex Diuo Luca, cap. 8. 1.
ad Theſſalonicenſ. 5. verſ. 17. & ad Epheſ.
6. verſ. 18. & docet Diuus Cyprianus, lib.
4. Epiſtolarum, Epiſt. 4. facit Act. cap. 2.
Quod & explicat Diuus Ambroſius, to-
mo quarto, in Pſalmum 118. Sermone 9.
Qui rogat, inquit, itaque ſemper roget,
ſi non ſemper precetur, paratum ſem-
per habeat precantis affectum. Sunt hæ
publicæ preces ſtatutæ vt ad eas populus et-
iam veniat non ſaltem clerici, quibus &
cultus diuinus maiorem in modum debet
curæ eſſe, quorumque arma orationes &
lachrymæ, can. reprehenſibile, & can. con-
uenior, 23. quæſt. 8. Quamquam frequen-
tius & oraſſe plures, & orare nunc conſtet;
vt refertur illuſtre exemplum D. Iacobi
fratris Domini, Epiſcopi Hieroſolymitani,
cuius genua ferunt obduruiſſe callo, tan-
tamque habuiſſe carnis incuriam, vt ad-
huc viuentis omnia fere membra more-
rentur



rentur atque aſſiduitate orationis iugique A
ad pauimẽtum proſtratione, ſucceſſu tem-
poris frontem quoque eius callo ſimiliter
obductam, vt nihil fere a cameli genibus,
ſi durities ſpectaretur, diſcreparet: vt re-
fert Diuus Chryſoſtomus, Homilia 5. ex
cap. 2. Diui Matthæi, tom. 2. Ferunt &
D. Bartholomæum Apoſtolum centies per
diem flexis genibus, & centies per noctem
oraſſe Deum, vt ſcribit Abdias Babyloni-
us, lib. 8. Hiſtoriæ Apoſtolicæ. Qui tene- B
antur ad horas dicendas dicemus poſtea.
Interea autem & annoto, religioſos vel re-
gulares, qui ex profeſſione magis putant &
ſciunt, ſe Dei cultui & contemplationi cõ-
ſecratos, his dicendis maxime inuigilare
debere, neque impune ſciant ſe laturos, ſi
noctu, quo Chriſtiani alii dormiunt, vel a-
lia turpia malaque operantur, has excu-
bias deſerant, quod & aliquando exemplo
declarauit Deus. Refert enim Meierus, C
libro 5. Hiſtoriæ Flandriæ, anno Domini
1152. Magnam partem oppidi Diui An-
domari cum templis Diuorum Ioannis, &
Dionyſii, & Martini, orto ex cœnobio
Diui Bertini incendio, Nonis Septembri-
bus, deflagraſſe, quod numinis ira accidiſ-
ſe creditum eſt: propterea quod ex duode-
cim monaſteriorum antiſtitibus, epulis vi-
noque, merſis, qui eo die conuenerant Ber-
tino ſacro, ad ſolemne conuiuium nemo in- D
uentus ſit, qui ad nocturnas matutinaſque
ſurrexiſſet preces. Porro admonendi ſunt
lectores, modum numerãdi horas, ſuperio-
ribus dicendis precibus, ex Hebræorum
cõſuetudine vſurpari, qui numerabant ab
ortu Solis ad occaſum, tantũ horas diei, &
ita hora Prima, quæ in precibus dicitur, a-
pud nos, more vulgari cõputando a prima
hora poſt mediam noctis partem, dicitur
Sexta: & quæ apud vulgus dicitur nona, E
illa tertia in precibus: quæ apud nos duo-
decima, illa in precibus ſexta: quæ nobis
tertia poſt meridiem, illa dicitur nona in
horis Canonicis precum, veſpertina dein-
ceps, quæ nobis ſexta poſt meridiem: vide
quæ diximus de vario numerandi horas
ritu, apud diuerſas gentes, lib. 4. Præludior.
optimi Iuriſconſult. cap. 1. & 2. & lib. 8.
Syntaxeon artis mirabilis, cap. 44.

## Caput IIII.

1 De Supplicationibus, ſeu Litaniis publi-
cis ſtatis.
2 Imperatis.

SVpplicationes publicæ, ſunt vel ſtatæ, 1
vel imperatæ. Stata ſupplicatio an-
nua, maior & minor. Maior fit in feſto
ſancti Marci, Minor cuius orationes, di-
cuntur Rogationes, factæ per tres dies an-
te Aſcenſionem Domini, cum ieiuniis, cõ-
uocato & procedente clero cum vexillis,
crucibus, & cereis, & ſequente populo,
vnde & proceſſiones a procedendo & eũ-
do, iſtæ ſupplicationes dictæ ſunt, a dicun-
tur & Litaniæ. b.

Imperatæ ſupplicationes illæ ſunt, quæ 2
ratione occurrentis neceſſitatis ad placan-
dum Deum, vel ob alias cauſas, ob quas ad
Deum confugimus, indicuntur, ex præla-
torum iuſſu vel decreto. c.

## Scholia.

a Can. Rogationes 3. de Conſecrat. diſtinct.
3. Maior Litania in feſto B. Marci dici-
tur: non quod prior inſtituta fuerit, fuit e-
nim poſt minorem: ſed quia Gregorius pri-
mus Summus Pontif. eam cum maiori ſo-
lemnitate ordinauerit ſuo tempore ſepti-
formi ordine. Sic enim ipſemet teſtatur,
lib. 11. Epiſtolarum epiſt. 2 & ſcribit Pau-
lus Diaconus lib. 11. de origine & geſtis
Longobardorum c. 11. cuius rei hiſtoriam
& cauſam ſic referunt, quod Tẽpore Chil-
deberti regis Gallorum, & Mauricii Im-
peratoris Romanorum accidit diluuium
in finibus Venetiarum, Liguriæ, cætera-
rumque regionum Italiæ, ita magnum, vt
credatur poſt Noë tempora maius non
exſtitiſſe, inundatione incipiente Calendis
Nouembribus, quam ſubſecuta eſt ſtatim
peſtilẽtia atrox, dicta inguinaria, quæ fere

omnem populum Romanũ & ipſum quoque A Summum Pontificem Pelagium ſecundum exſtinxit, anno Domini 589. In cuius locum ſtatim ſubrogatus eſt Gregorius primus dictus Magnus, communi cõſenſu omnium, ex Leuita euectus in ſedem: qui ſupplicationem & ſeptiformem Litaniam ordinauit, ita dictam, quod in ea totus vrbis populus deprecaturus Deum, in ſeptem ordines per eum diuiſus eſt. In primo fuit omnis chorus: in ſecundo omnes B Abbates cum monachis ſuis: in tertio omnes abbatiſſæ cum congregationibus ſuis: in quarto omnes infantes: in quinto omnes viri laici: in ſexto omnes viduæ: in ſeptimo omnes mulieres coniugatæ. Præcepit autem poſtea Gregorius eandem ſupplicationem ſingulis annis fieri per totum orbem: quare & dicta maior, vt etiam a maiore nempe Summo Pontifice ſtatuta: minor vero Litaniæ & Rogationes, primum apud Vien- C nam a Beato Mamerco, Viennenſi Epiſcopo, originem habuerunt. Is enim propter cladem illatam a lupis aliiſque feris animalibus hominibus Galliarum, quos crudeliter necabant, obque terræ motus frequentes, indixit populo triduanum ieiunium, & inſtituit Litanias ante feſtum Aſcenſionis, in ſua regione, quæ poſtea fuerunt ab Eccleſia confirmatæ, & ad alias orbis partes translatæ, & vbiq; ſeruari man- D datum ex Concilio Aurelianenſi, cap. 6. quod refert Burchardus Wormaciæ Epiſcopus, lib. 10. Decretorum, capite 7. Gregorius Turonenſis, libro ſecundo, Hiſtoriæ Franciæ, cap. 34. Refert etiam Auitum Epiſcopum Viennenſem ſcripſiſſe Mamercum eiuſdem vrbis quoq; Epiſcopum, inſtituiſſe Viennæ primum Rogationes, quas ante Dominicæ Aſcenſionis triumphum celebramus, cum tunc vrbs illa mul- E tis terreretur prodigiis, terræ motu frequẽti: & cum ceruorum, luporumque feritas portas vrbis ſæpe ingreſſa fuiſſet, & per omnem vrbem errans nihil metuerit, incẽdio pariter graui commoto, quæ omnia per orationes ceſſarunt. Quare & primum A vicinas vrbes illas ſupplicationes fuiſſe imitatas, & dehinc alias in orbe Chriſtiano. Scribit & Sydonius Apollinaris, libro quinto Epiſtola. Epiſt. 14. de his in hunc modum: Quicquid illud eſt, quod vel otio vel negotio vacas, in vrbem tamen, ni fallimur, rogationum contemplatione reuocabere, quarum nobis ſolemnitatem primus Mamercus pater & Pon- B tifex reuerendiſſimo exemplo, vtiliſſimo experimento inuenit, inſtituit, inuexit. Erant quidem prius (quod ſalua fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, infrequentes, vtq; ſic dixerim oſcitabundæ ſupplicationes, quæ ſæpe interpellantium prãdiorum obicibus hebetantur, maxime, aut imbres, aut ſerenitatem deprecaturæ, ad quas, vt nihil amplius dicam, figulo pariter atque hortulano C non oportuit conuenire. In his autem quas ſuprafatus ſummus ſacerdos & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, pſallitur, fletur. Ad hæc feſta humiliatarum ceruicum, & conſeruatorum ciuium ſuſpirioſa contubernia peto, &c. Deinceps libro ſeptimo Epiſto. prima, ſcribens Mamerco Papæ, ait illas ſupplicationes continuari, & defendere, Aluernos a terroribus incurſionum D Gothorum, introductaſque contra nocentia, terræ motus incendia & prodigia.

b Litaniæ Græco nomine idem ſonant quod ſupplicationes cum proceſſu, cap. 31. §. ſi quis cum ſacra, Nouella 123. de Sanctiſſ. Epiſcop. & in §. omnibus, aut cap. 32. eadem Nouella 123. prohibetur, illas Litanias laicis ſine clero, ibi enim cruces præferri debent, lege tertia, §. primo, de hære. Agit de E Litaniis laicorum Iulianus anteceſſor, in Nouellis, nu. 480. vocãt Litanias, Nouella 67. δημοσίαν πρόοδον, proceſſionẽ publicã in cap. I. vt nullus fabricet oratorii domos, &c. ibi Epiſcopus orationẽ in loco faciat, crucẽ figat publicũ proceſſũ ibi faciẽs, &c.



c Multa de ſupplicationibus ſeu Proceſſio- A nibus, aut Litaniis antiquorum leguntur apud antiquos, de nocturnis, diurnis & matutinalibus. Meminit Sydonius Apollinaris de antelucana proceſſione & ſupplicatione poſt congregationem factam populi in Eccleſia ſancti Stephani, lib. 5. Epiſtol. 17. Sed & proceſſionũ matutinarum cum carminibus celebratarum ad tempus Arrianorum referre videtur Nicephorus, Calixtus, lib. 13. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, B cap. 8. Sozomenus, lib. 8. cap. 8. Socrates lib. 10. Eccleſiaſt. Hiſt. cap. 8. Hi enim narrant, Arrianos hæreticos priuſquam a ſacris ædib. fuiſſent a Theodoſio Cæſare pulſi, in publicis porticibus congregari nocturno tempore, atq; in choros ſuos ſegregari, carmina quædam alternis antiphonarum modis ſibi inuicem reſpondentia, ad hæreſis ſuæ placita accommodata cõtinue cantaſſe, & noctem multam in eiuſmodi pſalmo- C dia conſummaſſe. Sub auroram autem publice concinentes eadem, extra vrbem in ea, vbi eccleſias habebãt, loca, procedere ſolitos, idq; potiſſimum vltima die hebdomadæ, die Dominica & die prima. Quod conſiderans Diuus Chryſoſtomus tunc Conſtantinopolitanus præſul, & ne aliqui ex Eccleſia ſua, eius generis cantibus deuulſi, ab illis ſeducerentur, ad eundem modum contra illos pſalmodiam ſuam inſtituit, vt D breui ea celebrior quam aduerſariorum eſſet: factumque eſt, vt etiam ex multitudine honorificone progreſſu eos ſuperaret. Nam eam cruces argenteæ cereos incenſos habentes præibant; Eudoxia Imperatoris Archadii coniuge impenſas ad ea præbente, quamplurimis lucernis ad id paratis. Quo & Arriani ira commoti, manus tandem contulerũt cum Chriſtianis, aliquoſque ex illis vulnerarunt. Unde orta occa- E ſio legis, qua Arrianorum conuentus prædictos ſuſtulerunt, & Litanias illorum. Exſtat illa Archadii & Honorii, l. cuius Hæretici, 2. titulo 4. de his qui ſuper religione contendunt, lib. 6. Codicis Theodoſiani, l. 3. C. de Hæreticis. in Codice Iuſti- A nianeo. Remanſerunt autem Litaniæ in Eccleſia Catholica. Et Litanias fuiſſe in vſu clericis Neocæſarienſibus teſtatur Baſilius Magnus, Epiſtola 63. ad clericos Neocæſarienſes. Proceſſionis Eccleſiaſticæ typus mihi videtur etiam tempore Domini noſtri IESV CHRISTI figuratus, dum ingreſſus ciuitatem Hieruſalem, & turbæ eum præcederent & ſequerentur, clamantes, Benedictus qui venit in nomine Do- B mini, ſternentes veſtimenta ſua, & ferentes ramos oliuarum & palmorum, DD. Matthæi, cap. 21. Marci 11. Lucæ 19. Alius antiquior in lib. 2. Regum, cap. 6. in reductione arcæ, in qua aderant chori, pſallentes, cum quibus & Dauid, & populus, & alius, cum locata eſt arca Dei in templo per Salomonem 3. Regum, cap. 8.

## CAPVT IIII.

*Ordo & diſpoſitio officii precum.* C

SIngulis horis fuerunt certæ Preces, Hymni, *a* Pſalmi, Antiphonæ, Reſponſa, & Capitula, aliaque definita, *b* cum Oratione Domini. *c* Cum lectionibus ex ſacra pagina, vel vitis patrum, ſanctorumque interpretum expoſitionibus, cum diſtinctione muneris, iuxta dierum & feſtorum ſolemnitates. *d*.

### SCHOLIA. D

a De Hymnis & Canticis approbatis in Eccleſia, vide multa in Toletano Concilio 4. cap. 12. can. de Hymnis, 54. Et ex Leone, in can. Hi duo ſolummodo, 55. de conſecratione, diſtinct. 1.

b Can. conuenit, 13. de conſecrat. diſt. 5. definitæ preces habentur ex Concilio Tridentino, extiuſte, 5. ca. id ſemper 14. eadem diſtinct. 5. de conſecrat.

E c Can. in die Reſurrectionis, 15. ead. de conſecrat. diſtinct. 5. de quibus & Breuiaria & Miſſale facile te docebunt.

## CAPVT V.

*Quibus munus orandi impoſitum.*

OMnibus quidem Chriſtianis neceſſi- A
tas incumbit orãdi. *a* Sed quibuſdam
ſunt liberæ electiones precũ & horarum
ad orandum, vt laicis (excepto quod ali-
quando coniunx ſine conſenſu coniugis
libere vacare orationi non poſſit. *b*) Et ſi
quando agatur de diebus feſtiuis & Do-
minicis, quibus iubetur vnumquemque
intereſſe ſacrificio Miſſæ, & aliis officiis in
propria parochia. *c* Quibuſdam autẽ cer-
tæ preces definitæ, ſingulíſque diebus di- B
cendæ impoſitæ ſunt, veluti preſbyteris,
diaconis, ſubdiaconis, & aliis clericis Ec-
cleſiæ miniſterio conſecratis vel deputa-
tis, quos & dicere officium, & intereſſe
debere horis in Eccleſia publicis, matuti-
nis, & veſpertinis, ad pſallendi quotidia-
num officium placuit, aliter deponendos,
ſi caſtigati veniam ab Epiſcopo per ſatis-
factionem noluerint promereri. *d* Dene-
gantur etiam annonæ abſentibus, quæ C
præſentibus ſunt diſtribuendæ. *e*.

S C H O L I A.

a *Sic enim admonuit Deus, Diui Marci 6. D. Lucæ, cap. 18. Clement. ad noſtrum, §. 2. de Hæretic. can. nunquam, de conſecrat. diſt. 5. can. ſi laicus, 31. diſt.*

b *Can. nec vxorem, §. hæc autem, & can. Apoſtolus, 33. quæſt. 4.*

c *cap. 2. de paroch. libro tertio. titulo 29.* D

d *Can. fin. 92. diſtinct. ex Concilio Bacharenſi Martini, cap. 64. & Concilio Toletano primo, cap. 5. Statutum & in Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio 3. cap. 17. & in c. dolentes 9. de Celebrat. Miſſarum, lib. 3. tit. 4. diſtincte præcipitur in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum & diurnum prælati & clerici, quantũ eis Deus dederit, ſtudioſe & deuote celebretur. Idipſum & ſtatutũ in Cõcilio* E *Viẽnenſi, Clem. 1. de Celebrat. Miſſ. Quilibet qui fuerit ad ſacros ordines promotus, tenetur ad dicẽdas, vel pſallendas preces canonicas. P. ad c. 1. de Celebrat. Miſſar. Cardi. ad Clem. 1. eod. tit. Item quilibet be-*

A *neficiatus, quamuis non promotus adhuc ad ſacros ordines, in minoribus tamen conſtitutus, quod probari dicit Ioannes Andreas, per c. docentes, de Celebr. Miſſar. vbi exponit verbũ* Clerici, *de beneficiatis. Quod videãtur ea ratione fundata quoq; vel erecta beneficia, vt qui eis præficerẽtur, orẽt pro ſe, & cultui diuino inſiſtãt, c. 1. & c. quia nõnulli. de cleric. nõ reſident. vt mereatur priuari beneficio in conſciẽtia, prout*
B *pluribus viſum eſt, qui officium non exſequitur, propter quod datum eſt beneficiũ, cap. fi. de reſcript. in Sex. cap. cum ſecundũ Apoſtolum. eod. tit. apud Gregoriũ. In eaq; ſententia eſt Ioannes Calderinus ad caput. 1. de Celebratio. Miſſ. eum qui ſuo cultu fraudat Eccleſias: quiq; fructus ſine præſtatione officii percipit, furtum & ſacrilegium committere: & teneri ad reſtitutionem fructuum perceptorum eius tem-*
C *poris, quo non inſeruiuit officio. Quæ ſententia quamuis multum rigida videtur, tamen tutior in foro animæ. Sunt tamen qui contrariam probent, neque ad reſtitutionem fructuum perceptorum teneri arbitrentur ob officium omiſſum diuinum: quam probat Panormitanus ad caput. 1. de Celebrat. Miſſar. Quia, inquit, beneficium non datur ſolum propter officium, ſed ob alias cauſas, nempe vt viuat clericus, in*
D *ſortem Domini vocatus, & non mendicet, can. Diaconi, 93. diſt. ca. 2. de præbend. Vide multa hac de re, in gloſſa prima tituli Qualiter horæ canonicæ ſunt dicendæ, in pragma. ſanct. Cæterũ ex diſpoſitione Concilii Lateranẽſis, celebrati tempore Leonis 10. Seſſ. 9. cap. de Reformationibus Curiæ & aliorũ; quilibet habẽs beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtẽto beneficio diuinum officium nõ dixerit,*
E *legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non debet facere, pro rata omiſſionis recitationis officii & temporis: ſed eos tenetur tanquam iniuſte perceptos, in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel in pauperum eleemoſynas erogare:*



*erogare: quod ſi vltra dictum tempus, monitus non dixerit, beneficio priuatur. Omittere autem dicitur officium adhunc finem, vt beneficio priuetur, qui intra quindecim dies, bis ſaltem non dixerit. Refert verba illa Concilii Bernard. Diaz. in practica criminali canonum. cap. 49. Excommunicati & depoſiti ab ordine, non poſſunt excuſari a dicendo priuatim officio diuino, quibus non licet in Eccleſia dicere: eo quod pœna nõ debeat dare immunitatem,* B *can. legi, 16. quæſt. 1. c. intelleximus, de Iudic. l. relegatorum, de Interdict. & relega. P. Verumtamen dum dicent ſoli, vel cum alio officium & preces, non dicunt,* Dominus vobiſcum, *quia non poſſunt benedicere, can. presbyterum 19. ſub 28. diſtinct. vbi Ioannes & Archidiac. Poterunt tamen dicere,* Domine exaudi orationem meam, *ſicut laicus. Henricus Bohic. ad c. 2. de cleric. excommun. miniſtrant. In mi-* C *noribus ordinibus conſtitutus non tenetur pro illis horas canonicas dicere: ideo ſi beneficium, pro quo tenetur, amiſerit, non tenebitur ratione, capit. cum ceſſante de appellatio. Singulare eſt quod dicunt interpretes, iuris diuini eſſe, ſepties laudes Deo in die dicere, ſed iuris poſitiui diſtinctionem horarum. Ideo non poſſe diſpenſare Epiſcopũ a dicẽdis horis, quæ iuris diuini, eum qui vel ratione maiorum ordinum,* D *vel ratione beneficii, obligatus eſt ad dicẽdas preces canonicas: neque etiam eum, qui in ſtudio eſt ratione ſeu fauore ſtudiorum. Collectaneus ad ca. 1. de Cele. Miſſ. Archidiac. in can. 1. 91. diſtin. quamuis a reſidentia diſpenſare poſſet. Quia ſacræ preces, fructus ſunt laborum, Clement. 1. de celebrat. Miſſ. & quia ſolutio debitarum precum certis horis, conſiſtit in labore per-* E *ſonali, qui per aliũ præſtari nequeat, dict. Clem. 1. cum electa ſit induſtria certæ perſonæ in conceſſione beneficii, vt in ſimili. in cap. fin. de offic. delegat. l. inter artifices, de ſolutio. P. facit ratio generalis, l. quia tale, ſolut. matrim. P. Studiorum vtilitas bo-*

A *na eſt quidem ſed ideo oratio nõ eſt omittenda, & maledictum ſtudium, per quod dimittitur diuinum officium, vide Innocent. ad cap. 1. de celebrat. Miſſar. Ioannem ab Imo. ad Clemen. 1. de magiſtris, & ſimpliciter loquẽdo, melius eſt orare, quam ſtudere, can. licet 8. quæſt. 1. Nempe Papa diſpenſat, vt clericus non teneatur dicere officium aliquod, quamquã poſſit diſpenſare, vt aliud quam proprium ſuo ordini,*
B *dicere poſſit, ſecundum alium vſum, vt dicitur, Clem. 2. de celeb. Miſſar. & ſic permittit ſummus Pontifex ex conſuetudinibus bonis orandi Eccleſiarum, aliquam eligere, can. 10. nouit. 12. diſtinct. cap. fin. de Feriis, can. 1. de conſecrat. diſt. 3. Ad ſacros ordines promotus obligatur ad dicendas preces horarum canonicarum, etiam ſi ordinatus fuerit cum titulo ſui patrimonii, ſecundum Doctores ad capit. tuis, de*
C *præbend. & ita quod pertinet ad has preces dicendas, ratione ordinis maioris, ſunt pares ordinati & beneficiati non ordinati; diſpares tamen, quod ordinatus, non poteſt per alium horas dicere: ſed non ordinatus beneficiatus poteſt, argum. capitis peruenit, de appellat. Et ſic notat Gloſſ. ad §. 1. ad verbum,* Teneamur, *titulo. Qualiter horæ canonicæ ſunt dicendæ, in Pragmat. Sanct. Clericus in Minoribus ordinibus*
D *conſtitutus, ad nullum officium diuinum dicendum certum tenetur ex obligatione, nec ad preces canonicas, aut ad ſeptẽ Pſalmos pœnitẽtiales, aut alterius generis, quia id nullo iure cauetur. Quare Panorm. ad cap. 1. de celebrat. Miſſar. dixit, quod hoc habet generalis conſuetudo, quæ excuſat non dicentes. Videnda hic, quæ diximus in tractatu beneficiorum, cap. 6. num. 11. ſe-*
E *quen. Excuſat ab omiſſione officii etiam obligatos infirmitas, quæ non permittit obligatum ſine diſpendio ſalutis legere, vt etiam reſtituta ſanitate non teneatur omiſſa diuina officia, reaſſumere ſeu ſupplere. Hoſtienſ. & Ioannes Andreas ad cap. 1. de celebrat. Miſſ. vide late docentem Gloſſ.*

*Gloſſ.ad§.1.ad verbum,* Syncopando,
*qualiter horæ cano. ſunt dicendæ, in Pra-*
*gma.Sanct. vbi diſtinctio ponitur. Hanc*
*opinionem ſequitur Innocent.& Panorm.*
*ad cap. ex parte, de Obſeruat. ieiunior ar-*
*gumento eius, qui nõ potuit ieiunare tem-*
*pore ieiunii, cui nõ iniũgitur, vt alio tem-*
*pore eius loco ieiunet, cap. 1. de obſeruat.*
*ieiunior. Imo etiam ſi quis ſine cauſa omi-*
*ſerit dicere diuinum officium, eius con-*
*feſſor non tenetur imponere ei pœnitẽtiam,*
*vt reaſſumat, ſed poterit in aliud pœniten-*
*tiam commutare, vt ait Innocentius, &*
*refert ſumma Roſella in verbis horæ cano-*
*nicæ.nu.9.*

e *cap.fin.§.adiicimus, de ſentent. excommu.*
*in Sex.cap.vnico, de cleric. non reſiden. in*
*Sex. quamuis ſtudiorum cauſa quis pro*
*præſente habeatur, ad fructus alios benefi-*
*cii percipiendos, cap. licet vobis 35. de præ-*
*bend. cap. ſuper ſpecula, de Magiſtris, cap.*
*de cætero. de Cleric. non reſidenti.*

## Capvt VI.

1 *De modo & forma dicendi Preces.*
2 *Verſus Orientem orandum.*
3 *Qui excludendi eo tempore.*
4 *Litaniæ forma.*
5 *Cuius Eccleſiæ debet ſequi officium benefi-*
*ciatus.*
6 *Stare aut flectere genua.*

1 QVi ad diuinum officium dicendum
tenentur, debent illud exſequi, iuxta
conſuetudinem & morem Eccleſiæ Ro-
manæ, *a* vel Eccleſiæ ſuæ in eo priuilegia-
tæ: *b* & in celebrandis diuinis officiis ordo
ſequẽdus. Metropolitani comprouincia-
les obſeruare debebunt. *c* Poterunt ta-
men libere clerici religioſi vel alii, Cardi-
nalium vel Pontificum commenſales, ſeu
domeſtici, ſeipſis in officio accommoda-
re, vt quod Pontifices vel Cardinales dixe-
rint officium, ipſi quoque dicere poſſint:
nec ad aliud dicendum teneantur. *d* Pre-
ces canonicæ in Eccleſiis, horis propriis
ſunt dicendæ, *e* publice *f* ſigno facto cum
A campanis, vel alio modo, *g* Niſi tempore
interdicti generalis: quo caſu in conuen-
tualibus Eccleſiis, bini vel ſimul tres, horas
ſeu preces canonicas poſſunt legere, non
cantare: idque ianuis clauſis, interdictis &
excommunicatis excluſis, & voce ita de-
miſſa, vt extra audire non poſſint. Hoc-
que modo etiam & eo tempore licet re-
gularibus ex priuilegio indulto a ſede A-
poſtolica ſubmiſſa voce celebrare diuina.
B *h* Preces porro, dici debent plane, diſtin-
cte, deuote, conuenienter, ſine colloquii
vel confabulationis admixtione, integre
ſine ſyncopa, ſine tranſcurſu, conuenien-
tibus in chorum & in tempore clericis,
nec ante finem egreſſuris: *i* cum puritate, *k*
cum cantu, in quo & maturo tenore di-
ſtincta gradatio, cum concentu ſine laſci-
uia vocis vel geſtus. *l*

Oratio † & verbis & corde fiat ſimul: *m* 2
C Orandum & exiſtimarunt antiqui, ad O-
rientem, facie cõuerſa. *n* In oratione quo-
que regulari, iure communi, genua fle-
ctenda, vel proſtrato corpore orandum, *o*
niſi ex forma publica antiqua in die Do-
minico, & per omnes dies a Paſchate vſq;
ad Pentecoſten. *p*

Cum † oratio etiam fit, excludi debent 3
excommunicati, *q* clerici depoſiti, *r* hære-
tici, *s* cum quibus orandum non eſt, vt nec
D cum Iudæis in eorum Synagoga. *t*

Litaniæ ſeu proceſſiones aut ſupplica- 4
tiones, modum ſuum habent; & prohibi-
tum, ne a ſolis laicis fiant, ſine ſacerdotibus
vel clericis, crucibus frequentiaue popu-
li, in locis conſecratis. Iuuant orationem
magiſque efficacem reddunt eleemoſynæ,
& bona opera.

## Scholia.

E a *can. peruenit 13. cum 2. ſequentib. de con-*
*ſecrat. diſt. 3.*

b *Doctores in Clementina prima, de Celebr.*
*Miſſar. potiſſimum Florentinus ad cap. 1.*
*eod. tit. Quod ſi quis habeat duas eccleſias*
*diuerſi ordinis, debet dicere officiũ ex mo-*
*re eius*



*re eius Eccleſiæ, in qua habet maiorem di-* A
*gnitatem, argumen. cap. extirpandæ, §. qui*
*vero, de Præben. cap. quia ſæpe, eod. titul. in*
*Sex. quod ſi in vtraque Eccleſia habeat*
*parem, nec maiorem in altera dignitatem,*
*ſi vna eccleſia alia dignior ſit, eius officium*
*ſequi debet: quia magis dignum trahit ad*
*ſe minus dignum, capit. quod in dubiis, de*
*conſecratio. Eccleſ. vel altaris, quod & lo-*
*cum habet in officiis diuinis dicendis, Cle-*
*ment. 2. de celebrat. Miſſarum. can. de his,* B
*12. diſt. Si vero ſint eccleſiæ æqualis digni-*
*tatis, poterit eligere, quod in æqualibus ſit*
*locus gratificationi. cap. duobus, de reſcrip.*
*in Sex. cap. fin. de religio. & ſumt. funer. P.*
*niſi quis ſit præſens in choro alicuius eccle-*
*ſiæ, quia tunc debet ſe accommodare ordi-*
*ni eius ſemper, can. in his, 11. diſtinct. can.*
*cognouimus 12. qu. 2. de Monachis 16. q.* C
*prima. Notat & gloſſa penult. ad Clem. 2.*
*de celebrat. Miſſa. quod Monachus, præ-*
*latus eccleſiæ ſecularis, reget illam ſecun-*
*dum officium ſeculare vel clericale, non*
*ſecundum monachale: quod placet Ioanni*
*in can. 3. 16. quæſtio. 1. Gofredo in ſumma*
*tituli de Statu monach. §. ſed nunquid ab-*
*ſoluit. Hoſtienſ. in ſumma tituli eiuſdem,*
*§. 2. verſ. ſed nunquid talis. facit cap. cum*
*olim, de præſcript.*

c *can. altaria, ſi non 31. de conſecrat. diſtin.* D
*1. in pſallendi maxime ordine. can. 13. de*
*his, 12. diſtin.*

d *Ex concilio Viennenſi. in Clem. 2. de cele-*
*bratione Miſſarum.*

e *Clementina prima, de celebratione Miſſa.*

f *cap. 1. de Celebrat. Miſſar.*

g *cap. 1. & 2. de officio cuſtodis.*

h *cap. quod in te, de pœniten. & remiſſ. 11.*
*lib. 5. tit. 48.* E

i *cap. dolentes, 9. de celebrat. Miſſar. Clem.*
*1. eod. tit. quomodo horæ canonicæ ſint di-*
*cendæ. in Pragm. Sanctio.*

k *can. non poteſt, de Pœniten. diſt. 1.*

l *c. vnic. de vita & honeſta. cleric. in Extra-*
*uag. com.*

m *can. non mediocriter, & can. quomodo, de*
A *conſecratione diſtinct. 5. Poſſunt & ſupe-*
*rioribus aliæ adiici bonæ qualitates, laicis*
*etiam cum clericis communes, nempe vt*
*oratio fiat in fide, ad Hebræos 11. Iacobi 1.*
*in humilitate eccleſiaſtica 35. cum diſcre-*
*tione, Diui Matthæi, cap. 20. ibi,* Neſci-
tis quid petatis, *& D. Iacobi 4.* Petitis &
non accipitis, eo quod male petatis. *ſi-*
*ne ſuperbia, qualis reiecta illa Phariſæi,*
*Diui Lucæ cap. 18. cum ſilentio & in ab-*
B *ſcondito ſi priuata, D. Matthæi ca. 6. cum*
*attentione, & circumſpectione. Deum e-*
*nim alloquimur, cum oramus: illum audi-*
*mus, cum legimus diuina oracula, vt ait*
*Diuus Ambroſius, libr. 1. offici. cap. 20.*
Noli, *inquit Diuus Bernardus, lib. Medi-*
*tationum. cap. 6.* vili pendere orationem
tuam: quoniam ille ad quem oras, non
C vilipendit eam: ſed antequam egredia-
tur de ore tuo, ipſe eam ſcribi iubet in
libro ſuo: & vnum e duobus indubitan-
ter ſperare debemus: quod aut dabit
nobis quod petimus, aut quod nouerit
nobis eſſe vtilius. *Conſentit Diuus Au-*
*guſtinus. in caput ſextum Epiſtolæ primæ,*
*Diui Ioannis. Et rurſus Diuus Ambro-*
*ſius ad Virgines, dixit,* Præpara ante o-
rationem animam tuam, vt non videa-
D ris tentare Deum, cum deprecaris, vt id
quod oras mores tui loquantur, fides
adiuuet, opera commendent. *Et Diuus*
*Athanaſius, libro de Virginitate.* Cum
pſallis aut cum oras, ne ſinas peregrinas
cogitationes, in cor tuum ſubire. *Ora-*
*tionis qualitates etiã requiſitas perſequi-*
*tur Diuus Chryſoſtomus, tomo primo in*
*Pſalmum 4. & Homil. de fide Annæ. Quia*
*etiam puritas & mũditia exigitur in ora-*
E *tione, ideo & eius tempore abſtinẽdum eſt*
*etiam ab vxoribus, tota 33. quæſt. 4. Mul-*
*to magis a concubinis ſacerdotibus, quia*
*continuo & cum perſeuerantia illis oran-*
*dũ eſt canone ſi laicus 31. diſt. Plus enim*
*ad orandum tenẽtur qui aliorũ accipiunt*
*eleemoſynas, vt id faciant, & inde viuunt,*
*canone quia. 10. q. 1*

n de hoc alias diximus: & ideo Eccleſiarum A
altaria parte Orientali poſita, & imagines
inſpiciebant Occidentem, vt ad eas con-
uerſi orantes, inſpicientes altare ad Orien-
tem vultum conuerterent. can. Eccleſiaſti-
carum 11. diſtinctione. Cõuenit Proclus,
libro de Sacrificio: vbi & ait. Plantas he-
liotropias, & Selenitropias, quæ ad ſolem
& Lunam vertuntur, ideo id facere, vt hy-
mnis ſuum ducem affectu concinant.

o ca. ſacerdos. §. diebus autem remiſſionis, B
16. q. 7.

p ca. fin. §. ſimiliter. 30. diſt. can. ſcire debet,
76. diſtin. can. quoniam. de conſecrat. diſt.
3. Onuphrius, libr. de Stationibus, vrbis
Romæ ſcribit, orationis modum duplicem
olim fuiſſe: nam vel ſtantes, vel prouoluti
genibus orabant: ſic meminit Tertullianus
in Apologetic. & ad Scapulam. Legionem
dictam fulminationem Chriſtianam, in
expeditione Germanica Marci Antoni- C
ni, exercitui in ardentiſſima ſiti pluuiam
precibus a Deo impetraſſe, & orantes geni-
bus flexis in terram prouoluiſſe. Clemens
quoque Alexãdrinus vltimo Stromatum,
ſcribit ſtantes ſolitos ſeſe abiicere in terrã,
quod Tertullianus, lib. de Corona militib.
dixit geniculationem: explicat & Orige-
nes, Homilia 4. in libr. Numerorum. Ad-
orauit Abraham Deum in figura Ange-
lorum proſtratus in terram. Geneſ. 18. & D
Loth eodẽ modo. Geneſ. 19. vt & Baleam,
Numer. 22. verſ. 31. & alii alibi. Proſtra-
tus orabat Diuus Iacobus, dictus Frater
Domini, vt inde in fronte, & genibus cal-
lum aſſiduitate orandi in modum duritiei
Camelorum contraxiſſet, vt D. Chryſoſto-
mus, Homil. 5. in diuum Matthæum, To-
mo 2. Moſcouitæ adhuc more patrio, orã-
tes tangunt fronte terram, vt & notauit
Sigiſmundus Liber Baro, libr. de rebus
Moſcouitis: Diuus Stephanus oraſſe fer-
tur, Actor. 7. poſitis genibus. Fuit & alius
mos precandi dum ſtantes orabant: quem-
admodum & iuſſum, dum legitur Euan-
geliũ in Eccleſia ſtare, ca. Apoſtolica, 68.
de conſecratione diſt. 1. & quãdo dicitur,
ſurſum corda. can. quando autem, 70. ca-
dem, de conſecratione diſtinct. 1. Quem
orandi modum, vt dixi, die Dominica, &
a die Paſchatis vſque ad Pentecoſtem ob-
ſeruabant Chriſtiani. Quamobrem, &
precationes illæ ſtationes dictæ, quarum &
veteres auctores meminerunt. Et Tertul-
lianus factas ad aras ſolemniores indicat,
libro de Oratione, atque libro de Ieiunio
ad Veſperam vſque productas teſtatur: re-
cenſet, & vt ſolemnes eadem, libr. 2. ad
vxorem. Sunt & ſtationes preces, quæ ſta-
tis ſeu certis diebus, & locis fiunt. Stans, &
eſt Presbyter, qui ſacrificium Dei peragit
in Miſſa, qui refert myſteria fidei & Paſ-
ſionis Chriſti, qui in cruce ſtetit & orauit.
Inueni aliquando inter antiquos, numen
adoratum ſedendo viceque prouerbii, v-
ſurpatũ, numen adoraturi ſedeant, quod
refert Plutarchus ad Numam. Significat
vero hoc, vota certa concipere oportere, &
ad ea, quæ optima ſunt perſiſtere, & perſe-
uerare oportere. Item orandum non quaſi
aliud agentes, ſed totos tunc rei diuinæ va-
care debere: vide Lilium Gregorium Gi-
raldum, lib. de diis gentium, Syntagm. 17.
Facit, ca. cum & plantare, 1. §. excommu-
nicatos, de Priuil. c. is qui, 18. in princ. de
Sen. excom. in Sex. hanc formulam oran-
di ſedendo, ſeruatam apud Turcas, ex Al-
corani præceptis refert Richardus Cœno-
bita ordinis Dominicanorum, in libro qui
inſcribitur, de Turcicæ ſpurcitiæ expugna-
tione. capit. 13. Alcoranus (inquit) omnes
cuiuſcumque ſexus ad orationem facien-
dam ſubiicit: oratio autem fit, quinque vi-
cibus in die, quinque ad hãc deputatis ho-
ris. Prima orationis tempus, ab ortu Solis:
& hæc habet quatuor Erket, & duo Czal-
mat. Erket, eſt gemina inclinatio cum to-
tidem proſtrationibus: Czalmat, eſt illa
ſecreta oratio, quam quis facit ſedendo poſt
quodlibet Erket, cũ ſalutatione a dextris,
& a ſiniſtris, & impreſſione pacis, quam
facit vtraq; manu in faciem obducendo.
Secunda



Secũda orationis tempus circa meridiem, A
quæ decẽ Erket & quatuor Czalmat ha-
bet; tertia oratio in declinatione Solis tem-
pore veſpertino fit, & ipſa octo Erket, &
quatuor Czalmat continet: quarta quin-
que Erket, & tria Czalmat cõtinens tem-
pus circa occaſum Solis ſibi vindicat. Quin-
ta & vltima reliquis prolixior, quæ decem
Erket & octo Czalmat habet, & poſt cœ-
nam tardiori hora celebratur. Prior ora-
tio illorũ longa dagnamias dicitur, ſecun- B
da Orlenias: tertia Kindinanias; quarta
Achſamnanias: quinta Fagzmanias, &
has horas, & preces vnuſquiſq; cum paro-
chiano ſuo, & in Eccleſia ſua, tenetur pera-
gere, excepta legitima cauſa interueniẽte,
quo caſu in omni loco licite idipſum agit.

q In c. 10. Concilii Apoſtolo. εἴ τις ἀκοινωνήτῳ
κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται οὗτος ἀφοριζέσθω: Si quis
cum excommunicato, licet in domo
preces coniunxerit communione pri- C
uator. Idem in Synodo Sardienſi, c. 14. &
in Synodo Carthaginenſi. cap. 9. in Synodo
Lateranenſi, ſub Alexand. 3. cap. 9. relato.
in can. in Lateranenſi, 30. de preben. Pro-
hibitum, admittere ad diuina excommu-
nicatos nominatim, vel interdictos. Item
in ca. excommunicatos, 17. 11. qu. 13. cum
illis prohibitum orare, edere, bibere, vel o-
ſculum eis præbere, vel eos ſalutare: vt in
can. omnis qui recedit, 14. q. 1. Idipſum, D
& in capitulis Concilii Bacharenſis Mar-
tini. c. 70. & in can. non liceat, 67. §. fin. 1.
q. 1. vbi & corrigitur. ca. Epiſcopus mul-
tum, de conſecra. 1.

r In can. Apoſtolorum, 11. εἴ τις καθῃρημένῳ
κληρικῷ ὡς κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρέσθω
καὶ αὐτός: Si quis cum depoſito clerico,
preces coniunxerit, deponitor & ipſe:
& in Clem. 2. de ſent. excom. domini tem-
porales, qui cogunt in aliquo loco interdi- E
cto celebrare diuina officia, vel qui præco-
nes faciunt populum ad illa audiẽda con-
uocari, excommunicantur, vt abſolui non
poſſint ab alio quam a Sum. Pont.

s ca. Apoſtol. 44. & 63. & in Epiſt. 2. D. Io-
nis: & ad Titum 3. ad Rom. 16. ad Gal. 1.
in Synodo in Trullo, c. 51. can. aduocauit,
& can. ſeq. 24. q. 1. ca. clericus, 24. quæ. 3.

t Dict. can. Apoſtolorum, 6 & c. 13. nullus,
28. quæſt. 1.

v Nouell. Iuſtin. 123. de Sanctiſſimis Epi-
ſcopis, c. 32. ſeu §. omnibus autẽ laicis. Li-
tanias, vocat Nouella 67. δημοσίων προσόδων,
proceſſionẽ populi, & hoc ipſum proceſſio-
nem dixit. can. certum eſt, de conſecrat.
diſtinct. 1. can. 3. Presbyteri 24. diſtinct.
ca. Frigentius, 16. q. 7.

x Eleemoſyna poteſt eſſe corporalis, dum quis
largitur de bonis tẽporalibus pauperibus,
Poteſt eſſe ſpiritalis, conſilio & remiſſione
vindictæ, diui Marci, 11. Oratio Centu-
rionis iuncta cum eleemoſynis, Actor. 10.
vide Iſaiam, ca. 58. Cyprianum, ſermone
de ieiunio, & tentationibus Chriſti. Et hæc
maxime in prælatorũ orationibus requi-
runtur can. Fratrem 86. diſt.

## Capvt VII.

1 De prohibitione publica orationis per ceſ-
ſationem.
2. Interdictum.

1 Fit aliquando † ceſſatio a diuinis, in Ec-
cleſiis, quæ ius hoc faciendi habent, vel
ex conſuetudine, vel ex priuilegio ſedis A-
poſtolicæ, *a* vel ex prouincialium Conci-
liorum ſtatutis, *b* in pœnæ aggrauationem
alicuius, qui in Eccleſia, in qua ceſſatur,
deliquerit, donec fiat emendatio. Hæc ta-
men ceſſatio temere fieri non debet, aut
ſine rationabili, & manifeſta cauſa: alio-
quin per cẽſuram Eccleſiaſticam ceſſatio-
nis illegitimæ auctores *c* puniuntur.

2 Interdicitur aliquãdo, † aliquibus Eccle-
ſiis, aliquibus ciuitatibus, vel prouinciis,
ne ibi diuina officia fiant. Sicque interdi-
cta & localia & generalia, *d* efficiunt.

### Scholia.

a Vt in ca. 2. de Offic. ordina. in Sex. libr. 1.
tit. 16. vbi Gloſſ. ad verbum, Eccleſiis, ait,
hoc ius interdicendi competere Eccleſiis,
Lugdunenſi, Viennenſi, Claramontenſi,

*Attrebatenſi, & quibuſdam aliis. clem. 1. de ſenten. excommunica.*

b *clementina prima, de ſenten. excommun.*

c *c. irrefragabili 11. §. cæterum. de offic. iudic. ordi. lib. 1. tit. 31. Ceſſatio officiorum, ſi iniuria afficiantur Eccleſiæ, poteſt ad repellendas iniurias quibuſdã Eccleſiis conuentualibus aut ſecularibus permitti, ex dicto capit. 1. & ſyndico aliquando a decano, vt in ca. dilectis filiis, 53. de appellat. ſi modo poſt ceſſationem indictam iter arripiant ad ſummum Põtificem. ca. quamuis, 8. de offic. ordin. in Sexto.*

d *In Clemen. 1. de ſenten. excommun. can. cum in partibus, de verbor. ſignificat. indicuntur, vel a capitulo habente priuilegium, vt capit. ex parte. de verborum ſignificat. vocatis omnibus ex capitulo, vel maiori parte conſentiente, & Epiſcopo, can. quæſiuit, 2. de his, quæ fiunt a maiori parte capitu. lib. 3. titul. 11. & ibidem modus indicendi.*

## Capvt VIII.

### *Pro quibus orationes vel ſupplicationes fiant.*

1 PRo omnibus, † in quibus Deo egemus, maxime pro grauiſſimis negotiis, & gratiarum actione beneficii communis accepti, & pro depulſione publicorum malorum inſtantium vel præſentium, ſolent publicæ orationes, & ſupplicationes indici & fieri. *a* Oramus pro nobis, *b* pro aliis, *c* pro Papa, *d* & principibus, *e* pro inimicis, *f* pro mortuis Chriſtianis Catholicis, *g* niſi in crimine mortali deprehẽſi mortui fuerint ſine reſipiſcentia, ſi Eccleſia non permittat pro illis orare, vt ſi necati in furto, *h* ſi ſeipſos necauerint, *i* ſi in torneamentis occiſi, *k* ſi Eccleſia illis neget ſepulturam Eccleſiaſticam, de quibus ſupra diximus. *l*

## Scholia.

a *Ex decretis Liberii Papæ, capit. 3. Refert Burchardus Wormacenſis Epiſcopus libr. primo, Decretor. capit. 8.* Si euenerit (*inquit*) fames, peſtilentia inæqualitas aeris, vel alia qualiſcumq; tribulatio, ſtatim ieiuniis orationibus, & obſecrationibus miſericordia Domini deprecetur. *omne bonum de ſurſum deſcendens a domino. vt ait d. Iacob. cap. 1. verſ. 17. dixit Deus diſcipulis, orate, ne intretis in tentationem. Oramus, ſi quando iter nobis faciendum, vt ſuccedat ex bono, vt Iudith. 13. & omnia proſpere cedant nobis, vt 2. Eſdræ 4. & 8. In afflictione, vt Deus nos liberet, vt Ionæ 2. Eſther 4. 2. Maccabæorum 3. Si electio alicuius prælati vel magiſtratus facienda ſit, vt Deus dignetur concedere idoneum, & mittere operarios in Meſſem ſuam: vt diui Lucæ 8. & Actorum 1. ſic de ſimilibus, priuatim, & publice contingentibus. Supplicationes etiam publicæ a Romanis aliiſque Ethnicis indictæ cum feriis, ſi quid a numine (& ab his, quos Deos putabant cum errore) petendum putarent, vel ſi ituri in bellum fœlicitatem deſiderarent. Sic apud Liuium, lib. 1. decadis 4.* Et votis (*inquit*) nuncupatis, publice ſupplicatio edicebatur. *vt tempore belli Carthagineñſis apud eundem Liuium, libr. 2. decadis 3. Narrat, & idem libr. 1. decad. 3. ob prodigium, quod pluiſſet lapides in Picenno, nouendiale ſacrum edictum, vrbem luſtratam, ſupplicationem ad ædem Herculis nominatam, deinde vniuerſo populo indictam. Quando etiam in Albano biduũ lapidibus pluit, & alia prodigia contigerunt, per diem vnum ſupplicatio fuit, vt idem Liuius narrat, libr. 5. decadis 3. & iterum libr. 7. tradit ſupplicatum fuiſſe per totam vrbem ob peſtilentiam. Refert, & libr. 10. decadis 3. ſupplicationes ob res proſpere geſtas, vel ob publicam victoriam factas, vt nuntiata victoria contra Annibalem, & libr. 7. decadis 3. poſt victoriam de Haſdrubale. Senatus etiam, quod Marcus, Liuius & Claudius conſules, incolumi exercitu, ducem hoſtium legioneſque occidiſſent, ſupplicationes in triduum decreuit. Saluato etiã Imperatore Nerone, ſupplicationes ex Senatuſconſulto habitas, tradit Cornelius Tacitus. lib. 3. Annal. Aliquando etiam, vt refert Plinius. libr. 8. decad. 1. decretum, vt circa omnia puluinaria deorum ſeu idolorum, per quinque dies ſupplicaretur. Erant autem illa puluinaria in angulis regionum Romæ,* lecti puluini, *in ſupplicationibus facti & locati, in quibus ponebant ſuorum idolorum idola ſeu ſimulacra. Meminit, & de ſupplicatione ad puluinaria Cicero in Catilinaria. Sunt exempla plura his ſimilia, de quibus videndus Barnabas Briſſonius, libr. 2. formularũ, vbi & congerit alia ad hanc rem pertinentia de cauſis, formulis, hoſtiis maioribus & minoribus ſupplicationum antiquorum, multa de ſupplicationibus refert & Iulius Obſequens, libro de prodigiis.*



b *Multa nobis mala imminent, multi qui inſidiantur intra nos, & extra poſiti, concupiſcentia, deſideria vana, caroque concupiſcit aduerſus Spiritum, angeli mali, ſeu dæmones aduerſarii noſtri. vigilãdum itaque, ne nos opprimant vel intercipiant, & ad auxilium diuinum certiſſimũ confugiendum omni tempore. Pſalm. 68. ver. 33. Hieremiæ 29. verſ. 13. Prouerbior. 7. Num. 1. Deo gratias pro bonis ab eo ſuſceptis, quilibet ſeorſum pro ſe debet, vt diximus. Tobias ab vxore tribulatus, ad Deum oratione confugit Tob. 3. Idipſum fecit, & Sara, filia Raguetis, dum ab ancillis iniuſte exprobarentur mortes virorum, qui eam voluerant deſponſare. eod. cap. 3.*

c *Prælati debent orare pro ſibi ſubdictis, vt Moſes pro populo delinquente. Exod. 32. pro ſorore ſua. Num. 11. pro afflicto a ſerpentibus populo. Num. 21. Samuel pro populo. 1. Regum 12. Mardochæus pro ſe, & populo. Eſther 4. Caritas fraterna monet etiam, vt inuicẽ oremus alii pro aliis: & ea ratione dominus noſter* Iesvs Christvs, *cum docuit nos orare, in plurali, non in ſingulari concepit orationes, diui Matthæi, capit. 7. verſi. 9. & Lucæ 11. verſi. 2. & pro omnibus pueri tres in cap. 5. Danielis, orabant. & ſic faciendum docet Paulus ad Epheſios 6. verſ. 18. & 1. ad Theſſalon. 5. verſi. 25. Iacob. 5. verſi. 16. Vide Cyprianum ſermone 6. de Oratio. Dominica. Et orandum pro omnibus admonet, diuus Paul. 1. ad Timot. 2. verſ. 1. deſiderandumque eſt, omnes ſaluos fieri, cap. corripiantur in fi. 24. q. 3.*

d *cap. ſi Papa 40. diſtinct. ex pro prælatis noſtris aliiſque, vbi ratio, quod ex prælatorum exemplo vel malo vel bono, populi vel clades vel ſalus valde pẽdeat, & ſæpe Paulus orari pro ſe poſtulat, ad Roman. 1. & alibi, & fiebat aſſidua oratio pro Petro, detento in carcere, Actor. cap. 11.*

e *Primæ ad Timot. cap. 2.*

f *Vt 1. Maccabor. 3. verſ. 33. diui Matthæi 5. verſi. 44. diui Lucæ 6. verſi. 28. pluries orauit Moſes pro Ægytiis perſequentibus. Exod. 9. & 10. Ozias ſummus Pontifex pro Heliodoro, qui templum domini voluit ſpoliare. 2. Maccab. 3. Chriſtus pro his qui eum crucifigebant orauit: diui Lucæ, cap. 13. diuus Stephanus pro perſequentibus, & occidentibus. Actorum 7. & diuus Paulus pro peccatoribus orabat, vt vocaret illos ad pœnitentiam, ad Titum cap. 2.*

g *can. viſum, de conſecrat. diſtinct. 1. cap. pro obeuntibus, 2. cap. anima defunctorum, 22. ca. tempus 13. quæſt. 2. ex Enchiridio diui Auguſtini, capit. 109. & 110. conſentiunt Cyprianus, & Clemens Romanus, libro octauo, conſtitutio. Apoſtolicarum. cap. 48. & 49.*

h *capit. 2. de Furt. capit. penultim. 13. quæſtio. 2. & apud Clementem Roman. dicto libro octauo conſtitutio. Apoſtolica. capit. 49.*

i *capit. placuit cauſa, viceſima tertia, quæſtio. 5.*

k *cap. quicumque cauſa 23. q. 8.*

l *Supra hoc, lib. tit. 16.*

## Cap. IX.

*Vires & effectus orationis.*

ORatio & ſupplicatio valde efficax ad placandum iram Dei, & ad fauorem eius impetrandum, *a* delet & ſola Dominica oratio, leuia peccata: *b* ſi modo ab illis deſiſtatur, non aliter. *c* Ita oratio eſt peccatorum purgatio, *d* contra hoſtes viſibiles & inuiſibiles præſidium, *e* viuorum & mortuorum auxilium, *f* miraculorum effectrix, & impetratrix: *g* Expultrix dæmonum, *h* ſanatrix infirmitatum. *i*

### Scholia.

a *Deus placatur precibus, & vt ait Ouid. 1. 1. de arte,* Flectitur oratus voce rogante Deus. *& Martial. lib. 8. Epigr. epig. 32.* Et dominum mundi flectere vota valēt: *In quacunq; hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor. Ezechias, oratione placuit Deū. 4. Reg. 2. & Magdalena Luc. 7. & latro orans in cruce. D. Lucæ. cap. 23. Placarunt oratione, & ieiunio Niniuitæ Deū Ionæ 3. Imo exaudiuit Christus dæmones, rogantes eū, vt ingredi poſſent in porcos. D. Matth. c. 8. Audiuit Moſem deprecantē pro populo, quem decreuerat ira iuſta perdere. Exod. 23. In ſumma. D. Matth. c. 7. ſcriptū,* Petite, & accipietis, &c. Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc fiet vobis, *D. Ioan. c. 14. verſ. 13. 1. Pet. 3. verſ. 2. & apud Eſaiam, cap. 95. ver. 24.* Eritque antequam clament, & ego exaudiā, adhuc illis loquentibus ego audiam.

b *ca. de quotidianis, de pœnit. diſt. 3.*

c *c. nihil prodeſt, de pœn. diſt. 3. cā. odi 24. q. 1.*

d *ca. ipſi ſacerdotes, 1. q. 1.* Ideo (*inquit textus*) ipſi ſacerdotes dicūtur peccata hominum comedere, quia ſuis orationib. ea delent atq; conſumunt, vel veniam a Deo illis impetrant: *quod & dictū Leuit. 4. verſ. 20. & ver. 3. tractat & Cypria. de Lapſis ſermon. 5. Baſilius Magnus, lib. quæſtionum fuſe explicatarum. q. 6.*

e *ca. ſi quis vult 36. diſtin. de inuiſibili hoſte dæmone pulſo per orationem. D. Matth. c. 17. verſ. 21. expulere autem dæmonium Aſmodei, Tobias, Tobiæ 6. & mater Cananæa a filia: D. Matthæi 15. adde ca. 19. & Phytonem a puella. D. Paulus, Actor. 15. Per orationem ad Deum fuſam, victos hoſtes & ſuperatos viſibiles, docetur ex ca. 9. lib. 1. Machab. vbi Ionatas oratione fuſa, cum paucis pugnantibus victor euaſit: eodem modo Iudas cōtra Georgiam. 1. Machab. capit. 7. & Ioſaphat 1. Paralip. 20. Iudith. Iudith. c. 13. & alii, vt videre licet de præſidio etiam & auxilio orationis, 2. Reg. 12. verſ. 4. Pſal. 117. verſ. 17. Daniel. cap. 13. verſ. 44. vicit oratione Moſes Amalachitas. Exod. 17. Samuel. Philiſteos 1. Reg. 17.*

f *ca. non æſtimemus, c. 4. 23. quæſt. 2.*

g *Exempla patent miraculorum per orationem factorum. 1. Reg. cap. 12. verſ. 18. 3. Reg. 13. ver. 6. oratione Sōl ſtetit ſine curſu, Ioſuæ c. 8. Elias oratione cœlum clauſit, & aperuit. 3. Reg. 17. tres pueri in fornace incombuſti, Dan. 6. Ionas a ventre ceti liberatus: Ion. 2. Omitto ſimilia, dicamque tandem quod Iamblychus tradit libro de myſteriis Ægyptiorum: ſupplicationes influxui Dei aptū facere animum, qui & vltro facile peruenit, propter diuinam amicitiam omnia connectentem.*

h *Vt ſupra docui litera, & exſtat Dei permiſſio, in nomine meo dæmonia eiicient, Marc. ca. fin.*

i *Sic oratio fidei ſaluabit infirmum, Iacob. ca. 5. Diſcipuli domini & Apoſtoli ſanabant infirmos, & mortuos ſuſcitabant, Actor. 12. Diui Petrus, & Ioannes aſcendentes ad templum, vt orarent, ſanarunt claudum. Actor. 3. ad orationē Eliæ puer mortuus ſuſcitatur. 3. Regum 17. In ſumma Deus dixit:* In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollēt, & ſi quid mortiferum biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt, &c. *D. Marc. c. fin.*

DE



# DE OFFICIO DIVINO MISSÆ.

## a Tit. XXI.

a *Agitur de hoc in titulo de Celebratione Miſſarum, lib. 3. tit. 41. & in Cle. lib. 3. tit. 14. & in decreto Gratiani, de conſecratione diſtinctione ſecunda. Nouella 58. Vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant.*

## Caput I.

*Miſſa quid.*

1 PReces cum ſacrificio incruento Sacroſancti corporis, & ſanguinis Domini noſtri Iesv Christi, in officio ſeu ſacrificio Miſſæ ſunt, & præcedentes & ſequentes verba Sacramentalia. Miſſa eſt nomen ab Hæbraico idiomate declinatum, a verbo מַס mas, obtulit, vnde & ab oblatione corporis Domini, ipſa oblatio מִשָּׁה miſſali, dicitur, eoque nomine omnia myſteria, & orationes comprehenduntur, quæ ibi peraguntur,

### Scholia.

a *In Deuteronomio, capit. 16. vbi Latini habent,* oblationem, *ibi in Hæbreo Miſſa. Alii aliunde nomen trahunt, vt Miſſam dici velint, ita quod oblatio, & preces ad Deum mittantur, vt Hugo de Sacramentis, libr. ſecundo, parte 8. ca. fin. Alii quod Angelus a Deo mittatur qui aſſiſtat ſacrificio, vt Magiſter Sententiarum, libr. quarto diſtinctione 13. S. Thomas 3. parte, quæſt. 83. artic. 4. Alii Miſſam a Miſſione ſeu dimiſſione populi. Accipitur autem hic pro omnibus precibus & ceremoniis, ſacrificio & aliis, quæ fiunt in oblatione Sacroſancti huius miniſterii. Quicquid autem de nominis origine dictum ſit, id inter omnes conſtat, Miſſam accipi, pro eo ſacrificio quod offertur in altari, cum precibus conſuetis, & lectione Euangelii, & cum aliis de quibus poſtea: exſtat ita titulus, de celebratione Miſſarum. Et arguuntur Centuriatores Magdeburgenſium, qui centuria 4. ca. 6. pag. 30. negant Miſſæ vocabulum exſtare apud Ambroſium & Auguſtinum: nam id falſum. Quia imprimis conſtat præparationem Miſſæ eſſe Diui Ambroſii, & ipſe Ambroſius teſtatur libro 5. epiſtola 33. ipſique Magdeburgenſes agnoſcunt ipſam vocem centuria 4. capi. 3. pag. 147. licet in quinta reiiciant. Item in Concilio Mileuitano, omnes patres eo vocabulo vſi ſunt: capit. 12. & Diuus Auguſtinus ſermone de tempore 251. Præfuit & idem Auguſtinus Concicilio Mileuitano, vt dicunt iidem centuriatores centuria quinta, cap. 9. pag. 835. Sacrificium, quod Miſſam dicimus, eſſe oblationem corporis & ſanguinis Domini in altaris, non alias oblationes, docet ca. 3. & 4. Apoſtolorum D. Dionyſ. de Eccleſiaſtica Hierarch. capit. 4. quia ibi ſalutaris hoſtia offertur, vt ait Diuus Martial. in epiſtola ad Burdigalenſes: Diuus Ignatius ad Smirnenſes: vide cano. in Chriſto ſemel. 53. de conſecrat. diſtinct. 2. ca. cum frangitur hoſtia, 37. eadem diſt. 2. de Cōſecra. Explicatur autem quod dictum eſt, quod ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo, & tamen quotidie immolatur in Sacramento. & in c. ſemel, 12. & dicto can. in Chriſto, de Conſecration. diſtinctione ſecunda. Primus, qui Sacramentum inſtituit, fuit Dominus noſter* Iesvs Christvs *in cœna; poſtea apparens poſt Reſurrectionem diſcipulis ad Emaus proficiſcentibus, iterum communicauit; & Apoſtoli deinceps idipſum fecerunt. 1. ad Corinth. 11. Adiecit quædam quæ ſecreto inter conſecrandum dicuntur & orationes aliquas, D. Iacobus Frater dictus Domini, & D. Baſilius, vt habetur in ſexta Synodo, capit. 32. & refertur in ca. 47. Iacobus, de conſecration. diſtinction. prima. Et Egeſippus apud Euſebium ait, hunc primum fuiſſe conſtitutum ab Apoſtolis Epiſcopum &* λειτουργὸν. Λειτουργὸς, *porro dicitur ſolemnium ſacrorum adminiſtrator*

*vnde Miſſa Græcis* λειτουργία. *Et hæc Græ-* A *ce habetur ſcripta, apud Clementem Romanum libro octauo conſtitutio. Apoſtolica. ca. 15. 16. & 17. Exſtat & Liturgia, Diui Matthæi Æthiopica lingua cum Latina explicatione. Item alia, Diui Chryſoſtomi, & aliorum. Gregorius Magnus etiam Gelaſianum Codicem de Miſſarum ſolemnitatibus recognouit, & Antiphonarum & Sacramentorum librum, a ſe compoſitum edidit, & Miſſæ ſolemnita-* B *tibus & orationibus quædam addidit.*

## CAPVT II.

### *De Miſſarum diſtinctione.*

1 MIſſarum diſtinctio, quod pertinet ad Sacramentum, non eſt ſubſtantialis; eo quod in omnibus idipſum Sacramentum offeratur. *a* Sed fit diſtinctio ratione ſolemnitatis adhibitæ. nam quædam alta voce ſolemniter, conuentualiter cantãtur: C aliæ ſubmiſſa voce: *b* item aliæ ratione temporis habent orationes, & aliæ de die, de feria: *c* aliæ de feſtiuitate, *d* quædam ex deuotione, *e* & ratione eorum pro quibus offeruntur: quædam pro viuis, *f* quædam pro defunctis. *g* Sic habita ratione eorum, in quorum honorem dicuntur: quædam de Spiritu Sancto: aut de Sanctiſſima Trinitate: quædam de virgine Maria. Eſt, & in diebus profeſtis, quædam alia in Miſſis di- D ſtinctio; vt cum Miſſa ad honorem beatiſſimæ Virginis celebratur, *i* non dicatur hymnus Angelicus, nec ſymbolum decantetur; licet in Miſſa propria, præfatio decantetur, idque factum, vt inter ſolemnitatem & commemorationem, differentia oſtendatur. *k*

### SCHOLIA.

a *can. relatum eſt nobis, 11. de conſecr. diſt. 2.* E

b *ca. cum creatura, 11. de celebrat. Miſſar. li. tertio titul. 41. Quemadmodum, & ſtatutum tempore interdicti Eccleſiaſtici, Miſſas dici ſubmiſſa voce ſine campanis: ianuis clauſis, capit. fin. §. adiicimus, de Sententia excommunicationis in Sext.* A *Ea ratione quædam dicuntur Miſſæ peculiares & priuatæ, in quibus populus, non tenetur adeſſe: contra publicæ, quibus adeſt. ca. & hoc attendendum, de conſecratione diſtinct. 1.*

c *can. ſufficit ſacerdoti, 53. de conſecratione diſtinct. 1.*

d *Dicto cano. cum creatura, 11. de celebr. Miſſa.*

B e *ca. ſecundo de celebratione Miſſa.*

f *ca. de nominibus, 73. de conſecratione diſtinctione prima. ita fiunt pro ægrotis, pro peregrinis, pro afflictis, pro amicis, & pro ſimilibus viuorum cauſis.*

g *capite ſecundo, capit. cum creatura, de celebrat. Miſſar. can. anima defunctorum: & can. non æſtimemus, 13. quæſtione ſecunda. vide Sotum in quarto libr. ſententia. diſtinctione 45. quæſtione ſecunda. Syl-* C *ueſtrum, in verbo* ſuffragium, *in ſumma.*

h *capit. ſecundo & ca. concilium noſtrum, quarto, de celebrat. Miſſar. can. cum inter, 29. de Verbor. ſignificatione.*

i *cap. ſignificatum eſt vndecimo, de Præbendis.*

k *Dicto canon. Concilium noſtrum, quarto de celebratione Miſſarum.*

## CAPVT III.

### *Ex quibus partibus compleatur officium Miſſæ.*

D

MIſſa conſtat quatuor partibus: prima 1 poſt exordium confeſſionis, doctrinam habet ex ſacra ſcriptura, epiſtolam & Euangelium: Secunda, conſiſtit in conſecratione cum gratiarum actione ſuper pane facta & vino: Tertia habet præceptionem Sacramenti; Quarta orationem pro omnibus fidelibus. *a* In primitiua Eccleſia E in principio Miſſæ Pſalmi legebantur, verum poſtea Pſalmi in cantum ſunt tranſlati; vnde introitus Miſſæ, gradualia, offertoria, & communio, quæ cantantur, & fere ſunt ex Pſalmis ſumta. *b* Miſſa proprie & ſubſtantialia Miſſæ, ſunt in conſecratione &



confectione Sacramenti oblati Eu- A charistiæ; reliqua autem, quæ ſacerdos vel Chorus canunt, gratiarum actiones ſunt; vel obſecrationes, *c* vel myſteria ſeu repreſentationes, & commemorationes ſanctiſſimæ Paſſionis, & eorum quæ in ea geſta ſunt. Ideo adhibentur ſacratæ veſtes, *d* ſtola, manipulus, *e* Pſalmi introitus, gradualia, communio, quæ ex ſacra pagina ſumta ſunt, *f* vt gloria Patri, Kyrie eleiſon, Pater noſter, *g* Gloria in excelſis, Alleluia, B *h* Pax vobis, *i* Dominus vobiſcum, *k* orationes collectæ, *l* Amen, *m* epiſtola, *n* Euangelium, *o* offertorium, *p* oblatio vini & aquæ, quæ fit a ſacerdote, *q* ſurſum corda, *r* præfatio, *s* fractio hoſtiæ in tres partes, quæ fit a Preſbytero celebrante, *t* pacis datio ante communionem, *v* commendationes quæ fiunt pro viuis & defunctis, *x* benedictio poſt Miſſam *y*. & alia quæ ſine myſterio non ſunt. *z*.

### SCHOLIA.

a *De quibus vide in Antididagmate Colonienſis Eccleſiæ, cap. 31. & ſequentibus.*

b *Ca. cantantes, §. ab officio, & ca. in Sancta, 92. diſtinct.*

c *Ca. vtrũ, de Conſecratione diſtinctione 2.*

d *Ca. veſtimenta, de Conſecratione diſtinct. prima.*

e *Ca. Eccleſiaſtica, 23. diſtinct.*

f *Dicto cano. cantantes, §. ab officio, 92. diſtinctio.*

g *Ca. de Hymnis, de Conſecrati. diſtinct. 2.*

h *Ca. cum aliquis, 11. quæſt. 3.*

i *Dicto ca. de Hymnis, & ca. hi duo, de Conſecratione diſtinctione prima: loco cuius Epiſcopus celebrans dicit,* Pax vobis, *can. non omnes, ſecunda, quæſtione ſeptima.*

k *Dicto ca. non omnes, ſecunda quæſtione ſeptima.*

l *Ca. hoc quoque, de Conſecratio. diſtinctio. prima.*

m *Dicto canone de Hymnis, de conſecratione diſtinct. 2.*

n *Ca. ſedulo, 38. diſtinctione.*

A o *Ca. omnes fideles, de Conſecratione diſtinctione prima.*

p *Ca. omnis Chriſtianus, de Conſecr. diſtinct. prima.*

q *Ca. in Sacramento, de Conſecrat. diſtinct. ſecunda. Probantur, & verba illa, quod Euchariſtia ſit oblatio benedicta, adſcripta, & rata, in ca. vtrum, de Conſecratione diſtinct. 2.*

r *Can. quando autem, de Conſecrati. diſtinctione prima.* B

s *Ca. inuenimus, de Conſecratione diſtinctione prima: vbi enumerantur decem ſpecies præfationum dicendarum in Miſſa, ratione diuerſorum temporum. Additur & decima, in ca. fin. §. fin. 70. diſt. Addunt, & nunc religioſi mendicantes ordinis ſancti Franciſci, propriam in eius feſtiuitate.*

t *ca. ſinguli, de conſecratione diſtinctione ſecunda.*

C v *ca. pacem, de conſecratione diſtinct. 2.*

x *ca. viſum, & can. de nominibus, de conſecratione diſtinct. 1.*

y *ca. Miſſas, de conſecratione diſtinct. 2.*

z *Veluti dum panis tantum triticeus azymus, vinum aqua miſtum adiicitur, quæ explicantur, in ca. cum Martha, de celebra. Miſſarum, & cum aliis in principio, ſecũdæ diſtinctionis per ſeptẽ canones, & apud Cyprianum, libro ſecundo, Epiſtolar. epiſt.* D *2. Cæcilio fratri, & in capitulis Martini Græcæ Synodi Bacharenſis, ca. 55. In Concilio Carthaginenſi, 3. ca. 24. in Africano, cap. 4. in ſexta Synodo, cap. 28. Iubetur, & plus vini quam aquæ infundi in calicem, ca. pernitioſus, 13. de celebrat. Miſſa. & quod panis, in quo conſecratur apud nos, debeat eſſe azymus ſine fermento, in c. fin. de celebr. Miſſa. vbi id ſtatuitur. Et eſt pœna in eum, qui aliter fecerit, aut in vaſe li-* E *gneo conſecrauerit, aut ſine aqua & lumine, vt deponatur ab officio, & beneficio. Ibi tamen cauenda Gloſ. Hugonis, ad verbum,* fermentato, *dicens, quod ſi quis confecerit, de fermentato pane in Eccleſia Occidentali nihil ageret, cum Eccleſia*

*Occidentalis in fermentato faciat: vide* A
*D.Thomam, 3. parte ſummæ queſtion. 74.*
*artic. 4. Quare vero miſceatur aqua vi-*
*no, & in quid conuertatur aqua per conſe-*
*crationem, vide cap. in quadam, 8. & can.*
*cum Marthæ, 6. §. quæſiuiſti, de Celebra.*
*Miſſa.*

### Capvt IIII.

*Perſonæ ſacrificio Miſſæ celebrando requiſitæ.*

1 IN ſacrificio hoc Miſſæ celebrando, ſal- B
tem duæ perſonæ requiruntur præſen-
tes: *a* eius, qui conſecrat, nempe ſacerdo-
tis, *b* & illius, qui conſecranti ſeu celebran-
ti adeſſe debet, vt reſpondeat; qui ſi haberi
poteſt, clericus ſaltem eſſe debet. *c* Nam
laici quando ſacra myſteria celebrantur,
ſecus altare inter clericos ſtare vel ſedere
non debent præſumere. *d* Prohibitum
quoque vt vlla fœmina ad altare præſumat C
accedere, aut Preſbytero miniſtrare, aut
intra cancellos ſtare aut ſedere; *e* quamuis
ſint Deo dicatæ & ſanctimoniales: nam
nec illis licet ſacra vaſa tangere, vel ſacratas
pallas; vel incenſum circa altaria deferre. *f.*

### Scholia.

a *Non enim ſolus Presbyter Miſſarum ſole-*
*lemnia, vel alia diuina officia: ſine mini-*
*ſtri auxilio poteſt ſolus celebrare, ca. pro-* D
*poſuit, 6. §. fin. de Filiis Presbyter. lib. 1. tit.*
*17. Quare Eccleſia dedicari nō debet, quin*
*ſaltem ex reditu poſſit Presbyterū, & cleri-*
*cum nutrire. ca. nemo, de Conſe. diſt. 1. ca.*
*illud, 7. quæ. 1. ca. in omnibus, 81. diſt. ca.*
*placuit, 1. q. 2. Aliquando ex decretis So-*
*teris Papæ, ca. 8. decretum etiam fuit, ne*
*Presbyter celebrare præſumeret, niſi duo-*
*bus præſentibus, ſibiq; reſpondentibus: quia*
*cum pluraliter a Presbytero dicitur*, Do- E
minus vobiſcum, *inquit, vel*, orate pro
me, *duorum ſaltem debeat habere reſpon-*
*ſionem. ca. hoc quoque, 61. de Conſecr. diſt.*
*1. Burchard. lib. 3. Decretorum, ca. 74. &*
*68. Iuo parte 2. ca. 127. Idipſum ſtatutum*
*in Concilio Nanetenſi, ca. 30. In Concilio* A
*Moguntino, 1. ca. 43. Gloſſa tamen in di-*
*cto ca. hoc quoque, ait: hodie receptum eſ-*
*ſe, vt cum vno poſſit ſacerdos celebrare, ſi*
*populus non adſit; imo & ipſum ſolum ſa-*
*cerdotem poſſe celebrare incluſum, ſi cleri-*
*ci copia non adſit, non aliter. ſicut in c. quæ-*
*ſiuit, 14. de Verbor. ſignific. in neceſſitatis*
*cauſa, Presbyter ſolus poteſt infirmum vn-*
*gere; extra neceſſitatem non vtiq;, quod di-*
*ctum ſit*: Si quis veſtrum infirmetur in- B
ducat Preſbyteros, *in plurali, in c. vnico,*
*de Sacra vnctio. Quando enim in caſu ne-*
*ceſſitatis Presbyter celebrat cum vno cle-*
*rico, vel ſolus, etſi in plurali loquatur, ta-*
*men Eccleſia ſupplet defectum eorum, qui*
*abſunt. Et hæc olim obtinebant, quæ vidē-*
*tur reformata in Concilio Baſilienſi, & in*
*Pragmati. ſanctione, titulo de his qui in*
*Miſſa non implent Credo, vbi tanquam*
*abuſus corrigitur, & prohibetur, ne Miſſa* C
*priuata dicatur ſine miniſtro. Fuit etiam*
*antea opinio Hugonis ad dictum ca. hoc*
*quoque, improbans Gloſſam eius, quæ no-*
*tat Presbyterum dicere poſſe Miſſam ſine*
*miniſtro, ſicque & Hoſtienſis cum Hugo-*
*ne ſentit, in tit. de Celebra. Miſſa. §. & qua-*
*liter, verſ. nec ſolus, in ſumma. Ego autem*
*Gloſſæ opinionem ſuſtinerem in maxima*
*cauſa neceſſitatis, vt ſi captus eſſet ſacer-*
*dos, vel inter Hæreticos, vbi nullus eſſet* D
*clericus vel Chriſtianus, qui ei reſponde-*
*ret: vel ſi mulieres tantum adeſſent, nihilo-*
*minus tamen, ſi quis melius ſentiat, non*
*contendo.*

b *Ca. cleros, 31. diſtinct. ca. 1. §. vna vero, de*
*Summa Trinita. & fid. Cathol. ca. Presby-*
*ter, 3. 68. diſt. ca. Daibertum, 1. q. 7. qui*
*enim ſacerdos non eſt, non poteſt Miſſas*
*dicere. c. 12. de Clerico. non ordina. mini-*
*ſtran. libro quinto, titulo 29.* E

c *Cap. 3. de vita & honeſt. clerico. lib. 3. tit.*
*Si quidem clericus inueniri poſſit: c. propo-*
*ſuit, de Filiis Presb. can. illud, 15. vbi &*
*ratio, 7. q. 1. Quod ſi nullus adſit clericus,*
*tunc cum celebrare decreuerit, poterit cum*
*laico;*



*laico; vel, vt loquitur Ioannes Andreas,* A
*cum ſeruitore. in Gloſ. in Clement. ne in A-*
*gro Dominico, §. ad hæc, ad verbum*, ſer-
uitutis, *de Statu Monach. & c. propo-*
*ſuit, de Filiis Presbyt. Attamen laicus qui*
*iuuabit celebrantem, debet cauere ne ſa-*
*cra vaſa, aut ornamenta, tangat, vt dice-*
*mus mox.*

d *Ca. 1. de vita & honeſta. clerico. Vt autem*
*hæc facilius intelligantur, obſeruare opor-*
*tet; laicos ſeorſum eſſe debere a clericis in* B
*Eccleſia, vt poſſint clerici liberius, & ſine*
*impedimento officia peragere; quod & in*
*primitiua Eccleſia decretum fuiſſe teſta-*
*tur Clemens Roma. cuius verba in c. ſacer-*
*dotum, 30. de Cōſecra. diſtinct. 2. Idipſum,*
*& in Synodo Eugenii, 2. & in Synodo Leo-*
*nis, 4. c. 33. & in 7. lib. capitulariorum*
*Caroli Magni, capitulari 278. & in 6.*
*Synodo, c. 69. In Concilio Turonico, 2. c.*
*4. Anſel. libr. 5. c. 78. atque in capitulis* C
*Martini Concilii Bacharenſis, c. 45. cuius*
*verbū, in ca. 3. non liceat, 93. diſt. ſcriptum*
*eſt*: non liceat in pulpito pſallere aut
legere, niſi qui ab epiſcopo lectores ſint
ordinati, *vbi Gloſſa argumentum eſſe ait*
*pro laicis, qui non cantant in pulpito, ſed*
*alibi in Eccleſia; & cum officiando non*
*poſſit populus dicere Amen, tamen non of-*
*ficiando poteſt. in ca. ſedulo, 12. iuncta*
*Gloſ. in verbum*, Amen, *38. diſt. Refert &* D
*ibi Gloſſa ad verbum, dicat, Presbyterum*
*cum populo tantum, poſſe officiare, quam*
*tamen ſententiam videtur improbare.*
*Prohibitum, & fuit in Concilio Agathen-*
*ſi, c. 66. & in c. 30. non oportet, 23. diſt. non*
*ſacratos miniſtros licentiam habere ingre-*
*diendi Sacrariū, quod Græci vocant Dia-*
*conium, aut contingendi vaſa Dominica.*
*Idem ſtatutum, in c. in Sancta, 41. de con-*
*ſecra. diſtinct. 1, Accedere & ad ſanctum* E
*altare laicis prohibuit Concilium in Trul-*
*lo, c. 69. Prohibetur, & in c. veſtimenta,*
*42. de Conſecr. diſt. 1. ne veſtimenta Ec-*
*cleſiaſtica & ſacrata, quibus Domino mi-*
*niſtratur, ab aliis contingantur aut feran-*
*tur, quam a Sacratis hominibus, ne vltio* A
*quæ Balthaſarem regem percuſſit, Daniel.*
*5. eoſdem percutiat. Et quo tempore etiam*
*Monachi non erant clerici, probibuit Sy-*
*nodus in Trullo, c. 33. Monachum, qui nō*
*accepiſſet Characterem, ad altare accede-*
*re, ſimiliter & Synodus Laodicenſis, c. 15.*
*& 21. & in Synodo Nicena. 2. c. 14. Quod*
*intelligendum, ſi cum manus impoſitione*
*non fuiſſet factus lector: ad altare autem,*
*pro accendendis cereis vel luminibus, non* B
*prohiberetur ſine miniſterio accedere.*

e *Sic ſtatutum in Concilio Moguntinenſi, &*
*in c. 1. §. fin. de Cohabitat. cleri. & mulier.*
*lib. 3. tit. 2. & ca. 1. de vita & honeſta. cle-*
*ricor. Quia nec mulieres poſſunt ad vllum*
*ordinem Eccleſiaſticum vocari, nec ad i-*
*pſum quidem clericatum, vt ait Diuus*
*Thomas in 4. ſententia. diſtinctio. 25. q. 2.*
*arti. 1. & 2. & ſtatuitur apud Clementem*
*lib. 8. conſtitutio. Apoſtolicarum ca. 3.* C
virgo non ordinatur, mandatum enim
Domini non habemus. *Hincq; reproba-*
*tur & merito opinio Capharnaitarū, dicē-*
*tiū, mulieres ad ſacros ordines Eccleſiæ pro-*
*moueri vel ordinari poſſe. Reprobatur &*
*eodem modo ſentētia Gloſſæ, in c. 23. Dia-*
*coniſſam, 27. q. 1. dum ait*: Monialem ſi
ordinaretur, recipere Characterem. *nā*
*id iure reprobatur. quamquam admitta-* D
*tur, monialem poſſe benedici, & ordinari*
*ad aliquod miniſterium in Eccleſia, mo-*
*nialium cauſa, non autem ad miniſterium*
*altaris vel officii diuini. Prohibitum, & in*
*canonibus Apoſtolicis apud Clementem*
*Romanum, c. 6. & 9. mulieribus, ne in Ec-*
*cleſia doceant, ne baptizent, aut loquātur:*
*quod & prohibuit Diu. Paulus, 1. ad Co-*
*rinthios, ca. 14. Ita etiam naturæ & deco-*
*ro conueniens fuit; ne qui ſacris intendunt,*
*earum præſentia transferentes animum a* E
*Dei ſeruitio in illas, concupiſcentia illicita*
*tangantur. Congruit quod tradit Cyrillus*
*Hieroſolymitanus Patriarcha in Procatæ-*
*cheſi*: In Archa Noe (*inquit*) quæ erat v-
na, erant Noe & filii eius cum vxoribus,

hoc concluſam Eccleſiam ſignificat, & nos omnes intus. Hæc tamen ſeparentur, vt ſint cũ viris viri & mulieres cum mulieribus, ne ſtudium ſalutis, ſit perditionis. *Nam vt Virgilius ait, 3. Georgicorum:* Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo, Fœmina, *& Propertius lib. 3. Elegia.*

Qui videt, is peccat, qui nõ te viderit ergo
Non cupiet, fati crimina lumen habet.

*Obiectum mouet potentiam. Vidi tamen aliquando in monialium quarundam cœnobio, puellas ex more, & ipſas moniales ſacerdoti Miſſam agenti iuxta altare inſeruire, & aquam aliamq; ei miniſtrare neceſſaria, in modum clerici: quem morem potius dicere poſſumus corruptelam, & delinquendi occaſionem, prætextu religionis, ſaltem cogitandi malum; bonum quamuis caſtumve, & irreprehenſibilem dederis ſacerdotem celebrantem; quamuis, & vna dicas caſtiſſimam monialem ſacerdoti in altari ſeruientem: proximitas namque illa ſexus, maxime ex innato fomite, & inſidiis diaboli, poteſt addere virus puritati. Quod ita vere dixit quidam ſenex præpoſitus, ſuis Monachis, de ſua caſtitate fidentibus, & ideo conſortium mulierum auerſantibus, vt eiuſdem naturæ & ab illis nati.* Filioli (*inquit*) ſal ex aqua eſt, & ſi appropinquauerit aquæ ſtatim ſoluitur & deficit. Et Monachus ſimul ex muliere eſt: itaque ſi appropinquet mulieri, ſoluitur & ipſe, ac in id deſinit vt Monachus non ſit, *vt refert Ioannes Moſchus in libro qui inſcribitur pratum ſpiritale, c. 217. Docet & Baſilius Magnus, ſermone de vera virginitate, congreſſum viri ad mulierem latenter incitare concupiſcentiam corporum, & ſi anima imperet, & ideo declinãdum virginibus. Prohibitum & eſt in Concilio Romano ſub Innocentio 3. cap. 27. ne Sanctimoniales vna cum canonicis vel Monachis conueniant, in Eccleſia, in choro ad pſallendum: relatum in ca. pernicioſam, 25. § fin. q. 2. Eaque ratione prohibitum eſt, duplicia eſſe monaſteria, in quibus habitarent ſub eodem tecto vel monaſterio Monachi, & Monaſtriæ ſeu moniales, in Nicena Synodo 2. cap. 20. & in Nouella 123. de Sanctiſſimis Epiſcopis, ca. 36. §. in omnibus autem monaſteriis, & in l. Græca. nunc inſerta Codici Iuſtinianeo, in l. Sanctiſſimarum, 44. de Epiſcop. & cleric. C. & in Nouella, 133. quomodo oporteat Epiſcopos viuere, c. 3. ſeu §. non ingredientur. Imo prohibitum eſt, ne ex veſte alicuius mulieris fiat caſuſula, vel alius ornatus Eccleſiæ. nam cum improborum contactu pompaque ſecularis luxuriæ polluuntur, ad officia ſacri miniſterii videntur indignæ, can. ad nuptiarum 43. iuncta Gloſſa, de Conſe. diſt. 1. ex Concilio Aruernenſi, c. 8. refert & Burchard. lib. 3. Decretal. c. 108. Neque ſuperioribus repugnare videtur, quod aliquãdo in vtroque iure inueniantur fuiſſe in Eccleſia Presbyteræ, & diaconiſſæ mulieres. vt de Presbyteris, in ca. 18. Presbiter 32. diſt. de Diaconiſſis in Authentica Diaconiſſam, de Epiſcop. & cleric. in Nouella 123. de Sanctiſſ. Epiſcop. ca. 30. ſeu §. Diaconiſſam, & alibi. nam iſta nomina, habent officia alia, quam accommodari poſſint ordinationi Eccleſiaſticæ, & miniſterio diuinorum. Quod ſufficiet admonuiſſe ex Concilio Laodicenſi, in cap. 11. vbi ſic explicatum.* Mulieres (*inquit*) quæ apud Græcos Preſbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ & matricuriæ nominantur, in Eccleſia tanquam ordinatæ conſtitui non debent. *Videndus Balſamon ad eum locum. Erant & Diaconiſſæ conſtitutæ in Eccleſia, vt curam gererent fœminarum in Eccleſia, vt ibi ſuo loco & honeſte, vtq; oportet eſſent. vt de officio earum plene Clemens Romanus, lib. 2. conſtituti. Apoſtolica c. 61. erant & illæ aliæ quam moniales, certo tamen numero Eccleſiis aſſignatæ, ſeruitii cauſa ſeu officii, quæ ſi deliquiſſent, pœnæ nomine in monaſterium denudebantur. cap. 30. ſeu §. Diaconiſſam, Nouellæ 123. de ſanctiſſ. Epiſc.*

f Ca.



f *Ca. 25. Sacratas, 23. diſt. & apud Diuum Clementem lib. 8. conſtitutio. Apoſtolica. c. 34. Diaconiſſa non benedicit, ſed nec aliquid ex his, quæ faciũt Presbyteri vel Diaconi, ipſa exercet; ſed tantum in portis obſeruat introitum fœminarũ, & dum mulieres baptizantur ob honorem & pudicitiã ſexus cũ Presbyteris mulieribus adeſt.*

## CAPVT V.

*Miſſas qui non poſſunt dicere.*

1 Miſſas celebrare nequeunt, in primis qui non ſunt Preſbyteri: *a* neque omnes qui ſunt, ſemper dicere poſſunt, veluti peregrinus, aliunde veniens ſine literis commendatitiis, quibus appareat eum eſſe Preſbyterum, vel ſi aliunde non appareat Preſbyterum eſſe: ſi tamen talis voluerit ſecreto non palam, ex deuotione celebrare, poterit ſuſtineri, *b* item Preſbyteri depoſiti, excommunicati, interdicti, ſuſpenſi celebrare non debent: & ſi fecerint, peccant, & puniuntur, *c* veruntamen ſi depoſiti etiam & degradati celebrent & conſecrent contra prohibitionem, conficiunt Sacroſanctum Domini corpus & ſanguinem; *d* & Sacramenta per illos collata, quamquam illi grauiſſime ob indignitatem ſuam peccent, tamen efficacia ſunt. *e* Idipſum, & de publicis concubinariis reſcriptum: quorum officia quandiu in Eccleſia tolerantur, non ſunt contemnenda, & condemnati nihilominus conſecrãt; ſed quantum ad deteſtationem criminis notorii, non ſine graui peccato conſecrãt. *f* Non celebrat etiam Preſbyter, cui duo digiti cum medietate palmæ manus, abſciſſi ſunt; quia non ſecure, propter debilitatem; nec ſine ſcandalo, propter deformitatem membri, id facere poteſt. *g* Quẽadmodum & propter ſcandalum a celebratione remouetur, leproſus: *h* & propter impuritatem, ſacerdos qui concubuerit cum muliere, donec ſe purgauerit; *i* vt & Hæreticus, *k* Simoniacus, *l* qui ieiunus non eſt, aut qui etiam aliquid mendicatum guſtauerit. *m* Annotabimus autem, quod Preſbyter, qui in mortali peccato ſcit ſe eſſe conſtitutum, & tamen non poteſt propter aliquam neceſſitatem, ſolemnia Miſſarum intermittere, ſi propter ſceleris ſui conſcientiam dubitet conſecrare & non conſecret, ſed fingat ſe conſecrare, grauius peccat, quam conſecrando indigne. *n.*

### SCHOLIA.

a *Supra id dictum, & probatur ex c. 1. & 2. de Cleri. non ordinato miniſtran. ca. 1. & fin. de Conſe. diſt. 1. cap. 1. §. vna vero, de Summa Trinitate.*

b *Ca. fraternitatis, 3. de Cleri. peregrin. lib. 1. titu. 22.*

c *In ca. 1. & quinque ſequentibus, & penul. de Cleric. excommunica. miniſtran. lib. 5. titu. 28.*

d *Gloſſ. 1. in c. 2. de Cleri. excommun. miniſtran. quia per depoſitionem, vel degradationem, ordinem non admittunt; ſed prohibita videtur illis in perpetuum ordinis exſecutio. c. eos qui. 20. q. 3. ca. quod quidã, 1. q. 1. c. oſtenditur, de Conſec. diſt. 4. c. licite, 22. q. 7. Et ſic etiam Sacroſanctum corpus ſacerdos depoſitus conficit, vt Hæreticus, ſi in forma & intentione conſecrandi quæ eſt in Eccleſia, conſecrat. dict. c. quod quidam, & can. neque, 1. q. 1. nec poteſt etiam Papa poſt Characterem impreſſum, ordinis auferre virtutem. Quæ ſententia verior habetur, reiecta contraria, quam & omnes Theologi approbant lib. 4. ſententiarum diſtinct. 13. D. Thomas, 3. parte quæſt. 82. articulo 8.*

e *Ca. fin. 15. quæſt. fina. ca. fin. & ibi videnda Gloſſa de Clerico excõmun. miniſtran.*

f *Vide ca. veſtris, 7. & ca. fin. de Cohabitat. Cleric. & mulier. lib. 3. titu. 2. Concilium Lateranenſ. ſub Alexand. 3. parte 50. cap. 38. can. nullus, can. præter hæc, 32. diſtin. & quæ de his tradit Nauarrus in Manuali confeſſariorum, c. 25. facit, ca. fin. de temporib. ordinatio. lib. 1. tit. 11. Vt autẽ ſcias quomodo ſuſpendantur, & miniſtrẽt poſt lapſum ſacerdotes, vide totam 50. diſtinctionem.*

g *Cap. 2. de Clerico ægrota. lib. tertio titulo 6.* A

h *Cap. 3. & 4. eodem titulo, de Clerico ægro.*

i *Nam eo tempore quo quis dormiuit cum muliere, etiam cum vxore legitima, debet abſtinere a ſumtione Sacroſancti Dominici corporis, per ſeptem prima capita, 31. quæſt. 4. Idipſum decretum ob pollutionem nocturnam, ex conſenſu animi, & culpa accidentem, tota ſexta diſtinctione.*

k *Vide de iſtis Hæreticis & Simoniacis & Schiſmaticis in dict. c. tractantibus ſacra* B *myſteria, & de efficacia eorum, in ca. fertur, cum pluribus ſequentibus, 1. quæſtione 1. vbi diſtinctiones adhibentur.*

l *Ca. tanta, 7. §. item omnis, ca. quoties, 5. de Simonia.*

m *Ca. nihil, 16. verſ. nullus, 7. quæſt. 1. ca. liquido, 54. de Conſecrat. diſt. 2. cap. ſi conſtiterit, 12. de Accuſatio. ſicq; nec aquam conſecraturus, calidam poteſt ante ſumere. c. ex parte, de Celebra. Miſſar. facit, ca.* C *Sacramenta, cum ſequentibus. & c. tribus, de Conſecratione diſtinctione 2. Notanda autem Gloſſa in dicto ca. Sacramẽta, dum ait,* textum abrogatũ in eo, quod permittebat in cœna Domini, &c. *Neque etiam medicinæ cauſa quippiam præaſſumere licet, neque rurſus, qui duas Miſſas dicturus eſt ex permiſſione, poſt ſumtionem corporis & ſanguinis in prima debet bibere vinum, quod ſuper infunditur eius* D *digitis poſt receptionem: quia inde ſolueretur ieiunium, quod tamen non ſoluitur per ſumtionem ſanguinis, & corporis Domini; ita ſoluto ieiunio non poteſt ſecundam Miſſam celebrare, & in ea communicare. ca. ex parte, 5. de Celebr. Miſſa. vbi tamen notat Gloſſa final. approbata, contra errorem Hugonis, quod ſi ſacerdos poſt cibum vel potum acceptum conficeret vel conſecraret, male faceret: nihilo-* E *minus tamen, quod vere conſecret. iuxta ca. liquido, de Conſecratione diſtinctione 2.*

n *Ca. de Homine, 7. & ibi ratio, de Celebrat. Miſſa. vide Diuum Thomam parte, 3. quæſt. 7. artic. tertio, & quæſt. 80. articulo 5.*

## Capvt VI.

1 *Quædam obſeruanda in Miſſa in præparatione.*
2 *In loco.*
3 *In vaſis, Calicibus, & linteis.*
4 *In tempore celebrandi.*
5 *Et quoties.*
6 *Gratis dicantur.*
7 *Miſſæ, Epiſcopi Miſſa.*
8 *Audienda in Parochia.*
9 *Ex integro.*

Miſſam dicturus, quia Sacroſancti Domini corpus, & ſanguinem conſecraturus & ſumturus eſt, *a* prius debet peccata ſua confiteri: *b* & animam ab iis purgare, & ſe præparare. *c* Nõ debet ad altare velato capite, aut cum baculo venire. *d.* 1

2 In dicendo debet ordinem Eccleſiæ Metropolitanæ ſeruare, *e* adhibito igne, & aqua, *f* & in locis tantum ab Epiſcopo conſecratis, vel in aliis ex eius permiſſione, excepta cauſa neceſſitatis celebrare, *g* vel in altari viatico ſeu portatili, *h* nec in oratoriis priuatis. *i* Epiſcopus etiam non dicit Miſſam in monaſterio ſibi non ſubiecto ſine fratrum conſenſu. *k* Neq; ſacerdos ſimplex Miſsã faciet in eo altari, in quo Epiſcopus eo die fecit, *l* neque vllus ſacerdos in eo loco, in quo paganus ſepultus ſit: *m* non in Eccleſia polluta ante eius reconciliationem: *n* non in locis interdictis, *o* non ſuper monumenta mortuorum. *p.*

3 Sed neque Preſbyteri conſecrare debent ſanguinem Domini in ligneis, *q* vaſculis ſeu calicibus, & patinis, aut in vitreis, aut cereis, aut auricalchi; ſed in aureis, argenteis aut ſtanneis, *r* non conſecrabunt item ſuper ſericeo panno aut tincto, ſed ſuper lineo ab Epiſcopo conſecrato. *s.*

4 Celebrabitur, & Miſſa in prima parte diei, *t* excepta vigilia Natalis Domini, in qua & nocte Miſſæ celebrantur. *v.*

Sufficit



5 Sufficit autem ſacerdoti, ſi vnam in die A dicat: quidam tamen pro defunctis vnam, aliam de die dicunt: *x* & in feſto Natalis Domini tres: *y* & propter penuriam ſeu defectum Presbyterorum duas in duabus Eccleſiis, *z* interdum & duas in Eccleſia vna, propter rationabilem aliam neceſſitatem. *aa*

6 Miſſæ gratis † dici debent, *bb* in Miſſa Dominicali Parochiæ denuntiandæ feſtiuitates hebdomadæ, inter ſolemnia vide- B licet Miſſarum. *cc*

7 Epiſcopus dum Miſſam agit † in ſolemnioribus diebus, ſeptem aut quinque, aut tres Diaconos adſtantes habere debet. *dd*

8 Oratur ibi † pro viuis & defunctis, *ee* Dominicis & feſtiuis diebus ſaltem, quilibet debet Miſſas audire in propria Parochia, alioquin ſi contemnens in alia inueniatur, ex contemtu propriæ, reiici po- C teſt. *ff*

9 Miſſam autem † ſecularibus etiam audire ex integro præcipitur, donec finita ſit, *gg* benedictio fuerit data: *hh* excommunicati tamen, & interdicti, ad diuina officia non ſunt admittendi. *ii*

## Scholia.

a *Toties enim ſacerdos corpus domini ſumere debet, quoties immolat & conſecrat, etſi bis* D *vel ter ex neceſſitate, vel alio modo permiſſo, Miſſas dicat, toties debet corpus Domini conſecrare & ſumere, ca. relatum eſt nobis, 11. de conſecrat. diſtinct. 2. Ex concilio Toletano 12. cap. 1. nec debet corpus ſine ſanguine ſumere: ca. comperimus 12. de conſecrat. diſt. 2.*

b *ca. quotidie 13. de conſecrat. diſt. 2. Quare reprehendendum, quod alicubi hanc ſalu-* E *brem formam omittunt, ſi poſſint habere confeſſorem. viderint autem num de iuſtitia ſua nimium fidentes, incidant in præſumtionẽ Phariſaicam: cum vel ſepties in die poſſit peccare iuſtus.*

c *Iuxta Diuum Paulum 1. ad Corinth. 11.* Probet ſe ipſum homo, & ſic de pane hoc edat, &c.

d *ca. nullus epiſcopus 50. de conſecrat. diſtin. 2. vbi errari. Et Glo. notat ad verba,* cum baculo, *ideo neminem promouendum eſſe ad prasbyterarum, qui ſine baculo non poſſit ſuſtentare in altari, vt & dictum in can. ſi quis ex infirmitate 55. diſtinct. Et rurſum gloſſa ad dictum ca. nullus, ad verbum,* præſumat, *Epiſcopum, dum prædi-* B *cat nihilominus habere debere Mytram & baculũ, quod tunc alleget cauſam Dei tanquam paſtor. argum. canonis diſciplina 45. diſtin.*

e *ca. Inſtitutio 31. de conſecrat. diſtin. 2. ca. penult. & fi. diſt. 12.*

f *cap. fin. de celebratio. Miſſar.*

g *c. 1. in prin. & §. ſi enim. ca. ſicut non alii, & can. Miſſarum 12. can. hic eorum 14. & can. nullus presbyter, de conſecratione di-* C *ſtinct. 2.*

h *Licet enim, & pro Eccleſia conſecrata habetur, vbi illud portatile ponitur ad illum effectum celebrandi in neceſſitate miſſam, in ca. fin. de Priuileg. in Sex.*

i *Non licet celebrare in oratoriis priuatis, maxime non conſecratis, & niſi ex neceſſitate, vel ex diſpenſatione Epiſcopi in ſua diœceſi, & cum diſtinctione, can. ſi quis etiam de conſecratione diſtinctione prima,* D *ca. ſicut non alii, eodem, de conſecratione diſtinctione prim, cum ſimilibus. Iure ciuili oratoria etiam priuata permittuntur, verum* ἱερὰν μυσταγωγίαν, *ſacra myſteria agere non permittitur, Nouella 58. vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant, & in ca. ſi quis, in ſua domo. ca. 8. Nouellæ 131. de Eccleſiaſticis titulis, ſancitur cum pœna, ne quis in proaſtyis, vel domibus, vel* E *fundis, vel priuatis locis, ſacra myſteria facere, ſeu* ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν *peragant. Atque etiam olim eum, qui ſine conſenſu Epiſcopi, in priuata domo vel paſſione ſacrificaſſet, canones notabant: vt* παρασυνάγωγον, *vt notat Balſamon, ad ca. 31. Synodi ſextæ in Trullo. Poſtea tamen Leo Impera-*

tor in Nouella quarta, vt non modo vniuerſalis Eccleſiæ ſacerdotes, &c. permiſit ſacerdotibus in priuatis domibus, ἱερᾶσϑαι καὶ μυσταγωγεῖν, ſacrificare, & ſacerdotii quæ ſint exercere.

k ca. Abbas in monaſterio, ſecundo, can. luminoſo, ſexto, & penult. 18. quæſtione ſecunda. quemadmodum in Eccleſiis conſtructis ab exemtis in locis nõ exemtis non poteſt celebrari ſine conſenſu & licentia Epiſcopi, capit. auctoritate, de Priuilegiis in Sexto.

l capit. final. de conſecratione diſtinctione ſecunda.

m Dicto capit. fin. de conſecratione diſtinctio. 2.

n can. 16. qui 18. de Sententia excommunicationis in Sexto.

o Clement. prima, de ſenten. excommunicationis, dict. cap. is qui, verſ. his vero.

p cap. non oportet 29. de conſecratio. diſtinctio. 2.

q Probationes & rationes, in ca. vaſa 44. de conſecrat. diſt. 2. ex Concilio Tributenſi. ca. 18. c. fin. de celeb. Miſ.

r ca. vt Calix 45. de conſecrat. diſtinct. 2. ex Concilio Rhemenſi, capit. ſexto, & ibi rationes.

s ca. conſulto 45. de conſecrat. diſtin. 2. & ibi ratio, vocant hunc pannum corporalis.

t ca. neceſſe eſt, 51. de conſecrat. diſt. 1. prima pars & potior eſt ſex primarum horarum vſque ad meridiem, l. more Romano octaua, de Feriis in Pandectis. Publica miſſarum ſolemnia, hora tertia, hoc eſt nona ante meridiẽ noſtro more, fieri debent, can. & hora tendendum, de conſecratione diſtinct. 1.

v ca. nocte Sancta, 48. de conſecrat. diſtinct. 1. vbi ratio.

x can. ſufficit, 53. de conſecratione diſtinctio. 3.

y ca. conſuluiſti 3. ca. ex parte 5. & ca. te referente 12. de cele. Miſſ. & dict. cap. nocte ſancta, de conſec. diſt. 1.

z Dicto cap. conſuluiſti, ibi: Niſi cauſa neceſſitatis. debet autem in ſingulis Dominicum corpus Sacroſanctum ſumere. cap. relatum 11. de conſecr. diſt. 2.

aa Gloſſ. in dict. cap. conſuluiſti.

bb Qui ea pactione & intentione Miſſam tantum dicet, vt aliquid temporale accipiat: ſimoniam committit eius exſiſtens intentionis, vt pretio vendat, quia aliquid reciperet pro ſpiritualibus, ea intẽtione Simonia eſt, ca. indices. 1. quæſt. 1. cum ſimilibus. Nihilominus tamẽ verum eſt, Preſbyterum poſſe ſine Simonia pro Miſſis celebrandis, & aliis ſpiritualibus, aliquid licite recipere, nõ quidem pro ſpiritualibus, quæ æſtimari nequeunt, ſed pro labore, & ſeruitio impenſo, & ſi non ſit ex officio obligatus, vt Curio, qui pro officio tenetur Parochianis gratis ob decimas Miſſas ſtatas dicere, c. vendentes. 1. quæ. 3. maxime ſi qui accipit ob Miſſas, non habeat, vnde viuere poſſit: cum nemo teneatur laborare ſuis ſtipendiis, & ex altari viuere debeat, cui inſeruit. ca. cum ſecundum, cum ſimil. ibi notatis, de Præb.

cc In princip. de conſecratione diſtinctione tertia.

dd ca Epiſcopus Deo 59. & ſeq. de conſecra. diſtinct. 1.

ee ca. viſum præterea 72. de conſecratio. diſtinct. 1.

ff capit. 2. de Paroch. & Parochia. libr. 3. titul. 9.

gg cap. Miſſas 64. de conſecratione diſtinctione 1.

hh ca. omnes fideles 62. & cap. cum ad celebrandas 65. de conſecr. diſt. 1. ex Concilio Aurelianenſ. 1. c. 28.

ii c. in Lateranenſi 31. verſ. nec excommunicatos, de præb. ca. cum & plantaret 3. §. excommunicatos, de Priuileg. c. is qui 18. de ſentent. excommun. in Sext. & in conſtitutio. Apoſtolicis. D. Clemens. libr. 2. ca. 6. & lib. 8. cap. 15. Cæterum, aliquando in Concilio Carthaginenſi 4. c. 84. & in cap. Epiſcopus nullum 67. de conſecr. diſtin. 1. fuit ita cautum. Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiã, & audire verbum Dei, ſiue gentilẽ, ſiue Hæreticum, ſiue Iudæum, vſque ad Miſſam Cathechumenorum. Quod fuit antiquatum maxime dum de ſacris myſteriis peragendis tempus adeſt. Eaque ratione, & priſcis temporibus, vt in templo Iudæorum, erant ianitores, ſic in Eccleſia oſtiarii conſtituti, qui fideles admittant, infideles autem, & excommunicatos reiiciant. ca. cleros, in fine. 21. diſt. ca. perlectis 25. diſt. Quare, & in c. eos quos 118. de conſecra. diſt. 4. Felix Papa 3. vt etiam habetur in eius epiſtol. 1. ca. 2. ſtatuit Presbyteros, Diaconos vel Epiſcopos, ſponte vel coacte ab hæreticis rebaptizatos, omnino intereſſe non debere orationi fidelium, vel Catechumenorum, etiamſi reſipiſcant: quamuis Gloſſa, ad di. ca. Epiſcopus nullum. addat exceptionem, niſi eſſet aliqua ſpes conuerſionis infideliũ, tuncque putat admittendos, per ca. Iudæi, de conſecr. diſt. 4. Exſtat ſingularis conſtitutio Clementis 5. in Concilio Viennenſi, lata in Clem. 2. de ſenten. excommun. contra dominos temporales, qui terris eorum Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, in capellis ſuis, & aliis inſignium locorum Eccleſiis, Miſſas & alia diuina officia faciunt ſolemniter & publice celebrari, ad officia celebranda nunc hos, nunc illos vocantes, & his non contenti exceſſibus, non ſolum per campanarũ pulſationem, ſed voce præconia etiam populos interdictos, vt interdicti non obſtante ſententia, veniant ad audiendas Miſſas huiuſmodi, vocant, & impediunt, ne de Eccleſia excommunicati tempore Miſſarum expellantur. Atque ideo ibidem excommunicationis ſententia in eos conſtituitur, a qua nõ poſſint ab alio, quam ſummo Pontifice abſolui, colligiturque ex illo contextu, iuncta Gloſſa, ad verbum, inexpleta, debere Presbyterũ Miſſam celebrantem eam incompletam relinquere, ſi noluerit exire excommunicatus, qui tunc aderit, niſi iam incepiſſet dicere canonem Miſſæ. Quod tamen de publice, & nominatim excõmunicato, intelligendum eſt. Occultum enim excommunicatum, non vitamus in publico. cap. 2. ſub. 6. quæſt. 2. c. cum non ab homine, de ſentent. excommun. de quo & plene Felinus ad c. Rodolphus. num. 39. de reſcript.



## CAPVT VII.

### De quibuſdam effectibus Miſſæ.

1 CVm iam dictum ſit † in titulo de Euchariſtia, *a* de vi & efficacia iſtius Sacramenti Miſſæ, non vtemur repetitione: addemus tantum, quod quando ſacrificium altaris, aut eleemoſynæ, pro baptizatis omnibus offeruntur, ſunt pro valde bonis gratiarum actiones: pro non valde malis propitiationes, pro valde malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, tamen viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut adhoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certe, vt tolerabilior ſit ipſa damnatio, *b* finis ſemper iſtius Sacramenti, ſalus eſt animarum. Quocirca Concilium Toletanum, exilii ergaſtulo plectit eos, qui interno liuore permoti ad perniciem ſuorum inimicorum, altaria ſacris veſtibus exuunt, aut veſte lugubri accingunt, vel conſueta luminariorum obſequia Eccleſiis ſubtrahunt, vel Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus, non ob aliud, quam vt ii, pro quibus ipſi offerunt ſacrificium, ipſius Sacroſancti libaminis interuentu, mortis incurrant periculum. *c*

### SCHOLIA.

a Supra hoc libro tit. c. 9.

b ca. tempus 3. §. cum ſacrificia 13. quæſt. 2. ex diuo Auguſtino in Enchiridio. capit. 109. & 110. vide ſanctum Thomam in 4. ſententiarum, diſt. 45. q. 2. artic. 2.

c In Concilio Toletano 13. cap. 7. & in Concilio Toletano 17. capit. 51. & in cano. Epiſcopi 12. §. final. & capit. quicumque 13. 36. quæſt. 5.

## DE PRÆDICATIONE verbi Dei.

### TITVLVS XXII.

### Cap. I.

*Continuatio & prædicatio quid.*

INter res ſpirituales neceſſarias Eccleſiæ Prædicatio eſt: quæ nihil aliud, quam annuntiatio verbi Dei, & voluntatis eius. *a*

**Scholia.**

a *ca. interrogo, cauſa 1. q. 1.*

### Capvt II.

*De duabus ſpeciebus prædicationis.*

† PRædicator † bonus vel malus inuenitur. Oportet vero, bonum & eum, qui docet & inſtituit rudes animas, talem eſſe, vt pro ingenio diſcentium poſſit ſemetipſum temporare, eſſe item irreprehenſibilem, maturum, pauidum, *a* potentem in opere & ſermone, *b* electum ſeu miſſum, *c* ſcientem ſcripturas ſacras & canones. *d*

C

**Scholia.**

a *cap. 12. oportet, 8. quæſtio. 1. & in epiſtola Diui Clementis ad Iacobum. ca. ſi rector, 43. diſtinct. de Officio prædicationis, vide multa vtilia, in Concilio Tridentino, ſeſſione quinta, de Reformat. ca. 2. & ſeſſione 21. de Reformatione c. 4.* D

b *ca. inter cætera, 15. de offic. iudic. ordinat. libr. 1. tit. 31.*

c *cap. fin. §. fin. de offic. iudic. delegat. libr. 1. tit. 29. inter artifices longa eſt, & magna differentia, & c. l. inter artific. de Solutio. Pand. & perſonalia nō mutant perſonam, leg. quia tale, ſolut. matrim.*

d *cap. ignorantia, in 1. 38. diſt. facit, ca. quid eſt hoc, 17. diſt. 50.*

### Capvt. III.

*Quid prædicandum in Eccleſia.*

A VErbum itaque Dei erit † prædicandum in Eccleſia, & quæ a Deo ipſi prædicatores didicerunt per ſacras literas, non ex proprio ſenſu: *a* non admiſcenda profana, quæ non ædificant: *b* annunciandæ virtutes & vitia: illarū præmia, horum pœnæ. *c* Qui indulgentiarū ratione quæſtores ſunt eleemoſynarum, nihil vltra cōtenta in literis populo proponere debēt. *d* Admonendus, & populus, vt decimas & B alia iura Eccleſiaſtica fideliter exſoluat, *e* vt operas ſibi inuicem exhibeat. *f* †

**Scholia.**

a *canone finali, in 36. diſt.*

b *ca. quinto, cum multa, 86. diſt. iunge, ca. 1. 2. & ca. 7. legens, 37. diſt.*

c *cap. exiit. §. nequicquam, de verborum ſignific. in Sex.*

d *cap. cum ex eo, 14. de pœnitent. & remiſſ. libr. 5. titul. 38. Fuerunt, & poſtea aboliti prædicatores quæſtuarii, in cap. 4. de Pœnitent. & remiſſio. in Sex. & in Concilio Tridentino, ſeſſion. quinta, de Reformatio. cap. ſecundo, §. fin. & ſeſſion. 21. de Reformatio, cap. 9.*

e *cap. 1. de Decimis in Sexto. Clementi. cupientes. 3. §. illos etiam, de Pœnis.*

f *ca. te quidem. §. fin. & cap. ſequen. 11. quæſtio. 1.*

### Cap. IIII.

*Quibus liceat prædicare in Eccleſia.*

OFficium prædicādi † verbum Dei priuilegiatum eſt, *a* & munus proprium Epiſcopi, *b* aliis prohibitum ſub pœna excommunicationis, niſi a ſummo Pontifice, vel loci Epiſcopo, licentia detur. *c* Prohibitū & Monachis, *d* niſi ſufficientes fuerint approbati, vt & clericis & Presbyteris: *e* requiſita etiam & habita prælatorum E ſuorum licentia. *f* Non poteſt, quis etiam idoneus prædicare in alterius parochia, ſine eius curionis vel Epiſcopi licentia. *g* Quamuis etiam detur poteſtas prædicandi Monachis mendicantibus, & aliis in propriis monaſteriis, & alibi; tamen illis non



non licet prædicare in illa hora, qua locorum prælati, cuiuſmodi ſunt curiones, prædicabunt, vel coram ſe facient prædicare, niſi in contrarium licentiam habeant. *h* Prohibitum & eſt prædicare laicis, cuiuſcumq; ſint ſcientiæ, vel auctoritatis, cum proprius ordo doctorum ſit in Eccleſia Dei: *i* multo magis prohibitum mulieribus. *k*

**Scholia.**

a *ca. quod Dei timorem 5. de Stat. monach.*

b *ca. inter cætera 11. de Offic. ordinat. lib. 1. tit. 31.*

c *ca. excommunicauimus 13. §. quia vero, de ſenten. excommun. lib. 5. tit. 7. cap. cum ex iniuncto 12. de Hæretic.* quomodo enim prædicabunt, *inquit Apoſtolus*, niſi mittantur, *2. ad Timoth. 3 ad Romanos 10. in Concilio Tridentino, ſeſſio 5. de Reformatione. cap. 1. & ſeſſione 24. de Reformatione, c. 4. Miſit ita Dominus diſcipulos*, Euntes, prædicate Euangelium vniuerſæ creaturæ, &c. *D. Matthæi, cap. fin. cap. in nouo 21. diſtinct. Quare & Eſaias dicebat ad Deum:* Ecce ego, mitte me, *Eſaiæ 6. & in cap. 9. in ſcripturis, 8. quæ. 1. Elegit ipſe Chriſtus 12. Apoſtolos, & 72. diſcipulos. diui Matthæi, capit. 9. Lucæ 10. Quia autem Epiſcopi qui ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum, non poſſunt, per ſe ſemper vbique in ſua diœceſi munus hoc prædicandi exercere, aliis probatis demandant. ca. inter cætera 15. de offic. iud. ord.*

d *capit. 9. adiicimus 16. quæſtio. 1. quia monachus, non docentis ſed plangentis habet officium, can. monachus nō 4. & ſeqq. 16. quæſt. 1.*

e *capit. doctos 2. q. 1. can. quod Dei timorem 5. de Statu Monach. lib. 3. tit. 35. Sic interdictum eſt mendicantibus Monachis prædicandi extraneis officium, & audiendi confeſſiones, in ca. vnico. §. confirmatos de religioſ. domibus in Sext. niſi cum licentia habita a rectore Eccleſiæ, vt & ibi Gloſſa notat, & docetur in ca. cum ex iniuncto, de Hæretic. in Concilio Tridentino, ſeſſione 5. de Reformatione capit. 2. & ſeſſione 24 de Reformatione cap. 4. in capit. exiit, qui ſeminat. §. verum, quia expreſſe, de verbor. ſignifi. in Sext. & in cap. 1. §. ideoque, de Priuilegiis, in Extrauag. commu.*

f *ca. quam ſit laudabile 10. de Iudæ. libr. 5. titul. 6. Impetrant illam licentiam mendicantes a ſuperioribus, quos dicūt miniſtros & definitores, in capitulis, c. exiit 7. §. verum quia, de verb. ſignifi. in Sexto.*

g *Cle. dudum 2. de ſepul. ca. cum ex iniuncto de hæretic.*

h *Dicta Clementina dudum, de Sepulturis.*

i *Dicto cap. cum ex iniuncto 12. de hæretic. ca. ſicut in vno 14. eod. tit. vbi aliæ rationes adductæ, & in Concilio Carthaginenſi, 4. cap. 98. & ca. mulier 29. § laicus 23. diſtinctio.* Laicus (*inquit*) præſentib. clericis, niſi ipſis rogantibus docere non audeat. *iunge c. 19. adiicimus 16. q. 1.*

k *Dicto c. mulier 23. diſtinct. mulier quamuis docta & ſancta viros in conuentu docere non præſumat. can. mulierem, 3. quæſt. 5. ex diuo Auguſtino quæſtione 15. quæſtionum veteris Teſtamenti, & ca. mulier 20. de conſecrat. diſtinct. 4. Melius in ca. noua quadam 10. de Pœnit. & remiſſ lib. 5. tit. 38. facit. c. vnicam. de relig. dom. lib. 3. extra. commun.*

### Capvt. V.

*Modus prædicandi.*

PRædicatio Eccleſiaſtica, debet fieri ſecundum morem Catholicorum, palam, intelligibiliter, cum diſcretione, pure, ſine hæreſi, ſimpliciter, ſine ſcientiæ iactatione, ſine adulatione, *a* coniungendo vitæ bonæ exemplum, cum confuſio & ignominia ſit, Ieſum Crucifixum Magiſtrum pauperem atque eſurientem, fratris prædicare corporibus: ieiuniorumq; doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre. *b*

**Scholia.**

a *ca. fin. §. fin. 43. diſtinct.*

b *can. Eccleſiæ principes. 4. 35. diſtin. ex diuo Hieronym. ad cap. 2. Micheæ. 2.*

## Capvt VI.

1 *Qui debeant audire prædicationes.*
2 *Cum excommunicatis ſine peccato quando communicetur.*

1 INter cætera,† quæ ad ſalutem pertinent populi Chriſtiani, pabulũ eſt verbi Dei: ſicut enim corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, nec ex ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei. *a* Intereſſe itaque debent Chriſtiani concionibus ſacris, & diligenter verbum Dei accipere. Imo omnes ad audiendam prædicationem verbi Dei admittendi, infideles, Hæretici, Iudæi, quia forſan conuerti ad fidem eo modo poterunt. *c*

2 Neque excommunicati ſint, † qui excommunicato in his, quæ pertinẽt ad abſolutionem vel ſalutem animæ, in locutione participant: *d* quocirca etiam ab excõmunicatis prædicatores poſſunt eleemoſynas accipere, *e* & licet prædicare ea ratione inter Iudæos & Paganos Euangelicam veritatem, & pariter licet prædicatoribus Euangelizantibus edere ab iiſdem propoſita, *f* verbum Dei per ſe honorandum & ſalubre, nec contemni ideo debet, ſi aliquando prædicator aliquo crimine laboret. *g*

### Scholia.

a *c. inter cætera 15. de offic. iudic. ordina. lib. 1. tit. 31. diui Matthæi 4. Lucæ 4. Deut. cap. 8.*

b *can. interrogo 94. 1. qu. 1. ca. omnes fideles 62. de conſecr. diſt. 1.*

d *ca. cum voluntate 52. de ſenten. excommu. can. cum excommunicato 11. quæſtione tertia.*

e *dicto ca. cum voluntate. §. prædicatores, de ſentent. excommunicationis.*

f *ca. quam ſit laudabile 10. de Iudæis, libr. 5. titul. ſexto, vbi Gloſſa excipit, niſi quæ proponuntur eis, expreſſe fuerint idolis immolata.*

g. *cap. fin. §. fin. 83. diſtin. vbi ratio, & probatio ex ſacra pagina,* ſuper Cathedra Moyſis ſederunt ſcribæ & Phariſæi, &c. *Bene viuendo; & bene docendo, inſtruit prædicator, quomodo oporteat viuere: Bene docendo, & male viuendo, Deum inſtruit, quomodo debeat eum condemnare: capit. final. 40. diſtinctione.*

## Capvt VII.

*Finis prædicationis.*

IN ſumma, quilibet Euangelicæ veritatis prædicator, ita debet in Eccleſia Dei laborare, vt defuncto Fratri, id eſt, Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt, & quod ſuſcitatum fuerit eius nomen accipiat. *a* Bona doctrina prædicantium apta eſt lauare animas credentium a ſordibus peccatorũ: *b* quamuis id ſemper non conſequatur. *c*

### Scholia.

a *cap. octauo olim, 8. quæſtione prima, ex diuo Auguſtino contra Fauſtum Manichæum, libr. 32. capit. 10. & hunc finem proponere ſibi debet prædicator, laudem & gloriam Dei, & lucrum animorum, in can. reuertimini. 65. 16. q. 1.*

b *ca. fin. §. fin. 83. diſtinct.*

c *ca. inter cunctas, §. ideoque, de Priuilegiis in Extrauagantibus communibus.*

# DE OBLATIONIBVS Eccleſiaſticis.

## TITVLVS XXIII.

a Tractatur lib. 3. *Decretalium titul. 30. in Sexto, libr. 3. tit. 13. in Clemen. libr. 3. tit. octauo. can. qui ſacerdotes 10. quæſtione prima, ca. ſi quis iraſcitur. §. hac nimirum, cum tribus ſequentibus 13. quæſt. ſecunda, eo pertinere poteſt titulus; de eleemoſynis qui loquitur de mendicantibus validis. lib. 11. C. tit. 25.*





## Cap. I.

1 *Cõtinuatio, & de oblatione in genere quid, & pro canone.*
2 *Pro auxilio charitatiuo.*
3 *Pro debito oblato.*
4 *Liberorum Curiæ.*
5 *Pro Deo facta dedicatione.*
6 *Pro ſacrificio.*
7 *Pro primitiis etiam decimis.*

1 EXplicatis rebus † ſpiritualibus iuris Eccleſiaſtici, de corporalibus & temporalibus eiuſdem dicendum: & primum de oblationibus, quæ videtur primæ, quibus ſacrificatum Deo eſt. *a*

2 Oblatio videtur in genere eſſe, † rei alicuius non petitæ ſpontanea largitio. *b* Illa autem fit, vel hominibus, vel Deo. Hominibus vel ſecularibus, vel Eccleſiaſticis per modum auxilii, vel debiti ſponte præſtiti ante petitionem: vel ad petitionem quidẽ, ſed ſine coactione. Vnde canon oblationis, & oblatio pro genere tributi, quod olim fuit ſpontaneum in principio, poſtea autem tranſiuit in neceſſitatem. *c*

3 Hinc & charitatiuũ † dictum auxilium, quod debetur ſuperioribus, vt Epiſcopis, ſecundum formam Lateranenſis Concilii, ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit. *d*

4 Sunt & oblationes, † quæ per debitores creditoribus fiunt, ad vitandas vſuras, vel vt moram committendam vitent, *e* vel vt purgent cõmiſſam. *f* De quibus tamen hic non agetur.

5 Non magis † quam de oblatione liberorum, quæ fit Curiæ. *g*

6 Deo fit oblatio, † cum ei, vel Eccleſiæ eius, vel ob eius honorẽ, vel cultum, quippiam promittitur vel datur ex voto: *h* vel ſine voto, ex præſenti conceſſione: quare hæc oblatio eſt, vel perſonarum Deo conſecratarum: *k* vel rerum aliarum, tam corporalium, *l* quam ſpiritualium veluti ſacrificii laudis. *m*

7 In Eccleſia quoque, † ſacrificiũ corporis Chriſti quotidie offertur, omni alia oblatione gratius, & efficacius. *n*

Oblationes rurſum Eccleſiaſticæ diſtribuuntur, in oblationes ſimplices, primitias, & decimas, quæ tria ſolum numerantur inter Eccleſiarũ præcipua bona: *p* dicemus autem Deo fauente de ſingulis, & primum de oblationibus in ſpecie.

### Scholia.

a *Geneſ. 4. ad Hebr. cap. 9.*

b *ca. tua nos 34. de Simon. libro quinto, titul. 3.*

c *Vide quæ diximus, de hoc canone oblationali. libr. 3. Syntagm. iuris. cap. 6. & l. vnicam. de oblatio. virorum, libr. 12. Cod. titul. 9.*

d *can. conquerente, de offic. iud. ordina. can. cum Apoſtolus, de cenſibus.*

e *l. acceptam. C. de vſur. l. debitor vſurarius. eod. tit. P. l. 2. §. fin. de iure Emphyteut. C. l. obſignatione. C. de ſolutio. l. ſi ſoluturus 39. & l. qui decem 72. eod. tit. Pandect. cum ſimilibus.*

f *l. Celſus ait 8. de Recept. arbitr. leg. ſemel mora, ſoluto matrimon. l. ſi duo 16. §. fin. & l. ſed etſi alia die. 17. de conſtituta pecunia. Pandect. cum ſimilib.*

g *De qua in §. quod vero, quib. mod. natura. efficiant ſui, in Authent. §. fin. de nupt. in Nou. l. 3. C. de nat. liber.*

h *Votum eſt propoſiti ſupererogantis promiſſio Deo facta, propter bonum finem ex deliberatione firmata: vt ait Richard. in 4. ſentent. diſtinct. 38. art. 3. quæſt. 2. Votum hoc ſeu promiſſio, vel pollicitatio, habet oblationem præſtandam. l. 2. de voto Pand. toto tit. de voto in decret. & Sext. vide totam 17. q. 1. & 22. quæ. 4. Deuter. 23. ver. 21. Pſalm. 75. verſ. 12.*

i *Conceſſio rei per traditionẽ domini, transfert dominium in accipientem, §. per traditionem, de rerũ diuiſ. apud Iuſtin. l. traditionibus 20. C. de pact. c. 2. de conſuetud.*

k *c. futuram 15. 12. q. 1. Auth. ingreſſi, & Auth. ſi qua mulier, de ſacroſan. Eccleſ. C.*

exod.27.Leuiti.8.verſi.13.& ſequen.1. A Reg.cap.1.

l l.inter oblationes rerum temporaliũ continentur res mobiles & immobiles Deo cõſecrata, vel vſibus Eccleſiarum: vt donaria, vota, fundationes, quælibet prædia: ſicut antiquitus inter dona Leuitarum, & Deo oblata, vltra decimas & primitias erant conſecrationes agrorũ, & domorum iure perpetuo Deo facta, quæ erant Leuitarum. Leuit.27.c.nulli liceat, 12.q.2. Et B quãuis incipiẽte Eccleſia immobilia venderentur & pretium deferetur Deo, conſecratum ad pedes Apoſtolorum. Actor.4. tamen poſtea translata in gentes a Iudæis eccleſia, immobilia cõſeruata ſunt ab Eccleſiis, iuſtis rationibus, de quib. in c. futuram c. videntes, 12.q.1. ſicq; Eccleſiæ receperũt has populi Chriſtiani oblationes, & largitiones Deo factas, ad eius cultũ, iure proprio retinere, hincq; iura prodierunt, in titulis C de rebus Eccle. non alien. de cenſibus, & ſimiles. docuimus nos de his bonis, lib.2. Syntag. iuris. c.28. & in tracta. ſeu libro inſtitutionum beneficiorum. c.4. & 5.

m Sacrificium laudis, ſacrificium cordis, & labiorum.

n ca. tribus 23. ca. nihil, de conſecrat. diſtin. 2. can. & dixit dominus 26. eo.

o Sic enim vna appellatio, & tanquam genus, & tãquam ſpecies vſurpari poteſt hic D & in aliis: vt adoptio tanquam genus, & prout ſpecies oppoſita arrogationi. l.1. & 2. de adopt. P. Et imperium, tanquam genus, & vt diſtinguitur a iuriſdictione l. imperium, de iuriſdictio. omnium iudic. P. vt genus oblatio, primitias & decimas continet, quia illæ ſponte offerri debẽt, ſicut ſcriptum Deut. 25. loquutus eſt Dominus ad Moſem dicens, loquere filiis Iſrael, vt E tollant mihi primitias: ab omni homine, qui offert vltraneus, accipies eas. Quamuis enim decimæ ex præcepto debeantur, tamen vt præſtatio ſit meritoria, iuxta debitũ bonæ voluntatis, oblatio adeſſe debet ſpõtanea in præſtatione: quia qui ex timore implet præceptum, non videtur implere, quod non faciat, vt facere debet. ca. qui ex timore, de regul. iur. in Sex. Dicuntur & decimæ oblationes, in ca. in canonibus 57.16.q.1. diſtincta tamen vtriſque in ſpecie eſt natura. Ideo ſeparatim de oblationibus, primitiis, & decimis dicendum, ſicuti & diſtinguuntur hæc in lib.3. Decretalium. tit.30. & in cap. cauſa Carpenſis plebis 13. de verb. ſignifi.

p dicto c. cauſa Carpenſis, de verb. ſignifica. quia autem in Eccleſiarum bonis hæc habentur, Dei etiam cenſentur. can. ſaluator 8.1.q.3. ita decimæ Deo dicuntur dari, & eius eſſe. Exod. 20. verſi. 30. ca. omnes decimæ 16.q.7. c. tua 2. de decimis, dedit autem Deus Eccleſiæ ſiue miniſtris, dict. c. tua. vnde & clerici dicti, quod in partem Deo debitam, vocati ſunt. canon. cleros 21. diſt. c. cum ſecundum apoſtolum, de præben. cum ſimilib. nu.5. verſ.9. Sic & de Leuitis dictum. Deut. c.18. verſ.1. non habebunt ſacerdotes Leuitæ, & omnes, qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael, quia ſacrificia Domini & eius oblationes comedent: & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum, Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis. Idem Deut. c.10. verſ. 9. Num. 18. verſ. 20. 1. ad Cor. 9. ver. 13.

## Capvt II.

*Oblatio Eccleſiaſtica quid.*

OBlationes in quantũ ſeparantur a generali ſignificatione, dicuntur, quæcunque de propriis & licitis rebus, *a* Eccleſiæ a fidelibus offeruntur. *b*

### Scholia.

a c. cauſa Carpenſis. de verbor. ſignificat. & Prouerb. cap. 3. honora Dominũ tuum de tua ſubſtantia, & Tobiæ 4. de tua ſubſtantia fac eleemoſynam.

b d. c. cauſa Carpenſis, Et quicquid offertur Eccleſiæ in Miſſa, vel extra Miſſam in Eccleſia, nomine oblationis venire dicitur, A cap. cum inter vos 29. de Verbor ſignifi. Queadmodum, prout ibi notat gloſſa, quæ offeruntur in Eccleſia in feſto omnium Sanctorum, vel portantur ad domum ſacerdotis, miſſa in Gazophylacium, data in ſolemnitatibus Miſſarum, pro ſponſalibus, pro ſepulturis, pro ſeptimis, trigeſimis, & anniuerſariis, panes, vinum & alia mortuaria, legataq; relicta Eccleſiæ a morientibus. B



## Capvt III.

*Species oblationum.*

1 IN Miſſa duæ ſpecies oblationis: donum & ſacrificium. *a* Sunt & inter oblationes Deo gratæ, ieiuniorum & eleemoſynarum exhibitio, propriæ pudicitiæ conſecratio, vt holocauſta vera. *b*.

### Scholia.

a vide Durandum, lib.4. Rationalis diuinorum officiorum cap.30. numero 9.

b ca. odi. 28.24.q.1. ca. illi offerunt, 63.1.q.1. vt & rurſum duplex eleemoſyna cordis inquam, & pecuniæ. ca.13. duæ ſunt eleemoſynæ, 45. diſtin. Eſt ita & eleemoſyna correctio errantis, & miſericordia, ca. omnis, 10. & ca. qui emendat, 1. eadem 45. diſtinct.

## Capvt IIII.

*De quibus rebus grata offertur Deo oblatio.*

1 VErba porro finitionis oblationis, indicare poſſunt, de quibus rebus oblationes fieri debent, & a quibus factæ ſuſcipiantur vel reiiciantur, non reſpicit Dominus oblationem iniquorum ex iniquo. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi victimat filium in conſpectu patris ſui. *a* Ita oblationes diſſidentium E fratrum, neque in ſacrario neque in Gazophylacio recipi debent ab Eccleſia, neque eorum qui pauperes opprimunt, *b* vel ſacrilegorum, *c* aut extrahentium inuitos ab Eccleſia ad quam confugerint, *d* non raptorum, *e* vſurariorum, *f* pœnitentium A quandoque, *g* item ſecundum aliquos nec meretricum, *h* nec eorum qui aliena offerunt, non Domini. *i* Indignum etiam offerre Deo, quod non dignatur homo accipere. *k* Quare & Deus prohibuit ſibi offerre vitiatum corpore, cæcum, claudum, grandi, paruo, vel torto naſo: fracto pede vel manu, gibboſum, lippum, albuginem habentem in oculo, habentem iugem ſcabiem vel impetiginem in corpore, ponde- B roſum, *l* reiectæ & oblationes ſimoniacæ. *m* Item aliorum quorundam improbiſſimorum hominum, *n* in deteſtationem criminum, vt ita reiecti pudore reſipiſcãt, *o* neve Eccleſia videatur delictorum fautrix, pretium ex maleficio participando. *p*.

### Scholia.

a ca.2. immolans, 14.q.5. Eccleſiaſtic.34. & C hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere, Prouerb. c.22. ca.27. non eſt putanda 1.q.1. can.5. in grauibus 3.q.9.

b ca.2. & 3.90. diſtinctione.

c ca. de viro, cauſa 12. quæſt.2.

d ca.8. miror. 17. quæſt.4.

e c. ſuper eo. de Raptoribus.

f c. quia in omnibus, de Vſur.

g ca. eos, de Pœnitentia, diſtinct.4.

D h gloſ. in ca. oblationes 2. ad verbum 90. diſtin. gloſ. ad princ. 14. quæſtio.5. dicit, quod nõ debeat recipi oblatio meretricis, quamquam ea poſſet eleemoſynam facere, eſt que hac de re textus expreſſus Deuter. 23. verſu 18. non offeres, inquit Dominus, mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod vouerint: quia abominatio vtrumque eſt apud Dominum Deum E tuum. Probibitum & idipſum ex Decreto Apoſtolorum, apud Clementem Romanum lib.4. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.6.

i dicto c. cauſa Carpenſis de verbor. ſignifica. ibi, de propriis, & c. filius noſter 5. de

*teſtam. lib.* 3. *tit.* 26. *ca. quicumque* 17. A *quæſt.* 4.

k *ca. fin.* § *fin.* 49. *diſtinctione.*

l *Num.* 21. *ca. hinc etenim,* 1. & *ſeq.* 49. *diſtinct. vbi & horum fit ſpiritalis explicatio.*

m *ca. veniens* 19. *de Simon. ca.* 101. *quicquid inuiſibilis,* 1. *q.* 1. *vbi tamen eſt mendum in textu: & ita videbatur probare contrarium, donec fuit emendatum ex Concilio Toletano* 11. *c.* 8. *in quo ſic legi-* B *tur.* Quicquid inuiſibilis gratiæ conſolatio, vel melius collatione tribuitur, nunquam quæſtibus vel quibuſlibet præmiis venundari penitus debet (*& paulo poſt*) etiam voluntarie oblata recipi prohibet. *ca. de ere, vbi tamen adiecta eſt vox* niſi, *quæ contrarium innuere videtur* (*ita*) niſi voluntarie oblata. *Ex quo ſequeretur, quod voluntarie oblata pro collationibus rerum ſpiritalium accipere* C *liceat; quæ tamen vox* niſi, *non inuenitur in Conciliis excuſſis in Codice Regis Catholici, quamuis in aliis inueniatur. Quod ſi Codicem illum ſequamur remanebit, vt etiam expuncta voce* (niſi) *non liceat in caſu collationum ſpiritualium ſpontaneas oblationes ſuſcipere: vt & prohibitum in Concilio Elibertino c.* 48. *de Baptiſmo, in ca. emendari,* 1. *q.* 1. *& in Concilio Tridentino Seſſio* 21. *c.* 1. *& ex Concilio Tribu-* D *renſi in ca.* 105. *dictum eſt* 1. *q.* 1. *facit ca. poſtquam pretio,* 13. *q.* 2. *vbi reprehenditur Ephron, qui etiam inuitus pro venditione ſepulturæ, ab Abrahamo ſponte pretium offerente, accepit. Cæterum ſponte offerre Eccleſiæ pro luminibus vel eius ſeruitio, non improbatur can.* 12. *quæſta eſt nobis,* 13. *quæſt.* 2.

n *apud Clementem Romanum lib.* 4. *conſtitutio. Apoſtolicæ c.* 6. *prohibetur, ne acci-* E *piantur ab Eccleſia oblationes cauponis, ſcorti rapacis, adulteri, opprimentis viduas, affligentis orphanos, ſeruos ſuos crudeliter tractantis, deceptoris, Rhetoris ſeu aduocati iniuriam defendentis, idolorum artificis, furis, publicani, fraudantis menſuras & pondera, militis non contenti ſtipendiis homicidæ, carnificis, iudicis iniuſti, ebrii, blaſphemi, Cynædi, fœneratoris.*

o *ca. miror* 8. *& ca. frater.* 10. 17. *quæſtione quarta.*

p *vide quæ tractat Iuo Carnotenſis epiſcopus, epiſt.* 81. *Sic propheta, qui fuerat a Deo prohibitus manducare in terra impii Regis, eo quod bibiſſet & ediſſet ex bonis Prophetæ loci prohibiti, a Leone necatus eſt* 3. *Regum* 13. melius enim eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. *Pſal.* 36.

## Capvt V.

*A quo oblationes offerendæ.*

Offerunt vero ſacerdotes ſacrificium Domini noſtri Iesv Christi, vt diximus ſupra de Miſſa, purgati prius a C ſcelere, niſi in ſuam damnationem velint tractare & ſuſcipere illud. *a* Ad Miſſarum autem ſolemnia omnes Chriſtiani curare debent aliquid offerre: & in memoriam reducere, quod Deus per Moyſem dixit, non apparebis in conſpectu meo vacuus. *b* Oblationes porro omnes ab initio videntur in libertate eius qui offert poſitæ, cuius quantitatis vel qualitatis velit offer- D re: poſtquam vero vouerit aut tradiderit, videtur habere præſtationis neceſſitatem. *c* Poteſt & qui teſtatur in vltima voluntate oblationes per legatum relinquere, vel donatione inter viuos. *d* Et ita clerici vel ſeculares, ſi oblationes parentum, aut res donatas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint: aut id quod ipſi donauerint Eccleſiis vel Monaſteriis, crediderint auferendum, velut necatores pauperum, E quouſque reddant, excludi debent ab Eccleſiis. *e*

### Scholia.

a *ca. tribus gradibus,* 23. *ca. qui ſcelerate vixit,* 24. *can. timorem,* 25. *de conſecr. diſt.* 2. *ca. purgabit,* 50. *diſt. can. oportet,* 81. A *dist. can. propoſuiſti,* 82. *diſt.*



b *Exod.* 24. *ca. omnis.* 69. *de Conſecr. diſt.* 1. *vbi gloſ.* 1. *ait, illud intelligi de bonis operibus, vel ad literam, eſſe in diebus priuatis de conſilio, in feſtiuis de præcepto, & gl. ad ca. duo ſunt, ad verbum oblationes,* 12. *q.* 1. *ait, præcipi laicis oblationes dare, vt in ca. ſtatuimus,* 16. *q.* 1. *& per dictum ca. omnis & per can. quia ſacerdotes,* 10. *quæſtio.* 1. B

*Addit & gloſ. ad dictum c. omnis Chriſtianus, quod oblationes ſint ex debito exigendæ, & ad eas dandas parochianos eſſe cogendos, arg. ca. ſtatuimus,* 16. *q.* 1. Et credo, *inquit*, quod ſi ſacerdos pauper eſt, poteſt illis diuina officia ſubtrahere, niſi dent oblationes, *vt in can. cum ſit, de Simonia, & ca. caritatem,* 12. *q.* 2. *Archidiac. autem, ad dictum ca. omnis Chriſtianus, ait præceptum illud de offerendo, intel-* C *ligi in ſolemnibus feſtiuitatibus locorum. Ioannes Andreas, refert opinionem D. Thomæ* 2. 2. *q.* 86. *vbi probat, oblationes eſſe voluntarias, non ex neceſſitate indictas: quod & tenere videtur Ioannes de Lignano, & quod, quamuis egeat ſacerdos, tamen non poſſit ſubtrahere diuina officia parochianis ob non datas oblationes, verumtamen egentem poſſe ſuperioris officium implorare, nempe epiſcopi. Quod & refert* D *Summa Roſella in Verbo oblatio, & ego quoque hanc ſententiam vt tutiorem ſequor, vt conſulatur conſcientiæ ſtimulis.*

c *c. ex parte, de Cenſib. cap. licet, de Voto, facit l.* 2. *de Pollicita. P.*

d *l.* 1. *C. de Sacroſan. Eccleſ. toto titul. de Teſtam. in Decretal.*

e *In Carthaginenſi Concilio* 4. *c.* 95. *vnde* E *ſumtus ca. qui oblationes* 13. *quæſt.* 2. *in Concilio Vaſenſi* 1. *c.* 64. *vnde alius canon. qui oblationes,* 10. *ſub ead.* 13. *quæſt.* 2. *& in Concilio Agathenſi, canon.* 4. *vnde ſumtus eſt can. clerici, ea.* 13. *q.* 2. *Quare relicta Eccleſiæ, etſi nudis verbis relinquantur in teſtamento, debent præſtari, can. iudicante,* 4. *de Teſtam. lib.* 3. *tit.* 26. *Sanciuit id primus Conſtantinus Magnus, licere cuilibet Eccleſiæ, vt aliis collegiis, relinquere. can.* 15. *futuram,* 12. *q.* 1. *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. cum antea non liceret & haberentur perſonæ Eccleſiaſticæ incapaces poſſeſſionis temporalium immobilium, exemplo Leuitarum. Deuterono.* 10. *verſ.* 19. *cum ſimilibus. Et veſtales iure ethnicorum ex teſtamentis relicta capere non poterant, vt ait Gellius libro primo ca.* 12. *Symmachus libro primo, Epiſtolarum, epiſtola* 40. *Prohibuit quoque aliquando Archadius Cæſar quicquam perſonis Eccleſiaſticis donari etiam teſtamento. l.* 20. *&* 17. *de Sacroſ. Eccl. in C. Theodoſiano: ſed qua lege conqueritur D. Hieron. ad Nepotia.* 7. *Apud Gallos etiam, nec licet Eccleſiis nouas poſſeſſiones, feuda, immobilia, & cenſuales reditus poſſidere, vltra annum, niſi impetrauerint ius mortiçinii, quod vocamus* amortiſatione, *a principe, vel ab alio, cuius iuriſdictionis ſeu Dominii ſint res. At Archadii lex in iuris corpus non eſt translata per Iuſtinianum, ſed tantū Conſtantini; iuxta quam & Iuſtinianus ſtatuit, etiam relicta Eccleſiis valere, in* §. *ſiquis in nomine magni Dei, de Eccleſ. titu. in authen. aliæque leges id firmant ciuiles, in c. in præſentia, de Probatio. authen. ingreſſi, de Sacroſanct. Eccleſ. C. l. Deo nobis, de epiſcop. & cleri. l. ſancimus, C. de donat. l. ſiquis ad declinandam, de epiſco. & cleri. C. c.* 1. *de immunitate Eccleſiarum, in Sex. atque Cæſares totas prouincias hæreticorum adiunxerunt Eccleſiis, l. Arriani, C. de hæret. quemadmodum & iiſdem legibus ciuilibus, licuit legare gentilibus ſacerdotibus, & Hierophylacibus, l. annua,* 20. §. 1. *de annuis legatis, lib.* 3. *P. tit.* 1. *& ipſi Deo l.* 1. §. *ad municipium, ad l.* 8. *Falci. P.*

## Capvt V.

*Offerendi modus.*

VT acceptabiles Deo ſint oblationes, modus offerendi in bona ſynceraque conſiſtit voluntate offerentis, *a* in fide Chriſtiana & caritate, *b* quia Deus non ſacrificiorum magnitudinem, ſed offerentium merita, cauſaſque & voluntatem diiudicat. *c* Tempore Apoſtolorum & illi vicino, quando in Miſſa ſacrificium offerendum erat claudebantur ianuæ loci, excluſis catechumenis, hæreticis & infidelibus. *d* In Miſſa Summi Pontificis offertorium & oblationes ad pedes eius ponũtur, niſi fiat pro defunctis: tunc enim ponuntur ad manum: & ſi alii celebrent, ad manum diaconi. *e*.

S C H O L I A.

a *ca.28.odi, 24.quæſt.1.*

b *ca. odit Deus. 62. & ca. ſeq. 63. illi offerunt, 1.q.1.*

c *ca. odi 24.q.1. Amos c.5. ibi* odi & proieci feſtiuitates veſtras, *& ca. ſcriptum, 11. 14.q.5. ca.1.§.fi.15.q.6. & apud D. Marcum c. 12. vidua, quæ in corbonam duo minuta miſerat, omnium maioribus largitionibus præfertur, & ca.1. de Pœnit. diſtin. 3. quod etiam animaduerterunt antiqui, qui Dei veri notionem non habebant. Sic enim in lege 12. tabularum ſcriptum, teſte Cicerone,* diuos caſte adeunto, pietatem adhibento, opes amouento: qui ſecus faxit, ipſe Deus vindex erit, *idque, vt ad Deum pauperibus cum exiguo, proinde ac diuitibus eſſet, aditus, quo pertinet & aliud illorum præceptum,* mola ſalſa ſacrificandum, *& ea eſſe acceptabilia ſacrificia, vt ait Plinius lib. 31. cap.7.*

d *Clemens Roma. lib.8. conſtitutio. Apoſtolic. cap.15.*

e *quorum omnium rationes diuerſitatis, vide apud Guillelmum Durandum, lib. 4. Rationalis diuinorum officiorum cap. 30. numero 37.*

## C A P V T VI.

*Quibus debeantur oblationes.*

ECcleſiæ oblationes accipiunt, non laici, quibus interdictum ſub pœna excommunicationis accipere, vel aliis accipiendas committere. *a* In Eccleſia autem de fidelium oblationibus, quatuor partes, vt de aliis bonis Eccleſiæ, aliquando fiebant, quarum vnam ſibi epiſcopus retinebat: ſecundam, clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuebat: in fabricam tertiam: quartam in pauperes & peregrinos erogabant. *b* Diximus porro aliâs, de portionibus diſtribuendis inter prælatos & Eccleſias ex oblationibus & relictis mortuorũ, *c* vt opus non ſit iterum dicere, & ſuperſit tantum de reliquis Eccleſiæ oblationibus diuidundis agere, in quo generaliter annotabimus, in primis ſequendam eſſe præſcriptam Eccleſiarum conſuetudinem. *d* Qui ſe & ſua offert monaſterio, ſi ſanus ſit, excludit Eccleſiam parochialem a portione eius oblationis, quæ monaſterio acquiritur. Quod ſi ægrotus ſe & ſua offerens monaſterio, moriatur ex ea infirmitate, eius oblationis portionem, monaſterium debebit Eccleſiæ parochiali. *e* Cæterum ſi quis tantum ſe obtulit Deo, vel ſe alicui conſecrauerit Eccleſiæ aut monaſterio, ipſo facto cenſetur quoque omnia bona ſua conſecraſſe, ſi prius non fuerit teſtatus: & ideo ei Eccleſiæ vel monaſterio cenſentur quæſita ſaluo iure, vel reſeruata portione liberorum, vxoris, & creditorum. *f* Rurſum in quæſtione, cui Eccleſiæ vel ſacerdoti debeantur oblationes: inſpicienda erit præcipue voluntas offerẽtis ſine fraude expreſſa, *g* quod ſi oblatio nõ habet certam loci definitionem, ſed generaliter fiat in gratiam Eccleſiæ vel pauperum, intelligitur ſenſiſſe qui reliquit, de templo vel pauperibus eius ciuitatis, in qua larem fouet qui reliquit, aut donauit: & ſi plura ſint xenodochia ſeu hoſpitalia, pauperiori relicta donabuntur. *h* Pariter ſi quis in nomine magni Dei & ſaluatoris Domini noſtri IESV CHRISTI, hæreditatem aut legatum reliquerit, ſtatutum eſt Eccleſiam loci



loci illius, in quo teſtator domicilium habuit, accipere quod relictum eſt. Siquis autem vnum ſanctorum heredem ſcripſerit, aut legatum ei reliquerit, & ſpecialiter non nominauerit locum, in quo eſt venerabilis domus, inueniantur autem in eadem ciuitate plura oratoria eiuſdem ſancti, illi potius domui; quæ pauperior eſt, quod relictum eſt præbetur, quod ſi in ciuitate vel loco non ſit Baſilica nominati ſancti, inueniatur autem in eius territorio, ei debebitur. Si vero nec in territorio eius reperiatur, tunc Eccleſiæ ciuitatis, in qua teſtator domicilium habuerit, præbebitur. *i* Cum & alioquin iure cõmuni, Eccleſia parochialis habeat ius percipiendi oblationes & decimas intra fines & terminos ſibi aſſignatos & diſtinctos: *k* exceptis, vt dictum eſt, locorum conſuetudinibus contrariis obſeruandis. *l*.

S C H O L I A.

a *accipiunt Sacerdotes oblationes cum onere, vt offerant ſacrificium & orent pro præbentibus, quæ non facit laicus. ca. quia ſacerdotes, 13. & ca. ſanctorum patrum, 14. can. hanc conſuetudinem. 15. 10.q.1. vbi & idipſum in Concilio Niceno ſtatutũ refertur, facit quod 1. Reg. ca.21. prohibitũ dicitur fuiſſe laicis, edere de panibus propoſitionis quæ offerebantur Deo. in ca. ideo permittente, §. ſi ergo, & §. his ita reſpondetur, 25.q.1. Dictum & paulo ante, inter bona Eccleſiarum computari & oblationes per c. cauſa Carpenſis, de verbor. ſigni. Non inficiamur tamen, recte collationem oblationum aliquando committi laicis, vt eas in neceſſitates Eccleſiæ, vt ornamentorum & luminum, impendant, & pauperum, in cap. vni. 1. ſoluetur autem decima, de decim. in Extrauag. communib.*

b *ca. Vulterranæ, 25. ca. conceſſo, 26. ca. quatuor 27. c. de reditibus, 28. cum tribus ſequentib. 12.q.2. qui tamen mos diuidẽdi, poſtea mutatus eſt, diſtinctis reditibus & clericis Eccleſiarum & epiſcopatuum, & fabricis curionibus relictis, de quibus alibi diximus.*

c *Supra titulo de Sepulturis, qui eſt tit. 15.*

d *cap. certificari, 9. de Sepultur. lib.3. ti.28. ca. 2. & can. quia cognouimus, 10.q.3. cap. cum inter, 29. de verbor. ſignifica.*

e *vtrumque probatur, in c. de his, 4. de Sepult. videndus P. de Peruſio, tract. de quarta canonica. Alexan. conſil. 197. incipien. viſo teſtamento, volum. 2.*

f *Authen. nunc autem, de epiſco. & cleri. §. illud quoque decreuimus, de monachis Nouella 5. & Nouella 125. de Sanctiſſ. epiſco. §. ſi qua mulier. & authen. ingreſſi & Authe. ſi qua mulier, de Sacroſanct. Eccleſ. C. Quæ iura tamen pro parte emẽdauit Leo Imperator, conſtitutio. Nouella 5. atque ſtatuit, illa quidem iura locum habere in acquiſitis ante ingreſſum religionis, non etiam in poſtea quæſitis: puta ſi contingant donatione, vel per ſucceſſionem, vt ea tunc non querantur monaſterio, ſed ſubiiciantur liberæ diſpoſitioni monachi. Verum hoc ius Orientale fuit. In Gallia autem, monaſterium non ſuccedit monacho, ſed proximiores ab inteſtato, ſi nõ fuerit teſtatus ante ingreſſum. Neque religioſus ipſe ſuccedit proximis ab inteſtato, nec monaſterium eius loco. Quinimo nec religioſus poſtea factus ſecularis, poteſt ſucceſſiones delatas aliis reuocare, neque morientes patres tenentur religioſos filios inſtituere, aut eis legitimam portionem bonorum relinquere, vt docet Rebuffus in proœmio conſtitutionum regiarum, gloſſa 5. a numero 21. vſque ad 25. In quo non ſeruantur l. Deo nobis, §. hoc etiam, de epiſco. & cler. c.41. Nouella 124. quibus pater tenetur relinquere legitimam filiis, etiam religionem profeſſis. Si tamen magna mendicitas eſſet in monaſterio filii vel filiæ, permittitur aliquãdo cõceſſio alicuius rei, quandiu filius vel filiæ religionem profeſſi, vixerint, idq; victus & alimentorum cauſa: de quo tamẽ, vide quæ ſcripſi li.45. Syntag. iuris vniuer. cap.2. nu.7. & ſequentib.*

g *cap. officii, 14. & c. requiſiſti, 15. de Teſt.* A
*lib. 3. tit. 26. l. quoniam in plerіſque, de Sa-
croſanct. Eccleſ. l. ſiquis ad declinandam,
§. hæc tandem, eod.*

h *dicta l. ſiquis ad declinandam.*

i *hæc ad verbum ex cap. 9. §. ſiquis in nomi-
ne magni Dei, Nouellæ 131. de eccleſ. tit.
l. quoniam in plerіſque, de Sacroſ. Eccleſ.
vbi notandum ſemper, Eccleſiæ relictum,
intelligi de parochiali primum: etſi ſancto
ſit relictum. Quod ſi ſint plura templa* B
*eiuſdem nominis, præferendum illud, quod
ſit ciuitatis, de quo cenſetur locutus diſpo-
nens, vt in l. quæ conditio, 39. §. fi. de condi-
tio. & demonſtra. lib. 35. P. ti. 1. vel illud,
in quo defunctus frequenter, dum viueret,
verſabatur, dict. l. quia in plerіſque, §. fi.
Nam ex frequenti conuerſatione, maior
affectio præſumitur, l. 4. de caſtren. pecu.*

k *Diuiſio ſiquidem & diſtinctio parochia-
rum, iuris communis eſt, ca. Eccleſias 13.* C
*q. 1. c. paſtoralis, de his quæ fiunt a præla. ſi-
ne conſen. cap. lib. 3. tit. 10. notat & Panor.
ad rubri. de Paroch. & ad dict. c. paſtora-
lis. vnde infert Hoſtienſis, quod oblationes
quæ fiunt in capellis parochiæ, ſunt Eccleſiæ
parochialis, non capellæ. idipſum ſi imago
ſit in pariete alicuius domus priuatæ, obla-
tiones in ea parte factas pertinere non ad
Dominum domus, ſed ad Eccleſiam paro-
chialem. Deinde quod ſi quis presbiter* D
*alterius Eccleſiæ parochialis celebret in
Eccleſia parochiali, oblationes ad eum non
pertinere, ſed ad presbyterum Eccleſiæ pa-
rochialis, ſicque tradit Summa Roſella in
verbo. oblatio. num. 1.*

l *Nam alicubi ſacerdos Eccleſiæ non accipit
ſemper oblationes Eccleſiæ, ſed ſacriſta, vel
alii clerici, vel fratriæ, quas vocant noſtri*
confrairies *ſecundum conſuetudines di-
uerſas. Pro quibus, dubium quod poſſet* E
*occurrere, reſoluit Summa Roſella in ver-
bo,* oblatio *nu. 3. vt ſi conſuetudo ſit in ali-
qua Eccleſia, vt Archipresbyter habeat
in die Dominica oblationes Dominicales,
& Sacriſta habeat in die feſtiuitatis De-
dicationis Eccleſiæ, puta ſancti Laurentii:* A
*ſi feſtum ſancti Laurentii ſeu Dedicatio-
nis incidat in diem Dominicam, quis ha-
bere debeat oblationes. Et reſpondet ſecun-
dum Bartolum ad l. proconſul. Pandect.
per illam legem, quod oblationes ſint Ar-
chipresbyteri: quia maior ſit Dominica o-
mni alio feſto, & inſpiciatur prius quod eſt
naturale, quam quod eſt accidentale, facit
ad idem l. dies feſtos, C. de Feriis.*

### Capvt VII.

*Finis offerentium.*

Oblationes Deo, & in honorem eius Eccleſiæ, & aliis piis locis factæ, noſtræ gratitudinis in Deum teſtimonium habent; *a* & profeſſionem, quod omnia bona ab eo ſuſceperimus, *b* vtque eum propitium reddamus; & remedium peccatorum, *c* vtque ſalutem corporis & animæ
C impetremus pro viuentibus, *d* & pro mortuis indulgentiam, & a pœnis liberationem. *e* Dehinc vt iuuentur pauperes, *f* fabricaque Eccleſiæ reſarciatur, *g* & ad cultum Dei neceſſaria habeantur. *h*

### Scholia.

a *Oblationes noſtræ Deo gratæ, non quod eas
ſuſcipiat tanquam indigeat his, ſed quod
per illas velit ſibi teſtari officium noſtrum,*
D *vt ait D. Chryſoſtomus, Tomo 1. homil. 8.
in Geneſin, Sicque teſtabatur Dauid,
dum offerret ad templi conſtructionem. 1.
Paralip. c. 29. verſ. 14. dicens.* Quis ego
& populus meus, vt poſſimus hæc tibi
vniuerſa promittere? Tua ſunt omnia,
& quæ de manu tua accepimus, dedi-
mus tibi. *Ex quo & colligimus valde de-
teſtabiles eos, qui faciunt oblationes dæmo-
nibus, qui per illas gaudent ſibi diuinitatis*
E *cauſam tribui, quare & prohibitæ, Leuiti.
7. Merenturque crudele & atrociſſimum
ſupplicium obſtetrices maleficæ quædam,
quæ fingentes ſe aliquid aliud agere, recen-
ter pueros natos, quos non necant, extra ia-
nuam cubiculi ferentes dæmonibus offerũt
ſurſum*



*ſurſum in aërem eleuantes, vt ait Iacobus* A
*Spierger. in malleo maleficar. parte 1. q. 11.*

b *1. Paralip. c. 29. verſ. 14. & D. Iacob c. 1.
omne bonum optimum de ſurſum deſcen-
dens a patre luminum. Et Diuus Paul. 1.
ad Corinth. cap. 4. quid habes quod non
accepiſti, &c. & vere non eſt bonum quod
Deus non det, vt ait Plato. in Eutyphrone.*

c *ca. in canonibus 57. 16. q. 1. can. quia ſa-
cerdotes, 13. 10. quæſt. 1.*

d *ca. duo ſunt, 7. §. fin. 12. q. 1. de laicis dici-* B
*tur; his conceſſum eſt vxorem ducere, ter-
ram colere, inter virum & virum iudica-
re, cauſas agere, oblationes ſuper altari po-
nere, decimas reddere, & ita ſaluari pote-
runt, ſi vitia tamen benefaciendo euitaue-
rint. facit ad idem. dict. ca. in canonibus,
16. quæſt. 1. Ideo non meretur oblationes
accipere, qui nec pro ſe, nec pro aliis preces
poteſt offerre. ca. fi. 10. q. 1. Iuſſit & Chri-
ſtus offerri ſacerdotibus munera, pro ſani-* C
*tate recepta corporis apud S. Matthæum
c. 8. Exſtant hodie veſtigia iſtius teſtifica-
tionis apud Chriſtianos in ædibus ſacris, in
quibus ſuſpenduntur donaria imaginum
argentearum, vel aurearum, vel ceræ ma-
nuum, pedum, oculorum, & ſimilium, pro
ægritudine membrorum conceſſa. Quem-
admodum legimus anos & mures aureos
factos, & oblatos Domino, & corã arcam
poſitos ab Azotis, vt ſanarentur a morbis,* D
*quibus percuſſi erant a Deo in ſecretiori-
bus partibus natium, & vt liberarentur a
muribus, qui Philiſtinos vaſtabant, ad
vindictam retentionis arcæ Dei. 1. Regum,
cap. 6.*

e *ca. pro obeuntibus, 21. & ca. animæ defun-
ctorum, 22. & ca. tempus. 23. 3. q. 2. Sic
Tobiæ 4.* panem tuum & vinum tuum,
ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & no-
li ex eo manducare & bibere cum pec- E
catoribus, *item de oblationibus pro mor-
tuis vulgare. 2. Macha, cap. 12. verſ.
43. &c.*

f *c. vnico, §. ſoluetur autem decima, de deci-
mis in Extrauagan. communib.*

g *vt Paralipom. 1. cap. 29. Deuter. 25. dict.
cap. vnico §. ſoluetur autem, ca. de rediti-
bus 12. quæſtio. 2. cum ſimil.*

h *can. nemo, de conſecrat. diſt. 1. Vlpianus in
l. ſi ſponſus ſponſæ, 5. §. proinde, de donat. in-
ter vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 1. meminit
de Deo datis & conſecratis, & de oleo ædi
ſacræ dato.*

## DE PRIMITIIS. *a* Tit. XXIIII.

a *De his in lib. 3. Decretal. tit. 30. & lib. 3. Sexti.
tit. 13. & lib. 3. Clem. tit. 8. tota 13. quæſt. 1. can. 1.
16. q. 7. cum ſimil.*

### Capvt I.

1 *Primitiæ quid.*
2 *Diuiſio.*

Primitiæ Eccleſiaſticæ, *a* ſunt partes ex 1
rebus, quæ primum natæ vel collectæ
ſunt, Deo oblatę, antequam vſibus noſtris,
quæ eiuſdem generis ſunt, deputentur. *b*
Poſſunt diſtingui primitiæ ad eum mo- 2
dum, quo decimæ, de quibus paulo poſt a-
gemus, in perſonales, prædiales, & mixtas. *c*

### Scholia.

a *c. cauſa Carpenſis, de verbor. ſig.*

b *nos tradidimus hanc finitionem, li. 2. Syn-
tagm. c. 10. Dictæ a primo primitiæ, vt pri-* D
*mogenitus is, quem nemo alius etiam ſe-
quitur. c. Ioſeph, de verbor. ſignifica. l. ex
duobus, de vulga. & primitiæ dormien-
tium, 1. ad Corinth. ca. 5. dicuntur Græcis*
ἀπαρχαὶ καὶ ἀπάργματα, *ex* ἀπὸ καὶ ἀρχῆς,
*quod ab initio ſoluantur. dicuntur & ve-
luti antecedentia* ὀπώρα, *in ca. 4. Apoſtolo.
fructuum autumnalium primitiæ.*

c *vide quæ dicemus proximo titu. in decimis.*

E

### Capvt II.

*De quibus ſoluantur primitiæ.*

Primitias ſibi præſtari Deus poſtulauit, de frugibus, *a* & de aliis, *b* de hominibus etiam & animalibus primogenita. *c*

### Scholia.

a c.1.de decimis, obtulit ita Abel de pecoribus: Cain, de frugibus Geneſ.4.

b Exod. capite 25.

c in eodem libro Exodi cap. 13.

## Capvt III.

*A quo iure præceptæ primitiæ.*

INter iuris pontificii interpretes placuit aliquibus, ex præcepto diuino deberi primitias, *a* verum alii, quos communis opinio ſequitur, præſtationem primitiarum de præcepto eſſe dicunt in duobus caſibus: nempe ſi ſit conſuetudo ſoluendi, & quando miniſtri Eccleſiæ euidenter indigerent, deſtituti alio ſubſidio: aliter autem eſſe de conſilio, *b* quod & mihi magis placet, & receptum video. *c*

### Scholia.

a Gloſſa & Panor. & Innocentius, ad c. 1. de decimis, & ibi textus etiam; conuenit & can. reuertimini, 6. q. 1. Sic & dicuntur præſtandæ ex iure diuino, Exodi 22. Leuitici 27. Numerorum 18. Deut. c. 3. & 14. 2. Paralip. 22. vide Diuum Thomam de hac quæſtione, 2. 2. q. 86. arti. fin.

b Alexander de Ales in 3. parte Summæ, & D. Thomas ſupradicto loco. 2. 2. q. 86. ait primitias ex præcepto legis Moſaicæ, præſtitas pro ſingulari beneficio conceſſo populo. Sicque in ea lege ſtatutum erat, vt populus offerens diceret, profiteor coram Domino Deo, quod ingreſſus ſum terram, pro qua iurauit patribus noſtris, vt daret eam nobis, atque pertinere ait ad ius naturale, quod quis profiteatur, ſe a Deo fructus terræ percipere, ſecundum id quod ſcriptum eſt 1. Paralip. c. fin. quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quia Deo tenemur exhibere id, quod præcipuum eſt; id eſt, tenemur ad exhibitionem primitiarum. Cæterum quod talibus vel certis perſonis exhibeantur, vel primi fructus, hoc fuiſſe in veteri lege determinatum: in noua per Eccleſiam, ex qua obligamur, vt primitiæ ſoluantur ſecundum conſuetudinem patriæ & indigentiam miniſtrorum Eccleſiæ, & ita dari primitias per modum oblationis, de cuius ratione eſt quod ſit, voluntaria. Ideo ſi conſuetudo Eccleſiæ ſit vt non eſſet memoria eas petitas fuiſſe, non debent nec poſſunt peti, vt ſcribit Henric. Bohic. ad c. 1. de decimis. Et ita non ſoluentes qui alias non ſoluerint, per conſuetudinem liberantur a peccato mortali, & ibidem hoc notat Panor. argu. cap. 1. de Poſtula. prala.

c facit cap. 25. Exod. perpendendo, quod in eo dicitur verſ. 2. loquere filiis Iſrael vt tollant mihi primitias, ab omni homine: qui offert vltroneus, accipietis eas, verbũ enim vltroneus, indicat ſponte dantes.

## Capvt IIII.

*De modo ſoluendarum primitiarum, tempore & quantitate.*

PRoinde, quantum, vel quomodo, quoue tempore, ſoluendum ſit, primitiarum nomine, definiri non poteſt: ſed ad conſuetudinem loci recurrendum. *a* Et ſi magna penuria ſit curionis in loco, vbi nõ eſt conſuetudo, inſpicienda erit conſuetudo vicinioris loci, ſi qua ſit: *b* quod ſi vicinorum locorum diuerſæ ſint conſuetudines, eligenda mediocritas. *c* Ex traditione porro Hebræorum & arbitrio magiſtrorum, non tamen ex præcepto legis: qui plurimum primitiarum nomine dabant, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus: qui minimũ, ſexageſimã: inter quadrageſimam vero & ſexageſimam, licebat quodcumque quis voluiſſet offerre. Et ita quod dubium in Pentatheuco erat relictum, fuerat definitum ad certũ modum propter ſacerdotum auaritiam, ne amplius exigerent in primitiis ſoluendis. *d* 1

### Scholia.

a nam paruam fuiſſe primitiarũ quantitatẽ, Hieronymus teſtatur in ca. reuertimini 16. q. 1.



q. 1. Optima autẽ legum interpres conſuetudo, ca. cum dilectus, de conſuetud. l. ſi de interpretatione. de legi. P. Seruatur alicubi, vbi exiguntur primitiæ, vt non ſtatim fructibus maturis cogatur curio primitias accipere, ne qui debent, teneantur decem diebus ſeruare apud matrem, id eſt intra ſpicam, quæ mater grani eſt, gloſſ. in l. ſtipulatio iſta 38. §. inter certam, ad verb. incertamque, de verb. oblig. ſicuti in primitiis & decimis vitulorũ & agnorum, tempus in ſolutione ſpectãdum, ſi ſacerdos velit expectare, tandiu quandiu periculum poteſt eſſe eos perituros, ſi ſepararentur a matre. Oldra. conſi. 236. incip. circa propoſitam quæſtionem.

b vt in c. cum olim, de conſuetud. canon. Catholica 11. diſtinct. cap. ſuper eo, & cap. ex parte, de cenſib. l. de quibus, de legib. & ita iudicatum refert Boetius. deciſ. 236. num. 5. vbi & diſputatur, quot actus requirantur ad introducendam talem conſuetudinem. & nu. 6.

c ca. hoc ius 10. q. 2. vel quod & minimum, vt ait Ioannes Andreas ad c. in obſcuris de reg. iur. in Sex. Sic quando agitur de auaritia cleri, res contra clericos ad minimam ſummam reducenda eſt, vt euitentur in illis auaritiæ ſuſpicio. c. quanto, de cenſibus, vide can. fin. 17. q. 4. & de auaritia ſacerdotum in can. diaconi 93. diſtinct.

d cap. 1. de decimis, ex diuo Hieronym. ſuper Ezechielem, & Innocentius 3. dixit determinationem de ſexaginta ad quadraginta dicti capitis 1. de decimis, habere locum in liquidis & aridis: vt & notat gloſſ. ad can. Eccleſias, ad verba & primitias, 13. qu. 1. alioquin ſtandum conſuetudini, quæ ſi non exſtet, ſtandũ opinioni ſoluentis. Addit & Hugo in gloſſ. dicti cap. 1. de decimis, primitiarum nomine ibi non eſſe intelligendum, quod primogenitum ex animalibus detur Deo, ſed dari de ducentis tantum vnum loco primitiarum, & ſi quis tot capita non habeat tunc ſoluere debere æſtimationem ſecundum quantitatem illius numeri. Adde quod olim etiam primogenita poterant redimi a ſacerdotibus. Exod. 13. vt & decimæ Leuit. 27.

## Capvt V.

*Cuius ſint primitiæ.*

OFferuntur quidem † Deo primitiæ. *a* 1
Sed quia ipſe dedit partẽ ſuã ſacerdotibus & Leuitis cultui diuino inſeruientibus: *b* nunc, ſi quando ſoluendæ ſint, debentur curioni ſeu proprio ſacerdoti: aut clericis, qui pro offerentibus preces fundunt. *c*

### Scholia.

a Exod. 23. ibi, tollant mihi primitias. Geneſ. 4. Malachiæ 3. cap. reuertimini 16. quæſt. 1.

b can. Eccleſias §. 1. 13. q. 1.

c dict. ca. Eccleſias. §. item cum decimis 13. q. 1. canon. doctos, canon. moderamini 16. quæſt. 1. canon. præter hoc 6. §. præcipientes, verſ. deinde 32. diſt. vide ca. 4. Apoſtolorum, & libr. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum apud Clementem. cap. 36. vbi diuus Matthæus; præcipio, inquit, omnes primitias adferri epiſcopo & presbyteris & diaconis ad victum ipſorum. Et Numerorum cap. 5. & Deuter. capit. 26. iuſſit dominus afferri in domum ſacerdotum primitias, quis autem primitias parochiæ percipere debeat an prior vel rector perpetuus, vide ea quæ dixi. libr. 2. Syntag. iuris. cap. 19. nu. 3.

## Capvt VI.

*Quare ſoluantur primitiæ.*

PRimitiarũ ſolutio, † honorem Dei ante 1
oculos præcipuum habet, cum gratitudine animi rerum proſpere datarum. Iucundiora in expectatis diu & quæſitis, prima, quæ cum Deo conſecrantur, Deum vt Dominum & largitorem honoramus. *a*

### Scholia.

a Prima magis nos delectant, vt ait Ariſtotel. 5. politi. c. fin. & ſcribit Plinius lib. 18.

*capit.2. non guſtaſſe vina aut nouas fruges* A
*Romanos Ethnicos, priuſquam primitias*
*ſacerdotes libaſſent. Et Porphyrius .libr.* 1.
*de abſtinentia animalium, ait, primitias*
*animalium & frugũ antiquitus Deo ob-*
*latas. Solebant & Iudæorum mulieres, vt*
*ſcripſit Paulus Fagius, ad ca.* 5. *pirke abot,*
*ſeu capitulorum patrum,* חַלָּה chala, *id eſt*
*placentã, quæ ex maſſa farinæ piſtæ ſumi-*
*tur, Deo offerre in primitiarum modum.*
*Atque nunc cum templo careant, tamen* B
*ex maſſa ſolent illam placentam & igne*
*comburere, benedicentes in nomine domi-*
*ni, dicendo*, Benedictus tu Domine rex
mundi, qui ſanctificas nos, & præcepi-
ſti nobis ſeparare paſtam de terra. *Vi-*
*detur & de hoc ipſo Plutarchus ſenſiſſe li-*
*bro de fortitudine, morem quoque fuiſſe*
*gentium, dum ſcribit,* τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς
ἐπιβάλλουσιν, *id eſt*, igni primitias iniece-
runt. *neque etiam Ethnicis quicquam vi-* C
*debatur religioſe factum, niſi libatum ex*
*re Deo fuiſſet. Eoque ſpectat quod tradit,*
*Heſiodus* 2. *operum & dierum,* Μηδ᾽ ἀπὸ
χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα ἔσθειν, *id eſt*,
neque a pedatis ollis nondum deliba-
tis, comedas.

# DE DECIMIS.

## *a* TITVLVS XXV.

a Tractatur *lib* 3. *Decretalium, tit* 30. *lib.* 3. *Sexti, tit.* 13. *lib.* 3. *Clemen. tit.* 8. *&* 13 *quæſt.* 1. *can.* 4. *ſequen.* 16. *quæſt.* 7. *can.* 40. *de conſecrat. diſtinct.* 5. *& alibi, apud nos, libr.* 2. *Syntagm. iuris agimus, etiam de decimis. tit.* 20.

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et finitio Decimæ.*
3 *Et diuiſio.*

1 QVia & inter bona Eccеſiæ † decimæ ſunt, *a* de his nunc agamus.

2 Decima generaliter, † nihil aliud eſt, quam pars decima ex aliquibus, qua ſublata relinquuntur aliæ nouem. *b*

A Quia vero hæc finitio generalis eſt, † di- 3
uidemus decimas in prophanas, & eccle-
ſiaſticas. Prophana decima fuit quoddam
genus tributi a laicis & ſecularibus domi-
nis impoſiti, *c* de qua hic non agemus. Ec-
cleſiaſticæ decimæ rurſum triplices. Aliæ
enim ſunt, quæ ex rebus Eccleſiæ, vt ex fru-
ctibus beneficiorum præſtantur perſonis
nõ Eccleſiaſticis: puta principibus ad bel-
lum ſacrum, vel ob aliam cauſam a ſummi
B Pontificis auctoritate probatam, *d* idque
ex priuilegio extraordinario. Quare & in
eo cauendum, ne ex eo Eccleſiæ grauen-
tur, *e* & modus ideo exactoribus impoſi-
tus eſt. *f* Aliæ erant decimæ, quæ a Leuitis
ſoluebantur ſacerdotibus: *g* quemadmo-
dum inter Chriſtianos aliquando Epiſco-
pis ex oblationibus, primitiis, & decimis
beneficia ſoluebant quartam partem, *h* vel
aliam, pro locorum conſuetudine, *i* quæ
C & in quarta ſoluenda, *k* vt & præſcriptio. *l*
Nam certæ rationes poſſunt eſſe, quibus
ea præſtatur Epiſcopis, quæ aliquãdo ceſ-
ſare poſſunt alicubi. *m* Huius ſpeciei deci-
marum aliquam ſimilitudinem referunt
annatæ. quæ exiguntur a ſummo Pontifice
de beneficiis ab illo impetratis: nempe e-
molumenta ſeu fructus beneficiorum va-
cantium vnius anni, quæ percipiuntur a
ſummo pontifice pro Eccleſiæ Romanæ
D neceſſitatibus releuandis, prout ſibi reſer-
uauit, & cameræ apoſtolicæ Ioannes 22.
pontifex. *n* Aliæ ſunt decimæ, quæ ſolui
debent a populo ſacerdotibus & perſonis
Eccleſiaſticis, de quibus inſtitutus eſt ſer-
mo. Et iſtæ ſunt decimæ omnium bono-
rum legitime quæſitorũ, quota pars Deo
diuina conſtitutione debita, *o* tributa ani-
marum egentium. *p*

Harum decimarũ † tres ſunt ſpecies, *q* 4
E perſonales, prædiales, mixtæ. Perſonales
dicuntur, quæ ſoluuntur ex fructibus, lu-
cro, & de rebus induſtria perſonæ, vel arti-
ficio, negotiatione, & ſimilibus quæſitis. *r*
Prædiales, quæ ex fructibus prædiorũ de-
bentur, vt ex vino, frumento, & aliis frugi-
bus.



bus. *s* Mixtæ ſunt, quæ debentur habita ra- A
tione eorum, quæ partim ex prædiis pro-
ueniunt, partim ex induſtria perſonarum,
quales decimæ debitæ in eo loco, vbi pa-
ſcuntur animalia, & cuſtodiũtur induſtria
paſtorum. *t*

### SCHOLIA.

a *cap. tua, de decimis. cap. cauſa Carpenſis. de verborum ſignific.*
b *cap. cum homines, ſeptimo de decimis.* B
c *De qua decima multa tractamus, libr.* 3. *Syntagma. iur. vniuerſ. cap.* 20. *num.* 1. *&* 2. *vide exemplum,* 1. *Reg.* 8. *meminit & de decima litis. ca. cum ab omni ſpecie* 10. *de vita & honeſtate clerico. Nouella* 112. *cap.* 2. *Authen. generaliter de Epiſcopis & clericis. C.*
d *De hac quoque tractamus & plura damus exempla, prædicto libr.* 2. *Syntag. c.* 20. *nu.* 3. *& ſeq. tractatur & in Extrauagan.* 1. *de decimis, in Extrauagantibus communib.* C
e *cap. fin. de voto, dict. Extrauag.* 1. *§. declaramus, de decim. in communibus.*
f *Clement.* 1. *&* 2. *de decimis. dict. Extrauagan.* 1.
g *cap.* 1. *de decim. lib.* 3. *tit.* 30. *& ibi Panor. num.* 18.
h *ca. Vulteranæ. can. quatuor, can. de reditibus. ca. conceſſo* 12. *quæſt.* 2. *Clem. dudum de Sepul. capit. cum ſuper, eodem titulo apud Gregor. ca. de quarta, de præſcript.* D
i *can. antiquos, can. de his, can. decernimus* 10. *quæſtio.* 1. *can. conſtitutum* 16. *quæſtio.* 1. *capit. conquerente, de offic. ordinar. capit. ſecundo. de ſepultur. capit. certificari, eod. tit.*
k *can. priſcis quidem, & can. vnio* 10. *quæſt.* 3. *can.* 1. 13. *q.* 1. *vide Panorm. ad cap. cum contingat, de decimis.* E
l *cap. de quarta, de præſcriptione.*
m *Dabantur olim Epiſcopis partes ex decimis, quia Epiſcopatus erant tenues, nec poterant ſumtus ſuppeditare ad exſequenda onera epiſcopalia, nunc autem ſufficiunt, can.* 1. 13. *quæſt.* 1. *& ceſſante diſpoſitionis retentione, debet ceſſare diſpoſitio. ca. cum ceſſante, de appell. l. adigere. §. quamuis. de iure patronatus. P.*
n *In capit. cum Nouella* 12. *de præbend. in Extrauag. communibus, Ioannes tamen* 22. *tantummodo in aliquibus Eccleſiis annatas reſeruauit, & ad tempus, ad inuãdas impenſas ſedis Apoſtolicæ. Sed Bonifacius* 9. *primus indifferenter omnibus beneficiis Eccleſiaſticis annatarum vſum impoſuit, vt notat gloſſa ad titulum de annatis ad verbum annatarum in Pragmat. Sanctio. Reprobatæ aut melius temperatæ fuerunt annatæ in Concilio Baſilienſi & Pragmatica Sanctione. Reprobat Ioannes Andreas ad ca. inter cætera, de offic. ordinar. Diuus Ludouicus, aliiq; plures Galliarum Reges, prohibuerunt huiuſmodi annatas exigi vel ſolui in regno, & Carolus quintus per Arreſtum Senatus Pariſienſis latum undecimo Septembris* 1406. *Exſtat tamen titulus in Concordatis de annatis. Rebufus porro tractatu nominationum. quæſtio.* 9. *numer.* 32. *ſtylum ait in Gallia ſeruari in impetrationibus beneficiorum a Curia Summi Pontificis, nõ exprimi verum valorem beneficiorum, & quamuis valeant plus quam mille aurei, tamen ſufficit, ſi dicant valorem beneficii impetrati eſſe* 24. *ducatorum de camera, nec ſeruatur in Gallia regula Cancellariæ* 21. *contraria, nec aliæ, quas vocant burſales conſtitutiones. Idem ait in prologo ad Titulũ de Colla. Concorda. de quibus addit, ſe nihil vltra dicere, cum ſint ſupra caput. Soluunt tamen Galli quaſdam compoſitiones loco annatarum, in quibuſdam maioribus beneficiis impetratis, æquum enim & iuſtum eſt, præfectum ſummum Pontificem vniuerſali Eccleſiæ, omnium curam habentem eccleſiarũ, habere quoque ex illis cum onere & commodum aliquod, pro iure ſuperioritatis,* & expenſis, quas & pro republica Chriſtiana ſubire expedit. Regul. ſecundum naturam. de reg. iur. P. ca. qui ſentit. eod. tit. in Sex.*

*Nec eſt audiendus hæreticus, qui male diſpenſare ſummum Pontificem theſaurum Eccleſiæ calumniatur: etenim ipſi domino ſtat vel cadit, noſtrumque non eſt de eius operibus iudicare, qui omnes iudicat & a nullo iudicatur. can. aliorum, can. cuncta per mundum 9. q. 3.* A

o *Hæc finitio eſt Cardinalis, conſil. 26. vide de illa apud nos libr. 2. Syntagmatis iuris. capit. 22. vide & finitionem Hoſtienſis in ſumma de decimis. Decima dicitur quota pars ſine certitudine in hac finitione,* B *eo quod illa pars ſit diuerſa, iuxta diuerſas conſuetudines ſoluendi, vt nos docemus in dicto c. 22. libr. 2. Syntag.*

p *cap. tua nobis 26. de Decim. can. decime, 66. q. 1.*

q *Docuimus dicto capit. 22. libri ſecundi, Syntagm.*

r *Deuteronom. cap. 12. ca. ex tranſmiſſa, de Decimis.* C

s *cap. 1. ca. ad Apoſtolicæ, ca. peruenit de Decimis. ca. fin. de parochis. can. Decimæ 16. quæſt. 1.*

t *dict. cap. ad Apoſtolicæ. cap. paſtoralis, cap. commiſſum, de Decimis.*

## CAPVT. II.

### *De quibus rebus ſoluantur Decimæ.*

SOluendæ porro ſunt decimæ de omnibus, quæ legitime nobis adueniunt; *a* D ex frugibus agrorum, *b* imo ſi agri bis in anno fructus referant, bis debebuntur, nempe quoties fructus percipiuntur, *c* de lucris ex molendino, *d* ex piſcatione, *e* de venatione, & militia, *f* de apibus, de melle, & cera, *g* de gregibus, *h* fœtu, lana, *i* lacte, & caſeo: *k* de paſcuis, ſi ad culturam reducātur: *l* de mercibus, *m* & aliis induſtria, officio, artificiove quæſitis, *n* & de aliis, in E ſumma, lucris iuſtis. *o* Ex diebus quoque anni totius, decima ſoluitur in ieiunio Quadrageſimæ. *p*

### SCHOLIA.

a *Cap. ex tranſmiſſa 23. cap. tua nobis 26. §. & cum de cunctis, de decimis. Geneſ. 28. verſ. 13. 2. Paralipomenon. cap. 3. verſ. 5. 2. Eſdræ. cap. 10. verſ. 37. ſiue ex præſidiis, ſiue ex induſtria, ſiue alio modo adueniāt. Leuit. 27. verſ. 30. Gratitudinis namque teſtimonium & profeſſio, a Deo omnia nobis bona aduenire, debet eſſe in cunctis ſuſceptis: & idcirco etiam de minutis præſtādæ decimæ, diui Matthæi. cap. 23. ibi,* Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui decimatis, mentham, anethum, &c. oportuit B hæc facere, & illa non amittere. *Quare nec ea lege poteſt emi vel acquiri fundus, ne decimæ ſoluantur ex eod. can. ſi quis laicus, can. de decimis. §. ſed & illa 16. quæſt. 1. quamuis per longum tempus nō fuerint ſoluta. cap. cum in tua 10. de decim.*

b *cap. 1. & capit. ad Apoſtolicæ, de decimis. Frugis appellatio continet ea, quæ terra alimoniæ cauſa producit. Paul. in l. frugem* C *77. de verbor. ſignification, præter carnem & poma, vt ibi Alciatus excipit. Continebantur itaque, omnes fructus ſiue ſint naturales tantum, qui ſine cultura proueniunt, vt ait c. granis, de reſtitutio. ſpoliator. l. ex diuerſo, de rei vendica. P. ſiue induſtriales, qui ex induſtria ſeu cultura hominis naſcuntur. Vbique enim Dei abundat gratia, & beneficium vbiq; agnoſcendum, neque enim eſt aliquid qui ſeminat, aut qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, 1. ad Corinth. 3. cap. non eſt, iuncto. cap. cum non ſit, de decimis.*

c *cap. ex parte 21. de decimis.*

d *capit. ex tranſmiſſa, & cap. parochialis, de decimis.*

e *dicto cap. ex parte, & cap. penult. ad nos 5. de decimis.*

f *can. decima 16. q. 1. can. quicunque 16. q. 7. Geneſ. c. 14. verſ. 20.*

g *cap. nuncios, de decimis.*

h *cap. paſtoralis. de decimis. Exod. 22. verſi. 28. & 30.*

i *dict. can. decimæ 16. quæſt. 1. d. cap. peruenit. de decimis.*

k *Siquidē decima debētur de omni fructu: porro*



*Porro in fructu ſunt, tria, fœtus, lac, lana, ſeu pilum. l. in pecudū, de vſu 20. §. in pecudum. de rer. diuiſ. apud Iuſtinian. vide Rebuff. tractat. de decimis. quæ. 6. nu. 23. Boedriuma. §. 3. de conſuetud. prædiorum in conſuetudinibus Byturig.* A

l *capit. commiſſum, de decimis.*

m *dicto capit. paſtoralis.*

n *can. decimæ 16. q. 1.*

o *Gloſſ. ad dictum can. decimæ. Atque ſolui debere dixerunt aliqui decimas de legato* B *& hæreditate, ſi conſiſteret in mobilibus, non vtique ſi in immobilibus, cum bis ex eadem re exigi nō debeat decima. Verum hodie ex conſuetudine, non ſoluuntur decimæ ex legatis, hæreditate, aut donationibus: contrarium tamen dicendum, ſi eſſet conſuetudo. Et ſic concludunt Panormit. ad dict. cap. paſtoralis, vt ibidem Imola, & Gloſſ. in dicto can. decimæ. Cæterum ex iniuſte quæſitis, vt ex meretricio actu Eccleſia* C *reſpuit decimas. can. oblationes 90. diſtinct. Deuteron. 23. verſ. 18. Ideo non recipit & vſuras ab vſurario in vſuris perſeuerante. Gloſſ. in ſumma 14. quæſt. 6. & in can. decimæ 16. q. 1. Panorm. ad ca. ex tranſmiſſa de decim. Capit tamē prædiales decimas ab iniuſto prædii poſſeſſore: quia ratione prædii, non perſonæ debentur Glo. Innoc. Panorm. ad c. ex tranſmiſſa, de decimis, facit cap. de terris. eod. tit.* D

p *can. 40. de conſecrat. diſt. 5.*

## CAP. III.

### *Qui ſoluere debeant decimas.*

SOluere Deo decimas omnes cuiuſcunque generis ſint Chriſtiani, tenentur, niſi priuilegio ſpeciali fuerint a ſolutione exemti. *a* Sicq; prædiales ſoluendæ a quibuſcunque poſſeſſoribus prædiorum etiam Iudæis, *b* & a leproſis, exceptis animalibus eorum & hortis, ſi in communi viuant. *c* Aliquando neque monachi a prædialibus eximebantur, quia tanquam laici prædia colerent. *d* Præter monachos Ciſtercienſis ordinis, qui laborū ſuorum E non ſoluunt decimas. *e* Neque eorum, quæ propriis manibus vel ſumtibus excolunt: videlicet de quæſitis ante Concilium Lateranēſe, etiam ſi ſint noualia; *f* de quæſitis autem poſtea, contra. Quod & in aliis regularibus, iiſdem priuilegiis donatis, locum habet, ne occaſione priuilegiorum illorum, Eccleſiæ præter modum grauentur. *g* Quod & in militib. Hieroſolymitanis locum habet. *h* Et ita exemti & priuilegiati debent etiam decimas ex prædiis poſſeſſis, niſi ipſa quoque prædia priuilegio expreſſo a ſolutione eximantur. *i* Exemtionem autē hanc, dat ſolus ſummus Pontifex, nō princeps vel Rex ſecularis. *k* Hicq; & obſeruādum, vt ſi ſint exemti, qui prædia habeant exemta, quandiu ea excolunt, & eadē dederint aliis colenda, debeantur decimæ. *l* Quemadmodum immunes ſeu exemti a ſolutione decimarū, ſoluere eas debēt, ſi aliena prædia colenda ſuſcipiāt. *m* Placuit autem nullos monachos ſeu viros ſub regula & in aliquo cœnobio viuentes, teneri ad ſolutionem decimarum ex hortis, *n* vel ex animalibus nutritis, vel de noualibus, quæ propriis excolunt manibus, quod & ad fratres Prædicatorii, & ſancti Franciſci ordinis extenditur. *o* Placuit etiam nihilominus, conceſſum priuilegium de non ſoluendis decimis, non extendi ad conuentionem antea factam præcedentem priuilegiū, de ſoluendis illis. *p* Quemadmodum & illud ipſum priuilegium non erit extendendū in poſterum ad alia poſſeſſa, ſi illud incipiat Eccleſiis parochialibus eſſe damnoſum. *q*

### SCHOLIA.

a *Cap. a nobis, 24. cap. aliquibus 32. de decimis. Iubetur indefinite ſolui decimas ab omnibus. can. omnes decimæ 16. quæſtio. 7. & ſine diſtinctione poſſidentium prædia. cap. tua, in 2. de decimis, Sic monachi ſoluunt ex prædiis poſſeſſis, in can. cunctis fidelibus 16. quæſtio. 1. & de noue cultis cap. commiſſum 4. de decimis, cap. 1. §. fin.*

*eodem titulo, in Sex. Et eccleſia de prædiis in dotem datis, ſoluit curioni parochiæ, niſi ea ſint modica Gloſſa. in cap. 1. & ca. nuper, de cenſibus.*

b *cap. de terris, de decimis.*

c *cap. ſecundo, de Eccleſ. ædifican.*

d *can. generaliter 16. q. 1.*

e *Qui viuunt ex laboribus ſuis, pauperes dicuntur. ca. quod ſuper, & ibi Panorm. de Voto. l. ſi conſtante, ſoluto matrimon. P. Soluent tamen cõnentibus clericorum ordinis ſui. cap. 1. §. fin. de verbor. ſignifica. in Sext. An autem clerici teneantur ſoluere decimas perſonales. vide Panom. ad ca. 2. de decimis.*

f *Quid ſit nouale, explicatur in capit. quid per nouale 21. de verb. ſignifi. vbi in cauſa exemtionis præſtationis decimæ ex noualibus, ſingulariter dicitur, intelligendum eſſe per nouale, tantum agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non exſtat memoria, quod aliquãdo cultus fuerit. Ita ſeparatur noualis ſignificatio ab ea, quæ iure ciuili datur, vt ſit etiam terra præciſa, quæ anno ceſſat. l. ſylua cædua 30. §. noualis, de verbor. ſignific. P. vel ſylua, quæ arboribus exſtirpatis, ad cultum redigitur. per l. fin. §. penult. de termi. mot. P. Propriè etiam videtur terra nuper primum proſciſſa, nouale dici, προλμηθεῖσα terra, vt apud auctores de limitibus agrorũ, & Seruium, in 1. Georg. Virgilii.*

g *cap. penult. de decimis.*

h *cap. dudum 31. de decimis.*

i *capit. 2. §. Diœceſani. de decimis, in Sext. quod priuilegium ſeu præſcriptio, non ſoluendi, amittitur ſolutione ſine proteſtatione, etiam ſemel facta, ca. accedentibus. ca. ſi de terra, de priuileg. vide quæ dixi, libr. ſecundo Syntagmatis iuris. capit. 24. numer. 9. & 10.*

k *cap. tua 25. & cap. dudum, 31. de decimis. vide Rebuffum. tract. de decimis. quæſt. 5. num. 28. 29. & 30.*

l *cap. licet, de benignitate 11. de decimis.*

m *cap. dilecti 8. de decimis.*

n *cap. ex parte, de decimis.*

o *cap. nimis praua, de exceſſibus prælato.*

p *ca. ex multiplici 3. de decimis.*

q *cap. ſuggeſtum 9. de decimis.*

## Cap. IIII.

### *De modo & quantitate decimarum ſoluendarum.*

IVre communi omnium frugum integra decima nouum partibus relictis, & ſtatim frugibus collectis debetur, *a* antequam tributorum vel cenſuũ prædialium fiant exactiones. *b* Nullaque facta prius deductione expenſarum factarum in ſeruos ſeu mercenarios pro agris colendis, aut pro colligendis fructibus, ſeu lucris. *c* Quamquam circa res acquiſitas vel factas, de pecunia decimata, cum ipſæ venduntur, deducantur expenſæ, & de reſiduo, quaſi de lucro decimæ ſoluantur, vt ſi vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut aliæ merces. *d* Obſeruandum tamen in ſolutione decimarum, num aliqua ſit conſuetudo, ſiue agatur de quota decimarum, ſiue de modo ſoluendi, ſiue de rebus, quæ debent decimam iure diuino, nam ea erit ſequenda. *e*

#### Scholia.

a *ca. commiſſum. & c. cum homines 7. & ca. de decimis. Leuit. 23.*

b *cap. cum non ſit 33. de decimis.*

c *dict. cap. cum homines 7. & cap. non eſt 22. §. final. cap. paſtoralis 28. cap. tua nobis 31. de decimis.*

d *dict. cap. paſtoralis. de decimis.*

e *cap. veniens, de tranſactio. capit. nuper de decimis. vide Rebuff. tractat. de decimis. quæſtio. 13. num. 44. & 50. & 51. & Panorm. ad dict. cap. cum homines. de decimis, Boetium ad §. 12. de conſuetudine prædior. in conſuetud. Byturig. Hoſtienſ. ad cap. a nobis: & cap. non eſt, de decimis, & quæ nos diximus, libr. 2. Syntagma. iur. capit. 26. quæ omnia vera ſunt, ſiue agatur de prædialibus ſiue de perſonalibus, de decimis: nam in omnibus cõſuetudo ſequenda, vide Panormitanum. in cap. in aliquibus, alias in quibuſdam, de decimis.*



## Capvt V.

### *Quibus ſoluendæ ſunt decimæ.*

DEcimæ Deo debentur & ſoluuntur. *a* Quamobrem ſacerdotibus, quibus portio domini communicata eſt, dantur; *b* etiam ſi mali ſint, *c* non laicis, qui omnino incapaces ſunt poſſeſſionis, ſeu quaſi poſſeſſionis iuris decimarum, quamuis ſint principes. *d* Ex iure communi debentur Eccleſiis parochialibus ſeu baptiſmalibus, ſub quarum finibus res vel perſonæ, quæ debent, ſunt. *e* Ita prædiales, Eccleſiæ ſub cuius parochia erunt, ſunt ſoluendæ, *f* niſi ſolutionem alia Eccleſia contra illam legitime ſibi præſcripſerit: *g* aut niſi contraria ſit conſuetudo. *h* Saluis tamen remanentibus parochiarum finibus, qui præſcribi nequeunt, vt neq; fines diœceſeon, ſi de eorum diſtinctione conſtet. *i* Quod ſi in vna eccleſia duo ſint curiones, quorum vnus dicitur prior, alter rector perpetuus, decimæ dantur curioni præcipuo ſeu priori, reſeruata congrua penſione vicario perpetuo ſeu rectori. *k* Poſſet & ius decimarum ad alias eccleſias quam parochiales pertinere ex conceſſione Epiſcopi. *l* Perſonales decimæ quoque debentur eccleſiis baptiſmalibus eorum locorum, in quibus quis degit, vel percipit ſacramẽta. *m* Mixtæ animalium decimæ, debentur ei parochiæ, in cuius territorio paſcuntur, & conceperint, *n* quod ſi in territorio vnius parochiæ paſcantur hyeme, & æſtate in territorio alterius, diuidentur inter illas decimæ. *o* Fuerunt ſolutæ decimæ eccleſiis, aliquando diuiſæ inter Epiſcopum, clericos, pauperes, & fabricam. *p* Quorum portiones aliquando maiores, aliquando minores fuerunt *q* ſecundum conſuetudinem locorum, *r* quemadmodum & poſtea conſuetudo alicubi diuiſiones illas ſuſtulit, & reduxit illas ad proprias eccleſias, *s* quibus etiam eſt data actio petendi decimas contra denegantes ſolutionem, *t* vltra cenſuram eccleſiaſticam, quam & in eo ferre poſſunt. *v* Laicis autem ius decimarum denegatum eſt, iure cõmuni. *x* Quare nec decimas eodem iure ſine peccato poſſunt percipere, vel quaſi poſſidere ius, *y* aut præſcribere. *z* Et ſi qua perſona eccleſiaſtica, hoc ius perſonis laicis conceſſerit, tanquam arbor, quæ perperam terram occupet, erit ab eccleſia ſuccidenda. *aa* Niſi poſſederint decimas a tempore, quod præceſſerit Concilium Lateranenſe, in quo iam poſſeſſæ antea a laicis, illis permiſſæ: in poſterum autem prohibitæ omnino. *bb*

#### Scholia.

a *cap. tua nobis 26. de decimis, cum ſimil.*

b *cap. quamuis graue 17. cap. non eſt in poteſtate 22. de decimis.*

c *dict. cap. tua nobis 26. de decimis.*

d *can. ſi quis laicus 16. quæſt. prima, can. 1. & 2. 16. q. 7. c. prohibemus 19. capit. ad hæc 15. de decimis.*

e *can. Eccleſias 13. quæſtio. prima. can. de decimis 16. quæſt. 5. cap. paſtoralis, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſen. capitu. cap. fin. de Paroch.*

f *capit. cum contingat. capit. cum in tua. capit. ex tranſmiſſa. de decimis. dict. capit. fin. de Paroch. can. ſtatuimus, 16. quæſtion. 1.*

g *Præſcribere enim poteſt eccleſia contra eccleſiam decimas. capit. ad aures, de Præſcript. per 40. annos, cum bona fide, capit. vigilanti, de præſcript. eod. titul. capit. 1. de præſcript. in Sext. cap. 2. de reſtitutione ſpoliat. in Sex.*

h *cum ſint homines, cap. ad Apoſtolicæ, cap. in aliquibus, de decimis.*

i *cap. ſuper eo, penult. de paroch. cap. licet in regulis, can. quicunque. & can. inter memoratos 16. quæſt. 3. Alioquin ſi non inueniantur fines expreſſe diſtincti, poſſunt præſcribi, dd. canonib. & capit. quia indicante Abbate 9. de præſcript.*

k Et ita iudicatum fuiſſe ſcribit Papus.libr. 1.Rhapſo.arreſtor.tit.12.arreſto 7.& 11. A

l can.in ſacris,can.ſtatuimus 16.quæſtio. 1. veluti conceditur monaſteriis. in can.fin. eadem 16.q.1.

m cap.ad Apoſtolicæ 20.de decimis.cap.fin. de paroch.can. quæſt.can.de decimis 16. quæſt.1. Quid ſi quis in vno loco habeat domicilium,& in alio loco ſacramenta accipiat,vide Rebuffum.tracta. de decimis. quæſt.6.nu.8.9.10.11.12.& 13. B

n Gloſſ.in cap.1.§.1.ad verbum paſcit, 13. quæſt.1.

o Gloſſ.ad cap.ad Apoſtolicæ, de decimis, Decima lactis debetur vbi mulgentur animalia:decima caſeorum,vbi caſei fiunt, & ſic ſeruari tradit Rebuffus in tracta.de decimis.q.6.nu.23.Boetius ad §.3.de cõſuetudine prædior. in conſuet. Byturig.

p can.quatuor.ca.de reditibus,can.conceſſo 12.q.2.cum ſimilibus. C

q can.antiquos 10.quæſtio.prima, can.de his,can.decernimus.ca.10.quæſtio.1.ca. 1.de ſepultu.Clement.dudum, eod.tit.apud Clementem.

r in cap.certificari.de ſepultur.

s can.1.& can.priſcis, & can.vnio.11.q.3.

t cap.Parochianos,de decimis,ſicque eccleſia pro decimis vtitur rei vendicatione,ca. moderamine 16.quæſt.1.vel vt aliquib. placet,actione perſonali, & melius. Vide de hac re gloſſam.ad cap.tua nobis, 26.ad verbum,Tributa,de decimis. D

v cap.tua,in 2.cap.peruenit 5.de decimis.

x cap.1.& 2.16.quæſtio.7.can.ſi quis laicus 16. quæſt.1.cap. ad hæc donationem 15. capit.quamuis 6.cap.prohibemus, de decimis.can.peruenit.1.quæſt.3.can.fin. §.quod autem 16.can.Iubemus.§.item decimæ 16.quæ.3.Laici quippe ſunt beneficiorum,quibus adhærent decimæ,incapaces.cap.cum adeo.de reſcript. cap.ex literis.de tranſactio.cap.2.de Inſtitutio.Clement.quia contingit.§.vt autem.de religioſ.domi. E

y dict.cap.peruenit 1.q.3.

z cap.cauſam quæ,de præſcr.ca.1.16.quæ.7. can.fin.16.q.1.

aa cap quamuis 17.de decimis.

bb cap.cum Apoſtolica,7.de his, quæ fiunt a prælat,ſine conſenſu capituli.cap.tua.in §.final.de decimis.vide quæ diximus.libr. 2.Syntagm.Iuris.capit.25.vbi inuenies quatenus & quare Concilio Lateranenſi permiſſæ fuerint laicis perceptiones decimarum eccleſiaſticarum. Loquitur autem Concilium Lateranenſe, de infeudatione decimarum facta laico, vt aliquid inde præſtaretur eccleſiis. Quod tamen & viſum eſt iniquũ conſilio: nempe vt pars, quæ Deo conſecreta eſt iure diuino, inter prophanos vſus remaneat. Multo magis iniuſtum erit,laicos nullo titulo poſſidere decimas ex tyrannide dominantium, vel violentia vſurpatas primum, & deinceps per corruptelam perceptas forſan, & quod peius ex inundatione prælatorum in laicos translatas, quod eſt & ſacrilegium, cum nec ſanctuarium Dei, iure hæreditario transferri debeat.ca.Apoſtolica 8.q.1.ca. de præbend.cap.ex tranſmiſſa.cap.præſentium,cap.conquerente, de filiis presbyter. cap.conſuluit,de iure patrona. Nec ſemel Deo dicatum,ad vſus prophanos transferri oportet,reg.ſemel Deo dicatum. de reg. iur.in Sex.cum ſimilib.ibi notat. Et certe hinc ſequitur clericorum maxima inopia, dum decimæ a laicis percipiuntur, & Eccleſia Dei doctis deſtituitur præfectis,cum ſubtrahantur ea, quæ ad alimẽta cultumque diuinum erant deſtinata. Hinc etiam orta eſt ad ſolutionem decimarum populi contumacia,cũ vident a temporalibus dominis vſurpari,erroreſq; in fide, occaſione ſumta illinc, innumeri, de quo nihil amplius addam,cum res ipſa per ſe ſit manifeſta,& ſuadeat poſſeſſoribus & principibus iſtius detentionis reparandum eſſe ſtatum, & reddenda Dei Deo, niſi dicamus iram Dei in eo & in eccleſiam ſuã apparere, vt quod non capit Chriſtus,rapiat fiſcus, can. maiores 16.q.7.can.decimæ.6.q.1

Cap.



## Caput VI.

*Cauſæ aliquæ ſolutionis Decimarum.*

SOluuntur decimæ Deo,in ſignum vniuerſalis dominii eius, quo teſtamur omnia,ex quibus decimas ſoluimus ex Dei liberalitate procedere. *a* Item vt viuant ex his, qui cultui diuino in perpetuum dicati ſunt: *b* qui enim altari ſeruiunt, de altari viuere debent; *c* vt non ſit alligandum os boui trituranti. *d* B

### Scholia.

a can.Decimæ,16.quæſt.1.cap.tua nobis,26. de Decimis. Sic & ab Ethnicis, ea ratione ſolutas ſuis idolis & ſacerdotibus docuimus,lib.2.Syntagm.iuris vniuerſ.ca.22. Tributi præſtatio eſt etiam probatio ſubiectionis,cap.omnis anima,2.de Cenſib. lib.3.tit.39.

b Numer.cap.18.verſ.11.2.Paralipom. cap.30.verſ.4.cap.cauſa Carpenſis, de verbor.ſignific. c.quamuis ſit graue, de Decimis.Ideo dicuntur tributa egentium animarum,in cap.tua nobis, 26.de Decimis.In can.Decima,16.quæſt.1.quia debentur clericis egenis & pauperibus. C

c c.cum ſecundum Apoſtolum, de Præbend. cap.cum ſit Romana de Simonia, c.cum ab omni ſpecie mali, 10.de vita & honeſtate clericorum. D

d Ad Galatas,cap.6.Deuteronom.25.Diui Matth.10.Diui Marci 6.Diui Lucæ cap.19.

## DE PECVLIO CLERICORVM.

## *a* Tit. XXVI.

a De hoc habetur libro tertio Decretalium,tit.25. in can.Epiſcopi de Rebus propriis cum 2. ſequentibus 12.qu.1.& quæſt.2.3.& 4.per totam. Eo pertinere,ſaltem ad explicationem,poſſunt tituli Iuris ciuilis de Peculio lib.15.P.tit.2. Et de caſtrenſi peculio, lib.49.P.tit.17.maxime titulus 7.lib.primi C. de Sacroſanct.Eccleſiis, &c. & l.Sacroſancta,C.eod.tit.titulus de Caſtrenſi peculio omnium Palatino.lib.12.C.titul.31.militum & Præfectorum,libro 12.C.titulo 37. E A

## Caput I.

1 *Continuatio.*

2 *Et peculium quid.*

SEd quia incidimus in bona clericorum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum, non prætermittemus de peculio earum quædam adiicere. 1

Peculium dictum eſt,quaſi puſilla quædam pecunia,ſiue patrimonium puſillum: *a* quare illud maxime conuenit clericis. *b* Quibus non debet eſſe abundans patrimonium, quia & illis omnibus, maxime autem,qui expreſſe renuntiarunt temporalibus, *c* dictum eſt. *Nolite theſaurizare:* *d* Et alibi,*habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus.* e 2 B

### Scholia.

a L.depoſiti 5.§.peculium,de Pecul.lib.15. P.tit.1.Peculium quod præſidii cauſa ſepararetur,l.ſi chorus,79.de Leg.3.quod ex eo Florentinus Iuriſconſult.conſiſtere dixit,quod parſimonia ſua quis parauit, vel officio meruerit ab aliquo ſibi donari,l.Peculium,39.de Pecul.P.Inde peculium filii familias, quod ſeorſum a facultatibus patris habet, & peculiũ ſerui, quod ſeruus habet ſeparatũ a rationibus Domini, permiſſu eius, dicta l.depoſiti,§.fin.de Pecul. Extra quas etiam perſonas, alii peculium habere dicuntur, qui puſillum aliquid ſibi quæſiuerint.Pecunia quippe vnde peculiũ, rem ſeu patrimonium ſignificat, l.pecuniæ, de verb.ſignificat.P.peculium a pecunia, & pecunia a pecudibus: quia olim primum æs ouis & bouis effigie a Seruio Rege Romanorum ſignatum, vt ait Varro,lib.2.Re ruſtica.& lib.4.de lingua Latina.Plinius lib.18.cap.3.Feſtus in verbo pecuniam. & peculium ſeruorum, idem Feſtus teſtatur a pecore dictum. Ratione acquiſitionis in iure ciuili,peculium quadruplex dicitur,profectitiũ, aduentitium, C D E

*caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe. Profectitium quod proficiſcitur a patre vel domino filiofamilias vel ſeruo datum. l. profectitia, de Iure dotium, P. l. depoſiti, §. fin. de pecul. P. Aduentitiũ, quod aliunde quam a patre vel eius occaſione filiofamilias quæritur, vel ex propriis laboribus, vel ſucceſſione, vel contractu, vt in l. cum oportet, 6. & l. fin. C. de bonis quæ liber. lib. 6. C. tit. 66. l. penul. C. qui teſta. facer. poſſ. cum ſimil. Caſtrenſe, quod a parentibus vel cognatis in militia degenti filiofamilias, donatum eſt, vel quod aliunde ipſe ſibi filiusfamilias occaſione militiæ ſibi acquiſiuit, quod non fuiſſet quæſiturus, niſi militaſſet, leg. caſtrenſe, 4. & 11. de caſtrenſi pecu. P. Quaſi caſtrenſe eſt, quod filiusfamilias ex publico munere, vel functione publica, vt aduocati, acquiſiuit. Nam & hi militari videntur aduocati, qui induſtria & lingua defendant oppreſſos, l. Aduocati, 14. de Aduoca. diuerſor. iudiciorum, lib. 2. C. tit. 7. Diſtinctio caſtrenſis & quaſi caſtrenſis peculii ab aliis illa maxima, quod in iſtis quæſita ſunt in plena diſpoſitione filiorumfamilias, vt nihil patri quemadmodum ex aliis, quæratur, nec illa communicentur fratribus, l. 4. de Caſtrenſ. pecul. l. fin. de Collat. bonor. P. l. certum, C. Familiæ Herciſc. Lege Leonina viris reuerendiſſimis Epiſcopis, presbyteris, & diaconis, permiſſum fuit peculium habere quaſi caſtrenſe, & ſibi acquirere non patribus vel auo, in quorum fuerint poteſtate, & vt poſſent de eo libere diſponere, l. Sacroſanctæ, 34. & l. cum Leonina, 50. de Epiſc. & cler. ſeruata tamen legitima patri vel auo, Nouella 125. cap. 9. ideo & titulus de Peculio clericorum, lib. 3. tit. 25. exſtat.*

b *Clerici enim dicti, quaſi in partem ſeu ſortem domini vocati, can. Cleros, 21. diſtin. can. Clericus, 12. quæſt. 1. cap. cum ſecundum Apoſt. de Præbend.*

c *Idcirco clericis tonſura capillorum fit, quæ corona dicitur, quaque reges dicuntur, taleſq; qui ſe & alios regere poſſint. Deraſio porro capillorum demonſtrat Symbolo depoſitionem temporalium, quæ reliquerunt, cum ſine proprio, victu & veſtitu contenti eſſe debeant, can. prohibete, 23. diſtinct. melius in can. duo ſunt genera, 12. quæſt. 1. vbi & gloſ. ad verbum depoſitio, ait, capillos paucos qui corona ſeu raſione facta relinquuntur, ſignificare, quod debeant quædam exigua retinere ad vitæ tantum ſuſtentationem.*

d *Diui Matthæi, cap. 6. verſ. 19.*

e *Prima ad Corinth. verſ. 8. Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.*

## Capvt II.

*Quotuplex peculium Clerici.*

CLerici peculium duplicis generis habere poſſunt, vel ex bonis Eccleſiæ, ſeu occaſione Eccleſiæ quæſitum, vel aliunde. *a* Si nihil proprii habuerit preſbyter, aut ſui patrimonii, quando promotus eſt ad eccleſiaſticum ordinem, & poſtea emerit prædia, ea eccleſiæ eſſe debent. *b* Et quicquid vel ſuo vel alieno nomine de redditibus, oblationibus, vel votis Eccleſiæ contingentibus emerit, *c* & alia, quæ occaſione eccleſiæ acquiſiuerit, id eſt, quæ aliter non acquiſiuiſſet, niſi fuiſſet eccleſiæ præpoſitus; nam & ea eccleſiæ propria cenſentur. *d* Acquirere vero poteſt clericus alia, aliunde quam ex eccleſia, vel occaſione eius, veluti per paternam vel cognatorum ab inteſtato decedentium ſucceſſionem, vel ex teſtamento donationeve alterius, vel labore proprio, de quibus libere diſponit. *e* De fructibus autem beneficii collecta, num ad proprium & liberum peculium pertineant beneficiati, controuerſia videtur eſſe, ob quandam vſurpatam conſuetudinem, per quam quidam putant beneficiatos facere poſſe fructus ſuos perceptos, & illos ad quoſcunque vt alia patrimonialia, transferre iure donationis vel teſtamenti. Verum tutius erit pro conſcientia



entia quieta & ſyncera beneficiari, iuxta iuris præſcripta, inde percepta tanquam ſua aut propria non exiſtimare, neque eadem in alias perſonas quam pauperes, & ad vtilitatem Eccleſiæ ſuæ, diſpenſare. Cum vere ſit magis procurator & diſpenſator, & vſuarius bonorum Eccleſiæ ſuæ, quam proprietarius, aut vſufructuarius. *f*

### Scholia.

a *Eoque modo diſtinguitur in cap. quia nos, 9. & c. 1. de Teſtam. lib. 3. tit. 26. & in c. 1. de Succeſſionibus ab inteſt. eod. lib. tit. 27. in cap. 1. & 3. de Pecul. cleri. in Authent. dicentium, C. de Epiſc. & cleric.*

b *Dicto ca. 1. & 13. de Pecu. cler. li. 3. tit. 25. ca. placuit, 12. quæſt. 13. cap. cum in officiis, 7. de Teſtam. Quia præſumuntur de bonis Eccleſiæ quæſita, quemadmodum mulier vxor aliquid acquirens, præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſſe, & ideo mariti ſunt. l. Quintus Mutius, de Donatio inter vir. & vxor. P. l. etiam, C. eod. tit. 1. Aduerſus tamen hanc præſumtionem, veritatis contrariæ admitteretur probatio. can. ſint manifeſtæ, 2. quæſt. 1. can. 1. & 2. 12. quæſt. 4.*

c *cap. inquirendum, de Peculio clericorum.*

d *cap. quia nos, cap. relatum, c. requiſiſti, de Teſtam. can. Pontifices, 2. q. 3.*

e *c. quia nos, de Teſtam. c. 1. de Succeſſ. ab inteſt.*

f *Hoc ipſum alibi nos diſputauimus, lib. 42. Syntagm. iuris vniuerſi cap. 7. & proxime diximus, bona occaſione eccleſiæ acquiſita, iure pertinere ad eccleſiam. Vnde ſequitur, vt neq; de his diſponere poſſit, quia de alienis nemo diſponit, tit. de Reb. alien. non alien. C. l. nemo exterus, de Iudæis. C. nemo enim dare poteſt quod non habet. l. traditio, de acq. rerum domin. P. l. nemo plus iuris, de Regul. iur. P. l. ſi vniuerſa, C. de leg. Quare non poterit præpoſitus Eccleſiæ, de bonis eius diſponere, aliter quam ſecundum vſum deſtinatum rebus, cap. 1. & ca. & quia nos, de Teſtam. can. multi fixum, 12. q. 5. can. fin. 12. q. 1. Et ita Panorm. ad c. 1. & fin. de Pecul. cler. tenet, clericos bonorum Eccleſiaſticorum eſſe tãtum vſuarios, non vſufructuarios, & ideo non facere fructus ſuos exemplo vſuariorũ, niſi quatenus in eorum neceſſitates proprias expediant. §. 1. de vſu & habitatio. l. 1. & 2. eo. tit. P. Scio diſtinctiones gloſſ. in c. propoſuit ad verbum reſeruari, de offic. ordin. in Sex. & quomodo ſe tueantur ex conſuetudine vt dicitur generali, qui diſſipant bona Eccleſiæ, & transferunt in vſus extraneorum ab eccleſia & proximiorum. Cæterum ipſi qui tam peſſime prophanant ex prætextu opes eccleſiæ, viderint cum ſua conſuetudine, quomodo poterunt ſe expedire a iudicio Dei, cuius eſt patrimonium quod edunt & diſſipant, cap. cum ex eo, de elatio. in Sex. Non enim quid fiat ex conſuetudine, ſed quid fieri debet conſiderandum eſt. can. gloria Epiſcopi, 12. q. 2. cap. cum cauſam, de Electio. l. ſed licet, de offic. præſid. P. Neque enim factum vſurpatũ, præſcriptionẽ inducit. can. illud, 93. diſt. can. licet, 16. q. 3. nec in talibus, vllus annorum poteſt eſſe præſidio vel defenſioni numerus, can. quod Deo, 33. quæſt. quinta, per rationem, cap. fin. de Conſuetu. Bona Eccleſiæ & fructus beneficii dicuntur, nõ prælati, qui adminiſtrator vel diſpenſator, nõ dominus eſt. Sed ne hic inſtitutionum breuium modum prætergrediar, videbis, quæ ad prohibitionem libere diſponendi de fructibus perceptis a beneficiis tanquam de propriis, tractata apud Panormitanum in repetitione capitis, cum eſſes, de Teſt. Rotam. Deciſ. 86. in nouis, Barbatiam in tractatu de præſtãtia Cardinalium, parte, 1. quæ. 3. Diuum Thomã 2. 2. q. 185. art. 7. Archidia. ad c. ſtatutũ, de Reſcrip. in Sex. vbi & expreſſe tradit, clericos nõ facere fructus ſuos beneficii, qui ſuperſunt deductis expenſis, & allegat cano. 1. 12. q. 3. quem etiã in eodem intellectu notauit Bartholomæus Brixienſis, nã quæ ſuperſunt debẽt pauperibus clerici erogare. Sicq; acquiſita Eccleſiæ ſunt.*

*pro ea prouiſione reſeruata, ca. epiſcopi, de* A *rebus, 12. q. 1. & proinde ſunt vſuarii. Fatetur autem clericos, habito reſpectu poteſtatis diſpenſandi, hos fructus facere ſuos, vt ipſi ſoli poſſint diſpenſare, non alii: ſed tanquam procuratores, id eſt ſuæ diſpenſationis, non tanquam Dominos. ca. clericos, 12 q. 1. Addere autem non erit valde oneroſum, quæ tradit D. Hieronymus ad cap. 5. prioris epiſtolæ ad Timotheum, relata in cano. viduas, 5. & ſeq. clericos 1. q. 2. adde* B *& ca. fin. §. clericos 16. q. 1. Concilium Aquiſgranum c. 107. relatum, in can. ſiquis propter hoc, & ſequent. 1. quæſt. 2.*

## Capvt III.

*Vnde peculium ſibi parare poſſint clerici.*

NOn eſt itaque improbatum vel prohibitum clericis ſecularibus, qui non ſunt profeſſi votum paupertatis, aliunde quam ex Eccleſia acquirere, dummodo ex C licita cauſa & honeſto negotio lucrum procedat. *a* Ex inhoneſto & illicito contra. Quicquid autem homo plus iuſto appetit, turpe lucrum eſt. *b* Quare & clericis inhibitum, ne conductores aut curatores ſecularium rerum ſint. *c* Neue procuratores perſonarum ſecularium pecuniarum cauſa fiant. *d* Ne cauſa lucri, negotientur. *e* Ne tabellionatus officium in ſacris ordinibus conſtituti gerant, *f* ne præponantur D ruptariis, baliſtariis, *g* aut ſimilibus viris ſanguinum. Ne diaconus, ſubdiaconus aut preſbyter, vllam Chirurgiæ partem exerceat, quæ aduſtionem vel inciſionem inducit. *h* Ne ioculatoris vel hiſtrionis artem exerceant, *i* aut carnificum ſeu laniorum vel tabernariorum, *k* aut alia inhoneſta officia. *l* Ex quibus omnibus & ſimilibus prohibitis, clericis acquiſita, non cenſentur nec merentur habere titulum E aut nomen peculii clericalis, cum magis ad cõtumeliam quam honorem Eccleſiæ pertineant. Ideo & clerici ob ea vetita officia & lucra inhoneſte quæſita a priuilegio & gradu clericali repelluntur, & deiiciuntur. *m*

### Scholia.

a *in Conſilio 4. Carthaginenſi, c. 49. 52. & aliis, vnde ſumti can. 3. clericus victum, & 4. clericus quantum libet, 93. diſt. & in princip. eiuſdem diſtinctionis permittitur clerico, poſt penſum diuini officii ſolutum, ex honeſto artificio victum ſibi parare.*

b *c. 1. ne cleri. vel mona. ſeculari negot. ſe immiſcean. lib. 3. tit. 50.*

B c *dicto c. 1. & c. ſecundum inſtituta, ne cleri. vel mona. can. 1. decreuit 88. diſt. can. 1. 2. 3. & 4. 21. q. 3. Scriptum enim eſt, nemo Deo militans implicat ſe negotiis ſecularibus, 2. ad Timothe. c. 2. Neque enim inferior nobilitas militiæ debitæ Deo omnipotenti, militiæ ſeculari, in qua nobiles ab huiuſmodi lucris popularibus & vilibus, abſtinere iubentur, ne militiæ diligentiam & defenſionem reipublicæ ſegnius, illis intenti, exſequantur. in l. milites noſtros, 31. & l. final. de loc. lib. 4. C. tit. 65. l. ſi ignorans, 50. loca. P. lib. 19. tit. 2. l. milites agrum, 15. de re milita. lib. 49. titu. 16. nouella 116. l. nobiliores, 3. de Commer. & merca. lib. 4. C. tit. 6.*

d *ſacerdotibus, 2. & c. ſed nec 4. ne cleric. vel monach.*

e *c. ſecundum inſtituta, §. ne cleri. vel mona. ca. negotiatorem. 9. cum 5. ſequentibus 88. diſt. c. fi. de vita & honeſta. cleric. vbi & ponitur pœna.*

f *c. ſicut te accepimus, 8. ne cle. vel monach. Poſſunt autem clerici illi, ſecundum Gofredum eſſe notarii Papæ, ca. quidam. 5. q. 1. & epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, c. 1. de Symo. non inter laicos.*

g *c. ſententiam ſanguinis, 9. ne cleri, vel mona.* Ruptarii *dici poſſint, qui impetum faciunt in acie, vel machinas bellicas ad muros vel alia rumpenda ſeu frangenda dirigunt, vt balliſtarii, qui olim impetu magnarum machinarum in arcum tẽſarum ſaxa & lapides magnos aut iacula torquebant & iaculabantur, de quibus Vitruuius lib. 10. c. 16. Vegetius lib. 2. c. 10. Deſcripſit*



*ſcripſit & Balliſtæ formã Amianus Marcellinus lib. 23. arcus minores erant balliſtæ manu intenſi, ſic & balliſtarii & arcuarii intenſi in l. fin. de iure immunita. lib. 50. P. tit. 6. balliſta habet fuſtem intermedium, in quo extenditur arcus, arcus ſine illo fuſte eſt. Prohibetur ars balliſtariorũ contra Chriſtianos, in c. vni. de ſagittariis lib. 5.*

h *dicto cap. ſententiam ſanguinibus ne cleri. vel monach. Eccleſia enim & eius clerici, alieni eſſe debent ab omni crudelitate &* B *effuſione ſanguinis, & tantum abeſt, ne poſſint præfici fundentibus, vt neque ipſi iuſtæ ſententiæ mortis vel fuſionis vel abſciſſioni membri intereſſe debeant, vel conſentire, vel ſubſcribere. dict. c. ſententiam, c. clericis, ne cleri. vel mona. ſecula. nego. ſe immiſce. c. ex clericis, de exceſſib. prælator. c. in Archiepiſcopatu, de Raptor. imo, nec dare de fundendo, etiam ſi fundendus ſit, conſilium. can. illud. 23. quæſt. 4.*

C

i *c. 1. de vita & honeſta. cler. in Sex. lib. 3. titu. 1. c. cum decorem, 12. eo. tit. apud Gregorium.*

k *Clem. fi. de vita & honeſta. clerico. lib. 3. Clement. titul. 1.*

l *c. clerici officia, 15. de vita & honeſta. cleri.*

m *vt liquet ex c. 1. de vita & honeſt. cler. in Sext. & in Clemẽtinis & aliis iuribus proxime citatis c. ex literis, de exceſſib. prælat. cap. clericis, ne clerici. vel monach.*

D

## Capvt IIII.

*Quorum clericorum peculium dici poſſit.*

CÆterum non omnes clerici peculium habere poſſunt, cuius modi illi, qui monaſticam regulam in monaſteriis profeſſi ſunt. *a* Siquidem in illa profeſſione tria vota expreſſe emittunt & profitentur, ſe ſeruaturos in perpetuum caſtitatem, obedientiam, & paupertatem. *b* Poſſunt E tamen ex licentia prælati ſui, habere adminiſtrationem peculii; nempe vel ad vtilitatem monaſterii, vel ad ſeipſos alendos. *c* Alioquin monachus proprium habens, ſi non renunciauerit proprietati ante mor- A tem, ſepultura priuatur: *d* etiam ſi ſit canonicus regularis, *e* quemadmodum & talis dum viuit, ex monaſterio eſt eiiciendus. *f*

### Scholia.

a *c. monachi, 2. & ibi Panor. de Stat. monach. lib. 3. tit. 31. neque enim proprium habere poſſunt, ca. non dicatis, 12. q. 1. ca. 1. 18. q. 1. ca. monacho, 27. q. 1.*

b *c. cum ad monaſterium, 6. de Stat. mona.* B *clem. exiui, de verbor. ſignif.*

c *c. inſinuante, qui cleri. vel vouentes, &c. Quicquid lucratur monachus etiam apoſtata, monaſterio acquirit, ca. abbates, 18. q. 2. l. Deo nobis, & authen. ingreſſi, C. de epiſ. & cler. Sic ſucceſſiones, quæ monachis Apoſtatis accidunt, relinquuntur vt quæſitæ monaſterio, nouella 123. c. 41. l. vt non liceat parentibus, hodie excuſſa, num. 55. §. fi. de epiſcop. & cleri. Et quamuis etiam* C *vetante monaſterio, monachus acquirat ſecundum Innocentium, per l. etiam, de acquir. rerum dom. P. attamẽ, ſi monachus fuerit eiectus a monaſterio, ei non acquiret, nec vlli. Et exiſtimat Innocentius, cum eo contractum factum non valere, niſi dicamus eſſe tunc illud quæſitum epiſcopo, a cuius iuriſdictione nõ eſt abſolutus, vt refert Summa Roſella, in verbo religio. 1. numero 1. Innocentium aliquando ſenſiſſe.* D *Ego tamen potius arbitrarer quæſitum principi ſeculari, vt tituli, de bonis vacantib. lib. 10. C. tit. 10.*

d *dicto c. cum ad monaſterium, & c. 2. & cap. ſuper quodam, 4. de Statu monacho. Et ſepeliri talis monachus proprietarius in ſterquilinio iubetur, in dicto c. cum ad monaſterium.*

e *dicto cap. ſuper quodam de Sta. monach.*

f *dicto c. cum ad monaſterium. de Stat. mon.*

E

## Capvt V.

*Effectus diſtinctionis peculii clericorum.*

VTilitas & effectus diſtinctionis peculii clericalis erit, vel maxime in eo, vt clerici de his, quæ intuitu propriæ perſonæ 1

ex bonis paternis vel aliorum ſucceſſione, A
aut artificio proprio, vel donatione aliquorum, adepti ſunt non habito reſpectu ad Eccleſiam ſuam, poſſint libere diſponere: de illis autem, quæ ex Eccleſia vel occaſione Eccleſiæ poſſeſſæ ab aliis perceperunt, non poſſint libere teſtari. Sed Eccleſiæ teneantur relinquere. *a* Quare nec canonicus habens præbendam diſtinctam in Eccleſia, cum talis dicatur habere admiſtrationem, non poterit etiam iure teſta- B
ri de fructibus perceptis ex illa præbenda, *b* poterit tamen, dum viuit, intuitu eleemoſynæ de his donare. *c* Poſſet & quis tantum de bonis Eccleſiæ legare, quantum ei contulerit. *d* Eſt & alius effectus peculii, vt conueniat eos Eccleſiæ bonis ſuſtentari, quibus non ſunt propria bona, alias non: quibus propria & parentum ſufficiunt. Nam ii, ſi bona Eccleſiæ accipiunt, iudicium ſibi manducant, & bibunt, & ſa- C
crilegium committunt. *e*

### Scholia.

a *c. 1. c. quia nos, 9. c. relatum, 2. §. cæterum, c. requiſiſti, 15. §. illud, de teſtamen. ca. 1. & 2. 12. q. 1. c. 1. & 3. de pecul. cleric. c. 1. de ſucceſſ. ab inteſta. authen. licentiam, & l. Sacroſancta, de epiſco. & cleric. nouella 131. cap. 17.*

b *dicto c. relatum, 12. de Teſtam. Innoc. in c.* D
*nouum genus, de decimis, vide Chaſſaneum ad §. 5. ad verba,* & au regard des biens meubles, *num.* 29. des ſucceſſions des baſtards, *in conſuetudinib. Burgund. Dico porro, ipſo iure non poſſe teſtari, vt excludam conſuetudinem, de qua in gloſ. ad c. ſi. de offi. ordina. in Sex. Infertur autem, quod ſi canonicus habeat diſtributiones quotidianas, tantum quæ dantur pro* E
*ſtipendio perſonali pro ſingulis horis, quod de illius quæſitis poteſt teſtari, tanquam de quæſitis pro labore diurno, vt in c. 1. de cleric. non reſident. in Sex. ſicut & mercenarius poteſt diſponere de his, quæ illi data ſunt pro ſtipendiis & labore in Eccleſiam collato. diſt. 1. c. quia nos, & c. relatum, de Teſt. quia hæc dantur principaliter, non ratione Eccleſiæ, ſed ratione ſeruitii perſonalis, idipſum dicitur de his quæ lucratur presbyter pro miſſis dicendis, quæ pro ſeruitio perſonali videtur acquiſiuiſſe. Panor. ad c. cum in officiis, de Teſtamen. Contrarium in rectore etiam Eccleſiæ ſeu curione, qui nec reditus, nec oblationes, nec vota prætextu Eccleſiæ facit ſua propria, ſed omnia cedunt in vtilitatem Eccleſiæ, ſecundum Panor. ad c. inquirendum de peculio. cleric.*

c *c. ad hoc, de Teſtamentis.*

d *ca. ſiquis qualibet, 12. q. 2. ſi epiſcopus, 12. quæſt. 5.*

e *ſunt verba diui Hieronymi in c. 5. prioris epiſtolæ ad Timotheum, relata in ca. clericos autem, 6. 1. q. 2. Iunge ca. paſtor Eccleſiæ. 7. & ca. ſiquis propter hoc eadem 1. q. 2. & can. illi qui, 12. q. 1.*

## DE PRÆBENDIS SEV BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

## *a* Tit. XXVII.

a *Agitur de beneficiis titulo de Præbendis lib. 3. Decret. tit. 5. & in Sexto Decret. lib. 3. tit 4. & lib. 2. Clem. tit. 2. & in Extraua. eo pertinet titulus vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur lib. 3. tit. 12. in Decretalibus Gregorii nouella Iuſtinia. 3. vt determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, & cæterarum Eccleſiarum Conſtantinopolitanarum. De menſura ordinandorum clericorum Nouella. 16.*

### Caput I.

1 *Continuatio.*
2 *Quidue beneficium Eccleſiaſticum.*

Beneficium Eccleſiaſticum, *a* ex cultu diuino & bonis temporalibus conſtãs, 1
*b* inter iura & res Eccleſiæ annumeratur. *c* Et hoc etiam vocatur, ſacerdotium, *d* Eccleſiæ *e* ſanctuarium. *f*
Definitio eius erit, beneficium Eccle- 2
ſiaſticum,



ſiaſticum, eſt diſtincta, & ſpiritali muneri A
coniuncta, *h* iurium Eccleſiaſticarum portio, certis ædibus ſacris *i* in hoc aſſignata, vt perpetuo, *k* per clericos, *l* ad vitam vtenda, clerico legitime *m* conferatur.

### Scholia.

a *Beneficii nomen, hic ad Eccleſiaſticum reſtringitur, quod alioquin latius patet & pertinet ad profana, quæ liberali largitione quæpiam aliquibus conferunt, vt in l. ſi. de* B
*conſtitutioni. princ. P. generaliter enim beneficium ex Seneca definitur, in §. 1. in quib. cauſ. feudum amittat. in vſibus feudor. vt ſit, beneuola conceſſio, tribuens gaudium capientibus, capienſque tribuendo in id, quod facit prona voluntate, & ſponte parata. facit cap. 1. de donat. De beneficiis ſeu Sacerdotiis tractarunt ex profeſſo Ioannes de Selua, Eginarius Baro. Ioannes Coraſius, & Franciſcus Ouare-* C
*nus. lib. de San. miniſteriis Eccleſiæ.*

b *ca. ſiquis obiecerit 1. q. 3. ca. nemo, de Conſec. diſt. 1.*

c *ita beneficium dicitur in c. 1. de regul. iur. in Sext. cap. cum in cunctis, §. 3. de Electio.*

d *c. penul. ne præla. vices ſuas. c. 1. de Conceſſio Præbend. Sic & legitur inter Ethnicos fuiſſe templis & ſacerdotibus & cultui diuino illorum aſſignatos certos reditus, quæ* D
*ſacerdotia quoque dicta, vt apud Liuium li. 9. & meminit l. 1. ad legem Iul. de Ambit. P. l. vitricus, 6. de dona. inter vir. & vxor. P. cum ſimil. Frequentius tamen in iure pontificio ſacerdotiũ pro ordine presbyteratus ſine reditibus, vt in c. translato, de Conſtitut. c. nemo, de Elect. in Sex.*

e *c. ſin. ne præla. vices ſuas, & c. tit. de conceſſ. præb. vel Eccleſiæ non vacantis.*

f *c. conſuluit, de iure patronatus.* E

g *niſi enim diſtinctio fiat in præbendis, & aliis beneficiis, nomen beneficii Eccleſiaſtici non obtinent. c. ex parte Agaſtenſis, de conceſſ. præben. quomodo autem fuerint diſtinctæ beneficii partes, vide in can. 1. 13. q. 1.*

h *Duo ſunt, ex quibus conſtat beneficium, nempe officium diuinum, & prouentus, vt homo anima & corpore. ca. ſiquis obiecerit, 1. q. 3. & propter officium dicitur beneficium c. fin. de reſcrp. in Sex. vt priuari mereatur beneficio, qui diuinum non exſequitur officium, c. paſtoralis, de appellat. ca. eos, & ca. ſiquis ſacerdotibus 81. diſt. ca. eos qui poſt diaconatum, 23. diſt. cum ſimilib. & proinde omnis nundinatio ſeu pactio repellitur a legitima poſſeſſione beneficiorum, eo quod beneficia contineant munus ſpiritale, in quo committatur Simonia, dicto ca. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. & per c. fin. de pact. & toto titulo de Simonia. Hinc quoque fit, vt canonicatus diu non poſſit eſſe ſine præbenda, ſeu ſine fructibus. Ex quo enim tempore quis facit officium, non debet carere beneficio. c. relatum, c. dilectus, de præben. c. cum ſuper quæſtione, de conceſſio. præben. Alioquin ſimpliciter canonicus creatus ad effectum obtinendi gratiam præbendæ, donec fuerit præbẽdam conſecutus, non dicitur beneficiatus, Rota Deciſ. 445. de præbend. in nouis. Staphilæus in prima forma gratiarum exſpectatiuarum. Panor. ad c. cum Martinus, de conſtitutio.*

i *ca. Eccleſias, 13. q. 1. ca. nemo, de Conſecr. diſt. 1. Quare beneficium requirit aſſiduitatem beneficiati, ſeu reſidentiam, vt in ea Eccleſia, in qua intitulatus eſt, inſeruiat officio diuino, c. quia nonnulli, c. ex parte, c. conquerente de cleri. non reſidentib. ca. ſanctorum, 70. diſt. cum ſimil. etiam ſi magnum ſit beneficium veluti ſi cardinalitus, c. 2. de cleri. non reſidentib. vel exiguũ, ſeu modicũ, c. ad hæc, de præb. c. quia nõ nulli, & c. quia in tantum, de cler. non reſidenti.*

k *Verbum hic perpetuo intelligitur, id eſt quandiu vixerit is, cui cõfertur beneficiũ ſicut & perpetuũ explicatur in l. 1. pro Socio, P. Quocirca, nec beneficia poſſũt conferri in titulũ ad tẽpus, neq; qui iuſte poſſidẽt, cogi poſſũt ea quãdiu vixerint eiurare, vel cedere. c. vnic. de capel. monac. in Sex.*

Aa 2

*ca.ſatis peruerſum, 56. diſt. ca. præterea,* A
*55. diſt. quanquam is fiat inhabilis ad offi-*
*cium ex cauſa ægritudinis, vel ex alio caſu*
*ſuperueniente ſine culpa ſua. non enim id-*
*eo exuetur ſuo beneficio, ſed aliquando re-*
*cipiet coadiutorem, c. fi. de cleri. ægrot. ca.*
*ſcripſit, ca. quamuis triſte, 7. q. 1. quia nec*
*matrimonium ad tempus contrahi poteſt,*
*c. fi. de conditio. appoſitis. a quo ad matri-*
*monium ſpiritale, receptum eſt argumen-*
*tum. in ca. ſicut vir, 7. q. 1. ca. ſicut 21. q. 2.* B
*c. 2. de translat. epiſc. verbum etiam,* vten-
da, *in finitione adiectum, indicat, ad vitam*
*beneficium concedi. nam morte vſuarii &*
*vſufructuarii exſtingitur vſus & vſusfru-*
*ctus. l. 1. quib. mo. vſusfruct. amittat. c. fi-*
*nitur. de vſufruct. Quod autē beneficiati,*
*ſint beneficiorum vſuarii vel ad ſummum*
*vſufructuarii, iam diximus proximo ſu-*
*periori titulo, de peculio clericorum.*

l *Non poſſunt beneficia Eccleſiaſtica iure cō-* C
*muni, aliis quam clericis dari, ideo non cō-*
*ceduntur laicis, c. 2. de inſtit. c. cum adeo,*
*de reſcrip. c. ex literis, de translat. Ex di-*
*ſpenſatione tamen ſummi Pontificis, poſſet*
*laicus beneficium habere, vt dicunt Inno-*
*centius & Panor. ad c. quanto, de Conſuet.*
*gloſſa in ca. bene quidem, 96. diſt. Ioannes*
*de Selua tracta. de benefici. parte. 1. q. 7.*
*num. 8. Quo caſu opinor, tamen non poſſe*
*laicos ea, quæ clericorum ſunt vſurpare of-* D
*ficia, ſed tantum fructus percipere, & cu-*
*rare debere per alios clericos officia diuina*
*debita beneficio exſequi, vt dicimus quan-*
*do diſpenſatur cum non idoneo ad benefi-*
*cium, in c. licet canon, & c. commiſſa, de*
*Electio. in Sex. c. 2. de æta. & qualita.*

m *legitime, id eſt canonice, iuxta præſcripta*
*iuris canonici, c. 1. de regul. iur. in Sext.*
*non ſimoniace, ſed pure, ſimpliciter, ſine cō-*
*ditione, pactione, aut commodo temporali* E
*accepto. vel dato, loco eius, can. ſi quis da-*
*tor, 1. q. 3. c. ex parte, in 1. de offic. delega. c.*
*conſulere, de Simon. cum ſimilib.*

## Capvt II.

1 *Diuiſiones beneficiorum.*
2 *Et ſubdiuiſiones.*
3 *Et ſuperdiuiſiones.*
4 *Et ſequentibus.*

Beneficiorum Eccleſiaſticorum, alia di- 1
cuntur proprie beneficia, alia impro-
prie. Beneficia proprie, dicuntur ea, quæ
ſigna ſeu qualitates habent, quæ ponun-
tur in finitione beneficii: contra impro-
prie beneficia, ea quæ non habent. *a*

Beneficia proprie rurſum, ſubdiuidun- 2
tur primo loco, in maiora & minora. Ma-
iora ea, quæ maioris ſunt dignitatis, vel
quæ pluribus abundant. Minora, quæ re-
latione facta ad alia maiora, eis ſunt infe-
riora, vel ratione dignitatis, vel ratione re-
dituum. *b* Secundo beneficiorum alia ha-
bent curam animarum ſibi annexam, alia
non habent. *c* Cura autem animarum di-
citur adhærere beneficio, dupliciter. Pri-
mum, quando beneficii præfectus tenetur
certis perſonis nempe parochianis præ-
bere ſacramenta Eccleſiaſtica, proponere
verbum Dei ſeu prædicare, & confeſſio-
nes audire. *d* Dehinc cum cura dicuntur
beneficia, intuitu certæ iuriſdictionis con-
tentioſæ, quæ illis adhæret. *e* Non curata
vel ſine cura, dicuntur ea, quibus illa non
adhærent, ſimplicia dicta, horis canonicis
dicendis tantum obnoxia. *f*

Tertio, beneficiorum alia ſunt regula- 3
ria, alia ſecularia. Regularia ſunt, quæ per
perſonas regulares ſolita ſunt regi & tene-
ri, & quæ non niſi regulam aliquam, cer-
tamue ordinis, profeſſis, vel ex fundatione
vel ex conſuetudine conferri debent in ti-
tulum. Contra ſecularia, quæ per clericos
ſeculares ſolita ſunt teneri, & quæ non niſi
ſecularibus, vel ex fundatione, vel ex præ-
ſcripta conſuetudine conferri debent. *g*
Et ex his tertius beneficiorum modus
mixtus efficitur, commendæ nomine.
Commendata autem hic vocamus bene-
ficia, quæ a Summo pontifice dantur ſecu-
laribus cum regularia ſunt: aut cum ſecula-
ria, dantur regularibus in perpetuum poſ-
ſidenda. *h*

Quarto



4 Quarto † beneficia ſecundum diſtin- A
ctionem Pragmaticæ ſanctionis & con-
cordatorum Gallicorum, dicuntur Quæ-
dam villæ muratæ, ſcilicet oppidorū mu-
ris cinctorum, quæ requirunt ſibi præpo-
ni præfectos ſeu clericos ſaltem gradua-
tos in aliquo iurium: Alia ſunt non villæ
muratæ, quæ & aliis clericis non gradua-
tis, alioquin tamen idoneis, conferri poſ-
ſunt. *i*

5 Quinto, † beneficiorum alia collegia- B
tæ Eccleſiæ, ſeu collegialia, alia ſimplicia,
non collegialia. *k* Collegiata Eccleſia eſt,
in qua tres vel plures clerici ita ordinan-
tur cum auctoritate ſuperioris, vt corpus
vnum faciant, vel collegium, cum vno ſi-
gillo & ſyndico. Non collegiata, in qua v-
nus, tres vel plures non ita ordinantur, aut
quibus eadem non conceduntur. *l* Colle-
giatæ rurſum Eccleſię, vel regulares, vel ſe-
culares ſunt, illæ ſeculares vel abſolute C
collegiatæ, vel capitula, *m* vel cathedrales:
*n* iſtæ vel conuentuales vel cœnobia vel
monaſteria dicuntur, *o* vel regulares Ec-
cleſiæ.

6 Sexto, † diuiduntur beneficia in eá, quę
habent dignitatem, quæ habent perſona-
tum, quæ officiū, quę adminiſtrationem,
quæ præpoſituram. *p* Dignitas in ſpecie
beneficii, *q* dicitur facultas adminiſtrandi
in aliqua Eccleſia cum aliqua iuriſdictio- D
ne. *r* Perſonatus conſiſtit in prærogatiua
ſedis & aliorum ſine iuriſdictione. *s* Offi-
cium, eſt Eccleſiaſticarum rerum admini-
ſtratio ſine iuriſdictione, cuiuſmodi eſt of-
ficium ſacriſtæ, *t* cuſtodis. *v* Et in conuen-
tualibus Eccleſiis, officiū eleemoſynariæ,
cellariæ, ſacriſtiæ, *x* etiam officium ab ef-
ficiendo, obſequium & ſeruitium quod-
dam in Eccleſia honeſtum. *y* Adminiſtra-
tio vero, eſt ſpiritualium & temporalium, E
vt in prælaturis & beneficiis curā anima-
rum habentibus. *z*

## Scholia.

a *vide Panorm. conſil. 47. incipiente illud* A
*quæritur, an in literis, Anchara. ad cap. 1.*
*de reg. iur. in Sext.*

b *cap. penultim. de verb. ſignific. ca. maiori-*
*bus. de præben.*

c *ca. cum ſingula. de præben. in Sext. cap. de*
*multa, eod. tit. apud Gregorium c. cum ſa-*
*tis. de offic. archid.*

d *Clement. dudum. §. verum, de ſepult. ca. de*
*ſepult. apud Greg. ca. 2. de paroch.*

e *vt in c. execrabilis. §. fin. de præben. in Ex-*
*trauag. comm.* B

f *cap. fin. de præbend. apud Greg.*

g *Hinc axioma, regularia beneficia, regula-*
*ribus, ſecularia ſecularibus eſſe conferen-*
*da. c. cum de beneficio. de præbend. in Sex.*
*ca. cum ſingula eo. de præb. in Sex. Clem. 1.*
*de elect. §. volumus. de collatio. in concor.*
*Docebit autem num beneficium ſit regu-*
*lare vel ſeculare ipſa beneficii erectio ſeu*
*fundatio, quando in ea dicitur, vt per re-*
*gulares vel ſeculares regatur. gloſſ. ad §.* C
*idem ordo, ad verbum,* regularibus, *de*
*collatio. in Pragma. ſanctio. Ioannes de Sel-*
*ua. in tracta. de beneficio, in 1. parte. qu. 4.*
*nu. 13. De hinc & contra fundationem,*
*ſi præſcriptio mutauerit natiuam beneficii*
*qualitatem, ſi lapſu 40. annorum ſeculare*
*beneficium fundatione regularibus con-*
*ceſſum fuerit, & ab iis legitime ſeu pacifi-*
*ce poſſeſſum: vel contra, ſi regulare a ſecu-*
*laribus, dict. cap. cum de beneficio. Et Ro-* D
*ta deciſio. 32. incipiente, fuit dubitatum,*
*in nouis. Ioannes Staphileus tractatu de*
*literis gratiæ, forma 8. Cum alioquin iura*
*Eccleſiaſtica præſcribantur per ſpatiū 40.*
*annorum inter perſonas Eccleſiaſticas &*
*Eccleſias. ca. de quarta. de præſcriptio. ca.*
*cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſio. & proprie-*
*ta. Cæterum ſi perſonæ poſſeſſoris beneficii*
*qualitas repugnet qualitati requiſitæ per*
*fundationem, requiritur vt perſona, quæ* E
*alterius eſt qualitatis, habeat titulum, ſci-*
*licet inſtitutionem & bonam fidem, aliter*
*non mutaretur qualitas beneficii in fun-*
*datione definita, neque locus eſſet præſcri-*
*ptioni. ca. vigilanti. de præſcript. quod late*

*explicat Rebuffus ad §. volumus, ad verbum regularia, de collatio. in concorda.*

h *commendata dicuntur data in commendam & non in titulum beneficia, vel ratione qualitatis perſonæ beneficii cui datur, vel beneficii quod datur, cum non poteſt ita concedi ordinario iure per inſtitutionem, ſicque hic commode accipitur. Alio namque modo & in commendam dari dicitur beneficium, quãdo propter incompetentiam beneficiorum, duo beneficia iure communi vnus tenere non poteſt: ideo vnum datur in titulum, aliud commendatur. ca. qui plures 21. q. 1. c. nemo deinceps, de Electio. in Sex. vbi gloſſ. ad verbum* cõmendare, *plura notauit de commenda. Commendantur autem Eccleſiæ dupliciter, aut in vtilitatem commendatarii, aut ad vtilitatem Eccleſiæ. Quando ad vtilitatem Eccleſiæ datur, titulus non datur commendatario beneficii, ſed cuſtodia, a qua remoueri poteſt commendatarius. contra quando datur in vtilitatem perſonæ. Gomes ad regulam cancellariæ de publican. reſigna. qu. 4. & ad regulam, de triennali poſſeſſor. q. 5. glo. ad §. licet, ad verba,* euidenti cauſa, *de electio. in pragma. ſanctio. de commendatariis non beneficiatis, multa nos diximus. lib. 15. Syntagm. c. 38. vide & de commendis beneficiorum Rebuffum. in tract. de pacif. poſſeſſ. nu. 35. 36. & 37. & ſeq. vſque ad 48. vbi late de cõmendis extraordinariis olim ad vitam: & de ordinariis ad ſex menſes.*

i *§. ſtatuimus 2. de collat. in concordia. §. in Eccleſia. de collat. in pragmat. ſanctio. vide quæ diximus. libr. 17. Syntagm. ca. 13. nu. 11. & 12.*

k *Obſeruatur horum differentia. in cap. nobis, de iure patronatus.*

l *c. dilectus, de exceſſib. prælator. requiritur & ſuperioris auctoritas in collegio legitimo & probato conſtituendo. l. 1. de colleg. illeg. In hoc permittitur habere arcam communem, corpus & ſyndicũ, exemplo Reipublicæ, l. 1. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine P. Tres faciunt collegium, capit. primo, de elect. l. Neratius. de verbor. ſignificat. P. inde Capella. Simplex beneficium eſt, in qua duo vel tres ordinantur, non vt corpus faciant, ſed vt in officio diuino ſe coadiuuent. vt in capit. vt quiſque, de vita & hon. cler.*

m *c. capitulum, de reſcrip.*

n *quia ibi epiſcopus habet ſedem, ibique caput, & concilium eius & collegium, corpus, ca. nouit, 4. & cap. quanto, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap.*

o *ca. nobis, de iure patron. ad c. edoceri, & c. capitulum. de reſcript.*

p *Mentio horum omnium fit. in capit. 1. de conſuetud. in Sext. cap. ſi is, cui 39. de præb. in Sext. cap. de multa, eod. tit. apud Grego. c. exſecrabilis, eod. tit. in extrauag. Explicat autem Panorm. ad c. de multa, & Archid. ad d. c. de conſuet. in Sext.*

q *Id eſt, prout differt ab aliis. Alioquin dignitas in generali acceptione accipitur, pro omni praeminentia, vt colligitur ex c. ad aures, de reſcript. & notat glo. ad c. quia nonnulli, de cleric. non reſident.*

r *Gloſſa & Archidiac. ad ca. 1. de conſuet. in Sext. dicitur & illa dignitas, quæ aliis præeſt, prælatura. c. 2. de iudi.*

s *Archid. ad dict. capit. 1. de conſuet. collect. ad cap. de multa, de præbend.*

t *cap. 1. de offic. Sacriſtæ.*

v *c. 1. de offic. cuſtod. vide Ioannem de Selua, tract. de beneficio. par. 1. q. 2.*

x *gloſſ. ad Clem. ad hac, ad verbum officiis, de ſtat. monacho.*

y *vt titulis de offic. Archidia. de offic. Archipresbyteri, &c.*

z *Beneficia cum adminiſtratione, ſunt prælaturæ, vt colligitur ex c. ex tuo 11. §. 1. & ibi gloſſ. ad verbum ipſos, de cleric. non reſidenti. Tradit & Geminia. quod omnis, qui habet in titulum beneficium ſimplex, cui ſit aſſignata certa dos, dicatur habere beneficium cum adminiſtratione. Sic etiam qui habet præbendam diſtinctam in Eccleſia, dicetur habere beneficiũ cum adminiſtratione, vt in c. relatum in 2. de teſtamen. Qui tamen habet tantum præbendam in diſtributionibus, quæ fiunt ratione ſingularum horarum, non dicitur habere beneficium cum adminiſtratione, ſed veluti pro labore ſtipendium, diciturq; ſimpliciter & perſonaliter beneficiatus, ſic & diſtinguit gloſſ. ad ca. præſenti ad verbum reſeruari. de offic. ordinarii. in Sext.*



## CAPVT III.

1 *De nominatis & innominatis beneficiis.*
2 *Præbenda quid, & diuiſio.*

1 SEptimo, † beneficiorum alia dicuntur innominata, alia nominata. Innominata ſunt, quæ remanẽt in ſolo generali nomine beneficii, nec tranſeunt in propriam tituli cuiuſquam. Nominata, quæ habent proprium nomen & titulum. *a* Inter innominata ſunt proprie præbendæ, & canonicatus, vel affinia innominatis, quæ proprie beneficia non ſunt, quamuis & præbẽdæ generali nomine beneficiorum contineantur. *b*

2 Annotandum tamen eſt, † generali nomine præbendæ contineri certam ex Eccleſiæ fructibus portionẽ acceptam, quæ nullam habeat notã beneficii: & eſſe præbendam temporalem. *c* Alio autẽ modo præbendam pro omni genere beneficiorum accipi poſſe. *d* Eo quod antiquitus, portio præbebatur clericis eccleſiis inſeruientibus, ex reditibus Eccleſię, cui intitulati ſeu inſcripti erant: ratione cuius portionis regulatæ, canonici dicti fuerũt. *e* Eadem & ratione, qua omnia beneficia diuiſionem acceperunt, & fuerunt in illis certi reditus præpoſitis commiſſi, *f* præbendæ & dici poterunt, quemadmodũ & portio Eccleſiaſtica, aliquando & præbenda. *g* Dicitur & tanquam ſpecies beneficii præbenda & canonia, *h* ſine alio proprio nomine quam cõmuni Eccleſiæ, cuius ſunt præbendæ & canoniæ plures. Ita rurſum Eccleſiarum præbendæ, vel ſimplices, vel canoniales dicuntur. Simplex præbenda eſt, ius ſpiritale recipiendi certos prouentus, in eccleſia collegiali, competẽs ob diuinum officium, cui prębendatus inſeruit, *i* debita clericis ſecũdi ordinis eius Eccleſiæ. Canonialis eſt, quæ debetur clericis primi ordinis Eccleſiæ collegialis, *k* qui in Cathedrali dicũtur fratres Epiſcopi. *l* Eſtque ius ſpiritale percipiendi certos prouentus in Eccleſia collegiali, competens ob diuinum officium, cui præbẽdatus deſeruit, cum ſtallo ſeu ſede honorabili in choro, & voce ſeu iure dicendi ſentẽtiam in capitulo: *m* dummodo canonicus fuerit ſubdiaconus & pubes. *n*

3 Præbendarũ † prouentus ſunt in triplici diſtinctione: nam quidam conſiſtunt in victualibus & manualibus dictis, diſtributis tantum his, qui interſunt in horis certis diuinis officiis: *o* neque dantur abſentibus quantumuis de non reſidendo priuilegiatis, *p* etiam ſi fauore ſtudiorum pro præſentibus habeantur. *q* Dehinc ſecundo, præbendæ nomine dantur diſtributiones quotidianæ, ſeu diaria, alicubi, aut ſingulis hebdomadibus, aut vno quoq; menſe, in pane, aut vino, aut pecuniis, quæ etiam dantur abſentibus priuilegiatis: quo nomine differũt a ſuperiori genere diſtributionum. *r* Sunt & tertio loco aliæ præbendæ, quæ ſingulis annis ſeparantur. *s* Miſcentur & concurrunt aliquando iſta diſtributionum genera, ita vt præbendæ vel canoniæ, vltra annuos diſtinctos fructus, quidam dentur vltra ex menſa, vt dicunt communi. *t* Et alia vltra, certis horis præſentibus, & qui interſunt horis diuinis & officiis, diſtribuantur.

4 Canonicatus, † quãuis dicatur ius ſpiritale, habet tamen officium ſtallũ in choro & vocẽ in capitulo. *v* Ideo nec diu canonicatus poteſt eſſe ſine præbẽda, *x* aliquãdiu tamen ſine ea eſt. Et proinde canoniæ, ſeu canonicatus ponũtur duæ ſpecies: vna, quæ non cohæret præbendæ, ſed per ſe ipſam aliquandiu ſine ea ſubſiſtit. *y* Altera, quæ cohæret. *z* Illa, quæ non cohæret,

creari ſolet a ſummo Pontifice extra numerum canonicatuum ſeu præbendarum, ad habendam primo poſtea vacaturã præbendam, quæ non debetur in eadem Eccleſia, in qua creatur, niſi canonicis. *aa* Dicitur & ius ſpiritale de nouo creatum, *bb* cum affectatione præbendæ primum vacaturæ. *cc* Obſeruandum & hic erit inſuper; ius hoc canonicatus creati, conſiſtere ex his, quæ quis cõſequitur in adeptione poſſeſſionis eius canonicatus, nempe primum, vt poſſit legere Euangelium in ſua hebdomada. Secundo, vt poſſit intereſſe electioni epiſcopi, & aliis tractatibus capitularibus. Tertio, vt domũ obtineat, quæ non ſolet, niſi canonicis aſſignari. Quarto, vt ad oſculũ pacis cum aliis canonicis admittatur. *dd* Quinto, vt lectiones legat in Eccleſia. *ee* Sexto, vt reſpõſoria & alia cantet in Eccleſia. *ff* Septimo, vt vbi in canonicum receptus fuerit, ſtatim fruatur diſtributionibus quotidianis, & quam citius fieri poterit, prouideatur illi de præbenda. *gg*

Eſt autem alia ſpecies canonicatus, qui creatur tantum de nouo in aliqua Eccleſia, ad effectum obtinendi dignitatem, adminiſtrationẽ, perſonatum vel officium, quæ non ſolent dari, niſi canonicis actu; dicitur canonicatus honorarius, & canonicatus in herbis: *hh* canonicus eius canonicatus, præceditur ab aliis canonicis præbendam habentibus, *ii* neque ſolet is dari iudex delegatus a ſummo pontifice, vel eius legato, *kk* vt ſolent cæteri canonici præbendati, *ll* niſi forſan creatus fuiſſet canonicus cum plenitudine iuris canonici, & cum reſeruatione præbendæ. *mm* Hic enim hoc modo creatus canonicus, differt à canonico creato tãtum ad effectum obtinẽdi dignitatem vel officium, vel adminiſtrationem, cui non eſt dignitas ita affecta, vt alteri conferri non poſſit, cum vacabit: licet aliud videatur ratione canonicatus. *nn* Quocirca canonicus tantum honorarius, nõ dicitur habere proprie beneficiũ. *oo* Et proinde, ſi is canonicus beneficium aliquod impetret, non tenetur de eo canonicatu mentionem in impetratione agere. *pp* Nec tenetur in ea Eccleſia vbi creatur, & ex qua nihil recipit, reſidere. *qq* Nec conſequetur alias quam conſuetas diſtributiones, nec intererit actibus capitularibus. *rr*

Super diuiſione vero rurſum dicemus, præbendam aut ſacerdotalem, aut non ſacerdotalem eſſe, *ss* aut integram, aut dimidiatam: *tt* & aliquam dici beneficium, aliquam non. *vv*

## Scholia.

a *Quemadmodũ conuentiones dicuntur innominatæ, quæ generali titulo & nomenclatura cõtinentur ſub ſpeciebus do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. l. naturalis. per totam, de præſcript. verbis P. nominatæ, quæ vltra nomen generale conuentionis, aliud propriũ, a quo nuncupantur, nactæ ſunt, vt emtio, venditio, locatio, & c. l. iuriſgentium, de Pact.*

b *c. dudum, de præben. in Sex. ca. ex multis, ca. ſi quis dator, 1. q. 3.*

c *quæ omnino non eſt beneficium, vt dicemus paulo poſt, de qua non agitur in beneficiorum materia: ſicut & præbendæ nomine poteſt intelligi annona prophana, aliquibus perſonis debita, vt quæ militibus dabatur & alias l. dimitti 19. de teſtib. libr. 22. P. tit. 5. ibi.* item qui exercitui præbendam conduxerit. *Et apud Caſſiodorum. libr. 5. Variar. epiſtol. 39. & libr. 3. epiſtol. 42. vbi, & in ſingulari legitur præbenda præbendæ, pro eo, quod apud alios legitur in plurali præbendæ præbendarum, vt apud Gellium, libr. 15. c. 14. vide Alciatum lib. 2. Parerg. ca. 33.*

d *vt titul. de præbend. & titul. de conceſſione præbend.*

e *can. ſecundo. 70. diſt.*

f *can. primo, 13. q. 1.*

g *can. præter hoc. §. 1. 32. diſtinct.*

h *can. ex multis, & can. ſi quis datur, 1. q. 3.*

i *nota ad c. cum Martinus, de conſtitutio. & cap. fin. de præbend.*

k *Canonici dicuntur clerici primi gradus, & alii ſimpliciter beneficiati, clerici ſecundi gradus, Innocentius ad capit. ſedes. de reſcript.*

l *c. nouit 4. cap. quanto 5. de his, quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu capit.*

m *capit. pro illorum 22. & ca. dilecto 25. de præbend. additur alicubi oſculum pacis, ſecundum morem Eccleſiarum. dict. cap. dilecto.*

n *Siquidem impuberes & non ſubdiaconi, excluduntur a iure ſuffragii in capitulo, neque percipiunt integras diſtributiones. c. ex ratione de ætate & qualita. apud Gregorium, Clem. 2. eo. tit. in Clem.*

o *c. olim tibi 16. de verb. ſigni.*

p *c. fin. de cleric. non reſidenti. in Sext. ca. de cætero 7. eod. tit. apud. Grego.*

q *licet vobis 32. de præben. cap. fin. de magiſtrat. libr. 5. tit. 5. in Concilio Tridentino, Seſſione 5. de reformatione. ca. 1. verſ. docentes vero.*

r *cap. cum nonnullæ, de præbend. in Extrauag. commun.*

s *capit. ex parte Haſtenſis, de conceſſio. præbend.*

t *Clem. vt hi qui 2. de æta. & qual. ordina. c. cum Martinus 9. de conſtitut.*

v *cap. 2. de renunt. dicitur & ius ſpiritale. in dict. c. dilecto 25. de præben.*

x *capit. cum ſuper quæſtione 8. de conceſſio. præben.*

y *vt in c. eam cui. & ca. ſi clericus. ca. hi qui, de præben. in Sexto.*

z *quæ poſſeſſa. poſſidetur de præbenda. Felin. ad cap. cum Martinus ad gloſſam ad verbum* receperunt, *de conſtitut.*

aa *dict. c. dilecto. de præben.*

bb *c. dilectus c. propoſuit, de conceſſio. præben. ca. ſi poſtquam de præben. in Sext.*

cc *dict. c. dilecto, & c. pro illorum, de præben. c. in Geneſi de electio.*

dd *c. cum ſuper, de conceſſio. præbend.*

ee *c. dilectus. in 1. & 2. de præben.*

ff *de quo vide, quæ tractat Rebuffus ad §. in Cathedralibus, in princ. de reſeruation. in concord. & in tracta. nominatio. q. 15. nu. 22. quo etiam dicit, legatum ſummi pontificis nõ poſſe creare ad hunc effectum canonicum.*

gg *de quo canonico, & quid poſſit facere, tradit Frederic. de Senis, conſil. 290. verſi. quia in præſenti, & interpretat. ad dict. c. dilecto.*

hh *Ioan. Andr. ad cap. dilectus, in 1. de præbend. ſicuti & frumenta dicuntur eſſe in herbis, in l. fiſtulas. § fi. de contrahen. emt. P. nempe, quod tales canonici habeant inane nomen canonici, niſi quod pertinet ad hunc effectum. Anchar. ad cap. eum cui, de præben. in Sext.*

ii *Dominicus ad ca. epiſcopus 27. diſt. Riparius. lib. 1. Reſponſorum. cap. fin.*

kk *Ioannes Staphilæus. tracta. de literis gratiæ. ſi. lib. 7.*

ll *cap. ſtatutum. de reſcript. in Sext.*

mm *Iuxta c. ſi poſtquam, de præben. in Sext. ſic intelligenda glo. ad extrauagantem ſedes, de offic. delega. in extrauag. communi. ad verba,* ius ad rem. *Obſeruandum autem illas creationes cenſeri prohibitas in Concilio Baſilienſi, & concordatis, in § fin. de collationibus. in Pragma. ſanctio. & in tit. de reſeruatio. in concordatis, vbi tamen creationes canonicorum ad effectum obtinendi dignitates permittuntur ſummo pontifici.*

nn *notatur in ca. relatum, & cap. dilectus, de præben. in cap. ſi clericus. eod. tit. in Sex.*

oo *c. in noſtra. de reſcript.*

pp *Ægidius Bellamera. in conſ. 34. incip. ſuppoſita, &c.*

qq *Nam ſeruitia fiunt ob beneficiũ. ca. cum ſecundum Apoſtolum. de præbend. vt cõtra beneficium datur propter officium. ca. fin. de reſcript. in Sex.*

rr *Imola in clem. 2. col. 2. de præb. vide gloſſ. fin. Rebuffi. ad tit. de reſeruat. in concord.*

ss *Nam ex ſtatutis Eccleſiarum interdum quædam debentur ſacerdotibus, quædam*

*etiam aliis poſſunt dari, vt diaconis & ſubdiaconis & clericis. cap. cui de non ſacerdotali 27. & capit. ei cui, 29. de præbendis in Sexto.*

tt *dict. ca. cui de non ſacerdotali 27. de præben. in Sext.*

vv *vt in can. Clericus 1. & ibi gloſſ. ad verb.* Non comminueretur, 21. *q.* 1.

### Cap. IIII.

*De aliis beneficiis quibuſdam anonymis.*

INter beneficia innominata, †poteſt annumerari monachatus, habita ratione, quod in eadem Eccleſia regulari, plures ſint eiusdem tituli. Ratione tamen relationis ad alia beneficia non regularia, præbendæ & canoniæ Eccleſiarum collegialium dici ſolent beneficia. *a* Poſſet & illud dici innominatum beneficiũ, quod in auxilium eccleſiæ matricis ab ea diuiſum eſt, ad faciliorem ſacramentorum, parochianis faciendam diſtributionem. *b* Atque annumerabimus non incongrue inter innominata beneficia quæ clerici aſſiſſi percipiunt. *c*

### Scholia.

a *Vide gloſſ. ad cap. de iudic. in Clem. Pano. ad c. Monachi, de Stat. Monachorum.*

b *vt in c. ad audientiam 3. de Eccleſ. ædific. lib. 3. tit. 48.*

c *in cap. penul. de cleric. non reſident. vbi & gloſſa, ait huiuſmodi aſſiſios alicubi manſionarios dici, qui non ſunt canonici, ſed alioquin aſſidui & præbendi.*

### Capvt V.

*Quæ ſunt nominata beneficia.*

INter beneficia, quæ proprio & ſingulari nomine, & titulo inſigniuntur, ſunt: Summus Pontificatus ſeu Papatus, *a* Cardinalatus, *b* Patriarchatus, *c* Primatia, *d* Archiepiſcopatus, *e* Epiſcopatus, *f* Chorepiſcopatus *g* Abbatia, *h* Prioratus, *i* quorum duæ ſpecies, regulares & ſeculares. Regulares, qui per regulares perſonas regi ſolent, iique vel conuentuales, vel clauſtrales. *l* Seculares, qui per clericos ſeculares regi ſolent. *m* Item præpoſitura, *n* Archidiaconatus, *o* Archipresbyteratus. *p* Et his vel ciuitatenſis, *q* vel ruralis: *r* primiceriatus, *s* præcentoriatus, *t* ſuccentoriatus, *v* decanatus, *x* cancellariatus, & aliquando per ſe beneficiũ. *y* Et theologialis præbenda, *z* quibus iungi poſſunt alia beneficia cum cura & ſine cura animarum, propriis titulis eccleſiarũ & parochiis diſtincta, *aa* quæ dicuntur rectoriæ, *bb* vicariæ perpetuæ, *cc* plebaniæ, *dd* & maioratus in aliquibus eccleſis dignitas. *ee*

### Scholia.

a *Nos de his omnibus diximus, lib. 17. Syntagm. cap. 3. nu.* 18. *Papatus beneficium dicitur, in cap. 1. de maledict. can. cleros. §. Pontifex. 21. diſt.*

b *Cardinales dicuntur habere titulum & beneficium. in cap. 2. de cleric. non reſidentibus. capit. ad eminentiam. de ſentent. excommun.*

c *Quatuor poſt ſummum Romanum Patriarcham, conſtituuntur hoc ordine dignitates, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, capit. antiqua. de priuilegiis. cap. Sancta Romana, de electio. in Sext. de quibus & nos diximus, libr. 15. Syntagm. capit. 2. & 5. & ſequentibus.*

d *can. 1. & 2. 99. diſtinct. In cuius prælatura & prælatione & poteſtate, ſeruanda antiqua conſuetudo capite duo, de offic. ordinariis.*

e *Vt in cap. in Archiepiſcopatu, de raptoribus. cap. Saluator. de præbend. in extrauag. communib. dicitur & Archiepiſcopatus Metropolitana ſedes, Rebuff. §. 1. de collatio. in concord. & ad titulum. de conſtitutio. ad verbum*, Metropolitanus, *in concord. vide canonem Scitote 6. quæſtio. 3. l. vnic. de Metropoli Byrhyto. lib. 12. C. can. cleros 21. diſt.*

f *dict. cap. cleros 21. diſtin. & paſſim alibi & toto tit. de epiſcopis & clericis.*

g *Chorepiſcopi erant antiquitus, veluti adiutores Epiſcopatus in parte aliqua, tandem vt inutiles ſublati. can. quamuis, & Chorepiſcopi 68. diſtinct.*

h *Abbatia, eſt prælatura præcipua in monachos, cap. 2. de Iudiciis, cap. ex tranſmiſſa, de Renuntiat. Item in moniales, vt in cap. indemnitatibus de Electio. in Sexto.*

i *cap. cum ſingula, de Præbendis in Sexto.*

k *Prioratus conuentualis eſt, quando in cœnobio præpoſitus per ſe præeſt monachis, nec ibi alius ſuperior eſt, vel Abbas, Clement. 1. §. cæterum, de Statu Monachor. cap. 2. eod. tit. apud Gregor.*

l *Clauſtralis prior dicitur, qui in cœnobio præeſt ſecundus poſt Abbatem, cap. cum ad monaſterium, de Statu Monachorum.*

m *dicta clemen. 1. §. cæterum, de Statu monach. videnda gloſſ. ad extrauag. execrabiles ad verbum* Prioratus, *circa principium, de præbend. in extra. com.*

n *cap. quamuis, de verborum ſignificatione in Sexto.*

o *Archidiaconatus præfectus, archidiaconus eſt, qui Epiſcopi vicarius & oculus eſt, de quo in cap. 1. 2. & cap. ad hæc, de Officio Archidiac.*

p *Archipresbyter ſubiicitur Archidiac. cap. 1. de Off. Archipresbyter. Non quidem ratione ordinis, cuius cauſa presbyteratus maior Diaconatu, can. legimus, can. Diaconi, c. Dominus, 93. diſt. ſed ratione poteſtatis ſeu miniſterii, quod ei cõmiſſum eſt circa Epiſcopũ. Nihil enim prohibet diuerſis rationibus vnũ & idem alia maiorẽ vel minorem eſſe, can. puto, & can. quæritur, 2. quæſt. 7.*

q *De Officio Archipresbyteri Ciuitatenſis, in c. pen. de Offi. Archipresbyteri, ca. perlectis. §. Archipresbyter, diſtinct. 25.*

r *de Offic. Archipresbyteri ruralis, in ca. fin. de Offic. Archipresbyter.*

s *ca. cum acceſſiſſent, de Conſtitutio. vide l. 2. de Domeſti. & protect. & tot. titulo de Primicerio & Secundicerio. libri 12. C.*

t *cap. cum olim, de Conſuetudinib.*

u *cap. inter dilectos, de Exceſſib. Præla.*

x *dicto cap. cum olim, de Conſuetud. & cap. Dilectis, in tertio de Præbend.*

y *in cap. vnic. vt Eccleſiaſtic. benefic. ſine diminutione confer. gloſ. in Clem. de Iudic. c. ſuper ſpecul. de Magiſtratib.*

aa *toto titul. de Parochiis. cap. ſi pro clericis, 8. & cap. cum ſingula, 32. cap. licet epiſcopus, 28. de Præben. in Sex. de diſtinctione eccleſiarum in can. eccleſias, 13. quæſt. 1.*

bb *cap. 3. de Cleric. ægrot. cap. fin. de Præben.*

cc *cap. 3. de Offic. vicar. cap. poſtulaſti, de Reſcrip. Panor. ad cap. exſtirpandæ. §. quia vero, de Præbend.*

dd *cap. fin. de cleric. vel monach.*

ee *can. volumus 89. diſtinct. & ibi gloſ. ad verbum maiorem.*

### Capvt. VI.

1. *De beneficiis improprie ita dictis, coadiutoriæ feudum titulus clerici.*
2. *Penſio.*
3. *Xenodochia.*
4. *Operaria, collegia.*
5. *Oratorium, Capellania.*
6. *Manualia.*
7. *Præceptoriæ militiarum.*
8. *Vicariatus temporales.*
9. *Commendæ Epiſcopi.*
10. *Præbendæ officiariorum.*

ET hæc dicta ſunt de beneficiis, quæ 1.
proprietates & notas verorum beneficiorum Eccleſiaſticorum habent: agamus de his, quæ improprie beneficia dicuntur: cuiuſmodi ſunt ea, quæ dantur coadiutoribus beneficiatorum, qui non poſſunt ob morbum vel aliud graue impedimentum, vacare miniſterio diuino: quibuſq; beneficium quidem non adimitur, ſed datur in officio coadiutor.

Eſt & tale feudum *b* patrimonium cle- 2.
rici, quod titulus dicitur, *c* Penſio, *d*.

Xenodochia, leproſariæ, eleemoſynariæ, 3.

quibus rectores ſeu adminiſtratores præponuntur, non vt ſibi quærant, ſed vt bona earum in vſus per fundationes deſtinatos, inſumant & diſtribuant: & proinde non dantur in titulum beneficii. *e* Item operaria. *f*

4 Loca collegialia, † quæ non dantur in titulum: contra, ſi titularia eſſent in eccleſia: *g* præſtimonium quando conſiſtit in ſolis temporalibus percipiendis: contra, ſi aliquod munus ſpirituale, vel aſſiduitatis ſeu reſidentiæ coniungatur. *h*

5 Oratorium etiam non eſt † proprie beneficium eccleſiaſticum, *i* nec capellania fundata per ſolos laicos, niſi fuerit ab epiſcopo diœceſano approbata: quare nec ab epiſcopo fit de illa collatio vel inſtitutio, ſed *k* laicus, qui fundauit, poteſt pleno iure cui voluerit concedere. Si appareat tamen de collatione vel inſtitutione epiſcopi, in dubio cenſebitur capellania beneficium, *l* & æquiparatur beneficio. *m*

6 Non proprie † dicentur item beneficia, quæ manualia appellantur, *n* quia ad nutum abbatis conferri poſſunt, & auferri poſſeſſoribus, & ob cauſam: *o* cum tamen beneficia vere dicta perpetua ſint. *p*

7 Præceptoriæ *q* quoque, † quæ cõmendæ militũ ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliorum ſacrorum militum, ab aliquibus quidem dicuntur beneficia, *r* ſed nõ ſunt ex genere communium beneficiorum, nec eiuſdem naturæ: nam neque ab epiſcopo conferuntur, neque clericis dantur, quamuis ſint alia beneficia ſacrarum militiarum, quæ nõ niſi presbyteris, & clericis profeſſis eum ordinẽ conferantur. *s*

8 Vicaria temporalis † non erit proprie beneficiũ, ſed beneficii alterius verius adminiſtratio. Et ideo adimi vicario poteſt libere. *t* Idipſum dicemus de vicariatu, ſeu officialatu epiſcopi, vt non ſint beneficia: *v* imo potius officia ſint, *x* vt & inquiſitoris ſacræ fidei munus *y*

8 Commenda etiam † beneficii vacantis, quæ fit per ſemeſtre tempus ab epiſcopo, potius cuſtodia temporalis quam beneficium dicitur. *z* Si tamen concedatur ad vitam, commendatarius pro titulario habetur. *aa*

10 Non erunt item † vere beneficia præbendæ aſſignatæ æditius eccleſiæ, pueris ſymphoniacis, ſeu cantoribus, muſicis, *bb* œconomis, *cc* ſyndicis, *dd* & aliis officiariis, qui remoueri poſſunt, interdum laicis, *ee* vel magiſtris ſcholarum, *ff* & aſſiſiis. *gg* Quæve iure ſingulari regalia conferuntur a principibus & laicis. *hh* Nec etiam ea, quæ omnino carent reditibus & deſtituuntur omnino populo Chriſtiano. *ii*

## SCHOLIA.

a *cap. de rectoribus, cum cc. ſequentibus. de clerico ægrota. tota. 7. q. 1.*

b *feudum beneficium dicitur. in* §. 1. *In quibus cauſ. feud. amittat.*

c *cap. epiſcopus. de præbend. Et quamuis titulus detur de rebus eccleſiaſticis: attamen non dicitur beneficium. capit. poſtulaſti, de iure patrono.*

d *capit. quamuis, de præbend. in Sext. vbi penſio non continetur appellatione beneficii, neque ob diuinum ſolum officium, ſed aliam ob cauſam penſio datur etiam clericis ex bonis eccleſiæ, vt in capit. ad quæſtiones, & capit. niſi eſſent viri prouidi, de præbend. capit. poſſeſſiones, 16. quæſtion. 1.*

e *Clemen. quia contingit, de religioſ. domibus. Clement. per literas, de præbend. Fuſe Rebuffus in tracta. nominationum. quæſtio. 15. num. 12. 13. 14. 15. Dicitur & hoſpitalarius potius habere officium, quam beneficium. l. orphanotrophos. C. de Epiſcop. & cleric. niſi in fundatione dictum ſit, dari huiuſmodi loca in titulum beneficii: aut niſi coniuncta ſint beneficio, quia tunc præſumuntur eſſe eius naturæ, cuius eſt beneficium, cui vniuntur. capit. ſicut vnire, de exceſſib. prælat.*

f Ideo



f *Ideo beneficium non eſt operaria etiam, quia magiſter operariæ vt plerumq; in eccleſia facile remouetur & mutatur. nec perpetuo hoc officium eis promittitur, poteſtque talis eſſe laicus. Decius in cap. decernimus. num. 11. de Iudic.*

g *Si perpetua ſunt loca, beneficia cenſentur. qualia ſunt in Eccleſia S. Trinitatis Magalonæ, in Suburbiis ciuitatis Montis Peſſuli. Rebuff. in tracta. nominationum. q. 15. num. 21.*

h *Dominicus conſil.* 89. *Oldrad. Concil.* 81. *qui & tradit præſtimonia eſſe beneficia, eo quod non niſi clericis concedantur. Quod tamen verum, ſi modo in perpetuum concedantur, & ad vitam, non aliter. vt idem Oldra. tradit conſil.* 140. *cap. Bonifac. de vitallinis, ad Clemen. diſpendioſam, de iudiciis. Frederic. de ſenis conſi.* 130. *incipiente,* factum tale, *& conſilio.* 151. *incip.* Thema, &c. *Decius. conſil.* 148. *incipien.* Reuerende. *Dicitur porro oratorium, Eccleſia ſeu altare conſtructum orandi cauſa. cap. fin. de Eccleſiis ædifican.*

i *Guido Papæus Deciſionum Parlamenti Dephinatus deciſ.* 187.

k *per ca. omnes,* 19. *quæſt.* 7. *ca. regenda,* 10. *quæſt.* 1.

l *ca. apoſtolica.* 8. *quæſt.* 1. *Quare & in capellis dicitur committi ſimonia, vt in cap. cum non ſatis, de ſimon.*

m *Notat gloſſ. penultima & finalis, in cap. vnico, de capel. monachor.*

n *cap. cum ad monaſterium, §. talis, de ſtatu monachor. cap. 16. de priuilegiis in Sex. Quilibet itaque prioratus regularis cenſetur ad nutum reuocabilis, niſi ſit curatus vel conuentualis. Ægid. Bellamera deciſ.* 203. *incipiente,* quilibet, &c. *Paul. Pariſien. conſilio* 43. *incip.* pro domino Hieronymo, *l. 4. niſi a Summo Pontifice conferatur, & ſit ſua natura beneficium perpetuum, nam eo caſu non poſſunt per abbatem auferri; quia collatio cenſetur facta cum ſua qualitate, Clemen. vnic. de ſupplen. neglig. prælator. cap. vnic. de capell. monachor. in Sex. Sed & quando abbas aufert monacho beneficiũ manuale, cauſa adeſſe debet. Alioquin monachus remotus ex malitia abbatis a ſuo prioratu manuali, poterit aduerſus abbatem petere reſtitutionem, vt notat Decius per illum textum ad cap. ad noſtram, de confirma. vtili vel inutili. & ſic in Gallia ſeruari dicit. Non enim eſt malitiis hominum prætextu poteſtatis vel religionis indulgendũ, cap. cum iamdudum, de præben. l. in fundo, de rei vendic. P. cap. ex tenore* 11. *de foro compet. cap. nuper. de donatione inter virum & vxorem. Conſentit Decio Rebuff. eo tracta. de pacif. poſſeſſor. numer.* 275. *quemadmodum & ſeruo contra malitiam & nimiam ſæuitiam domini, non denegatur auxilium in l.* 1. § *fina. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P. in l. prima. de precib. impera. offerren. C. Eſt autem reſtitutionis obtinendæ in Gallia praxis, vt monachus deſtitutus ſine cauſa iuſta, appellet a deſtitutione ad curiam Parlamenti, tanquam ab abuſu commiſſo contra ſacroſancta decreta pontificia. Cauetur tamen ne huiuſmodi prouocationes recipiantur a monaſteriis religionum reformatarum, ne ea via detur aditus diſſoluẽdi diſciplinam ordinis & neruum eccleſiaſticæ religionis. veruntamen ſi naualis beneficii conceſſio fuerit ex certa ſcientia ſummi pontificis confirmata, non poterit adimi poſſeſſori ex ſolo nutu & arbitrio abbatis, Ioannes Andreas Dominicus & alii, ad caput præſenti, de officio ordinarii in Sex. & in capit. cum ſingula, de præbend. in Sex. Imola ad caput niſi eſſent, columna penultima de præben. quia princeps intelligitur concedere pleno iure, & in perpetuum. l. beneficium, de conſtitutione principis exceptis monachis ſancti Benedicti, quibus nihil prodeſt in iſtis beneficiis confirmatio ſummi Pontificis, quominus a ſuis prælatis amoueri poſſunt. vide Rebuffum in tractatu. de pacif. poſſeſſor. numero* 279. *vbi ſic fuiſſe iudicatum ſcribit.*

o can.ſatis perverſum, 56. diſtinct. cap. præcepta, 55. diſt. & dictum eſt in finitione beneficii. A

p de præceptoriis in capite dudum, de decimis. in capite exhibitæ, de priuileg. in extrauagan. communib.

q a Barbatia ad Clemen. cauſam, columna 5. de electio. in videnda ſtatuta horum militum.

r cap. nemo deinceps, de electio.

s de quibus in Clem. 2. & ibi gloſſ. 20. de reſcript. B

t cap. 1. de officio vicarii.

v de munere huius inquiſitoris in c. inquiſitores, 16. c. per hoc, 17. & cap. vt inquiſitoris negotium, 18. de hæretic. in Sex. Clem. 1. & 2. eodem titulo.

x cap. nemo deinceps 15. de conceſſio Præben.

y cap. dudum, in 2. de electio. cap. qui plures, 21. quæſtione prima. Archidiaco. in cap. ſi propter, in fine de reſcript. & dicto capite nemo, de electio. in Sex. Ioannes Gallus, in quæſtione 18. in deciſis per Arreſta. Nam & poteſt talis commendatarius permutare ſibi commendatum ita beneficium, cap. fina. & ibi per Innocentium, de rerum permutatio. habetque in eo liberam poteſtatem tam in temporalibus quam ſpiritualibus. Panorm. in c. cum nobis olim, in penul. notabili. de electio. C

z nam iſtæ præbendæ, loco mercedis laborum impenſarum in Eccleſiam, ad tempus tantum quamdiu inſeruierint, dantur. can. clerici. q. 2. can. non ſatis, 86. di. D

aa de quo in ca. volumus, cum duobus ſequētib. 89. diſt. c. 2. de ætate & qualit.

bb Vide in cap. vnic. de ſyndico.

cc vel pro labore, vel pietatis, vel eleemoſynæ cauſæ.

dd ca. 1. & c. quia nonnulli, de magiſtratib.

ee de quibus in c. de præb.

ff Molineus ad regul. cancellariæ Romanæ de infir.

gg Clem. in plerisq;, 5. de electio vel ſi beneficia ab hoſtibus infidelibus occupata fuerint, can. paſtoralis, 7. q. 1.

## Caput VII.

1 De conſtitutione beneficiorum.
2 Et erectione.

Beneficium eccleſiaſticum, componi- 1
tur ex bonis temporalibus & officio
diuino, *a* decimis, oblationibus, primi-
tiis. *b*

Tribus autem modis erigitur, nempe 2
noua fundatione, *c* reſtitutione, *d* immu-
tatione. *e*

### Scholia.

a can. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. de temporalibus bonis in can. videntes 12. q. 1. eaque poſſunt eſſe mobilia & immobilia, & iura, c. 2. de rebus eccleſ. non alien. in Sex.

b Canone primo 13. diſt.

c Clem. fina. de reſcrip. c. dilecto filio, de præb. ca. 1. de verborum ſignificatio. in Sex. c. ad audientiam, 1. & 2. de eccleſ. ædifica.

d quando videlicet beneficium exſtinctum vel ſuppreſſum reſtituitur in priſtinum ſtatum, vt in cap. ex parte, de conſtitutio. c. cum Martinus, eo. tit. vt l. ſi vnita beneficia, diſſoluantur. vt in c. 1. ne ſede vaca.

e quando forma beneficii mutatur & qualitas. vt ſi abbatia fiat epiſcopatus, & de epiſcopatu, archiepiſcopatus. vt in c. ſaluator, de præbend. in extrauag. communib. vel ſi de regulari ſeculare beneficium, vel contra de ſeculari regulare. vt c. inter quatuor. 5. de religioſis domib. lib. 3. tit. 36. c. ad audientiam in 2. de eccleſ. ædifica. can. quæ ſemel, 19. q. 1. can. peruenit, 18. q. 2.

## Caput VIII.

Qui poſſunt erigere & creare beneficia eccleſiaſtica.

E Beneficia maiora vt epiſcopatus, archiepiſcopatus & ſimilia, ſolus Summus Pontifex erigere & creare poteſt. *a* Iſque ſolus poteſt nouas dignitates inuſitatas in Eccleſiis collegiatis ponere, *b* ex regularibus ſecularia facere, *c* canonicatum ſupernumerarium ad effectum obtinendi dignitatem



dignitatem vel officium vel adminiſtrationem in eccleſia, creare, *d* atque idem ſolus alia beneficia in exemtis locis creat. *d* Olim ſolus etiam in non exemtis, ædificandi & conſecrandi eccleſiam dabat licentiam. *e* Epiſcopus autem in ſua diœceſi *f* omnia beneficia minora creat cum cōſilio ſui capituli: *g* poteſt & ex ſeculari, Eccleſiam regularem facere, *h* dignitates in ſua eccleſia, quæ vſitatæ ſunt in aliis capitularibus ſimilibus Eccleſiis creare. *i* Capitulum tamen, ſolummodo nouam præbendam creare poteſt: & ſuppreſſam dignitatem reſtaurare. *k* Priuata autem perſona non poteſt per ſe beneficium erigere ſine licentia & auctoritate epiſcopi. *l* Nihil tamē prohibet, quin poſſint priuata oratoria conſtruere & dotare. *m*

### Scholia.

a cap. ſicut vnire, de exceſſib. prælat. ca. quod translationem 4. de off. leg.

b Notata ad cap. cum olim, de conſuetu. Felinus ad cap. cum acceſſiſſent, de cōſtitutio.

c can. quæ ſemel, 9. q. 3.

d § fin. de reſerua. in concorda. facit cap. dilecto. de præben.

e cap. auctoritate, de priui. in Sex.

f can. de locorum. 4. can. præcepta ſynodalia, 5. can. baſilicas, 6. ca. certum eſt, 7. can. eccleſia, 8. de conſecrat. diſt. 1. Socrates in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 2. c. 8. & 17. refert, tanquam antiquiſſimum canonem fuiſſe, ſine Pōtificis Romani auctoritate, nullam Eccleſiam potuiſſe dedicari. Attamen in dicto ca. auctoritate, 4. de priuileg. in Sex. hoc reſtrictum ad exemta loca. in aliis inferioribus beneficiis, conceſſa Epiſcopis dedicandi poteſtate, idipſum & permiſſum epiſcopis, conſilio Aurelianenſi, in can. nemo. 9. de conſecr. diſtin. 1. cum ſimilib. paulo poſt citandis.

g In aliena quippe diœceſi, Epiſcopus nihil ſine licentia Epiſcopi proprii loci poteſt, habeturque vt priuatus. can. ſi quis Epiſcoporum, 16. q. 5.

h can. ſi Epiſcopus, 12. quæſt. 2. cap. inter, de religioſ. domib.

i can. ſi Epiſcopus, 73. 12. quæſt. 2. cap. ad audientiam, de eccle. ædifica. non poteſt tamen de regulari ſecularem Eccleſiam facere. nam hoc ſolus facit Summus Pontifex, vt dictum ex can. quæ ſemel, 19. quæſt. 3. & cap. inter quatuor, de religioſ. domib. niſi faceret auctoritate Papæ, vt in ca. cum venerabilis, de cenſib. & in ca. relatum, ne cleric. vel monach. & c. vel niſi locus regularis aliter poſſet reformari quam per ſubrogatiuum clericorum ſecularium, dict. cap. inter quatuor.

k contra, ſi dignitates eſſent inuſitatæ: quia tunc adeundus eſt Summus Pontifex, vt paulo antea dictum eſt.

l cap. cum acceſſiſſent, de conſtitutio. c. dilectus, de præben.

m §. 1. vt nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem epiſcopi. Nouella 67. can. nemo, de conſecratio. diſti. 1. ſicque correctum eſt ius ciuile antiquum, quod vnicuique ſibi locum conſtituere religioſum permittebat; l. in tantum, §. religioſum, eodem titulo apud Iuſtinian. quod emendauit can. 14. in eccleſiaſticis, 13. quæſt. 2. vt & Iuſtinian. ſtatuit, nemini licere ſine auctoritate epiſcopi ſacrum facere. §. ſacræ res ſunt, de reg. dom.

n can. vnicuiq;, de conſecratio. diſtin. 1. c. patentibus. de priuileg. c. fin. de cenſibus.

## Caput IX.

1 Quæ ſunt obſeruanda in noua erectione beneficiorum; locus.
2 Cauſa.
3 Perſonæ.
4 Dos.
5 Ipſa ædificatio.

In forma erectionis beneficiorū, quin- 1
que obſeruanda ſunt. Locus, cauſa, perſonæ, dos, eccleſia ſeu ædificatio eccleſiæ. Locus conueniens & congruens debet eſſe beneficii qualitati. *a* Quare epiſcopi nō in caſtellis aut modicis ciuitatibus, debent conſtitui: *b* ſed presbyteri per caſtella & modicas ciuitates atque villas debent ab epiſcopis ordinari & poni, ſinguli tamen per ſingulos ſuos titulos. *c*

2 Cauſa poterit eſſe legitima beneficii A inſtituẽdi, ſi gens aliqua de nouo ad fidem conuertatur, quæ exigat primatem. *d* Si difficulter, vel nullomodo eccleſia tempore hyemali primæua adiri poſſit, vt alia tunc conſtituatur, *e* dummodo in præiudicium eccleſiæ alterius noua non ædificetur. *f* Si ex deuotione etiam fidei & pietatis, quis velit nouam ædificare, dummodo quæſtus ſpes abſit, *g* aut ſuperſtitio, cum neque per ſomnum vel per inanes re- B uelationes quorumlibet hominum ædificari poſſint. *h*

3 Perſonarum habetur ratio, vt eorum, quorum intereſt fieri vel non fieri beneficium nouum, adhibeatur conſenſus. *i*

4 Dos porro habet prouentus Eccleſiæ erigendæ pro beneficio aſſignato, qui ſufficere oneribus debent; alioquin, qui ſine illis conſecrauerit Eccleſiam, tenetur eam dotare: *k* cum is ante conſecrationem te- C neatur curare vt ſufficiens dos conſtituatur, *l* ſufficientem autem dotem in principio fundationis maxime deſideramus, quamuis ſucceſſu temporis poſtea fiat inſufficiens. *m* Sufficientia & metienda eſt, ſtatuta ratione expenſarum faciendarum in cultum diuinum, & victus perſonarum inſtitutarum in beneficio, vt illis ſufficiant prouentus. *n* Et ſi de rectoria ſeu Eccleſia parochiali erigenda agatur, dos ſaltem ſuf- D ficere debet duobus, rectori & clerico. *o* Si de monaſterio, tanta erit vt preſbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, cantores, & lectores, poſſint ibi nutriri. *p* Si de collegiata Eccleſia, dos ſaltem debet ſufficere tribus: *q* tres enim faciunt collegium. *r* Et in ſumma, beneficia, de nouo fundata, tantum habere debẽt, ex quo poſſint præpoſiti ſine magna penuria viuere, epiſcopalia iura ſoluere, & hoſpitalitatem tranſeunti- E bus impertiri. *s* Res dotales beneficiorum poſſunt eſſe mobilia, immobilia: *t* iuriſdictiones etiam temporales, quæ tamen per non eccleſiaſticas perſonas exercentur, *v* ex quibus pœnæ pecuniariæ in vtilitatem Eccleſiæ conuertantur. *x* Sunt & nouis Eccleſiis datæ per epiſcopum decimæ ſine magno incommodo aliarum Eccleſiarum, *y* primitiæ, oblationes, *z* & quæ ex laudabili conſuetudine ſolent a fidelibus dari, a quibus & peti poſſunt. *aa* Competit & pro dote Eccleſiæ, vt poſſit ad aliquam aliam vacantem Eccleſiam eligere, vel beneficia quædam conferre. *bb* Percipiunt & parochiales Eccleſiæ præter alias, reditus ſpeciales ex relictis aliis Eccleſiis per earum parochianos. *cc* Sunt quoque proprii alii reditus & iura ſingularia epiſcopatuum, vt cathedraticum, *dd* alicubi quarta decimationum *ee* & mortuariorum *ff* procuratio ratione viſitationis *gg* moderatum ab Eccleſiis, extraordinarium auxilium. *hh*

Templum ſeu ædes ſacra, publice deſignatur, & facta conſecratur ab epiſcopo. *ii* 5

SCHOLIA.

a can. Eccleſias, 16. qu. 7. can. Eccleſias per congrua, 13. de conſecr. diſt. 1. cap. ad audientiam in 1. & 2. de eccleſ. ædifica. cap. ſaluator, de præbend. in extrauag. communib. can. 1. prouinciæ, 99. diſt.

b can. in illis, 2. & ſeq. epiſcopi. 80. diſt. ibiq; ratio, & in cap. 1. de priuileg. lib. 5. titul. 33. nec debet cenſeri diœceſis, quæ non habuit epiſcopum. can. 50. fœlix. 16. q. 1.

c dicto can. epiſcopi, 80. diſt. can. plures, 54. 16. q. 1. ca. Eccleſiar. 13. q. 1.

d can. 2. nulli archiepiſcopi. 99. diſt.

e Vide fuſe cap. 3. de eccleſiis ædificandis.

f cap. 1. de no. oper. nuntia. lib. 5. titu. 32. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 3. tit. 13.

g can. ſi quis baſilicã, 19. de conſecra. diſt. 1.

h ca. placuit, 26. de conſecra. diſt. 1.

i cap. ad audientiam 3. de eccleſ. ædifican. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. can. 51. multis, 16. q. 1.

k cap. cum ſicut, 8. de conſecra. Eccleſia. vel alta. lib. 3. titul. 30. can. nemo de conſecrat. diſtinct. 1. §. primo. vt nullus fabricet oratorii domos, in Nouell. §. primo. vt determinat. ſit numer. clerico. Dotat Epiſcopus, ſi non curauerit ab initio dotem ſufficientem aſſignari patrono. argum. cap. ſecundi. & cap. epiſcopus, cap. cum ſecundum, de præbend. vel roget fundatarium augere dotem ſi is habeat vnde poſſit augere, can. piæ mentis 16. quæſtio. fina. vide Panorm. conſil. 89. in 2. volumine. Et Gloſſam, latius hac de re diſputantem, ad dict. cap. cum ſicut. ad verbum conſecranda.

l dicto cap. cum ſicut, de conſecratio. Eccleſiar. can. piæ mentis, 16. quæſt. vltima. can. placuit. 1. quæſt. 2.

m cap. conquerente 6. de cleric. non reſidenti. Et ibi gloſſ. ad verbum, percipere, ait tempore collationis beneficii, poſſe opponi, per eum, cui conferuntur, quod ſufficientia non ſint beneficia, non poſtea. can. dilectiſſimi, 8. quæſt. 2. Nam ex quo beneficiatus conſentit accipere beneficium, quamquam ſit exiguum & modicum, tenetur ibi reſidere, nec poteſt diſſentire. can. clericus, 91. diſtinct. vnio tamen fieri poteſt eccleſiarum, ſi ex altera non poſſit præpoſitus commode viuere, aut non poſſit ſatisfieri cultui diuino cap. ſicut vnire, de exceſſi. prælat. Poterit & beneficiatus poſt collationem, penſiones & onera poſt fundationem beneficio impoſita, impugnare & reprobare, cap. 2. de ſupplen. neglig. præla. c. prohibemus, de cenſi.

n d. can. nemo. de conſecra. diſt. 1. §. 1. vt determin. ſit numerus clericor.

o cap. vt quiſque, 3. de vita & honeſta. cleric. li. 3. tit. 1. cap. præpoſuit 6. de filiis presbytero. vbi & ratio. & in can. illud 7, q. 1.

p dict. §. 1, vt determ. ſit numer. clericor. ca. primo. & cap. auctoritate, 4. de inſtitutio. lib. 3. tit. 7. cap. quoniam vt ait, de vita & honeſta. cler. c. cum Martinus, de conſtitutio.

q can. hoc quoq;, de conſecra. diſt. 1.

r cap. 1. de electio. l. Neratius, de verbor. ſignific. P. Quãuis vnus ſolus ſuperſtes. poſſit omnium aliorum ius collegii retinere l. ſicut, §. ſi. quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. P.



s ca. 2. de ſupplen. negligen. præl. lib. 1. tit. 10. cap. de monachis, 12. de præben. cano. cauendum. can. relatum, 10. q. 3.

t de quibus mentio in cano. terrulas, & ſeq. 12. q. 2. ca. hoc ius, 10. q. 2. can. hoc ius, 10. q. 2. & ca. 1. de cenſ. lib. 3. ti. 30. & ti. de ſacroſan. eccleſ. Sunt alia iura ciuilia & canonica propemodum infinita, quæ de rebus eccleſiaſticis conſeruandis, acquirendis & non alienandis agunt.

v cap. fina. ne clerici vel monach. in Sex. lib. tertio. titu. 24.

x cap. licet. 3. de pœnis, lib. 5. titul. 27. capit. primo. cap. irrefragabili, 13. §. fina. de offic. ordinar. lib. 1. tit. 31.

y cap. tertio & final. de eccleſ. ædifica. libro 3. titulo 48. cano. præcipimus, 16. quæſt. 1. cano. Eccleſias, ibi quæſt. 7.

z can. omnis Chriſtianus. 69. de conſecra. diſtinct. 1. cap. cauſa Carpenſis. de verbor. ſignifi. can. Eccleſia, 13. quæſt. prima. In ſolis tamen oblationibus, beneficii dos vt incerta, conſtitui non poteſt. Rebuffus tracta. de congrua portione quæſtio, 10. & 11.

aa ca. ad apoſtolicã, 42. de ſimon lib. 5. tit. 3.

bb vt in cap. cum olim, 4. de maior. & obedien. lib. 1. tit. 33. & cap. cum vis, 4. de offic. & poteſt. iudic. ordin. lib. 1. tit. 31.

cc Clem. dudum, de ſepultur. ca. cum in tua, de decimis, cum ſimilib.

dd cap. conquerente, 6. de officio. & poteſt. iud. ord. cap. placuit, 10. qu. 3. Vocatur & hoc ius ſynodaticum, quia datur in ſynodo epiſcopali ab his, qui ad eam veniunt, cap. olim. de cenſib.

ee dicto c. conquerente, & cap. dudum de decimis. cap. vni. 10. quæſt. 3. cap. Vulterranæ, can. nobis, can. conceſſo. 12. quæ. 2. vide gloſſam ad c. cum contingat, de decimis.

ff Quandoque tertia eſt pars debita, quandoque quarta, quandoque media, pro conſuetudine cap. primo. & 2. & cap. certificari, de ſepultu. cap. officii. cap. requiſiſti, de ſepultur. nam & præſcriptio in ea ex integro habere locum poteſt. c. de quarta, de præſcriptio.

gg *idq; pro facultatibus eccleſiarum viſitatarum, cap. cum nuper, cap. ſopitæ, c. cum Apoſtolus vbi ratio, de cenſib.*

hh *dicto c. conquerente, in fine, & c. cum apoſtolus, de cenſib.*

ii *Iuxta formam can. nemo. de conſecra. diſtinc. 1. Diximus & nos ſupra copioſe titulo quarto de eccleſia.*

## Capvt X.

1 *Beneficia erecta, cuius iuris ſunt.*
2 *Et quid ius patronatus.*
3 *Poteſtas Summi Pontificis ſuper beneficia.*

1 ERecta beneficia, relinquuntur curæ & ſolicitudini epiſcopi eius, in cuius diœceſi ſunt. *a* Niſi aliquo priuilegio ab ea exemta ſint. *b* Sicque iure communi inſtitutio & deſtitutio præpoſiti beneficio, ad epiſcopum illum pertinet. *c*

2 Debetur & in quibuſdam Eccleſiis aliis ius patronatus: quod eſt, *d* ius *e* honorificum, *f* oneroſum, *g* & vtile, *h* competens alicui in Eccleſia pro eo, quod diœceſani conſenſu Eccleſiam fundauit, *i* conſtruxit, *k* aut dotauit, *l* vel ipſemet, vel is a quo cauſam & ius habuit. *m* Solus, vel cum alio. *n*

3 Poteſtatem etiam habet in beneficia exemta ſolus Summus Pontifex: habet & in alia omnia ius conferendi per concurſum ordinariorum: atque ſupra illos, habet in beneficiis pleniſſimam diſponendi poteſtatem. *o*

### Scholia.

a *can. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. can. obitum. 61. diſtinct.*

b *c. cum & plantare, de priuileg. cap. 2. de ſupplen. neglig. prælato. li. 1 tit. 10.*

c *vt dicemus poſtea, in collatione beneficiorum. cap. cum ex iniuncto, de hæret. cap. primo & 2. de capell. monach.*

d *explicamus hanc finitionem, lib. 7. Syntagma. iuris vniuer. cap. 4.*

e *quia ſpiritali annectitur. ca. de iure patronatus.*

f *quia alios præcedit honore patronatus, in Eccleſia patronata. cap. nobis, §. fin. de iure patrona. Item quod vacante beneficio patronus præſentat inſtituendum, nec poteſt epiſcopus ſine eius præſentatione prouidere. can. monaſterium, cano. decernimus, 19. q. 7. cap. ex inſinuatione, cap. quod autem, cap. illud prætermittendum, cap. ex conſultatione, cap conſuluit, cap. relatum. de iure patron.*

g *nam patronus tenetur ſuam Eccleſiam defendere, & cauere ne bona diſſipentur, cano. filiis. 16. q. 7. & ſi bona non ſufficiant Eccleſiæ, ipſe tenetur de ſuis aliis ſupplere, Clem. 1. de iure patro. cap. 6. de præben. in Sex. cap. exſtirpandæ, §. quod vero, eo. titu. apud Grego. de præben.*

h *nam cum vergit ad extremam inopiam patronus, eccleſia patronata, ne ingrata ſit, eum & filios tenetur alere, cap. nobis, §. fina. de iure patrona. cano. quicunque. 16. q. 7. habita ratione bonorum Eccleſiæ & qualitate perſonarum patronorum, cano. fin. 10. q. fin. l. ſed & ſi quis, §. 1 de vſufruct.*

i *c. nobis, de iure patron. c. piæ mentis, 16. q. 7.*

k *ædificatione videlicet facta propriis ſumtibus, can. monaſterium, 6 q. 7.*

l *can. filiis, can. quicunq; 6. q. 7.*

m *vel ex contractu, vel translatione facta cum vniuerſitate bonorum, cap. cum ſeculum, cap. ex literis, 7. de iure patron. vel ſucceſſione, Clem. 1. de iure patrona.*

n *quia vnus & plures, poſſunt eſſe eiuſdẽ Eccleſiæ patroni. vt in c. 1. 2. 3. de iure patron.*

o *cap. præpoſuit, 4. de conceſſ. præben.*

## Capvt XI.

1 *De exſtinctione beneficiorum.*
2 *De vnione.* 3 *De deſtructione.*
4 *Occupatione ab hoſtibus.*
5 *Minutione. ſuppreſſione.*

1 POrro quemadmodum beneficia ortum habent, ita & aliquando admittere poſſunt interitum & finem: & res etiam ſacræ poſſunt aliquando profanæ fieri, vel ex lege, *a* vel impellente neceſſitate, *b* vel ex alia legitima cauſa.

Quare



2 Quare exſtingui poſſunt beneficia vnione primum accidente cum alia Eccleſia, ob paupertatem, vel ex aliis cauſis. *c* Vnionem dicimus, quando fit ex duobus vel pluribus beneficiis in perpetuum coniunctio. *d* Et ita beneficium alteri vnitum, amittit titulum, nec amplius per ſe vacare dicitur. *e*

3 Exſtinguitur 2. beneficium, quãdo cum auctoritate Summi Pontificis vel Epiſcopi, ædes eius ſacra deſtruitur, vna cum reditibus diſſolutis. *f* Veluti quando ædes ſacræ fuerint in alterius Eccleſiæ conquerentis præiudicium conſtructæ, *g* vel ſi diœceſani, proprium necauerint diœceſanum, *h* vel ſi Eccleſiæ ædificatæ ſint, ſine vllis martyrum reliquiis; aut ſi cum illis, ſed falſis. *i*

4 Tertio, beneficium occupatum ab hoſtibus fidei, quandiu ab illis occupatur, pro exſtincto habetur, *k* quamuis verum ſit, ædes ſacras profanas ideo non fieri. *l*

5 Poſſunt & quarto, ex cauſa, beneficia, ſeu præbendarum numerus, minui vel ſupprimi. *m*

### Scholia.

a *l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram rem, de ver. obli. Permittebat & lex antiquorum Ethnicorum, liberationem a ſacris, per coemtionem ſacrorum factam per ſenes, eam ob rem conſtitutos, vt ſcribit Cicero oratio. pro Murena, vide quæ de exſtinctione beneficiorum diximus lib. 17. Syntagmatis cap. 5. & tracta. beneficior.*

b *Vt in l. ſancimus, 17. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

c *ca. fi. §. hoſtilitatis, 25. q. 2. ca. & temporis, 16. q. 1. c. 2. de religioſ. domib.*

d *cap. ſicut vnire, de exceſſib. præla.*

e *Interpretes ad c. cum acceſſiſſent, per illum textum, de conſt. Ludouicus Gomes, ad regulã de trien. poſſ. q. 8. Ioannes Andreas, ad Cle. 1. de ſupp. neg. præla. & ita hic proprie vnionem vſurpamus; alioquin tribus modis vnio ſeu coniunctio beneficiorum fieri dicitur, vt docet gloſ. ad c. 1. ad verb. vniendo, ne ſede vacan. & gloſ. ad ca. & tẽporis, & ſequẽti ad verb. vnire, 16. q. 1.*

f *Vt in l. 3. de colleg. illicit. li. 47. Pand. tit. 22.*

g *Vt in cap. 1. & 2. de noui. operis nuntia.*

h *Canone finali 25. q. 2.*

i *ca. placuit, de conſ. di. 1. ca. & hoc diximus 16. q. 7. vide Ioſephum, lib. 7. de bello Iudaico, ca. 2.*

k *ca. paſtoralis, 7. q. 1. ſancta Romana, de electio. in extrauagant. communib.*

l *vt notant ad ca. quæ ſemel, 19. q. 3. vbi corrigitur. l. cum loca, 36. de religi. & ſumti. funer. P. lib. 11. tit. 7.*

m *c. fi. de verb. ſignifi. c. cum acceſſiſſent, de conſtit.*

# DE INSTITVTIONIBVS. Tit. XXVIII.

a *Tractatur in titulo 7. lib. 3. Decreta. & in Sext. lib. 3. tit. 6. in ca. omnes, & ſequent. vſque ad ca. quoniam in quibuſdam, 16. q. 7. tractatur & titulis de præbendis, & conceſſione præbendæ, & in Concordatis de collationibus.*

## Capvt I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Et inſtitutionis acceptiones.*

POſt tractationem de beneficiorum origine, qualitate, erectione, & exſtinctione, poſtulat ordo, vt de acquiſitione agamus eorum, ſicque proxime ſubnectamus de conceſſione ſeu inſtitutione, quæ in illis fit. 1

Inſtituere generale nomen eſt, quod nihil aliud in genere, quam intraponere, ſignificat: id eſt, ita tradere rem, vt ex ea conceſſione ad aliquem velimus eam pertinere. Vnde, & manauit frequens inſtituendi in teſtamentorum voluntatibus mẽtio. *a* Et in cauſa ſacerdotiorum ſeu beneficiorum eccleſiaſticorum, quinq; modis inſtitutio vſurpatur: primum generaliter; vt in hoc titulo pro collatione libera, quãdo Epiſcopus pleno iure confert Eccleſiam, & intra Eccleſiam aliquem ponit, vt vel ipſe eidem præſit, vel in eadem aliis inſeruiat. *b* In qua acceptione dicimus, inſtitutionem, & deſtitutionẽ perſonarum 2

Eccleſiaſticarum, pertinere ad Epiſcopum. *c* Secundo, accipitur inſtitutio pro confirmatione electionis factæ ad beneficium, quæ ab Epiſcopo iure communi, vel ab alio ex priuilegio fit. *d* Tertio, pro collatione facta ab Epiſcopo ad præſentationem patroni; quæ ita, eſt præſentati ad beneficium approbatio. *e* Quarto, pro confirmatione, approbatione, ſeu auctorizatione collationis ab alio, quam ab Epiſcopo iure priuilegii factæ. *f* Eſt, & quinto inſtitutio, corporalis inueſtitura, cum quis inducitur in corporalem poſſeſſionem beneficii. *g* Ex quibus quinque modis, quatuor primi pertinent ad Epiſcopum vel eius vicarium, quintus etiam, ad Archidiaconum. *h*

### Scholia.

a *Tit. de hæredibus inſtituen. §. ante hæredis inſtitutionem, de lega. apud Iuſtinia. l. 1. de vulg. Pand.*

b *Inſtituere, eſt ius canonicum in Eccleſiaſtico beneficio tribuere, Gloſſ. in c. auctoritate, 4. de inſtitu. lib. 3. tit. 7. per c. cum ex iniuncto, de hære. facit, cap. 1. de regul. iur. in Sexto.*

c *Dicto c. cum ex iniuncto, de hære. & c. cum & plantare, §. in Eccleſiis, de priui. c. 1. & 2. de cape. mo.*

d *c. cum Vintonienſis Eccleſia, de electione.*

e *cap. 1. & 2. de inſtitution. in Sext. cap. fin. & fere per ſingula capita tituli de iure patronatus.*

f *De confirmatione, in c. cum ſatis, de offic. Archidia.*

g *cap. ad hæc, & c. cum locum, de officio Archidia.*

h *Ioan. ab Imola, ad c. cum veniſſent, & c. ex freq. de inſti.*

### Caput II.

*Diſtinctio ſeu diuiſio inſtitutionum.*

1 EX his porro inſtitutionibus beneficiorum enumeratis, liquet aliquam liberam eſſe, aliquam non liberam. *a* Libera

A eſt, quando is, qui conferendi poteſtatem habet, ſponte, & liberaliter, *b* cõfert, & poteſt alium alii, idoneum tamen, præferre. Non libera eſt, cum collator *d* ad alterius, vel aliorum electionem, *e* præſentationem, *f* nominationem, *g* mandatum, *h* receptioni in canonicum, *i* reſignationi in fauorem, vel permutationi, *k* aut optioni, *l* legitime factis & exhibitis, tenetur conſenſum adhibere.

B

### Scholia.

a *Tractatur, in c. relatum, 9. ad ver.* liberaliter, *de præb.*

b *Dicto cap. relatum, quia & collatio donatio dicitur, c. quia diuerſitatem, de conceſſio. præb. cum ſimil.*

c *§. ſtatuimus, de collatione in Concordatis.*

d *Hic enumerantur ſpecies collationis non liberæ.*

e *Quando electio legitima facta eſt, ſuperior tenetur eam approbare, & hæc approbatio dicitur confirmatio, c. noſtri, de elect. c. fin. eo. tit. in Sex. ſicque conſtituitur differentia inter electionem, collationem, inſtitutionem, præſentationem, vt vnius appellatione reliquæ non contineantur, in forma prouidendi, in c. cum illis, 16. §. 1. & §. cum autem, de præb. in Sex.* C

f *Præſentatio facit non liberam collationem, & ideo dicitur illa Epiſcopi collatio, inſtitutio, can. decernimus, 12. quæſt. 7. cap. illud, de iure patronatus.* D

g *Nominatio in Gallia duplex, vna quæ regia, quando rex nominat Summo Pontifici ad prælaturas vacantes idoneum inſtituendum. tit. de regia ad prælaturas nominatione, in Concordat. Altera eſt Scholaſtica, quando ex priuilegio, academiæ nominant prælatis collatoribus ad beneficia vacatura, in mẽſibus certis aſſignatis graduatis nominatis vel ſimplicib. §. qui vero, §. præfatiq; ordinarii, & §. fin. de colla. in Concor. Probauit vtraſq; præſentationes ſeu nominationes competentes principibus & ſcholis ex priuilegio, Concilium Tridentinum ſeſſion. 25. c. 9. de refor.* E





h *c. ſi ſoli, de conceſ. præ. in Sex. c. dilectus 1. de præ. c. ſi duobus, de reſcrip. c. ſi tibi. eod. tit. in Sext.*

i *Qui recipit aliquem in canonicum, tenetur ei de præbenda prouidere, ca. relatum 9. de præ. c. cum ſuper. de com. præ.*

k *Quandoquidem beneficia reſignata in fauorem aliquorum vel permutata, non poſſunt aliis, quam his, in quorum fauorẽ reſignata ſunt vel permutata, conferri. clem. vni. de rerum permuta. capit. olim prima. de reſtitu. ſpolia.*

l *capit. fin. de conſuetud. in Sext. optionem in officiis ciuilibus etiam conſtituit. l. vnicuique 7. de proximis ſacror. ſcrinio. libr. 12. C. titul. 19.*

### Cap. III.

1 *De vacantibus beneficiis fiat inſtitutio.*
2 *Et de modis vacandi.*
3 *De vacatione ipſo iure.*

1 COmmune † omnibus inſtitutionibus & collationibus, ne beneficia iure ordinario, priuſquam vacent, conferantur. *a* Vacare dicũtur, quæ a nullo poſſidentur, *b* vel poſſidentur quidem, ſed male. *c*

2 Quare vacatio † eccleſiæ tunc inducta dicitur, quando ea eſt deſtituta, vel priuata proprio clerico ſeu præpoſito, qui eam iure poſſidebat. Vacare autẽ dicitur quatuor modis, ipſo iure tantum, per ſententiam, ipſo facto tantum, ipſo iure & facto ſimul. *d*

3 Ipſo iure vacat, † quando poſſeſſor declaratur priuatus beneficio, aliquo caſu adueniente, ſine alia declaratione iudicis, *e* & quamnis poſt caſum priuationem inducentem, iure priuatus, de facto ſeu reipſa detineat. Neque enim tunc conſiderauimus eius detentionẽ, quominus collator ita vacans conferre poſſit alteri, *f* quanquam verum ſit, per illam vacationem prouiſum, non poſſe nanciſci realem poſſeſſionem, niſi prius vocauerit in ius eum, qui de facto poſſidet iure ipſo priuatus. *g* Contingit hæc vacatio ipſo iure

A inducta, ex intitulati delicto, vel ex quaſi delicto. Ex delicto, veluti ex manifeſta eius Simonia, *h* hæreſi, *i* aſſaſſinatu, *k* homicidio paſtoris Eccleſiæ, *l* ex falſificatione literarum Apoſtolicarũ, *m* ſi ob calumniam electionis accuſatæ ſuſpenſus a beneficiis, in illis adminiſtrauerit, *n* intruſione beneficii: *o* ſi quis hoſtiliter fuerit perſecutus Cardinalem, vel eundem percuſſerit, aut ſocius comprobatur: conſultor fuerit perſequentium: & ita fuerit particeps reatus maieſtatis; *p* ſi quis vi concluſos coegerit ſua beneficia eiurare, *q* ſi ſodomita, *r* ſi ſpoliauerit vel impediuerit ſequeſtrũ beneficii, de quo litigat, quo caſu, & iure ſuo, ſi quod in eo habet, ipſo iure priuatur. *s* Qui etiam ad preces hæreticorum obtinuerint a collatoribus beneficia, illis ipſo iure priuantur: & ſi ſcienter acceperint, etiam ad alia obtinenda alio modo, fiunt incapaces. *t*

C

### Scholia.

a *Ex concilio Lateranenſi ſub Alexandr. 3. cap. 8. relato. in c. 2. 3. & fi. de conc. præ. c. de ſtanda 2. eod. tit. in Sex. vbi rationes, & ca. illud prætereundum 8. de iure patr. c. venerabilis 37. §. fi. de præ. ca. ſi quis Papa 2. diſtinct.*

b *l. qui cœtum. §. fin. ad leg. Iul. de vi pub. Pandect.*

c *Paria quippe ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe inutiliter. l. quoties, qui ſatiſdare cogant. P.* D

d *Modi vacandi vel maxime in impetrationibus obſeruantur, cum ſub vnico modo vacandi facta impetratione, alii non contineantur, niſi exprimantur, cap. ſuſceptum, de reſcript. in Sex. ſic & alias exprimitur vacatio per conſtitutionem exſecrabilis, de pœnis in extrauag. per conſtitutionem, de multa, de præb. per non promotionem ad ordinem presbyteratus, ex c. licet canon. de elect. in Sext. vt infra videbis. Lege deciſ. 28. Rotæ in Nouis.* E

e *Gloſſ. ad l. iubemus. §. œconomus ad verb.*

*priuetur. de Sacroſanct. Eccle. C. c. ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alien. in extrauagantibus communibus.*

f *cap. de multa, de præben. ca. cum in illis. §. cum autem. eod. tit in Sex.*

g *c. licet epiſcopus 28. de præben. ca. volumus 16. q. 4. c. in literis, de reſtit. ſpoliatorum, ca. eum qui, de præb. ſic intelligitur, c. cum noſtris, de conceſſ. præb.*

h *Non ex occulta, ca. inſinuatum, de Si. ca. cum deteſtabile, eod. tit. in extrauag. com.* B *Simoniace etiam ordinati, non faciunt fructus ſuos beneficii, in deci. Tholoſ. 438.*

i *c. ad abolendã, de hæret. c. cum ſecundum leges, eod. tit. in Sex.*

k *c. 1. de homicid. in Sexto.*

l *Vide caput in quibuſdam, de pœnis.*

m *capite ad falſariorum, de crimine falſi.*

n *cap. 1. § fin. de electionibus in Sexto.*

o *cap. eum qui, de præbend. in Sext.*

p *Vide caput. § fœlicis 5, de pœnis in Sexto.* C

q *Clementina multorum, de pœnis.*

r *cap. clerici, de exceſſib. prælatorum.*

s *Clementina vnica. c. ſequeſtra. poſſeſſio.*

t *cap. 2. § ad hæc, de hæreticis in Sexto.*

## Caput IIII.

### *De vacatione ex quaſi delicto.*

EX quaſi delicto, *a* † priuatur quis interdum ipſo iure beneficio: quamobrem & eo modo inducitur vacatio: veluti primo, D adeptione ſecundi beneficii, quod teneri non poteſt cum poſſeſſo, prius vacat, niſi accedat diſpenſatio, *b* vel ſecundo, ſi beneficiatus contrahat matrimonium, vel ſponſalia de præſenti. *c* Tertio, per non promotionẽ ad Presbyteratum intra annum adepti pacifice beneficii curam animarum habentis. *d* Quarto, ſi irrita fiat electio, ex qua quis nactus erat beneficiũ. *e* E Quinto, & vacabit, & Eccleſia prior, ex qua transfertur Epiſcopus, poſt conſenſum tranſlationi per eum adhibitum. *f* Sexto, ſi electus non conſentiat electioni de ſe factæ intra menſem: aut ſi non petat confirmationem electionis intra tres menſes ſe- A quentes, priuatur iure electionis, quod ei competit, & ita vacat beneficium. *g* Item ſeptimo, ſi poſt alios tres menſes conſecrationem non petat Epiſcopus, vacant eius beneficia ante electionẽ poſſeſſa. *h* Octauo, priuatur electus iure beneficii, ſi ſe ingerit adminiſtrationi eius ante confirmationem. *i* Nono, idipſum accidit, ſi ſe ingerat adminiſtrationi beneficii tempore ſuſpenſionis. *k* Decimo, ſi bona eccleſiæ vel B beneficii alienet. *l* Vndecimo, ſi beneficiatus ingreſſus religionem, regulam profiteatur. *m* Duodecimo, ſi reſignatio facta in Curia Romana, non publicetur intra ſex menſes, vel ſit facta, ſi extra curiã non publicetur extra menſem. *n* Decimotertio, ſi beneficium detur in commendam ab epiſcopo, poſt ſex menſes vacat commenda. *o* Decimoquarto, ſi Abbatiſſa eius monaſterii, in quo ſedet, benedici, nõ cu- C rauerit intra tẽpus a iure conſtitutum poſt confirmationem ſe benedici, beneficio cadit. *p* Decimoquinto, qui conſenſerit electioni in ſenatorem Romanum de ſe factæ, contra prohibitionem Nicolai Sum. Pontif. omnibus priuilegiis, feudis & beneficiis a ſede Romana impetratis, ipſo iure priuatur. *q* Decimoſexto, qui poſtularunt minores 25. annis in prælatos, pri- D uantur ipſo iure beneficiis, quæ habent in Eccleſia illa ad quam poſtularunt. *r* Decimoſeptimo & is, qui non oſtendit titulum ſui beneficii: *s* vt & Decimooctauo, is qui ſine canonica inſtitutione beneficiũ poſſidet. *t*

### Scholia.

a *Iuxta §. 1. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſc. lib. 4. inſtit. Iuſtin. tit. 5.*

b *Clem. fin. de præb. in Clem. capit. de multa, de præb. cap. dudum, in 2. de electio. cap. cum ſingula. de præb. in Sext. ca. 1. de conſuet. cap. exſecrabilis, de præb. in extrauagantibus communibus.*

c *capit. 3. & capit. diuerſis, de clericis coniugat.*

d *cap.*



d *cap. licet canon. & cap. commiſſa, de elect. in Sext.*

e *c. conſiderauimus, & ca. ſuper eo, de elect. in Sexto.*

f *can. in apibus 7. qu. 1. quando ſcilicet quis nactus fuerit ſecũdæ Eccleſiæ poſſeſſionem pacificam, capi. quanto, de translat. Epiſcop. capit. cum ſingula, §. prohibemus, de præbendis in Sexto.*

g *cap. quam ſit eccleſiis, de election. in Sexto. cap. ſi religioſus, de election. in extrauag. communibus.*

h *capit. cum in cunctis. §. cum vero, de electione.*

i *cap. auaritiæ, de electio.*

k *cap. 1. in fin. & cap. cupientes. §. cæterum, de elect. in Sext.*

l *c. vni. de rebus Eccleſiæ non alien. in extrauag. commun.*

m *cap beneficium, de regula, in Sexto. cap. ex tranſmiſſa. de renun. ca. Gonſaldus 17. qu. 2. reg. cancell.*

n *Secundum regulam cancellar. 34. quæ in Gallia non ſeruatur, vbi ſufficit publicari reſignationem, & poſſeſſione adipiſci ante mortem reſignantis, ex conſuetudine. Rebuffus ad §. monaſteriis, de regia ad prælaturas nom. ad verbum,* vacantibus, *in concord.*

o *canon. nemo deinceps 15. de electione in Sexto.*

p *Clemen. attendentes. §. ſtatuimus, de ſtatu monach.*

q *cap. fundamenta, 17. de electione.*

r *capit. vnic. de poſtulat. prælat. in extrauag. commun.*

s *ca. ordinarii, de officio ordinarii, in Sex. facit. capit. 1. immunitæ, in extrauagantibus communibus.*

t *cap. 1. beneficium, de reg. iur. in Sexto.*

## Cap. V.

### *De priuatione & vacatione beneficii per ſententiam.*

1 PEr ſententiam beneficii priuatio † & vacatio inducitur, quando ob grauem A cauſam, *a* iudex iudicio, & cauſa cognita poſſeſſorem expreſſe priuat beneficio. Si quidẽ in criminibus, in quibus ius non inducit expreſſe beneficii ademtionẽ delinquentibus, per condemnationem criminis a iudice factam, niſi expreſſe, fiat in ſententia priuatio, *b* poſſeſſores non amittunt beneficia, quamuis grauiora ſint crimina illis, pro quibus ius induxit priuationem ipſo iure: ideo in illis ſola conde- B mnatio criminis non inducit priuationem vel vacationem, ſi omittatur in ſententia expreſſio ademtionis. *c* Exempla paſſim occurrent in iure, vt illud non reſidentis, qui ipſo iure beneficio, in quo non reſidet, non priuatur, niſi monitus legitime & ob contumaciam damnatus, nominatim titulo ſui beneficii exſuatur. *d*

### Scholia.

C a *Et non aliter. cap. ſatis peruerſum, 56. diſtinct. can. præcepta 55. diſtin. cap. Monachi 2. priores, de ſtatu. Monach. cap. vnic. in fine. de capellis monach. cap. non poteſt 3. de renuncia. can. inuentum 6. quæſtione 7.*

b *Interpretes ad cap. querelam 10. per illum textum, de iureiuran. libr. 2. tit. 24. & ibi Panorm. num. 3.*

c *Præpoſitus ad cap. ſtudeat 50. diſt. cap. ſtu-* D *deat. de clerico excommun. miniſtran. Felin. ad cap. final. de reſcriptio. Baldus ad l. cum fratrem, de his quibus vt indign. Permagni autem intereſt, aliquẽ dici priuatum beneficio, ipſo iure, aut per ſententiam. Nam quoties quis ex aliquo crimine priuatus dicitur beneficio ipſo iure, tenetur reſtituere fructus perceptos a die commiſſi criminis, & percipiendos qui percipi potuiſſent pendẽte ſua indebita poſ-* E *ſeſſione. Quando vero alio modo quis priuatur beneficio, reſtituit tãtum a tempore litis conteſtatæ, quo cœpit eſſe malæ fidei poſſeſſor, vel a die ſententiæ, ſeu priuationis. Panormitan. ad cap. item cum quis, de reſtitu. ſpoliat. Rebuff. in tract. de pacif.*

*poſſeſſor. num. 263. facit in argumentum. l. eum qui, de his quibus, vt indign. P. Iure quoque ciuili in criminibus quibus ipſo iure bona reis adimũtur, & fiſco addicuntur, ſtatim commiſſis criminibus illis, bonorum cenſetur ſuorum libera interdicta adminiſtratio & alienatio. l. donationes, 3. §. fin. de donationi. libr. 39. P. tit. 5. dum agitur de crimine perduellionis, & in l. ſi quis poſthac 9. §. fin. de bonis epiſcop. C. l. penult. & fin. ad legem Iul. maieſtat. C. In aliis contra, niſi poſt condemnationem & ademtionem factã nominatim bonorum, vt l. poſt contractum 15. de don. P. l. 46. §. 6. de iure fiſci. P. l. 41. de ſolut. P. Subinde, ſi quis tantum per ſententiam, & non ipſo iure priuatus ſit beneficio, & a iudicio prouocatum ſit, pendẽte prouocatione non cenſetur priuatus beneficio, quare, & medio tempore poterit illud renuntiare. Boerius. deciſ. 206. Rebuffus de pacificis poſſeſſor. num. 262. vbi ſic fuiſſe iudicatum refert. per l. qui a latronibus. §. fin. de teſtament.*

d *cap. ex parte 8. cum tribus ſequentibus, ca. conquerente 6. & c. 2. de cler. non reſidenti. cap. 11. poſt quemquam 50. diſtinct. cap. 47. eos ſacerdotes 7. quæſt. 1.*

## Capvt VI.

*De vacatione ipſo facto ſolum.*

1 Vacatio † ipſo facto tantum inducitur, & non iure, aut alio modo vero, quando de facto tantum vi coactus cogitur relinquere ſui beneficii poſſeſſionem, vel vi de poſſeſſione deiicitur. *a*

### Scholia.

a *capit. ad aures 2. & cap. ad audientiam 3. de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt. lib. 1. tit. 40. cap. 2. de reſtitut. ſpoliator. lib. 2. titul. 13. cap. ſuper hoc 5. de renunt. libr. 1. tit. 9.*

## Capvt VII.

*De vacatione ipſo iure, & ipſo facto ſimul per mortem & renuntiationem.*

Ipſo iure, † & facto vacant beneficia, per mortem aut renuntiationem veri titularii. *a* Mortem hic intelligimus naturalem, non ciuilem. *b* Morte quippe ſoluitur ius vſus vel vſusfructus. *c* Comparat autem ius ſcriptum vſuariis, conſuetudo alicubi vſufructuariis, beneficiatos. *d* Quamobrem, & locatio fructuum beneficiorum per illos facta, morte eorundem exſtinguitur. *e* 1

### Scholia.

a *Et ſunt hi diuerſi modi vacandi, vt expreſſio vnius in impetratione beneficii, ad aliũ non pertineat, cap. ſuſceptum, ſexto de reſcriptis.*

b *Gloſſa ad dictum cap. ſuſceptum, ad verba,* non morte, *de reſcriptis. Et quamuis exuli ſeu bannito non poſſit conferri beneficium de nouo loci, a quo exulat, eo quod in eius Eccleſia eſſe non poteſt: attamen per bannitionem ſolam, quod iam tenet beneficium, ei non cenſetur ademtum tacite. Rebuffus in tracta. de pacific. poſſeſſ. num. 203. multa enim facta tenent, quæ ſi facienda eſſent, non fierent. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. cum ſimilibus.*

d *Vt diximus ſupra, tit. 26. de peculio clericorum in diuiſione peculii, & in tracta. benefic. Vide Gloſſ. ad cap. præſenti. de officio ordinarii. in Sexto.*

e *cap. 2. & fin. de loca. cap. ſi. ne prælat. vices ſuas, &c. Clemen. prima. de rebus Eccleſiæ non alienan.*

## Capvt VIII.

1 *Renuntiatio quid.*
2 *Diuiſio.*
3 *Et de tacita.*

Renuntiatio eſt, *a* rei vel iuris proprii *b* refutatio ſeu remiſſio ſpontanea, *c* ex certis cauſis, *d* & cum auctoritate ſuperioris facta. *e* 1

Fit autem † vel tacite vel expreſſe. 2

Tacite, † quando præſumitur facta, veluti ſi beneficiũ habeatur ꝓ derelicto, *f* vel ſi quis acceptauerit beneficium quod tenere nequit cum primo, *g* cenſetur renuntiare primo, vt is qui intra iuris terminum non ſe promouet ad presbyteratum, nolle cenſetur beneficium quod ſacerdotẽ deſiderat. *h* Si quis per triennium inſtitutam litem de beneficio non perſequatur, *i* vel alio modo ſuo facto, patiatur ius quod habeat ab alio ſibi adimi. 3



### Scholia.

a *Cardina. ad Rubric. de renuntiat. in Sext. vide & Hoſtienſem in ſumma eius tituli.*

b *Iuris quippe alieni non obeſt Domino renuntiatio. c. dilecto. in fin. de præb. c. pen. de ſen. & re iud.*

c *Hoc enim requiritur in renũtiatione vera & valida, vt ſit ſpõtanea, vtq; ſit irreuocabilis, c. 3. ca. ſuper hoc 3. & cap. in præſentia 6. de renunt. lib. 1. tit. 9. ſiue per ſe, ſiue per procuratorem fiat. Cle. vn. de ren. renuntiãtibus quippe non datur regreſſus. l. ſi res, §. arcam. de ſol. l. quæritur, §. venditor, de edil. edict. l. poſtquã liti. C. de pact. contra, ſi vi metuve adactus quis renuntiauerit, vel per impreſſionẽ, aut dolo malo renuntiet. c. dicto. c. ſuper eo, de ren. c. 2. de reſti. ſpo. lib. 2. tit. 13. c. 2. 3. 4. de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt. lib. 1. tit. 40. Dummodo metus talis ſit, qui poſſit mouere conſtantem virum, non aliter proxime citatis iurib, & c. cũ dilectus filius 6. vbi, & Gloſſa notat quæ faciant iuſtum metum, de iis, quæ vi metuſve cauſ. fiũnt. cap. veniens, de ſpon. l. metum, quod met. cauſ. P. In dubio tamen, non præſumimus renuntiationem ſpontaneam. d. c. ſuper eo, de renuntia. cum nemo præſumatur, iactare ſuum. l. cum de indebito, de probatio.*

d *Sine cauſa legitima nõ licet relinquere beneficium; quia indecẽs omnino probatur prius ſoluere militiæ cingulũ, quam cedat victori aduerſitas præliorũ. ca. 1. de renun. c. ſciſcitaris 7. quæ. 1. ſimile in militibus armatæ militiæ, in l. 2. de his qui non impletis ſtipendiis, &c. lib. 10. C. Cauſæ legitimæ habitæ renuntiationis duobus verſibus referuntur:*

> Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis,
> Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

*Qui explicãtur, in c. niſi cum pridem 10. de ren. & a D. Thoma 2. 2. qu. 185. art. 5. veluti, qui ſine periculo vitæ in beneficio eſſe nõ poteſt, renuntiat, & eidem cedit ex permiſſione ſummi pontificis, in ca. ad ſupplicationẽ. 9. de renun. Reprobatur autem facta interuentu vel promiſſione pecuniæ, in d. c. ſuper hoc 5. de renun. ca. cũ pridem, de pact. c. ad quæſtiones, de rer. per. Poterit, & qui plura beneficia conſequitur, vnum euitare, ſi omnia ſimul nequeat detinere, c. referente. de præ. ca. exſecrabilis, eod. titul. in extr. comm. item quæ Simoniace fuerit adeptus. ca. non eſt veriſimile. de præſumt. vel propter aliud crimen, ca. poſt translationem. de renun.*

e *Auctoritas ſuperioris ſpiritualis, renuntiationi neceſſaria, aliter nihil agitur. c. 1. c. admonet 4. & c. fin. de renun. verum iure, qui ſemel auctoritatem renuntiãdi impetrauit cogitur renuntiare. c. quidam cedendi 12. de renunt. vbi rationes, quod tamen non eſt in vſu, ſuperior is dicitur, qui beneficium contulit renuntiare volenti, in cuius manibus iterum debet reponere per ceſſionem vel renuntiationem. ca. denique 6. q. 3. c. Abbas 18. q. 2. cum ad eum inſtitutio, & deſtitutio pertineat. c. cum ex iniuncto. de hæret. c. 1. de capell. monach. cum ſimil. quod intelligi par eſt, quando inſtitutio ad ſuperiorem pertinet de iure communi: alioquin ſi is inſtituerit ex conſuetudine vel præſcriptione, tunc in manibus Epiſcopi diœceſeos non eius qui collationem alioquin habet, faciẽda, quia præſcripta tãtum collatio, non admiſſio renuntiationis, vel deſtitutio, Rota deciſ. 398. in nouis: nec amplius cenſetur præſcriptũ quam poſſeſſum. c. cum in tua, de decimis. c. fin. de offic. archi. ca. auditis, c. cum olim, de præſcrip.*

*facit, c. cum in illis, de præb. in Sext. Supe-* A
*rior tamen ſolus dicetur in exceptis bene-*
*ficiis, Abbatiis, & Epiſcopatibus, aliiſque*
*maioribus, ſummus Pontifex. c, 1. & fin. de*
*renun. Quia vero ſummus Pontifex ſe ſu-*
*periorem non habet, ipſe per ſe ex ſeipſo, ſi*
*velit ſuum beneficium ſeu papatum, cui*
*voluerit renũtiare poterit. c. 1. de renun. in*
*Sext. At renuntiatio beneficii in manibus*
*laici facta, in præiudicium ſuperioris non*
*valet, quia ſuperior ea non obſtante poteſt* B
*renuntiantem in beneficio renuntiato reti-*
*nere: valebit tamen in præiudiciũ renun-*
*tiantis, vt priuetur ideo beneficio, nec poſ-*
*ſit ad illud redire, c. quod in dubiis 8. de re-*
*nun. Rota deciſ. 352. in nouis. ca. non opor-*
*tet. 7. q. 1. vide glo. ad c. vnicum, ad verb.*
renuntiaſſe, *tit. de ſublatione. Clementinæ*
*literis, in prag. ſan.*

f *In cap. 1. de offic. vicar. c. ex parte. de Cler.*
*non reſident.* C

g *ca. de multa. de præb. c. gratiã. de reſcriptis*
*in Sex. Clementina gratia, eo. tit. in Clem.*

h *ca. licet canon. & ca. commiſſa, de elect.*

i *In regula cancellariæ, de pacificis poſſeſſo-*
*rib. & in alia, de triennali poſſeſſore.*

## Caput IX.

1 *De expreſſa renuntiatione.*
2 *De diuerſis formulis eius.*

1 EXpreſſa renuntiatio,† fit per verba ex- D
preſſa & explicita, ſponte prolata a ti-
tulario, per quam, ſi pure & ſimpliciter
fiat, renuntians priuatur iure ſuo ſtatim ea
facta, *a* etiam ſi non ſit admiſſa. *b*

2 Expreſſa quippe † renuntiatio duplex
eſt: aut ſimplex puta: aut conditionalis,
Simplex proprie corã ordinario fit colla-
tore, ſine pacto, conditione, aut die: nam
hæc redolent Simoniam in beneficiis cõ-
ferendis. *c* Conditionalis renuntiatio fit, E
vel in fauorem alicuius, & non alias nec a-
liter. *d* vel cum reſeruatione penſionis, &
non alias nec aliter: *e* vel cum regreſſu. *f* vel
ex cauſa permutationis non alias, & non
aliter. *g*

### Scholia.

a *capit. 2. & 3. de renunt. Clemen. vni. eod.*
*tit. neque datur regreſſus ad beneficium e-*
*iuratum ſine noua collatione, etiam ſi ca-*
*ſus regreſſus ſit expreſſe reſeruatus. canon.*
*quam periculoſum 7. quæſtio. 1. cap. inter*
*cætera, de præb. cap. cum vniuerſorum. de*
*rerum permutat. Vide Rebuffum. tractat.*
*de pacif. poſſeſſor. numer. 144. & ſequen-*
*tibus. Valet tamen reſignatio cum regreſ-*
*ſu: ſed regreſſus annullabitur in Gallia:*
*quanquam cum regreſſu extra Galliam a-*
*licubi renuntiatio toleretur. Vide Rebuf-*
*fum ad rubricam de reſignationibus in*
*concordatis.*

b *cap. quod in dubiis, 8. de renunt. can. ſunt*
*nonnulli, & can. ordinationes. 1. quæſt. 1.*
*cap. tua nos, 34. de ſimonia. lib. 5. tit. 3. ca.*
*cum pridem. & cap. ſi. de pact.*

c *Et ideo ratione reſtrictionis ſeu conditio-*
*nis appoſitæ renuntiationi, beneficia ita re-*
*nuntiata in fauorem, vel ex cauſa permu-*
*tationis, non poſſunt aliis quam nomina-*
*tis, & compermutantibus conferri alio-*
*quin renuntiantes redeunt ad beneficia. c.*
*inter cætera 17. de præb. cap. vni. de rerum*
*permuta. in Sex. Vide Rebuffum. in praxi.*
*titulo. de reſignatione conditionali, a nu-*
*mero 14. vſque ad 20. facit quod genera-*
*liter conditiones ſint implendæ in forma in*
*ſpecie definita. l. 3. C. de conditionibus in-*
*ſert. l. Mæuius. l. cum quidam, de condi-*
*tion. & demonſtratio. P. l. 2. de donatio. in*
*P. Notandum, reſignationem conditio-*
*natam, non fieri coram ordinario collato-*
*re, ſed coram ſummo tantum Pontifice: ne-*
*mo enim iure communi ſibi eligere in be-*
*neficio ſucceſſorem poteſt, ca. non licet, &*
*can. Apoſtolicam. 8. quæſtio. 1. quia bene-*
*ficiatus tantum habet adminiſtrationem,*
*perſonæ ſuæ & induſtriæ conceſſam, & id-*
*eo illud priuilegium ad alium per ſe tranſ-*
*ferre non poteſt. l. quia tales, ſolut. matrim.*
*P. argumen. l. inter artifices, de ſolutio. P.*
*Sed & videretur quædam ſpecies ſimoniæ,*
*in fauorem vel gratiam perſonæ dare be-*
*nefi-*



*neficium, ca. ordinatione, can. ſint nonnul-* A
*li. 1. quæſt. 1. Item & pactum, vt dictum,*
*quare ſummus Pontifex, in hac ſpecie con-*
*ditionalis renuntiationis, qui poteſt ſimo-*
*niam hanc eluere, adeundus erit: Gloſſa ad*
*capit. cum pridem. ad verbum illicitæ, de*
*pact. quia ſupra ius poſitiuum ſolus ex ple-*
*nitudine poteſtatis poteſt diſpenſare. c. pro-*
*poſuit. de conceſ. præb. c. 2. de præb. in Sex.*

e *Fit reſeruatio penſionis in fructibus omni-*
*bus, vel in parte, vel ratione concordiæ, vt* B
*a lite diſcedatur, vel ne renuntians immo-*
*dicum diſpendium patiatur, quod tamen*
*ſolus Pontifex admittere poteſt, non ordi-*
*narius collator. cap. niſi eſſent 21. de præb.*
*& ibi gloſſ. capit. de cætero, de tranſact. A-*
*lioquin enim iure ordinario beneficia ſine*
*vlla diminutione conferri debent, tit. Vt*
*Eccleſiaſtica benefic. ſine diminut. confe-*
*ran. Quemadmodum enim ius eſt indi-*
*uiſibile beneficii, ita & eius fructus, ca. fin.* C
*1. quæ. 3. ca. ſi monachus. 16. quæ. 1. c. no-*
*ſtrum. c. 1. vt Eccle. benef. ſine dim. confe-*
*ran. c. maioribus, de præb. Haberet & ſimo-*
*niam hæc renuntiatio ſine ſummo Pontifi-*
*ce, quæ committitur dando aliquid, vel re-*
*tinendo pro datione beneficii. c. ſuper eo, 8.*
*de tranſact. c. cum pridem 4. de pact. Vide*
*Rebuffum in Praxi. 3. part. tit. de renunt.*
*conditionali. num. 23.*

f *Regreſſum dicunt. conditionem, vt ſi præ-* D
*moriatur is cui reſignatur, reſignans poſſit*
*redire ad beneficium reſignatum: De quo*
*vide Rebuffum in proxime citato loco, quæ*
*tamẽ forma reſignationis reiicitur in Gal-*
*lia, & in concilio Tridentino ſeſſione 25.*
*de reformatio. c. 7. pro quo iudicatum: vi-*
*detur & vltra hæc conceſſio reprobata per*
*c. accepimus 5. de pact. Suffragatur & ra-*
*tio, quæ ex iure aperte colligit, beneficia hæ-* E
*reditaria eſſe non debere, cap. Apoſtolica*
*8. q. 1. c. ad extirpandas, & c. præſentium,*
*de filiis presbyt. maxime quod iſtæ cum re-*
*greſſu, reſignationes habeãt quoddam vo-*
*tum captandæ mortis, vt in beneficium al-*
*terius ſuccedatur, quod abominantur, &*
*merito, omnia iura ciuilia, & canonica: c.*
*2. de conceſ. præb. & c. 2. eo. tit. in Sex. l. ex*
*eo, de inutilib. ſtip. C. l. fin. C. de pact. cum*
*pluribus aliis notatis. per glo. ad d. cap. 2. de*
*conceſ. præben.*

g *Quare per hanc clauſulam, aliis conferri*
*ita renuntiata quam expreſſis non poſſint.*
*c. 1. de rerum permut. in Sex. Cle. vni. eod.*
*tit. in Clemen. ſi coram ordinario ex cauſa*
*permutationis renuntiatio fiat, vt iure no-*
*uo dicto expreſſum: quãuis olim poſſet or-*
*narius ita eiurata aliis conferre. c. inter cæ-*
*tera, de præb. Stricti iuris eſt renuntiatio,*
*nec comprehendit id quod non fuit expreſ-*
*ſum, & ignoratum fuit, vt notat Tiraq. in*
*tract. de vtroque retract. 1. glo. 20. nu. 21.*
*facit, l. quicquid adſtringendæ, de verbo.*
*obliga. P. Hodie quoque ſi permutatio non*
*ſortiatur effectum reſignantes ex ea cauſa,*
*redeũt ad propria beneficia, ſine noua col-*
*latione, ſecundum Ioannem Andream, ad*
*c. vni. de rer. per. in Sext. veluti ſi vnum ex*
*beneficiis a compermutantibus fuerit eui-*
*ctum, quamuis rigor iuris in contrarium*
*ſit. Sicq; tradit reb. tracta. de pacifi. poſſ. nu.*
*145. & in Praxi. benefi. 3. part. num. 12.*
*Adde, quod in permutatione perficienda,*
*conſenſus compermutantium exigitur: ca.*
*vni. de rerum per. in Sex. & eorũ ad quos,*
*adueniente vacatione, pertinet, & lectio*
*aut præſentatio aut collatio. Clem. vnic. &*
*ibi glo. de rerum perm. Quod tamen ad pa-*
*tronũ pertinet irrita fiet, ſine eius conſenſu,*
*permutatio facta, vt ait glo. ſi is cõtemtum*
*perſequatur, non aliter: quare non dicitur*
*nulla, ſed anullanda pemutatio. Cæterum,*
*illud ſingulare, ſufficere interpellatos a per*
*mutantibus fuiſſe patronos, vel clericos, vt*
*conſentire velint, quamuis noluerint con-*
*ſentire, Rebuffus dicto titulo de permuta-*
*tione beneficiorum in Praxi. numer. 21.*
*Fredericus in tractatu permutationis be-*
*ficiorum, quæſtio. viceſima quarta. Obſer-*
*uabimus inſuper regulã cancellar. 18. de*
*infirmis reſignantib. non habere locum in*
*ordinario collatore, cum obſeruetur in re-*

*nuntiationibus factis in Curia Romana. Item breuiter obſerua, regulam 34. de publican. reſignationes habere locum, quando reſignans moritur.*

## Capvt X.

*Iure ſingulari in quibuſdam caſibus, concedi ante vacationem beneficia.*

1 CÆterum ignorandum non eſt, † iure ſingulari aliquando receptam eſſe cõceſſionem beneficiorum, antequam vacent: vt nunc ſpeciali priuilegio ſummus pontifex dat mandata de prouidendo ad vacatura beneficia: *a* vt olim literas exſpectatiuas, *b* verum ſtricte mandata vt odioſa explicantur. *c*

### Scholia.

a *cap. mandatum cum duobus ſequentibus, de reſcript.*

b *cap. eam te, cap. conſtitutus, ca. literis, cum ſimilibus, de reſcript.*

c *cap. fi. cap. cum in illis 16. c. cũ de non beneficio, 27. de præbend. in Sex. Clemen. 1. eo. tit. cum ſimil.*

## Cap. XI.

*A quibus beneficia conferantur.*

1 BEneficia tantum quæruntur, † ſi conferantur ab iis, qui habent poteſtatem conferendi, non ſi ab aliis. *a* Hanc iure cõmuni habent perſonæ Eccleſiaſticæ, non laici. *b* Ex priuilegio tamẽ habent aliquando laici, *c* & ipſę mulieres: *d* & dum plures de iure collationis certant, iudicatur pro eo, qui eſt prouiſus ab eo, qui eſt in poſſeſſione conferendi. *e*

2 Rurſum inter Eccleſiaſticas perſonas, † quædam dicuntur conferre ordinario iure, quædam extraordinario: ſeu ex particulari conceſſione, priuilegio, ſtatuto, conſuetudine. Iure ordinario confert ſolus Epiſcopus omnia beneficia vacãtia ſuę diœceſeos: *f* dummodo ipſe fuerit confirma-

A tús, non ante: *g* quare ſede vacante, reſeruantur collationi futuri Epiſcopi, quæ interim vacauerint. *h* Nec a capitulo poterint tunc conferri. *i* Niſi forſan beneficii collatio pertineret ad capitulum, & Epiſcopum coniunctim, quo caſu capitulum Epiſcopi defectum ſupplens, & iure coniunctionis, & accreſcendi vtens, confert: *k* quemadmodũ Epiſcopo mortuo vel ſuſpenſo, capitulum præſentatos inſtituit, &

B electos cõfirmat ſede vacante: *l* & vacantibus beneficiis eo tempore, quamuis ad ſolius Epiſcopi collationem pertineant, conſtituit œconomum, *m* loco etiam Epiſcopi, & ex eius mandato, eius Vicarius cõfert, *n* cum is longe abeſt, vel nõ poteſt præſens, vel non vult illud officium exercere, *o* data conferendi beneficia vacatura generaliter poteſtate: *p* nam alicuius certi beneficii vacaturi conferendi poteſtatem

C dare non poteſt, antequam vacet. *q*

3 Cæterũ, † & Epiſcopus abſens conſtituto Vicario, poteſt ipſe etiam extra diœceſim, vacans beneficium cõferre & præuenire ſuum vicarium ſeu officialem. *r* Conferunt etiam Epiſcopus, Archiepiſcopus, & alii prælati ſuperiores iure deuoluto, quando inferiores, qui habent ius collationis, non conferunt intra ſemeſtre tempus conſtitutum a Concilio Latera-

D nenſi ad conferendum ordinariis, *s* ſic enim ſuperior proximus ſupplet negligentiam inferioris, *t* ſibi ſubditi, & exemti negligentiam, ſummus Pontifex immediate, *v* vel alius eius auctoritate. *x* Supplet & negligentiam Epiſcopi capitulum, in beneficiis, quæ ad collationem capituli & Epiſcopi coniunctim pertinent. Quod ſi vterque & capitulum & Epiſcopus conferre negligant, eorum deuoluitur colla-

E tio ad ſuperiorem Archiepiſcopum, vel ad alium ſuperiorem. *y*

4 Rurſum extra † Concilium Lateranenſe, non præſentante patrono laico ad beneficium vacans intrá quatuor menſes idoneũ, vel clerico intra ſex menſes, plenum ius



ius collationis deuoluitur ad Epiſcopũ: *z* vt A contra ſi idoneum præſentauerit vterque patronus intra prædicta tẽpora, & recuſauerit admittere & inſtituere Epiſcopus; inſtituendi ius ſtatim deuoluitur ad eius ſuperiorem, nec hic exſpectantur ſex menſes. *aa* Sed, & in maioribus dignitatibus, in Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus & ſimilibus, ſi quibus ius eſt eligendi, non eligant intra tres menſes, poteſtas prouidendi transfertur in proximum ſuperiorem, B *bb* idipſum fit, ſi male elegerint; in quo tamen caſu ius plenum transfertur in confirmare debentem, vel in Summum Pontificem. *cc*

### Scholia.

a *cap. fin. de exceſſib. prælat. cap. 3. de inſtitutio.*

b *cap. cum laici, de iure patron. cap. quamuis ſit graue, de decimis, cap. maſſana, cap.* C *quiſquis, de elect. can. ſi quis deinceps, 16. quæſt. 7.*

c *cap. dilectus, in 3. de præb. can. Adrianus, 63. diſtin. In Gallia Rex quæ ſunt iuris regaliæ confert beneficia, exceptis iis quæ curam habent animarum, Ægidius magiſter in tracta. regaliorum, c. 3. & 4. Speculator. in titulo, ne ſede vacante, & in eum Johannes Andreas, & Iohannes Monachus, ad ca. 2. de præbend. in Sex. Hoc ius* D *habebat etiam Rex Angliæ in quibuſdam Eccleſiis ſui regni, cap. ex diligenti, de iure patronatus. habet, & quoddam affine ius Imperator conferendi aliquot canonicatus ob iucundum ſuum aduentum & ob coronationẽ, vocant primarias preces. Speculator, in §. reſtat, §. item notat, de præb. Boërius, deciſio. 32. num. 8. Sunt, & alii principes, quibus aliquando datum conferre beneficia, de quibus egi, lib. 17. Syntagma. ca. 7.* E

d *Vt comitiſſa Flandriæ, in ca. dilecto, de inſtitut. c. fi. de conceſſion. præb. Abbatiſſa, in deciſione Rotæ, 190. & aliæ quædam.*

e *Argum. cap. conſultationibus, de iure patrona. cap. querelam, de elect. c. cum olim de cauſa poſſeſſ. & proprieta. ſic diſputat, & ita obtinuiſſe poſt plura docet, Rota deciſ. 557. quidam impetrauit, in antiq.*

f *ca. omnes Baſilicæ, & ca. nullus, 16. quæſt. 7. c. 1. c. ex frequentibus, c. cum veniſſent, de inſti.*

g *cap. noſti, cap. tranſmiſſam, cap. qualiter, de elect. cap. auaritiæ, eod. titulo in Sexto.*

h *Gloſſa in c. cum olim, de maior. & obedien.*

i *cap. 2. ne ſede vacan. apud Gregor. cap. vnico, eo. tit. in Sext. cap. conquerente, de officio ordina.*

k *cap. vnico, ne ſede vacante in Sexto.*

l *Dicto cap. vnico, ne ſede vacante in Sexto.*

m *cap. cum vos, de officio ordinarii.*

n *cap. fin. de officio vica. in Sex. cap. 3. de inſtitutio. cap. ſtatutum, 3. de præbendis in Sexto.*

o *cap. cum nullus, §. Epiſcopo, de tem. ord. in Sext.*

p *Sic docet, cap. fin. de offi. ordina. in Sex. ca. ſtatuimus, 16. q. 1. Neq; tamen in generali mandato vicariatus, continetur poteſtas beneficia conferendi, quæ ſpecialiter concedi debet. c. cum in generali, de officio vicarii in Sexto.*

q *cap. conſtitutus, de conceſſio. præb. Vide Concilium Tridentinum, ſeſſion. 24. de reformatione, cap. 19. Gloſſ. ad cap. fi. de officio ordinarii in Sexto, vide & Gloſ. ad ca. penult. §. fin. ad verbum*, cuicunque, *de offic. legat. in Sexto.*

r *cap. poſt electionem, de conceſſio. præben. notant Iohannes & Bernardus ad ca. nouit, de offic. lega. Gloſſa ad cap. ſtatutum, 3. ad verba*, remoti, *de præben. in Sext. quãquam vicarii Epiſcoporum debeant, tantum conferre intra diœceſim, vt notat Iohannes Andreas in additione vltima gloſſæ fin. dicti cap. ſtatutum, de præbend. in Sexto.*

s *c. 2. de conceſ. præb. c. licet, de ſup. negl. præl.*

t *ca. cum inferior, de maior. & obedien.*

v *ca. ſicut, de ſupplen. neglig. præla. ca. cum ſingula, in fine, de præbendis in Sexto.*

x *Clemen.vnic.de ſupplend.negligentia prælatorum.*

y *Dicto cap.2.dicto cap. quia diuerſitatem, de conceſſio.præben.cap. cum in cunctis, §. fi. de electione.*

z *cap. vnic. de iure patron. in Sext. ſine præiudicio tamen patronatus, in aliis ſequentibus vacationibus. capit.ſecundo, de ſupplen.negli.præla.*

aa *Rota in deciſione* 250.

bb *c.ne pro defectu, de elect.ca.poſtquam,* 50.*diſtin.*

cc *Iuxta diſtinctionem,ca.quamquam,*18. *de elect.*

## Capvt XII.

*De collationibus & prouiſionibus factis a Summo Pontifice.*

1 Svmmus Pontifex confert beneficia, vel proprio iure, vel iure præuentionis ex concurſu cum ordinariis, vel iure deuo- C luto. Iure ſolus proprio conferet beneficia immediate ſibi non alii ſubiecta, *a* vt Cardinalatum, *b* & ea quæ dicuntur vacare in Curia Romana, & quandiu ibi vacāt: *c* exceptis beneficiis parochialium Eccleſiarum, de quibus aliquando placuit, vt ſi vacaſſent *d* in Curia per mēſem ſine collatione, poſſent poſt menſem ab ordinariis diœceſanis eorum conferri.

2 Vel ſi etiam mors Papæ intra menſem D illum contigiſſet: *e* ſolus, & ius Eccleſiarum translatarum prælatorum confert, *f* & quæ ſuæ collationi reſeruauit. *g* Facit autem reſeruationes beneficiorum aut generales aut ſpeciales. *h* Generales veluti quando in Eccleſia Cathedrali aut Metropolitana reſeruat ſuæ collationi omnes dignitates poſt Pōtificialem; *i* aut ſi quando collatio ſeu prouiſio vel collatio beneficii facta a Summo Pontifice, aut ab eius E legato, nō tenuerit propter obreptionem aut ſubreptionem literarum, vel propter indignitatem perſonæ: aut ſi propter nullitatem prouiſionis requiratur cauſæ cognitio: tunc enim dicitur etiā beneficium

A Papæ reſeruatum ſeu affectum: vt alius præter ipſum nō poſſit conferre: *k* idipſum dicemus de aliis beneficiis, in quibus vt verbis vtamur communibus, Summus Pontifex manus apponit. *l*

Speciales reſeruationes ſunt, quando 3 Summus Pontifex vnum beneficium, vel vnam dignitatem in aliqua Eccleſia ſuæ collationi reſeruat, ſeu retinet, *m* quod, & legatus a latere facere poteſt, & ſuæ colla- B tioni vnam dignitatem vel præbendam reſeruare, *n* dummodo ea non ſit a reſeruandi poteſtate aliunde exemta. *o*

Per concurſum confert Summus Pon- 4 tifex, & per præuentionem ordinariorum, omnia beneficia orbis: vt ſi quis vacans beneficium prius impetrauerit iuſte a Summo Pontifice, præferatur ei qui poſt ab ordinario collatore habuerit. *p* Niſi beneficium ad collationem iuris regaliæ, ex priuilegio pertineat. *q* Confert, & legatus a latere etiam omnia beneficia prouinciæ ſibi commiſſæ per concurſum & præuentionem contra ordinarios factam: *r* Legato tamen alii quam altare non licet hoc iure vti. *s*

Deuoluto autem iure priuatiue ſupra 5 omnes ordinarios, Summus Pontifex cōfert beneficia ad ſedem deuoluta per neglīgētiam collatorum immediate ſibi ſubditorum, vel exemtorum, *t* vel ob crimen commiſſum per illos in electione facta. *v* In ſumma, in beneficiis etiam conferendis & diſponēdis, illud notabimus; Summum Pontificem habere pleniſſimam poteſtatem. *x* Epiſcopos, ſemiplenam: *y* quia in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem ſunt vocati poteſtatis. *z*

### Scholia.

a *Vt in cap.fin.de renunt.*

E b *Clemen.ne Romani,de elect. quamuis aliter ſtatuerit, Concilium Baſilienſe, titulo de numero qualita. Cardinalium, in pragmatica ſanctione.*

c *cap.2.de præb.in Sex.quæ autem beneficia dicantur vacare in Curia Romana, docet ca.præ-*



*ſenti, 24. de præb.in Sext. Clem.1. Vt lite penden.c.ad regimen.de præbendis in extrauagantib.communib.* A

d *cap.ſtatutum,*3. *de præbendis in Sexto.*

e *ca.ſi Apoſtolica,*35. *de præbendis in Sexto.*

f *cap.1.de translation.Epiſcoporum.*

g *Vide quæ diximus, lib.*17.*Syntagmat.iuris,capit.*10.

h *De quibus vide Rebuffum,in titulo de reſeruationib. in concordatis.*

i *In extrauag. Iohannis,* 22.*exſecrabilis,de præb.& in regula* 3.*Cancellariæ Romanæ.* B

k *Panormi.& alii,ad cap.ſuper eos,de exceſſib. præl.*

l *cap. vt noſtrum, de appell. vide Ludo. Rom. conſ.*335.

m *Ægid. Bellamera,conſilio* 34.*incip.*Suppoſito,&c.

n *ca.cum dilectus filius,*28.*de iure patrona. lib.*3.*tit.*38.*ca.*3.*de officio lega.in Sexto.*

o *De qua prohibitione,in c.*4.*de officio lega. in Sex.* C

p *ca.ſi a ſede, & ca. dudum, §. nos igitur, de præbend.in Sexto.ca.penultimo, de reſcriptis in Sexto.*

q *ca.generali,de electio.in Sext.Ideo in Gallia, non confert contra priuilegia concordatorum in præiudicium nominatorum graduatorum, Rebuffus ad §. declarantes, ad verba,* Iure præuentionis, *de mandatis Apoſtolicis, & ad titulum de reſeruationibus.* D

r *cap.1.de officio lega.in Sexto.*

s *Dicto cap.1.de officio.lega.in Sext.vide Iohannem de Selua in tractatu beneficiorū, 2.parte. quæſt.3.*

t *c.licet, c.literas,ca.fin.de ſuppl.neglig.præl.*

v *cap.quamuis,de electionib.*

x *c.propoſuit,de conceſſ.præb.c.2.de præben. in Sexto,Clemētina prima,vt lite pendēte.*

y *can.conſequens,* 11.*diſtinct.*

z *cap.decreto, & can.qui ſe ſcit,*6.*q.*1.*cap. auctoritatem,de auctore,& vſu pallii.*

## Capvt XIII.

*De aliis collatoribus.*

A Ex patientia Summi Pontificis, aut pri- 1 uilegio, aut conſuetudine, vel ſtatuto probato, vel præſcriptione vel literarum facultate: *a* reliqui qui præter ordinarios Epiſcopos conferunt, ſuſtinentur, ad quos coniunctim, vel diuiſim, collatio pertinere poteſt. *b* Ordinarios tamen collatores eos poſſumus appellare, qui præter Summum Pontificem, legatumque eius beneficia per ius ſibi conceſſum conferunt: *c* B quorum tamen collatio poteſt impediri deuolutione, *d* reſeruatione, *e* mandato Apoſtolico. *f*

### Scholia.

a *cap.4.de reſcript.in Sexto.ca.is cui,de præbend.in Sexto.Rota deciſione,* 189.*in antiquis.*

b *cap.1.ne ſede vacan.in Sext.cap.cum illis,* 16.*§.fin. & cap.fina. de præbendis in Sexto, capit. ex frequentibus, de inſtitut. cap. cum Eccleſia,de elect.* C

c *cap. ordinarii, & ibi interpretes, de officio ordinar.in Sext.& in cap. exſecrabilis, de præben. in extrauagan. Iohannis* 22.

d *Dicto cap.licet, & cap.literas, & cap.fin. de ſuppl.neglig.præla.*

e *Vide quæ hac de re ſupra diximus.*

f *cap.Abbatem,* 40.*de reſcript. cap. quamuis, & cap.fin.de præbendis in Sexto.*

## Capvt XIIII.

D 1. *De formis conferendis ſine ſcriptura & cum ea.*

2 *Reſcriptum quid, & eius ſpecies.*

3 *Signatura.*

4 *Bulla.*

Collatio fit aut motu proprio confe- 1 rentis, *a* aut habita ratione petitionis ſeu ſupplicationis impetrantis. *b* Nunquam autem ſine canonica inſtitutione E beneficium haberi poteſt. *c* Modi canonicæ inſtitutionis ratione formæ ſimplicis collationis, ſine ſcriptura vel cum ea eſſe poteſt. *d* Scriptura enim pro ſubſtantia collationis non exigitur, dummodo cōſtet, ſaltem duobus teſtibus, eam factam

fuiſſe. *e* Certius tamen, de collatione or- A
dinarii per literas, eius ſigillo & notarii
ſubſcriptione munitas, conſtare poterit.
*f* Idipſum, & de ſcriptura collationis Sum-
mi Pontificis diffiniendum, vt cum ea, &
ſine ea collatio valeat. Verum hic ſerua-
mus, ſcripturam ordinarii communiter
dici literas collationis; Scripturam vero
Summi Pontificis, aut reſcripta, aut ſigna-
turam, aut bullas.

2 Reſcripta ad beneficia ſunt diuerſi no- B
minis in iure, vel gratiæ vel iuſtitiæ. Gra-
tię vt literę ad vacatura beneficia obtinen-
da, monitoriæ, præceptoriæ, exſecutoriæ,
*g* mandata: *h* ſunt ad vacantia iam reſcri-
pta perinde valere: ſunt, & iuſtitiæ in for-
ma dignum: in forma cum ſecundum A-
poſtolū, ſeu in forma communi, *i* & ſimilia.

3 Signatura, eſt prouiſio de beneficio fa-
cta in ſupplicatione porrecta in papyro,
*m* ſubſcripta a Summo Pontifice vel eius C
officiariis.

4 Bulla dicitur ſcriptura prouiſionis re-
dacta in formam Authenticam, in mem-
brana ſeu pergameno, habens certas liga-
turas diuerſorum filiorum conuenienti-
um diuerſis naturis prouiſionum, cum pli-
caturis conſuetis, & ſigillo authentico
plumbeo, ex quo tota ſcriptura bulla di-
citur. *n*

S C H O L I A. D

a *In cap. ſi motu proprio, & cap. ſi tibi abſen-
ti, de præ. in Sexto.*

b *Dicto cap. ſi motu proprio, & cap. cum ad-
eo, & c. ſi proponente, de reſcriptis.*

c *cap. 1. de regulis iuris in Sexto.*

d *ca. inſtitutionis, 24. quæſt. 2.*

e *Rota deciſio. 348. in nouis, dummodo non
ſit in præiudicium tertii. vide melius in de-
ciſione 22. in nouis, incipien.* fuit dubita-
tum, *vbi dicitur ſigillum Epiſcopi ſine ta-* E
*bellione, & teſtibus ſufficere in cauſis, quæ
ab illo ſolo expediuntur, dummodo eius
non interſit.*

f *Sed aliter ſtylus ſe habet, & quod literis
collationis factis per ordinarium non cre-
datur cū ſolo eius ſigillo, niſi adſint ſubſcri-
ptiones teſtium, & tabellionis, dicta deciſ.
Rotæ, 348. in nouis, incipiente,* voluerunt
& ordinauerunt.

g *De quibus in cap. cum te, & cap. conſtitu-
tus, cap. literis, cap. ex inſinuatione, & cap.
capitulum. de reſcriptis. & nos in titulo de
reſcriptis.*

h *ca. mandatum, & ſeq. de reſcriptis, ca. gra-
tiæ, eo. titu. in Sext. cap. fin. de præbend. in
Sexto. vide Rebuffum ad concordatorum
titulum, de mandatis Apoſtolicis, & tit. de
forma manda.*

i *Iohannes Monach. ad caput fina. de con-
ſuetud. in Sexto. l. 2. & fin. de natalib. re-
ſtitut. P. Dominicum conſilio 11. & 118.*

k *De quo in Clement. & ibi gloſſ. de offic. de-
lega. in cap. accepimus, 13. de ætat. & qua-
litat. cum ſimi.*

l *Iuxta cap. cum ſecundum Apoſtolum, de
præbend. cap. poſtulaſtis, 27. de reſcriptis.*

m *cap. cum dilecta, 4. de confirma. vtil. vel
inutil. lib. 2. titu. 30. Hanc ſignaturam
dare titulum, defendit Rebuffus tractat.
de pacificis poſſeſſorib. num. 51. De hac, &
tractat idem Rebuffus parte prima Pra-
xeos, titul. de ſupplicatione, & in titu. ſe-
quent. explicat formam eius. Pragmatici
dicunt ſupplicationem ſeu ſignaturam cō-
tinere quinque partes, primam dicunt cor-
pus ſignaturæ. ſecundam, reſponſionem, ſeu
ſubſcriptionem aut ſignaturam. tertiam,
clauſulas non obſtantiarū; 4. datam 5. ſub-
ſcriptiones notariorum cameræ Apoſtolicæ
vt Cancellariæ. De quibus omnibus nos fu-
ſe tractatu de reſcriptis. & lib. 17. Synta-
gmat. iuris vniuerſi, cap. 15. vbi, & de di-
uerſis formis ſignaturarum, & effectu.*

n *c. licet, 5. & c. quā graui, 6. de crimine falſi.*

## C A P V T  X V.

*Partes bonæ collationis.*

BEneficia conferenda † ſunt pure, *a* pa- 1
lam, *b* gratuito, *c* ſine diminutione, *d* v-
ni clerico, *e* intra tempus collationi præſti-
tutum. *f*

S C H O-



S C H O L I A. A

a *Id eſt, ſine conditione vel pacto, can. quam
pio, 1. q. 2. cap. fin. de pact. cap. 2. de elect.
in Sext. quia hæc ſimoniam redolent, ca.
per laicos, 36. q. 7. ca. cum pridem, de pact.
Idem in modo dicendum eſt, qui accedit
prohibitæ conditioni. capi. verum, de con-
ditio. appoſit. l. 1. C. de donationib. quæ ſub
modo. Ita nec ex tempore, nec ad tempus,
ſed in perpetuum ſeu vitam clerici conce-* B
*duntur, cap. 1. de capel. monach. Excipi-
mus tamen Summi Pontificis auctorita-
tem, qui vt vult ex arbitrio confert. cap. ſit
gratioſe, de reſcript. in Sext. cap. 1. de præb.
in Sex. item & illius qui ex eius mandato
confert in cap. propoſuit, de conceſſ. præb. in
cap. præterea, de confirm. vtil. vel inutil.
Sic confert Summus Pontifex a tempore
certo, vacantem præbendam, Clemen. vni.
de conceſſ. præb. capi. ſi Papa, de priuileg.* C
*& mandat ſub conditione conferri, d. Cl.
vnde conceſ. præb.*

b *Alioquin clandeſtina collatio ſuſpicionem
habet alicuius fraudis, cap. vnico, §. porro,
vt Eccleſiaſt. ben. ſine diminutio. confe-
rantur, facit, ca. clericus, 81. diſt. & l. non
exiſtimo, de adminiſtra. tutor. Pan. Ve-
runtamen, non ex eo ſolo quod non palam
fuerit facta collatio, ſed in camera Epiſco-
pi vel vicarii, reprobatur, ſi modo in præiu-* D
*dicium alterius non ſit, & aliunde fraudis
non ſit ſuſpicio, capacique fiat. argum. l. 1,
de delatorib. lib. 10. C. Peruſinus ad cap. ſi
tibi abſenti, de præb. in Sext. Et ſic etiam
conſuetudo inoleuit, vt collationes in ca-
meris fiant Epiſcoporum. Requiruntur ta-
men teſtes, & notarius, vide plura de hoc
apud Rebuffum, ad rubricam de collatio-
nibus, in verſiculo, palam, in concordatis.*

c *Id eſt, ſi nulla interueniente proximitatis* E
*affectione aut carnis ſeu ſanguinis, cap. re-
latum, de præb. capi. vnic. in fine, vt Eccle-
ſiaſt. benef. & c. capi. ad ſupplicationem, de
renunti. ca. Moyſes, 8. q. 1. item, & gratui-
to fieri debet collatio, ſine vllo munere lin-
guæ, vel manus, ca. ſi quis præbendas, 1. q. 3.
ca. dilectiſſimi, 8. q. 1. facit totus titulus de
ſimon. & tota 1. q. 1.*

d *titu. vt Eccleſiaſtic. benefic. ſine diminu-
tio. confer. cap. de monachis, cap. auaritiæ,
de præb. facit ratio, cap. prohibemus, & ca.
grauis, de cenſib.*

e *cap. cum non ignores, & cap. tuæ fraterni-
tatis, 20. de præb. ca. penul. 21. q. 2. ca. cum
ſingula, de præb. in Sexto. prohibuitq; con-
cilium Turonenſe, vnum duobus diuidi
beneficium, cap. maioribus, & cap. vacante
de præbend. nec aliunde quis in locum al-
terius viuentis ordinari poteſt, cap. primo,
de conceſſione præben.*

f *vt intra ſex menſes, cap. 2. & cap. quia di-
uerſitatem, de conceſ. præb. cum ſimil. in
beneficiis minoribus. in electiuis & præla-
turis, intra tres menſes, cap. ne pro defectu,
de electione.*

## C A P V T  X V I.

1 *Obſeruanda alia exprimenda.*
2 *Acceptatio.*
3 *Inueſtitura.*

INterdum quædam alia obſeruanda quę 1
in impetrationibus beneficiorum ex-
primenda erunt neceſſario, *a* alia quæ non
expreſſa intelliguntur in reſcriptis proui-
ſionis, *b* quæ ex iuris Pontificii regulis fa-
cile colligi poſſunt.

Poſt collationem item abſenti factam, 2
acceptatio debet fieri a prouiſo. *c*

Sequitur & collationem inueſtitura, 3
quæ per pilei aut calami, aut annuli tradi-
tionem fit, aut per miſſionem in poſſeſ-
ſionem corporalem. *d*

S C H O L I A.

a *Enumerat 30. exprimenda Rebuffus, in
commentariis ad concordata, ad titulum
de forma mandati ad verba,* pro expreſ-
ſis, *quæ ſunt translata ex Gloſ. c. ſuper lite-
ras, 20. ad verbum,* literas, *de reſcriptis.
nos quædam diximus etiam in ſcholiis, c. ſi
proponente, 42. de reſcriptis.*

Ee

b *Gloſſ. ad dictum cap. ſi proponente, 42. de reſcrip. enumerat nouem conditiones, quæ intelliguntur in reſcriptis ad beneficia vt valeant: vt quod impetrans eſt clericus, cap. ex literis, de tranſact. quod non habeat aliud beneficium, quod ſit dignus, cap. cum adeo, de reſcript. quod velit reſidere, cap. relatum, de clericis non reſidentib.*

c *cap. ſi tibi abſenti, de præbendis in Sexto.*

d *cap. ex ore ſedentis, 3. de his quæ fiunt a maior. parte cap. lib. 3. tit. 11. neque poterit prouiſus propria auctoritate, beneficii ſui poſſeſſionem nanciſci, ſed debet in eam per Epiſcopum diœceſanum induci; niſi forſan aliter per Summum Pontificem prouiſo permittatur, cap. paſtoralis, 19. de priuileg. libr. 5. decretal. titu. 33. maxime autem prohibetur ſi alius beneficium de facto poſſideat vel teneat, c. eum qui, de præben. in Sex. cap. licet, eo. ti. apud Gregorium: alioquin iure ſuo cadit, vt intruſus, dict. c. eum qui. Dicitur hæc datio poſſeſſionis inſtitutio corporalis, in cap. ad aures, 3. de exceſſib. præla. lib. 5. tit. 31. c. ad hæc, 7. de officio Archidia. lib. 1. tit. 23. Requiritur porro poſt collationem beneficii adeptio poſſeſſionis, quia per inſtitutionem ſeu collationem non transferatur poſſeſſio. cap. cum Bertholdus, de re iudica. vide hic regulam cancellariæ, 34. de publica reſignatio. Boërium deciſ. 312. Poterit tamen quis induci in poſſeſſionem per clericum, ſiue notarium ſiue Presbyterum, iuxta mandatum Epiſcopi, vel Archidiaconi, vide Rebuffum in titulo de forma mandati Apoſtolici, ad verbum,* inducentes, *in concordatis. Inueſtitura per annulum fit in capit. cum olim, 12. de ſenten. & re iudic.*

## CAPVT XVII.

*Quibus conferenda beneficia.*

1 NEmo ſibi ipſi, ſed alteri confert beneficia, *a* non Vicarius Pontificis, Pontifici, cuius vices gerit, *b* quia pro eadem perſona habentur. *c* Conferri debent tantum capacibus ſeu idoneis. *d* Capacitas beneficiandi, conſiſtit, vt ſit ex legitimo matrimonio natus, *e* aut legitimatus aut diſpenſatus, *f* ſit legitimæ, & maturæ ætatis, grauibus moribus, ordinis requiſiti, ſcientiæ ſufficientis, *g* iuxta qualitatem beneficiorum. *h*

### SCHOLIA.

a *cap. fin. de inſtitu. cap. 3. de exceſſib. prælat. Poterit tamen Epiſcopus beneficium patronatum patrono conferre; vt notat Hoſtienſ. in ſumma, de iure patr. & poſt eum Iohannes Andre. ad cap. per noſtras, eod. tit. de iure patro. Frederic. de ſenis tracta. permutationum, quæſt. 32.*

b *Docet Riparius lib. 2. reſponſorum cap. 23. notatur in cap. fin. de offic. ordinar.*

c *capit. 2. de conſuetud. in Sexto. cap. Romana, de appellatione in Sexto.*

d *cap. graue 29. de præb. cap. cauſam quæ, de elect. cap. relatum, de conceſſ. præb. cap. 2. de inſtitut. facit, l. vt gradatim, de munerib. Pandect.*

e *cap. cum in cunctis, 7. de elect. cap. niſi cum pridem, & ibi gloſſ. ad verbum,* mauzeres, *de renunciatio. Illegitimi reiiciuntur, quales ſpurii, adulterini, inceſtuoſi, & ſimiles, can. Cœnomanenſem, & ſeq. 56. diſtinct. cap. vt filii, cap. penul. & cap. fin. de filiis presbyter. Deutero. 23.*

f *cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, c. niſi cum pridem, §. perſonæ vero regularitas, de renun. cap. innotuit, 20. de electio. diſpenſat autem Summus Pontifex. in ca. fin. de filiis presbytero.*

g *Quatuor enim hæc in ſumma conſiderantur. c. eam te, 4. de æta. & qualit. lib. 1. tit. 14. cap. dudum, 22. & c. cum in cunctis, 7. & cap. cum nobis olim, de elect. lib. 1. titu. 6. ita ratione ætatis pueri reiiciuntur, c. 2. de ætat. & qualit. ratio in c. indecorum, & c. ex ratione, de ætat. & quali. niſi diſpenſatiue admittantur, dict. c. 2. de ætate & qualit. ex c. ex eo, 32. de elect. in Sext. Mores debent eſſe irreprehenſibiles, ideo cenſentur incapaces collationis beneficiorum, fures, cap. vide fur, vſurarius, cap. inter dilectos, de exceſſib. prælat. hæretici, liberi ve eorum, c. quicunque, 2. §. hæretici, de hæret. in Sext. c. excommunicauimus, eod. tit. apud Gre. & alii criminum rei, de quibus nos tractamus in tractatu beneficiorum.*

h *Nam qualitas beneficiorum, ætates, mores, ordinem, & ſcientiam variam poſtulant. Simplex quippe beneficium cum ſimplici tonſura a ſeptenni teneri poteſt. minor 14. annorum canonicus fieri poteſt. c. ex eo. de elec. Cura animarum ſacerdotem deſiderat, idcirco in eo. 25. annum, c. cum in cũctis, §. inferiora, de elect. Epiſcopatus deſiderat 30. annum eod. c. cum in cunctis. Abbatia 25. in monialibus 30. c. indemnitatibus, de elect. in Sex. ſic de ſimilibus. mores regulares in regularibus, ſeculares in ſecularibus conſiderandi. c. cum de beneficio, de præb. in Sext. ca. placuit, 2. 16. quæ. 1. ca. quæ ſemel, 19. q. 1. cum ſimilib. Sic in ordine; nunc maior, nunc minor requiritur: quando beneficium exſiſtentem in certo ordine deſiderat. c. ex literis, de tranſact. c. præterea, de ætat. & qualit. c. cui de non ſacerdotali, de præb. in Sext. aliquando, & generaliter requiritur, vt beneficiandus ſit clericus, c. fin. de inſtitu. in Sex. c. ſi pro clericis, 8. de præb. in Sex. Item ſcientia talis requiri debet beneficiandis, quæ ſufficere poſſit miniſterio implendo, quod per beneficium committitur, c. niſi cum pridem, §. ne pro defectu, de renun. c. cum nobis, de elect. c. venerabilis, de præb. Illiterati autem omnino non ſunt beneficiandi; & beneficium adepti, eo priuandi. can. illiterati, ca. illiteratos, 36. diſt. c. fi. & c. quamuis, de ætat. & qualitate.*



## CAPVT XVIII.

*Cauſæ collationum beneficiorum.*

1 BEneficiorum prouida & accurata, & legitima diſtributio, efficit in Eccleſia Dei, vt delectus habeatur perſonarum, quibus & populus, & myſteriorum diſpenſatio, bonorumque conſeruatio concedatur, *a* ordo ſeruetur muneribus cuique diſtributis ſine confuſione. *b* Munera ſeu onera, & ſpiritualia, & realia ſunt. Officium & beneficio adhæret, *c* omnibus communis eſt Dei cultus, *d* aliud quippe proprium ratione beneficii: *e* onera realia aliquando fuerunt in diuiſione fructuum in quatuor partes: *f* vt inſtaurare ædes ſacras, *g* ſoluere iura ordinaria & extraordinaria epiſcopalia, *h* & penſiones ſi impoſitæ ſunt; *i* nutrire aliquando patronum, ſi egeat, *k* & alia ſimilia.

### SCHOLIA.

a *Nemo debet ſibi ſumere honorem, niſi vocatus, tanquam Aaron; ad Hebræos, c. 5. c. qualiter, de elect. Idonei tantum ſunt aduocandi. c. graue, de præb.*

b *can. peruenit, 11. q. 1.*

c *c. fin. de reſcrip. in Sext. ca. eos, ca. ſi quis ſacerdotum, 81. diſt. ca. præter hoc, 32. diſt. c. latores, de cle. excommuni. cap. paſtoralis, de appella.*

d *cap. fin. de reſcriptis in Sexto.*

e *Alia enim iura Summi Pontificis, & poteſtas ſingularis. c. quod translationem, 4. de offic. lega. lib. 1. tit. 30. vbi explicat gloſ. ad verbum,* reſeruare; *alia Cardinalatus, c. ad eminentiam, de Sent. excommunic. alia Archiepiſcoporum & Patriarcharũ. c. antiqua, de priuileg. alia Epiſcoporum, c. quanto, de conſuetud. c. conquerente, de offic. ordi. alia aliorum.*

f *can. de reditibus, c. quatuor, ca. Vulterranæ, 12. q. 2.*

g *c. 1. & 4. de eccleſiis ædifica. lib. 3. tit. 48. c. fin. de his quæ fiunt a maior. parte capituli.*

h *cap. conquerente. de offic. ordina. cap. cum Apoſtolus, de cenſibus.*

i *vt in c. niſi eſſent, de præ. c. quamuis, eod. tit. in Sex. cap. ad audientiam, in 2. de reſcrip. c. exſtirpandæ, §. qui vero, de præb. Clem. 1. de iure patrona.*

k *cap. nobis, eod. de iure patronat. apud Gregor.*

# DE ELECTIONE *a* ET POSTVLATIONE. *b*

## Tit. XXIX.

a *Tractatur de titulo de electione & electi poteſtate lib.1.tit.6.in decretalibus in Sexto lib.1. tit.6. in Clement.lib 1.tit.3. in decreto tota 61. 62.63. 69.& alibi,in extrauagantib.communibus,lib. 1.& extrauagantibus Iohan.22.tit.1. eſt in iure etiam orientali lib.1. conſtitutio 7. Alexii Comneni de electis ad orientales eccleſias.*

b *De poſtulatione prælatorum,lib.1. Decretalium, tit.5.in Sexto,li.1. extrauagantiū communium.*

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Electio quid.*
3 *Et nominatio.*
4 *Et poſtulatio quid.*

1 EXplanata collatione libera, agendum
de Electione.
C Electio in genere, eſt delectus rerum
2 aut perſonarum. *a* Eaque generali acce-
ptione poterit comprehendi,collatio,no-
minatio,poſtulatio,& quæ ſingulariter di-
citur electio:in omnibus enim iſtis ſpecie-
bus deligenda eſt beneficio perſona ido-
nea, *b* ſed alio atque alio modo, de colla-
tione dictum eſt.
3 Nominatio affinis eſt poſtulationi, in
iure Pontificio aliquando: verum quia nō D
fit ſolemniter, vt poſtulatio, diſtinguitur a
poſtulatione & electione. *c* Aliquando
nominatio etiam ſimilis electioni,& inſti-
tutioni;vt quando olim clerici ordinaban-
tur, quo tempore nominabantur ad titu-
lum certæ Eccleſiæ. *d*
4 Poſtulatio,eſt concors capituli vel alio-
rum petitio,ſuperiori facta,de promouen-
do in prælaturam aliquo, qui propter ali-
quod impedimentum vel defectum (ob E
quod tamen poſtulatus non eſt omnino
inhabilis) iure eligi non poterat: *e* differt
poſtulatio,vel in eo a nominatione, quod
per poſtulationem vnus petitur; per no-
minationem quæ non tribuit ius, plures
A nominantur, vt idonei: atque nominatio
fit alternatiue; poſtulatio non vtique. *f*
Differt, & poſtulatio ab electione, quod
qui eligi ſine aliquo impedimēto poſſunt,
non debent poſtulari: poſtulantur autem,
qui ſine aliquo impedimento non poſſunt
eligi. *g*
Electio porro, prout a ſuperioribus di- 5
ſtincta eſt in ſpecie, eſt alicuius perſonæ
idoneæ ad dignitatem,ſocietatem: ſodali-
B tiumve ſacrum,canonice,& ſeruata forma
præſcripta, facta vocatio, confirmatione
ſuperioris legitima approbata. *b*

### Scholia.

a *vt in c.cauſis, 30. de elect. quod nos explicamus in tractatu noſtro, de electione pluribus.*

b *Siquidem & a collatore eligi debet idoneus,cui conferatur c.ex parte.penul. de conſti.c.graue, 29.de præb.& in nominatione, qui ex pluribus cenſeantur magis idonei nominari debent vt eligantur, & præferantur.§. 1. de regia ad prælaturas no.in concor.*

c *cap.3.& ibi gloſſa.de poſtula. prælat.*

d *ca.29.contra ſanctorum, 16.q.fi.ca.neminem, 70. diſt. ca.ei qui, §.definitiua,verſi. nominat.2. quæſtion. 6.*

e *Vide de hac finitione gloſſam, in cap. vnic. de poſtula. prælator. in Sex. Hoſtienſem, Panor.& alios ad rubricam eiuſdem tituli. Poſtulant qui eligere poſſunt,vel omnes, vel maior pars.c. 3. c.fin. de poſtul. prælator.c.innotuit, 21.§.fi.de elect.*

f *Vide Iohannem Andream,& Imolam, ad c.bonæ,de poſtula.prælat.c.1.eo.tit.in Sex.*

g *Docet autem, c.penul.de poſtula.præla.qui prohibeantur eligi, & poſſint poſtulari. Prohibeturq; ideo forma eligendi illa, eligo in poſtulandum, & poſtulo in eligendum, &c.cap. 1. de poſtula. prælator. in Sexto.*

h *Probatur finitio, per c. cum in cunctis, c. cum Eccleſia Vulterrana, & c. quia propter.de ele.c.cum olim,de arb.*

Cap.



### Capvt. II.

*Electionis ratione formæ,diuiſio.*

1 ELectio ratione † formæ diuiditur, *a* in
eam quæ fit per viam ſcrutinii,& eam
quæ per viam compromiſſi,& eam quæ fit
quaſi per viam inſpirationis Spiritus ſan-
cti.Scrutinium eſt,quando ſigillatim & ſe-
crete vota ſeu ſuffragia eligentium inqui-
runtur & deſcribuntur. *b* Per viam com-
promiſſi fit, quando electio facienda ali- B
quibus viris idoneis committitur, vt vice
omnium electorum Eccleſiæ viduatæ de
paſtore prouideant. *c* At quaſi per viam
Spiritus ſancti electio eſt,quādo ab omni-
bus quaſi per inſpirationem diuinam ali-
quis eligitur ſine vitio. *d*

### Scholia.

a *c.quia propter.de Elect.Iſtæ tres formæ iure Pontificio receptæ, aliæ reiectæ, vt illa quæ ſorte fiebat.in c.fin.de ſor. cap. non ſtatim, & ca.non exemplo 26.quæ.1.videbis tamē aliquam ſpeciem electionis frequentē inter monachos clauſtrales, de qua Boerius dec.1.num.6.& 19.videbis, & alias formulas exprimendi ſuffragia apud nos, lib.50.Syntagm.c. 1.nu.20.*

C

b *dict.c.quia propter, de electi.facit titulus de ſcrutinio in ordine faciundo. libr. 1. titul.12.*

c *dict.c. quia propter, verſiculo*, vel ſaltem, *cap.cauſam quæ 8.ca.cauſis 30.c.cum dilectus 32.de electio. compromiſſi formula ponitur, in cap. cum expediat 29. de elect. alia & formula, in capit. cum olim 7. de arbitr.*

d *dict.cap.quia propter, & cap.ſtatuimus, §. his omnibus 61.diſtin.*

### Cap. III.

*De quibus beneficiis ſit facienda electio.*

1 ELectiua beneficia dicuntur, † quando
facta electione præpoſiti, habenda eſt
confirmatio ſuperioris: *a* quæ etiam non
dicuntur pertinere ad diſpoſitionem cu-
A iuſquam. *b* Contra collatiua, quæ poſt ele-
ctionem ſeu collationem, ſuperioris au-
ctoritatem non exigunt. *c* Inter beneficia
electiua ponuntur prælaturæ, ſummus
Pontificatus, *d* Patriarchatus, *e* Archiepi-
ſcopatus, *f* Epiſcopatus, *g* Abbatiæ, *h* o-
mnes collegiatarum Eccleſiarum præpo-
ſituræ. *i*

### Scholia,

B

a *Gloſſ.in Clem. quia contingit.§.autem, in verb.* electionem, *de religioſ.domi.Riparius.lib. 2.reſpon.de reſcr.c.34.*

b *Clementina prima, de elect.*

c *Vide deciſ. Rotæ, deciſ.123.*

d *c. vbi periculum, de elect. in Sext. ca. licet vitanda 6.eod.tit. apud Greg.ca.in nomine Domini 23.di.ca.ſi quis Papa 79. diſt. electio ibi fit per Cardinales.*

e *Eliguntur enim Patriarchæ ab Eccleſiarum patriarcharum canonicis, niſi illæ occupentur ab infidelibus, quo caſu ſummus Pontifex ponit Patriarcham. capit. ſancta Romana de elect. in extrauag. com.*

f *Vt in c. ſuffragantes 11.de elect.ca. Metropolitano 63.diſt.*

g *c.cum in cunctis 7.de elect.ca.noſce 12.& ſeq. Epiſcopos 63.diſt. alicubi tamen ſublatæ ſunt electiones prælatorum, vt in Gallia, & alibi, vt ſuo loco in materia beneficiorum docuimus.*

D

h *ca.fin. 16.q.7.cap. Abbas, cap. Abbatem 18.quæſt. 2.c.indemnitatibus, de electione in Sext.*

i *c.1.de electione, niſi aliter in fundatione, vel ex conſuetudine obtineat, aut priuilegio.c.nobis, de iur.patron. c. cū dilectus de conſecr.ca.congregatio.16.q.fi.*

### Capvt IIII.

*Qui eligant.*

E EX variis temporum † moribus eligen- 1
di paſtores Eccleſiaſticos, poteſtas aliis
atque aliis conceſſa. *a* Aliquando quippe,
& a clero & populo facta fuit electio: ali-
quando a ſolo clero, ſed præſente populo:
*b* aliquando ad cohibendam hæreticorum

vim, adhibiti principes, ſeculares: *c* interdum & eligendi poteſtas data ob ſingularia beneficia in Eccleſiam collata ex priuilegio: *d* quod ius poſtea quidam Imperatores remiſerunt. *e* Placuit, & aliquando, interdicta ſummi Pontificis electione Imperatoribus, *f* eam permittendam tantum collegio Cardinalium, *g* reprobataq; cõſuetudo & facultas data laicis eligendi, *h* & conceſſa clericis ſecularibus: *i* progreſſuque temporis rurſum ſecularibus clericis ad ſeculares Eccleſias eligere, & regularibus ad regulares permiſſum fuit. *k* Et nouiſſime quibuſdam principibus ſecularibus, in locum electionis conceſſa nominatio ad prælaturas: *l* Regulariter prælati debent eligi a perſonis cõgregationis ſuæ Eccleſiæ, vt Epiſcopus a ſuo capitulo; Abbas a ſuo monaſterio. *m* Eligunt eorũ nomine compromiſſarii, in quos compromittunt: *n* quibus tamen negligentibus eligere, redit ius ad compromittentes. *o* Quod ſi electores negligentes ſint eligere intra tempus electioni definitum, deuoluitur ius ad ſuperiorem. *p* Idipſum fit ſi male, vel indignum elegerint: diſtinctione tamen adhibita, vt in Cathedralibus deuolutio fiat ad ſum. Pontificem, in aliis ad alium proximum eligentium ſuperiorem, *q* procuratorem etiam eligentium poſſe eligere, ſed non ſemper placuit, *r* ſequeſtrum beneficii cuius præpoſitus haberet ius electionis. *s* Non eligunt autem impuberes, *t* furioſi, mente capti, *v* qui ſibi ſucceſſorẽ vult eligere, *x* canonicus non conſtitutus in ſacris ordinibus, *y* in regularib. Eccleſiis, non profeſſus ordinem, vel laicus conuerſus, *z* tranſlatus ex alia regione. *aa* Item ſuſpenſus, *bb* excõmunicatus maiori excommunicatione, *cc* hæreticus, *dd* interdictus, *ee* qui indignũ elegit, vel non ſeruauerit formam eligendi, *ff* vel per ſimoniam elegit, *gg* abſens, contumax venire vocatus ad electionem, *hh* qui coacte eligunt, *ii* laici. *kk* Sunt & ſeruandi mores Eccleſiarum, quibus quidam ex conſuetudine admittuntur, alii non, *ll* quod ſeruandum niſi ius repugnet, *mm* quare conſuetudo quædam valet, vt ex conſilio aliquorum aliqui eligant: *nn* vt aliquando eligant ſoli canonici, *oo* aliquando alii. Porro ſufficit in electione probanda, vt electores alioquin bene eligentes, ſint in quaſi poſſeſſione eligendi. *pp*

### Scholia.

a *Vt actor. c. 1. & c. 6. ca. Epiſcopus, 13. ca. ſi in plebibus 2. & cap. cleric. 26. cap. fin. 63. diſtinct.*

b *c. noſſe, 12. & ca. cum longe 25. §. fin. ca. vota ciuium, 63. diſtinct.*

c *Dicto cap. vota 27. §. principibus, 63. diſtinctio. & ad ſedandas turbas & ſeditiones in electione excitatas, can. hinc eſt etiam 16. q. 1.*

d *Vt in cap. Adrianus 22. & can. Synodo, 25. 6. diſtinct.*

e *cap. ſacrorum, & ca. tibi domino 63. diſtinctio.*

f *In Synodo 8. ſub Alexandro 2. & Baſilio Cæſare orientis 1. actione. cap. 22. relata. in can. Adrianus 63. diſt.*

g *cap. in nomine domini, 23. diſtinctio. forma ſubinde electioni addita a Gregorio 10. in capit. vbi periculum, de electione in Sexto: vt a Clemente quinto, in Clementina, ne Romani, 2. eodem titul. de electio. de varia electione ſummi Pontificis. Vide Onuphrium Panuinum in additionibus ad Platinã in vita Clementis 5. Interdixit ſecularibus poteſtatem eligendi, canon. Apoſtolorum 29. relatus in cap. 14. ſi quis Epiſcopus, 16. q. 7.*

h *Burchard. 1. decretorum, capit. 10. can. non eſt permittendum turbis, 6. diſtinct. cap. Maſſana 56. cap. ſacroſancta 51. de election. per quæ emendatur. cap. nobis, de iure patronatus.*

i *ca. obeuntibus, & can. ſacrorum 61. diſt. cap. 1. de electio.*

k *cap. in Geneſi. cap. cum terra. cap. cum Eccleſia, & ibi glo. de elect.*

l *Vt*



l *Vt in Gallia regi per concordata, & titulo de regia ad prælaturas nominatione: reſtituit tamen quodammodo Eccleſiis electiones, Carolus 9. in conſtitutionibus Bleſenſibus art. 3. ſed non potuit illud ſeruari.*

m *c. conſtitutus 47. de elect.*

n *cap. cauſam quæ 8. capit. in cauſis 30. cum ſimilib. de elect.*

o *cap. ſi compromiſſarius 37. de elect. in Sex. vbi obſeruanda diſtinct.*

p *cap. quanquam 18. de electione. in Sext. capit. cum ſingula 32. §. qui vero. de præbendis in Sexto.*

q *Dicto capit. quamquam, de præbendis in Sexto.*

r *Antequam quis tamen procuratorem ad eligendum ſuo nomine dare poſſit, tria requiruntur: primum, vt qui dat ſit abſens, & in loco a quo debeat auocari: & ſecundo, ſit legitimo impedimento prohibitus venire, & tertio, vt vni tantum de collegio eligentium vocem ſuam committat. cap. quia diuerſitatem, §. illud. de electione. Explicatur in cap. ſi quis iuſto impedimento 46. de electione in Sext. & nos latius documus in annotationibus, dict. §. illud. cap. quia propter.*

s *Notat gloſſ. prima. Innocent. & Hoſtienſ. ad capit. examinata, de iudiciis, Paul. in Clement. vnic. de ſequeſt. in Clement. Rota, deciſione 323.* nota gloſſam, *in antiquis.*

t *cap. ex eo 32. capit. indemnitatibus 33. de electione in Sexto.*

v *Gloſſ. ad dictum caput ex eo, ad verbum,* diſcretionem, *& ibi Philippus Francus, de elect. in Sexto.*

x *capit. 3, & 4. & capit. Apoſtolica, 8. quæſtion. 1.*

y *Clementina, vt ii qui 2. de ætate, & qualitate.*

z *cap. ex eo. §. fi. de elect. niſi in conuerſis conſuetudo ſit recepta, vt admittantur. Innoc. in cap. 2. de inſtitutio. Fredericus. in Concilio 107. per textum in ca. & ſi Chriſtus, de iureiuran.*

aa *Clementina prima, de regularibus.*

bb *c. cum bona, de ætat. & qualit. c. cum inter. 16. §. fi. de elect. c. cum dilectus. de conſuetud.*

cc *cap. venerabilem 34. de elect. ca. fin. § nec eligere, de cleric. excommun. miniſtran.*

dd *can. fin. cauſa 9. q. 1.*

ee *c. cum inter, de electio.*

ff *c. noſti, 42. §. qui vero. c. cum in cunctis 7. §. clerici ſane, & c. innotuit 20. c. bonæ memoriæ 23. c. ſcriptis 40. § final. c. ne pro defectu 41. de elect. cum ſimilib.*

gg *c. per inquiſitionem 26. de elect.*

hh *c. cum inter vniuerſas 28. cap. cum nobis 19. c. quod ſicut 28. §. ſi autem. de elect.*

ii *c. vbi periculum. § cæterũ, de elect. in Sext.*

kk *cap. cum terra. c. Maſſana, de elect. cum ſimilibus.*

ll *cap. cum dilectus 8. & capit. Cumana 50. de conſuetud. cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſion. & proprieta. cap. abbate. de verbor. ſignifica.*

mm *vt in dict. c. Maſſana. de elect.*

nn *cap. cum in veteri 52. de elect.*

oo *c. cum Eccleſia Vulterrana. 21. de elect.*

pp *c. querelam 24. de elect.*

## Cap. V.

### *Methodus & forma electionis.*

ANtequam de electione agatur, Eccleſia debet eſſe viduata paſtore, *a* cum iuſti poſſeſſoris beneficium alii dari non poſſit. *b* Neque erit ante ſepulturam vltimi poſſeſſoris de electione tractandũ, *c* Eo autem ſepulto intra tres menſes a die vacationis, electio facienda, ſi de prælaturis agatur, *d* ſi vero de aliis beneficiis, intra ſex menſes. *e* dum vero electio facienda ſpectatur, interim alicui committenda, regenda vacans, Eccleſia eſt. *f* Mortuoque prælato & ſepulto canonici vel electores qui aderint, debent ſe in capitulum recipere, ibique diem ſtatuere, in qua facturi ſint electionem, ſtatimque literas cum expreſſo nuntio præſcribere & mittere abſentibus, diemque conſtitutam ele-

ctioni ſignificare, vocandi quippe abſentes, ne ex contemtu impugnent electionem, *g* ſi modo ſine periculo Eccleſiæ vocari & exſpectari poſſint. *h* Debet eligi cōgruus locus electioni faciēdæ, *i* qui vt plerumque eſt capitulum, *k* vel chorus Eccleſiæ, *l* vel alius honeſtus. *m* Ante electionem miſſam audient. *n* Poſtea antequam eligant, tractatū habeant, *o* ibi enim prius ſolēt nominari plures, qui idonei videantur beneficio, ſub ſpecie quadam conſultationis facta collatione zeli ad zelū, meriti ad meritum. *p* Eliguntur & inter electores aliqui, qui ſigillatim diligenter ſuffragia & vota ſcrutentur & præſcribāt. *q* Vota autem debent emitti ab vno quoque de vno, certa, pura, ſine conditione aut alternatiua. *r* Votis emiſſis, antequā electores diuertant ad extraneos actus, publicatio eorum fieri debet, *s* quia poſtea, res nec integra dicitur, nec ſuffragia mutare licet, *t* idipſum & de poſtulatione dictum. *v* Publicatione deinceps facta in communi, ſi in duos vel plures fiat conſenſus diuerſus, debet fieri inter illos collatio numeri ad numerum eligentium, meriti ad meritum electorū, & zeli ad zelum. *x* Et collatione facta illo modo, is eligitur, vnus in quem omnes, vel maior vel ſanior pars eligentium conſentiet, & electio ſtatim publicatur. *y*

### Scholia.

a *Modos vacandi tradidimus ſupra in collatione beneficiorum.*

b *cap. 2. & 3. de conceſſio. præben. cap. 2. & 3. eod. tit. in Sex.*

c *cap. 7. nullus in 2. 70. diſtinct. c. bonæ memoriæ. 36. de electio. Quod tamē de honeſtate intelligendum, nam alioquin, etiam ſi poſt mortem ante ſepulturam fiat, non improbatur, ſi modo aliud non prohibeat, vt notat glo. ad d. c. bonæ.*

d *c. ne pro defectu. 42. de elect. can. 11. poſtquam 50. diſtinct. capit. dilectus filius 12. de præben.*

e *c. 2. de conceſ. præben. §. de multa, de præben. ſubducto legitimo impedimento. cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. cano. 13. de Syracuſanæ 12. diſtinct.*

f *c. nemo 15. ca. cum eo 34. de electio.*

g *c. bonæ memoriæ 36. de electio. ſi modo ſint in prouincia. c. coram dilecto filio 3. eo. tit.*

h *c. quod ſicut 28. de elect.*

i *gloſſ. ad c. & cum humanæ fragilitatis, ad verbum conueniant, de elect. in prag. ſanctio c. quia propter. de elect.*

k *c. in cauſis. de electio.*

l *c. cum nobis olim, de elect. ca. quæ frontem 25. de appellat.*

m *l. ſi cum dies, 5. §. ſi arbiter. de arbit. P.*

n *in concilio Baſilienſi relato in d. §. & cum humanæ fragilitatis, de elect. in prag. ſanct. probat. & hunc morem. capit. 3. de cauſa poſſeſſio. lib. 2. cap. 2.*

o *glo. in ca. in nomine Domini, ad verbum,* tractantes, *23. diſt.*

p *ca. in Geneſi, & c. Cumana, de electio. vide glo. ad ca. tua nuper 8. ad verbum,* tractatus, *de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſ. cap.*

q *cap. quia propter, de elect. votorum expreſſio debet eſſe de magis idoneo & vtiliore Eccleſiæ, can. licet 8. quæſt. 1. cap. conſtitutus. de appella.*

r *ca. 2. de elect. in Sex. inueni tamen in M. Alberti Argentinenſis Chronico, dum agitur de electione in Pontificē Romanum Benedicti 12. qui ante dictus Blancus, patria Tholoſanus erat, electionem illius factam fuiſſe cum hac conditione a Cardinalibus ſingulis.* Ego N. nomino illum P. qui ſi eſſe nō poterit, Nomino Blancum.

s *dict. cap. quia propter.*

t *c. in cauſis, & cap. Eccleſia veſtra, de elect.*

v *c. pen. & fin. de poſtula. prælat.*

x *d. cap. quia propter, & ca. Cumana 50. de elect. explicat collationem numeri ad numerum. cap. in Geneſi, & cap. Eccleſia veſtra, 48. de elect.*

y *dict. cap. quia propter, §. fin. de elect.*

CAP.



## Capvt. VI.

*Qui eligi poſſint.*

NEmo ſeipſum eligere poteſt, *a* nec eos qui per ſeipſos regere nō poſſunt minores: *b* Illegitime natos: *c* impedimento vel vitio corporis affectos, quo nōpoſſit miniſterio inſeruire: *d* crimine notatos, *e* ſchiſmaticos, *f* excommunicatos maiori, *g* vel minori, *h* excommunicatione, ſimoniacos, *i* homicidas, *k* periuros, *l* publicum aleatorem, *m* ſacrilegum, *n* irregularem, *o* ſuſpenſum, *p* interdictum, *q* ambientem electionem, *r* habentem duo beneficia, *s* laicum, *t* vſurarium. *u* Nec in abbatem vel priorem regularem eligi poteſt nouitius, non profeſſus regulam beneficii, *x* nec ad aliquod beneficium, qui ſcientia & moribus non eſt commendabilis, *y* cum in ſumma, in electo exigantur mores probati, *z* irreprehenſibiles, *aa* non curiales aut hiſtrionici. *bb*

### Scholia.

a *cap. fin. de inſtitutio. quia inter dantem & accipientem debet eſſe differentia, ſic nemo ſeipſum præſentat. capit. per noſtras, de iure patronat. Si duo ſint tantum in collegio reliqui, vnus alium in prælatum eligere poterit, quia in vno etiam ius collegii reſidet. ca. 1. de elect.*

b *c. eam te 4. & c. indecorū, de ætat. & qualit. ord. c. cum in cunctis, de elect.*

c *cap. innotuit 20. de electio. dict. cap. cum in cunctis, & cap. presbyterorum 56. diſtinct. Deut. 23.*

d *cap. expoſuiſti, de electio. cap. 2. de corpore vitia.*

e *cap. 1. 85. diſtinct. ratio. in ca. omnipotens 4. de accuſa. numerantur autem crimina prohibentia eligi in can. qui in aliquo 51. diſtinct.*

f *cap. quia diligentia tua 5. de elect. cap. nos conſuetudinem 12. diſtin.*

g *cap. poſtulaſti 7. de cleric. excommun. miniſtran. lib. 5. tit. 27.*

h *c. ſi celebrat 10. de cler. excom. miniſt.*

i *c. Matthæus, de ſimonia.*

k *c. ex literis 10. de exceſ. prælat.*

l *c. querelam 10. de iureiuran.*

m *c. inter dilectos, de exceſſ. prælat.*

n *c. venerabilem. eod. tit. de elect.*

o *c. is qui, de ſententia excommun.*

p *c. cum dilectus. c. per inquiſitionem, 20. & ibi gloſſ. de conſuetud.*

q *cap. cum inter R. de electio. cap. 1. de poſtu. prælat.*

r *cap. 1. de cleric. non reſident.*

s *capit. dudum, in 2. de electio. cap. exſecrabilis, §. qui vero. de præbend. in extrauag. Ioan. 22.*

t *cap. 2. de inſtitut. ca. ex literis. de tranſact. cum ſimilib.*

v *cap. de Petro 47. diſtinct. ca. inter delectos 11. de exceſſib. prælat.*

x *cap. cum cauſam 27. de electio. cap. 22. in noua actione 16. quæſt. 7. cap. cum ad noſtram 37. & ca. officii tui 38. de electio. ratio tractatur in ca. cum in magiſtrum 49. eod. tit. de elect.*

y *dict. c. cum in cunctis, & cap. nihil eſt 44. & cap. cum nobis 19. de elect.*

z *dict. cap. cum in cunctis, & cap. 3. de elect. & tota 39. diſtinct. 1. ad Tim. 3. cap. indecorum. de ætat. & qualitat. §. 1. quomodo oporteat epiſcopos. Nouel. 6.*

aa *ca. in ſacerdotibus 61. diſt.*

bb *can. aliquantos 51. diſt.*

## Capvt. VII.

1 *Quæ ſequantur electionem.*
2 *Confirmantis partes.*
3 *Conſecratio.*
4 *Pallium.*

ELectione † facta & publicata, ea quam citius fieri poterit præſentanda eſt ele- 1
cto, intra octo dies: electus vero intra menſem, acceptare ſeu conſenſum præbere, vel recuſare tenetur, alioquin iuſto impedimento ceſſante, iure quod ei ex electione datur, priuatur. *a* Electio quippe cauſa eſt, vt prælatus ſit, quia ius tribuit, *b*

A ſi is velit, alioquin non cogitur eſſe inuitus.*c* Vbi autem quis electionem de ſe factã acceptauerit, tenetur proſequi ius confirmationis *d* electionis a ſuperiore intra tres mẽſes, *e* alioquin priuatur & iure, ſubducto tamen omni iuſto impedimento. *f*

2 Confirmantis vero partes ſunt, iterum de electione & electi ſufficientia, vita & moribus inquirere. *g* Interim ante confirmationem nihil debet electus adminiſtrare niſi velit priuari ſuo iure: *h* excepta B abbatiſſa, quę interim adminiſtrare poteſt quamuis ante confirmationem aliquid alienare, vel monialem recipere nequeat. *i* Pendente hoc tempore confirmandi, agitur de appellatione, ſiquis ab electione vel poſtulatione prouocauerit. *k* Poſt confirmationem & ante conſecrationem, iurat epiſcopus fidelitatem ſummo Pontifici, *l* de non alienandis & de conſeruandis rebus ſuæ Eccleſiæ. *m* C

3 Sequitur ita confirmationem † conſecratio epiſcopi electi, *n* quæ differri non debet vltra tres menſes a confirmatione, ceſſante alioquin alio iuſto impedimẽto. *o* Initiatur matrimoniũ ſpiritale inter prælatum & ſuam Eccleſiam in electione: ratum fit confirmatione, conſummatur in conſecratione. *p* In abbatibus loco conſecrationis, eſt benedictio. *q* Poſt confirmationem ante conſecrationem epiſcopus D exercere poteſt, quæ ſunt iuriſdictionis, vt pote corrigere, excommunicare, iuſiurandum exigere, beneficia conferre, & ſimilia. *r* Quæ vero ſunt ordinis non poteſt, niſi poſt conſecrationem. *s* Qualia ſunt, clericos ordinare, benedicere, virgines deponere, Eccleſias vel altaria conſecrare.

4 Accedit † & poſtremo metropolitanis electis, confirmatis, conſecratis, pallium: E cuius petitionem differre non debent. *t* Et hæc hactenus de electione deque rebus Eccleſiaſticis dictum ſit: tranſeundum eſt ad perſonas.

S c h o l i a.

a *c. quam ſit, ſexto, de elect.*

A b *c. fin. de elect. in Sext.*

c *cap. geſta, 2. & ca. vbi iſta didiciſti 74. diſtinctio.*

d *cap. poſtquam, dicto titulo de elect.*

e *c. noſti, de electio. de maior. & obed. capit. 4. ne ſede vacant. in Sext. confirmat epiſcopi electionem Archiepiſcopus: archiepiſcopi, Primas ca. quia igitur, & ibi gloſſ. 65. diſt. cap. 5. de translatio. epiſcoporum exemtorum, electionem ſummus Pontifex* B *vel legatus in prouincia, capit. ſi abbatem 36. de electio. in Sext. vide quæ diximus, de confirmatione, libro 17. Syntagm. iuris. cap. 3.*

f *cap. quam ſit. §. cæterum, & cap. cupientes. de elect. in Sext.*

g *c. nihil eſt 44. de elect.*

h *c. tranſmiſſam. cap. noſti, cap. qualiter, ca. cum in cunctis, capit. cum iamdudum. de electi. cap. auaritiæ, eod. tit. in Sext. nec va-* C *let conſuetudo contraria. capit. cum venerabilis frater. de conſuet.*

i *cap. indemnitatibus 43. §. ſi vero, de elect. in Sext.*

k *de qua agitur. in cap. conſecrationi. 8. de appellat. in Sex. cap. 1. cap. vt circa 4. cap. quamuis, 10. cap. procurator 38. capit. ſi quando 9. de elect. in Sext.*

l *forma iuramenti ponitur, in capit. ego. N. epiſcopus 4. de iureiuran. libr. 2. tit. 24. ca.* D *dilecti filii, 13. de maior. & obedien. libr. 1. tit. 33. iurant id ipſum abbates, in benedictione, & alii prælati, & imperatores poſt electionem, iuxta formam Clem. Romani, de iureiuran.*

m *c. 2. de feudis, cap. per tuas, de donatio.*

n *cap. prouida, de electio. vide plura quæ diximus, de conſecratione, libr. 17. Syntagma. cap. 1.*

E o *cap. 1. 71. diſtinct. capit. 2. cap. quoniam quidam. 75. diſtinct. cano. quoniam 100. diſtinctio. Quot vero epiſcopi conſecrationi intereſſe debeant, tractatur tota 64. & 65. diſtinct. cap. quod ſedem, de officio ordinarii. De forma conſecrandi. & ca. 17. diſtinct.*

p *cap.*



p *capit. licet 4. de translatio. epiſcop. capit.* A *tua, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſ. capit.*

q *de qua in Clemen. 2. §. ſtatuimus, de ſtatu monach. cap. 1. de ſupplen. neglig. prælat. lib. 1. tit. 10.*

r *Gloſſ. fin. in cap. tranſmiſſa. de elect.*

s *dicta gloſſa final. capit. tranſmiſſa, & textus in capit. quod ſicut. §. præterea, de electio.*

t *c. quod ſicut, de electio. & de pallio. in cap. 1. 2. cap. ad honorem, cap. ex tuarum, & toto titulo. de auctorita. & vſu pallii. & in extrauagante vnica. eod. tit.*

# PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII SEV CANONICI, QVÆ INSTAR SYNTAGMATIS ſpecialis totius iuris Eccleſiaſtici ſunt,

## LIBER SECVNDVS.

## DE PERSONARVM conſideratione ratione Sexus.

### TITVLVS PRIMVS.

### Capvt I.

*Continuatio libri, quidue perſona.*

EXplicatis rebus, quæ hominum cauſa factæ & creatæ ſunt, *a* ordinem conſtitutum perſequentes, de perſonis, priuſquam de iure, quod perſonis, debetur, *b* agamus, cum omne ius earum cauſa conſtitutum ſit. *c* Hic perſonam pro homine accipimus, *d* omiſſis aliis ſignificationibus de quibus alibi. *e*

S c h o l i a,

a *Geneſ. 1. c. l. in pecudum, de vſur. libr. 22. P. tit. 1. §. in pecudum, de rerum diuiſ.*

b *l. quid. m reſerunt, 14. de iure codicillo. lib. 29. Pan. tit. 7.*

c *l. 2. de ſtatu homi. P. §. fin. de iure natura. gen. & ciuil. apud Iuſtin. neque cauſæ ſed perſonæ ſuccurritur, inquit Papinian. quæ meruit præcipuum fauorem, l. ex pluribus, 42. de adminiſt. & peric. tut. lib. 26. P. tit. 7. l. iuſtiſſime de ædilitio edict. Pandect.*

d *vt titulo de iure perſonarum apud Iuſtin.*

C e *nempe lib. 7. Syntagm. iuris. cap. 1.*

### Capvt. II.

*Diuiſio prima perſonarum.*

PRimam porro conſtituemus, qua nec antiquior ſit, diuiſionem perſonarum, a ſexu, in maſculos & fœminas, *a* & hermaphroditos: qui vtrumque ſexum habent, eiuſque appellatione nũcupantur, in quo D præualent. *b* Sunt & ratione vtriuſque ſexus quidam, qui illis vti ſecundũ naturam poſſunt: alii inualidi: atque iſti vel frigidi, vel maleficiati, *c* caſtrati, Eunuchi, Spadones. *d*

S c h o l i a.

a *Geneſ. c. 1. ca. hæc imago, 13. 33. q. 5.*

b *l. quæritur, 10. de ſtat. hom. Pand. l. ſed eſt quæſitum, 6. §. ſi. de liber. & poſthu. lib. 28. titul. 2. l. repetundarum, 15. de teſtib. lib.* E *22. Pandect. tit. 5. can. 3. ſi teſtes. §. hermaphroditus, 4. q. 3.*

c *c. 1. 2. 3. & toto tit. de frigi. & malef. lib. 4. tit. 15. l. in cauſis. de repudiis. li. 5. C. ti. 17.*

d *can. ſiquis abſciderit, can. hi qui ſe 55. diſt.*

*titul. de eunuchis. libr. 4. C. titul. 42. vide* A
*Nouellam Iuſtin. 142. Leonis 60. & quæ*
*nos diximus, libr. 7. Syntagm. iur. tit. 2. de*
*diſtinctione ſpadonum, & eunuchorum,*
*vide & de illis atque de thlibiis, in l. in le-*
*ge Cornelia, 4. §. final. & l. 5. & 6. ad*
*legem Corneliam, de ſicariis, libr. 48. Pan-*
*dect. tit. 8.*

## CAPVT II.

1 *Origo, exemplar & poſſeſſio perſonarum.* B
2 *Mulieres inferiores viris.*

PErſonarum ex ſexu diſtinctio originem
habuit a lege Dei, naturæ impoſita, *a*
Spadonum vero, Eunuchorum, vel abſciſ-
ſorum, ex hominibus artificio, vel alia ac-
cidentali cauſa, ad imaginem ſuam fecit
Deus hominem maſculum, & fœmi-
nam. *b*

Proinde ordo naturalis, vt fœminæ ſub-
iiciantur viris, *c* quia caput mulieris vir: C
caput viri, Chriſtus. *d* Et propterea in
multis inferiores viris mulieres. *e* Iure-
que Pontificio plura prohibentur illis,
conceſſa tantum viris. Nullam enim ha-
bent auctoritatem in viros. *f* Virilia officia
non exercent; *g* nō poſſunt docere in Ec-
cleſia: *h* non poſſunt etiam abbatiſſæ mo-
niales proprias benedicere, aut earū con-
feſſiones audire, nec legere publice Euan-
gelium, aut prædicare, *i* aut ſubditos ex- D
communicare, *k* non ſacra vaſa continge-
re, *l* non velare moniales, *m* nō iudicare, *n*
aut honoribus publicis fungi, *o* non fide-
iubere, *p* non accuſare de criminibus pu-
blicis, paucis exceptis: *q* non procuratri-
ces eſſe, *r* non patrocinari pro alio in iu-
dicio. *s*

### SCHOLIA.

E

a *Maſculum enim & fœminam fecit Deus,*
*Geneſ. 1.*

b *Geneſ. 1. Sapienti. 2. 1. ad Corinth. 11.*
*Diuus Auguſtinus in quæſtionibus, ve-*
*teris & noui Teſtamenti. quæſtio. 106. ca.*
*Mulier. ca. hæc imago. ca. fin. 33. q. 5. quo-*
A *modo autem intelligatur quod mulier non*
*ſit facta ad imaginem Dei, vide Diuum*
*Thomam 1. ſecundæ quæſt. 93. art. 4.*

c *ca. eſt ordo, & ca. ſatis, 14. & can. mulie-*
*rem 17. can. Adam, 8. 33. q. 5. gloſſ. ordi-*
*naria. ad cap. 46. Geneſeos Beda ad Coloſ-*
*ſenſ. cap. 3. Diuus Auguſtinus. lib. quæſtio-*
*num in Geneſin. cap. 13.*

d *cap. ſatis hinc, 14. cap. cum Chriſtus, 15.*
*33. q. 5.*

B e *idipſum & iure ciuili, l. in multis 9. de ſta-*
*tu homin. & ibi gloſſ. notat differentias &*
*gloſſ. cum textu cap. noua quadam, 10. de*
*pœnit. & remiſſio. libr. 5. titul. 38. vide &*
*gloſſ. in l. fœminæ, de regul. iur. P. & gloſſ.*
*1. ad c. dilecta in Chriſto 12. de maiorita.*
*& obed. natura etiam & nomen imbecil-*
*liorem ſexum fœminarum aperte docet, vt*
*etiam exemplo peſſimum viſum fuerit, ap-*
*pellatione fœminea velle maſculum ſigni-*
C *ficare. l. ſi ita ſcriptum, 45. de legat. 2. fœ-*
*mina namque forſan a fœtu dicta, ex quo*
*fœtus earum imbecilliores reddit, vnde in-*
*ter animalia quorum ſexus aperte non di-*
*ſcernitur, fœminea dicta, minus robuſta,*
*vt in piſcibus obſeruatum apud Plinium,*
*lib. 9. cap. 50. Idipſum & in plantis apud*
*eundem, li. 22. c. 18. dum agit de Chama-*
*leonte herba, vocat & idem, lib. 2. c. 101.*
*lunæ ſydus fœmineum ac molle, quod pro-*
D *prium mulierum, vt & fœtus generare, in*
*l. 2. de indict. viduita. tollend. C. l. quæri-*
*tur. §. 1. de ædilit. edict. Vir a virtute ani-*
*mi, mulier a mollitie mentis ca. quod pro-*
*poſuiſti 18. §. ſed illud 32. quæ. 7. latior ta-*
*men aliquando appellatio fœminæ, quam*
*mulieris, cum mulier pro non virgine po-*
*nitur, & pro corrupta: vt apud Vlpia. in l.*
*alioquin, 11. de contrah. emt. 9. l. ex emto.*
E *§. ſi quis virginem, de actio. emt. Pand.*

f *cap. mulierem 7. 33. quæ. 5. præfertur qui-*
*libet vir mulieri digniori l. 1. de ſenator.*
*P. l. fi. de fid. inſtrument. P. Et vt ait Lu-*
*cretius, lib. 5.*

—Longe præſtat in arte,
Et ſolertiꝰ eſt multo genꝰ omne virili.

g *can.*



g *can. infamis, §. tria, 3. q. 7. fœminæ, de re-* A
*gul. iur. l. 1. §. 1. ad ſenatuſconſ. Velleia. P.*
*lib. 36 tit. 1.*

h *ca. mulier 23. diſtinct. ca. mulier, de con-*
*ſecra. diſt. 4. dicto ca. mulierem 33. q. 5.*

i *cap. noua quedam, 10. de pœnit. & remiſ-*
*ſio. cap. de monialibus, 3. de ſentent. ex-*
*communica. libro 5. titul. 19.*

k *c. dilecta, 12. de maior. & obedien. lib. 1.*
*tit. 3.*

l *ca. ſacratas, & ca. mulier, 23. diſtinct.* B

m *ca. ſtatuimus, cauſa 20. q. 2.*

n *ca. mulierem, 34. q. 5. l. cum prætor, §. mo-*
*ribus, de iudic. P. l. fœminæ, de regul. iur. l.*
*fin. C. de arbit. niſi aliqua mulier nobilis,*
*haberet inhærentem ſuo feudo vel patri-*
*monio iuriſdictionem, in qua iudicaret ex*
*conſuetudine vel priuilegio, vt in c. dile-*
*cta, & c. dilecti filii, de arbitris.*

o *l. fœminæ. de regul. iur. P.*

p *l. 1. & 4. & fere toto titulo, ad ſenatuſcon-* C
*ſult. Velleia. C. dicto ca. mulierem 33.*
*quæſt. 5.*

q *ca. de crimine, 15. q. 3. l. de crimine 12.*
*qui accuſare non poſſ. C. lib. 9. tit. 3.*

r *l. alienam, C. de procurator. niſi in caſu le-*
*gis, fœminas, eod. titu. P. aliquando tamen*
*iure pontificio admittitur procuratrix, vt*
*in cap. dilecta, de confirma. vti. vel inutili.*

s *can. Infamis, §. tria, 3 q. 7. l. 1. §. ſexum, de*
*poſtula. lib. 3. P. tit. 3. & ibi origo prohibi-* D
*tionis refertur ad Caiam Affraniam im-*
*pudicam mulierem, de qua & tractat Va-*
*lerius Max. lib. 8. cap. 3.*

# DE DIVISIONE SEV DISTINCTIONE PERSONARUM, RATIONE ÆTATIS. *a*

## TIT. II.

a *Huc referri poſſunt quæ ætatem conſiderant vt* E
*exſtat titulus, de ætate & qualitate ordine præ-*
*ficiendorum lib. 1. decretalium tit. 14. & lib. 1.*
*Sexti. tit. 10 & in Clement. lib. 1 tit 6. titulus de*
*deſponſatione impuberum lib. 4. decretalium tit.*
*2. & libro quarto, Sexti. titul. 2. de Minoribus*
*25. annis lib. 4. pandect. tit. 4. Si minor ſe maio-*
A *rem dixerit, vel probatus fuerit lib. 2. C tit. 43.*
*de his qui veniam ætatis impetrauerunt. lib. 2.*
*C. tit. 45. qui ætate ſe excuſant lib 5. C. tit. 68.*
*qui ætate vel profeſſione ſe excuſant lib. 10 C tit.*
*49 de ætate ineuntium officia lib. 1. iuriſ. orien-*
*talis bona fidei, in conſtitutione prima Alexii*
*Comneni.*

## CAPVT I.

*Ætatum diſtinctio.*

VT intelligant, facilius iuxta propoſi-
B tum ſcopum harum inſtitutionū pa-
rū in iure pontificio exercitati, quomodo
ætates perſonarum diſtinguantur: volui
pauca ex aliis cum noſtro iure conferre,
quę non ſunt omnino aliena ſed veluti ne-
ceſſaria. Natura, ex temporum & anno-
rum lapſu, quandam inter perſonas diſtin-
ctionem conſtituit obſeruandam, vbi &
ſtatus ætatis hominis conſtituitur, *a* & di-
uerſa eius conſideratio. Quare & ætates
C varie a philoſophis, medicis, legiſlatori-
buſque diſtinctæ, habita ratione negotio-
rum, quæ ætatum varios termines conſti-
tui ſuaſerunt. *b* Iuriſconſulti conſiderant
in genere tres metas ætatis: pueritiam, iu-
uentutem, & ſenectutem. *c* Pueritiā ple-
nam in fauorabilibus, prorogant ad 18.
vſque annum, *d* vbi & plena pubertas po-
nitur. *e* Intra fines huius plenæ pueritiæ
tres diſtinguūtur aliæ minores ætates: &
D ponitur infantia & infans, vſque ad ſe-
ptennium a natiuitate. *f* Poſtea ſequitur a
ſeptennio pueritia & puer, impubes & pu-
pillus iuriſconſultis, *h* vſque ad 12. annum
in fœminis, & ad 14. in maſculis, quo tem-
pore dicuntur puberes, *i* & adulti. *k* Pu-
beres tamen iure pontificio, quod perti-
net ad nuptias ineundas, non annorum
numero ſed ex potentia generandi citius
aut tardius iudicantur. *l* At puberes reſpe-
E ctu maioris ætatis, minores 25. annis, vel
abſolute minores, dicuntur. *m* Item adul-
ti & eorum ætas adulta. *n* Poſtquam vero
25. attigerint annum, dicuntur maiores.
*o* Et legitimæ ætatis quæ in 25. anno con-
ſtituitur. *p* Poſt 25. annum accedit iure

ciuili virilis ætas, *q* iure canonico vero in 30. anno *r* vſque ad 46. quo ſenilis ætas incipit: ſenilis tamen ætas interdum 50. interdum 60. interdum 70. vel plurium annorum dicitur, habita ratione negotiorum quæ ſenibus ſunt iniungenda. *s*

SCHOLIA.

a *in l. cũ de ætate, 13. de proba. P. li. 22. ti. 13.*

b *iſtas diuerſitates, & ſententias fuſe explicauimus lib. 4. præludiorum optimi iuriſconſult. capit. 11. & 12.*

c *l. cum hi, 8. §. modus autem, de tranſactio. lib. 2. P. tit. 15. ſimilis diſtinctio Seruii Tulli regis Romanorum in cenſu habendo, apud Gellium lib. 10. noctium atti. ca. 28.*

d *l. 1. §. initium, de poſtulan. lib. 3. P. tit. 1. l. Meta. 14. de aliment. & cibar. lega. lib. 34. P. tit. 1.*

e *l. minorem, de adoptio. apud Iuſtinia. l. adrogato patrefamilias, 40. §. non tantum, eo. titu. de adoptio. Pandect.*

f *l. ſi infanti, 18. de iure delibera. lib. 6. C. tit. 30. Infantis ætas nullius vſus dicitur, l. ſi infantis, 55. de vſufruct. lib. 7. Pandect. titul. 1. ætatemque infirmam puerorum, puellarum, & ſenum, dixit Paulus iuriſconſult. in l. ciuitatibus, 123. de lega. 1.*

g *& decennis in capit. primo, & 2. de delictis puerorum libro 5. titul. 33. dicitur & in iure pontificio puer aliquando vſque ad 14. annum, can. pueri, 22. quæſtio. 5. & in cano. 121. pueri, 1. quæſtio. 1. vide & ibi gloſſam, & notata in ca. in veteri 77. diſtinctio. & in cap. indecorum de ætat. & qualit. ordin.*

h *l. qui duos impuberes, 13. de vulga. libro 28. Pandect. tit. 1. dicuntur & pupilli, in l. 1. de adminiſtrat. tutor. P. l. pupillus, de verbor. ſignific. Pandect. l. 2. & l. in pupillari, de vulg. P. cum ſimilib.*

i *l. fin. C. quando tutor. eſſe deſinant lib. 5. titul. 60. §. fin. quib. mod. tutel. finiatur apud Iuſtinia.*

k *l. 1. de adminiſtratio. tutor. lib. 26. P. tit. 8.*

l *cap. puberes, de deſponſatio. impuber.*

m *toto titulo de minoribus 25. annis, in iure ciuili.*

n *can. 1. & 2. 20. quæſtio. 1. & gloſſa ſingularis in principio dicta quæſt. 1. explicat.*

o *titulo, ex quibus cauſis maiores, & c. cum ſimilib.*

p *l. final. de his, qui veniam æta. impetrauer. C. l. quæro, 32. §. fin. de teſtam. tutela. libro 26. Pandect. tit. 2. §. 2. eo. ti. apud Iuſtinia. Dicitur abſolute ætas, in nouella. 100. de tempore non ſolutæ pecuniæ, cap. 2. item & perfecta ætas, in l. minor, 25. annis, 32. de minor. 25. Pandect. & robuſta. in l. ſi maritus ſit, 15. §. lex Iulia, ad leg. Iul. de adulter. libro 48. titul. 5. dicetur & nihilominus alia legitima ætas, a lege definita pro vnoquoque actu gerendo, vt pubertas legitima ætas in matrimonio, cap. de illis, 7. de deſponſa. impub. legitimum quippe dicitur, quod ex lege ſuſtinetur & fit. l. legitima de pact. P. l. 1. de condict. ex lege. P.*

q *l. 1. & l. de ætate, 43. de minor. 25. annis.*

r *in Concilio Agathenſi cap. 17. cano. epiſcopus, 77. diſtinctio.*

s *notat gloſſ. ad l. ſi paterfamilias, ad verbum* ſexaginta, *de adoptio. libro Pandec. tit. 7. l. prima, §. final. qui æta. ſe excuſ. lib. 10. C. vide gloſſam in procemio Sexti decretalium §. nos ad apicem, ad verbum*, perfectius.

CAPVT II.

*De quo componantur ætates.*

LEue eſſet admonere ætates ex lapſu horarum, annorum aliorumque perfici temporum, niſi iura aliquando hæc accurate diſtinguerent, & ciuilem etiam ætatem, præter naturalem ordinariam definirent. Interdum enim poteſtas vel venia principis temporis & ætatis annos ſupplet, *a* aliquando diſpenſat, *b* interdum ius naturalem malitiam annos ſupplere declarat, *c* vt & prudentiam, *d* alicubi & liberorum ſuſceptionem numerum annorum accelerare & ſupplere: *e* ſunt & alia his ſimilia quæ facile patent.

SCHO-



SCHOLIA.

a *l. 1. & 2. de his qui veniam ætat. impetrauer. lib. 2. Cod. titulo 45. l. tertia, de maiorib. 25. annis, formulæ & cauſæ reſcripti veniæ ætatis, exſtant apud Caſſiodor. lib. 7. Variar. epiſt. 47.*

b *vt in cap. 1. de ætat. & qualitat. ordinan. in Sex. cap. cum viceſimum, 41. de officio delega. lib. 1. titul. 34. l. quidam conſulebat, 57. de re iudicat. lib. 42. P. titulo 1.*

c *cap. de illis, 9. de deſponſat. impuber. l. 3. ſi minor ſe maiorem dixer. C. illudque in matrimonio carnali non ſpirituali obtinere notauit gloſſ. in cap. ex eo, de elect.*

d *cap. fin. de deſponſatio. impuber. l. 1. de his qui veniam ætat. impetrauer. C. l. vnicuique, de proximis ſacror. ſcrinior. lib. 12. C. titu. 9. cano. monachus, 77. diſtinctio.*

e *l. 2. de minor. 25. annis P.*

CAPVT III.

*A quibus ætatum conſideratio habenda.*

AEtates conſiderandæ ſunt & definiendæ ſecundum ea, quibus quis ſe ipſum ſufficere diiudicabit, vt conuenientia ætati perſonæque, quam gerit, faciat. *a* Præſumtio namque eſt pro ætate, vt talis quis reputetur, qualem ætas in qua viuit, exigit. *b* In aliis vero negotiis, in quibus alterius intereſſe in definitione ætatis poteſt, iuris ſequenda diſtinctio: ſæpeque iudicibus committitur definitio, quando dicatur quis ſenex ad teſtimonium dicendum, vel ad euitanda aut ſubeunda munera publica, vel priuata. *c*

SCHOLIA.

a *Ex ſtudiis ſuis quilibet cognoſcitur, & c. cap. ex ſtudiis, 3. de præſumt. li. 2. tit. 23. c. cum in iuuentute 15. eod. tit.*

b *dicto cap. cum in iuuentute. Et pro ſenili ætate iudicatur ſenex prudens, donec de cõtrario conſtet. l. ſi chorus, §. 1. de lega. 3. P. argumento can. fraternitatis, 34. diſtinct. can. de quibus, 20. diſtinct.*

c *gloſſ. in cano. nos ad apicem, in verb.* perfectus, *in procemio Sexti Innocentius & Iohannes Andreas, ad cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. vnde gloſſ. ad l. ſi paterfamilias, ad verbum* ſexaginta, *de adoptio. P.*

CAPVT IIII.

*Modus computandi ætatem.*

MOdus computandæ naturalis ætatis 25. annis, aliquando eſt de momento ad momentum natiuitatis, quando agitur de reſtitutione in integrum minoris prætextu ætatis *a* & in quibuſdam aliis. *b* Aliquando annus cœptus pro impleto habetur. *c* Perſonarum interdum fauor aut odium, quando ætates cœptas vel exactas vel completas eſſe debeant admonere poterunt. *d* Probationes lucem his adferent, & cauſa cognita, veritatem in arduis excuti oportebit, & ex eo potiſſimum annos computari oportebit, ex quo præcipuam fidem in ea re conſtare credibilius videtur. *e* Solent probari ætates ex libello ſeu deſcriptione natiuitatum filiorum, quibus parentes vt plerunq; vtuntur. *f* Vel ex deſcriptione curionis, qui natos baptizat. *g* Fiebat & olim fides eius ex profeſſoribus, quibus ſcribebatur ætas eorum, qui cenſum præſtabant: *h* fiebat item & aſpectu corporis, *i* quæ tamen fallax eſſe poteſt. Admittitur & profeſſio matris, *k* & obſtetricum, qui interſunt natiuitatibus. *l* Accedunt & teſtes aliaq; probata documenta, quæ exhibentur pro teſtibus. *m* Probat autem ætatem, qui eam talem ineſſe proponit. *n*

SCHOLIA.

a *l. 3. §. minorem, de minoribus 25. annis, lib. 4. P. titulo 4.*

b *vt in excuſationibus tutorum, l. qui filium & filiam, 74. §. fina. ad ſenatuſconſul. Trebell. P. l. 2. §. exceſſiſſe, de excuſatio. tutor. & in teſtamento condendo, in l. qua ætate 5. de teſtam. P. in manumittẽtis ætate, in l. prima, de manumiſſio. lib. 40. P. titulo 1.*

c *vt in honoribus & muneribus deferendis. l.ad rem publicam, 8. de munerib. & honorib. lib. 50. P. tit. 4. & in ſpecie prædict. l. qui filium. §. fin. ad Senatuſc. Trebell.*

d *vide quæ tractantur ad l. anniculus. 134. & ibi Fornerium, de verb. ſignifi. P.*

e *l. cum de ætate. 13. de probatio. P. l. de ætate, 43. de minor. 25. P.*

f *l. 2. §. ætas, de excuſatio tutor.*

g *ex conſtitutione Franciſci. 1. Regis Gallorum edita. 1539.*

h *in l. 3. & 4. de cenſibus lib. 50. P. titu. 15. vide cap. 2. diui Lucæ. & edictum Augusti Cæſaris, ſuper profeſſione.*

i *l. minor, 25. annis, 32. de minor. 25. annis. P.*

k *l. etiam matris profeſſio, 16. de prob. P.*

l *de quibus l. 3. §. 6. de Carbonia. edict. P.*

m *l. 2. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. l. 2. §. ætas, de excuſatio. tutor. P.*

n *l. cum te minorem, 9. de probatio. lib. 4. C. tit. 19. l. ſi minorem, 4. de in integr. reſtitutio. C. vide Balaum, conſi. 66. in 3. volumine, Lucam de penna, in l. 1. de fide inſtrumento. lib. 10. C. Regula quippe eſt generalis, agenti & dicenti incumbere probationem, l. qui accuſare, C. de edendo. l. 2. de prob. P. l. actor, 23. C. eod. tit.*

## Capvt V.

*Queſtio de ætate in pluribus.*

INfinita propemodum negotia occurrent in vtroque iure, quæ ætatum diſtinctionem poſtulant: vt infantia conſideratur in ſponſalibus prohibitis *a* in excuſatione pœnæ ſi delinquat. *b* Conſiderat & ius pueritiam in mitigandis pœnis pupillorum; *c* vtque & illi non cogantur iurare, *d* vt ſit pueritia perfecta 17. annorum in iuſto procuratore *e* neue quis ad ſacros ordines ante plenam 18. annorum promoueatur. *f* conſiderantur & diuerſæ ætates in diuerſis ſacris ordinibus & in beneficiis. *g*

### Scholia.

a *cap. de deſponſatione impuber. apud Gregor. & in cap. iuuenis, cap. ſponſam, de ſponſalib.*

b *l. infans, 12. ad legem Cornel. de ſic. lib. 48. P. tit. 8. l. pen. in fine de fidecommiſſar. libert.*

c *tit. de delict. pueror. lib. 5. tit. 33. l. aut facta, 16. §. perſona, de pœnis. P. lib. 48. P. tit. 19. l. 7. C. eod. tit. l. 1. §. impubes, & l. excipiuntur, ad Senatuſconſ. Syllania. pueri infra 14. annum, cano. pueri. 120. & ibi gloſſ. 1. q. 1. c. indecorum. de ætate & qual.*

d *can. pueri cauſa 22. q. 5.*

e *c. qui generali, in fine, de procur. in Sex. l. 1. §. initium, de poſtula. in P.*

f *d. c. pueri, 120. 1. q. 1. Clem. generalem, de ætat. & qualita.*

g *toto c. cum in cunctis, de electio. nos in beneficiis & in ſuperiori libro dum de beneficiis agimus ti. 27. c. 17. & in præludiis optimi iuriſiu. iam explicauimus.*

# DE DIVISIONE PERSONARVM, EX STATV NAtiuitatis & ciuilis adiectionis.

## Tit. III.

a *Huc referri poſſunt tituli. Qui filii ſunt legitimi lib. 4. decretal. tit. 17. de naturalib. liberis & matribus eorum, & ex quibus cauſis iuſti efficiuntur lib 5 C. tit 27. quibus modis naturales efficiantur ſui, & de eorum ex teſtamento ſiue ab inteſt. ſucceſſione Nouella 89. Quib. modis naturales efficiantur legitimi & ſupra illos modos 74. Nouella de filiis ante inſtrumenta dotalia natis, nouella 19. de cognatione legali, li. 4. decr. tit. 12. de adoptionibus. lib. 1. inſtitutio. Iuſti. tit. 11. & 1. P. tit. 7. & lib 8. C. titu. 48. De patria poteſtate in inſtitut. Iuſtinia. lib. 1. tit. 9. & tit. 8. C. lib 47. de cognatione ſpirituali lib. 4. decretalium tit. 11. & lib. 4. Sexti. tit. 3.*

## Capvt I.

1 GEneratio quidem omnibus naturalis & vna eſt, vt maſculi & fœminæ coniunctio: at inter homines, non omnis coniunctio permiſſa, ſed tantum quæ eſt matrimonii: *a* quæ cum ratione conueniente naturæ humanæ, legitima dicitur. *b* aliæ illegitimæ



illegitimæ habitæ. Quare & ex modo coniunctionis licito nati, & ex approbato matrimonio, *c* dicuntur filii legitimi & naturales, & liberi. *d*

2 Ex alia vero illegitima coniunctione generati, illegitimi. *e* Quorum & plures ſunt ſpecies, naturales tantum, ſpurii, adulterini, inceſtuoſi, nefarii, legitimi tantum, legitimati.

3 Naturales tantum erant, qui nati eſſent ex concubina quam quis pro vxore, quæ tamen legitima non eſſet, habebat, quamque ſi voluiſſet ſine impedimento potuiſſet iuſto matrimonio copulare.

4 Spurii & vulgo concepti dicti ſunt, nati ex meretrice publica, qui patrem certum demonſtrare non poſſunt, vel ſi poſſint, tamen non honeſte. *g* Manzeres Hæbreis, de ſcorto nati. *h* Tales hodie omnes dici poſſunt, etiam qui naturales olim dicebantur; quod concubinatus, qui olim erat iure ciuili permiſſus, *i* hodie iure Pontificio prohibeatur, *k* iuxta legem diuinam: *l* vt etiam omnis coniunctio extra coniugalem, illegitima & fornicaria habetur. *m* Illegitimi quoque & ſpurii habentur, qui nati quidem fuerunt ex matrimonio de facto inito, ſed quod fuerit contra publicæ honeſtatis iuſtitiam contractum, vel præter Eccleſiæ cognitionem. Quare nec ſuccedunt patri tanquam legitimi, ſi pater ſciens impedimentum, matrimonium contraxerit. *n* Contra autem ſi parentes contraxerint ignorantes impedimentum, nec accuſatum fuerit matrimonium. Nam ex eo nati, legitimi habentur & ad ſucceſſionem parentum idonei. *o* Niſi clandeſtine contraxerint matrimonium, quo caſu non eſt ignorantiæ excuſatio vt affectatæ, & propter ſuſpicionem fraudis ex contemtu formæ eccleſiaſticæ. *p*

5 Adulterini filii dicuntur, nati ex illicita coniunctione coniugati vel coniugatæ & alterius, vel ex duobus qui habent alios aliaſve ſibi matrimonio iunctos. *q*

6 Inceſtuoſi ſunt, nati ex coniunctione perſonarum, quæ ſe ſanguinis ſeu cognationis vinculo proxime contingunt. *r*

7 Nefarii quaſi non nominandi, qui ex magis illicita commixtione naſcuntur. *s*

### Scholia.

a *l. 1. §. ius naturale, de iuſtit. & iur. P. §. 1. de iure natura. apud Iuſtinia. ca. ius naturale, 1. diſtinctio. §. ſi quis ſane non habens filios, quib. mod. natura. efficiant. legi. nouella 74. §. palam namque, quib. mod. natura. effician. ſui, nouella 89. & §. idipſum autem a nobis, eodem titulo.*

b *In brutis maxime coniunctio corporum, in hominibus coniunctio corporum & animorum. c. debitum, de bigamis, vt explicatur in finitione matrimonii. & in regula, quod nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, l. nuptias, 30. de regu. iur. in P. §. nuptias itaque, de nupt. in authen. c. cum locum, de ſponſ. can. ſufficit, ca. matrimonium, 23. q. 2.*

c *filium eum definimus, quem nuptiæ demõſtrant. l. filium, 6. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P. l. quia certa, 5. de in ius voca. P. authen. nunc ſoli, C. de natura. libe. §. 1. de patria poteſta. vide quæ diximus lib. 10. Syntagma. iur. vniuer. cap. 3. Sic legitimi & naturales dicti filii, nati ex matrimonio vero vel putatiuo, ſiue ab initio ſiue ex poſt facto. ca. 1. ex tenore. cap. cum inter, qui filii ſint legit. & geniti ex ſoluta & ſoluto, ſi inter illos poſtea ſequatur verum matrimonium c. tanta, qui filii ſint legi.*

d *can. ſi. 32. q. 4.*

e *Illegitimi vno verbo νόθοι. Græcis dicuntur oppoſiti legitimis, Iulius Pollux lib. 3. onomaſticon, cap. 2. Quintilia. lib. 3. cap. 6. Subtiliter tamen ſpecies diſtinguendas eſſe admonet cap. niſi cum pridem, 10. §. perſonæ vero irregularitas, de renuntia. lib. 1. titu. 9. inter nothos, manzeres, naturales, & ſpurios.*

f *l. 1. C. de naturalib. liber. cano. fina. 12. q. 4. de his loquitur nouella, quibus mod. natura. effician. ſui. & alia, quibus modis naturales efficiantur legitimi.*

g *l. vulgo concepti, de ſtatu. hom. P. §. ſi aduerſus ea. de nup. apud Iuſtin.*

h *dicto c. niſi cum pridem, de renuntia. & Exo. 23. dicti ſpurii ex ſcriptura antiqua S. P. quibus ſignificabantur, ſine patre* ἀπάτορες, *minzarim vero Hebræis, quaſi de alieno ſemine nati.*

i *vnam namque olim licuit habere concubinam, toto titulo de concubinis in P. & C. §. ſi vero effuſa concupiſcentia, quib. mod. natura. effician. ſui, nouella 89. & nouella 18. c. 5.*

k *can. nemo ſibi blandiatur, & ca. meretrices, 32. q. 4. can. lex, §. adulterium, 36. q. 1.*

l *nõ mœchaberis, Exo. 20. diui Matthæi c. 5.*

m *1. ad Corinth. cap. 7. dicto cano. nemo ſibi blandiatur.*

n *c. referente, 10. qui filii ſint legitimi.*

o *c. 2. 11. c. perlatum, 8. c. ex tenore, 14. qui filii ſint legitimi lib. 4. tit. 17.*

p *cap. cum inhibitio, §. 1. de clandeſtina deſponſatio. gloſſ. in dicto cap. referente. facit l. fina. de rit. nupt. P.*

q *cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonium, quam prius polluit per adul. §. quia vero plurimos, cap. 8. nouella 117. vt liceat matri & auiæ, cano. lex. §. cum ergo, verſ. adulterium, 36. q. 1. Vitia porro, quæ ſolent ineſſe filiis adulterinis, ponuntur in ca. ſi gens duplex, 56. diſtinct. & quomodo contra excuſentur adulterini, traditur in can. naſci, eadem 56. diſt. dicitur & adulterinus filius ſpurius, in c. tanta, 6. qui filii ſint legit.*

r *de inceſtu habetur in l. ſi adulterium cum inceſtu, 38. cum ſuis §§. ad leg. Iul. de adulter. P. titu. de inceſtis nuptiis, C. l. inceſtæ nuptiæ, 52. cum 4. ſequentib. de ritu nuptia. lib. 23. P. tit. 2. & vltra de perſonis cum quib. committitur inceſtus, in can. de inceſtis, & can nec eam, 35. q. 3. Rurſus de his qui ex inceſtu naſcuntur, quod ne non habeantur idonei ad ſuccedendũ patribus, nec reputentur filii, in can. 1. 35. q. 7. authent. ex complexu, de inceſt. nup. C. §. ſi. quib. mod. natura. efficiant. ſui. nouella 89.*

s *meminit de his authentica ex complexu nefario, de inceſtis nupt. C. §. fina. quib. mod. naturales efficiant. ſui, in authentic. facit l. 1. §. 1. de concubin. P. & de his ſic Nonius Marcellus ſcribit,* Nefarii proprietatẽ lib. 1. de moribus populi Romani patefacit a farre quod adoreum eſt, quo ſcelerati vti non debent: non triticum ſed fari hoc quoque idem adſignificat, quod indigni ſint qui viuant, nefarii vocantur. *Et alibi nefarium alium ab impio & nocente dixit, ex auctor. Ciceronis 2. Officiorum, quodque Nefarium & fugiens & religioni contrarium dicat: alios lenius nocentes. Inter nefarios annumeramus genitos ex perſonis Deo cõſecratis, puta ex presbyteris, monachis, monialibus, & ſimilibus, qui vouerint Deo cum religione caſtitatem: de quibus in ca. ad præſentiam in 2. & fere toto titul. de filiis presbyteror. Cautum & in Cõcilio Toletano, 9. cap. 10. relato. in cano. 3. cum multæ, 15. quæſt. 8. vt nati ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum, non ſolum parentibus ſuccedere nequeant, verum etiam in ſeruitutem eius Eccleſiæ, de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni addicantur. Iuſtinian. in nouella 123. de epiſcopis, §. pen. Raptores, ſolicitatores aut corruptores monialium, capitali pœna affici iubet. Et moniales arctiori vinculo claudi, quæ ſeruatur in Italia ex ſtatutis, vt ſcribit Iulius Clarus lib. 5. Sententiarum iuris, §. fornicatio, num. 5. ad d. l. raptores, C. de epiſ. & cleri. Apud Romanos Veſtales inceſtuoſæ viuæ ſepeliebantur, virgis verberatæ: partuſque ex illis exponebatur, quemadmodum dicunt factum de Remo & Romulo natis ex inceſtu Iliæ veſtalis, vide Liuiũ in 1. & Dionyſium Halicarnaſ. vel & alios.*

## Capvt II.

1 Est alia ſpecies filiorum, qui legitimi tantum dicuntur, *a* quibus lex non natura patrem fecit: eaque filiatio vel diuina vel ciuilis. Deus omnium creatione pater eſt. *b* Itẽ beneficiorum largitione, redemtione, & regeneratione ſpirituali. *c* Summus Pontifex vicarius Dei ratione fidei & poteſtatis ſpiritalis ſibi conceſſæ, pater omnium fidelium eſt, curam paternam ſuſcipiens: ideo omnes Chriſtianos exceptis hæreticis, vocat filios. *d*



2 Conſtituunt & iura Pontificia diſtinctionem cognationemque filiorum legitimorum tantum duplicem: ſpiritualem, & legalem. *e* Spiritualis rurſum, naſcitur vel ex inſtructione fidei ſeu catechiſmo inter catechizatum & catechizantem, *f* vel ex Baptiſmo, inter leuantem de baptiſmo & baptizatum, *g* vel ex confirmationis Sacramẽto inter confirmantem vel ſponſorem confirmati & confirmatum. *h* Ex ſacramento Pœnitentię inter confeſſum ſeu pœnitẽtem, & ſacerdotem qui confeſſionem audiuit & pœnitentiam impoſuit. *i*

3 Legalis filiatio a lege ciuili inducta, quę ex adoptione in locum filii facta procedit. *k* Hæcque duplex, vna eorum qui cum ſui iuris ſunt, ſe ſubiiciunt poteſtati huic legitimæ paternæ, & dicitur arrogatio: Altera, eorum qui adhuc ſunt in patris naturalis poteſtate, quæ dicitur adoptio. *l*

### Scholia.

a *legitimum a lege approbatum dicitur vel inductum, l. legitima, de pac. P. l. 1. de condict. ex lege P. ita filiorum alii ſecundum legem, alii ſecundum carnem. D. Hieronymus in c. 1. diui Matthæi.*

b *cap. 1. & 2. Malachiæ cap. 1. de ſumma trinitat. & ſic nos omnes filii eius per fidem. ad Galat. 3.*

c *diui Iohannis Euangelio. ca. 2. ad Titum. 3. & ca. 1. diui Ioh.* dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. *& rurſum adoptio hæc filiorum Dei, ad Roma. c. 8. & c. 9. & ad Galatas 4. ad Epheſ. 1.*

d *cap. quam graue, de crimi. falſ. gloſſ. ad ca. dilectis filius, ad verbum* ſuſpendendum, *de appellat. excommunicatus qualis hæreticus, pro mortuo habetur, notatur in cap. grauem, de ſent. excomm.*

e *Exſtant duo tituli lib. 4. decretaliũ de cognatione ſpirituali, titulus 11. & de cognatione legali, ti. 12. & in Sext. & de vtriſque, canon, ita diligere, 30. q. 3.*

f *cap. contracto, 5. de cognatio. ſpiritual. c. 2. eod. titu. in Sex. meminit diuus Paul. ad Galatas 4.* filioli quos iterum parturio, donec formetur in vobis Chriſtus.

g *c. 3. de cognatio. ſpiritual. c. 1. eo. tit. in Sex. etiam ſi plures ſint, qui leuent ſeu ſuſcipiãt in baptiſmo baptizatũ. Nam totidem cẽſentur eſſe patres ſpiritales baptizati: quãuis contra prohibitionẽ fecerint, dum plures quam vnus leuarunt: cõtra prohibitionem cap. fina. de cognatio. ſpirita. in Sex. can. non plures, de conſecra. diſtinct. 4.*

h *cap. 1. §. ex confirmatione, de cognatio. ſpirit. in Sex. ca. 1. 30. q. 1. Suidas hanc dixit adoptionem Chriſtianam, in verbo,* [illegible].

i *can. ad limina, §. fin. & can. omnes, 30. q. 1.*

k *cap. vnico. de cogna. legali. can. ita diligere, 30. q. 1. l. 1. de adoptio. P. §. 1. eo. tit. apud Iuſtinia. Gellius lib. 5. cap. 19.*

l *l. 2. de adoptio. P. §. 1. eo. titu. apud Iuſtin.*

## Capvt III.

### *De legitimatis filiis.*

Legitimati filii dicuntur, naturales tantum ſeu ſpurii, vel alii illegitimi, a lege vel per modum ex lege inductum approbati, ſublata vel abolita nota ſeu macula illegitimorum. Modi legitimandi ex lege ciuili quatuor erant, quorum ius pontificiũ duos poſtremos admiſit. Primus erat ſi illegitima curiali nupſiſſet, vel illegitimus oblatus eſſet curiæ loci, *a* ſi modo pater naturalis nullos haberet alios liberos ex matrimonio iuſto natos, non aliter. *b* Secundus modus legitimandi, quando pater nullos alios habens naturales & legitimos filios, dicebat in ſuo teſtamento vel alia authentica, vel alia a ſe ſubſcripta vel teſtibus firmata ſcriptura, legitimos. *c* Cõtinet hæc declaratio in dubio iure pontificio ſignificationem antea contracti

clandeſtini matrimonii, de quo ſine probatione, vt neque de occultis, non iudicaret Eccleſia. *d* Quamobrem ſi cum coniunctione probatio accedat datæ fidei matrimonii de præſenti, vel de deſponſatione clam facta: filii inde nati cum illa aſſertione legitimi declarari poterunt. *e* Alioquin ſola aſſertio patris non faceret legitimum filium. *f* Neque ſola coniunctio cum libera muliere ſufficit ad nuptias arguendas, ſed potius iure pontificio facit concubinatum. *g* Quamuis iure ciuili aliter videretur. *h* Tertio modo iure vtroque ciuili & pontificio, poſſunt illegitimi ſpurii legitimari per ſubſequens matrimonium inter parentes qui eos genuerint, ſi modo aliquod impedimentum matrimonium cõtrahi non prohibeat. *i* Quarto legitimantur male nati illegitimi, in ſpiritualibus, per Summi Pontificis reſcriptum ſeu gratia *k* in temporalibus per principes ſeculares. *l*

### Scholia.

a *§. quibus connumerari, de hæreditat. quæ ab inteſtato deferuntur apud Iuſtinia. §. quod vero, quib. mod. natura. effician. ſui. in authent. §. ſi. de nupt. apud Iuſtinia. l. 3. C. de natura. liber.*

b *§. ſi tamen aliquis offerre volentium, quibus mod. natura effic. ſui. nou. 89.*

c *§. illud, verſ.* ſi vero is, qui ſolummodo naturalium filiorũ eſt pater, *quib. mod. natu. efficia. ſui, in auth. §. ad hoc, vt liceat matri & auiæ in nouell. auth. Item ſine legitimis, C. de natur. liber.*

d *cap. 2. de clandeſt. deſponſa.*

e *cap. per tuas, 12. qui filii ſint legit. cap. is qui fidem, de ſponſalib. cap. per tuas, de conditio. appoſit.*

f *Quamuis enim exiſtiment parẽtes aliquem ſuum eſſe filium, & vicinia ipſa, tamen illud non ſufficit ad vere filium dicendum. notatur ad cap. per tuas, per gloſſ. & Felinum. & Panor. de probatio. facit l. non nudis, & l. non epiſtolis. C. de probatio. l. neq; C. de teſtamen. l. ſi pater, C. de hære. inſtituen. & textus expreſſus in cap. transmiſſæ, 3. qui filii ſint legiti. vide & de hac quæſtione. Guillel. Benedict. in repetitio. ca. Raynucius, ad verb. quæ filium ex ea ſuſcipiẽs, num. 1. de teſtam.*

g *can. aliter, 30. quæſt. 5. præſumitur & hodie concubinatus & illicita coniunctio, niſi ea mente accepta mulier probetur, vt eſſet vxor, nouella 74. quibus modis naturalis efficiantur legitimi. §. quoniam autem.*

h *dummodo mulier libera, cum qua quis frequentaret, ante non feciſſet quæſtum ſui corporis, l. in liberæ, 24. de ritu nuptia. l. 3. de concubinis P. l. ſi vicinis, C. de nuptiis.*

i *l. diui Conſtantini, l. nuper, l. cum quis, de natur. lib. C. l. ſancitum quib. mod. natura. effician. legitimi, in nouell. & nouell. de inceſtis nuptiis, §. fin. & §. ſi. de nupt. apud Iuſtinia. cap. tanta eſt vis, cap. 1. qui filii ſint legit. c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam prius polluit. per adulter.*

k *cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi. Poteſt & in quibuſdam ſpiritualibus, epiſcopus cum natalib. legitimis diſpenſare, vt in quatuor minoribus ordinibus accipiendis, cap. veniens, cap. ex transmiſſa, de filiis presbyterorum. In maioribus tantum Summus Pontifex, c. ſi. eo. titu.*

l *dicto c. per venerabilem, qui filii ſint legitimi. §. ſi quis ſane non habens filios, quibus mod. naturales effician. legit. §. illud, quib. mod. nat. effician. ſui, in nouellis.*

## Capvt IIII.

*De quibuſdam filiis monſtruoſis & poſthumis.*

AD quæſtiones natiuitatis filiorum, referri poteſt: num qui nati eſſent mõſtroſi, inter filios aut liberos iure probatos, referantur: & placuit non referri, non ſecus quam eos qui contra formã humani generis, conuerſo more procreantur. *a* Si tamen partus aliquatenus tantum humanorum membrorum officia ampliauerit, inter liberos computabitur. *b* At qui mortui naſcuntur abortiui, neque nati, neque liberi dicuntur. *c* Si tamen ex ſecto matris vtero viui editi ſunt, pro liberis habẽtur: *d* Quemadmodum & poſthumi, id eſt nati poſtquam pater humi traditus ſeu mortuus fuerit.



### Scholia.

a *Paulus Iuriſconſultus. in l. non ſunt liberi, 14. de ſtatu hom. lib. 1. P. tit. 5. & lib. 4. receptarum ſententiarum iuris. tit. 9. l. 3. §. ſi. C. de poſthum. hæredib. inſtituen. lib. 6. C. tit. 29. l. quod dicitur. l. 12. §. fin. de liber. & poſthum. lib. 28. P. ti. 1. Iuſſit Romulus, ne quis minores filios triennio alimentis fraudaret, neve exponeret: niſi monſtroſi eſſent. Diony. Halicar. in 2. quid inter portentum, oſtentum, & monſtrum interſit, docet l. oſtentum, 38. de verb. ſignifi. P.*

b *dicta l. non ſunt liberi, de ſtatu hominum. Nec qui plures aut pauciores digitos aut membra imperfecta, ſi modo præcipua humana figura non deſtituatur, ideo minus homo cenſetur, l. idem Offilius 10. §. ſed ſi ſignis, de ædilit. edict. lib. 21. P. tit. 4. Hoc forſan voluit Vlpian. in d. l. dicitur, 12. §. fin. de liber. & poſthum. P. loco filii rumpere teſtamentum, partum, in quo non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen.*

c *l. qui mortui, 129. de verborum ſignifica. abortus vel abactus, partum conſtituere non videtur, ſecundum Paul. Iuriſconſul. libr. 4. ſententia. titul. 9. §. 6. Nonius Marcellus inter aborſum & abortum his verbis diſtinguit.* Aborſus & abortus varias habent ſignificationes. Aborſus enim ille dicẽdus eſt, qui in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt. Abortus prope tempus pariendi: tunc enim moritur quod naſcitur, in plurimis hoc recõditum inuenimus. *Sic & Sextus Pompeius Feſtus, in 1.* abortum grande mulieris, quod non ſit tempeſtiue ortum. *At diuus Auguſtinus, in libro quæſtionum, Exod. cap. 8. & lib. quæſtionum veteris & noui teſtamenti. q. 23. & in cap. Moſes 32. q. quæſt. 2. abortus diſtinguitur in animatũ & inanimatum: vt in illo fiat homicidium, in hoc nequaquam, iuxta ſententiam Moſis. Exod. 21. Eo modo iura diſtinguunt. In crimine abortionis procuratæ per poculum, l. ſi quis aliquid 38. §. qui abortionis, de pœnis. libr. 38. P. tit. 19. vide & l. 8. ad l. Cornel. de ſicar. & l. 4. de extraord. crim. P.*

d *dicta l. quod dicitur, 12. de liber. & poſthum. P. l. 3. C. de Poſthumis hæred. inſtituen. l. poſthumus. §. ſimili modo, de inofficio. teſtamen. libr. 5. P. titul. 2. l. etiam ea mulier 141. de verbo. ſignific. Cæſiones dicti cæſo matris vtero editi, vt ait Feſtus & Plinius. lib. 7. c. 9. qui & narrat tales fuiſſe Scipionẽ Africanum Manlium, & Iulium Cæſarem: quamuis aliunde verum non ſit eam peperiſſe, cui mortuæ exſectæ filius eductus eſt l. anniculus, 132. §. falſum, de verbor. ſignific.*

e *l. 3. §. poſthumus autem, de iniuſto rupto. libr. 28. tit. 3. late ſumta ſignificatione & dicitur poſthumus, qui poſt cõditum a patre teſtamentum natus eſt, vt notat gloſſ. ad Rubricam, de poſthumis hæredibus inſtituen. C. & gloſſ. in §. poſthumi, de hæreditati. quæ ab inteſtat. deferunt. apud Iuſtinian.*

## Capvt V.

*Alia diſtinctio filiorum ratione poteſtatis.*

EX legitimæ & illegitimæ coniunctionis natiuitate, alia diſtinctio habetur filiorum: vt quidam dicantur ſui hæredes in poteſtate paterna conſtituti, ex legitimis nuptiis procreati, *a* alii ab ea poteſtate liberati, *b* & extranei hæredes: quorum nomine emancipati, & aliorum filii, qui ſui non ſunt, continentur.

### Scholia.

a *§. 1. de patria poteſtate. §. ſui, & ſeq. de hæred. quæ ab inteſta. deferun. l. 4. de his, qui*

*ſunt ſui vel alien. iur. P. de ſuo alias diſputaui, libr. 42. Syntag. cap. 35. nu. 23. & de poteſtate, lib. 11. ca. 5. Adde quod filius ex verbo, Græco υἱός, Quomodo ex honeſtate conſideretur conſenſus poteſtatis patris in nuptiis, vide cap. noſtrates. cano. aliter, 30. quæſtio. 5. & quando in ſpiritualibus ex neceſſitate non conſideretur. cap. fin. de iudic. in Sext. In patris porro poteſtate non matris dicitur filius. cap. fin. de conuerſio. in fid. l. mulierem. C. de adoptio. §. fœminæ. eod. tit. apud Iuſtinian. l. nulla, de ſuis & legit. hæred.*

b *Sex modis liberari filium a patria poteſtate tradit Iuſtinian. in titulo quibus modis ius patriæ poteſta. ſoluat. quibus duos alios addo. Primus erit per mortem naturalem patris, §. 1. eod. tit. l. ſi ita 15. quando dies leg. ced. P. idipſum per mortem filii, naturalem, l. nepotes, de his qui ſunt ſui vel alieni iur. 2. per mortem ciuilem vtriuſq; §. cum autem, quibus mod. ius patriæ poteſt. ſolua. l. ſi qua pœnæ, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P. 3. ſeruitute pœnæ. §. pœnæ ſeruus, quib. mod. ius patr. poteſt ſolua. 4. dignitate maxima patritiatus, §. filiusfamilias, eod. tit. 5. captiuitate, §. ſi ab hoſtibus. eod. tit. 6. emancipatione, §. præterea, eod. tit. de emancipat. libero. C. 7. in caſu authenticæ inceſtas nuptias, de inceſtis nuptiis. 8. in caſu legis ſi lenones. capit. de epiſcopali audientia, & in l. ſina. C. de ſpectaculis. lib. 11. C.*

c *in §. cæteri, de hæred. qualitat. & differen. apud Iuſtinianum.*

# DE STATV LIBERtatis & ſeruitutis perſonarum.

## a TITVLVS IIII.

a *Huc referri poſſunt tituli plures inter cæteros de coniugio ſeruorum. lib. 4. decretalium. titul. 9. de natis ex libero ventre. eod. libr. 4. tit. 10. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris libr. 1. Inſtitutio. Iuſtinia. tit. 8. & lib. 1. P. tit. 16. de ſerui cognatione lib. 3. inſtitutio. Iuſtin. lib. 3. tit. 7. de ſtatu liberis. 40. tit. 7. de coniugio ſeruorũ, lib. 4. decret. tit. 9. de liberali cauſa, lib. 40. tit. 12. P. & lib. 7. C. tit. 16. de ingenuis. lib. 1. inſtit. Iuſtin. de ingenuis & manumiſſis. lib. 7. C. tit. 17. de libertinis libr. 1. Inſtitut. Iuſtin. tit. 5. & libr. 10. C. tit. 56. de manumiſſionibus. lib. 40. P. tit. 1. de manumiſſionibus, quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur. lib. 40. P. tit. 3. de manumiſſis teſtamento. lib. 40. P. titu. 4. de manumiſſis vindicta eod. lib. 40. P. tit. 2. quæ & a quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad legem Æliam Sentiam. lib. 40. P. tit. 9. & tit. libr. 7. C. vſque ad titulum 19. de ſeruis coniugibus, ſi alter illarum libertate tenetur. Nouella Leonis 9. de ſeruo qui ignorante domino monachiſmum ſuſcepit. Nouella Leonis 9. de ſeruo qui inſcio domino epiſcopus factus eſt. Nouel. Leon. 11. de ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſſionibus. lib. 1. decret. tit. 8.*

### CAPVT. I.

1 *Duplex libertas & ſeruitus.*
2 *Et origo corporalis.*
3 *Quid ve libertus.*
4 *Ingenuus.*

IVra diuina † & pontificia meminerunt de duplici libertate, ſpiritali *a* & corporali, *b* pariter de duplici ſeruitute, ſpiritali *c* & corporali, bona & mala: de corporali libertate & ſeruitute hic potiſſimum agemus. 1

Iure naturali † omnes homines liberi naſcuntur: iuregentium ſeruitus libertatem inuaſit, vt & poſtea inde nata manumiſſio, Et cũ vno naturali nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera eſſe cœperunt, liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus liberti, id eſt, qui deſierant eſſe ſerui. *d* 2

Libertas, † ſtatus eſt liberorũ, nempe, *e* naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur. *f* 3

Ingenuus eſt, † qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt. *g* 4

### SCHOLIA.

a *Ad libertatem animi pertinet liberum arbitrium, de quo. Geneſ. 4. verſi. 6. Deutero. 10. verſu 9. Ioſuæ 24. verſ. 24. Eccleſiaſtici. c. 15. verſ. 8. Sed & vera libertas, vbi ſpiritus Dei eſt. can. 2. duæ ſunt 19. q. 2. ad Corint. 13. verſ. 17. & quos filius Dei liberat,*



*liberat, vere liberi, diui Ioannis Euangelio. c. 8. verſ. 36. neque tamen hæc libertas danda eſt in occaſionẽ carnis, ſed per caritatem ſeruiendum inuicem. ad Galat. 5. verſ. 13. 3. Petr. 1. verſ. 10.*

b *titulo de ſeruis non ordinandis.*

c *de ſeruitute mala ſpiritali & peccati, a qua nos redemit Dominus, in can. cũ redemtor 12. q. 2. omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Diui Ioan. c. 8. verſ. 34. Ab ea ſeruitute liberati, dicũtur rurſum ſeruire iuſtitiæ, ad Rom. 6. verſ. 18. noſtri enim non ſumus, ſed Dei, redemti pretio magno ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. 1. ad Corint. c. 19. ſic ſcriptũ eſt de illa bona ſeruitute & ſalutari,* Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. *Deu. 6. Principes & prælati Deo ſeruiũt bene viuẽdo, & fideliter ſubditos regẽdo. c. ſi eccleſ. 23. q. 4.*

d *Hæc omnia ex Vlpian. in l. manumiſſiones 4. de iuſt. & iur. lib. 1. P. tit. 1. Caius iuriſconſultus, duo tantũ membra facit huius diuiſionis. in l. 3. de ſtat. homi. in P. liberorum & ſeruorum. tertium namq; & hinc prouenit, libertorum, idipſum & ſequutus Iuſtin. in §. 1. de iure perſonarũ. Medium tamen ſtatũ habent inter liberos & ſeruos, ſtatu liberi, qui ad tempus ſerui, cõditione vero liberi ſunt, l. ſtatuliber, & toto tit. de ſtatulib. vide quæ diximus de diuiſione in liberos & ſeruos. lib. 14. Syntagm. iur. c. 1.*

e *§. libertas, de iure perſon. apud Iuſtin. l. 4. de ſtat. homi. in P. hanc finitionem explicat in paradoxis Ariſtoteles, 9. Politicor.*

f *Vis eſt impedimentũ cauſæ fortioris, item & lex: verum in facto, vis interdũ iuſta, interdum iniuſta. l. 3. quod metus cauſa. libr. 4. P. tit. 1. vis maioris rei impetus, qui repeti non poteſt. l. 1. eod. titul. quod metus cauſ. leges quoque inferioribus & ſubditis imponunt neceſſitatem obediendi, l. 2. de legibus. P. l. leges ſacratiſſimæ, & l. leges, vt generales. C. eod. tit. l. nemo poteſt, de legat. 1. c. 1. de conſtit. Et impoſſibilia factu exiſtimantur, quæ iura bonique mores fieri prohibent. l. filius, qui in poteſtate, de conditio. inſtitu. P. cap. ſi. de pact. legis virtus, imperare, vetare. d. l. legis virtus, 7. de legibus. P. Cæterum quamquã lex imperet, nihilominus perfecta bonaque libertas ſub ea eſt, dum per legem mala iudicata fugimus, & virtuti ſubiicimur, vt vera libertas, non ſeruire vitiis, quod & dicit Cicero in 5. Paradoxo, Plato 3. de legib. vide & can. 38. diſplicet, 23. q. 4.*

g *§. 1. de ingenuis apud Inſtin. ex matre libera, l. & ſeruorum, 5. de ſtatu homi. c. ſi. de ſeruis, non ordin. & eorum manumiſſione, lib. 1. titul. 18. cap. vnico. de nat. ex libero ventre. lib. 3. tit. 10. l. partũ. C. de rei vendic. l. placuit de liberali cauſa, P. Interdum tamen ex condi. regionis, ſequitur etiã ſtatũ patris filius, vt in c. 3. de coniug. ſeruor.*

### CAPVT II.

1 *De ſeruitute.*
2 *Seruis.*
3 *Manumiſſione.*
4 *Et libertis.*

SEruitus eſt *a* cõſtitutio † iuriſgentium, qua quis contra naturam, domino *b* alterius ſubiicitur. 1

Serui aut naſcuntur, † aut fiunt. *c* Naſcuntur ex ancillis noſtris, *d* fiunt, aut iuregentium, id eſt, ex captiuitate, *e* aut iure ciuili, cum liber homo maior 20. annis, ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt, *f* fit & ſeruus capientis, conſtitutione canonica, Chriſtianus, qui arma & operam naualem ad impugnandos Chriſtianos Turcis ſubminiſtrat, *g* ſed & ex miniſtris ſanctificatis Eccleſiæ, nati, Eccleſiæ ſerui fiunt. *h* 2

Manumiſſio eſt † de manu ſeu poteſtate dominica, liberatio, id eſt datio libertatis. *i* 3

Libertus ſeu libertinus eſt † qui a ſeruitute liberatus fuit: *k* qui aliquando & ingenuus in iure Pontificio dicitur: *l* propriẹ tamẽ libertus ab ingenuo ſeparatur, *m* libertas ex naturali iure eſt, *n* ſeruitus vero iuriſgentium. *o* Item & eius beneficium manumiſſio quod ſecutũ eſt ſeruitutem. *p* 4

a *l. libertas, 4. §. ſeruitus, de ſtatu homin. §. ſeruitus autem, de iure perſona apud Iuſtinian.*

b *Vide tamen Ariſtotel. libr. 1. Politicor. ca. 3. & 4. & quæ nos diximus, libr. 4. Syntag. iuris. c. 1. num. 8. quoſdam eſſe ſeruos natura, quoſdam lege, &c.*

c *§. ſerui autem, de iure perſon. apud Iuſtin. & l. & ſeruorum, §. ſerui autem, de ſtatu homin. P. eadem fere refert Dionyſius Haly. in fin. 4. de antiq. Rom.*

d *in proxime citatis iuribus, vernæ dicuntur nati ex ancillis noſtris, vide l. Titiæ 36. de legat. 1. Sextum Pompeium. libr. 9. & Nonium Marcellum.*

e *A ſeruando ita ſerui, quia imperatores captiuos ſeruare, nec occidere ſolerent, ſed venundare. §. ſerui autem ex eo, de iure perſonar. l. ſeruorum 239. §. ſeruorum de verbo. ſignific. Auguſtinus lib. 19. de ciuita. Agamemnon apud Senecam, in Troade ait, ſæuitiam in captiuos eſſe contra honeſtatem naturalem. Apud Sauromatas, vt ait Lucianus, moris fuit hoſtem captum ſeruare, nec licuiſſe eum occidere, qui clamaſſet Zirim: quæ vox erat ſede dentes, vt illa Homerica* ζωγρεῖ, *hoc eſt, viuum me cape. Mancipia dicebantur etiam ſerui, quia manu caperentur ab hoſtibus, teſte Varrone de lingua Latina. Macrob. lib. 3. Saturnalio. c. 7. §. ſerui autem, de iure perſona. dicuntur & mancipia, id eſt manui & poteſtati ſuppoſiti, dicta l. manumiſſiones, 4. de iuſtitia & iure. Iuris quoque gentium generaliter cenſetur, vt capta in bello capientium fiant. §. item ea, quæ ab hoſtibus capimus, de rer. diuiſ. l. naturalem, 5. §. fi. de acquirend. rerum dominio. libr. 41. P. titul. 1. l. transfugam, 51. §. fin. eod. titul. & proinde ſerui fiunt capientium in bello capti. l. adeo quidem, 17. de acquiren. rerum domi. P. quod & ſua ſententia firmauit Cyrus rex apud Xenophontem. lib. 3. Cyropædiæ.*

f *Vide l. homo liber. 21. de ſtat. homi. P. concurrunt porro hic antequam valeat venditio liberi hominis, primũ, vt qui ſe vendi patiatur, ſit maior annis 20. l. ſi miniſterium, de libera. cauſa. C. 2. vt in pretio participet, l. non ideo, C. eod. titul. 3. vt qui emit conditionem venditi liberam ignoret, l. liberis. §. ſi quis ſciens. de libera. cauſa. P. 4. vt is qui vendi ſe patitur ſciat ſuam conditionem liberam, vt ex prædictis patet,*

g *ca. in quorundam, 6. & ca. ad liberandam, 17. de Iudæis, lib. 5. tit. 6.*

h *can. 5. cum multæ, 15. q. 8.*

i *l. manumiſſio, 4. de iuſtit. & iur.*

k *l. libertum, 6. de ſtatu homi. P. §. 1. de libertinis apud Iuſti. Liberti proprie ipſi, qui manumiſſi ſunt, libertini vero ex manumiſſis nati, vide Vlpian. in l. fin. ſi libertus ingenuus eſſe dicatur. P. libertinorũ olim conditiones tres, vna eorum qui dedititii: altera, eorum qui Latini: tertia, eorum qui ciues Romani dicebantur, quæ tandem ad ſpeciem Romanorum ciuium redactæ fuerunt, ſublatis nudis nominibus & differentiis, vt liquet ex titulis Codicis, de latina libertate tollenda, libr. 7. titul. 6. & de dedititia liberta tollen. eod. libr. tit. 5.*

l *c. 1. de ſeruis non ordinan. lib. 1. tit. 18.*

m *capit. 65. liberti Eccleſiæ, quia nunquam, 12. quæſt. 2.*

n *ca. 7. ius naturale, 1. diſt. ca. cum redemtore, 12. q. 2. l. manumiſſiones, 4. de iuſtit. & iur. §. 1. de libertinis.*

o *Iuriſgentium ſeruitus, ca. 9. Ius gentium, 1. diſtin. maxime approbatione, nam poſſet & dari origo a vitio Chami, ob quod ei ſuiſque impoſita a patre Noacho, quem irriſerat, Geneſ. 9. verſi. 24. cap. ſexta die, 35. diſtinct.*

p *dicta l. 4. de iuſtitia & iure, P. & §. 1. de libertinis.*

## Cap. III.

1 *Serui & liberti etiam in iure Diuino & Pontificio conſiderati.*

2 *De iure patronatus libertorum Eccleſiæ ſingularia.*

*De ſer-*



1 DE ſeruis & libertis tractat ius Pontificium, & Diuinũ etiam, vt & ciuile, & de manumiſſione. *a* Nec omnino ius Diuinum ſeruitutem perſonarum improbauit, aut non eripuit Dominus. *b* Verũ non ita ſimpliciter Diuino & Pontificio iure ſerui pro nullis habentur, vt iure ciuili. *c* Nam ſicut in Ieſu Chriſto, neque ſeruus, neque liber a ſacramentis Eccleſiæ remouetur, *d* ita neque inter ſeruos matrimonia Chriſtiana prohibentur. *e* Ordinari tamen ſine conſenſu domini ſeruus prohibetur, ne prætextu obſequii Eccleſiaſtici, domini priuentur eorum miniſterio. *f* Quod & de libertis aliquando placuit. *g* Conſeruari enim iura volunt dominicum ius in ſeruos, *h* niſi ſiquando Iudæus aut hæreticus voluerint Chriſtianum mancipium habere, quo caſu libertate donant. *i* Serui quoque Eccleſiæ aliquãdo eximuntur a ſeruitutis iugo, ſi obſequio Dei ſeruire legitime poſſe, fuerint comperti, *k* verum manumitti antea ab epiſcopis propriis debent, *l* neque eorum ſucceſſores poterunt de illis factas reuocare manumiſſiones. *m* Maxime ſi de benemeritis fiant, *n* ita tamen manumiſſio fieri debet, vt manumiſſi perpetuo Eccleſiam ſibi patronam agnoſcant, *o* & reuerentiam ſingulis eius Eccleſiæ clericis, vt vniuerſis, non vt ſingulis exhibeant. *p*

2 Ius libertorum Eccleſiæ eſt, † vt ſerui manumiſſi & clericali ordini obligati, manumittenti Eccleſiæ teneantur dum vixerint, impendere famulatum in obſequiis diuinorum, neque poſſint ſe ad aliam Eccleſiam transferre, niſi manumiſſi fuerint abſolute. *q* Singularia namque iura patronatus Eccleſiæ ſunt, extra communes regulas priuatorum in libertos, veluti primum, quod propter operas non præſtitas reuocantur liberti Eccleſiæ in ſeruitutem: *r* aliud tamen in liberto priuati. *s* Secundo, quod filii, libertorum Eccleſiaſticorum ſint obnoxii Eccleſiæ patronatæ, *t* quod aliter ſtatuitur in filiis libertorum priuatorum. *v* Quamobrem liberti Eccleſiæ, ne longinquitate obſcurarent conditionem originis, tenebantur ſcribere tempore manumiſſionis profeſſionem, ſe eſſe de familia Eccleſiæ, & nunquam ſe ab eius obſequio receſſuros: *x* & poſteri eorum, mortuis prælatis Eccleſia, ſucceſſoribus eandem profeſſionem renouabãt. *y* Hodie tantum clementia Eccleſia inualuit & aucta eſt, vt vix nec Eccleſia nec Chriſtiani poſſideant aut habeant ſeruos Chriſtianos eius iuris, cuius erant ſerui antiquorum. *z*

## Scholia.

a *vt in titulo. de ſeruo non ordinando. libr. 1. decretalium. tit. 18. titulo, de coniugio ſeruorum, libr. 4. tit. de natis ex libero ventre, lib. 4. tit. 40.*

b *vt ad Epheſios. c. 6. verſu 5.* Serui obedite per omnia dominis carnalibus, &c. *1. ad Titũ 6. verſ. 1. & 1. Petr. 2. verſ. 18. & Eccleſiaſtici. c. 33. verſ. 25. cum ſimilibus, habuit Eccleſia ſeruos. cap. 3. de ſeruis non ordinan. Exſtat & in Synodo Gangrena decretum vetuſtiſſimum aduerſus eos, qui prætextu Euangelicæ doctrinæ iactabant, omnes ſeruos eſſe debere liberos: Theodoretus Cyrenenſis. libr. 7. de prouidentia, quoque, ſeruitutem & herilem poteſtatem, ad vitæ humanæ vſum conſtitutas fuiſſe docet. Iuſſit & diuus Paulus dominos, vt quod æquum & iuſtum eſt, ſeruis præſtent. ad Colloſſenſ. 4.*

c *l. quod attinet 33. de regul. iuris. in P. l. in perſonam, 23. l. in omnibus officiis, 135. eod. tit. de regul. iur. l. cum prætor. §. final. de iudic. P. & alibi ſeruitutem fere mortalitati comparamus. l. ſeruitutem 209. de regul. iur. Pandect.*

d *c. 1. de coniugio ſeruorum. lib. 4. titul. 9. ad Galat. 3. c. omnis vtriuſque ſexus, de pœn. & remiſſ. nulla etiam diſtinctio, quod pertinet ad Dei cultum, liberorum & ſeruorum. Nouella. 5. Iuſtin.*

e *dict. ca. 1. de coniugio ſeruor. valet & ma-*

*Hh*

*trimonium inter liberam & ancillam, ſi ſcientes conditionem contrahunt. ca. ſi quis ingenuus, 29. diſt. ca. 2. de coniugio ſeruor. contra ſi ignorent, c. ſi. eo. tit. quamuis iura ciuilia, inter ſeruos non admittāt, ſed tantum contubernium. l. liberorum, 220. de verb. ſignif. l. cum ancillis, 3. de inceſt. nup. C. Nouella 22. c. 10. l. 3. C. ſolut. matrim.*

f *c. conſuluit, & toto titulo, de ſeruis non ordinan. ex Concilio Lateranenſi ſub Alex. 3. par. 26. c. 19. idē in c. 12. generalis, 54. diſtinctio. in c. 19. ſi ſeruus 54. diſt.*

g *can. fin. 54. diſt.*

h *vt l. 2. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. cap. 12. generalis, 54. diſt. ca. 2. §. fin. de ſeruis, non ordinan. Ideo ſi ſeruus fugerit a Domino, antequam tractetur de eius ſtatu, remittitur cognitio fugæ tractanda apud iudicē loci, a quo fugit. l. 1. C. vbi cauſa ſtatus agi debeat. Si vero fuerit in poſſeſſione libertatis, coram eo iudice vbi eſt, conuenietur l. 3. C. vbi cauſa ſtatus. Si non eſt fugitiuus & velit proclamare ad libertatem, ſequitur forum domini. l. 4. eo. tit. verum ſi dubium ſit, an fugitiuus vel nō fuerit, tractabitur ea cauſa, & finietur ante cauſam ſtatus. l. liberis, §. ſicut & aliæ, & l. igitur. §. poteſt. de libera. cauſa Pandect.*

i *Etiam nullo pretio reſtituto, d. c. generalis, 12. §. fi. vbi & gloſſa finalis diſtinguit, & cap. 13. mancipia Chriſtiana, can. fraternitatē, 15. & cap. 18. præſenti conſilio 54. diſt. l. vnic. ne Chriſtia. mancip. hæreticus vel Iudæus vel Paganus habeat, libr. 1. C. tit. 10. l. Deo nobis. §. fin. C. de epiſcop. & cler. Ratio vna apponitur, in dicto capit. mancipia. ne religio a Iudæis ſubito polluatur. Alia cum ſimili hypotheſi in cap. 1. de Iudæis. libr. 5. tit. 6. quod nefas ſit, quem Chriſtus redemerit, blaſphemū Chriſti in ſeruitutis vinculis retinere. Prohibitum & Samaritanis, mancipium Chriſtianum habere. §. porro, Nouella. 144. ſic Samaritanus Chriſtianus factus, liber fit, in §. penult. dictæ Nouellæ, 144.*

k *c. 33. multos de Eccleſia, 14. diſt.*

l *ca. admittuntur 21. §. de ſeruis, & ca. 22. abbati. 54. diſt.*

m *ca. ſi quos cauſa 12. q. 2.*

n *in dicto. c. ſi quos, alioquin ſine cauſa prælati manumittere non poſſunt ſeruos Eccleſiarum, & manumiſſos ſucceſſores reuocant, ca. etſi illi qui nulla, 39. 12. qu. 2. argumento. ca. ſi ſacerdos, 16. qu. 3. cap. 2. de precario, aut ſine cauſa manumittēs, alium ſimilem reſtituet Eccleſiæ, vel reuocatur manumiſſus, niſi poſt 10. annos poſt manumiſſionem, ſeruus fuerit in libertate ſine controuerſia, l. ſi cum fideicommiſſa, §. Ariſto, qui & a quibus manumiſſi liberi non fiant, Pandect.*

o *ca. epiſcopus, qui mancipium, 12. q. 2.*

p *dict. can. epiſcopus qui. §. ſi vero.*

q *c. eo libentius, 6. de ſeruis non ordin. quemadmodum & qui manumittitur a laico, qui eum fecit ordinari in presbyterum, tenetur domino ſuo canonicas horas pſallere, c. nullas, 4. de ſeruis non ordinan. vbi gloſſa ponderanda venit, pro degradando eo, qui horas dicere recuſat, ſi promiſerit, & de reuocatione in ſeruitutem liberti Eccleſiaſtici, qui Eccleſiæ ſeruire non vult, vide can. Diaconi 35. & ca. 8. diſcuſſio. 12. q. 2.*

r *dicto ca. diaconi. ca. liberti, 61. & ſeq. 12. q. 2. ca. qui ex famulis 54. diſt.*

s *l. ſolo obſequii, de libera cauſ. P.*

t *can, de libertis, & can. liberti Eccleſiæ, 65. vbi ratio, quod nunquam moriatur Eccleſia, 2. q. 2.*

v *l. 1. & 2. de libertis & eorum liber. C.*

x *ca. libertis, 63. §. ne vero, can. longinquitate, 94. can. 12. q. 2.*

y *dict. ca. longinquitate, 12. q. 2. ex Concil. Toleta. 4. c. 69. & Concil. Toleta. 6. ca. 9.*

z *Hæc clementia ad pietatem pertinet, cuius opus dicitur libertatis donatio, tit. 1. §. ſi de communi ſeruo manumiſſo. Barthol. ad l. proxime de his, quæ in teſtamento delentur, & ad l. ſi vnus. C. de teſt. Et opus Eccleſiæ dicitur tueri libertates, can. libertos, 7. & ſequenti, liberti 87. diſtinct. & c. vni. de natis ex libero ventre. Fideles ſerui in Chriſto ſocii dominorum ſunt participes eiuſdem ſalutis & myſteriorum, in 1. epiſtola D. Ioan. ca. 3. ratione & corporis fratres, & ex eadem propagatione carnis, ca. ad menſam, 11. q. 3. Seruorum & Dominorum vnus dominus & Iudex in cœlis Deus, D. Paul. ad Epheſ. c. 6. ver. 9. non eſt ſeruus, non liber apud dominū, ad Col. 3. verſ. 21. qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini, ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti, 1. ad Corint. ca. 7. verſ. 21. & 22. rurſum, 1. ad Tim. cap. 6. verſi.* 1. qui fideles habent dominos, non contemnāt, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, *facit Eccl. 7. verſ. 23.* Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua: non defraudes illum in libertate, nec inopem derelinquas etiam. *Nec conuenit Chriſtianis inferiores eſſe, vel Ethnicos, qui cōditionis ſuæ humanæ communis memores, noluerunt habere ſeruos: cuiuſmodi fuerunt Indi, Locri, Phocenſes, aliiue populi, vt Tholoſani, Byturiges, de quibus nos abunde. lib. 14. Syntagma. iur. capit. 1.*



# DE PAGANIS,[a] IVdæis & Agarenis [b]

## TITVLVS V.

a *Agitur de illis, libr. 1. C. tit. 14. de paganis & ſacrificiis eorum.*

b *Agitur titul. 6. libr. 1. C. de Iudæis, & tit. 9. l. 12. de Cœlicolis, de Iudæis & Sarracenis & eorum ſeruis. libr. 5. Decret. tit. 6. libr. 5. Sexti. titul. 2. & lib. 5. Clement tit. 3. ca. eos. 1. quæſt. 1. & alibi, in extrauagantibus, Ioannis 12. & in communibus lib. 5. Ne Chriſtianum mancipium, hæreticus vel Iudæus vel Paganus habeat vel circuncidat, lib. 1. C. tit. 10. de Samaritis Nouella Iuſtinia. 129. & alia 144. quæ eſt Iuſtini de Samaritis, vt liceat Hebræis ſecundum traditam legem, ſacras ſcripturas Latine vel Græce vel alia lingua legere: & vt de locis ſuis expellantur non credentes iudicium vel reſurrectionem, aut dicentes Angelos non ſubſiſtere creaturam Dei, Nouella Iuſtinia. 146. vt non liberentur Iudæi Samaritani & hæretici per cauſam religionis & cultus ſui à curiali fortuna, &c. Nouella Iuſti. 45. vt Iudæi ſecundum Chriſtianiſmi ritum viuāt, Leonis Nouella 55. de Iudæis conſtitutio. 2. Heraclii lib. 1. iuris Orientalis Bonafidii, de Hebræis & montanis Leonis Iconomachi apud eundem Bonafidium, & conſtitut. 14. Manuelis Comneni de foro Iudæorum.*

## CAPVT. I.

### *Diuiſio perſonarum ratione religionis.*

RAtione religionis, diuidemus iterum perſonas, in infideles, qui fidem Chriſtianam non habent, & fideles ſeu Chriſtianos qui habēt. De infidelibus prius, dehinc de Chriſtianis agemus, Deo iuuante. Inter infideles, & non Chriſtianos annumerantur Pagani, *a* ſeu Gentiles, aut Ethnici, *b* Iudæi, *c* Turcæ, *d* ſeu Sarraceni, *e* Apoſtatæ a fide. *f* Certum eſt enim quicquid a fide Chriſtiana diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium. *g*

### SCHOLIA.

a *Pagani dicuntur infideles, & extra Eccleſiam poſiti idololatræ, ca. quam ſit laudabile, 10. de Iudæis, qui legibus canonicis, ſeu Eccleſiaſticis nō ligantur c. gaudemus, de diuortiis, lib. 4. tit. 19. quamuis indirecte ſubiiciantur. c. poſt miſerabilem, & ca. quāto, de vſur. c. etſi Iudæis, de Iudæis. Paganus a pago pagus,* ἀπὸ τῆς πηγῆς, *a fontib. circa quos ruſtici cogunt vicos & villas: vnde Paganus pro ignaro, & amuſo & ruſtico: quare & ſe ſemipaganum nominat Perſius in principio ſuæ Poeſeos, vide quæ nos diximus, lib. 19. Syntag. iur. c. 1. Cicer. in plebe Romana paganos & montanos nominat. Paganorū nomine Iuriſconſulti fere ſemper intelligunt ignobiles, non milites, quos illis opponunt. l. ius noſtrum. 7. de reg. iur. Pan. l. ſi ignorans. locati. P. Item apud Cæſares & apud iuris Pontificii auctores. Paganus pro alieno a fide Chriſtiana, qui colit idola, ponitur, vt ti. C. ne Chriſtianum mancipium hæreticus, vel iudæus, vel pa-*

*ganus habeat vel poſſideat, & titulo, de paganis & ſacrificiis eorum. C. Optatus Mileuitanus hos dicet paganos, vt alienos a ciuitate Dei, & in pagis extra eam ciuitatem viuentes.* A

b *gentiles & ethnici, pro eodem ac pagani, pro idololatris.* ἔθνος *gentem ſignificat inde* ἐθνικός, *Hebrais* גוי *goi, gentilis, Hieronymus opponit Ethnicum Chriſtiano contra Iouinianum, dum ait,* etſi ducendæ eſſent vxores, Chriſtianos tantum accipi B iuberet an Ethnicas? *Extra populum electum, reliquas nationes tanquam a ſalute alienas & infideles, gentes vocauit ſacra ſcriptura, monuitque populum, vt idololatras vitaret. Deu. 7. D. Matthæi. ca. 15. donec Deus & eas vocauit ad cognitionem veritatis, & ad conuerſionem ab infidelitate. Eſa. 2. & ca. 66. Actor. 2. & 18. ad Rom. 15. ad Gal. 1. & 1. ad Timotheum 2. cum ſimilibus, vocati & aliquãdo Græ-* C *ci pagani, vt in Ecloga Baſilicorum, lib. 1. tit.* περὶ ἑλλήνων.

c *Iudæi, vniuerſi qui fidem Meſſiæ habuerunt venturi, & verum Deum coluerunt, dicti ſunt: quanquam nomen ab vno tantum filiorum Iacob, primogenito nempe a Iuda habuerint, ex cuius genere Chriſtus natus eſt, vt docet D. Auguſtinus: ab illis Palæſtina regio in Syria dicta Iudæa, vbi habitarunt: a qua tamẽ hodie exules &* D **vagi per vniuerſum mundũ diſperſi ſunt, dicti & Iſraelitæ a Iacobo duodecim Patriarcharum patre, qui a Deo Iſrael nominatus eſt, Gen. 32. Dicti & Hebræi, ab Heber abnepote Sem filii Noachi benedicti, in cuius domo fertur conſeruata lingua prima & cognitio veri Dei, in diuiſione linguarum. Geneſ. 10. & cap. 11. vt habetur & libro Seder Gnolam Hebræorum,* E *c. 21. vide & Suidam in verbo Hebræi, ad Iudæos: nomine ad Hebræos, ſcripſit epiſtolã D. Paulus, exſtat & Nouella, vt liceat Hebræis ſecundum traditam legem ſacras ſcripturas Latine vel Græce, vel alia lingua legere, Nouell. 156. Tertullianus. lib. 18. Apologet.* Hæbræi, *inquit,* retro, qui nunc vocantur & Iudæi. *Hebræi in capit. 12. ſæpe malorum conſortia 28. q. 1. Manethon etiã, apud Ioſephum ſcribit, Hyeſos,* ὑκσὼς vel ὑκουσσός, *hyocuſos, vt ſcribit Euſebius 10. præparationis Euãgelicæ vocatos, quod ſacra Ægyptiorum lingua, reges, paſtores, ſignificat. Pro quo facit. c. 46. Gen. forſan ideo apud Gallos Iudæi vocantur* Iuifs, *apud nos tectoſages* Ioſieus. *Scribit & Artapanus apud eundem 9. præparationis, dictos fuiſſe* ἑρμιοὺθ, *Hermiuth. Hæc gens ab initio fuit populus peculiaris Dei veri, qui etiam ei myſteria ſui cultus & futuri Meſſiæ aduẽtum propalauit. Et Euſebius libr. 9. & 10. præparationis Euangelicæ, & Porphyrius Iudæos dixerunt natura philoſophos, vt ſcribit Paulus Iſraelita ad præcepta Iudæorum, in præfatione: vbi etiam refert Megaſtenis eandem ſententiam, & Platonis opinionem. 1. volumine de bono. Dio quoque Caſſius. libr. 37. ſcribit, omnes qui ritum Iudæorum ſeruaſſent, Iudæi nomine appellatos, etiam alienigenos, quare autem, ſe ignorare. Hoſque multum Romæ & alibi multiplicatos, legum poteſtatem viciſſe: vnum Deum coluiſſe: nullum ſimulacrum in templo habuiſſe: fuerũt ita ritus Iudæorum pluribus in locis obſeruati, etiam inter non Iudæos, veluti circuncisio ſignaculum repromiſſionis & fidei Meſſiæ, Geneſeos. c. 17. verſ. 9. & ſeq. Leuit. 12. verſ. 3. Iudith. 14. verſi. 3. Luc. 1. & 2. Actorum 7. verſ. 8. vſitata apud Colchos, Ægyptios, Æthiopas, quos Syri, Phœnices qui ſunt in Palæſtina docuerant, vt auctor Herodotus. in 2. fuerint, in ſumma ab initio venerabiles Iudæi & celebres vbiq; terrarum ante aduẽtum Chriſti. Poſtquam autem malitia propria & inuidia obcæcati, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum in lege illorum etiam promiſſum Meſſiam reiecerunt, & crucifixerũt, cœperunt eſſe ſibi & omnibus gentibus abominabiles, & malitia obdurati, conati ſunt quoque ſacram legem deprauare,*



*prauare, vt docet Galatinus lib. 1. aduer-* A *ſus Iudæos, c. 8. & quia lucem quoque ſcripturarum amiſerunt, iuxta profeſſionem Eſa. c. 2. & adhuc adhærent cortici legis, impotentes mentem eius aſſequi: vnde & Iudaizare dicimus, verba ſequi ſimpliciter, non mentem, c. vni. §. fi. de ſacra vnctio. lib. 1. ti. 15. in lege quippe antiqua, cui mordicus ſine diſtinctione adhærent Iudæi, ſunt præcepta & moralia & myſtica: moralia, quæ mores informant, vt diliges Deum tu-* B *um, non occides. & c. de quibus in ca. quid in omnibus, 32. q. 7. myſtica ſunt, quæ aliud ſignificant præter id quod litera ſonat: quorum quædam ſunt Ceremonialia, alia ſacramentalia. Sacramentalia ſunt quorum ratio reddi poteſt, vt eſt præceptum circumciſionis & conſeruationis ſabbathi, quæ translata ſunt translato ſacerdotio, c. translatio, de conſtitut. c. maiores, de baptiſmo. Ceremonialia ſunt quorum ratio* C *reddi non poteſt, quare ad literam præcepta, vt,* non arabis in boue & aſino, *non facies veſtem de lino & lana contextam. ca. in nouo, 16. quæſt. 7. lex porro antiqua diuina quantum ad præcepta moralia, non eſt immutata: at ceremonalia & ſacramentalia, mutata fuerunt, quantum ad ſonum ſeu ſuperficiem litteræ, ſed non quantum ad myſticum ſenſum & intellectum eius literæ. ca. Marcis, 1. q. 1. in principio.* D *5. diſtinctionis, & in ca. fin. §. fi. 6. diſt. & ibi gloſſa. Sic vetus teſtamẽtum fuit tranſitorium, hircorum & vitulorum ſanguine dedicatum temporalia promittens. Nouum autem, quod fuit ſanguine Chriſti conſecratum, & confirmatum, promittit æterna, & æternum manet cap. cum Marthæ, 6. §. cæterum, de celebratio. Miſſarum. ſic in pluribus diſtinguũtur Iudæi a Chriſtianis, & Iudæi alieni a religione & fide* E *Chriſtiana hodie ſunt.*

d *De Turcis Turcarumq; nomine ſcio plura, aliquando etiam cõtraria ſcripta; omiſſis autem controuerſiis, mihi placet Togarmam, de quo Gen. 10. c. Turcico nomini dediſſe originem, & ita etiam Elias in Tisby cenſet, & meminit de his Ezechiel, c. 27. vocans thorgama. Thunnos Turcas vocari a Plinio docet Hermolaus in ſuis caſtigationibus Plinianis lib 6. c. 7. Theodorus Gaza ex Scylace, Turcas dicit eos qui apud Strabonem dicuntur* κύρτιοι, *quos Romani Curtios vocant, & contracte curtos. Et a Scythis qui Cauſium montem habitant inter Pontum Euxinũ & Caſpium mare, originem habere, omnes fere conſentiunt. Sic Plinius ait, Turcas populum Scythiæ, lib. 6. c. 7. & Mela ſub finem libri 1. (quamquam quidam aliter legat ſed ridicule) & Herodotus in 4. Sacræ litteræ hos per Magog ſignificant alicubi. Nam Magog, Hebræis eſt Scythia, erantque ibi idololatræ ex numero eorum quos Paganos diximus, quales & erant Sarraceni antequam admitterent Mahometicam impietatem, fuerunt iſti Turcæ ex Iſmaëlis genere, vt docet de his omnibus Nicephorus Calixtus, lib. 18. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 30. ita Turci & Turcomanni dicuntur, qui aliquando ex Scythia & Tartaria Orientali, Turkeſtan nomine, erumpentes, Alanos, Colchos, Armenios, Cappadocas & magnam Galatiæ partem, Perſas, & Sarracenos gladio infeſtarunt, rege exſiſtente nomine Seldulch, regnante Pipino Caroli Magni patre, anno Domini 756. vt ſcribit Egnatius lib. 2. Guillelmus Tyrius lib. 1. belli ſacri, c. 7. meminit Amianus Marcellinus, de Succo oppido, inter Thraciam & Dariam, vbi anguſtiæ & clauſtra Succorum, vbi Lazius munimẽtum eſſe putat quod hodie dicitur Turkzueſt, neque quiſquam ideo dubitauit nomen Turcarum ortum a Succorum nomine, ſiue legamus cum Rhenano verorum, quia nomen commune & Idioma loci conuerſionem ſimilem retinet literarũ Turkzueſt. Vnde vulgo Turcæ dicti. Ex ea gente hodie & Aſia minor & maior & Cilicia, impletur.*

e Σαῤῥακηνή, *Sarracenia Arabiæ Petrææ re-*

*gio, apud Ptolomeum, qui cum Plinio Sarracenorum vrbem Arram vocat, ſitam in Arabia felici. Hebræis Sarraceni dicti Chasluini vt ait Ariel Montanus. Inter Perſas & Oſrœnam, Meſopotamiam & Euphaticam prouinciam conſtituuntur Sarraceni a Iuſtiniano, cum quibus & illi matrimonia contraherent, in conſtitutione eiuſdem Iuſtiniani 3. titulo de his qui in Oſrena & Meſopotamia illicitas nuptias contrahunt, cui & coniungenda nouella Iuſtiniani alia 154. Ammianus Marcellinus de Sarracenis, lib. 14. ſic ſcribit,* amici nec amici Romanis vnquam, nec habēdi vltro citroq; tempore, Galli Cæſaris diſcurſantes vt milui, ſubito omnia rapiebant. Harum gentium exordium ab Aſſyriis, & porrigitur vſq; ad Nili cataractas & confinia Gythiniarum, omnes pari ſorte ſunt bellatores ſeminudi, coloratis ſagulis pube tenus amicti, equorum adiumento pernicium, gracilium camelorū per diuerſa reptantes in tranquillis vel turbidis rebus: nec eorum quiſquam, ſtiuam apprehendit aut arborem colit, aut arua ſubigendo quæritat victum, ſed errant ſemper per ſpatia longe lateq; diſtenta ſine lare, ſine ſedibus fixis aut legibus per feruinæ diutius cœlum, vita ſemper illis eſt in fuga, vxoreſq; illis mercenariæ cōductæ ad tempus, &c. *quæ plura addit de victu illorum, ex ferina carne, ex potu lactis non vini, quod vel non haberent in vſum frumentū, & de aliis. Et idem Ammianus, eodem lib. 14. & 23. loquens de Perſide.* Scenitas Sarracenos dictos, *etiam tradit, dicens,* ab occidua plaga contingit Armenios & Niphatem: & in Aſia Silos Albanos, mare rubrum & Scenitas Arabes quos Sarracenos poſteritas appellauit. *Meminit Sarracenorum & Sextus Rufus in Traiano.* Sarracenorum, *inquit,* & Arabum loca occupauit. *Sarracenorum Arabum antiqua gens ex ſuo initio Idololatriæ deſeruit, melius Agareni, quam Sarraceni dicti, nam & Iſmaëlitæ dicti ab Iſmaele, a quo deſcendunt, qui fuit primogenitus Abrahæ ex ancilla Agar, a qua Arabes illi Agareni nati, per duodecim principes generis multiplicati & maledicti. Quorum Iſmaelitarum natio, quemadmodum auctor eorum Iſmael natus ſecūdum carnem ex Abrahamo & ancilla perſequebatur Iſaac filium natum ex libera Sara, ſecūdum promiſſionem genitum; ſic ea proſecuta eſt fideles primum Iudæos, dehinc Chriſtianos ad Galat. 4. Gene. 16. can. ſi gens Angelorum, 56. diſt. ipſi vero Iſmaelitæ, vt præſtantiores haberentur, noluerunt amplius dici ab Agar Agareni, ſed a Sara, tanquam ex libera Sarraceni. Cæterum Mahometes regnauit in Arabia, filius perditionis & Pſeudopropheta per decem annos, & illi facti Mahumetani, qui ibi habitabāt Sarraceni, Clem. vni de iudæis.*

f *Apoſtatæ ſunt hi qui receſſerunt omnino a fide quam acceperant, & lapſi ſunt ad Iudaiſmum vel Paganiſmum, vel Mahumetis impietatem, l. 4. de Apoſtat. C. 24. eo. tit. apud Gregorium in decretalibus.*

g *l. cœlicolarum, 12. C. de iudæis, quod & dixit Deus,* qui nō eſt mecū contra me eſt.

## Capvt II.

1 *Quæ Iudæis & Sarracenis ſeu Turcis, permiſſa inter Chriſtianos.*
2 *Signo externo a Chriſtianis diſtinguendi & conſortio.*
3 *Et coniugio prohibito.*
4 *Pœnæ delinquentium Iudæorum.*

Ivdæis, quandiu feruntur inter Chriſtianos, permiſſum fuit ſuas omnes inter ſe ferias & feſtiuitates ſeruare, iuxta ritum parentum ſuorum, dummodo viuant ſine contumelia Chriſtianæ fidei. *a* Neque cogendi ſunt ad fidem, vt neque Pagani. *b* Si tamen coacti ſemel receperint fidē Chriſtianam, coguntur iterum eam ſeruare, & qui reliquerint pœnis legitimis compelluntur ad eam redire. *c* De Sarracenis qui & Pagani & infideles ſunt idem dicēdum, ſi modo non perſequantur Chriſtianos, & velint pati iugum quod imponitur Iudæis, neque quicquam in contumeliam Domini noſtri moliantur, & ſi ſuſtinentur interim, dum de ſalute eorum proxima ſperatur, idque ſine iniuria, ſine etiam vllis ſacrificiis impiis illorum idolis & templis. *d* 1

2 Hoc tamen eodem tempore, diſtingui debent Iudæi, Sarraceni, inter Chriſtianos viuentes ſigno externo publice delato in habitu ſeu ornatu, ne damnatæ commixtionis exceſſus, per velamen erroris huiuſmodi, vlterioris excuſationis poſſint habere diffugium. *e* Non licet etiam Iudæis aut Paganis inter Chriſtianos nouas exſtruere Synagogas, aut templum. *f* Minuſque Sarracenis Turciſque Mahumeticis, meſchitas. *g* Sic tamen huiuſmodi infideles ſub ſpe conuerſionis ad Chriſtum inter Chriſtianos aliquando ſuſtinentur, vt inhibitum ſit Chriſtianis cum Iudæis habitare, manducare, bibere, lauari, aut ab illis medicamentum accipere, quod ſi quiſquā aliter fecerit, ſi clericus ſit, deponendus erit, ſi laicus, excommunicandus. *h* Quamuis aliquando permiſſum fuerit Chriſtianis cum ethnicis aliiſque quam Iudæis cibum capere. *i*

3 Prohibitum Chriſtianis cum Iudæis, Paganis, aliiſque infidelibus coniugium inire. *k* Quinimo inter infideles contractum, ſi alter in infidelitate velit remanere, fidelis infidelem debet relinquere, ſi in contumeliam creatoris eſſet coniunctio, *l* vnaque cum fideli tranſibunt filii in infidelitate nati minores in fauorem fidei, & a parente infideli ſeparantur: ne eius inuoluantur erroribus. *m* Eadem ratione propemodum prohibitum eſt cuiuſcunque generis vel ſexus Chriſtianis, famulitio domeſtico inſeruire Iudæis aut Paganis, qui contra fecerint excommunicationi ſubiiciuntur. *n* Staturū & ne nutrices Chriſtianæ ſint Iudæorum: quod ſi Iudæi habitas non reliquerint, interdicitur illis omne commercium cum Chriſtianis. *o*



Quæ pœna contumacibus Iudæis ſolet imponi, *p* cum tamen alioquin, niſi in prohibitis, conſortium permittatur illis Chriſtianorum. *q* Multomagis Iudæis, Paganiſque habere vel emere Chriſtianum mancipium interdictum eſt. Quia nefas etiam eſt, quem Chriſtus redemerit, blaſphemum Chriſti in ſeruitutis vinculis retinere. *r* Sed grauioribus pœnis ſanguinis proſcriptioniſque bonorum, Iudæus afficietur, qui auſus fuerit Chriſtianum ad ſuam religionem pertrahere, *s* vel Chriſtianorum mulieres vel pueros rapere. *t* Et quia Iudæi inimici ſunt malitioſiſſimi crucis & Chriſti, interdicto fuit generaliter vetitum, ne Iudæi oſtia vel feneſtras domorum in die ſanctæ Paraſceues Paſchæ aperiant, & cautum vt claudant tota die, *v* neue in publicum prodeant, ne audeant illudere Dominicæ paſſioni. *x* 4

## Scholia.

a *c. etſi Iudæos, 13. de iudæis, & c. ſicut Iudæi, 9. eo. tit. ca. 3. qui ſyncera, 45. diſt. dummodo ſine contemtu Chriſtianæ religionis ritus ſeruos colant, nam ita facere prohibētur l. Iudæos, quoſdam, 11. & l. die Sabbatho, 12. C. de iudæis, l. Chriſtianis, 6. C. de paganis. Permiſſum fuerat Iudæis, legibus Romanis, filios tantum ſuos circumcidere, non alios, non ſuæ ſuperſtitionis: alioquin ſi feciſſent, pœna caſtrantis puniebantur l. circumcidere, 11. ad leg. Corn. de ſicar. in P. lib. 48. tit. 8. & perpetuo exilio cum bonorum proſcriptione, l. Iudæi, 16. de iudæis. C. Imponitur & eis alia pœna a canone, in ca. nulla 14. §. ſi qui 54. diſtin. Fuit permiſſum etiam aliquando ſub Clemēte 45. Pontifice, Sarracenis, ſub legibus in Italia viuere a Carolo rege Hieroſolymorum fratre Diui Ludouici, vt ſcribit Platina in vita eius Clementis.*

b *c. ſicut Iudæi 9. de Iudæis, Theodoricus Rex Iudæis, apud Caſſiodorum lib. 2. variarum, epiſto. 27. permittens reficere templum,* damus, *inquit,* ſi quidem permiſ-

ſum: ſed errantium votum laudabiliter A improbamus, Religionem imperare nõ poſſumus, quia nemo cogitur vt credat inuitus. *Et rurſum apud eundem lib. 10. variarum, epiſtola. 26. Theobaldus rex Iuſtiniano Imperatori ſcribens,* cum diuinitas, *inquit,* patiatur multas religiones eſſe: nos vnam non audemus imponere: retinemus enim legiſſe, voluntarie ſacrificandum eſſe Domino, nõ cuiuſquam cogentis imperio. *Et Tertullia-* B *nus, ad Scapulam,* nõ eſt, *inquit,* religionis, cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi. *Conſentit Clemens Romanus in initio libri 9. recognitionum ad Iacobum fratrem Domini. Et D. Bernardus in Cantica, Sermone 66.* fides, *inquit,* ſuadenda, non imponenda. *De facto tamen contigiſſe aliter aliquando legimus, & principes coëgiſſe Iudæos commorantes in regnis vel ditionibus ſuis, fidem & ba-* C *ptiſmum ſuſcipere. Sicut Paulus Diaconus lib. 23. refert, quod Theſias Arabum dux Iudæos & Chriſtianos ad Menzeriſandum, id eſt ad Characterem Mahumetis accipiendum, compulerit. Et Heraclius etiam Heracletæ filius, Imperator, Iudæos inuitos ad baptiſmum compulit, vt in epitome vitarum Cæſarum poſt Aurelium Victorem habetur in eius vita. Exſtat tamen Heraclii 2. conſtitutio, libro 1.* D *iuris Orientalis, qua omnes Hebræos Hieroſolymis expulit, & cauit ne intra tertiũ miliare accedere liceret. Exſtat & in eodem lib. 1. iuris Orientalis, alia conſtitutio Leonis Iconomachi Orientis Imperatoris, qua anno ſexto Imperii, Hebræos ac Montanos ad baptiſmum adegit. Siſebutus quoque Rex Hiſpaniarum, coëgit Iudæos ad nonaginta millia, ad baptiſmum venire, capit. de Iudæis, 45. diſtinct. vel* E *regno ſuo excedere, idque regni ſui anno 4. & Heraclii, 5. vt ſcribunt Iſidorus in Etymo. & Ado. Quod poſtea dicitur æmulatus Dagobertus Francorum Rex, vt ſcribunt Vaſæus, & Paulus Æmilius, Ammonius lib. 4. Hiſtoriæ Francicæ, c. 22. Hoc* A *autem cum quadam cauſa factum ab vtriſque putatur fere eodem tempore. Eoque vt ſcribit Blondus lib. 9. decadis 1. & Paulus Æmilius in 1. quidam Aſtrologus prædixerat a circuncisis vaſtandum imperium. Sub annum quoque 1295. iam tertio Iudæi in tota Francia ſpoliati & exacti ſunt, hancque expulſionem ipſi appellãt* כלה *quod ea cõtigerit 55. anno poſt quintũ* B *mundi conditi millenarium, & aliquando vocant* כלו *kalo. quod anno 136. poſt illam Philippi Auguſti exactionem, quæ incurrit in annum 1190. pulſi tunc Iudæi migrarunt in Germaniam; vnde & Iudæos Germanos eſſe de radice ſeu trunco Francorum ſcribit Rabinus Elias in Tysbi in radice* כרבץ *karbatz. Exſtat & alia nouella 55. Leonis Imperatoris Philoſophi, vt Iudæi ſecundum ritus Chriſtianiſmi* C *viuant: per quam emendauit titulum Codicis Iuſtiniani, de Iudæis, & Nouellam, Iuſtinia. 146. fuerunt & iure ciuili ab Imperatoribus collegia Iudæorum approbata, l. ſpadonem 13. §. Iam autem, de excuſatio. tutor. lib. 27. P. tit. 1. interdum reprobata, vt neque illis relinquere quippiam permitteretur, vt in l. 1. C. de Iudæis.*

c *in ca. de Iudæis, 45. diſt. vbi gloſſa explicat de coactione conditionali coactis, non ſi abſolute coacti eſſent: in quo vltimo caſu nulla voluntas eſſet etiam dicenda coacta, adde rationem can. 33. ad fidem, 23. q. 5. Scribit Krantius lib. 5. c. 14. Ratisbonenſes Iudæos, inuitos baptizatos tandem Imperatoris permiſſione ad Iudaiſmum relapſos. Ceterum ſi coactio illa non præceſſerit baptiſmum, impune ferre non debent, ſi a fide apoſtatæ redeant ad vomitum Iudaiſmi, eaque de re pœnæ definitæ in Concilio Toletano. 4. c. 58. & in can. plerique, 94. de conſecra. diſt. 4. Facile enim ob perfidiam, niſi pœnis coërcerentur, ad vomitum redeunt. can. Iudæi, 93. de conſecra. diſtin. 4. Sicut & Hungari a Chriſtiana fide deficientes, in paganiſmum epiſcopis & ſacerdotibus*



*dotibus interfectis, pœna capitis Chriſtia-* A *niſſimum retinere compulſi ſunt ab Andrea rege 4. Hungarorum, & Vela, eius fratre, vt ſcribit Nauclerus, & Bonfinius lib. 2. Sic merito hæretici deſertores veritatis ad veram fidem pœnis redire compelluntur, quod multis rationibus comprobatur in can. diſplicet, 38. cum ſequentibus, 23. quæſt. 4.*

d *ſic notatur in ca. 11. diſt ar. 23. q. 8. c. in nonnullis, 13. de iudæis toto titulo de pa-* B *ganis & ſacrif. eorum. C.*

e *dicto c. in nonnullis, de iudæis.*

f *c. conſuluit, 7. & c. 3. de iudæis, l. hac valitura, 17. eo tit. de iudæis, C. licet tandem iudæis, vt ibidem dicitur, antiquas, ſi habeant, reficere.*

g *Clem. vni. de iudæis, lib. 5. Clementinarum ti. 2. vbi & Concilio Viennenſi interdicitur publice inuocare nomen Machometi, vel peregrinationes ad ſepulcrum alicuius* C *Machumetani, quem habuerint pro ſancto, facere. Quocirca ſi Pagani vel Idololatræ, voluerint habere ſimulacra, reiiciendi ſunt & puniendi morte. cano. non ſolum, 28. q. 1. maxime ſi Chriſtianos ad infidelitatem prouocent, Deuteron. c. 13. verſ. 6. Satius & erit ſi principes huius modi homines omnino tollant, nec permittant impiam hanc ſuperſtitionem, quæ nocet reipublicæ, & habet impios homines, iuxta* D *ea quæ deſcribit Salomon, Sapientiæ 14. verſ. 27. ibi,* infandorum cultura, &c. *Iuſſit Conſtantius & alii Cæſares, claudi templa paganorum & tolli ſacrificia eorum, impoſita proſcriptione bonorum & mortis ſupplicio, aperientibus & ſacrificãtibus, l. nemo venerandi, 7. & ſeq. 8. & l. 1. & 2. de paga. & ſacrificiis eorum C. Niceph. Calixtus lib. 8. c. 18. & 25. legitur in 9. cano. tit. 4. c. 4. & 10. Græca conſtitutio,* E *nuper per compendium tranſcripta in noue excuſſis Codicibus Iuſtiniani, ſub titulo de paganis, in fine, per quam non licet paganis docere qualemcunque doctrinam, nec publica licet frui illis annona: quare multo magis prohibentur docere & profiteri ſuam* A *impietatem, & Chriſtiani, diſcere, culpa enim par eſt diſcere & docere prohibita. l. culpa, 8. de maleſi. & Mathemati. lib. 9. C. ti. 8. de templo Iudæorum Hieroſolymitano, Rufinus ſcribit lib. 10. hiſtoria Eccleſiaſticæ, c. 8. & 39. quod Iudæi cum Iuliano apoſtata a fide, Imperatore, conati ſunt reædificare in odium Chriſtianorum, ſed terræ motu & igne ſuborto prohibitos.*

h *ca. Apoſtolorum, 69. in Sexta Synodo, c.* B *11. & in ca. 13. nullus eorũ, 28. q. 1. Quidam in medicis diſtinguũt, vt pharmaca quidem ſimplicia, poſſunt a Iudæis emi, non mixta: & vt in caſu neceſſitatis, ſi alius medicus non ſit, vel ſi ſit, ſed non idoneus poſſit quis Iudæo vti vide Angelum Clauaſium & ſummam Roſellam, in verbo* Iudæus: *conſortium etiam Iudæorum prohibetur in ca. 14. omnes, 28. q. 1. Exſtat &* C *in cano. Apoſtolorum* 70. quod ſi quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium aut in Synagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas accenderit, a communione excludatur. *Oleo enim vtebantur etiam gentiles in templis ſuis, l. ſi ſponſus, 5. §. 12. de donatio. inter vir. & vxor.*

i *ca. 17. infideles, 22. q. 3. cano. ad menſam 11. quæſtio. tertia, olim porro licuit potius* D *cum Ethnicis cibum capere, quam cum hæreticis & excommunicatis, quia ſperabatur de ſalute eorum, hodie nec cum illis licet: quia diſcretionem habent ciborum, dicto ca. 24. ad menſam, 11. q. 3. vbi ratio, niſi ſi quando quis mittatur Eccleſiaſtes ad infideles conuertendos, quia licebit de cibis illorum edere, dummodo contra prohibitionem canonum non edat c. quam ſit laudabile, de iudæis, & ibi gloſſa explicat.*

k *ca. non oportet, & ca. caue Chriſtianæ, 15.* E *& ca. 17. ſi quis iudaicæ, 28. q. 1. & ibi in contrahentes, pœna, excommunicatio. Iure ciuili pœna adulterii, in l. ne quis Chriſtianam, 6. C. de iudæis, prohibetur & hæc cõiũctio cum infideli in ſacra pagina, Gen. 6.*

Fi

*Exod.*34.2.*Eſdræ c.*9.3.*Regum* 11.*A-* A
*ctorum* 13.1.*ad Cor.*6.*Deut.*3.*verſ.*21.
*& c.*7.*verſ.*3.*& c.*24.*verſ.*1. *Concilio*
*Laodiceno.c.*32.*Concil.Chalcedonenſi c.*
24.*Carthaginenſi c.*21.*apud Tertullia.*2.
*ad vxorem,apud Cypri.*3.*ad Quirinum,*
*Diuum Auguſtinum lib.*1.*de adult.con-*
*iug.cum ſimilibus. Nec obeſt, quod Moy-*
*ſes aliquando ſibi coniunxerit Æthiopiſ-*
*ſam,can.plerumq;*,27.§.*item obiicitur,*2.
*q.*7.*quia illud fuit in figura,quod Domi-* B
*nus aliquando copulaturus ſibi eſſet Eccle-*
*ſiam ex gentibus, dicto ca.plerumq;*,§.*his*
*itaq; reſpondetur. Rurſum in Concilio To-*
*letano* 4.*cap.*61.*vnde ſumtus can.*12.*Sex*
*malorum,* 28.*q.*1.*ſtatuitur ſic*, quicum-
que ex his qui baptizati ſunt, amodo
conſortia infidelium non vitauerint, &
illi Chriſtianis donentur & illæ publi-
cis ędibus deputentur. *Sic imponitur pœ-*
*na corporalis coniugum cum infidelibus* C
*attentantibus verborum imponendorum,*
*iuxta leges ciuiles, vt in ca. conſtituit,* 17.
*q.*4.*c.in Archiepiſcopatu,de raptor. Alio-*
*quin Eccleſia non iudicat de infidelibus,*
*quia extra Eccleſiam ſunt, c.gaudemus,*
*de diuortiis,c.multi* 2.*q.*1. *Simplex etiam*
*coitus cum Iudæo Chriſtianæ, vel contra,*
*ignis pœnam habuit Lutetiæ, in perſona*
*cuiuſdam Olardi,qui ex Iudæa quam in*
*domo tenuerat ſuſceperat plures liberos,* D
*Boerius deciſio.*316.*num.*3.*Iulius Cla-*
*rus,lib.*5.*ſententiarum iuris,*§.*fornicatio,*
*num.* 26. *refert ſe vidiſſe damnatum Iu-*
*dæum,qui Chriſtianam cognouerat pœna*
*decennii ad triremes, & Oldradus conſi-*
*lio vltimo ait, ſtatutum contra Iudæum,*
*qui Chriſtianam etiam cognouiſſet, vt &*
*abſcinderentur virilia, eaq; vidiſſe ante*
*palatium affixa. Communis etiam docto-*
*rum opinio eſt,ob id Iudæum vel Chriſtia-* E
*num non damnari ad mortem, ſed ad ali-*
*am pœnam, vt ſcribit Boerius dicta deciſ.*
316.*puta pecuniariam ſecundum Alcia-*
*tum conſil.*458.*Alexand. conſilio* 13.*vo-*
*lumine* 7.

A l *cap. quanto, & cap. gaudemus, de diuort.*
*lib.*4.*tit.*19.*vide can. non ſolum, & can.*
*ſic enim recedere,c.*28.*q.*1. *Sic, ſi vnus ex*
*Iudæis infidelibus fiat Chriſtianus,altero*
*remanente in infidelitate,fidelis ab infideli*
*Iudæo abire debet,can.*10.*iudæi,qui Chri-*
*ſtianis mulieribus* 28.*q.*1.*ex Concilio To-*
*letano* 4.*c.*62.*& gloſſa videnda in d.cano.*
*Iudæi,quæ multis modis diſtinguit.*
m *In Concilio Toleta.*4.*c.*59.*& ca.*11.*Iu-*
B *dæorum filios,*28.*q.*1.*vbi tamen gloſſa ait,*
*non eſſe filios per vim baptizandos,quia a-*
*lioquin breui deſinerent eſſe Iudæi, nec ve-*
*rum eſſet dictum,quod reliquiæ Iſrael ſal-*
*uæ fiet. Adde ſuperioribus ſimilem textum*
*in* §.*fin.de conuerſ.infidelium,lib.*3.*tit.*34.
n *c.iudæi,*5.*c.ad hæc,* 8.*vbi ratio, de iudæis.*
o *d.c.ad hæc.& c.etſi iudæos,*13.*de iudæis.*
p *vt in d.c.etſi iudæos,& c.poſtulaſti,*14.*de*
*iudæis c.cum ſit nimis abſurdum,*16.*eod.*
C *titu.cap.poſt miſerabilem,*2.*& c.quando,*
18.*de vſur.lib.*5.*tit.*19.*c.*2.*de teſtib.lib.*
2.*ſexti titu.*8. *Et eſt excommunicatio per*
*indirectum,per quam excluduntur a con-*
*ſortio Chriſtianorum Iudæi. vt notat gloſ.*
*in Clem.*1.*de teſt.& in Clem.vnica,de v-*
*ſur.in c.iudæi ſint.de iudæis.*
q *Clemētina vnica.de iudæis,dicto c.ad hæc,*
*& ibi gloſſa ad verbū aſſidui. Ideo coloni*
*agrorum eorum, poſſunt eſſe Chriſtiani, c.*
D 2.*de iudæis,permittiturq; illis libertas im-*
*ponendi pretium rebus ſuis, vel præfectis*
*eorum,in l.nemo externus,de iudæis.C.*
r *c.*1.*& final.de iudæis,can.mancipia, can.*
*præſenti.*54 *diſtinct.can.Iudæs,*7.*q.*4.*l.v-*
*nic.C.ne Chriſtianum mancipium hæreti-*
*cus vel paganus & c.habeat, & reſcriptū*
*in c.conſuluit,nos,*29.*de appellat. non reci-*
*piēdas appellationes Regis Franciæ pro iu-*
E *dæis interpoſitas, vt Chriſtiana mancipia*
*retinerent: quod eſſent contra canonicas*
*ſanctiones,quæ non obſtantibus appellatio-*
*nibus eſſent ſeruandæ.*
s *l.iudæus,qui,*18.*l.de iudæis.C. & ibi ex-*
*ſtat etiam alia ſimilis latiorque conſtitu-*
*tio Græca,nunc ſcripta,incipiens,* ſi Iudæ-
us,*ſumta*



A us,*ſumta ex Baſilicorum ecloga lib.*60.*tit.*
54.*c.*31.
t *c.in archiepiſcopatu,de raptorib.*
v *Vide fuſe caput quartum. de iudæis.*
x *in c.nonnullis,*15.§.1.*de iudæis,eadem ra-*
*tione Cæſares Honorius & Theodoſius pro-*
*hibuerunt in l.iudæos quoſdam,*11.*eo.tit.*
*de iudæis, ne iudæi ſolemnes agerent feſti-*
*uitates, in quibus ſanctæ crucis adſimula-*
*tam ſpeciem, in contemtum Chriſtianæ fi-*
B *dei, ſacrilega mente exurebant. Quod fa-*
*ciebant in memoriam minuendam cruci-*
*fixi, vnde quidam iudæi occaſionem irri-*
*dendi paſſionem & mortem Domini ſu-*
*mebant.*

## Caput III.

*De perſonis infidelium, quo tempore cum illis Chriſtiani erant.*

SI quando bellum in Sarracenos vel Iu-
C dæos, vel Turcas, inſtituitur a Chriſtia-
nis, prohibita ſunt cum illis omnia cuiuſ-
cunq; generis ſint cōmercia, quibus illi iu-
uari aduerſus Chriſtianos poſſent. *a* Qua-
re prohibitum illis ſubminiſtrare arma,
ferrum, linteamina, naues, peritos arte na-
uigandi nautas: & ſolemnis in eos, qui id
fecerunt, proferri excommunicatio man-
datur, & qui capientibus ſerui adiudican-
D tur. *b* Nihil tamen prohibet ad Turcas
nauigare Chriſtianos pretii ferendi cauſa
ob redemtionem captorum Chriſtiano-
rum. *c*

### Scholia.

a *c.quod olim præceptum,* 12.*de iudæis.*
b *c.ita quorundam,*6.*c. ad liberam terram*
*ſanctam,*17.*de iudæis. Quæ pœnæ renouatæ*
*aliis additis in c.*1.*de iudæis, in extraua-*
*gan. cōmunibus. Additum enim, vt talia*
E *agentes ſint inteſtabiles, incapaces ſucceſſio-*
*nis teſtamento vel ab inteſtato delatæ, ſint*
*infames, incapaces publicorum officio-*
*rum,&c.*
c *c.ſignificauit nobis,*40.*de iudæis.*

## Caput IIII.

*Quæ maxime prohibeantur Iudæis & infidelibus dari.*

EPiſcopo, qui in ſucceſſione bonorum
ſuorum, paganum prætulerit etiam cō-
ſanguineum, viuens vel poſt mortem, ana-
thema dicitur, & eius nomen nullo modo
debet inter ſacerdotes recitari. *a* Prohibi-
tum & concilio Toletano, officia publica
B Iudæis concedere, per quæ occaſio tribua-
tur Chriſtianis pœnas inferre: *b* de paganis
idipſum definitum. *c* Proinde nec Iudæi
contra Catholicum ſuæ ſuperſtitionis ha-
bent iudicem, ſed Catholicum, *d* qui &
prohibet, ne vim Iudæi Chriſtianis infe-
rant, eoſque punit: *e* quemadmodum &
Chriſtianos ſi Iudæis paganiſve admiſſis
& quiete viuentibus, vim inferant, aut no-
ceant. *f* Nulli enim Chriſtiano impune li-
C cet ſine iudicio terrenæ poteſtatis, eorum
aliquem occidere vel vulnerare, vel eis pe-
cunias aut bonas conſuetudines, quas ha-
ctenus obſeruarint, auferre, vel iniuriam
irrogare. *g* Non erit tamen accuſator vel
teſtis legitimus contra Chriſtianum Iudæ-
us aut Paganus ſeu infidelis: *h* quamuis cō-
tra Iudæos admittatur Chriſtianus. *i* Poſ-
ſunt Iudæi compelli ad remittendas vſuras
enormes Chriſtianis, per poteſtates &
D principes ſeculares, per ſubtractionem
communionis & commerciorum Chri-
ſtianorum, *k* poſſunt & cogi ad ſatisfactio-
nem decimarum & oblationum Eccleſia-
ſticarum, quas Eccleſia a Chriſtianis per-
cipiebat, dum domos & agros poſſiderent,
quos ipſi poſſident. *l* Adferuntur & caſus
in quibus Iudices Chriſtianorum, poſſint
coercere Iudæos, potiſſimum contra fi-
dem Chriſtianam quippiam perſuaden-
E tes. *m*

### Scholia.

a *c.ſi quis Epiſcopus,* 5.*de hæretic.*
b *In conſilio Toletano,*3.*c.*14.*refertur in ca.*
14.*nulla officia,*54.*diſt.idem ſtatutum a-*
*lio conſ.*4.*Toleta.c.*94.*relato in ca.*31.*cō-*

*ſtituit, 17.q.4. Rurſum in concil. Latera-* A
*nenſi, ſub Innocentio 3. in c. cum ſit nimis*
*abſurdum, 16. & a Gregorio 9. in c. ex ſpe-*
*ciali, 8. de iudæis. Theodoſ. & Valentinia.*
*CC. in l. hac valituri, 19. C. de iudiciis,*
*quo loci eis interdicunt omnes adminiſtra-*
*tiones, dignitates, defenſiones ciuitatis, ho-*
*nores patriæ, munera iudicandi, & ita cor-*
*rigitur l. 3. §. fi. de decur. li. 50. P. tit. 2. dum*
*permiſſũ erat ex Seueri & Antonini plá-*
*citis volentibus iudæis adipiſci honores.* B

c *c. cum ſit nimis & c. ex ſpeciali, de iudæis*
*exſtat conſtitutio Græca idipſum ſtatuens*
*in Nomocanone, tit. 4. c. 4. & tit. 1. c. 10.*

d *dicto c. ex ſpeciali, 18. de iudæis, l. ſi qua,*
*14. C. eo. tit. Sic Iudæus contra Chriſtianũ*
*agens, fori Chriſtiani ſequitur iudicẽ, ſiue*
*actor, ſiue reus ſit, vt notat ibidẽ Salycetus,*
*vtiturq; Romanis legibus in cauſarum de-*
*ciſione. l. iudæi communi Romano iure. 8.*
*C. eo. tit. Poſſent tamen Archiſynagogi in-* C
*ter iudæos iudicare, ſed non tanquam iudi-*
*ces, ſed tanquam arbitri & compromiſſa-*
*rii, vt habetur in lib. 2. C. Theodoſian. ti.*
*1. l. 10. Sunt ita laici iudices Chriſtiani iu-*
*dices Iudæorum, exceptis quibuſdam ca-*
*ſibus, in quibus efficiuntur fori Eccleſiaſti-*
*ci. vide gloſſ. ad Clementinam 1. ad ver-*
*bum principum, de teſtib. Anchara. conſ.*
*45. interpretes ad c. quod ſuper his, de voto*
*maxime Innocentium & Iohannem An-* D
*dream, & rurſum gloſſam ad Clemen. v-*
*nicam, ad verbum, cenſuram, & in §. fi. ad*
*verbum* Hæreticum, *de vſuris, de his ca-*
*ſibus Gregorius 13. Summus Pontif. edi-*
*dit cõſtitutionem, Anno Dom. 1581. quæ*
*incipit antiqua Iudæorum improbitas, &c.*

e *c. poſtulaſti, 14. de iudæis. l. nullus, 13. eo. tit.*
*C. l. 4. de raptorib. lib. 5. tit. 17.*

f *d. l. nullus eod. tit. de iudæis. C.*

g *c. ſicut Iudæi, 9. de iudæis.* E

h *ca. non poteſt, 24. & ſequenti, pagani, 2. q.*
*7. can. ipſa pietas. 23. q. 4.*

i *non obſtantibus priuilegiis contrariis, Iu-*
*dæis a principibus ſecularib. cõceſſis, Clem.*
*1. de teſtibus c. Iudæi ſiue Sarraceni, 21. de*
*teſtibus, lib. 1. tit. 20. vbi ratio, quia illos* A
*Chriſtianis ſubiicere oporteat, vel ab eis*
*pro ſola humanitate foueri.*

k *c. poſt miſerabilem, 12. & c. quanto. 13. de*
*vſur. Clem. vni. §. fi. eo. tit. de vſur.*

l *d. c. quanto, de vſur. c. de terris, 16. de deci-*
*mis. decimæ quippe reales ſunt, quæ tanquã*
*onus coniunctum tranſeunt cum rebus ad*
*poſſeſſores. c. cum non ſit, 33. de decimis, c.*
*ex literis, de pignorib. Sicuti & iudæi &*
*pagani, tenentur ſoluere canonem a prin-* B
*cipe impoſitum annuum, l. Iudæorum pri-*
*mates, 17. de iudæis.*

m *vide gloſſam ad Clem. vnicam, ad verbũ*
*hæreticum, de vſuris. Hoſt. & alios ad c.*
*quod ſuper his, de voto, vbi & ponuntur*
*caſus, in quibus coërcentur Iudæi, ſiue Sar-*
*raceni, de iudæis.*

## CAPVT V.

*Quare tolerentur Iudæi & infideles inter Chriſtianos.* C

POſſunt eſſe rationes, cur Iudæi permittãtur *a* viuere inter Chriſtianos: prior, vt conſtet hæreticis & ethnicis legem & fidem Chriſtianam, non humana mente ſed ex diuina auctoritate natam, neque confictam, dum hoſtes fidei ſacram ſcripturam etiam inter ſe approbant, & antiquitatém diuinam aſſerunt. Subinde feruntur Iudæi, ne Chriſtiani ipſi, qui nunc (D) ſunt, futuriq; ſunt, & pagani, confictum putent, quæ nouum teſtamentum ſacræue literæ & Eccleſia Catholica de Domino noſtro IESV CHRISTO tradunt: cum in teſtimoniũ adhuc hoſtes fidei Iudęi vagi & diſperſi ſuperſint, donec colligantur, ante iudiciũ poſtremũ diſperſiones Iſrael. Penultimo facit ſpes, qua putamus tandem conuertendos Chriſtianorum exemplo, vt ideo eos patiatur Eccleſia. (E) Et proinde etiam omnibus modis inuitantur ad ſuſcipiendã fidem, vt ſi ſerui ſint, libertas etiã inuitis dominis Iudæis concedenda ſit. *b* Si iã liberi ſint, cõſeruentur in poſſeſſis iã bonis, vt & Sarraceni: *c* indigniq; Chriſtiani effecti non habeantur ad poſſidenda beneficia Eccleſiaſtica, alioquin idonei. *d* Poſtremo & tolerantur, vt Chriſtianis ſubiiciantur *e*



### SCHOLIA.

a *Iudæi dicuntur tolerari, permitti, non au-*
*tem approbari, c. conſuluit. 7. de Iudeis, ex*
*humanitate Chriſtianorum, ca. Iudæi 21.*
*de teſtibus, vltra rationes ſequentes gloſſ. in*
*Clem. 1. ad verbum principum, de teſti-* B
*bus, adfert aliam, tolerari a principibus ſe-*
*cularibus, propter magnum lucrum, quod*
*ex illis conſequuntur, vſus adiecit aliam,*
*quod, quia merito Chriſtiani prohibentur*
*ab vſuris exigendis, mali Chriſtiani per*
*inſtrumenta Iudæorum vſuras exigunt*
*immenſas: ſed vt hoc in fraude legis diuinæ*
*fit: ita & damnabile & acerrime vindi-*
*candum.*

b *c. 1. & fin. de Iudæis.* C

c *c. Iudæi 5. de Iudæis. extrauag. 2. de Iudæis,*
*in communibus.*

d *c. eam te, de reſcriptis.*

e *vt impleatur, quod de illis prædictum,* re-
linquetur vobis domus veſtra deſerta,
&c. *Iſaiæ, capit. 1. & D. Matth. cap. 23.*
*Prædictum & ſubiiciendũ illum populum*
*populo Chriſtiano in figura natiuitatis Ia-*
*cob & Eſau, Geneſ. 25. ibi* duo populi, *&*
*Oſeæ* 2. vocabo non populũ meum, &c. D
*Ex Iudæis tamen ſalus, nempe natus Do-*
*minus noſter Ieſus Chriſtus, diui Iohannis*
*Euangelio. cap. 4. ad Romanos c. 9. Et vt*
*Iudæos præcipue ſaluaret, miſſus Chriſtus,*
*D. Matthæi. cap. 5. & ad Iudæos miſſi pri-*
*mum Apoſtoli, D. Matthæi, cap. 10.*
*qui tamẽ nec Chriſtum nec diſcipulos eius*
*voluerunt audire, D. Matthæi. c. 12. Id-*
*eo conuerſi & hi ad gentes. Et prædixit di-*
*miſſis Iudæis in pertinacia Chriſtus, eii-* E
*ciendos regno Iudæos, & admittẽdas gen-*
*tes, in parabola vineæ, D. Matthæi ca. 27.*
*Orat Eccleſia ſemel in anno in officio diei*
*Sanctæ Paraſceues pro Iudæis & Paganis,*
*quia eo tempore repreſentatur efficacia*
*paſſionis Dominicæ, per quam futurũ eſt,* A
*vt dominus qui fuit crucifixus trahat ali-*
*quando omnia ad ſeipſum. Quia tamen*
*hoc impleri non debet, niſi in fine ſeculi,*
*non addit Eccleſia in fine orationis pro il-*
*lis, Amen, Apoſtolo teſtante ad Romanos,*
*11. quod quando plenitudo gentiũ introie-*
*rit, omnis Iſrael ſaluus fiet, vide Guiliel-*
*mum Durandum. libr. 5. libri rationalis*
*diuinorum officiorum. c. 77. nu. 13.*

# DE HÆRETICIS.

## *a* TITVLVS VI.

a *Agitur de hæreticis, libr. 5 decretalium. tit. 7. in*
*Sext. libr. 5. tit. 2. in Clem. lib. 5. tit. 3. lib. 5. Extra-*
*uag. communium, & Ioannis 22. libr. 1. C. tit. de*
*hæreticis & Manichæis & Sarracenis, de inter-*
*dictis collegiis hæreticorum. Nouella 132. vide &*
*de Samaritanis Nouellã 129. & 144. vt non li-*
*berentur curiali fortuna Iudæi, aut Samarita-*
*ni, aut hæretici occaſione eorum religionis, & c.* C
*Nouella. 45.*

## CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid hæreticus ſit.*

HÆreſis, ex qua hæreticus, Græce ab electione dicitur, quod quiſque eam ſibi deligat diſciplinam, quã ſibi veriorem putat. *b* In ſpecie tamen & in iure Pontificio, (D) hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatuſque ſui cauſa, falſas & nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur, pertinax autem is, qui huius generis hominibus credit, eſt homo imagine quadam veritatis ac pietatis illuſus. *c* Sic hæretici ab errantibus diſtinguũtur. Quare, qui ſententiã ſuam quamuis falſam atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendũt, præſertim quam (E) non audacia ſuæ præſumtionis pepererunt, ſed a ſeductis, & in errore lapſis parentibus acceperunt: quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. *d*

Inter hæreſim & ſchiſma hoc intereſſe dicitur, quod hæreſis peruerſum dogma habeat: Schiſma propter epiſcopalem diſſenſionem, pariter ab Eccleſia ſeparat, *e*

### Scholia.

a *cap. 1. de hæret. lib. 5. titu. 7. hæretici cum a fide catholica deſciuerint, perfectionẽ ſpiritus quam acceperant, amiſerunt. ca. hæretici. 10. & ſequen. 24. quæ. 1. poteſtatem tamen ſacramentalẽ non amittũt, quamuis interdicatur vſus, & peccent ea vtentes, amittunt autem iuriſdictionalẽ. can. Nouatianus 7. q. 1. vide diuũ Thomam. 22. quæſt. 39.*

b *Diuus Hieronymus in epiſtolam ad Galatas, ca. 5. & in can. 27. hæreſis, 24. quæſt. 3. αἱρεῖσθαι eſt anteponere, adhærere alicui ſententiæ, opinari fortiter, ſectam aliquã conſectari, vnde αἵρεσις, ſecta, opinio de aliquo dogmate, ſic αἱρέσεις, plures fuiſſe legitur medicorum & philoſophorum, ſectas, vt Academicam, Peripateticam, Stoicam Epicuream, & ſimiles, & apud Galenum. libr. 1. ad Glaucum hæreſis dicitur, ſeu ſecta methodicorum, epiriticorum, dogmaticorum, vulgaris eſt formula loquendi apud Ciceronem, eſſe in ea hæreſi. pro ſententia firma. Et ſcriptores Eccleſiaſtici hæreſim dicunt, dogma, non conſonum orthoxæ fidei, hinc & αἱρεσιάρχης vel αἱρεσιάρχης, hæreſiarcha, hæreſis auctor, & præcipuus cultor.*

c *Sunt verba D. Auguſtini, in libro, de vtilitate credendi c. 1. reiecta. in c. 8. hæreticus eſt, 24. q. 2. addidi autem verbum pertinax ob ea quæ ſequuntur.*

d *Verba ſunt diui Auguſtini, ſumta ex eius epiſtola 162. Gloria & Eleuſio & aliis ſcriptæ, relata in ca. 29. dixit Apoſtolus, 24. quæ. 3. Quare tria requiruntur, antequã quis puniatur vt hæreticus. primum, quod falſum dogma tueatur, & ita erret in articulis fidei, & contra Eccleſiæ decreta. ca. ad abolendam, de hæreticis 2. quod ſcienter erret, & ita peruerſæ ſit voluntatis. 3. quod pertinaciter defendat, nec ſit corrigi paratus, nam qui paratus eſt corrigi, nõ eſt dicendus hæreticus, vt docet D. Auguſtinus. lib. 18. de ciuita. Dei. ca. 51. & can. 31. qui in Eccleſia, ca. ſchiſma, 34. & ca. 14. hæc eſt fides 24. quæ. 1. c. damnamus, in verbo* pertinaciter, *de ſumma Trinit. Neque poteſt de hæreſi puniri, ſecundum Iaſ. ad Rubr. de ſumma Trinita. C. Requiritur etiam antequam dici quis poſſit hæreticus, vt ſit baptizatus. Siquidẽ Iudæi, Pagani, alieni a fide, non ſunt hæretici. Dubius autem in fide, dicetur infidelis & hæreticus, in ca. 1. de hæret. quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & pertinaciam, propter quam perſeuerauit in illa dubitatione non aliter, vt notat Ioan. Andr. ad d. c. de hæret. quem alii ſequuntur. Sic intelligenda verba Gratiani, Valentin. & Theodoſii CCC. in l. 2. §. fin. de hæreticis. C. dum ſic aiũt,* hæreticorum vocabulo contineri & latis aduerſus eos ſanctionibus ſuccũbere debere, qui vel leui argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite, delecti fuerint deuiare. *Et apud Tertul. de præſcript. hæret. hæretici, a pertinaci ſpiritu in opinione ſingulari ſeparata ab orthodoxa fide, dicuntur, & proinde habent appellationẽ ab auctore ſatæ, vt Manichei a Mane, Euthiciani, ab Eutiche, ita Donatiſtæ & alii: cum tamen orthodoxi, vna appellatione vnius Eccleſiæ nominentur Chriſtiani.* Sic. *In ſumma, vt ait Iuſtinianus. §. 1. Nouellæ* 109. ſacram communionem in Catholica Eccleſia non percipientes a Deo amabilibus ſacerdotibus, *hæreticos nuncupatos.*

e *verba ſunt D. Hieronymi ad Titum. ca. 4. dum explicat illa verba,* hæreticum hominem, *&c. relata in can. 26. inter hæreſim, 24. q. 3. Omnis hæreticus tamen ſchiſmaticus: ſed non omnis ſchiſmaticus hæreticus: Schiſma eſt idem quod ſciſſura, illicita diſceſſio ab vnitate & vniuerſitate fidei. can. 34. Schiſma 24. q. 1.*

Cap.



### Capvt. II.

*Species Hæreticorum.*

HÆretici vniuerſi quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidẽ diuerſas, ſed caudas adinuicẽ colligatas habent: quia de vanitate conueniunt in idipſum. *a* Multiplex hæreſis, *b* quemadmodum errandi a ſcopo multiplex via: vna autem veritas. *c* Nomina multa hæreſium & hæreticorum: quorũ quidam ex nomine auctorum hæreſes appellantur: quidam ex cauſis quas eligẽdo inſtituerunt, vt liquet ex hæreſibus in iure copioſe enumeratis.

Annumeramus quodãmodo inter hęreticos, deſertores fidei, qui apoſtatæ a fide ſunt, *d* qui vel ex fide ad ritus Iudæorum ſe transferunt, *e* vel ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt, *f* vel in Paganiſmum deſciuerunt, *g* qui per ſortilegarum conſilia, iniuriã Sacramento baptiſmatis faciunt ſe rebaptizantes ſanitatis cauſa. *h* ſunt & quædam alia ſortilegia & diuinationes, quæ etiam continent hæreſin manifeſtam, quare & cognitionis Inquiſitorum hæreticæ priuatis cenſetur. *i*

### Scholia.

a *c. excõmunicamus, 13. & c. pen. de hæret.*

b *Porro multiplices cœperunt maxime oriri hæreſes tempore perſecutionum, quando Epiſcopi ad conſilia non potuerũt in vnum conuenire. c. canones. 15. diſt.*

c *adferuntur plura nomina hæreticorum, & errores eorum. in c. 39. quidam autem 24. q. 3. apud Philaſtrium, libr. de hæreſib. & apud Auguſt. lib. de hæretic. in l. Arriani & Macedoniani & toto tit. de hæret. C. §. Gazaros, de ſtatutis & conſuetudine in vſibus feudorum. Nou. 109. in prin. ca. excommunicamus, 15. de hær. & alibi.*

d *l. 2. de apoſtat. C. dicuntur præuaricatores fidei. in can. 24. non poteſt. 2. q. 7.*

e *& iſti habentur etiam inter hæreticos. in c. contra Chriſtianos, 13. de hæretic.*

f *Sic loquitur, l. 3. C. de Apoſtat. & in l. fi. C. eod. tit. ca. 4. de Apoſtatis.*

g *Vt Iulianus Imperator, can. 94. Iulianus 11, q. 3. eius generis apoſtaſiæ cenſentur, qui futilibus ethnicorum credunt obſeruationibus, auguriis, calẽdis, ſortilegiis, ſomniis, can. non obſeruetis 16. & ca. non licet, 26. quæ. 7. qui negat etiam Chriſtum, ponitur inter hæreticos, can. apoſtol, 61. declaratur in ca. exiſtimant, 11. q. 3. niſi ſuppliciis victus, ore quidem neget, corde vero credat, prout explicatur. in can. poteſt fieri, de pœniten. diſt. 1. vide can. non ſolum 11. q. 3.*

h *c. 4. de Apoſtat.*

i *c. accuſatus 8. §. ſane. de hær. in Sext. vbi gl. notat huiuſmodi damnationes & ſortilegia, quæ idolatriam contineant, veluti circa aras idolorum nepharias preces fundere, ſacrilegia eis offerre, dæmones cõſulere, & eorum reſponſa recipere. can. hi qui, 26. q. 2. can. igitur 29. q. 4. ſociare ſibi ad ſortes exercendas hæreticos, vel ſortilegia exercere cum abuſu corporis & ſanguinis dominici, vel ideo puerum rebaptizare, idem puto ſi aliis ſacramentis ad idem quis abutetur.*

### Cap. III.

*Hæreticorum diſtinctio ratione pœnæ.*

HÆreticorũ, quod pertinet ad pœnam, duæ ſpecies potiſſimum conſiderantur: vna eorum, qui ſuſpecti vel accuſati de hæreſi, hæreſim abiurarunt, alia, eorũ qui grauius puniuntur, qui relapſi dicuntur, poſt abiurationem in aliam hæreſim incidentes, *a* vel poſt abiurationem hæreticos receptantes, viſitantes, ſociãtes, vel eis fauentes, *b* etiam ſine adoratione, vt loquebantur hæretici. *c*

### Scholia.

a *Explicat. ca. accuſatus. 8. in princ. & §. 1. de hæret. in Sex. Et hoc verum, ſi quis antea generaliter abiurauerit hæreſin: alioquin enim, ſi ſpecialiter aliquam ſpeciem abiurauerit, & in aliã poſtea lapſus fuerit, non dicitur relapſus, vt ibidẽ glo. notat. ad verbũ* ſimpliciter. *Eſt tamẽ cõſuetudo, vt ſuſpectus de vno artic. cogatur generaliter omnem hæreſim abiurare, quia hæreſis ha-*

*bent caudas alligatas, cap. excommunicamus, in 1. & 2. ſic incipiente, de hæret.* A

b *dict. c. accuſatus. §. ille quoque de hæret. in Sext.*

c *Sic ſequitur d. §. ille quoque, de adoratione hæreticorum. modus adorationis erat more hæreticorũ, dum qui volebãt in numerum eorum tranſire, genibus flexis corã hæreſiarcha petebant hæreticari, & his Hæreſiarcha abnuens imponebat capitibus manum vel volumen Euangelii. Sic enim fa-* B *ctum fuiſſe temporibus hæreticorum Albigenſium, Inquiſitionibus & auditionibus teſtium ſolemnibus didici, quorũ monumenta mihi aliquando data fuerunt eius temporis a reuerendo patre fratre Spiritu Rotero Inquiſitore hæreticæ prauitatis Tholoſæ, cui per aliquot annos dum iuuenis eſſem a conſiliis Iudiciorum eius fui.*

## Capvt IIII.

C

*Ex quo quis dicatur hæreticus.*

HÆreticus in ſumma dicetur, qui committit contra articulos fidei, & contra ea, quę ab Eccleſia determinata ſunt, *a* quiue aliorum errores defendit, *b* vel credit, *c* ſuſpectus vero de hæreſi, *d* vocatus ab inquiſitoribus, vt de fide reſpõdeat, excommunicationis vinculo innodatus, pro eo, quod reſpondere ſubterfugit, aut contu- D maciter ſe abſentat, ſi eam excommunicationem animo contumaci per annum ſuſtineat, ex tunc velut hæreticus cõdemnari poteſt. *e* Quemadmodum & is, qui impedit Epiſcopum & Inquiſitorem, ſi ob id excommunicatus per annum in excõmunicatione perſeueret. *f*

### Scholia.

a *d. c. accepimus. §. 1. de hæret. in Sext. capit. cum Chriſtus 7. eod. tit. diui Matthæi cap.* E 19. ſi non audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus.

b *can. qui aliorum 24. q. 3.*

c *c. pen. §. fi. de hæret. At non reputantur hæretici, qui metu mortis vel tormentorum* A *Chriſtum ore tantum non corde negant: quamuis mortaliter peccent, Calderinus conſil. 4. de hæret. ſolent tamen huiuſmodi reconciliari Eccleſiæ per Epiſcopum, Iulius Clarus lib. 5. ſententiarum, §. hæreſis. nu. 3. vide glo. finalem ad canonem exiſtimant, 84. iuncto textu 11. qu. 3. cano. Apoſtolorum 61.*

d *quia hæreticorum factiones & dogmata, dum incipiũt, clam ſerpunt & ſecreto tra-* B *ctantur, vt liquet l. conuenticulam, 15. de Epiſcop. & Cler. Quare quamuis regula generali, in criminibus accuſandis probationes debeant eſſe luce meridiana clariores. l. fi. C. de proba. in crimine tamen hæreſeos, ſuſpicione leuiore cum argumẽto proceditur. l. 2. C. de hæretic. & Hippolytus de Marſiliis in practica criminali. §. diligenter. nu. 92. ait, quod is apud quem libri hæreticorum reperiuntur, præſumitur hæ-* C *reticus. Idipſum ait Felinus ad cap. ſi quis, Epiſcop. de hæret. veruntamen cum hoc iudicio & præſumtione concurrere debere tradit alias grauiſſimas coniecturas, eo quod permiſſum ſit interdum, ad refutandas hæreſes & malas doctrinas, legere libros, improbatæ alioquin lectionis, in can. legimus 38. diſtinct. Et ego certe etiam in tanto crimine quo inſici poſſet bona fama pii viri, exiſtimarem potius deſiderari fir-* D *miores & apertiores probationes ad ſuſpicionem iudiciorum hæreſeos. Vidi enim in praxi malitias ſæpe & impoſturas hominum, dum prætextu leuis ſuſpicionis quidam voluerunt ſe vindicare de inimicis. Sicque rectius Hoſtienſis in ſumma de hæreticis. §. qualiter deprehenditur, verſi. ergo, ait neminem ſuſpicione vel præſumtione etiam probabili de hæreſi damnari debere. Si quis tamen fama vulgari ſuſpectus* E *habeatur de hæreſi, poterit procedi ad inquiſitionem, vt in aliis criminibus, iuxta ſententiã Angeli. in tractatu criminaliũ. §. fama publica. num. 1. 2. 3. textus eſt expreſſus. ca. 1. §. ſunt huiuſmodi, de cenſibus in Sext.*

e *cap.*



e *cap. cum contumacia, 17. de hæret. in Sex. verum, vt ibi notat gloſſ. debet poni in ſententia excommunicationis, quod pro fide vocatus contumax ſit.*

f *capit. vt inquiſitionis, 18. §. fin. de hæretic. in Sext.*

## Capvt V.

1 *Qui curam gerere debeant, ne hæretici ſint, & de iudicibus hæreticorum.*

CVra & ſolicitudo inquirendi in hæreticos, eoſque tollendi, iure ordinario commiſſa eſt Epiſcopis ſingulis per ſuas diœceſes, *a* quod ſi quis in eo negligens & & remiſſus inueniatur, ab epiſcopi officio deponi, & in locum eius alter ſubſtitui debet idoneus, qui velit & poſſit hæreticam confundere prauitatem. *b* Sunt & alicubi proprii alii iudices, cum epiſcopis poſiti auctoritate ſedis apoſtolicæ, dicti inquiſi- C tores hæreticæ prauitatis, *c* qui cum illis aduerſus hæreticos procedunt, vel coniunctim, ſecundum formulam a iure illis definitam, *d* Subſunt & exemti, epiſcopis in hoc crimine, tanquam a ſede apoſtolica delegatis. *e* Præterquã ſi reus hæreſeos agatur epiſcopus: quia cognitio eius ad ſolum Papam pertinet. *f* Procedunt & in hoc crimine prædicti, nõ obſtante appellatione quæ nõ admittitur. *g* Prohibitum D iudicibus, dominis & poteſtatibus & principibus ſecularibus, officialibuſq; eorum, de hoc crimine cognoſcere, cum ſit mere eccleſiaſticũ, aut iudicare, aut captos pro eodem crimine abſque dictorum epiſcoporum ſeu inquiſitorum, aut ſaltem ſine alterius eorundem auctoritate, vel licentia a carcere liberare, vel ſententiam illorum impedire, *h* quinimo in omnibus eis fauere, & auxilio poteſtati ſeculari eſſe debent, E & ſententias illorum exſequi, *i* Atq; ſtatutum ciuitatis, caſtri, villæ vel alterius loci, per quod negotium inquiſitionis hæreticæ prauitatis, directe vel indirecte, ne in eo procedi poſſit, impediri contigerit, vel re- A tardari, nullius declaratur firmitatis. *k* Quare monendi, *l* & ſi neceſſe fuerit per cenſurã eccleſiaſticã compellendi, qui in ſecularibus ſunt conſtituti poteſtatib. quibuſcunq; fungãtur officiis, vt quẽadmodum haberi & exiſtimari volunt fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publice iuramentũ, quod de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus extermi- B nare ſtudebunt. Quod ſi dominus temporalis monitus & requiſitus ab Eccleſia, terram ſuam ab hæretica neglexerit purgare fœditate, per metropolitanos & cæteros comprouinciales epiſcopos excommunicationis vinculo moderari debet, & ſi ſatiſfacere intra annum cõtemſerit, ſignificari debet Summo Pontifici, vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denũriet eſſe abſolutos, *m* & terrã exponat catholicis oc- C cupandã, *n* qui eam exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentũ opponat. Eadem nihilominus lege ſeruata circa eos, qui non habent dominos principales.

### Scholia.

D a *c. excommunic. 13. §. adiicimus, de hæret.*

b *d. c. excommunicamus, §. fi. de hær.*

c *Inquiſitores generales hæreticæ prauitatis ſunt perpetui, ideo ad certam prouinciam vel generaliter deputati, non amittunt officium, morte Summi Pontificis delegantis, ſed poſt eius mortem perſeuerant c. ne alicui dubitationem, 10. de hær. in Sex. Quale officium huius inquiſitoris eſſe debeat, quando coniunctim aut diſiunctim procedere debeat cum epiſcopis, & quib. præſint. & de aliis eius numeris, proponitur. in c. cũ officiũ 11. de hær. in Sex. & a Bonifacio in c. vt commiſſa 12. & in c. per hoc 17. eo. ti. de hær. in Sex. vbi & docetur horum inquiſitorum delegationem nõ de-*

*rogare poteſtati iudicum Eccleſiaſticorum, ordinariorum. Inquiſitorum creandorum & amouendorum poteſtatem, dedit priori prouinciali prædicatorum ordinis in Lombardia Inno. 4. conſtitutione 9. anno ſui pontificatus 11. 4. Cal. Iunii Aſiſii. vt habetur in Bullario collecto per Cherubinum de Nerua. hodie tamē vt ibi annotat cōſtitutio marginalis, nemo ſolet inquiſitores eligere vel deponere inconſulto ſenatu generali inquiſitionis Romanæ.*

d *d. c. per hoc 17. de hær. in Sex. & in Cler. 1. §. propter quod, eo. tit. in Clem. vbi & de formula procedendi & de poteſtate circa carceres & carceratos inquiſitorum, & in clem. 2. eiuſ. tit. de inquiſitorum ætate, cōcuſſionibus, abuſu & officialibus eorum.*

e *c. ad abolendam, 9. in fine, de hær.*

f *cap. inquiſitionis, de hæretic.*

g *c. vt inquiſitionis, 8. §. vtq; de hæreſi, de hæretic. In Sex. In Gallia tamen ab illis prouocatur ad Curiam ſupremam per viā abuſus, ſi dicatur contra ſacras conſtitutiones & iura Pontificia, vel conſtitutiones regias, a iudice epiſcopo, vel inquiſitore, vel eorum officialib. fuiſſe proceſſum vel iudicatum. Princeps enim Galliæ, vt quilibet alius, debet curare, ne ſub prætextu religionis vel opprimantur innocentes, vel violentur iura pontificia.*

h *d. c. ad abolendam, de hæretic.*

i *quod plene ſtatuitur in c. vt inquiſitionis, 18. de hæret. in Sex. Quamuis autem hoc ibi crimen eccleſiaſticum dicatur, & iure ordinario inhibitum ſit ſecularib. nihilominus tamē alicubi ex delegatione vel priuilegio Summi Pontificis, iudices ſeculares habent eius criminis notionem, taleq; poteſtatē habere præpoſitum pariſienſem tradit Milleus, quem refert Iulius Clarus, lib. 5. ſententiarum iuris, §. hæreſis. n. 4. vbi & addit cōmuni iure contrarium eſſe, & praxim eſſe ſeruatam, vt cognitio pertineat ad Iudice laicum, cum ei ab eccleſiaſtico hæretici tradantur puniedi. Sed & ait nu. 5. poſſe ſeculare iudicē facere detineri ſuſpectos de hæreſi, & eos tradere iudici Eccleſiaſtico.*

A

k *c. ſtatutum, 9. de hæretic. in Sex.*

l *quæ ſequuntur, ſumta ſunt ex ca. excōmunicamus, 13. §. moneātur, de hæret. in Sex. c. ad abolēdā, 9. § f. eo ti. apud Gregorium. Monētur ita principes & excitātur cōtra hæreticos in can. nō inueniuntur, 41. & can. ſicut excellentiā, 48. in fine, 23. q. 4. & per ſententiā excōmunicationis cōpelluntur in c. vergētis. 9. de hæret. Iuramētum etiā illud contra hæreticos a ſubditis & vaſallis exigit Fridericus Imperator, in §. ſtatuimus, de ſtatut. & cōſuet. in vſib. feud. auth. ſtatuimus, de epiſcopa. audien. C.*

B

m *d. c. excōmunicamus. & ca. ſi de hær. c. per venerabilē, de ele. quādo videlicet princeps manifeſte lapſus eſt in hæreſin. nam nulla reconciliatione facta eius cum Eccleſia, alioquin contra cēſentur fidelitates ei & dominia ademta, non minus quam ſi per ſententiā vaſalli fuiſſent ab eius fidelitate abſoluti. ar. c. de illa, de diuortiis, & ſic reſoluit Hoſtiēſis. in d. c. ſi. & ibi Panor. de hær. niſi abſolutio a fidelitate fuiſſet lata ad tēpus, & ſub conditione, puta quandiu principes hæreticos ſuſtinerēt, vel quādiu in errore eſſent, tādiu abſolui a fidelitate eorum ſubditos, vt in c. pe. & fi. 5. q. 6. Sic in §. 1. tit. hic finitur lex li. 2. feudorum ti. 28. Obertus & Girardus dicunt, quod vaſallus dominum excommunicatum vel bannitum a Rege, non tenetur adiuuare vel ei ſeruire, & interim ſit ſolutus ab eius iuramento fidelitatis, niſi ab Eccleſia vel Rege fuerit reſtitutus.*

C D

n *vltra prædicta iura eadem repetuntur, in conſtitutione Friderici Imperatoris. de ſtatutis & conſuetudine §. ſi vero dominus tēporalis, in vſib. feud. tranſ. in authen. ſi vero dominus temporalis, de hæret. (. facit No. Iuſt. 110. de priuilegiis dotis hæreticis mulierib. non præſtan. & quod Leo & Iuſtinus ſtatuerūt, ne hæretici cum vlla participarent militia l. probatorias 9. de diuer. offi. li. 12. C. ti. 60. Tollitur principatus & datur occupāti Chriſtiano principi, quādo Chriſtianus princeps hæreticus factus eſt, nec admonitus reſipiſcere vult, vel ſub ſe patitur hæreticos viuere ſubditos, factus ita erroris particeps. Quare ante moneri debere ſtatuit c. excōmunicamus, moneantur, de hæret. dehinc excommunicari: nec excommunicatio etiam valeret, niſi præcedēte monitione cap. ſacro approbante concilio, 48. de ſentent. excomm. lib. 3. tit. 38. Rurſum poſt excommunicationem ius exigit principum contumaciam, non ſatisfaciendi per annum, antequam terra illorum occupantibus exponatur: dehinc, occupationem non quibuſcunque permittit, ſed eis tantum, qui occupatam ab hæreſibus expurgent. Refert Guichard. libr. 11. hiſtoriarum ſui temporis, Iulium ſecundum, Summum Pontificem Senenſem, edictum in Ludouicum 12. Regem Galliæ pronunciaſſe, quo eum & quotquot illi ſtuderent, omnibus & ſchiſmaticorum & hæreticorum pœnis ſubiiciebat, facta cuique poteſtate, fortunas, regna reſque illorum inuadendi, ex quo ſequuta fuerit regni Nauarræ occupatio. vide Iohannem Tillium in Chronicis Galliarum, & Paulum Iouium in 4. Pius 5. quoque regnum Angliæ proſcripſit, prædæque expoſuit ob hæreſim, anno Domini 1569. Cuius ſententiam poſtea anno ſequente 1570. in feſto corporis Domini Ioannes Feltrinus nobilis, Londini ad fores Epiſcopii publice iuxta ſummum templum affixit: qui poſtea captus, damnatus, in cratē iniectus, ſuſpenſus fuit, funeque ei ſemiuiuo exſecto, multa deinde tormenta expertus, vt ſcribit Sanderus libro de viſibili monarchia. Valde certe metuenda hæc regnorum cenſura, & in qua grauiſſimæ, & vt, quod ſentio, dicam, immedicabiles præcedere debeant hæreſes, vel aliæ cauſæ, quæ non ſolum principes ſed etiam populum inficiant. Alioquin ſi ex ſola cauſa vel delicto vt contumacia principis, tanta maledictione prædæ cuiuſque populus exponatur, medicina, tantum abeſt, vt proficiat, quin contra aditum infinitū & irreparabilibus malis dabit, cum mutatio rerū publicarū & principatuum, ſoleat turbare ita ſtatū publicū & priuatū, vt antequam conſiſtere poßit & quieſcere & in tranquillum peruenire ſtatum, boni cum malis pereant, & mali deteriores reddantur, & ira in furorum, furor in deſperationem, contumacia in hæreſin, & ſchiſma in atheiſmum tranſeat. Omitto exempla plura: ſufficiet Anglia, maxime antea catholica, quæ ob crimen adulterii Regis Henrici 8. primum ob repudiatam legitimam vxorem, non conceſſa ſecunda, lapſa ob Regem contumacem in ſchiſma contra ſummum Pontificem: dehinc ob excommunicationem & interdictum in hæreſin, & poſt expoſitionem eius in prædā, in tantam ſæuitiā, vt crudelior perſecutio Chriſtianorum fere nunquam extiterit: extant hac de re hiſtoriæ & Pontificum excuſſæ cenſuræ, quas vt cognitas pertranſeo, vt ea quæ in aliis expoſitionibus regnorum acciderint, ne moueam camerinam. Sunt etiam, vt opinor ſummi Pontifices, in hac re vigilantiſſimi, qui & præuidere debent, Reges impiiſſimos etiam habere gladium & ſocios impietatis, quibus hoſtiliter aggreßi ab extraneis, quibus terra illorum exponitur, & cogunt nos bonos in defenſionem patriæ armari. vnde tot cædes bonorum cum malis, tot viduarum, orphanorum, & incendiorum, oppreßionum, cadauerum reliquiæ luctuoſißimæ.*



E

## CAPVT. VI.

*Modus procedendi contra hæreticos.*

IN negotio inquiſitionis hæreſeos, proceditur ſimpliciter, & de plano, & abſq; aduocatorum ac iudiciorum ſtrepitu & figura. *a* In fauoremque fidei admittuntur teſtes in inquiſitione facienda excommunicati, participes vel ſocii criminis, præſertim in defectum aliarum probationum, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium & perſonarum, tam

deponentium quam eorum contra quos A deponitur qualitate, ac aliis circumſtantiis, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur. *b* Eodemque modo, quo contra hæreticos ipſos, ſic & procedere contra eorum receptatores, fautores & defenſores, nec nō contra infamatos de hæreſi vel ſuſpectos, & qui eis communicant. *c* Cæterum inquiſitores hæreticæ peſtis a ſede apoſtolica deputati, de diuinationibus aut ſortilegiis, niſi manifeſte hæreſin ſaperēt, B non debēt ſe intromittere, aut punire, ſed debent relinquere, qui tales ſunt, ſuis iudicibus puniendos. *d*

S c h o l i a.

a *cap. ſtatuta, 20. de hæreticis in Sex. vbi Glo. ad verbum* figura, *docet quis per illam clauſulam contineatur*, ſine ſtrepitu & figura iudicii, *quibus amitti non poſſet ex ordine iudiciorum. Idipſum explicant* C *glo. in extrauagante ad reprimendam, quomodo in crimine læſæ maieſtatis procedēdum ſit, in collatio.* 10. *poſt librum Feudorum tractatio. & de examinatione teſtium in cauſis inquiſitionis fidei, in c. vt officium,* 11. *§. verum quia, de hæreticis, in Sex.*

b *cap. in fidei fauorem,* 5. *& ca. accuſatus,* 8. *§. licet, de hæretic. in Sex. hæc eadem recepta in grauiſſimo crimine Simoniæ, & qui-* D *buſdam aliis, ad eorum deteſtationem. vt in cap.* 1. *de teſtib. in Sex. c. tanta eſt labes,* 7. *de ſimonia, ca. ſi quis,* 6. *q.* 1. *c.* 1. *de confeſſis, c. per tuas,* 32. *de ſimon. Notat & Speculator titu. de accu. §.* 1. *& §. item repellitur qui fuit, &c. caſus in quib. auditur ſocius contra ſocium.*

c *ca. didicimus, §.* 31. *§. inuenimus, & ca. ſchiſma,* 24. *q.* 1. *Sic qui reſiſtit inquiſitoribus fidei, & ob id excommunicatus remā-* E *ſerit in excommunicatione per annum, pro hæretico habetur. c. vt inquiſitionis,* 18. *§. fi. de hæreticis in Sext. ſic defenſores, receptatores, fautores, hæreticis connumerantur, c. excōmunicantes,* 13. *§. credentes, & c. pe. & fi. c.* 2. *§. hæretici, c. vt officium,* 11. *de hæreti. c. accuſatus,* 8. *§. ſacerdotes, eo tit. in Sex.*

d *c. accuſatus,* 8. *§. ſane, de hær. in Sex. vbi gl. numerat caſus ſortilegii, qui redolent manifeſtam hæreſin, vide Iulium Clarum, lib.* 5. *§. hæreſis, nu.* 24. *Oldradum conſ.* 210. *de afflictis ſuper* 1. *conſtitutionum regni, rubrica,* 1. *num.* 17.

## C a p v t. V I I.

### *Pœnæ Hæreticorum aliquæ.*

HÆreticorum crimen, & illis viuentib. 1
& poſt mortem, in iudicium venit: *a* pœna multiplex: *b* etenim excommunicantur & anathematizantur, *c* ſocietas & communio cum illis vetita: *d* conſilia eorum & congregationes illicita cōciliabula habita: *e* prohibetur aduocatis, notariis patrocinari vel adeſſe hæreticis, & eorum C fautoribus ſub pœna infamiæ, *f* non ſunt vocandi hæretici ad conſilia & officia publica. *g* Reprobātur ſacrificia hæreticorū: *h* denegatur illis actio, *i* acta illorum reſcinduntur: *k* damnatiſq; illorum libris, & eorum ſententiæ damnatæ cenſentur: *l* credentes, receptatores, defenſores, fautores hæreticorum, *m* excommunicati, ſi ſatiſfacere intra annū neglexerint, ex tunc ipſo iure ſunt infames. *n* Nec ad eligendos ali- D quos, *o* nec ad teſtimonium *p* admittūtur: ſunt inteſtabiles: *q* nec teſtādi habet facultatem, *r* nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedunt, *s* nec in iudicium conuenire, illi autem conueniri poſſunt, *t* Iudicis hæretici ſententia non valet, nec cauſæ ad audientiam eius deferri debent, *v* hæretico aduocato adimitur patrocinādi licentia: *x* tabellio authenticam facere nequit ſcripturam, & inſtrumenta auctore damnato E damnantur, *y* Clericus ab omni officio, & beneficio deponendus: *z* non exhibentur Sacramenta a clericis hæreticis: *aa* Hæretici non ſunt tradendi ſepulturæ Eccleſiaſticæ; *bb* eleemoſynæ & oblationes per illos factæ ab Eccleſia reiiciuntur, *cc* priui-



legiati hæretici priuilegia amittunt, *dd* A non habent liberos in poteſtate, *ee* bona hæreticorum confiſcantur, nec filiis etiam orthodoxis reſeruantur: *ff* cōfiſcatio porro iure pontificio bonorum hæretici laici, fiſco principis temporalis adiudicatur: clerici vero Eccleſiæ a qua hæreticus ſtipendia perceperit. *gg*

S c h o l i a.

a *Sic poſt mortem in illos inquiritur, reprobantur, & excommunicantur, in ca. fi.* 24. B *q.* 2. *bonaq; eorum poſt mortem confiſcantur. c. accuſatus,* 8. *§. in eo vero, de hær. l. Manicheos,* 4. *§. in mortem, de hær. Conſt. Harmenopulus. li.* 6. *Procheiru* 11. *quemadmodū in crimine læſæ maieſtatis principis accidit, in quo, & in mortuos inquiritur. l. fi. C. ad l. Iul. maieſta. grauius autem eſt diuinam quam humanam offendere maieſtatem. Authen. Gazaros, C. de hær.* C *neq; quicquam viuentibus hæreticis, & ad Eccleſiam Dei non redeuntibus proficiunt ad obtinendum regnum cœlorum bona opera; imo nec pro Chriſto pati, ca. fi. de pœni. diſt.* 3. *ca. ſolet, de conſ. diſt.* 4. *c.* 2. *de hæreti. ca. vide quantum bonum,* 1. *q.* 1.

b *Pœnas plene tractat practica Carcerii, in tractat. de hæreticis, num.* 132. *Simancas tracta. de hæreticis.*

c *c. ad abolendam,* 9. *c. excōmunicatus,* 13. D *& c. pe. de hæ. loco excommunicationis iure ciuili per ſeculares poteſtates ab vrbibus & prouinciis expelluntur, & illis congregationes & conuentiones interdicuntur. l.* 2. *§.* 1. *& fi. de ſum. Tri. & fid. Cath. C. l.* 3. *C. de hær. & No.* 37. *de eccleſiis conſtitutis in Africa. l. Arriani. l. Manichæos, C. de hær. Et Samaritani baptizati, & ad ſuum redeuntes errorem proſcribuntur, &* E *in exilium perpetuum relegantur, in §. ſed etſi qui, No.* 144. *de ſamaritanis. & quia excommunicati ſunt hæretici, qui eos non euitat ſciens, excommunicatione quoque percellitur. c. excōmunicamus,* 13. *§. credentes, de hære. ca. qui excommunicauerit,* 11. *q.* 3. *c. quod in dubiis, de ſent. excom. Prohibitum, etiam iure ciuili, ne hæreticis ad conueniendum locus detur: cantumq; de locis illorum confiſcandis, & deſtruendis, & puniendis illis, qui loca præbuerint. l.* 2. *§. fin. de ſumma Trinit. & fid. Catho. l. cuncti,* 3. *C. de hære. l. omnia,* 5. *de paga. & ſacri. eorum. §. nulla, No.* 43. *& §. atſi orthodoxus, No.* 131. *& No.* 132.

d *Vt proxime diximus, & can. omnis qui recedit,* 24. *& ca.* 26. *quæ dignior domus,* 24. *q.* 1. *ca. clericus, ca. cum quibus,* 24. *q.* 3. *ca. nullus eorum, ca. ſi quis infidelis, §. hoc de, & ca. ſæpe malorum,* 18. *q.* 1. *Scribit, & Diuus Iohannes* 2. *epiſtola c.* 1. ſi quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec ei dixeritis aue, qui enim dixerit ei aue, communicat eius operibus. *Quod, & ipſe Apoſtolus facto firmauit, dū enim in balneo reperiſſet, Cherintum hæreticum, ſubito receſſit. Idipſum, & eius diſcipulus Polycarpus in perſona Macedonis hæretici obſeruauit, vide Irenæum li.* 3. *c.* 3. *Euſebium, lib.* 4. *c.* 14. *docuit & D. Matthæus, c.* 19. Si non audiuerit Eccleſiam, ſit tibi tāquam ethnicus & publicanus: *& Diuus Paulus ad Titum, c.* 3. *verſ.* 20. Hæreticum hominem, poſt vnam vel alteram admonitionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. *Iubet & idem vitari hæreticos ad Romanos c.* 16. *verſ.* 17. *& ad Timotheum c.* 2. *verſ.* 17. *& c.* 3. *verſ.* 5. *&* 2. *ad Theſſa. c.* 3. *verſ.* 14. *D. Matthæi, c.* 7. *verſ.* 15. *l. Deo nobis,* 42. *§. his ita diſpoſitis de epiſ. & cle. C.*

e *ca. clericus. cauſa* 24. *q.* 3.

f *c. ſi aduerſus,* 11. *de hære. videlicet ſi conſtaret clientem eſſe hæreticum, non autem ſi aduocatus vellet oſtendere, eum talem non eſſe; nam tunc deberet inquiſitor dare facultatem aduocandi pro eo, Iulius Clarus, libr.* 5. *ſententiarum iuris, in §. hæreſis, numero* 19.

g cap. cum quibus, 24.q.3.c.excommunica- A
mus,§.credẽtes,de hær.c.2.§.hæretici, eo.ti.
in Sex. ideo nec ad officia publica vocandi
vel admittendi, l.probatorias, 9. C. de di-
uerſis officiis,li.12.C.tit.60.l. Archigeron-
tes,5.l.nemo vel in foro,15.l. iubemus,19.
de epiſcopa. audien. C.l.fi. de poſtulan. In
Laertii Cherubini Bullario, referuntur
tranſcriptæ conſtitutiones,de pœnis hæreti-
corum inter cæteras,eſt Gregorii,9.S.Põ-
tif.nu.3.per quam hæretici priuantur cum B
infamia teſtimonii iure, actionibus legiti-
mis, aduocatione, ſepultura, beneficiis,&
filii quoque eorum, & prohibetur, ne illis
dentur officia aut beneficia. Idem ſtatu-
tum,in conſtitutione 2. Inno. 3.incip. .iiſ-
que,&c.in cõſtitutio.Inno.4.incip. exſtir-
panda, & conſtitutione 8. cum aduerſus,
& c. in conſtitutione Honorii 4. exhibita
nobis, & c. & conſtitutione 41. Pauli 4.
inci. cũ ex Apoſtolatus, & Gregorii 13. C
cõſtitutio.68. in eccleſiis in dicto Bullario.

h ca. odi, & ca. didicimus, §. Sacrificia, eo-
rum,24.q.1. quia ita miniſtrare non poſ-
ſunt, vt quod gerant ratum habeatur ſe-
cundum explicationem,ca.ſic populus,61.
& ſeq. vſque ad 74.1.q.1. Sacramenta ta-
men Eccleſiæ in forma Eccleſiaſtica ab or-
dinariis tradita, bona ſunt; quia nõ huma-
na ſed diuina ſunt, 13.q.4. Attamen Ca-
tholici non debent ſcienter ab hæreticis Sa- D
cramenta recipere, etiam in neceſſitate, ca.
ſi quem forte,3.& ſeq.24.q.1.

i c.ſi.c.excõmunicamus,13.§.credẽtes,de hær.

k c.1.de ſchiſmati. Prælatus tamen ſchiſma-
ticus vel hæreticus effectus, nõ amittit cha-
racterem. vide ca. Nouatianus, 7.q.1.D.
Thomam, 2.2.q.29. quamuis hæretici nõ
habeant ſalutem in ſe, nec poteſtatem in a-
lios. ca. quodcumq; & ca. vbi, 24.q.1. nec
excommunicare aut condemnare poſſunt E
catholicum, ca. ait, cum 2. ſeq. 24.q.1. poſ-
ſunt autem hæreticum. can. miramur, 81.
eadem 24.q.1.

l c.fraternitatis, 4. de hære. ca, 6. nullus ana-
thematizatorum. 3.q.4. ca. canones, 16.
d. c. in primis, §. Montanus 15. diſt. l. da-
mnato. 6. §. nec vero, l. quicunq;, 8. §. nulli
inſuper, de hæretic. C.l. 2. §. 2. de ſumma
trinit. C. §. ſit itaq; & ipſe, No. 42. de depo-
ſitione Anthymii Seueri, &c. Quare hu-
iuſmodi libri & alii improbatæ lectionis
ſunt comburendi publice ante oculos Epi-
ſcoporum. l. Mathematicos, 10. de epiſco.
audien. vt factum actorum c.19. verſ. 18.
& memorat Liuius lib. 29. ſtatutum olim
de libris nouæ religionis Romæ. Is etiam a-
pud quem libri hæreticorum reperiuntur
præſumitur hæreticus, vt ait Archid. ad ca.
1.24.q.1. in ca. fin. 24. q. 1. per illum tex-
tum, ſi alioquin quædam graues ſuſpiciones
concurrant, & niſi facultas legendi con-
cedatur.

m hæc quæ ſequuntur probantur in c. ex-
communicamus, 13. §. credentes. de hær. &
ſimiles pœnæ etiam reperiuntur contra hæ-
reticos, in ext. quadam Gregorii 9. incip.
excommunicamus, & in l. Friderici. in-
ci. Catharos, & in literis Apoſtolicis poſt
directorium inquiſitorum.

n Excõmunicati enim notorie infames ſunt,
c. infames, 6. q. 1. hæreticos autem eſſe ex-
communicatos ante docuimus.

o c.excõmunicamus, §. credentes, de hæretic.

p A teſtamento, & accuſatione repelluntur
hæretici, d. §. credentes, c. 1. definiuimus, 4.
q. 1. diſtinguit autem Iu. N. 45. vt non li-
berentur curiali fortuna Iudæi, & c. §. fin.
num inter orthodoxos teſtimonium perhi-
bendum ſit, vt tunc hæretici non poſſint te-
ſtimonium præbere. An autem inter ca-
tholicum & hæreticum ſit lis & tunc poſſit
pro catholico contra hæreticum dicere, non
autem pro hæretico contra catholicum: aut
ſit quæſtio inter hæreticos pro illis teſtari.
Relatum & idipſum, in can. 26. ſi hæreti-
cus, 2. q. 7. vbi gloſſa videnda: idem, in l.
quoniam nulli iudices, 21. C. de hæretic.
vbi tamẽ excipiũtur Manichæi, Barba-
tiæ, Pagani, Samaritæ, Montani; quibus ob
reatum omnis legitimus actus, & omnino
teſtimonium interdicitur: hæreticum et-
iam



iam non poſſe accuſare Chriſtianum di- A
ctum in can. 25. pagani, 2. q. 7.

q d. §. credentes, c. excommunicamus, de hæ-
ret. ſic in nouella 144. Iuſtinia. §. 1. inhibi-
tum eſt hæreticis, teſtari, vel legare; & ne-
gotiatio cum illis prohibita. c. ſicut, de hæ-
ret. Item in l. Manichæos, 4. §. præterea, de
hæretic. emendi, vendendi, donandi, & cõ-
trahendi, de hæreſi Manichæorum conui-
cto adimitur poteſtas, improbantur & ibi-
dem teſtamenta, & codicilli eorundem. In- B
teſtabiles, vocari poſſunt hæretici, ἄτιμοι, κα-
τάρατοι, indigni omni fide, & conſortio ho-
minum, & omnium actuũ, qui ex fide ho-
minum geruntur, deteſtabiles, exſecrandi,
vt notat Porphyrio ad Satyram, 3. libri 2.
ſermonum Horatii, ad illa verba:

Vter ædilis fuerit, vel prætor, is inteſtabi-
lis, & ſacer eſto.

Et apud Nonium Marcellum, inteſtatus
qui ſine teſtamento perit, & is cuius verbis C
fides non habetur: & in d. §. credentes, inte-
ſtabiles, vt hic explicantur, qui nec teſtan-
tur, nec ex teſtamento capere poſſunt. vt in
l. cũ lege quis, 26. de teſtamentis, lib. 28. P.
tit. 1. explicat latius Vlpia. in l. is cui. l. 18.
§ fin. eo. ti. iuncta l. lex Cornelia 5. §. ſi quis
librum, de iniuriis, lib. 47. titu. 10. & l. ob
carmen, 21. de teſti. li. 22. P. ti. 5.

r Id eſt, ſunt incapaces vltimarum volunta-
tum nec vlli ſuccedere poſſunt, nec poſſunt D
inſtitui, c. ſi quis Epiſcopus 5. & c. in alios,
6. de hæretic. de manichæis. idipſum iure
ciuili expreſſe cautum, l. Manichæis, 4. §.
ipſos quoq; volumus, de hæretic. C. & de a-
liis in l. Arriani, 5. §. ſi quis ipſos, eod. tit. &
nouel. 144. §. 1. l. 3. C. de apoſta. Hæretici ita
non ſuccedunt ab inteſtato etiam parenti-
bus, orthodoxi autem ſuccedunt etiam pa-
rentibus hæreticis, l. cognouimus, 19. de hæ-
retic. §. enimuero, cum ſequentibus, nouell. E
115. & in §. hæc autem communia. nouel-
la, 118. & in §. . nouellæ 144. Sed, & qui
hæreticis teſtamento ſucceſſiones relinquũt
etiam poſt mortem anathemate puniun-
tur, c. ſi quis Epiſcopus, 5. de hæreticis.

s Iam dictum, & in §. credentes, cap. excom-
municamus, de hæreticis.

t Dicto §. credentes.

v Quemadmodum de excommunicato iu-
dice explicat Panor. ad c. poſt ceſſionem,
de probatio. gloſſ. iuncto textu, in c. ad pro-
bandum, 24. de ſentent. & re iudic. ad ver-
bum, innodatus, ſi modo ſit vere probatus
hæreticus; alioquin ſi pro catholico habere-
tur, acta tenent. argumento. l. Barbarius,
de offic. prætor. P. l. 1. C. de teſtam. ca. infa-
mis §. tria, verſ. veruntamen ſi ſeruis, 3. q.
7. Publice autem excommunicati, acta
proculdubio non erunt valida, d. c. ad pro-
bandum, de re iu. & c. exceptione, de exc.
vbi de hoc.

x Dicto §. credentes, & l. fina. de poſtula. libr.
2. C. l. nemo, 15. de Epiſcop. audien. C.

y Dicto §. credentes.

z Dicto §. credentes, neque debent aliquid
Eccleſiæ poſſidere, qui præter Eccleſiæ Ca-
tholicæ communionem nomen ſibi Chri-
ſtiani in vanum vſurpant, can. quo iure,
§. legantur, 8. diſtinct. Albericus in repe-
titio. Rubricæ, de hæreticis. §. quæſtione,
tradit hæreticum priuari ipſo iure benefi-
ciis, quod firmat pluribus Iohannes Ber-
nardus Diaz, in practica criminali cano-
num. cap. 106. & Nicolaus de Milis in
ſuo repertorio, in verbo, hæreticus: quo-
rum dicta intelligenda ſunt de hæretico
conuicto & condemnato; ſecundum ea
quæ tradit Philippus Francus ad cap. vt
commiſſi, de hæreti. in Sex. expreſſe priua-
tio beneficiorum & inhabilitas inducitur
ex hæreſi: non ſolum in hæreticis, ſed etiam
in filiis eorum & fautoribus in cap. 2. §.
hæretici, & §. ad hæc quoſcumque, de hæ-
reticis in Sexto.

aa Dicto §. credentes, verſ. ſane clerici can.
nec quiſquam, 24. quæſtio. 2. cap. excom-
municans, de hæretic. ſic & excommuni-
catio excludit hominem a ſacramentis
Eccleſiæ, cap. Engeltrudam, 3. quæſt. 4. ni-
ſi pœniteat, cap. ſuper eo. quarto, in fine, de
hæretic.

bb *Dicto §.credentes,verſ.* ſane clerici, *facit,can. Eccleſiam, 27. & ſeq. de conſecr. diſt. 1. non ſunt ſepeliendi hæretici ſepultura Eccleſiaſtica in cœmeterio conſecrato niſi abſoluantur: quia cum quibus viuis nõ communicauimus, non debemus communicare mortuis. c. ex parte, 15. in fine, & c. ſacris, 12. de ſepulturis, lib. 3. tit. 28. cap. 1. & 2. 24. q. 1. & ſi de facto hæreticus fuerit ſepultus in cœmeterio, debet exhumari, dicto c. ſacris, & pollutum cœmeterium recõciliari, c. conſuluiſti, 7. de conſecration. Eccleſ. vel altar. lib. 3. tit. 40. Si tamen ſchiſmatici aliquos tempore ſchiſmatis alioquin bonos ſepelierint, non ſunt ideo exhumandi. c. 2. de ſacrament. non iteran. lib. 1. tit. 16. Nec tamen habemus rationem eius quod legitur in nomocanone, c. 12. tit. 2. hæreticos vt cæteros legitimo modo ſepeliẽdos, ex Martiani Cæſaris lege. Nam etſi humanitatis prætextum, & fucum fecerit, tamen aliena eſt a ſanctionibus Eccleſiaſticis, & ſic nomocanonis verba non admittuntur, niſi ibi addas negatiuam, quod plures faciendum putant, & ego probo.*

cc *d. §. credentes, ſic de raptorum oblationibus, qui excommunicati ſunt, reſcriptum, c. 1. 2. 3. de rap. lib. 5. P. tit. 7. de vſurariis, in c. 3. de vſu. lib. 5. tit. 19. Sunt & alii plures caſus in quibus Eccleſia reiicit oblationes offerentium, quos notat gloſſa in can. oblationes, 2. ad verbum,* dona, *90. diſtinction can. miror, 17. q. 4.*

dd *Dict. §. credentes, & c. decreuit, de hæretic. in Sex. l. 1. C. de hæretic. Nouella* 109. *& 45.*

ee *cap. 2. §. final. de hæreticis in Sexto.*

ff *c. vrgentis, 10. de hære. vbi rationes adferũtur, exemplo maxime criminis læſæ humanæ maieſtatis, in quo hoc ſeruatur: & grauius ſit diuinam quam humanam offendere maieſtatem, vt liquet ex ca. quæro, §. verum, & ca. ſi quis cum mulieribus, 6. q. 1. l. quiſquis, ad l. Iul. maieſt. C. authen. de hære. C. l. 1. C. de apoſt. quod & ſuaſit enormitas ſeu grauitas criminis, cũ alioquin in confiſcationibus, ob alia crimina, habeatur ratio liberorum damnatorũ, eo. tit. C. hinc pendet diſputatio, c. filii vel hæredes, 3. de hæreticis in Sexto.*

gg *c. excõmunicamus, 13. §. damnati vero, de hær. Felinus tamen, ad c. irrefragabili, §. cæterum, nu. 5. de offi. ord. ait, talem conſtitutionem ſublatam fuiſſe per quaſdam extrauagantes Pontificias, ſtatuentes bona confiſcata hæreticorũ diuidi debere æquis portionibus inter Romanam Eccleſiam, Epiſcopum & inquiſitorẽ: verum nec hoc hodie ſeruatur in Praxi etiam in Hiſpania, ſed tantum bona applicantur fiſco regio: vt tradit Didacus lib. 2. reſolutionum, cap. 9. num. 12. In Gallia illud ipſum obſeruari vidi Tholoſæ, verum inquiſitores ſolebant quædam adiudicare Capellæ inquiſitionis vel Epiſcopi ex bonis damnati, idque vt eſſent in promtu pecuniæ ex quibus negotia fidei expediri poſſent. In ducatu Mediolanenſi bona damnatorum hæreticorum diuidi inter fiſcum ducalem, Epiſcopum, & inquiſitorem ex conſuetudine tradit Iulius Clarus, libr. 5. ſentẽtiarum iuris. §. hæreſis, num. 13. aliæ tamen ſunt ſententiæ interpretum in adiudicatione bonorum confiſcatorum hæreticorum Epiſcopo, & Eccleſiæ vbi habuerunt clerici hæretici ſtipendia, quas vide apud Ioannẽ Bernardum Diaz, in practica criminaliũ canonum, c. 106. Alexan. 4. conſtitutione 22. In Bullario collecto per Cherubinum, ſtatuit bona hæreticorum, credentium, & fautorum confiſcata, & vendita, eorumq; pretium ad opus Romanæ Eccleſiæ conſeruari, de quo & ſanciuit Innocentius 4. conſtitutio. 3. incip.* teneatur, *in eodem Bullario.*

## Caput VIII.

1 *De ſuſpectorum lapſorum, & relapſorum hæreticorum quibuſdam aliis conſiderationibus in pœnis.*

2 *Et de abiuratione, de degradatione.*

IVuentuti ſola ſuſpicione notabiles de hæreſi, niſi ad arbitrium epiſcopi iuxta 1



conſiderationem ſuſpicionis, qualitatiſq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ, cui hæretici, ſubiacent. *a* Deprehenſi in errore, ſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis illius publice conſenſerint abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere, pœnas hæreticorum mortis & confiſcationis bonorum euitant, & abſolui poſſunt. *b*

2 Porro qui ab aliqua hæreſi ad orthodoxam fidem reuertuntur, ſcripto negare debent hæreſin ſuam, & confiteri Catholicam fidem. *c* Quod ſi pertinax ſit hæreticus manifeſte in hæreſi deprehenſus, ſi clericus ſit, vel cuiuslibet religionis obumbratione fucatus, totius ordinis prærogatiua eſt nudandus; & ſic omni officio & beneficio Eccleſiaſtico ſpoliatus, ſecularis relinquitur arbitrio poteſtatis animaduerſione puniendus: laicus autem, ſecularis, arbitrio iudicis relinquitur, *d* vel ab Eccleſiaſtico iudice ad perpetuam agendam pœnitentiam, carceri perpetuo adiudicatur. *e*

3 Verum cum ſacerdos aut alius in maioribus ordinibus conſtitutus, pro crimine hæreſis erit curiæ ſeculari relinquendus, aut perpetuo carcere concludendus, debebit ab Epiſcopo proprio conuocatis Abbatibus aliiſque prælatis ac religioſis perſonis, exauctorari ſeu degradari. *f* Et hæc ad pertinaces hæreticos pertinent, quibus propemodum in pœnis ſimiles ſunt relapſi, qui poſt abiurationem erroris, vel qui poſtquam ſe proprii antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſin *g* recidiſſe, qui & ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia ſunt relinquendi. Si qui ſint preſbyteri aut diaconi, qui vel in Eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi ac rebelles contra Eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a Pſeudoepiſcopis ordinati fuerint: ea conditione eos ſuſcipi conuenit vt communicent laicis. Neque enim huiuſmodi reuertentes placuit ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra Eccleſiam rebellauerint, *h* pro magno vero beneficio conceditur ei, qui ſe hæreticæ communionis contagione maculauerit, ſi ademta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenietur ordine, permanere permittatur. *i* Aliquando tamen plenius diſpenſatur cum redeuntibus, vt in ſuſceptis ordinibus recipiantur, & ad maiores, vſque ad ſacerdotium promoueri poſſint: *k* imo & maiori in conſuetudine & pleniſſimo beneficio, ſi vere redeant & ex corde, Epiſcopatuum & maiorum dignitatum Eccleſiaſticarum conſequendarum, poteſtas fit. *l*

### Scholia.

a *c. ad abolendam, 9. §. qui vero inuenti, de hæretic.*

b *Dicto c. ad abolendam, nam qui parati ſint accipere correctionem erroris, non ſunt hæretici, cap. 29. dixit Apoſtolus, 24. qu. 3. admittitur autem iſta pœnitentia vſq; ad ſententiam, non vltra in Hiſpania, vt ait Simancas, tracta. de hæreticis c. 46. nu. 11. alii autem dicunt pœnitentes erroris eſſe audiendos etiam poſt ſententiam, quorum ſentẽtia, & mitior & communior dicitur, & in Praxi ſeruata ſecundum Boërium, deciſ. 143. nu. 3. & 4. Vide Iulium Clarum lib. 5. ſent. § hæreſis, nu. 9. Textus tamen, c. ad abolendam, ait, tempus abiurandi, & pœnitendi, continuo eſſe poſt deprehenſionem erroris, & vt ſponte fiat: ſponte autem fieri non videtur, ſi poſt ſententiam condemnatus velit reſipiſcere: quia videretur metu pœnæ reſipuiſſe. Cæterũ mitior pœna erit tenenda, potiſſimũ quod Eccleſia nemini claudat gremium, l. inter claras, circa finem de ſumma trinita. & fide cathol. & dat veniam pœnitentibus. l. Manichæos, de hæret. C. addunt tamen in eo caſu quo euitaretur, mors pœnitentia ſera: nihilominus damnãdum tarde recognoſcen-*

tem errorem ad perpetuos carceres, aut poſ- A
ſe mitigare ſeu temperare vel commutare
pœnam iudicem, per c. vt commiſſi, de hæ-
re. in Sex. vide Clarum prædicto loco. Pro-
culdubio autem vt plerumq́, reuerſis, &
ab initio ſponte errorem confitentibus, im-
ponitur pœna leuis abiurationis, ſi non ſint
notorii vel condemnati, quibus tum gra-
uior pœna imponeretur. Quod vero perti-
net ad confiſcationem bonorum, in quam
incidunt hæretici, bona eis aut filiis eorum B
non reſtitui poſt conuerſionem ſeu pœni-
tentiam placuit, niſi ad cor redeuntibus &
abnegantibus hæreticorum conſortium, a-
liquis illorum miſereatur. c. vergentis, de
hære. Sed Paris conſilio 2. nu. 185. ait, ſen-
tentiam communem eſſe, vt quando hære-
ticus ante ſententiam pœnitere, & abiura-
re hæreſin paratus eſt, ſi modo relapſus non
ſit, euitet non tantum pœnam mortis, ſed
etiam confiſcationis bonorum, quam ſe- C
quitur Iulius Clarus, lib. 5. ſententiarum
iuris, §. hæreſis, nu. 8. & mihi videtur eſſe
textus expreſſus, in cap. ſtatutum, 15. §. fi.
de hære. Cum reincorporati, & abiurantes,
vel parati abiurare hæreſin & ſe corrigere,
& eorum filii eximantur a pœnis contra
hæreticos ſtatutis.

c c. 4. conuenientibus, c. quoties, c. maximũ,
c. ſi quis 1. q. 7. forma abiurationis datur in
c. ego Berengarius, de conſe. diſt. 2. c. his qui D
tempore, 26. q. 6.

d c. ad abolendam, 9. & c. penult. §. 1. de hæ-
reticis. Quando autem quis relictus eſt
curiæ ſeculari, imponitur de conſuetudine
pœna mortis, a iudicibus ſecularibus, nem-
combuſtionis, vt concludunt communiter
interpretes, & refert Iulius Clarus lib. 5.
ſententia. iuris §. hæreſis, nu. 8. vide gloſſ.
ad c. penul. §. damnati, ad verbum, puni-
endi, de hæretic. morte etiam damnandos, E
& tollendos hæreticos colligitur ex Deute-
ro. c. 13. verſ. 5. & c. 16. verſ. 40. & 4. Re-
gum. 10. verſ. 25.

e c. penul. & fin. de hæreti. c. 1. & c. vt com-
miſſi, verſ. & illorum, eo. ti. in Sex. c. accu-
ſatus, 8. §. fin. eo. tit. Perpetuus carcer, qui
& immurato dicitur, eſt pœna canonis,
introducta ad flectendam pertinaciam per
longam detentionem ad pœnitentiam, ſi ſit
ſpes aliqua conuerſionis. c. quamuis, de pœ-
nis, in Sex. quæ tamen reiecta eſt a iure ci-
uili. l. aut damnum, §. ſolent, de pœnis. Pan-
dect. l. incredente, C. eo. tit.

f c. 1. de hæretic. in Sex. c. penul. §. damnati.
eod. tit. apud Gregor. quomodo autem de-
gradatio ſit facienda, traditur in c. noui-
mus. de verbor. ſignifica. apud Gregor. c. 2.
de pœn. in Sex. Nos autem quid ſit, & quo-
modo differat a depoſitione, quibuſve ſole-
mnitatibus fiat, docuimus abunde lib. 31.
Syntagmatis iuris vniuerſi, c. 30.

g c. ad abolendam, 2. illos quoq́, de hæretic.
& ibi gloſſ. ad verbum, audientia. Atque
Bonifacius, 8. in c. accuſatus, 8. de hæretic.
in Sex. ſtatuit grauius puniẽdũ relapſum.
Relapſum autẽ tripliciter cõſiderat, primũ
ex fictione iuris, eum contra quem vehe-
menti ſuſpicione vrgente crimen quidem
probatum non fuit, ſed abiurauit hæreſin.
atq́, & hunc leui etiam ſuſpicione reum
factum, in crimen incidentem grauius pu-
niendum, non tamẽ pœna relapſi. 2. Rela-
pſum dicit, in dicto c. accuſatus. §. cum ve-
ro, cum qui culpabilis in vno articulo fidei
inuentus, vel in vno Eccleſiæ Sacramento,
vel ſecta, in alterius articuli, ſacramenti,
vel ſectæ inciderit hæreſin 3. Eũ relapſum
quoq́ aſſerit, qui poſt abſolutionem vel ab-
iurationem viſitat, aſſonatq́ ſibi hæreticos,
fauet in eodem errore notatis. Generale hoc
eſt criminibus, vt magis puniãtur illi, qui-
bus alias venia data eſt, ſi recidant in idem
vel aliud crimen l. capitalium, 28. §. ſolent,
de pœn. P. lib. 40. tit. 9. l. 3. C. de epiſco. au-
dien. ſic nouiſſima fiunt peiora prioribus;
vt docuit Deus per parabolã apud Diuum
Lucam, c. 11. Tranſire enim videtur de-
linquendi mos in conſuetudinem; grauio-
raq́ cenſentur eo delicta quo diutius ani-
mam detinent colligatam. c. fi. de conſuet.
c. cum in Eccleſia, de ſimon c. cum haberet,
de eo qui duxit in matrimo. quam prius
polluit per adulte. Marcus Fiduſtius pro-
ſcriptus a Sylla, ſuperſtes ſeruatus a fortu-
na, vt Plinius loquitur lib. 7. c. 43. per 30.
annos vſq́ ad Antoniũ, ab eo iterum pro-
ſcriptus eſt; cõſtatq́ inquit, nulla alia cau-
ſa proſcriptum ab eo: quam quod proſcri-
ptus eſſet. Neq́ tamen quis relapſus vel in-
famis, quod aliquando reus hæreſis poſtu-
latus fuerit, ſi tamẽ abſolutus fuerit. Sunt
enim quotidianæ hominum malorum ca- B
lumniæ quibus iuſtiſſimi probiſſimiq́ ſo-
lent vexari. Expoſita enim eſt virtus &
hominum excellens probitas, calumniis &
inuidiis improborum, qui ex diametro ad-
uerſantur, & dum aperte nõ poſſunt quic-
quam in illos exercere, falſis accuſationi-
bus illorum bonam famam, falſiſq́ teſtibus
maculare conantur, & veluti per cunicu-
los inſidiantur. Sic & Cato Porciæ gentis
primus, optimus orator, optimus ſenator, C
optimus imperator plurimorum odio qua-
ter & quadrageſies cauſam dixit, nec quiſ-
quam ſæpius poſtulatus, & ſemper abſolu-
tus, vt idem Plinius ſcribit, li. 7. c. 27. Sunt
exempla hinc ſimilia de Ariſtide, Phono-
ne, & aliis, quos prætermitto cum nobis v-
nicum præſtantiſſimum præ manibus ſit
ſufficiens, Domini noſtri Iesv Chri-
sti, qui Deus & innocentiſſimus homo,
omniumq́ præfectione, & præſtantia, & D
bonitate abſolutus; cui nec adiici quicquã
boni poſſit, tamen vt Samaritanus eluo, dæ-
monem habet, & ſeductor a Iudæis inui-
dia calumniis, & falſis teſtibus prouocatus
& poſtulatus ad mortem fuit.

h c. ſi qui Presbyteri, 1. q. 7.

i Hoc ex gratia non mero iure conceditur,
can. 41. ſi qui hæreticæ, 1. q. 1.

k ca. conuenientibus, 4. & ca. didici, 1. q. 7.

l ca. ipſa pietas, 24. § fin. 23. q. 4. E

## Capvt IX.

### Cauſæ pœnarum hæreticorum & de hypocritis.

In perſecutione vel vindicta hæretico-
rum, non ad res ſed ad ſalutem eorum
reſpiciendum eſt: a quare ſunt compellen- A
di & cogendi ad fidem quam reliquerint
recipiendam, b per rerum temporalium
ſpoliationem, c & per corporalem puni-
tionem. d Diuina autem prouidentia hæ-
reticos diuerſi erorris plures eſſe permit-
tit, e vt dum inſultant nobis vel interro-
gant quæ neſcimus, ſic vel excutiamus pi-
gritiam, & diuinas ſcripturas noſcere cu-
piamus. Propterea, & Apoſtolus ait, f o-
portet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti B
fiant inter vos: videtur beneficiũ Dei, dum
permittit manifeſtos eſſe hæreticos: nam
Eccleſia ab hoſtibus occultis, ab hypocri-
tis, g maiorẽ cladem accipit quam ab illis.

### Scholia.

a ca. nimium, & ſequentibus, vſq́ ad finem,
23. q. 4.

b ca. quo iure, 8. diſtinct. can. qui peccat, &
can. ipſa pietas, 23. q. 4.

c ca. diſplicet, & ſeq. 23. q. 4. can. 1. 2. 3. 23. C
quæſt. 5.

d ca. fin. 24. q. 3. ex Diuo Auguſtino de ge-
neſi contra Manichæos, lib. 1. cap. 1.

e D. Paulus prima epiſtola ad Corinth. c. 11.

g Mali & peſſimi dicuntur Chriſtiani
hypocritæ, qui & vulgo politici dicuntur,
nec frigidi, nec calidi in fide, ſed tepidi.
Sunt, & hic hypocritæ, qui propter gloriam
humanam, vel vt fallant aliquos velint
haberi & videri boni, vt ait D. Gregorius, D
31. moralium, gloſſ. ad c. 5. D. Matthæi.
quos reprehendit Dominus, D. Matthæi.
c. 25. & Iob. c. 13. ὑποκριτὴς Græcis hypo-
crita, eſt alienæ perſonæ, & actionis ſimu-
lator, hiſtrio, ludio, ab, ὑποκρίνομαι vt ait
Lucianus, lib. de ſaltatione. οὐχ ὑποκρίνεσθαι
μανίαν ἀλλὰ μαίνεσθαι. non ſimulare inſaniã
ſed inſanire. Similes hypocritas ſepulcris
dealbatis, dixit Deus, quæ hominibus foris E
apparent ſpecioſis, intus autem ſint plena
oſſibus mortuorum. D. Matthæi c. 23.
Et D. Gregorius, lib. 34. Moralium, c.
9. & 10. in c. 41. Iob. ſimiles eſſe ait hypocri-
tas, rebus deauratis, quod & relatũ in ca.
citius, 44. de pœnitẽt. diſt. 2. Sunt hypocri-

*iæ falſi fratres, de quibus Diuus Paulus conqueritur, ab Spiritu ſancto alieni, & ſeparati, quemadmodum hæretici, c. 8. de illis, 24. q. 3. Et malum quidem eſt, cadere a propoſito fidei, ſed peius eſt ſimulare propoſitum. ca. 18. certe ego ſum, 12. q. 1. hypocrita nequam dicitur, Iſaiæ c. 9. verſ. 17. Verum Deus permittit regnare hypocritam, propter peccata populi, Iob. 30. 34. verſ. 30. 3. Regum 12. verſ. 24.*

# DE SCHISMATICIS.

## a TIT. VII.

a *Exſtat titulus de ſchiſmaticis & ordinatis ab eis lib. 5. decretalium tit. 8. & in Sexto lib. 1 tit. 3. & libr. 5. extrauagantium communium: ſeorſum pluribus in locis in decreto Gratiani. Eo pertinere poteſt titulus, de ſeditioſis, & iis qui plebem audent contra rempublicam colligere lib. 9. C. tit. 30. In iure orientali* Bonæfidii *eſt conſtitutio Porphyrogenneta, de rebellibus & ſeditioſis anathemate feriendis.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et ſchiſmatici qui.*

1 DIximus de Iudæis, paganis, & hæreticis; nunc ordine dicendum videtur de ſchiſmaticis, qui ſimiles vel peiores ſunt paganis, *a* & in ſtatu perditiores, *b* vt illi, & extra Eccleſiam, *c* & aliquando in hæreſin labuntur. *d*

2 Schiſmatici dicuntur, qui ſe ab vniuerſali Eccleſia diuiſerunt. *e* Schiſma namque, quod Græcum eſt, ipſam ſignificat ſciſſuram & diuiſionem.

#### SCHOLIA.

a *ca. denique, 7. quæſt. 1. ca. non adferamus, 24. q. 1.*
b *ca. quicumque, 24. q. 1.*
c *ca. ſcire, 7. q. 1.*
d *ca. 34. ſchiſma. 24. q. 1.* Χίσμα *a verbo* χίζω, *ſcindo. Schiſma in Eccleſia, quando qui prius conuenerant, ab vnione diſſident, & abeunt: qui lacerant Eccleſiam Dei, hi ſchiſmatici. ca. de liguribus, & ca. quoniam, 23. q. 5.*

### CAPVT II.

*Duplex ſchiſma.*

SChiſma ſeu diuiſio duplex in Eccleſia; vel quo ad fidem, ita diuiſi hæretici: vel quo ad vnitatem pacis, & concordiam, a capite & ſummo pontifice eiuſque obedientia facta diuiſione: *a* fuerunt plura ſchiſmata in Eccleſia, quæ tamen poſtea compoſita fuerunt, niſi quæ ab hæreticis ad tutandam erroris pertinaciam, alicubi cum damnatione perſeuerarunt.

#### SCHOLIA.

a *Diuus Ambroſius in oratione funebri de obitu fratris, de hac diſtinctione meminit, & refertur in ca. 33. aduocauit, 24. q. 1. hæretici ſeparati ab Eccleſia ſunt, quia excommunicati & vitandi, ca. quoniam vetuſto, 25. & ca. ſeq. quis dignior, 24. q. 1. cap. excommunicamus, de hæreticis. Intereſt autem inter ſchiſma & hæreſin, quia ſchiſma ab Eccleſia recedit ſine hæreſi, vt plerumque, & a ſola obedientia ſeu ſubiectione vnius capitis & vniuerſalis prælati: hæreſis vero, recedit a dogmate, cõtrarium Eccleſiæ tenendo, ca. inter hæreſin, 24. q. 3. Schiſmatici Eccleſiam Dei, & corpus eius lacerare ſeu diuidere dicuntur, ca. de liguribus, 23. q. 5. ca. Aduocauit, ca. vbi, 24. q. 1. Quare non quæuis diuiſio, aut ſeparatio a quacumque Eccleſia, vel a quocumque paſtore ſchiſma erit, de quo nos loquimur, ſed quãdo eſt diuiſio a prælato vniuerſali, & eius Eccleſia catholica, a qua nõ eſt recedendum, vt a matre omnium Eccleſiarum, quæ nunquam a fide legitur aberraſſe, ca. arrecta, 9. ca. rogamus, 15. ca. cum beatiſſimus, 16. ca. inuenior, 10. ca. hæc eſt fides, 12. ca. in ſede. 11. ſub 24. q. 1.*

*Schiſmata non tantum in Eccleſia Dei tempore ſummorum Pontificum, ſed etiam antea in religione plura fuerunt, quæ tamen euanuerunt Dei auxilio. Primum fuit creatis Angelis in cœlo: dum Lucifer cum ſua factione ſe ſepararunt a principatu Dei, & voluit adorari vt Deus, ideo detruſus ad inferos Iſaiæ cap. 14. Secundum fuit in Paradiſo, quando perſuaſione dæmonis, exiſtimauit Eua non obediendum Dei præcepto, arbitrata verum quod impoſtor dixerat,* eritis ſicuti Dii, *&c. Geneſ. 3. Tertium Schiſma, pro prælatura, quod Aaron & Maria Soror Moſis, mouerunt contra Moſem, ex quo puniti, Numero. 12. Quartũ aliud periculoſum, motum per Datanum, Chorem & Abirem, quos Deus terra abſorberi cum ſectatoribus iuſſit, Numero 16. Eccleſiaſtici cap. 45. ver. 22. Deuteronomii 11. v. 6. pſalmo 105. Quintum inter Iudæos Hieroſolymis ortum graue de Pontificatu, anno Domini, 254. inter Pontifices & populum, electo in Pontificem Summum legis Cumano, vt concurſu facto populi ad portas triginta millia Iudæorum perierint: & cum illis Ionathas Pontifex, teſte Ioſepho libro 20. antiquitatum. cap. 4. & libro 2. de Bello Iudaico. cap. 11. Sextum tempore Apoſtolorum Schiſma inter Chriſtianos Corinthĩ ortum, aliis dicentibus:* Ego quidem ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego Chriſti: *cõtra quod ſcribit D. Paulus 1. ad Corinth. 1. & capit. 3. Septimum fuit ante Capharnatarum, qui cum non poſſent intelligere myſteria Sacroſancti dominici corporis, receſſerunt ab vnitate Chriſti. ca. prima quidem hæreſis, 44. de conſecra. diſt. 42. Octauum, & primum electis ſummis Pontificibus in Eccleſia Romana, fuit tẽpore Cornelii ſummi Pontificis, electi anno Domini, 252. poſt Fabianum. Nouatianus enim Presbyter vrbis Romæ, ob cupiditatem Epiſcopatus ambitionis ſpiritu inflatus, omnia diuina humanaque miſcuit, ne in manus Cornelii Põtificatus perueniret, vt ſcribit Platina in Fabiano, & Cornelio, opeque Nouati alterius Epiſcopi Carthaginenſis, creatus fuit in antipapam, vt ait Cyprianus, qui eo tẽpore vixit, epiſtola ad Iubaianum, & ad Pomponium. Diuus Hieronymus in Catalogo illuſtrium virorum. Vide de cauſa Euſebium, lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ca, 43. & libr. 8. Damaſcenum in vitis Fabiani & Cornelii ſummorũ Põtificum. In ſede Antipapæ Nouatiani remanſerunt in ſede Romæ ſucceſſores, vſque ad Cæleſtini Papæ Pontificatũ, a quo deinceps Nouatiani habere publice Epiſcopum prohibiti fuerunt, vt auctor eſt Socrates, lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 11. Ita ab Eccleſia ſe ſeparauit Nouatianus, & ſe ſuoſque,* καθαρὸς, *id eſt, puros mundoſque nominauit negans pœnitentiam lapſis reuertentibus, aliaſque conſtruens hæreſes, de quibus agit idem, libr. 6. cap. 43. & 44. Cyprianus, libr. 2. epiſtolarum, epiſtol. 10. & libr. 3. epiſtol. 2. & 3. & libr. 4. triſt. 2. contra hunc duo concilia habita, vnum Romæ, 60. Epiſcoporum, & totidem Preſbyterorum, & plurium Diaconorum. Carthaginenſe aliud Platina in Fabiano, Euſeb. libr. 6. titul. 43. Nonum & ſecundum Põtificale Schiſma fuit, anno domini 369. tempore Damaſi primi Pontificis, qui Vrciſinum Diaconum competitorem habuit, in Baſilica, quæ Sicini appellatur, vbi multi ex diuerſis partibus ceciderunt in ipſo templo, cum res non ſuffragiis tantum, ſed vi & armis tractaretur. Platina in Damaſo, Rufinus, libr. 2. capit. 10. Amian. Marcell. lib. 27. Decimum & tertium ortum eſt, anno domini, 423. quando Bonifacius eius nominis primus, in Baſilica Iulii vrbis Romæ Epiſcopus creatus, & Iulianus in Conſtãtiana electus huic ſtatim oppoſitus fuit, mortuo Zozimo 1. præcedẽte paſtore. Quod cum Honorius Imperator, qui tum Mediolani erat intellexiſſet, inſtante Placidia cum filio Valentiniano, iuſſit ambos vrbe expelli. Reuocatus tamen poſtea 7. menſe Bonifacius, qui fuit ſolus vrbis præſul conſtitutus, Platina in Bonifacio 1. Vndecimũ & quartum, mortuo Anaſtaſio 2. in cuius locũ Symmachus 1. electus, anno Domini, 800. ab alia au-*

*tem parte cleri Laurentius, vnde ingens ſeditio in Senatu, & populo orta, pluresque cedes commiſſæ, vt refert Platina in Symmacho, Gregorius in Dialogis, libr. 4. cap. 40. Diaconus in Anaſtaſio, lib. 16. Duodecimum, & quintum Schiſma fuit poſt mortem fœlicis 4. Summi Pontificis, anno Domini. 931. Bonifacius 2. fuit electus, & alia electio ei appoſita Dioſcori, in qua ſeditione agitatus fuit populus & clerus, per dies 8. & 20. donec Dioſcorus mortuus fuit teſte Platina. Decimum tertium & ſextum, fuit paulo ante præteritum tempore, quo Pelagius 2. Summus Pontifex mortuus eſt anno 508. quo tempore Iohannes 4. Conſtantinopolitanus Patriarcha, dictus ieiunator, & qui ei ſucceſſit Cyriacus, aduerſus ſedem Apoſtolicam inſurrexerunt, & primum in Eccleſia ſibi locum, & vniuerſalis paſtoris in Eccleſia nomen, aſſumere conati ſunt: quibus Pelagius reſtitit, & deinde S. Gregorius Magnus eius ſucceſſor in ſede. Eaq; de controuerſia extant epiſtolæ Ioannis in Tomo 1. conciliorum, & in regiſtro Gregorii, libr. 4. epiſto. 76. 78. & 80. & libr. 6. epiſtol. 168. 169. 170. Fuitque hæc controuerſia compoſita ſub Bonifacio 3. vt ſecundum locum Conſtantinopolitana teneret, teſte Beda de ratio. tempor. Ioannem defendebat Mauritius Imperator, vide Sigebertum & Bonifaciũ Simonetam in epiſtolis. Decimum quartum & ſeptimum, ſchiſma fuit poſt mortẽ Ioanis 5. mortui, anno domini, 688. quo Petrus Archiepiſcopus, a Romanis electus, Theodorus vero Presbyter, ab exercitu. Sed vtroq; exacto creatus tandem Cono primus, Platina. Decimũ quintum & in Eccleſia Catholica octauũ fuit paulo poſt tempore Sergii 1. qui ſucceſſit Cononi, anno domini, 689. ſublatis duobus ambitioſis, Paſchali quodam cuſtode theſauri Cononis, qui exarchum Italiæ pro ſua factione muneribus allexeret, & Theodoro, qua iam partem interiorẽ Laterani cum ſua factione occupauerat. Platina. Decimum ſextum, quod erat Eccleſiæ nonum, fuit mortuo Stephano 2. quo tempore electus Paulus primus anno 756. qui ſedit annos 10. menſem vnũ. nam tunc, vt ſcribit Genebrardus, li. 3. Chronogr. Theophilactus quidam ſedit cõtra Paulum in Schiſmate, per aliquot mẽſes, anno domini 757. & Conſtantinus quoque 2. ex laico contra canones electus, ſedit annũ vnum dies 24. quem quidã inter Pontifices numerarunt: Platina tamen non meminit. Decimum ſeptimũ, & Eccleſiæ decimũ narrat Schiſma, idem Genebrardus ſedẽte eodem Paulo, quo anno 767. Philippum, ſeu Philippicum contra Conſtantinum a laicis, & clericis electum fuiſſe notat, & ſediſſe annum vnum, dies 24. Decimũ octauum, & Eccleſiæ vndecimum, poſt mortem Paſchalis 1. ſuccedente & electo Eugenio 2. anno Domini 824. contra quem in ſchiſmate electus Zinzimus quidam, qui ſedit aliquot dies, donec coactus fuit Pontificatu ſe abdicare. Onuphrius, in faſtis. Decimum nonum, Eccleſ. 12. mortuo Leone 4. quo tempore electus eſt Benedictus 3. an. dom. 855. & cõtra eum in ſchiſmate Anaſtaſius, qui ſedit aliquot dies, & coactus ſe abdicauit. Platina, & Onuphrio teſtibus. Vigeſimũ, Eccleſiæ 3. poſt mortẽ Stephani 6. Formoſo Pontifice creato, anno Domini, 892. cõtra quem in ſchiſmate electus Sergius 3. Benedicti filius Cardinalis, qui aliquot dies in ſchiſmate ſedit, coactus tamẽ ſe abdicauit, in exilium miſſus. Onuphrius in Pontificibus. Vigeſimum primum & Eccleſiæ 14. poſt mortem Agapeti 2. quando creatus fuit Ioan. 12. anno Domini, 955. & contra eũ electus, Leo 8. qui ſedit menſes 4. donec eo pulſo inſtitutus Ioan. 12. ſedit, & in eodem ſchiſmate Benedictus 5. Romanus per menſem, & vnum diem, vt legitur in cõtinuatione Rheginonis, & apud Luithprandum, lib. 6. c. 6. & ſeq. Platinam, & Onuphriũ, & alios. Vigeſimum ſecundum, & Eccleſiæ 15. poſt mortẽ Sergii, 4. tempore Benedicti, 7. aliis 8. qui ad-*

*eptus*



*eptus eſt ſedẽ anno domini, 1009. & contra quem in ſeditione alius in locum eius electus fuit, ipſo pulſo tandem, tamen reſtitutus. Platina. Vigeſimum tertium, quod erat Eccleſiæ 16. ſchiſma, poſt mortem Ioannis 21. apud Platinam tempore Benedicti 9. anno domini, 1046. quem Romani in ſchiſmate, ſede vt ignauum pepulerunt, & ſuffecerũt in eius locum Ioannem Sabinum, quem dixerunt Syluestrũ 3. largitione creatum, quo tamen poſtea poſt 49. dies pulſo, reſtitutus eſt Benedictus, Platina. Fuit tamen, & magnum tum ſchiſma cum Benedictus renunciaſſet Epiſcopatum Gregorio 6. Habitumque concilium contra Benedictum 9. & alios Pſeudo Pontifices, quibus deiectis creatus curante Henrico 3. Imperatore Syndegerus Bambergenſis Epiſcopus, dictus Clemẽs 2. teſte Platina. Meminit & de his iterũ Platina in Gregorio 6. Deſcribit & hoc ſchiſma accurate Hermanus Contractus, in Chronicis, Leo Hoſtienſis. libr. 2. Hiſtoriæ Caſſinenſis. ca. 80. & 82. Blondus. libr. 2. deca. 2. Otho Phriſingenſis, libr. 6. hiſtoriæ ca. 32. & 33. Vigeſimum quartum, & in Eccleſia 17. fuit, poſt obitum Stephani 9. alias 10. Lotharingi, anno domini, 1058. tempore Benedicti 10. qui ab Hildebrando ſubdiacono cum factione clericorum Pontificatu pulſus fuit, quod per vim & largitionem ad Pontificatum veniſſet, vt ait Platina in eo, & ſubrogatus in factione Gerardus quidam, in exilium miſſo Benedicto, fuitque Gerardus dictus Nicolaus Secundus, Platina in Nicolao 2. Hermanus Contractus, Onuphrius & alii: eo tempore factus canon, in nomine domini, 23. diſt. de elect. ſummi pontificis. Vigeſimum quintum, & in Eccleſia, 18. grauiſſimum fuit Schiſma poſt mortẽ Nicolai 2. anno domini, 1602. quando Alexander 2. creatus fuit ſummus Pontifex a tranſalpinis: contra quem Ciſalpini Epiſcopi, arbitrati, ob dignitatem prouinciæ ſuæ par eſſe, vt e ſuo numero aliquis eligeretur, elegerũt alium Pontificem Carolum, dictum Honorium 2. eiuſque rei gratia prælium commiſſum eſt. Ceſſit poſtea tamen ſedi Carolus, cui & abrogatus Pontificatus, in concilio Mantuano, 6. Kalend. Nouemb. anno, 1064. Vigeſimum ſextum, & in Eccleſia decimũ nonum videtur aliud quaſi cõtinuatio ſuperioris. Si quidem mortuo Alexandro 2. & ſuffecto in locum eius Gregorio 7. qui antea dicebatur Hildebrandus, anno domini, 1073. in eum Henricus 4. exarſit ira, quod diceret a ſe ordinari debere Romanos Pontifices, cumque vellet permittere Presbyteris vxores, illo ſe illi opponente. Quare, & contra Gregorium 7. Henricus indixit concilium Wormatiæ Epiſcoporum 72. qui exauthorarunt Pontificatu Gregoriũ 7. vt ait Abbas Vrſpergenſis in Chronico, creatuſque in eo ſchiſmate cõtra Gregoriũ 7. Gilbertus de Corrigia, dictus Clemens 3. Cuius etiam Clementis mortui in ſchiſmate fuerũt ſucceſſores Victor 3. Vrbanus 2. & Paſchalis 2. Creuit dehinc illud ſchiſma, & congregato concilio 3. Romæ per Gregorium 7. fuit excõmunicatus Archiepiſcopus Moguntinus cum Epiſcopis qui eius concilio interfuerant. anathemate renouato in Henricum 4. quem & imperio priuauit. durauitque hoc ſchiſma cum multis vtrinque interuenientibus cladibus, per 29. annos, de quibus Platina & Onuphrius in Gregor. 7. Gregorius Schaſnaburgenſis, Leo Epiſcopus Hoſtienſis, lib. 3. Hiſtoriæ Caſſinenſis, qui eo tempore vixerunt. Otho Frigigenſis Epiſcopus. lib. 6. Hiſtoriæ & 7. Impoſuit finẽ huic ſchiſmati periculoſiſſimo Calixtus 3. anno domini, 1120. qui cũ eſſet Guilielmi comitis Burgundiæ filius, & proinde Henrici Imperatoris conſanguineus, vt quidam volunt, ex genere Francorum regum, fretus ipſius fauore captum Gregorium 8. pſeudo Pontificem contra Gelaſiũ 2. creatũ, cui ipſe ſucceſſerat pelle induit vrſina, ac ita Camelo impoſitum ad Canenſe cœnobiũ relegauit, & ita ſchiſmati finem impoſuit, vt ſcribit*

*Guilielmus Tyrius, libr.12.cap.8. & Platina in Calixto 2. Ad tempus illius ſchiſmatis magni referri poteſt, & pars illius quod fuit poſt mortẽ Vrbani 2. anno Domini, 1100. Vigeſimum ſeptimum, quod erat vigeſimũ in Catholica Eccleſia ſchiſma natum, vix pacato illo præcedẽte, poſt mortem Calixti 2. in cuius locum delectus Honorius 2. anno Domini, 1125. & electus contra illum a quibuſdam Cardinalibus Celeſtinus, qui tamẽ poſtea ceſſit Honorio 2. vt in Honorio 2. ſcribit Platina. Vigeſimum octauum quod & in Catholica Eccleſia erat vigeſimum primum, procedere videtur etiam ex prædicto 19. quod ortum poſt mortem Honorii 2. In cuius locum electus eſt, anno Domini, 1130. Innocentius 2. contra quem a quibuſdã Cardinalibus quidam alius dictus Anacletus 2. electus fuit, & ſedit in ſchiſmate per annos 7. cõtra Innocentium 2. vt ſcribit Blõdus, libr. 5. & Paulus Æmilius libro 5. Sub hoc ſchiſmate fuit cõcilium Herbipolenſe ſub præſentia Lotharii Imperatoris, in quo confirmata electio Innocentii 2. damnato Anacleto. Idipſum factum in concilio Claramontenſi, ſecundũ Polydorũ lib. 5. Hiſt. Angl. Rhemẽti ſecundũ Naugiacum: Stampenſe, cui adfuit, & Diuus Bernardus in generali, collectis mille Patribus in Laterano, teſte Platina. Fuerunt tamẽ illa tempora plena cædibus ob diuerſas factiones, diuerſas electiones defendentium, videndus Otho Friſingenſis lib. 2. hiſtoriarum. c.27.31.34. ex libro de geſtis Frederici Imperatoris, c.27. & 29. Vigeſimum nonum, quod erat in Eccleſia vigeſimum ſecundum ſchiſma, poſt mortem Hadriani 4. etiam ſæuiſſimum, quod per viginti fere annos vexauit Eccleſiam, ab eo tempore, quo Alexander 3. electus a 22. Cardinalibus, anno 1156. electus eſt contra eum in Schiſmate a tribus tantũ Cardinalibus Octauianus Romanus, Victor 4. appellatus & mortuo Victore in Schiſmate, rurſum ſubrogatus in eius locum anno 1164. Paſchalis 3. Cremenſis antea dictus Guido, & cum item mortuus fuiſſet, Romæ anno 1160. alius ſubrogatus Calixtus Hungarus, contra eundem Alexan. 3. & hoc ſe abdicante alius itẽ ſubrogatus Lando nomine dictus Innocẽtius 3. aliiq; poſtea diuiſa & fere cladibus vaſtata Italia, ob duas ſectas vnã Guelphorũ, qui partes Alexandri 3. defendebant, alteram Gibellinorum, qui partes Pontificum Cæſarianorum protegebant, ex quibus principes fere omnes orbis diſſidiis implacabilibus agitabantur, vt ſcribũt Onuphrius & Platina. Aemilius lib. 5. & in cõtinuatione Sigeberti. Trigeſimũ, quod erat in Eccleſia vigeſimũ ſecundum aliud ſchiſma, mortuo Clemẽte 5. Summo Põtifice, electo in Põtificẽ Iohanne 23. Cadurcenſi Gallo, anno Domini, 1315. qui ſedit Auenioni, contra quẽ factus antipapa per Imperatorem Ludouicum 4. Gauareum, anno 1329. Petrus Corbarienſis, ordinis minorũ, dictus Nicolaus 5. quẽ poſtea Bonifacius Piſacius comes cepit, & Auinionẽ ad ſummũ Põtificẽ duxit, vbi & in carcerem coniectus, obiit. Platina in Iohanne 23. Trigeſimum primum, quod erat inter Catholicos. Vigeſimum tertium Schiſma creditur omnium grauiſſimũ, & longius, poſt mortem Gregorii 11. electo in eius locum Vrbano 6. Neapolitano anno Domini 378. quo tempore Clemens 7. Arelatenſis antipapa fuit a Cardinalibus Gallis ordinatus contra Vrbanum, & eius ſucceſſorẽ Bonifacium 9. ſeditque Auinione annos 15. menſes 11. dies 23. Clementique adhæſit Francia & Hiſpania, duoque concilia, pro eo habita Lutetiæ. Seditque poſt Clementem 7. electus a Cardinalibus Petrus Luna, dictus Benedictus, 13. anno Domini, 1394. & ſedit Pontifex Auinione annis plus minus 30. fuit eo tempore initum concilium Gallicanum omnium prælatorum iuſſu Caroli 6. Lutetiæ, in quo Benedictus antipapa, depoſitus, qui nihilominus noluit cedere, vt habetur in Chronicis Franciæ, & apud Gaguinum, libr. 6. Auxit Schiſma electio Gregorii 12. qui & depoſitus eſt vt Benedictus 13. Piſis, in concilio electo Alexandro 5. Cretenſi, anno Domini, 1409. Verum neuter voluit obtemperare concilio, & additus alius electus Iohannes Neapolitanus, aliquibus dictus 23. aliis 24. Quamobrem congregatum fuit concilium vniuerſale Conſtantienſe, in Germania Patriarcharum 4. Cardinalium 29. Archiepiſcoporum 47. Epiſcoporum 279. & aliorum prælatorum & doctorum 560. præſidente initio Iohanne Papa cõtra Schiſma trium Pontificum, nempe contra Benedictum 13. qui ſedebat in Hiſpania, Iohannem 23. qui ſedebat Bononiæ, Gregorium 12. qui ſedebat Auenioni. Quare illi tres in concilio dignitate priuati, & depoſiti fuerunt, & electus Martinus 5. anno Domini, 1412. Verum non obſtante concilii decreto, mortuo Benedicto 12. factione Alphõſi regis Aragonum, alius Clemẽs 8. dictus, in locum eius creatus, a quibuſdam anticardinalibus, & ſedit annos 5. antequam ſe abdicaret poteſtate. Verum tandem id facere coactus, remanſit Martinus quintus ſolus, & Schiſma ceſſauit. Sicq; teſtantur Platina, & Onuphrius in vitis prædictorum Pontificum.*

## Cap. III.

*Schiſmaticorum pœnæ.*

1 Schiſmaticorum poteſtas in rebus Eccleſiaſticis amittitur. *a* Nec extra vnitatem Eccleſiæ accipitur Spiritus ſanctus, *b* & ſine charitate, iuſtitia & mercede eſt, qui dilacerat corpus Chriſti. *c* Fueruntque variæ pœnæ introductæ contra Schiſmaticos, *d* & eorũ fautores & defenſores.

### Scholia.

a *Quia ſunt foris extra Eccleſiam, ca. 31. dicimus, 24. q. 1. c. 1. de ſchiſma. cano. alienationes, 12. quæ. 2. Atq; in diuiſione conſecratus Epiſcopus, non conſecratus ſed execratus dicitur. ca. 33. pudenda, 24. quæſt. 1. Conſecrare quippe eſt ſimul ſacrare. Simul autem non ſunt cum Eccleſia Schiſmatici, neq; cum ipſi remoti ſint ab Eccleſia, alios excommunicant. ca. ait Celeſtinus, 35. & ſeq. aperte inquit, 24. quæſt. 1. imo non habent ſui officii executionem, ca. factus, cum 2. ſeq. 7. q. 1. & infructuoſe ſibi corpus & ſanguinem Domini conficiunt, ca. ſchiſma, & ca. pudenda, 21. quæſt. 1. Cæterum accipiens a Schiſmaticis in caſu neceſſitatis pœnitentiam, & moriens, non reprobatur, ca. 40. ſi quis forte, 24. quæſtio. 1. quemadmodum deiectus gradu a Schiſmaticis in caſu, quo deiiceretur a Catholicis, non eſt recipiendus ſine pœnitentia, cap. 39. ſubdiaconus quondam, 24. quæſt. 1.*

b *ca. 8. loquuntur, 24. quæſt. 1.*

c *ca. vbi ſana fides, 29. 24. quæſt. 1.*

d *Sunt enim excommunicandi, & damnandi, ca. de Liguribus, 23. quæſtio. 5. gradu & dignitate Eccleſiaſtica ſi habent, deiiciendi, can. 40. Subdiaconus quondam, & ca. qui contra, 32. 24. quæſt. 1. Si ſunt laici nobiles & principes, eorum loca publicanda, & ſiunt ignobiles pœniſq; corporalibus afficiendi per principes ſeculares. dict. ca. qui contra, & cap. de Liguribus, & cap. denique, 7. q. 1. ca. non vos. 2. quæſt. 1. Ordinationes, collationes beneficiorum, alienationes rerum Eccleſiaſticarum, per illos factæ irritæ ſunt, c. 1 de Schiſmat. libr. 5. tit. 8. ca. ordinationes, 9. q. 1. Irritæ autem ordinationes ſunt, quo ad exſecutionem ordinum acceptorũ, vt explicat Gloſſ. ad dict. c. 1. de Schiſm. ad verbum,* irritas, *niſi cum ordinatis fuerit diſpenſatum, c. 3. eod. titu. Explicatur porro hoc a magiſtro ſententiarum, & a doctoribus ſacris, libr. 4. ſententiarum. diſtin. 13. & a diuo Thoma, 22. quæſt. 82. art. 7. Niſi ordinatus probaſſet, ſe ignoraſſe Schiſmaticum eum, qui illum ordinauit. dict. ca. ordinationes, 9. quæſt. 1. facit, ca. ſi quis a ſimoniacis. 1. quæſt. 1. Quod etiam alienationes rerum Eccleſiaſticarum a ſchiſmaticis factæ non*

*valeant, docet ca. alienationes, 12. quæſt.* A
*2. Quia & Eccleſia, quæ habet paſtorem Schiſmaticum, vacare dicitur. capit. 1. de præſcrip. Quare ab eo facta, rata non ſunt in præiudicium Eccleſiæ, cap. ſi qua de rebus, 12. qu. 2. Vacare & cenſetur beneficium per adhæſionem Antipapæ, vt per adhæſionem hæreticorum, c. olim, de accuſat. Iacobinus in tractatu feudorum, ad verb.* adhærentibus, *& ſolet ſummus Pontifex*
B *non vocatis etiam illis, quando manifeſta eſt adhæſio, eorum beneficia aliis conferre breui manu, vt dicunt.*

e *Iiſdem pœnis puniuntur defenſores, & fautores ſchiſmaticorum, quibus ipſi ſchiſmatici, ca. didicimus, 24. q. 1.*

### CAPVT IIII.

*Præſcriptio ceſſat tempore ſchiſmatis.*

SChiſmatum tempora, quandiu perſe- C
uerauerint, deducenda ſunt a tempore præſcriptionis, contra Eccleſiam Romanam.

SCHOLIA.

a *cap. cum vobis, & capit. 1. cap. de quarta. cap. auditis, de præſcript. libr. 2. tit. 26. cap. 1. & fin. ne ſede vacante aliquid innouet. quia eo tempore Eccleſia videtur carere legitimo defenſore, vt ibidem dicitur.*

## DE CHRISTIANIS Laicis.

### *a* TITVLVS VIII.

a *Huc referri poſſunt quoque tituli de Summa Trinitate, & fide Catholica lib. 1. titulo 1. decretalium & Sexti de Conuerſione infidelium libro 3. decretalium titulo 3.*

E

### CAPVT. I.

*Ordo & qui Chriſtiani dicantur.*

EXplicatis infidelibus & hæreticis, dicamus de Chriſtianis. Chriſtiani appellati ſumus a Domino noſtro Ieſu Chriſto, primumque Antiochiæ. *a*

SCHOLIA.

a *Actorum. c. 11. verſ. 26. & 2. ad Corinth. 10. verſ. 7. explicat nomen Chriſmatis & vnctionem, c. vnicum. §. quia vero Chriſtus, de ſacra vnction. libr. 1. titul. 15. Vide diuum Auguſtinum tractatu 113. ſuper diuum Ioannem; Ieſum Nazarenum vnxit Deus Spiritu ſancto, oleo pietatis præ cõſortibus ſuis, caput Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius, Actorum 10. ad Epheſios 1. ad Colloſſenſ. capit. 2. capit. vnico, §. vnde in veteri, de ſacra vnction. Myſtica fuit Chriſti vnctio, & inuiſibilis: quia nec in regem, nec in ſacerdotem, viſibili vnctione qua alii reges & ſacerdotes vngebantur, vnctus fuit, & ita intelligendus Gratianus, in can. teſtes. §. his ita reſpondetur, 2. q. 7.*

### CAPVT. II.

*Duo genera Chriſtianorum.*

C
POrro duo ſunt genera Chriſtianorum, *a* vnum, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi ab omni ſtrepitu temporali ceſſare conuenit, cuiuſmodi ſunt clerici, id eſt, in partem & ſortem Dei dilecti, & ideo deuoti. Aliud genus Chriſtianorum laici dicuntur, λαὸς, populus latine. *b* Eccleſiaſtici potiſſimum ſunt, & cultui diuino addicti;
D quaappellatione latiſſima cõtinentur clerici moniales, religioſi, conuerſi, conuerſæ, qui vt diuerſi ponuntur, *v* item canonici & heremitæ. Addi poteſt tertium genus Chriſtianorum in militibus hoſpitalariis ſancti Iohannis Hieroſolymitani, qui neque proprie Eccleſiaſticæ perſonæ, nec laici dici poſſunt. *i*

E

SCHOLIA.

a *ca. duo ſunt genera, 11. q. 1.*

b *Dicto can. duo ſunt genera, λαὸς, laos deriuatur a λᾶας, lapide. fingunt enim fabulæ, vt ſignificent aſperitatem animorum popularium poſt diluuium Deucalionem & Pyrrham eius vxorẽ, reparaſſe genus humanum,*



A *manum, proiectis in tergũ lapidibus, vnde homines nati durum genus, vt ait Virgilius, & Ouidius Metamorphoſ. 1.*

Vnde genus durũ ſumus experienſque laborum,
Et documẽta damus, qua ſumus origine nati.

*Sic Euſthatius,* ἅπερ ξυνᾶς ἐκλήσαντο λίθινον γένον, λαοὶ δ' ὀνόμασθεν. *Nec tamen hæc appellatio laicorum tam plena eſt, quam populi*
B *apud Romanos, qua omnes cuiuſcunque generis homines, & ciues continebantur, plebei, ſenatores, equites, & ſacerdotes: ſtrictior autem plebeiorum nuncupatio, a qua excludebantur alii. §. plebiſcitum, de iure naturali. l. plebs 238. de verbor. ſignificatio. Gellius libro 10. Noctium Atticarum, cap. 20. Iſidorus, libro 9. Ethymologia. cap. 8. Multitudo ignobilior, in dicto §. plebiſcitum dicitur a Theophilo,* χυδαῖος δῆμος. *Et Iuſtinianus Nouella 6. quomo-* C
*do oporteat Epiſcopos, &c. in §. 1. vocat laicos idiotas, & diuus Paul. 1. ad Corinth. c. 14. verſ. 16. Item in ca. ſeculares 33. quæſtio. 2. in cano. ſeculares 19. de conſecratio. diſtinct. 2. dicitur & laicalis conuerſatio ſecularis. in l. Deo nobis. 5. C. de Epiſcop. & cleri. inter laicos, reges & principes ſeculares, & Imperator annumerantur. in cap. dudum, 31. capit. tua & infra, 25. de decimis.* D

c *cap. non dubium, 5. cap. de monialibus 33. de ſententia excommun. libr. 5. titul. 39. Rota in deciſio. 332.* nota quod clericus, *in antiq. Videtur quoſdã conſtituere pure laicos, & alios non pure laicos, pure laicos, qui ſine ordine & habitu religioſo ſeculariter viuunt: non pure laicos, qui quamuis ſint ſeculares: tamen regulariter viuunt & portãt habitum religioſum. Sic inquit: Beguinæ licet laicæ ſint, & ſecula-* E
*res, religioſe tamen viuunt, & habitum portant religioſum: ideo non videntur mere laicæ, & propter religionem videntur facere collegium. Argumen. in cap. cum in Eccleſiarum, de offic. ordinat. iuncta. l. 1.*

A *de colleg. illic. P. vt dicemus, inquit in ſimili, quod fratres minores & Ciſtertienſes, ſunt laici: vt not. Innocent. ad cap. 1. de celebra. miſſar. & cap. ex eo, de electione, per Archidiac. in Sext. Sed non pure, propter religionem, & habitum: ideo qui eis iniuriam infert, incidit in canonem, ſi quis ſuadente.*

d *Vt videbis a nobis tractatum, lib. 15. Syntagmatis iuris, cap. 34.*

B

### CAPVT III.

*Subdiuiſio laicorum.*

DIcamus prius de laicis, poſtea de clericis. Conſtituimus autem inter laicos ex dignitate diuiſionem, vt alii plebei, alii milites ſeu nobiles, alii magiſtratus ſint. *a* Inter plebeios artifices numerantur, qui exercent artes licitas, & qui iure probantur, *b* vt cõtra improbati, qui veti-
C tas exercent & nocẽtes Chriſtianis. *c* quẽadmodum & in ſcientiis reprobatis ſtatutum eas docere vel diſcere, *d* de bonis contra, ſi modus eis imponatur. *e* Sunt inter plebeios, ruſtici, *f* etiam, & mercatores. *g*

SCHOLIA.

a *Romulus diuiſit prius populum in patritios & plebeios, vt ait Dionyſius Halicarnaſ. lib. 2. antiquita. Roma. Poſtea diuiſus po-* D
*pulus in plebeios equites, & Senatores. §. plebs, de iure natura. l. plebs, de verb. ſignificatio. vide quæ diximus, libr. 5. Syntag. iur. c. 3.*

b *Nempe ſi artes exerceantur bona intentione, in opere iure non prohibito, modo tempore, & circumſtantiis debitis, ſi exerceantur extra feſta, & ab iis, quibus exercitium non eſt prohibitum. Sic enim & clerici ex aliquo honeſto arti-* E
*ficio, poſſunt ſibi victum quærere. tota 91. diſtinctione, cap. 1. de celebrat. miſſar. laicis porro aliqua artificia licita ſunt, quæ non ſunt permiſſa clericis, quale officium macellariorum, tabernariorum, cap. vnic. de cleric. coniug. in Sexto. capit. ne cleric.*

*vel Monach. ſeculari negot. ſe immi-* A
*ſceant, de variis artificiis & artificibus,*
*vide quæ diximus. libr. 18. Syntagmatis*
*iuris vniuer. c. 21. & ſeqq.*

c *c. vnico, de ſagittariis, in Batiſtariorũ ar-*
*te improbata, in venatione oppreſſiua, ca.*
*qui venatoribus, 86. diſt.*

d *l. culpa, de maleficiis, & mathematic. can.*
*illud, & ſeq. 26. q. 2. cap. 1. & 2. de ſortileg.*
*lib. 5. P. tit. 21.*

e *Vt liquet ex tota. 37. diſtin. Nos de bonis* B
*ſcientiis, lib. 18. Syntagmatis iuris.*

f *Ruſtici & mercatores hodie inter plebeios*
*connumerantur, quanquam olim agri-*
*colarum vita fuerit præſtantiſſima, & in-*
*nocentiſſima, vt videbis apud nos, lib. 18.*
*Syntagm. c. 22. & de paſtoribus. c. 24.*

g *Nam qui mercaturam exercent, a gradu*
*nobilitatis decidunt. l. 3. de commerc. &*
*mercatori, C. li. 4. tit. 36. l. milites noſtros,*
*31. & l. fin. de locatio. libr. 4. C. tit. 65. l.* C
*13. 15. 16. de re militari. C. tit. negotiato-*
*res, ne militent, Nouella 116.*

## Capvt IIII.

1 *De duplici nobilitate generationis & vir-*
*tutis.*
2 *Magiſtratus quis.*

NObilitatem duplicem conſtituimus,
generationis, ex progenie nobilium
habitorum, & virtutis; *a* in quibuſdã ſub- D
limium, nobilium, & illuſtrium habetur
ratio perſonarum, vt præferãtur aliquan-
do, & cum illis etiam; vt diſpenſetur. *b* Ve-
rum non ideo aliæ perſonæ virtute nobi-
les contemnendæ ſunt, quia non generis,
ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas
gratum faciunt & idoneum Deo, qui ad
regimen Eccleſiæ non multos ſecundum
carnẽ nobiles ac potentes elegit, ſed igno- E
biles ac pauperes. *c*

Magiſtratus quibus rerũ publicarum
præcipua cura commiſſa eſt. *d*

## Scholia.

a *ca. venerabilis 37. de præb. De noblitate ex*
*profeſſo tractant, Andreas Tiraquellus,* A
*Chaſſaneus in catalogo gloriæ mundi, par-*
*te 8. conſidera 5. cum ſeq. Paul. Caſtrenſ.*
*conſi. 108. & 209. Nobilitas generis com-*
*muni iure ex patre in filios propagatur, nõ*
*ex matre: aliquãdo tamen ex vtroque pa-*
*rente, & ex matre ſola. vt in l. 1. §. 1. ad*
*municipales, P. Et ibi traditur Ilienſibus,*
*& Delphicis tributum id eſſe, & Antio-*
*chenis, in l. 22. de decurio. D. Sic in Cata-*
*launia quos vulgus Gallorũ dicit,* Cham- B
paigne, *ex priuilegio indultum, vt mater*
*nobilis quamuis nupſerit ignobili, nobili-*
*tet partum. Idque ex eo tempore, quo fere*
*omnis nobilitas in ea prouincia cecidit in*
*prælio pro principe, & viduæ & filiæ nu-*
*bentes extraneis id obtinuerunt ab eodem*
*principe. meminit huius priuilegii & iu-*
*ris conſuetudo Trecẽſis articulo 8. Senen-*
*ſis articulo 149. Caluimontana articulo*
*5. & 11. Idem priuilegium cõceſſum fuit,* C
*Lyciis mulieribus, vt auctor Herodot. in*
*1. & Xanthiis, teſte Plutarcho, de claris*
*mulieribus.*

b *Vt in ca. de multa, 28. in fin. de præbendis*
*extrauagante. exſecrabilis, eod. tit. in ex-*
*trauagantibus.*

c *Explicantur & habentur. in ca. penult. §.*
*fin. de præb. ca. recurrat. §. is ita, 32. quæſt.*
*4. Apud Deum non gradus elegantior, ſed* D
*vitæ melioris actio comprobatur, ca. ſicut*
*excellentiam, 23. quæ. 4. ca. nos qui præſu-*
*mus, 40. diſtinct. Scientia etiam nobilitat*
*hominem, quæ pretio nummario non eſt æ-*
*ſtimanda. l. 1. §. eſt quidam, de variis &*
*extraordinariis conſtitut. & pari paſſu*
*ambulant ſublimes & literatæ perſonæ, in*
*dicto c. de multa, & in extrauag. execra-*
*bilis, eo. tit. Quare, & qui in docendi ex-*
*ercitio per viginti annos laborauerunt, &* E
*tali profeſſione, cœtu ampliſſimo iudican-*
*te, digni habiti fuerint, honorantur, & his*
*qui ſunt ex vicaria dignitate connume-*
*rantur. l. 1. de profeſſor. qui in vrbe Con-*
*ſtantinopolita. docentes meruerint comi-*
*tiuam. lib. 12. C. tit. 15.*

d *l. cui*



d *l. cui præcipua, de verbor. ſignifica. P. Con-* A
*tinebuntur hac appellatione iudices omnes*
*cuiuſcumq; generis, quibus aliqua iuriſdi-*
*ctio, vel imperium datur ex publica aucto-*
*ritate.*

## Capvt V.

1 *Separatio munerum laicorum &*
*Eccleſiaſticorum.*
2 *Quæ ex Eccleſiaſticis laicis permit-*
*tantur.*

1 DVæ poteſtates ſeparatæ, ſecularis ſeu B
laicalis & Eccleſiaſtica. *a* Conuerſa-
tio Eccleſiaſticorum & laicorum quoque
debet eſſe ſeparata. *b* Separati eorum iu-
dices. *c* Nec laici, quando myſteria Miſſæ
celebrantur, ſecus altare ſtare vel ſedere
inter clericos debent præſumere, *d* aut in
canonicorum numerum computari: *e* quia
ſunt diuerſæ profeſſiones, quæ non poſ-
ſunt inter ſe conuenire. *f* Minuſque laici
ſunt Eccleſiaſticorum beneficiorum ca- C
paces, cum ea tantum clericis cultui diui-
no conſecratis conferri debeant. *g* Itaque,
nec laici eligunt hodie prælatos, quamuis
principes ſint. *h* Nec conferunt Eccleſia-
ſtica beneficia, niſi ex priuilegio illis fuerit
conceſſum. *k* Nec iure poſſident decimas
Eccleſiaſticas, quę ob diuinum cultum cle-
ricis debentur, *l* niſi ex priuilegio ante con-
ſilium Lateranenſe, poſſeſſas retineant. *m*
Quia in ſumma, laicis, quantumuis religio- D
ſis, de rebus Eccleſiaſticis non datur diſ-
ponendi facultas, *n* nec poſſunt eſſe admi-
niſtratores generales vel œconomi omni-
um bonorum Eccleſiarum temporalium
& ſpiritualium, vt præſint omnibus, *o* non
vicarii Epiſcopi. *p* Verumtamen ſi Eccle-
ſiæ habent ſibi conceſſam iuriſdictionem
temporalem, poſſunt, imo debent in cau-
ſis criminalibus & ſanguinis, ob metum,
ne in irregularitatem incidant, ſi Eccleſia- E
ſtici iudicent, laicis delegare. *q* Non licebit
& laico quemlibet clericum accuſare, *r*
non prædicare, verbum Dei, *s* non profer-
re anathema in perſonam Eccleſiaſticam,
*t* non de rebus aut cauſis Eccleſiaſticarum
perſonarum iudicare vel cognoſcere, *v* A
non ſtatuere de perſonis vel rebus eorum.
*x* Nec conſtitutio laicorum ligat perſonas
Eccleſiaſticas, *y* quantumuis ſit in fauorem
Eccleſiæ, propter defectum poteſtatis ſta-
tuentium, & niſi ex promiſſione, vel cum
approbatione ſummi Pontificis fiat. *z*
Inuitantur tamen laici ad aliqua ſpiri- 2
tualia, vt adiutores & cooperatores perſo-
narum Eccleſiaſticarum ſint. *aa* Sicut vo-
cantur ad ſynodum Imperatores, ad fidem B
confirmandam & ſubſcribendam; ad pro-
hibenda ſchiſmata & tumultus, non au-
tem vt præſint. *bb* Vt & aliquando inuita-
ti in electione ſummi pontificis, vt euita-
retur hæreticorum factio. *cc* Item vt lites
monachorum & Eccleſiarum, illis etiam, ſi
opus ſit conſtituto ſalario, agant vel defen-
dant, *dd* fabricarum Eccleſiarum curam,
etiam hodie poteſt laicis concedi. *ee* Inue-
niuntur & ex laicis quidam, qui Eccleſia- C
rum habent patronatus, *ff* aduocationis,
vicedominatus, cuſtodiæ guardiæ ius. *gg*

## Scholia.

a *ca. imperium, 15. & c. quoniam idem me-*
*diator, 8. & tota 10. diſt. ca. cum ad ver-*
*bum, 96. diſt.*

b *can. ſicut ſacerdotes, 6. cauſa 2. q. 7.*

c *c. licet ex ſuſcepto, 10. & c. ſi diligenti, 12.*
*& c. ſignificaſti, de foro competen. lib. 2. tit.* D
*1. & fere toto eo. tit. Ideo improbatur con-*
*ſuetudo, vt minus rationabilis, qua cauſæ*
*Eccleſiaſticæ iudicabantur, præſentibus &*
*ſententiam dicentibus laicis, c. ad noſtram,*
*3. de conſuetu. nec laicus de ſpiritualibus*
*conſtitui poteſt arbiter, c. contingit, 8. de*
*arbitr. lib. 1. tit. 43. c. lator, qui filii ſunt le-*
*gitimi.*

d *c. 1. de vita, & honeſta. clericor. c. 1. §. fin.*
*de cohabita. clericorum & mul. ca. ſacer-* E
*dotum, de conſecratione diſt. 2.*

e *cap. 2. de inſtitutione, lib. 3. tit. 7.*

f *c. cum cauſam, de elect. ca. in noua, 16. q. 7.*
*niſi ex priuilegio Pontificali: quemadmo-*
*dum rex Galliarum eſt in pluribus Eccle-*

*ſtis, ſui regni canonicus, vt in Eccleſia ſancti Hilarii, Pictauienſis, Iohannes de Selua, in tracta. beneficior. prima parte. quæſt. 7. num. 8.*

g *c. ex literis, de translatio. clem. quia contingit. §. ante, de religioſ. domib. Poſſent tamen Summi Pontificis reſcripto & gratia, laici beneficia aut fructus beneficiorum conſequi, vt notant Innocentius, & Abbas, in c. quanto, de conſuetud. gloſſa in ca. bene quidem, ad verba,* præter Romanum, *96. diſtinct.* B

h *ca. ſi quis deinceps, cum ſequent. 16. q. 7. ca. omnes, 63. diſtinct. ca. Sacroſancta, 51. & cap. Maſſana, 56. de electione.*

i *ca. nullus laicorum, 18. ca. ſicut Domini, 19. & ſequentibus, 16. quæſt. 7. & fere per totam illam quæſtionem prohibetur ſub pœna excommunicationis, aliiſque pœnis accipere Eccleſias, inueſtituras vel alias res Eccleſiaſticas, de manu laicorum.* C

k *cap. dilectus, 3. de præbend. cap. dilecto, de teſtib. can. Adrianus, & can. in Synodo, 63. diſtinct.*

l *ca. 1. 16. quæſt. 7. & cap. quamuis, 18. cap. prohibemus, 19. de decimis, cum ſimilib. nota. & idcirco eas nullo tempore præſcribere poſſunt, c. cauſam, de præſcription. ca. ad hæc, 15. de decimis.*

m *cap. cum Apoſtolica, 7. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli, ca. tua in primo, in fine, eo. titu. Vide quæ diximus libr. 16. Syntagmatis iuris, cap. 25. num. 7.* D

n *In can. 24. laici quamuis, 16. quæſt. 7. can. bene quidem, 96. diſtinct.*

o *cap. decernimus, 2. de iudiciis, can. quoniam, in quibuſdam, 21. & ſequentib. 16. q. 7. cap. 2. de ætat. & qualitat. ordina. Poſſunt tamen laici in temporalibus tantum, conſtitui fructuum Eccleſiarum œconomi.*

p *Dicto can. in noua, 16. quæſt. 7. quia nec cauſæ ſpirituales iudicandæ delegari poſſunt laicis, vt explicat gloſſa ad cap. contingit, de arbitris.* E

q *c. ſi ne cle. vel mo. ſe negotiis ſe immiſceant in Sex.*

A r *ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. cum tribus ſequentibus, 2. quæſt. 7.*

s *Hæc in cap. cum ex iniuncto, & cap. ſicut in vno corpore, 14. de hæreti. Panormita. tamen ad c. decernimus; de iudic. ait, poſſe laicum prædicare, ſi committatur ei ab Epiſcopo, vide gloſſ. ad canon. adiicimus, 16. quæſt. 1. quam tamen non ſequimur, dum loquitur de muliere.*

t *can. bonæ quidem, 96. diſtinct. vbi tamen* B *gloſſa ait, laicum poſſe alium excommunicare ex delegatione Summi Pontificis, & eius auctoritate.*

v *cap. 2. de iudic. cap. contingit, de arbitris.*

x *can. non placuit, 23. 16. q. 7.*

y *can. bene quidem, 96. diſtinct. cap. quæ in Eccleſiarum, 10. de conſtitutione.*

z *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitution. cap. cum cauſa, de ſententia & re iudica. ca. 1. 10. diſt.*

C aa *Vt in can. 2. in fine, 23. diſtinct. vbi inuitantur ad electionem faciendam: & in can. mulier, 23. diſt. ad ſermonem populo, & clero faciendam, quandoque ad cauſas matrimoniales, can. ad ſedem, 35. quæſt. 5. & in cauſis fidei, can. vbi nam, 96. diſtinctione.*

bb *ca. vbi nam legiſtis, 2. & can. vbinã, 4. 96. diſtinct. diſputat Panormit. in quæſt. 1. nume. 27. & 28. in quibus cauſis &* D *quare laici intereſſe debeant conſiliis Eccleſiaſticis.*

cc *ca. quia Sancta, 63. diſt. can. bene quidem, 96. diſt.*

dd *cap. 1. de ſyndico, lib. 1. tit. 40.*

ee *quis debeat habere onus fabricæ, & pro ea colligere, tractatur in c. 1. & c. de his, de eccleſ. ædifican. & hodie fere vbique ex conſuetudine, datur hoc onus laicis matriculariis, ſeu ædituis vt vocant,* Marguilli- E ers, *quod & fieri poſſe notat Panor. ad c. nimis, de iud.*

ff *Totis titulis de iure patronatus.*

gg *Diſtinguit aduocatos a patronis Eccleſiarum, c. præterea, 23. de iure patronatus, lib. 3. titu. 38. attamen pro patrono Aduocatus*



*catus Eccleſiæ ſumitur, & explicatur in c. cum autem, 24. de iure patronat. & gloſſ. ad c. quia clerici, eod. titul. de iure patrona. ad verbum,* Aduocatias, *ait Aduocatiam eſſe ius patronatus aliquando, vt in illo loco: quandoque vicedominatum vel cuſtodiam, ſeu guardiam; item ius eſſe proceſſionis vel frequentationis, vt in can. piæ mentis, 26. & ſequen. Frigentius, 16. quæſtio. 7. quandoque gratiam, vt in ca. ſi quis Epiſcoporum, 16. quæſt. 5. Proceſſionis ho-* B *nor pro fundatione reſeruatur patrono, vt etiam alimenta iuxta facultates Eccleſiæ, ſi ad inopiam perueniat, can. nobis fuit, 25. de iure patrona. cum ſimilib. Aduocationis veſtigia pro guardia, in Lotharingia plura annotaui, dum eſſem ibi profeſſor, maxime in territoriis quæ fuerunt aliquando iuris Eccleſiaſtici: dum enim Eccleſiæ vel alii pagi vexarentur in bonis vel a Dominis vicinis, vel ab hoſtibus, aduo-* C *cauerunt in auxilium ad vim prohibendam Dominos alios quoſdam ſeculares, armis vel potentia præcipuos, quorum ope ſecurius ſibi ſubditi viuere poſſent, ab incurſibus per illos defenſi. Eoque nomine illis Aduocatis, vel reditus quoſdam conſtituerunt annuos; vel partem aliquam iuriſdictionis vel honoris, vel multarum conceſſerunt. Et proinde in illis pagis & populis, in quibus aduocati ſunt potentiores, in* D *cuſtodiam inueniuntur duo Domini, vnus naturalis, vel Eccleſia, ſeu is, cui ius ſuum ceſſit, & aduocatus, qui vulgo dicitur corrupta voce latina,* Seigneur voue, ou aduoue, *a verbo,* Aduocatus. *Sic in Dominio cuiuſdam meæ ditionis, de Babelemeote iuxta ciuitatem Marſalem, quam habui a cariſſima, & caſtiſſima vxore mea Franciſca de Burchel, quæ deceſſit pridie idus Nouembris, & ſepulta* E *eſt Pontomuſſi, anno Domini, 1588. mecum adeſt, olim dum ditio Abbatiæ eſſet ſancti Michaelis, Aduocatus Dominus: qui quædam tantum eo nomine exigua percipit.*

# A DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

## TIT. IX.

a *Ad hanc tractationem referri poſſunt tituli de regularibus & tranſeuntibus ad religionem lib. 3. decre. titu. 31. & in Sexto lib. 3. tit. 14. in Clem. lib. 3. tit. 9. de conuerſione coniugatorum lib. 3. decretal. titu. 32. de ſtatu monachorum & canonicorum regularium, lib. 3 decretal. titu. 35. & in* Sexto *lib. 3. tit. 16. in Clem. lib. 3. tit. 10. 16. q. 1. & 2. Eo pertinet titulus. C. de epiſcopis, & clericis,* B *lib. 1. C. de ſanctiſſimis* Epiſcopis, *& ideo amabilibus, & reuerẽdiſſimis clericis & monachis,* No*uella 123. de monachis nouella 5. Hæc conſtitutio interpretatur priorem conſtitutionem, de his qui ingrediuntur monaſterium, & de ſubſtantiis eorum, ex quo tempore oporteat eam valere, nouella 76. quomodo oporteat monachos viuere, nouella 133. de clerico ægrotante vel debilitato, libr. 3. tit. 6. de clericis coniugatis. lib. 3. decretal. tit. 3. & in Sex. lib. 3. tit. 2. de conuerſione coniugatorum, lib. 3. tit. 32. conſtitutio qua de dignitatibus &* Epiſcopatu *filium liberat a patria poteſtate, nouella 81.* C

### CAPVT I.

*Continuatio, qui ve dicantur clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ.*

STatus clericalis in Eccleſia poſitus eſt, *a* quo Deo conſecrati, contemplationi, & cultui diuino vacantes, a laicis diſtinguũtur; cuius appellatione clerici veniunt. *b* Poſſet & latius extendi Eccleſiaſticarum D perſonarum appellatio quam clericorum, ſi ordinationẽ conſideres; quia appellatione Eccleſiaſticæ perſonæ veniunt clerici moniales, conuerſi, conuerſæ, quæ tamen vt diuerſa in iure ponuntur, *c* continentur, & canonici. *d* Clericos vero dicemus proprie omnes in vniuerſum, qui in ſortem, hoc eſt in partem Domini aſſumti ſunt, in aliquo gradus vel ordinis miniſterio. *e* Quare, & ideo rationem rotundam E pilorum in vertice capitis in formam coronæ, dum initiantur, ſuſcipiunt, ex inſtitutione Romanæ Eccleſiæ, in ſignum regni cœleſtis, & quod temporalia depoſuerint, vt ſortem dominicam conſequerentur. *f*

### Scholia.

a *Status clericalis dicitur, in cap. cum ex eo, 34. de electione in Sexto.*

b *ca. duo ſunt genera,* 12. *q.* 1.

c *cap. non dubium,* 15. *ca. de monialibus,* 33. *de ſentent. excommunica. lib.* 5. *tit.* 39.

d *cap. cum tibi, de verb. ſignific.*

e *ca. cleros,* 21. *diſtin. d. ca. duo ſunt genera,* 12. *q.* 1. *vide quæ dixi, lib.* 16. *Syntagmat. cap.* 1. *nu.* 5. *Sic generaliter de omnibus poteſt intelligi Rubrica, de vita, & honeſtat. clericor. Ea ratione omnes qui ad Dei ſeruitium vocati erant tempore legis, in partem & ſortem Deo relictam participandam vocabuntur. Numer. c.* 18. *Deuteron.* 10. *verſ.* 8. *Deuteron.* 18. *in principio,* Ioſuæ, *cap.* 13. *verſu.* 14. & 33. *Ezechiel* 43. *verſ.* 28. *Quare, & in lege noua, qui de altari participant, dicti clerici. cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præbendis.*

f *ca. duo ſunt genera Chriſtianorum,* 12. *q.* 1. *ca.* 21. *prohibet,* 23. *diſtinct. Capilli tamen in prima tonſura clericis ſimplicibus non tondentur, ſed quidam relinquuntur, vt ait gloſſ. ad dictum can. duo ſunt genera, ad verbum,* depoſitio. *Significauit autem, quod quædam temporalia, quæ per ſuperfluitatem pilorum ſignificantur, debeamus reſeruare, ad ſuſtentationem vitæ. Monachi etiam maiorem raſuram, & tonſuram deferunt, in capite, quia iſti maiori voto renuntiarunt rebus ſeculi, & pro mortuis ſeculo habeantur. l. Deo nobis, de epiſcop. & cleric. C. De multiplici ratione raſionis capitis, nos multa diximus, lib.* 16. *Syntagmatis, cap.* 1. *num.* 11. 12. *& ſequentibus, vſque ad* 33.

## Capvt II.

1 *Diuiſiones ſeu diſtinctiones Eccleſiaſticorum ex ordine.*

2 *Quis ſimplex clericus.*
3 *Oſtiarius.*
4 *Lector.*
5 *Acolyta.*
6 *Exorciſta.*
7 *Subdiaconus.*
8 *Diaconus.*
9 *Presbyter.*
10 *Epiſcopus.*

PErſonarum Eccleſiaſticarum plures ſpecies, diſtinctæ vel ex Eccleſiaſticis ordinibus, vel ex cura & ſolicitudine, aut dignitate, aut officio, aut beneficio Eccleſiæ. Ordineſque nouem; Inde nouem diſtinctiones clericorũ, *a* & in primis: Clericus ſimplex, qui facit primum gradum inter Canoniſtas. Secundus, oſtiarius. Tertius pſalmiſta, ſeu lector. Quartus exorciſta. Quintus acolyta. Sexus ſubdiaconus. Septimus diaconus. Octauus preſbyter. Nonus epiſcopus inter canoniſtas, quamuis Theologi negent hunc eſſe ordinem vt etiam clericatum.

2 Clerici per primam tonſuram fiunt, *b* alii ex clericis ordinantur: & dicuntur alii coniugati, alii non coniugati. *c* Rurſum non coniugatorum, alii ſeculares, *d* alii regulares: ſeculares non ſunt adſtricti monaſticis regulis, vt regulares, qui, & religioſi, & monachi dicuntur. *e*

3 Oſtiarii ſunt, quibus datum eſt officium in Eccleſia, *f* cuſtodiendi claues eius interiores, & exteriores, claudendi, & aperiendi ianuas: fideles admittendi, infideles & excommunicatos excludendi.

4 Lectores, cantores, pſallentes, eiuſdem ordinis ſunt, qui in Eccleſia prophetarum ſcripta legunt, & ſacras laudes, & reſponſoria in Eccleſia canunt. *g*

5 Exorciſtæ ſunt, qui poteſtatem accipiunt exorcizandi vel adiurandi energumenos ſeu a dæmone obſeſſos: cathecumenos, & baptizatos. *h*

6 Acolytæ ſunt, qui faculas, & lumen deferunt in Eccleſia, dum ſacra myſteria fiunt. *i*

7 Subdiaconi ſunt, ſubadminiſtri altaris; ad quorum officium pertinet calicem & pateram ante altare Chriſti deferre, & diaconis ſeu Leuitis tradere eiſque miniſtrare; vrceolum quoque & aquam, & mantile & manutergium tenere, & Epiſcopo, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere. *k* In ſumma, ὑποδιάκονος, ſeu ſubdiaconus eſt, qui miniſterium adhibet poſt Diaconum. *l*

8 Diaconi, miniſtri preſbyterorum ſunt; quorum officium eſt miniſtrare ſacerdoti in omnibus, quæ agit in ſacramento corporis Domini, in baptiſmo, in chriſmate, patina, calice, oblationes inferre & diſponere in altari, componere menſam Domini, ac veſtire, crucem ferre & prædicare Euangelium, *m* corporalia & pallas lauare. *n*

9 Preſbyteri quaſi ſeniores, qui cum prudentia eſſe debent, dicti ſacerdotes, quaſi ſacra dantes: ſeu diſtribuentes. *o* Quorum præcipuum munus in ordinatione illorum ſtatuitur, conficere dominica ſacramenta. *p*

10 Epiſcopi habent nomen curæ & ſolicitudinis: dicti ideo, tanquam ſpeculatores & obſeruatores gregis ſibi in diœceſibus commiſſis. *q*



### Scholia.

a *Hæc tractantur, in ca. cleros,* 21. *diſt. & ibi gloſſa. ad verbum* pſalmiſta, *diximus ſupra lib.* 1. *tit. de ſacris ordinibus, & lib.* 16. *Syntagmat. iuris vniuerſi, c.* 2.

b *c. cum contingat,* 11. *de ætat. & qualita. ordinan.*

c *Exſtat titulus de clericis coniugat. Porro, qui ſint clerici, qui coniugio iungi poſſunt vel non, diximus ſupra, lib.* 1. *tit.* 12. *de ſacramento matrimonii.*

d *c. licet,* 2. *de offi. & poteſta. iudicis ordin.*

e *c. inter quatuor, de relig. domib. vide c. cum de beneficio, de præben. in Sext.*

f *ca.* 1. *in fine* 21. *diſt. can. perlectis,* 25. *diſt. ca. oſtiarius,* 23. *diſt. Nos etiam egimus de oſtiariis, lib.* 16. *Synt. c.* 3. *& de officio horum, in §. & primum quidem, & §. quod ſi illi, nouell.* 133. *Eſt & ianitrix ſeu oſtiaria, monaſterii monialium, quæ tamen ordinem monaſticum non eſt profeſſa, ſed habet tantum officium de qua, in c.* 3. *verſ.* ſancimus igitur, *& c.* 5. *§. oportet autem, nouell.* 133. *quomodo oporteat monachos viuere.*

g *in dict. ca. perlectis,* 25. *diſt. can. lector, ca. Pſal. iſta* 23. *diſt. nos li.* 6. *Synt. c.* 4. *de his eorũq; antiquitate, & introductione diximus. Autores Eccleſiæ certis regulis & formulis fuerunt ſub Pipino & Carolo Magno in Gallia ordinati, vel reducti iuxta formulam vrbis Romanæ, vt liquet ex lib.* 1. *capitularium Caroli Magni. ca.* 80. *& Sigeberto. Aiq; in Chronico Engolimenſi, traditur Carolum petiiſſe ab Adriano Papa cantores, qui Franciam de cantu corrigerent: & illum ei dediſſe Theodorum & Benedictum, Eccleſiæ doctiſſimos cãtores, qui a Sancto Gregorio eruditi fuerant: & tribuiſſe antiphonarios Sancti Gregorii, quos ille notauerat nota Romana. Atque Dominum Carolum regem Francorum reuertentem in Franciam, miſiſſe vnum cantorem Metum ciuitatem, alium Sueſſonim ciuitatem, iuſſiſſeq; de omnibus ciuitatibus Franciæ, magiſtros Scholæ antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare, & ita correctos omnes antiphonarios Franciæ, quos vnuſquiſq; pro arbitrio ſuo vitiauerat addendo vel minuendo, & tunc omnes Franciæ autores didiciſſe notam Romanam, quam nunc (inquit dictum Chronicon) vocant notam Franciſcam. Excepto quod tremulas vel colliſibiles, vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci naturali voce frangentes in gutture voces, potius quam exponentes, manius autem magiſterium cantandi, in ciuitate metis, & c. remanſiſſe.*

h *in ca. exorciſta,* 23. *& ca. perlectis, §. ad exorciſtã,* 25. *diſt. Nos de hoc & de exorciſmis diximus, lib.* 16. *Syntag. cap.* 5.

i *ca. cleros in fine,* 21. *diſt. ca. acolytis,* 23. *diſt. ca. perlectis,* 25. *diſt. & nos de his lib. Syntag. c.* 6.

k *dict. ca. perlectis,* 2. *ad ſubdiaconum,* 25. *diſtinct.*

l *ca.cleros,21.diſt.vide quæ diximus de ſub-* A
*diaconis lib.16. Synt.iuris c.7.*
m *c.diaconi,93.diſt.dict.c.perlectis,21.diſt.*
n *ca.nemo per ignorantiam, de conſecr. diſt. 1.vide quæ diximus, de diaconis, lib. 16. Syntag.c.7.*
o *ca.cleros,21.diſt. diximus abunde & nos, de officio horũ, nomine & ſacerdotio, tum iudaico tum ethnico, & Chriſtiano, li.16. Synt.iuris vniuer. c.8. apud Iulium pollucem in 2.* οὐδὲν ἐστιν πρεσβύτερον, *dicitur pro* B
οὐδὲν ἐστι τιμιώτερον, *id eſt, nihil eſt presbyterum, dicebant pro nihil eſt magis honoratum vel honorandum, Latini dicunt nihil eſt antiqu. ſeu venerabilius, ita ſacerdotes, presbyteri, propter dignitatem dicti. ca.cleros,§.presbyteri,21.diſt.*
p *ca.ecce ego,95.diſt.ca.perlectis,21.diſt.c. ipſi ſacerdotes, & ca.dictum eſt,1.q.1.ca. ſacerdotes,6.q.1.*
q *actorum c.20.ibi* attendite vobis & vniuerſo gregi,&c. *ca.cleros,21.diſt.nos abunde tractauimus in genere & de nomine, & officio, lib.15. Syntag. iur. c.2.& de eorum electione, poteſtate, & de aliis ad eorum curam pertinentibus, in cap.2.eius libri episcopatus dicitur primarii ſacerdotii homo, Nouell.leonis 10.* C

## Capvt III.

1 *Pontificum ſeu Epiſcoporum diſtinctiones.*
2 *Patriarchæ primates.* 3 *Cardinales.* D
4 *Archiepiſcopi.* 5 *Abbates & monachi.*

1 POntificum ſeu ſacrorum epiſcoporum plures gradus ſunt in Eccleſia, primus vniuerſorum epiſcopus ipſe Deus. *a* Huius vicarius in terris vnus, *b* vniuerſalis Eccleſiæ paſtor, *c* ſedem nunc Romæ tenens D. Petri, ſummus Pontifex, dictus Papa, quaſi pater magnus omnium patrum Eccleſiæ. *d*

2 Hicq; primus patriarcha *e* Romanus, E
*f* inter epiſcopos quinq; qui patriarchæ, dicuntur, hoc ordine, *g* vt poſt dictum primum Romanũ ſecundus dignitate ſit præſul Conſtantinopolitanus, tertius Alexandrinus: quartus Antiochenus: quintus Hieroſolymitanus. In aliis Eccleſiis maio-
A ribus poſt prædictos, ſunt præſules aliqui dicti primates, dignitate tertii, maiores archiepiſcopis, a quibus ad illos prouocatur, *h* omnes patriarchę primates dici poſſunt: ſed non omnes primates, ſunt patriarchæ. *i*

Sunt & Cardinales, perſonæ Eccleſiaſticæ, id eſt præcipuæ, qui ſummo Pontifici adſtant, inſeruientes ſedi Apoſtolicæ, 3
in qua conſiſtit veluti axis & cardo omnium aliarum Eccleſiarum, *k* dicti ſenatores
B ſummi Pontificis, ſeu ſenatus Eccleſiæ, *l* pars corporis Papę. *m* Quorum alii dicuntur Cardinales diaconi, alii Cardinales preſbyteri, gradu maiores, alii Cardinales epiſcopi; gradu adhuc priores cæteris. Certis & propriis titulis Eccleſiarum ſinguli diſtincti, ex quibus appellationem recipiunt. *n*

Archiepiſcopi dehinc inferiores primatibus, maiores epiſcopis ſibi in prouin- 4
C ciis ſuppoſitis per proprias diœceſes: *o* dicũtur & archiepiſcopi metropolitani, *p* erant & chorepiſcopi, qui vices epiſcoporum in aliqua parte epiſcopatus gerebant, ſublati poſtea tamen vt ſuperflui. *q* Loco quoque epiſcoporum ſunt proponrifices, ſeu eorum vicarii generales, & officiales. *r*

Coniunguntur epiſcopis alii prælati, 5
abbates regularium perſonarum ſeu monachorum, abbatiſſæ quoque mulieribus
D monaſticis præpoſitæ. *s* Monachi autẽ & moniales a ſolitudine clauſtri, cui ſe addicarunt, dicũtur. *t* Ex monachis porro, quidam cœnobitæ dicuntur, ſub *v* certa regula & formula viuendi communiter viuentes, quidam heremitę ſeu ſolitarii, ſeorſum ſoli ſine certa regula ſolitaria loca inhabitantes, *x* quidam rurſum monachorum mendicantes, quidam non mendicantes ſunt: *y* alii laxioris regulæ, qui & canonici
E regulares, alii arctiores. *z* Quidam cõuerſi dicti in monaſteriis, qui conuictui & habitui ſe accommodant religioſorum: cum quibus, ſine profeſſione tamen regulæ, viuunt. *aa* Monachis & monialibus alicubi præter abbates & abbatiſſas, præficiuntur quidam dicti priores & prioriſſæ, nempe primi



primi & primæ, qui quæue cæteris pręſint, A
& illi vel illæ clauſtrales aut conuentuales ſunt. *bb* Clauſtrales ſunt qui præſunt poſt abbatem, vel abbatiſſam, in clauſtro, tanquam vicem & locum eorum tenẽtes illis abſentibus. *cc* Conuẽtuales, qui primi ſoli, ſine abbate & abbatiſſa ſunt in cœnobiis. *dd* Rurſum ex monachis, quidam ſunt clerici, & intitulati in certis Eccleſiis: *ee* quidam ſine clericatu ſimpliciter monachi, vel heremitæ. *ff* B

### Scholia.

a *Sic vocat Deum* πανεπίσκοπον, *Dionyſius Areopagita lib. de diuinis nominibus, & Sibylla Erythrea, in oraculis. Sic Dominus noſter* Iesvs Christvs, *ſummus ſoluſq; verus Pontifex, qui offert verã Deo oblationem, & ipſe vera oblatio, & ſalutare ſacrificium, vt docet Diuus Paulus ad Hebræos & ſacræ paſſim literæ alibi.*
b *c.1.de ſumma trinit.& fid. Cathol.ca.Nouatianus, ca.in apibus.7.q.1.c.ſaluator, de præb.in extrauag.communi.* C
c *ca.ſacroſancta,22.diſt.c.quanto, de tranſlat.epiſco.D.Ioan.Euangel.c.21.D.Matthæi,c.26.*
d *c.in nomine Domini,23.diſt.c.omnes,21. diſt.l.4.de ſumma trinit.& fide catholica, nos etiam multa de ſummo Pontifice eiuſq; poteſtate & nominibus, li.15. Synt.c.3.de poteſtate etiam eius ſcripſerunt Thomas Campegius Chriſtophorus Marcellus, frater Thomas Elyſius Neapolitanus in libro qui inſcribitur Piorum clypeus aduerſus hæreticorum prauitatem. vide c.ſignificaſti de electio. Admonui vltra papas & archiepiſcopos aliquando & epiſcopos dictos fuiſſe Græcis, vt liquet ex epiſtolis inter opera Athanaſii ſcriptas Athanaſio Papæ. Odorannus quoq; monachus Senonenſis meminit in chronico, Anſegiſum Archiepiſcopum Senonenſem primatẽ totius Galliæ & Germaniæ, inſtitutũ a Ioanne Summo Pontifice, & ſecundum Papam appellari meruiſſe in Synodo habita in loco, qui dicitur Pontigomis 16.kal. Auguſti anno Domini 876.in dictione 9.* D E

e *Patriarcha primus vel princeps vel honorabilior inter patres dicitur, ſic legimus 12. filios Iſraelis fuiſſe nominatos patriarchas, Act.7.& 1.Paralipo.c.8. & Tobiæ 6. qui digniores ſunt cæteris in Eccleſia patres dicuntur, ca.ſexta Synodus,16.diſt.ca.ſi.68. diſt.ſic præcipui epiſcoporum principes patrum, patriarchæ, vide quæ dixi li.15. Syntagmatis iuris c.2. ſcripſit & de patriarchali præſtantia Matthæus Vgonius epiſcopus Famoguſtenſis.*
f *ca.primæ ſedis,99.diſtinctio.*
g *ca.penul.& fin.ca.omnes.ca.ſacroſancta, 22.diſt.c.antiqua, de priuileg.lib.5.tit.33. nos de patriarchis ſingulis egimus lib.15. Syntag. cap. 5.6.7.8.& 9.*
h *canone 1.99.diſt.*
i *ca.1.2.3.& 99.diſt.ca.conqueſtus,9.q.1.*
k *gloſ.in extraua.execrabilis, de præb.in extrauag.communib.ad verbum* cardinalibus. *De his ſcripſit Martinus Laudenſis.*
l *ca.Eccleſia, cauſa 16.q.1.*
m *ca.quiſquis, 6.q.1.clem.felicis, de pœnis quemadmodum ſenatores principis ſeu cõſiliarii, dicuntur pars corporis eius, l.quiſquis, ad legem Iuliam maieſta.C.*
n *vide quæ de illis diximus, deque dignitate titulis, & gradibus, cardinalium, lib.15. Syntag.c.4.*
o *ca.in illis, vbi ratio inſtitutionis, 8.diſtinctio.ca.1.2.3.ſub 9.quæſt.3.ca.cleros,21. diſtinct.§.fin.de monachis, in Nouellis Iuſtinian. de epiſcopis & eorum auctoritate fuſe tractauit Ioannes Bertbachinus Firmianus.*
p *Quod ſint in Eccleſia matrice, & prima ciuitate totius prouinciæ vel a numero ciuitatum, ſeu epiſcoporum ſuffraganeorum ſibi ſubditorum, quod explicatur fere per totam 9.quæſt.3.ca.cleros 21.diſtinct.vide multa a nobis explicata de archiepiſcopis, & eorum inſtitutione & poteſtate, lib. 15.Synt.c.11.*
q *ca.quamuis, & cano.choriepiſcopi, 68.diſtinct. Sunt alii coadiutores epiſcoporum & aliorum de quibus tractatum Thomas Campegius edidit.*

r Inter hos & differentia in c.1.& fin.de offi. vicar.in Sex.quod officialis gerat epiſcopi vices in iuriſdictione: vicarius vero in ſpiritalibus, & in generali poteſtate data ei conferẽdi vacatura beneficia,quamquam & aliquando officiali concedatur & poteſtas collationis beneficiorum cap.2.& 3. eod.tit.in Sex.

s de abbatibus & abbatiſſis,nos multa lib.15. Syn.c.13.Abbas ſtare debet immediate poſt epiſcopum,& præeſt aliis prælatis, Panor. B ad c.ex ore nu.3.de priuil.imo & præfertur epiſcopo in rebus ſpectantibus ad regulam ſui ordinis, Panor. ad c.cum contingat, num.2.de foro competent, tractatur de abbate ordinando,in §.ordinatione,nouellæ 5.de monachis in §.iubemus, nouell.123.

t ca.placuit,1.ca.ſi cupis,16.q.1.

v titul.de regular.neq; iſti per ſe ſolitarii eſſe poſſunt, clem. ad hæc, 18.de ſtatu regul. C vide quæ diximus de monachis & generibus eorum,& regulis,lib.15.Synt.c.14.& de legibus monaſticis,c.15.de monialibus c.17.omnium tamen in ſumma regula & modus viuendi,debet approbari,neq; licet ex arbitrio nouum ordinem vel nouum habitum religionis creare vel gerere:reuocatiq; ſunt ordines mendicantium creati poſt Concilium generale,in c.1.de religioſ. domib.in Sex.lib.3.tit.17.c.1.eod.tit.a- D pud Greg.& c.1.in extrauag.Ioannis 22. Retinentur autem ordines inter mẽdicantes probati,prædicatorum,minorum,heremitarum ſancti Aug in dict.c.1.§.ſane ad prædicatorum, de relig.domib.in Sext. Quamquam ſolitariam videantur agere vitam clauſtrales monachi, ratione conuerſationis ſecularis vitæ,tamen ſoli & ſeparati eſſe inter ſe non debent,ſed cum ſocio vel aliis monachis ſimul viuere & de- E gere.c.quoniam,de vita & honeſtate clericor.c.2.de ſtat.monach.§.cogitandum, de monach.in nouel.idipſum placuit in monialibus,in ca.pernitioſam,18.q.2.c.1. de ſta.regul.in Sext.§.in omnibus autem

A monaſteriis,c.36.nouellæ 133.de ſanctiſſ. epiſco.

x meminit de vtriſq; ca.12.qui vere,16.q.1. can.perlatum,8.§.Cantica, 19.q.3.

y de quatuor ſacris medicãtium familiis,vide quæ diximus,lib.39.Syntagm.titu.5. num.17.

y de monachis & canonicis regularibus, in cap.quod Dei timorem,de ſtatu monachorum.Ex clericis monachis fiunt canonici B regulares, cum laicus non poſſit recipi in canonicum,cap.12.de inſtitutio.quamuis laicus recipiatur in cõuerſum monaſterii, cap.cum ex eo,de electio.in Sex.

aa vide dict.c.cum ex eo, de electio.in Sex. gloſſ.ad ca.duo ſunt genera ad verbum, conuerſi 12.q.1.ca.in nona 16.q.7.Quare & conuerſi ſi religioſorum eorum priuilegiis vtuntur in cap.non dubium, 5.& c. ex tenore, de ſententia excommunica.

C bb meminit de abbatiſſa & prioriſſa & quãdo exire a monaſterio poſſunt, c.1.§.verum quando,& ſequent.de ſtatu regularium,lib.3.Sexti tit.16.

cc c.cum ad monaſterium,de ſtatu monach.

dd Clem.1.§.cæterum, de ſtatu monachor. lib.3.tit.10.clem.1.de regularib.eo.lib.3. titul.9.vide quæ de prioratibus diximus, in lib.15.Syntagm.iuris.tit.17.

ee c.cum dilectus, ibi, Monachus qui ſe D pro clerico, eius Eccleſiæ gerebat, de conſuetud.

ff Antiquitus enim neq; etiam nunc, omnes monachi clerici fuerunt, aut ſunt, quare monachum ad ſacrũ altare accedere prohibebat cano.33.Synodi in Trullo, aut ibi permittebat cantare in ambone, aut legere,ſi non recepiſſet characterem. Simile & in Concilio Laodicenſi ſtatutum can.15. & 21. quia & in Synodo Nicena 2.c.14. E in ca.69.Synodi in Trullo, prohibitum erat laicis accedere ad ſanctum altare.

## Capvt IIII.

*De ſecularibus Eccleſiaſticis rectoribus & prioribus, & aliis.*

A cura



A Cura & ſolicitudine plebis ſeu perſonarum certarum ſimul cohabitantum,a qui eis in ſpiritalibus præpoſiti ſunt clerici,dicuntur curiones,alicubi curati, b rectores, c plebani, d presbyteri, proprii parochiani,propriarum Eccleſiarum,e Vicarii perpetui,f & ſi duo ſunt vnius Eccleſiæ præpoſiti, vnus prior, g alter vicarius perpetuus aliquando dicitur, qui habeat curam animarum ſibi coniunctam. h

### Scholia.

a Ex illa enim cohabitatione parochiæ & parochiani dici poſſunt,lib.3.Decretalium. tit.29.de parochiis & parochianis,habent enim, qui eis præſunt certos deſtinatos ſibi fines,canon.Eccleſias 13.quæſt.1.παροικία Græcis accolarum eſt conuentus, ἀπὸ τοῦ παροικεῖν. a iuxta habitando, quamquam & aliunde, πάροικος, a præbẽdo, copiarius, C Latinis, qui præbebat olim hoſpitibus victui neceſſaria, quæ nomine ſalis & ligni concluſit Horatius,libr.1.Sermonum Satyræ 5.& ibi Acron ad verſum, & parochi quæ debent ligna ſalemque, Quod late explicat Budæus, in poſterioribus annotationibus ad l.final.de muneribus & honor. P. vnde & hic parochus presbyter dici poteſt præcipuus in ſacra vicinia inter eos,qui ſunt eiuſdem viciniæ, ſeu curiæ ſacræ ſeu templi & Eccleſiæ, qui illis præbet ſacroſanctum pabulum verbi Dei, & ſacramentorum Eccleſiæ.cap.1.de ſepultur. Clem.dudum,eod.tit.de ſepult.Inuenitur, & nomen parochiæ in iure, pro Diœceſi epiſcopali,vt in c.excommunicamus,§.adiicimus.de hæret.cap.3.de paroch.& parochian.ca.obitum,61.diſtin.in concil.Antiocheno.cap.9.ibi ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας.id eſt, vnum E quemque epiſcopum habere in ſua poteſtate ſuam parochiam,& apud Burchardum lib.1.decre.c.83.Dicuntur ita & vniuerſales & ſingulares, ſeu particulares parochiæ,in c.1.de offic.archid.libr.1.tit.23.

b Curati vulgo ſeu curiones dicti, a cura a-

A nimarum quæ beneficiis illorum adiungitur hominum ſuæ parochiæ.c.de multa,de præbendis,c.cum ſingula.eo.titul.in Sex. Sic & aliquando in iure ciuili, cura pro munere & ſolicitudine curatoris, dicitur item & curatela, l.hæres abſens, §.ſi quis tutelam,de iudic.P.

c vide caput finale,de præbend.

d c.fin.ne cleri.vel monach.ſecularib.neg.ſe immiſceant.

B e ca.2.de paroch.ca.omnis vtriuſque ſexus, 14.de pœn.& remiſſ.lib.5.tit.38.cap.placuit,de conſecr.diſt.6.

f cap.poſtulaſti,de reſcrip.c.exſtirpandæ.§. qui vero,de præb.c.3.& fin.de offic.vicarii.libr.1.tit.28.

g dicto cap.exſtirpandæ.§.qui vero,de præbend.

h quia a regẽdo,is rector,(cum prior plebem non regat actu) vt eius vicarius perpetuus.

C

## Cap. V.

1 *De nomenclatura perſonarum Eccleſiaſticarum.*

2 *Eccleſiarum collegialium.* 3 *Archidiaconus.* 4 *Archipresbyter,decanus.* 5 *Primicerius.* 6 *Canonicus.* 7 *Cancellarius.* 8 *Cantor,&c.* 9 *Sacriſta.* 10 *Cuſtos.* 11 *Oeconomus.* 12 *Officia clauſtralia.* 13 *Apocriſarii.*

D IN Eccleſiis† collegialibus clerici & aliæ 1
perſonæ diuinis miniſteriis conſecratæ, appellationes alias ſortiuntur, vel a dignitate,vel ab officio,vt præpoſiti dicti, qui aliis præſunt.a

Archidiaconi,qui inſeruiunt epiſcopo 2
ſuo, habentque curam eorum omnium, quæ ſunt in clero,in vrbe, & extra b item,

Archipresbyteri, dicti decani presby- 3
E terorum Eccleſiæ vbi ſunt, c quorum aliqui ciuitatenſes, ſeu vrbicani, in vrbibus conſtituti: d alii rurales, diſperſis in pagis presbyteris depoſiti.e

Decani eodem munere † funguntur, 4
quo archypresbyteri, iique dicuntur præcipui ſingularum congregationũ ſeu pri-

mi collegii honorabiliores, *f* vbi tamen decanus eſt, ibi non eſt archipresbyter, quia in locum archipresbyteri tantum ſubrogatur. *g*

Primicerius dicitur † & præcipuus inter aliquos, qui præeſt docendo diaconis vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in eodē ordine, in quo ipſe primus eſt, poſitis. *h*

Sunt canonici, † qui præbendam habent in Eccleſia collegiata ſeculari, interdum in regulari, cum loco certo & altiore aliis in choro, cum voce in capitulo, & alicubi cum oſculo concanonicorū. *i* Sunt & canonicæ ſeculares, fere eiuſdem conſiderationis. *k* Sunt & alicubi ſimplices vltra præbendati, inferioris ordinis in Eccleſia collegiali, clerici, item & aſſiſii alibi dicti. *l*

Cancellarius inuenitur † in aliquibus etiam Eccleſiis collegiatis, vbi maxime in vrbe eſt Academia, cuius dicitur cancellarius, *m* alicubi & Scholaſticus ſeu magiſter Scholarum, ex numero canonicorum, interdum & vltra canonicus Theologus. *n*

Item cantor, † qui vocem modulatur & moderatur in cantu, cum quo & alicubi præcentor & ſuccentor: iſte vocem incoat & tonum, hic ſubſequitur & reſpondet, vt & concentor qui conſonantiam his addit *o*

Eſt ſacriſta, cuſtos † ſacrorum vaſorum, veſtimentorum Eccleſiaſticorum & theſauri Eccleſiaſtici, eorumque quæ ad luminaria pertinent, qui ſubiicitur archidiacono. *p*

Cuſtos Eccleſiæ † & eſt miniſter ſacriſtæ, qui iuſſu ſui archidiaconi in horis canonicis, ſigna tintinnabulis pulſatis dat, pallia & linteamina altaris, & reliqua vtenſilia Eccleſiæ indeſinenter cuſtodit, lumina accendit & exſtinguit, incenſum, panem & vinum, pro Miſſa præparat, oblationes & eleemoſynas diuidit. *q*

Alicubi loco † epiſcopi pro hoſpitibus recipiendis & eleemoſynis diſtribuendis, vicedominus & œconomus Eccleſiæ conſtituitur. *r*

In cōuentualibus † & regularibus quoque Eccleſiis diuerſi a diuerſis ſibi iniunctis officiis appellantur, vt ſacriſta eleemoſynarius, cellarius, *s* aduocatus, procurator, *t* ſyndicus, *u* guardiani, *x* miniſtri, *y* prouinciales, *z* generales, *aa* rectores, *bb* œconomi, *cc* & ſimiles alii, qui ex vſu communi facile intelliguntur.

Apocriſarii quoq; † ſeu reſponſarii inueniuntur in monaſteriis virorum & mulierum, nempe viri ſenes, monachi monachicum certamen ſuperantes, qui monaſteriorum occupantur vtilitatibus, & cauſas eorum agunt & communionem, cum opus exhibent monachis, vel monialibus, *dd* & pro illis reſpondent, & petitiones exhibent. *ee* Pertinuit & ad munus illorum, rudiores monaſterii inſtruere, & cum illis conferre & diſputare de rebus ſacris. *ff* Fuerunt & apocriſarii pontificum ſeu epiſcoporum, veluti legati ac commiſſarii ad aliquid dicendum vel petendum nomine eorum. *gg* Vt & apocriſarii Diœceſeos, qui mittebantur in aulam Imperatoris, & cum quibus prælati vel clerici, vel monachi, diœceſeos, de negotiis conferebant, de quibus conſulebant Imperatorem, antequam illum adirent aut principem ipſi alloquerentur. *hh*

SCHOLIA,

a *de quibus in c. quamuis, de verbor. ſigni. c. ex parte, 2. de cleric. non reſident.*

b *de quibus in c. 1. & ſequentib. de offic. Archidia. dicitur. Quorum poteſtas ex conſuetudine obſeruata, metuenda eſt, in c. fin. de offic. archidia. lib. 1. tit. 23. vide canon. perlectis, § archidiaconus, 23.*

c *c. ad hæc, §. archipresbyteri, de offic. archi.*

d *de quorum munere, in c. penul. de offic. archipresbyt. lib. 1. tit. 24.*

e *& de eorum munere in c. fin. eo. titu. de officio archipresbyt.*

f *c. poſt electionem, 6. de conceſſio. præben. c. cum inter vniuerſas, & ibi gloſſa, & Pano. de electio.*





g *Rota deciſ. 451. & 443. in nouis.*

h *c. vnico, de primicerio. lib. 1. tit. 25. primicerius* πρωτόκηρος *eſt* πρῶτος κηρός. *primus in ordine ceræ ſeu ſcripturæ. olim enim in pugillaribus ceratis, vt in arborum libris & foliis, & alia in materia ſcriptum fuit, vt refert Plinius, libr. 13. capit. 11. & qui primus erat, dignior ſcilicet, primus in albo ſcribebatur. l. 1. de albo ſcriben. P. Quāobrem in omnibus ordinibus, dignior, primicerius dictus, vt primicerius mēſorum. In l. 1. de menſorib. libr. 12. C. tit. 28. fabricenſium, l. 1. de fabricenſib. libr. 11. C. protectorum, domeſticorum, & ſimilium, l. 2. de domeſticis & protectoribus. lib. 12. C. fuit & aliquibus Eccleſiis primiceriatus dignitas, vt in c. cum acceſſiſſent, de cōſtitutio. vide de eius officio, in ca. perlectis, §. ad primicerium, 25. diſt.*

i *c. dilectus, in 1. & cap. pro illorum, de præben. Hæcque explicantur in ca. dilecto. de præben. vide Clem. 2. de ætat. & qualita. ordinando. de canonicis regularibus. in c. fin. de religioſ. domibus. c. fin. de regularibus c. conſtitutus 47. de ele. c. 1. de regularibus in extrauag. communib. aliqui tamen canonici, quandoque nō habent præbendam, ſed eam exſpectant, c. relatum. de præben. cum ſimilibus. Sunt & canonicatus ad effectum conſequendæ dignitatis creati a ſummo Pontifice, de quibus nos alias, & in §. fi. de reſeruationibus, in concordatis.*

*Clem. 1. de religioſ. domibus, de canonicis*

k *vtriuſque ſexus, regularibus, in Clem. 2. §. illas quoque, de ſtatu monach. lib. 3. titul. 10. c. indemnitatibus, de elect. in Sext. canon. fin. 12. q. fi. de his & in gloſſ. penult. c. dilecta, de maioritat. & obedientia.*

l *cap. penult. de cleric. non reſidenti.*

m *vt in cap. vnic. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferæn. libr. 5. tit. 5.*

n *hæc in can. cleros. §. cantor. 21. diſtin. & de ſuccentoria tu. in c. inter dilectos, de exceſſib. prælat. & de præcentore in c. cum olim. de conſuetud.*

p *capit. vnic. de officio ſacriſtæ, libr. primo titul. 26.*

q *cap. 1. & 2. de offic. cuſtodis, lib. 1. tit. 27.*

r *ca. volumus, 89. diſtin. Oeconomus Eccleſiis vacantibus & non vacantibus, datur, vacantibus, pendente tempore vacationis, & donec illis prouideatur de præpoſito proprio: idque fit per epiſcopum iure ordinario. c. cum vos 4. de offi. ordina. & ibi etiam notat gloſſ. penultim. interdum dari œconomum ad conſeruanda bona Eccleſiæ, vt ibi, & non ad agendum, vt in cap. 3. quoniam 75. diſt. & in cap. 47. illud, 12. qu. 2. vbi cauetur, mortuo epiſcopo conſtituendum bonis eius œconomū, ne epiſcoporum bona ab vllo diripiantur, ſed conſeruentur ad opera Eccleſiæ & ſucceſſoris, differreque ita poſſunt œconomi Eccleſiæ, a ſyndico: nam œconomus, conſeruat & adminiſtrat bona, non autem agit aut defendit. l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. poteſt tamen loco ſyndici & actoris aliquando œconomus conueniri vel agere, vt in capit. Imperatorum 4. de iure calumniæ, & capit. 2. de capellan. monachi. Beneficiis etiam nō vacantibus, dantur alicubi ex canonica inſtitutione œconomi, in temporalibus, & maxime olim dabantur bonis tēporalibus epiſcopatuum, canon. quia in quibuſdam, 89. diſtin. & epiſcopus ſibi eligebat œconomum. Et ſi in eo negligens eſſet, eligebat eius ſuperior, archiepiſcopus. Quod etiam archiepiſcopus ſibi non elegiſſet, eius ſuffraganei ei eligebant. Idemque ſeruabatur in monaſteriis, canone 3. cum ſimus debitores, 9. quæſtione 3. ex 7. Synodo, capit. 1. l. omnes, §. ſed nihilominus, de epiſcop. & cleric. C. niſi eſſet conſuetudo, quod capitulum eligeret. cap. cum Eccleſia Sutrina, de election. datur & monaſteriis ab epiſcopo alioquin œconomus, idoneus, in capit. Imperatorū, 4. de iuramēto calūniæ. Statuit & Iuſtinianus in l. omnium adhibentes, 42. §. & ipſos quoque œconomos. C. de epiſcop. & cleric. vt œconomicū diligenti iudicio & diſquiſitione creen-*

*tur, qui & ſingulis annis rationes reddant* A
*epiſcopo: & ſi in aliquo Eccleſiam læſerũt,*
*reſarciant. Hic œconomus clericus eſſe de-*
*bet non laicus, & ex proprio clero, can. 22.*
*in 9. actione, 16. quæſt. 7. cap. 2. de ætat. &*
*qualita. Habebat & epiſcopus vice-domi-*
*num, qui domui epiſcopali prouidebat, &*
*his, quæ in ea gerenda erant, vt œconomus*
*præficiebatur rebus Eccleſiæ totius & ca-*
*pituli, ca. diaconum, 89. diſt. dictus maior*
*domus vicedominus, vt in canone 2. vo-* B
*lumus, 89. diſti. vbi & de officio eius, San-*
*ctiſſima conciliorum conſtitutio addendos*
*epiſcopis œconomos & vicedominos, pri-*
*mum vt adminiſtratio & conſeruatio bo-*
*norum Eccleſiæ, ſub fide fieret, ne facile res*
*alienarentur, & ne prælati in his vlla ſu-*
*ſpicione fraudis arguerentur, dehinc, vt*
*adiunctis illis auxiliaribus œconomis &* C
*vicedominis, epiſcopi leuarẽtur a plurium*
*negotiorum onere & moleſtia. Et poſtre-*
*mo, vt cum morerentur epiſcopi, prædictæ*
*perſonæ, notionem haberent rerum perti-*
*nentium ad ipſam Eccleſiam, & earum,*
*quæ propriæ eſſent epiſcoporum, & ſi epi-*
*ſcopi inopinatus contingeret tranſitus, res*
*Eccleſiæ non perirent aut minuerentur, &*
*res propriæ epiſcopi, non paterentur impor-*
*tunitatem aut damnum loco rerum Ec-* D
*cleſiaſticarum. ca. manifeſta, 20. & ſeq.*
*ſint manifeſta, 12. q. 1. in cap. Martini. ca.*
*4. & can. Apoſtolorum 40.*

s *De quibus gloſſ. ad Clementinam, 1. §. ad*
*hæc, de ſtatu monachorum, ad verbum,*
officiis.

t *Vocati in ius clerici in ſubdiaconatu exi-*
*ſtentes, vel monachi regulares, eſſe non*
*poſſunt coram iudice ſeculari, niſi cauſam*
*ſuam, vel Eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium* E
*perſonarum fuerint proſecuti, & cum ſu-*
*perioris licentia, ſi monachi ſunt, cap. 1. 2.*
*& 3. de poſtulan. libr. 1. tit. 37. cum ſimi-*
*libus ibi notatis, eſt aduocatio quædam ſeu*
*guardia Eccleſiæ, quorum iura interdum*
*pertinent ad ius patroni, de quibus vide c.*
*cum autem, 24. de iure patrona. Procu-*
*ratores poteſt habere epiſcopus, qui in cau-*
*ſis eius agere & reſpondere poſſint, quam-*
*uis eos ſyndicos vel actores non conſtitue-*
*rit. cap. petitio veſtra 9. de procurator. lib.*
*1. tit. 38.*

v *Monachi, qui ab omni ſtrepitu iudicio-*
*rum quieti eſſe debent, generaliter ſolent,*
*vel debent commendare negotia, & lites*
*alicui laico, ſalario conſtituto, & hũc ſyn-*
*dicum vocamus monaſterii. capit. 1. de*
*ſyndico.*

x *Guardiani diuerſi generis dicuntur eſſe*
*eccleſiarum. Quidam enim tales dicti,*
*quod defendere debeant eas ab omni op-*
*preſſione, ſi vel ſunt ſuæ fundationis, vel*
*alterius: ſiue ſint clerici, ſiue laici, vt in ca.*
*præterea, 24. de iure patrona. Alii guar-*
*diani, inter regulares, præfecti conuenti-*
*bus virorum monachorũ vel monialium,*
*dicti tãquam cuſtodes monaſterii, & mo-*
*rum obſeruatores.*

y *Miniſtri quoque, alicubi dicuntur inter*
*religioſos præpoſiti, qui non prioris ſed mi-*
*niſtrantis, exemplo ſententiæ Dei, volue-*
*runt dici. Dicebat enim Deus diſcipulis,* ſi
quis maior inter vos voluerit eſſe, ſit
tanquam miniſter, *ita fere eiuſdem mu-*
*neris miniſtri guardiani, cuſtodes, in ex-*
*trauaganti. 1. Ioannis 22. de religioſ. do-*
*mib. vbi gloſſa ad verba*, aut nominibus
*ait, hos dici interdũ præpoſitos, magiſtros,*
*& priores, meminit clem. 1. eiuſ tituli, &*
*de electione iſtorum facienda tractatur.*
*in clem. exiui. §. fin. de verb. ſignifica. & in*
*concilio Tridentino. Seſſio. 25. de refor-*
*matione, & monialibus. c. 6.*

z *Prouinciales, miniſtri ſcilicet vel præpoſi-*
*ti ſunt, qui curam generalem habent ali-*
*cuius regulæ vel ordinis vel monaſterio-*
*rum ordinis, in aliqua prouincia. de qui-*
*bus in dicta clement. exiui. §. fin. de verbo.*
*ſignific. Diſtribuunt autem regulares ali-*
*quando ſuas prouincias prout diuiduntur*
*per regiones principum, aliquando ex eo-*
*rum definitione aliarũ prouinciarum alii*
*ſubiiciuntur.*

aa *Gene-*



aa *generales item miniſtri ſunt, veluti totius*
*ordinis alicuius magiſtri, & præpoſiti, qui-*
*bus alii inferiores, prouinciales guardiani,*
*priores, & præpoſiti, eiuſdem regulæ obtem-*
*perant, de quibus & meminit d. clem. exi-*
*ui de paradiſo, de verb. ſig. & c. exiit qui*
*ſeminat, c. 3. de verb. ſignifi. in Sex.*

bb *rectores iidem qui & guardiani, cuſto-*
*des, priores.*

cc *iam paulo antea de œconomis epiſcopo-*
*rum & aliorum in litera 5. dixi.*

dd *§. oportet autem, cap. 5. Nouellæ 133.*
*quomodo oporteat monachos viuere.*

ee *§. Reuerendiſſimi vero apocriſarii cap.*
*25. Nouell. 113. de ſanctiſſ. epiſco. l. quia in*
*monaſteriis, 29. de epiſcop. & cleri. C. vide*
*quæ diximus de his, lib. 49. Syntag. cap. 5.*
*numer. 4.*

ff *§. deinde vel ſi vlla Eccleſia, cap. 2. No-*
*uellæ 133.*

gg *vt in 7. Synodo, Actio. 1. & in can. 4. con-*
*uenientibus, 1. q. 7. Ioannes & Thomas di-*
*cuntur apocriſarii Apoſtolicarum ſedium*
*orientalium, & in ca. actione quarta, 28.*
*22. quæſt. 4. apocriſarii ſummi pontificis*
*& in c. ſignificaſti, 4. de elect. Eo modo con-*
*ceduntur apocriſarii prætorii Lycaoniæ, in*
*Nouella 25. de prætore Lycaoniæ capit. 1.*
*Atq; in Nouella 24. cap. 4. de præſide Præ-*
*ſidiæ. præſidi inter ornamenta plura, & da-*
*tur Apocriſarius, qui reſponſa daret vice*
*eius, id eſt, vt liceret ei reſpondere per in-*
*terpretem & medium, quod ſummis prin-*
*cipibus aliquando fuit in more poſitum,*
*qui nec ſui copiam omnibus faciebant aut*
*raro.*

hh *§. non autem aliter, c. 4. quomodo opor-*
*teat epiſcopos, Nouella 6.*

## Caput. VI.

*Ex quibus fiant clerici, & a quibus.*

Clerici primum fiunt ex laicis literatis: *a* fiunt & ex monachis, ita clerici, *b* ſicuti & aliquando ex clericis monachi. *c* Nunquam vero mulieres clericatum, aut alios ordines ſuſcipiunt. *d* Ex clericis ſeu
A tonſuratis, tanquam ex ſeminario, alii Ec-
cleſiaſtici ordines propagantur, eorum
qui ætatis maturitate, grauitate morum, &
literarum ſcientia præſtant. *e* Ordinantur
autem ab his, qui poteſtatem habent ordi-
nandi & præficiendi, iuxta præſcriptas a
iure regulas. *f*

### Scholia.

a *neq; enim omnino illiteratus, ad tonſuram*
B *primam ſeu clericatum admittitur, c. fin.*
*de temporib. ordinatio. in Sex. nec diſpen-*
*ſat in contrarium epiſcopus, vt ait de Tur-*
*recremata, ad ca. ſi in laicis, 48. diſtin. In-*
*nocentius ad c. dilectus, de temporib. ordin.*

b *ca. ſic viue, 16. q. 1. c. cum contingat, de*
*æta. & qualita. ordin. lib. 1. tit. 14. ca. ab-*
*batibus, 69. diſt. c. ad aures, de temporibus*
C *ordinat. Non enim omnes monachi clerici*
*ſunt, quare neq; omnes, quæ clericorum*
*ſunt, poſſunt vſurpare, clerici 1. in prin-*
*cip. & §. nec etiam in caſibus, de priuileg.*
*niſi ad quoſdam actus aliunde ſint ſpecia-*
*liter priuilegiati, vt ibidem, dicitur, cæte-*
*rum monachus in clericum ordinatus, non*
*recedit a priore monachali propoſito, cano.*
*de monachis, 16. q. 1. porro ita in l. genera-*
*liter ſancimus, 52. de epiſco. & cler. ponun-*
D *tur monachi clerici. & non clerici, & ſic*
*etiam Diuus Auguſtinus epiſtola 52. re-*
*fert, quod Iulianus apoſtata, ex mona-*
*cho factus eſt clericus in Eccleſia Nico-*
*mediæ.*

c *can. 1. 19. quæſtio. 1.*

d *vide quæ diximus lib. 16. Syntag. c. 10.*
*num. 24.*

e *cap. cum in cunctis, de electio. cap. 2. 3. &*
*4. de æta. & qualita.*

E f *vt traditur tota 75. diſtin. cap. abbates, de*
*priuileg. vide ea quæ diximus lib. 16. Syn-*
*tag. cap. 9.*

## Caput VII.

*Quæ cauere aut ſequi debeant mo-*
*nachi in veſtitu & or-*
*natu.*

PErſonis Eccleſiaſticis præſcriptæ regulæ ſeu viuendi formulæ, ſecundum quas viuentes cum laude honorati a fece populi ſeparantur: *a* quare quod pertinet ad cultum corporis ex tenore, ſtatutum, vt tonſuram in capite ferant, *b* & ne comam nutriant, *c* aut barbam, *d* ſintque bonis moribus interius, exterius habitu & inceſſu modeſto: *e* habeant clauſa, *f* deſuper indumenta omnia breuitate aut longitudine non notanda, abſtinentes a pannis rubeis & viridibus, a manicis aut ſotularibus conſutitiis, frenis, ſellis pectoralibus, calcaribus deauratis, quibus vel alia ſuperfluitate ornatis vti non debent, nec cappas manicatas ad diuinum officium agendum in Eccleſia gerere, nec alibi ſi ſint in ſacerdotio vel perſonatu conſtituti: niſi forſan iuſta cauſa timoris ſuaſerit habitum transformare, fibulas omnino, aut corrigias auri vel argenti ornatum habentes, non debent ferre, nec annulos niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Eccleſia ſuperindumentis lineis vti debent, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem, veſtimentorum & ornatus modus in concilio Viennenſi etiam monachis impoſitus, *g* & monialibus. *h* Diſtincti ſecularium clericorum & monachorum habitus, & rurſus monachorum, ratione ordinum, *i* nec licet habitus confundere. Quare clerici, qui ſe fingunt & habitu & nomine monachos, qui tamen non ſunt, corrigi debent, vt vel veri monachi fiant, vel veri clerici. *k* Diſtinguũtur & in eodem monaſterio habitus monachorum profeſſorum & nouitiorum. *l*

SCHOLIA.

a *ca. his igitur, diſt. 23.*

b *ca. duo ſunt, 12. quæſtio. 2. cap. prohibete, 21. 23. diſtin. vnde dictum eſt, in cap. pen. 24. diſtinct. clericos incedere debere, tonſo capite, & patentibus auribus, clericus tamen coniugatus, non tenetur deferre tonſuram. ca. Ioannes 7. de cleric. coniugatis, quia & ille amittit priuilegia clericatus circa res proprias, quãuis ferat tonſuram. c. ex parte, 9. eo. tit. non etiã ſi deferat tonſuram & habitum clericalem amittet priuilegium circa perſonam, c. vnic. de cleric. coniuga. in Sext. notat & Panorm. ad dictum, c. ex parte, veluti ſi agatur de priuilegio fori, & iniuriarum vindicta, cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. niſi eſſet bigamus, vide Clarum. lib. 5. ſententiarum. in pract. crim. q. 36. nu. 8. 9. 10. & 12. vbi explicat exceptiones.*

c *Clericus nutriens comam, fit anathema, c. ſi quis ex clericis, 4. de vita & honeſta. clerico. lib. 3. tit. 1. can. ſi quis ex clericis, 23. diſtinct. & concilio Romæ habito in Baſilica ſancti Petri, ſub Gregorio 2. cap. 17. & iubetur inuitis etiam clericis comam eis tondere, in concilio Agathenſi. ca. 20. & in cap. 22. clerici, 13. diſtin. vide & de coma in ſequente proxima adnotatione.*

d *Ex concilio Carthaginenſi 4. ca. 44. c. clericus, 5. & 7. de vita & honeſt. clerico. Ex vetere inſtituto Romani ciues & imperatores mentum radebant, Primus Adrianus Imperator barbam nutrire cœpit, vt ait Dio Caſſius in vita Vlpii Traiani: quod Spartianus tradit eũ feciſſe, vt vulnera, quæ in facie eius naturalia erant, tegeret. Legimus & Cõmodum Antonium Cæſarem, barbam ſibi & comam aduſiſſe metu tonſorũ, teſte Lampridio in eius vita, feſtum etiam iuuenilia, celebraſſe Neronem cum populo, propter barbã, quæ tum primum raſa fuerat, cuius pilos in ſphæram æream coniectos, Ioui Capitolino conſecrauit, vt ſcribit Xiphilinus ex Dione in Nerone. Poſſet hic agitari problema, de barbis & comis non tondendis, ſuggerentibus rationes contrarias diuerſis moribus gentium, & cum multi exiſtimarunt ornamentum eſſe virile, barbam, & pilos, iuxta Ouid. lib. 13. Metamorph.*

Nec mea, *inquit*, quod rigidis horrẽt
denſiſſima ſetis





Corpora, turpe puta: turpis ſine frondibus arbor:
Turpis equus niſi colla iubæ fluitantantia velent,
Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decori eſt.
Barba viros hirtæq; decent in corpore ſeræ.

*Huic conſentit Alexis apud Athenæum, lib. 13. Dipnoſophiſton. c. 6. dum ait.*

Siquem reſciſſa forte barba videris
Tonſaue, facturũ quid horum dicito:
Mihi videtur militare velle, vel
Feciſſe barbæ cuncta, quæ contraria:
Ingenſve contigiſſe huic malum,
Quid per Deũ villi moleſtiæ adferunt,
Ob quos viri videmur ſinguli?

*Refert & eodem loco idem Athenæus, Diogenem dixiſſe cuidam habenti mentũ raſum,* nunquid naturam accuſas, quod te virum, non autem mulierem fecerit? *Et refert ex Chryſippo, lib. 4. de voluptate & bono, mentum radere, fuiſſe Alexandri temporibus inuentum, cum non raderetur prius. Muliebre autem illud quidam putarunt, & quod in mulieris mento pili non procedant, niſi interdum pauci cum menſtruorum fluxus ſubſtiterit, vt & in Caria mulieribus dicũt accidere ſacerdotibus, quod ſignum diuinationis interpretãtur. Et ſcribit Ariſtot. libr. 3. de hiſtoria anima. ca 1. contra alii dicunt fuiſſe antiquorum morem, tondere barbam, & Antiſthenem primum eam aluiſſe, & pera vſum, vt ait Suidas, in verbo, κωθεῖναι Antiqui ſacerdotes barbam nutriebant, & 44. ca. Ezechielis illis prohibitum radere, Chriſtus barbã nutriuit. Quid igitur dices? Reſpondebis prædictũ fuiſſe ab Eſaia, c. 7. verſ. 20 tempore aduẽtus Chriſti, futurum, vt ſacerdotes barbam raderẽt. Raſio, vt docemus. lib. 16. Syntag. c. 1. eſt rerum ſecularium & ſuperfluarũ contemtus, & impietatis circuncidendæ Symbolum. Chriſto nihil fuit adimendum, neque radendum, penitus ſanctiſſimo: Chriſtianis autem, ex gentili immũditia vocatis, multa tollenda erant, vt notat Franciſcus Venetus, Tomo 6. problematũ Sacræ ſcripturæ ſectio. 9. problema 397. & 398. clerici item ſecularium omnium rerũ debent eſſe contemtores: & vltra, ſacerdotes qui ſanguinem Domini quotidie ex calice hauriunt, debent barbam ſaltem circa labia radere: ne ibi retineatur ſanguis Dominicus. Et quemadmodum de barba, ſic & coma nutrienda vel tondenda fuerunt diuerſarum gentium ritus, & diuerſorum ſententiæ, deſcribit Tarræus in 4. Pythiorum Pindari, nam inquit,* ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις μετὰ τὸ παραγμάσαι τῆς νεότητος τὰς κόμας ἀποκείρειν τοῖς ποταμοῖς. *vt ſcribit Scholiaſtes in Homerum Iliados ψ id eſt moris fuiſſe antiquis, mutare comã, eamq; poſtea conſecrare fluminibas, & rurſum Euſtathius,* ἔθος ἦν τρέφειν κόμην τοὺς νέους μέχρι καὶ ἀκμῆς εἶτα κείρειν αὐτὴν τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς. *id eſt, mos fuit nutrire comam iuuenes vſque ad integram ætatem, & poſtea tondere fluminibus regionis ipſam. Tempore Theodorici Gothorum quõdam regis teſte Paulo Diacono de origine & geſtis Longobardorum. capit. 8. homines comam tondebant, ſeque a ceruice vſque ad occipitium radentes, nudabant capillo, habentes capillos a fronte, vſque ad os demiſſos, quos ab vtraq; parte in frontis diſcrimine diuidebant. Theophilus filius Michaelis, Imperator Orientis, quia a natura paucos capitis capillos habebat, & erat recaluaſter, iuſſit edicto ab omnibus comas tonderi, neq; ab vllo Romano vltra collum demiſſos geſtari, ſanxitque edictum graui flagitiorum ſupplicio, priſcorum Romanorum virtutem reuocari ſtudens, vt ipſe dicebat, vt exſtat eius conſtitutio, 4. in libro primo, iuris orientalis, titulo* περὶ ἀποκάρσεως τῶν τριχῶν, *de tõſura capillorũ. Tondebãt caput qui ſacra Iſidis deuota ferebãt. quod & fecit Commodus Cæſar, vt ſcribit Spartianus in Piſcennino Nigro. Tondebant & in rotundũ caput qui idolis ſeruie-*

*bant, quare & ne ſe tonderent eo modo pro-* A
*hibuit ſuis ſacerdotibus Deus, Leuit. 19.*
*vide plura de eo, quæ dixi, lib. 16. Syntag.*
*c. 1. Ex aduerſo aliis capillorum ornatus*
*intonſus valde placuit, nec fas aliquando*
*fuit imperatoribus, ſeu regibus Gallorum*
*comam tondere, qui intonſi a iuuẽtute re-*
*manebant, & in hoc habebant regium de-*
*cus, ſoliſque regibus permiſſum, aliis edicto*
*prohibitum, vt ſcribit Agatius libr. 1. Vi-*
*ſum etiam aliquando ſeruile comam ton-* B
*dere, vt liberum nutrire, vt ſcribit Ariſto-*
*phanes, in auibus: in pœnam etiã frequen-*
*ter olim ſtatutũ, reos cute tenus facile poſt*
*verbera, tonderi, vt leonis Nouella 58. &*
*60. In Nouella Iuſtinia. 62. hæcque pœna*
*apud Germanos vſurpata apud Tacitum,*
*de morib. Germanorum, & alios, & in le-*
*gibus Longobardorum. lib. 3. tit. 7. leg. 18,*
*& 20. Apud Landulphum. libr. 23. apud*
*Othonem Lorgingenſem. 1. Stobæum ſer-* C
*mone 42. Beatum Rhenatum, libr. 2. de*
*rebus German. Baſilium, Zonoram, Ni-*
*cephorum & alios. Sed hæc paganorũ ſunt*
*& ſecularium vanitates, & contrariæ ex*
*opinione venuſtates cõceptæ ſentẽtiæ. Chri-*
*ſtiani clerici cum his nõ ſentiunt, ſed con-*
*ſiderare debent ſecularibus rebus volupta-*
*tibus & blandimentis ſe valedixiſſe, & te-*
*ſtimoniũ voluntatis eius, & per exteriora*
*ſymbolica & interiorẽ contemtũ & reipſa* D
*profiteri videbis, & eius tonſuræ pulcras*
*rationes. in gloſſa ad Clementi. 2. ad verba*
& tonſuram, *de vita & honeſta cleric.*

e *Tractatur in tota 41. diſtinct. apud Gra-*
*tian. in conſi. Carthag. 4. cap. 45. ca. ſi. 41.*
*diſt. & ibi quod incompoſitio corporis, ar-*
*guat incompoſitionem mentis, ex diui Au-*
*guſtini epiſtola 109. & Eccleſiaſt. 9.*

f *quæ ſequuntur ponuntur in ca. clerici 15.*
*de vita & honeſta. clericor. & latius expli-* E
*cantur tota 21. q. 4. Corripiuntur in 7. Sy-*
*nodo ca. 16. Clem. qui vnguentis & fulgi-*
*dis veſtibus, & præter neceſſitatem orna-*
*tis laſciuiunt, qui enim mollibus veſtiun-*
*tur, hi in domibus regum ſunt. Diui Mat-*

A *thæi. ca. 11. & in Synodo 6. cap. 20. probi-*
*betur ornatus veſtimentorum expreſſe cle-*
*ricis, in Clem. 2. de vita & honeſta. cleric.*
*& nominantur inter alia caligæ ſcacatæ,*
*rubeæ, aut virides, quamquam Gloſſ. in*
*ſummo 21. q 3. permittat colorem purpu-*
*reum in veſtibus, quia ea veſte Chriſtus*
*indutus fuerit. Et Hoſtienſis ad c. antiqui,*
*de priuilegiis, ait, pannos rubeos, frena &*
*calcaria deaurata, eſſe Papæ, & eius legati,*
B *dum proficiſcitur extra mare. Innocentius*
*etiam 4. eius nominis Pontifex, qui ade-*
*ptus eſt ſedem pontificalem anno domini,*
*1243. vt Cardinales pileo roſeo vterentur,*
*& equo veherentur, inſtituit, vt ſcribit*
*Volaterranus. libr. 22. galerumque ſeu pi-*
*leum rubeum inſigne fecit Cardinalium,*
*cum a Freder. 2. Imperatore vexaretur,*
*vt ſcribit Martinus Chromerus in Polo-*
*nica hiſtoria, quo ſignificabatur caput*
C *ſuum pro Eccleſia etiam, ſi opus eſſet, morti*
*offerendum. Eadem ſcribit Gaguinus in*
*7. Paulus Æmilius, in 7. & Platina. Reli-*
*qua autem Cardinalatus inſignia, poſte-*
*riores Pontifices adiunxerunt præcipue*
*Paulus, vt ſcribit Onuphrius ad Platinam.*
*Rurſum hic notandæ Gloſſæ, vna in cap. ſi*
*quis virorum, 15. in princip. 30. diſtin. &*
*in principio 21. quæſt. 3. ad verba,* quod
vero, *Quæ dicunt conſuetudinem regionis*
D *dare modum clericis in delatione veſtium*
*etiam pretioſarum: verum tamen conſide-*
*randum ego potius puto Dei ſententiam;*
*qui mollibus veſtiũtur in domibus regum*
*ſunt, & quod eccleſiaſtici, quãuis pinguia*
*beneficia acceperint, non ſibi tantum acce-*
*perint, ſed aliis operibus diſtribuenda, po-*
*tiſſimum cultui diuino & pauperum ne-*
*ceſſitatibus ſeruare vel impendere debere,*
*& quod ipſi contemtis & eiuratis ex pro-*
E *feſſo vanitatibus ſeculi, & delitiis, pauper-*
*tatem voluntariam, & vitam Chriſti la-*
*borioſam imitandam ſuſceperint: ſcio*
*quod hæc eadem placeant bonis & perſo-*
*nis vere Eccleſiaſticis, diſpliceant autem*
*quibuſdam aliis, maxime illis, qui non ali-*
*am ob*



*am ob cauſam ad Eccleſiaſtica beneficia ſe* A
*contulerunt, quam vt magnificentius vi-*
*uerent: ſed magis mihi amica veritas ſi*
*non fallat. Laudant immodeſti etiam, &*
*luxui dediti, coacti veritate ipſa, mode-*
*ſtum & ſimplicem Eccleſiaſticorum or-*
*natum, quem dictus, ca. ſi quis virorum*
*definit, & permittit, togam & palliũ cum*
*pileo quadrato in clericis. Et Tertullianus*
*libro de pallio magis ait, Chriſtianos vete-*
*res pallio magis, quod eſſet magis frugale, &* B
*ſimplex, quam toga vſos, etſi togati eſſent,*
*cum nomen darent religioni Chriſti: inde-*
*que dicterium,* a Toga ad Pallium, *Palli-*
*um Græcorum habitus; Toga, Romano-*
*rum erat; palliumq; Philoſophorum, v-*
*trumq; tamen genus veſtimenti pacis erat;*
*vt ſagum tempore belli vſurpatum legi-*
*mus; mores togati barbaris opponuntur a*
*Theodorico Gothorum rege, apud Caſſio-*
*dorum lib. 3. variarum epiſto. 117. Et To-* C
*ga Romanis tantum conceſſa fuit. l. etſi ac-*
*cepto, 32. de iure fiſci, P. Plinius lib. 4. epi-*
*ſtolarum epiſtol. incipiente,* Erudiſti ne.
*Cicero pro Balbo. Carent vſu togæ peregri-*
*ni, barbari, & ii quibus aqua & ignis in-*
*terdictũ eſt, vt ait Paulus Iuriſconſ. lib.*
*3. receptarum ſententiarum iuris, tit. 4.*
*indicat & Saluianus, lib. 4. de prouiden-*
*tia. Atque ideo Claudianus in Ruffinum,*
*notat Imperatorem Antoninum.*

-- Barbariem reuocat, *inquit:*
Nec pudet Auſonios, curas & iura regentẽ
Sumere deformes ritus veſtemq; Getarũ:
Inſignemq; habitũ Latii mutare; togæq;.

*Toga etiam aduocatorum in l. 3. de aduo-*
*ca. diuerſorum iud. C.*

g *Clem. 1. §. ſtatuimus, de ſtatu monachor.*
*li. 3. tit. 10. Atque dictus §. ſtatuimus, ex-*
*plicat, quid floccus, quid cucculla, quid ſca-*
*pulare, & cappa, quam ferre debent.*

h *Clem. 2. de ſtatu regula. vbi illis multa*
*prohibentur, vt panni ſericei, duplicationes*
*veſtimentorum variorum, ſandalia, comæ*
*cum crinibus, caputia vt loquitur ſcaca-*
*ta, virgula, choreæ, feſta, &c. Debent &*
A *iſtæ ſic veſtibus ſuæ profeſſionis vti. cano.*
*24. ſanctimonialis 23. diſtinct. eaſq; per-*
*petuo etiam in lecto deferre ca. fin. 20.*
*quæſt. 1.*

i *l. mimæ, 4. C. de epiſcopali audientia, No-*
*uella 123. §. fin. de ſanctiſſ. epiſc. cauetur &*
*in ca. ſi clericalis §. non eſt, 16. q. 1. ne mo-*
*narchi de clericis iudicent, & ne damnum*
*vel præiudiciũ clericorũ quis ligat. clem.*
*1. §. quibus, & ſequentib. de ſtat. Monach.*

B k *in concilio Toletano 4. cap. 52. & in cap.*
*3. de regulari. & tranſeuntib. ad religio. lib.*
*3. ti. 31. can. quod interrogaſti, 6. 27. di-*
*ſtinct. Ex cauſa tamen, iure approbata,*
*propter euitandum ſcandalum, poſſunt di-*
*uerſi ordinis & habitus religioſi miſſi ad*
*prædicandum, de nouo conuerſis, ad fidem,*
*ſe in vnum ſuperiorem habitum & præpo-*
*ſitum conformare. c. Deus qui Eccleſiam,*
*11. de vita & honeſta clerico.*

C l *cap. ſtatuimus, 23. §. fin. de regularib.*

## CAPVT VIII.

1 *De moribus & vitæ honeſtate clericorum circa officia.*
2 *Ludum.*
3 *Obedientiam.*
4 *Mulierum conſortia.*
5 *Idem de monachis & monialibus.*

EXteriora non ſufficit eſſe compoſita in 1
D vita clerici, niſi mores & forma viuen-
di probati exſiſtant. Quare in ſumma vita
clericorum debet eſſe caſta, *a* ſobria, a vi-
no & crapula aliena. *b* hinc enim irrita-
menta luxuriæ. *c* Ideo & tabernas ſeu po-
pinas vitare debent, nec ad eas niſi in itine-
re ex cauſa neceſſitatis, diuertere: *d* multo-
minus illis licet cauponas exercere: *e* vt nec
macellariorum ſeu lanionum officium,
*f* vel hiſtrionis artem ludicram. *g* quem-
E admodum illis prohibitum officia tracta-
re ſecularia, *h* aut negotiari *i* quamquam
liceat clericis ſibi victum & veſtimentum
ex artificiolo vel agricultura, abſque ta-
men officii ſui diuini detrimento, quære-
re. *k* Ad hæc, vetatur illis, ne fideiuſſores

ſint. *l* ne redemtores ſeu conductores prędiorum, *m* ne curatores aut tutores, *n* procuratores, ſeu gubernatores, vel diſpenſatores ſubſtantiarum laicorum, *o* aut tabelliones in cauſa criminali, ſi ſint in ſacris ordinibus conſtituti. *p*

2 Ne ludant cubis, alea, tabulis, aliiſque ludis: ne vel ludentes inſpiciant, aut ſpectacula edant, vel edentibus interſint: *q* ne venationes clamoſas exerceant: *r* ne arma ſumant vel armati incedant *s* ne ſint ſedi-B tioſi, *t* contentioſi, calumniatores, aut maledici, *v* aut inuidi, *x* aut proditores, vel adulatores, *y* ſcurræ: *z* ne in foro aut nundinis verſentur. *aa*

3 Ne quid agant clerici vel monachi ſine conſilio prælatorum ſuorum, *bb* a quorum correctione prouocare, aut recurrere ad laicos non debent nec poſſunt impune, *cc* cum clerici inferioris gradus, ſuperioris ordinis præpoſitis, debeant obe- C dire, *dd* peregrinari etiam non debent, niſi literas habeant commendatitias & teſtimoniales, *ee* a cauſis criminalibus habentibus cauſam ſanguinis iudicandis & cognoſcendis in foro contentioſo abſtinere debẽt: *ff* quas tamen ſi temporali ſua iuriſdictione contigerit diſcuti, delegare laicis terminandas debent, & poſſunt. *gg*

4 Cum clericis cuiuſcunque ordinis mulieres extraneæ cohabitare non debent, li- D cuit autem aliquando illis ſecum habitare ſolas auias, matres, aut materteras, amitas, vel filias fratrum, aut ſororum, *hh* poſtea tamen nec has haberi expedire viſum eſt, ob vitandam ſuſpicionem occaſione illarum. *ii* Et proinde etiam clericis ſubintroductæ mulieres fuerunt illis prohibitæ. *kk* Imo & conuerſationes & confabulationes fœminarum maxime ſuſpectarum, poſt interdictionem: *ll* multo magis E & earum oſcula. *mm* Sic, vt illis, ita & monachis prohibetur habere commatres, & mulieres oſculari. *nn* Cum mulieribus lauari, *oo* cum ſola muliere confabulari, vel per alios fœminæ quippiam mandare, A *pp* monialium monaſteria ſine rationabili, eaque manifeſta cauſa, ingredi: *qq* quin & monachos iuxta monialium monaſteria, monaſterium habere, vel duplex monaſterium monialium & monachorum habere: aut monachum ingredi monaſterium monialium, aut monialem ingredi monaſterium virorum interdictum. *rr*

## Scholia.

a *cap. vt clericorum, de vita & honeſta. clericor. de continentia clericorum tractatur tota 31. & 32. diſtinctione apud Gratianum. Summam vitæ clerici colligit Iſidorus lib. 2. de eccleſiaſticis officiis c. 2. & refertur in can. 3. his igitur 23. diſtinctio.*

b *2. ad Timotheum 1. verſu. 7. ratio ponitur in can. 1. denique, in principio, 4. diſtinct. vbi qui loco & dignitate laicis præcellunt, debent præcellere religione & ſancto pro-* C *poſito.*

c *hæc ita definita in concilio generali Lateranenſi, ſub Innocentio 3. cap. 15. relato in cap. a crapula, 14. de vita & honeſta. clericor. vbi 12. pœnæ crapuloſi clerici non ſe emendãtis, facit Diuus Paulus. 1. ad Timotheum cap. 3. verſu 2. ibi,* oportet epiſcopum, &c. *& in cano. Apoſtolorum, 41. & in ca. 1. & fere tota 35. diſtinctio. caſtigantur ebrii clerici. vide & Photium lib.* D *nomocan. tit. 9. cap. 35. & tit. 13. lib. 29. Interdicitur & omnibus monachis eſus carnis, ſaltem in refectorio, in cap. cum ad monaſterium, 6. §. in refectorio. de ſtat. monach. clemen. 1. §. ſi. eo. tit. cano. carnem, de conſecra. diſtinct. 5. niſi indulgentia abbatis accedat, dicto cap. cum ad monaſterium. §. nec in quibuſdam. Sic & cõuiuia cum cantionibus, illis interdicta. can. clericum, in fine, 22. q. 1. can. nullus* E *verſic. aut cantare, 44. diſtinct. Quomodo autem & quando quibuſque in locis conuiuiis intereſſe poſſint clerici, docetur in can. non oportet ca. nulli, can. penult. & fina. 44. diſtinct. de tempore etiam in can. penult. §. 1. 44. diſtinct. Ibique etiam de benedi-*



*benedictione & gratiarum actione, de mo-* A *do, conuiuiis, ſeu adiunctis clericorum, adhuc, in can. conuiuia, ca. nullus, can. quando, can. penult. ead. 44. diſt. notaturque in cano. quando, quod tantum ter in conuiuio ſit bibendum clericis, non vltra.*

d *can. luxurioſa & tota 35. diſtinct. & c. a crapula, de vita & hon. cleric.*

e *c. clerici officia, 15. de vita & honeſt. cleric. Idem ſtatutum in conſilio Laodicenſe, c. 24. Aquiſgranenſi, c. 60. in cano. 2. non* B *oportet, 44. diſt. in concil. Carthaginenſi, 3. c. 27. in can. 4. clerici, 44. diſt. Et in 6. ſynodo c. 9. clericis omnibus* καπηλικὸν ἐξαςήριον, *id eſt cauponoriam tabernam ingredi prohibitum, & in ca. 3. nulli clerico, 44. diſt. & in ca. apoſtolorum 53. inhoneſtum & viſum ſemper eſt, honeſtis viris cauponas adire ſine neceſſitate. Ita Hyperides libro etiam contra Patroclam, ſi modo eius eſt legitima oratio, narrat aliquando A-* C *reopagitas cum quidam pranſus eſſet in caupona, prohibuiſſe eum in Areopagum accedere. vt refert Athenews lib. 3. dipnoſophiſton. c. 7. Scribit quoq; Iſocrates in Areopagitica oratione, quod in caupona vel edere vel bibere, nullus Areopagi domeſticus aut familiaris auderet: dabant enim operam, vt graues, nõ autem ſcurræ eſſe viderentur: quid ſit caupo docet l. 1. §. caupones. Nautæ caupos ſtabula in P. iure ciuili* D *quoq; in nouell. 133. quomodo oporteat monachos viuere, ꝓhibetur monachus in aliqua tabernarum conuerſari, iubetur vt inuentus in ea ſtatim expulſus monaſterio, tradatur locorum defenſoribus, eo quod ibi caſtitatis periculum vltra etiam crapulam obuerſatur, ob lupas & meretrices, quæ proſtitutæ ibi vt plerumq; inſeruiunt l. palam. 43. §. 9. de ritu nupti. P. l. 4. §. 2. de his qui notan. infa. l. 7. C. de inceſtis nupt.* E

f *can. nulli clerico, 44. diſtinct. clem. 1. de vita & honeſta. clericor.*

g *dicta clem. 1. de vita & honeſt. cler.*

h *dicta clem. 1. de vita & honeſt. cler. c. cum decorem eod. titul. apud Gregor. hiſtriones* A *infames ſunt, vt in can. 1. ſub 4. q. 1. l. 1. § ait prætor, de his, qui notant. infa. P. & prohibentur promoueri ad clericatum, ca. maritum 33. diſtinct. & ſumere corpus Domini, ca. pro dilectione, de conſecratio. diſtinct. 2.*

i *late patet hæc prohibitio in iure Diuino Pontificio & ciuili. 2. ad Timotheum 2. ibi,* nemo Deo militans implicat ſe negotiis ſecularibus. *Idipſum prohibitum* B *in can. Apoſtol. 6. & in can. 80. & can. 16. ſynodi concilii Carthaginenſis apud Photium, tit. 8. nomocanonis. c. 13. quæ ſint illa negotia ſecularia illis ꝓhibita, traditur in c. 1. c. clerici, 15. & c. fin. de vita & honeſta. clerico. clem. 1. eod. tit. can. his igitur. 3. per totum 23. diſtinct. can. 1. can. Epiſcopus, 3. can. perlatum, 4. cum 3. ſequenti. 88. diſtinct. can. 29. te quidem 11. q. 1. clericis etiã maxime ſacerdotibus &* C *monachis, iudiciorũ ſtrepitus & negotia ſecularia iure ciuili prohibita, in l. placet. 17. l. repetita, 36. de epiſcop. & clericis, C. §. ſed neq; nouella, 123. ca. 6. & in nouella Leonis 86. de pœna Epiſcoporum, ſacerdotum, clericorum, qui ſe aduocationibus, ſponſionibus, redemturis, aliiſve ſimilibus dedunt. Cæterum obſeruandum eſt, vt latius hæc patent, ſecularia negotia triplici modo dici poſſe. Et primum quilibet actus* D *ſecularium perſonarum, ſeculare negotiũ dici poteſt, vt officia & commercia quæ fiunt pro rebus ſecularibus, quæ numerãtur in c. 1. ne cleric. vel monach. In quibus clerici debent abſtinere, ab illis quæ ſunt turpia & illicita illis. Secundo negotiũ ſeculare eſt iudicium de rebus ſecularib. & hoc poſſunt tractare clerici inter ſe indiſtincte, can. ſicut enim, §. ex his omnib. 11. q. 2. Tertio negotia ſecularia dicuntur, quæ ſunt ſe-* E *cularium hominum, & inter ſeculares, quorum aliqua criminalia, aliqua ciuilia dicũtur. Criminalia, vbi de ſanguinis pœna agitur, ſunt clericis in ſacris ordinib. cõſtitutis interdicta. c. ſententiã ſanguinis, c. clericis, c. ad audientiã, ne cleric. vel monach.*

*ſecula.negot.ſe immiſ. cap.in archiepiſco-* A
*patu, de raptor. Ciuilium vero, quædam*
*ſunt fori eccleſiaſtici, tantum, vt matrimo-*
*nii & legitimationis cauſæ, c.cauſam, qui*
*filii ſint legitimi, cap.tuam, de ordine co-*
*gnitio.cauſa iuris patronatus, c.quomodo,*
*c.quanto.de iud.decimarum, c.quoniã, de*
*decimis. & alia quæ tractant etiam cleri-*
*ci, & non alii iudicando. Quædam autem*
*ſunt fori ſecularis, de quibus clerici non de-*
*bent ſe immiſcere.* B

k *D.Hierony. ad Nepotianum, de vita cle-*
*ricorum negotiatorem clericum tanquam*
*peſtem fuge, relatum in can. 9. negotiato-*
*rem, 88. diſtinct. negotiari clerico nun-*
*quam licet. cano.fornicari, 10. cano. eiici-*
*ens, 11. can.quoniam non cognoui 12. can.*
*conſequens, 2. ead. 88. diſtinctio. eiecit do-*
*minus negotiatores ex templo. Diui Io-*
*han. c.2. dicto cano. eiiciens, 11. & ca.fina.*
*88. diſtinct.* C

l *cano. 1. 2. 3. 4. 5. & tota 91. diſtinct. can. 1.*
*de celebra. miſſar. Et ſunt quædam opera*
*cleris & monachis iniuncta, ad vitandum*
*otium, can. nunquã, de conſecrat. diſtinct.*
*5. §. illud quoque, cap.6. nouellæ 133. quo-*
*modo monachos oporteat viuere, ſuntque*
*ibi illa opera ſtudia ſanctarum literarum,*
*& manualia, vide Auguſtinum in Pſal.*
*99. & libro de opere monachorum, & a-*
*ctorum. cap. 20.* D

m *can. Apoſtol. 19. can. te quidem, 20. 11.*
*qu. 1. Nouella Leonis 86. & ca. 6. Nouellæ*
*Iuſtiniani 123. c. 1. c. quod quibuſdã, 4. de*
*fideiuſſ. ſcilicet ſi cauſa fideiuſſionis ad Ec-*
*cleſiam non pertineat, non aliter. cap. cle-*
*ricus, de fideiuſſor. vide can. denique, 14.*
*q. 5. cano. 1. 15. q. 2. nam & pro abbate*
*ſuo monachi poſſunt intercedere, cap. ex*
*reſcripto 9. de iureiuran.*

n *can.fin. 86. diſtinct. can. 1. 88. diſtinct. ca-* E
*no. 1. placuit, 21. q. 3. cap. ſecundum 6. ne*
*cleric. vel monach. ſecu. nego. ſe immiſce.*
*in Nouella Leonis 86. & in §. ſed neq; ſui,*
*cap. 6. Nouella Iuſtiniani. 123. in can. 3.*
*ſynodi Chalcedonenſis, & cano. 16. ſynodi 7.*
*Carthaginenſis, niſi forſan clericis ſua non* A
*ſufficerent, & ita pro victu aliena condu-*
*cerent, vt in c. dilecti de decimis, vel niſi e-*
*piſcopi iuſſu bona Eccleſiæ conducerent,*
*can. 88. diſt. vel niſi bona ſuæ Eccleſiæ, vel*
*nomine Eccleſiæ poſſeſſiones conduxerit*
*clericus. §. ſed neque, & §. ſed & ipſis, No-*
*uellæ 123.*

o *cano.fina. 88. diſtinct. cano. 4. Cyprianus,*
*11. q. 3. niſi fiant miſerabiliũ perſonarum* B
*tutores, can.fin. 86. diſt. ca. 1. 88. diſtinct.*

p *cano. fi. 86. diſtinct. c. 2. c. ſed nec 4. c. cleri-*
*cus, 5. §. fi. ne cler. vel monach. can. 2. cre-*
*do 21. q. 3.*

q *cap. ſicut 7. ne cleric. vel monach. ſecu. neg.*
*ſe immiſceant.*

r *can. his igitur, 23. diſtinct. cano. 1. 35. di-*
*ſtinct. cano. nullus presbyterorum, 44. di-*
*ſtinct. cano. non oportet, de conſecratio. di-*
*ſtinc. 5. c. cum decorem, 12. & cap. clerici,* C
*15. §. mimis, & §. ad aleas, de vita & ho-*
*neſta. clericor. & cano. 41. Apoſtolorum*
*& 42. cap. inter dilectos, de exceſſ. præla.*
*Photius nomocanonis titu. 9. cap. 27. & ti-*
*tu. 13. c. 29. Ius ciuile idipſum cauit, & mo-*
*nachos alea ludentes triennali exilio mo-*
*naſterio damnat, in Nouella Iuſtinia. 123.*
*de ſanctiſſi. Epiſcop. cap. 10. §. vt autem o-*
*mnis eccleſiaſticus, auth. interdicimus, &*
*l. placet noſtræ clementiæ, 17. de epiſcop. &* D
*cler. Leo Nouella 87. in ecloga Baſilico-*
*rum libro 3. tit. 1. c. 19.* περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων.

s *c. 1. 2. & fi. de clerico venator. clem. 1. §. ſi*
*quis autem, verſi. ſi qui vero, de ſtat. mo-*
*nachor. can. epiſcopum, can. omnibus, 34.*
*diſt. can. qui venatoribus, cũ ſequentibus,*
*vſq; ad can. non ſatis eſt, 86. diſt.*

t *can. clerici. can. quicunq;, 23. q. 8. Clem. 2.*
*de vita & honeſta. clericor. clem. 1. §. ad-* E
*uerſus vero, verſi. vel arma portãtis, eo tit.*
*clem. 1. §. qui vero, in fine, de ſtat. monach.*

v *ca. his igitur, verſi. dolos, 23. diſtinct. can.*
*ſeditionarios, 46. diſt.*

x *ca. oblationes, ca. nec ad Cain, ca. alienus,*
*ca. ſi quis, ca. diſſidentes, 90. diſtinct.*

*y dicto*



y *dicto can. his igitur. §. odium, 23. diſtinct.* A
*can. clericus, ca. accuſatores, 46. diſt.*

z *ca. clericus qui, & ca. ſunt nõnulli. 46. diſt.*

aa *ca. clericum, 46. diſt.*

bb *ca. pen. §. qui vero, 91. diſt.*

cc *can. Eccleſia, 16. q. 1. can. in omnibus, de*
*conſecra. diſtinc. 5. ſecundum diſtinctio-*
*nem ca. hinc eſt. §. item illud, 16. q. 1.*

dd *ca. 1. & ſequentib. 21. q. 5. cano. ſi quis*
*presbyter, 11. q. 3.*

ee *dicto can. his igitur. §. ſenioribus, 23. diſt.* B
*cano. a ſubdiacono, ca. nulla, ca. quiſquis,*
*cano. non oportet, 43. diſtinct. cano. pla-*
*cet, cano. hoc idem, 16. q. 1. cano. abbates, §.*
*monachi, 18. q. 2. can. in omnibus, de con-*
*ſecratio. diſtinct. 1. cap. cum infertur, de*
*maiori. & obedien. Alioquin inobediens*
*punitur pœna ſtatuta in c. grauem, 15. de*
*exceſſib. prælato. cap. ſi quis, 2. & cap. illud*
*dominus, de maiori. & obedient. Imminet*
*& contumacibus clericis pœna excommu-* C
*nicationis, & depoſitionis, in can. Apoſt.*
*30. 54. 55. ſcriptum, & principem populi*
*tui non maledices, Exod. 22. verſi. 23. A-*
*ctor. 27. verſ. 5. cap. 1. de maledic. Remit-*
*tetur tamen pœna inobedientiæ, ſi prælatus*
*vel ſuperior illicitum vel indebitum iuſſe-*
*rit, can. ſi quis Epiſcopus, cum ſequentibus,*
*11. quæſt. 3. c. ſane, 5. & c. cum ad 7. de ex-*
*ceſſib. prælator.*

ff *can. non oportet, de conſecra. diſt. 5. ca. ex-* D
*traneo, can. hortantur, can. fi. 71. diſt. can.*
*Apoſtolo. 12. & 32. can. fraternitatis, 5. de*
*cleric. non reſident. cap. 1. de cler. peregri-*
*nan. c. cum ad noſtram, 2. de regularib. in*
*extraua. communib. l. ſi qua per calumni-*
*am, 22. §. fina. de epiſcop. & cleric. C. No-*
*uella 86. Iſtæ literæ dicebantur* συστατικὰ γράμματα, *in can. Apoſto. 12. & 32. dicũ-*
*tur autem in can. 11. in concil. Calcedo-*
*nenſi, hoc modo, & formales, ſeu formatæ,* E
*in concilio Carthaginenſi can. 23. quia ſub*
*certa forma dabantur clericis ad aliam*
*ciuitatem ad Epiſcopos vel curiam eunti-*
*bus. Ita vſum harum literarum fuiſſe fre-*
*quentem, & pro conuentu Nazianzenus*
*ait contra Iulianum. forma illarum præ-* A
*ſcripta eſt in principio & cano. final. 73.*
*diſtinct. notaturq; illas literas non datas,*
*niſi rogantibus iis quibus dabãtur. In prin-*
*cipio, & cano. ſequenti. 72. diſt. Ponuntur*
*etiam aliæ literæ dictæ canonicæ, vt pacifi-*
*cæ, & dimiſſoriæ, quas explicauit nuper*
*Geraldus Rudolphus Grauienſis, libello de*
*literis canonicis.*

gg *can. ſæpe principes, can. his a quibus, 23.*
*q. 8. cap. clericis, 5. cap. ſententiam, 9. ne* B
*cleric. vel monach. ſecula. neg. ſe immiſc.*
*cap. in Archiepiſcopatu, de raptor.*

hh *cap. fina. ne cler. vel monach. ſecula. neg.*
*ſe immiſc. in Sex.*

ii *ex concilio Carthaginenſi 3. cap. 17. can.*
*27. cum omnibus, 81. diſtinct. can. interdi-*
*xerit, 32. diſt. c. a nobis, 9. de cohabita.*
*cler. & mulier. l. eum qui probabilem, 19.*
*de epiſcop. & cleric.*

C kk *cap. 1. de cohabitatio. cleri. & mulier. lib.*
*3. tit. 2. ſic beatus Auguſtinus, nec cum ſo-*
*rore habitare conſenſit, dicens, quæ cum ſo-*
*rore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. cano.*
*25. legitur, 81. diſt. reiicit a clericis etiam*
*conſortium mulierum, diuus Hieronymus*
*ad Nepotianum. & in c. 17. hoſpitiolum,*
*32. diſt. vt auth. epiſcopo. & cleri. C. prohi-*
*betur. & ne ſecum clerici habeant mulie-*
*res abſolute, cano. oportet. can. ſed ſi forte, ca.*
D *volumus cũ omnib. can. archidiaconũ, ca.*
*quidam, ca. fœminas. ca. ad reatum, 81.*
*diſt. ca. plurimos, ca. quia aliquãti, 82. diſt.*

ll *Sic in concilio Niceno, cap. 3. relato in can.*
*16. Interdixit, 32. diſt. ſubintroductas*
*mulieres dixerunt Græci* συνεισάκτους, *id eſt*
*intermiſſas aliunde quam ex agnatione*
*naturali, adſcititias & domum introdu-*
*ctas. Peculiari autem nomine eo diceban-*
*tur ſocii ſociæve cœlibatus, ſiue virgo con-*
E *tubernalis haberet virum, ſiue monachus*
*fœminam, quod genus ſocietatis aliquan-*
*do permiſſum fuit inter Chriſtianos, ſed*
*poſtea prohibitum ob ſuſpicionem ſtupri.*
*meminit de his diuus Chryſoſtomus. Soro-*
*res illæ etiam aliquando dictæ, quæ cum*

aliquibus,pudice, veluti ſoror naturalis, A
cum fratre,habitabant. Sic in capi.conſultatione,4.de frigid.& maleficia.lib.4.cap. 15. qui contrahit ſcienter matrimonium cum fœmina clauſa vel ſtricta, quam non poteſt habere tanquam vxorem,eam tanquam ſororem retinere debet. Idem in capit.laudabilem,5.eod.tit.de frigid.& maleficia.& in cano.requiſiſti,23.q.1. Prohibitum autem & ita ſorores habere, cum plures hoc nominis prætextu, ſtuprũ com- B
mitterent. Sicq; notat Martialis propudium ſeu ſcortationem, Fabulæ.

Quare nõ habeat Fabula, quæris vxorem,
Themiſſon: habet ſorores.

Eaq; ratione & abuſum nominis, & fœminarum, eo prætextu prohibuit clericis Honorius cum Concaſare in l. eum qui probabilem,19.de epiſcop.& cleric.& cõcilium Anchyranũ capi.18.& diuus Hieronymus ad Ruſticum,monachum, de vi- C
uendi formula & libro de vitando ſuſpecto contubernio. Eaſdem mulieres ἐπεισάκτους ſeu ſubintroductas, vel ſorores, inhibet omnibus clericis Iuſtinianus §. presbyteris autem.c.29.nouellæ.123.de ſanctiſſimis epiſco. Explicat Iulianus anteceſſor in nouellis Iuſtiniani, artic.477.vbi pœnæ,& de quibus in ecloga Baſilicorum lib.3.tit. 1.cap.41.vide & concilium Arelatenſe 2. cap.4. Aquiſgranenſe.cap.39. Euſebium D
lib.7.hiſtoriæ c.30. & in Eccleſiaſtica hiſtoria li.7.c.25. & quomodo prohibeatur clericis concubinas habere vide §.ſi quis autem monachicam c.8.nouellæ 5.de monachis.c.3.4.c.ſi autem,6.de cohabita.clericor.& mulier.can.decernimus,38.diſt. can.nullus,cum ſequen.32.diſt.quid concubina in can.omnibus,§.concubina autẽ, 34.diſt. Pœna autem concubinariorum publicorum clericorum, tractantur 30. E
per Rebuffum ad titulum de publicis concubinariis, in concordatis. vbi & textus in §.& ipſas,quaſdam etiam notat,& ibidem Rebuffus, in negligentiam epiſcoporum non punientium concubinarios clericos & concubinas ſolere iudices laicos in Gallia contra eos inquirere,& punire,maxime Parlamenta, vide Boërium deciſ. 72.Eſt etiam munus iudicis ſecularis,cõpellere homines vt honeſte viuant, propter præceptum iuris quod profitentur & exſequuntur, honeſte viuere l.1. de iuſtit.& iur.P.§.iuris præcepta ſunt hæc.eod.tit.apud Iuſtinia. Pœna autem concubinariorum in liberos illinc procreatos extẽditur, in cano.cum multæ.15.q.8.

B mm can.22.ſi quiſpiam,81.diſt.vbi pœna clerici & mulieris.can.his igitur,§.viduarum,23.diſt.c.2.de cohabita.clerico.& mulier.

nn can.monachi,de conſecra.diſt.4.

oo dict.ca.monachi,de conſe.diſt.4.& ca. peruenit,20.18.q.2.

pp can.non oportet,81.diſtinct.

qq can.clericus,cum ſeq.can.clerici,8.diſt.

rr can.monaſteria.8.de vita & honeſta.cle-
C ric. vbi clericus frequentans monaſteria mulierum,non deſiſtens,deponitur:laicus, excommunicatur.

ss can.peruenit,20.cum 4.ſequentibus,18. q.2.§.non ingredientur,c.3.nouellæ 33. quomodo oporteat monachos viuere.

## Capvt IX.

*Clericorum aliqua præcipua muneræ.*

DEi honor & cultus, præcipua monachi & clerici cura. *a* Quare officia ſibi D
impoſita diuina, ſuis horis & temporibus debent exſequi, *b* nec a loco ſeu Eccleſia ſibi deſignata abeſſe: *c* maxime monachus, *d* niſi ex rationabili cauſa & probata eis permittatur; *e* clericus pro gradu ſui officii melior eſſe debet, *f* & exemplo aliis bene viuendi: quia ipſi quidem conſcientia ſufficere poſſet bona, at a proximo fama bona & exemplum exigitur. *g* Sit diſcretus
E in docendo, vt docenda proferat, non diſcenda taceat. *h* Sal terræ, lumen mundi *i* dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ, ſal ſapientiam ſignificat: *k* quam in omnibus operibus debent offerre Deo, *l* lumen, doctrinam, vitamq; bonam, quam ſequi debent vt lucem laici. *m*





### Scholia.

a can.cui portio,ca.duo ſunt,12.q.1.

b cap.1.2.3.91.diſtinct.cap.1.de celebra. miſſa. de his officiis diuinis, diximus late ſupra lib.1.tit.20.

c can.ſequi vero,can.ſi quis in cler.7.q.1.c. 3.§.cum igitur.cap.4.& cap.conquerente,6.cap.ex parte,8.cap.qualiter,9.ca.inter quatuor, & ſequentib.aliis, de cleric. non reſidenti.capit.exſtirpandæ,30.§.qui vero,de præbend.cap.quanto,7.de offic.or- B
dinar.c.licet,14.§.is etiã,de electio.in Sex.

d can.quædam,cano.ſi cupis,16.q.1.cano. abbates,§.monachi,18.quæſt.2.cano.vltimo,§.item clericus,20.q.4.clem.1.§.quia vero, & §. cæterum,de ſtatu monachor. cap.vnic.de ſtatu regular.in Sex.§.porro religioſiſſimus,nouella 123.& §.illud quoque,nouell,133.

e dict.clem.1.§.cæterum, de ſtat.monachor. c.relatum,4.c.inter quatuor.10.de cleric. C
non reſiden.vt ſtudiorum eſt cauſa,cap.licet canon,32.de præb.in Sex.diſt.1.dict. §.cæterum, clem.1.& dict.c.relatum.ſi modo reſideat clericus in loco,vbi ſtudia exercentur, non alibi, cap.fraternitatis, 12.de cleri.non reſident.cum licentia ſui prælati,cap.2.ne cler.vel monach.in Sex. vt ſi ſtudia ſibi permiſſa diſcere exerceat: quædam enim illis prohibentur, vt in can. ideo.can.ſacerdotes ſimul.37.diſt.cap.non D
magnopere,cap.ſuper ſpecula, ne cleri.vel monach.cap.2.§.fina.eod.tit.in Sex.cauſa & rationabilis abſentiæ,abeſſe pro negotiis ſuæ Eccleſiæ,cap.ex parte,13.de cleric.non reſid.vel prælati ſui,ca.de cætero,7.& cap. ad audientiam,15.eod.titu.vel Papæ.c. cum dilectus 4.eod.quibus aliæ cauſæ addi poſſunt, cum cauſæ cognitione iuxta cap. relatum,de cleric.non reſiden.

f can.qualis enim,8.q.1.

g explicatur a diuo Auguſtino ſermone 50. ad fratres de heremo,& in concilio Aquiſgranenſi.cano.112.& in cano.19.nolo vt aliquis 12.q.1.cano.non ſunt audiendi,11. q.3.ad Roma.12.& 2.ad Corinth.8.

A h can.in mandatis,cano.ſcimus,cano.Epheſiis,cano.fin.43.diſt.cano.1.cap.non ergo,44.diſtinct.vide de docendi & inſtituendi munere in cano.1.38.diſt.can.his igitur,§.ſi.21.diſt.ca.alia cauſa.16.q.1. cano.ille procul,93.diſtinct.nos etiam loquuti ſumus. Iam de prædicatione verbi Dei,ſupra,lib.1.tit.22.

i can.7.ſacerdotes,93.diſtinct. D. Matthæi.c.5.

B k can.ſit rector.43.diſt.

l can.ſal.de conſecra.diſtinct.4.

m can.ne quis,de conſecra.diſt.3.

## Capvt X.

1 *De priuilegiis clericorum rerum.*
2 *Et perſonarum.*

PRiuilegia rebus, perſonis, & actionibus clericorum ſeu eccleſiaſticarum 1
C conceduntur, *a* de rebus propriis,quas nõ negotiandi cauſa deferunt,nulla quidagia, pedagia,& vectigalia ſoluunt, *b* neque ſordida extraordinaria ſuper indicta munera a rebus Eccleſiæ exiguntur, *c* res tamen aliquando cum oneribus realibus iam impoſitis, tranſeunt ad Eccleſiam, *d* aliter Deo conſecratæ & a cleris poſſeſſæ, iure cenſus liberantur, *e* niſi eccleſiaſticum munus ab eccleſiaſticis iniunctum ſit,
D *f* qualis procuratio ratione viſitationis. *g*

Perſonæ clericorum digniores laicis habentur, *h* vnde nec laici eis imperare 2
debent, *i* eorumque vis ſeueriori ſententia a laicis illata vindicatur, *k* vt ſententiam excommunicationis laici ipſo iure incurrant manum violentam in clericos iniicientes, a qua paucis cauſis exceptis, nõ poſſint, niſi a ſummo Pontifice abſolui, *l* nec conſentientibus ipſis clericis. *m* Clerici fi-
E delitatem laicis iurare non tenentur *n* acquiruntque ſibi vt peculium caſtrenſe, etiam in poteſtate patrum conſtituti, *o* ideo de his teſtari poſſunt, & eadem libere alienare: *p* niſi contemplatione ſuæ Eccleſiæ acquiſierunt, *q* vt alibi latius explicauimus

*r* Epiſcopatus etiam hodie ipſo iure vel ciuili liberat a patria poteſtate. *s* Clerici quoque, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, exorciſtæ, lectores, oſtiarii, acolythi, a perſonalibus muneribus immunes ſunt. Laicus detinens clericum in vinculis, aut cuſtodia, quamuis ſine læſione ſeu publica ſeu priuata, excommunicatus eſt. *v*

3 Peregrinantium alia priuilegia ſingularia clericorum, vt in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam oblationem cõſecrandi inuitentur: *x* poſſunt tabernas ingredi, *y* habitum in itinere mutare, *z* ab excõmunicatis cibos ſuſcipere, *aa* comam relaxare, *bb* ſacramentum pœnitentię quandocunque petierint, etiam interdicti tempore, accipere. *cc*

SCHOLIA.

a *priuilegia multa, quæ conceduntur clericis, ratione ordinis, ponuntur per Hippolytum de Marſiliis, in ſuo tracta. de fideiuſſoribus numero* 111. *vſque ad* 133. *vltra quæ in ſingulari* 174. *ponit aliud, vt prælatus ſibi adſcribens aliquid de bonis teſtatoris, non incidat in falſum.*

b *cap. quamquam* 4. *de cenſib. lib.* 3. *titu.* 20. *in Sex. c. non minus,* 4. *de immunita. Eccleſ. lib.* 3. *tit.* 42. *vbi gloſſa notabilis ad verba,* ſub tributo. *clemen. præfert de cenſib. can.* 3. *nulli,* 12. *quæſt.* 2. *Iure etiam diuino res clericorum ſunt immunes ab oneribus laicorum, Eſdræ* 3. *c.* 7. *etiam olim inter ethnicos Geneſ.* 47. *quæ dicantur guidagia pedagia tractatur in c. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignifica.*

c *l. placet,* 5. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l.* 1. *C. de epiſc. & cleric. Nouella* 133. *de eccleſiaſticis titulis. §. ad hæc ſancimus, ſeu c.* 5. *Inter ſordida autem munera non numerantur contributiones ad refectionem itinerum, pontium, l. ad inſtructiones.* 7. *C. de ſacroſanctis Eccleſ. dicto §. ad hæc. ſunt & quædam contributiones a perſonis & rebus eccleſiaſticis aliquando licite exactæ a laicis, conſenſu epiſcopi & ſuperiorum eccleſiaſticorum, vrgente neceſſitate. vt in cap.* 2. *& c. non minus* 4. *§. quocirca, c. aduerſus,* 7. *de immunita. eccleſiar. c.* 1. *§. cæterum, eo. tit. in extrauagan. communib.*

d *ca. tributum, & ca.* 22. *conuenior,* 21. *§. tributum,* 23. *q.* 8. *can. ſi quæ cauſæ* 26. *§. fi. & cano. ſi tributum,* 27. *& ſeq. magnum quidem,* 11. *q.* 1.

e *can. in qualibet,* 23. *cano. ſecundum canonicam,* 24. *ca. ſancitum,* 25. 23. *quæſt.* 8. *ex concilio Vormacenſi. ca.* 50. *c. ſancitum, de cenſib.*

f *c.* 1. *verſi. præter eccleſiaſticum, de cenſib. l.* 11. *c. de ſacroſan. Eccleſ. quod tamen nouum non ſit, c.* 3. *de cenſib.*

g *c. cum venerabilis* 21. *de cenſib.*

h *can. beatus cauſa* 6. *q.* 1.

i *cap. Eccleſia,* 7. *de conſtitutio. cap. fin. de reb. Eccleſ. non aliena.*

k *de vi expulſiua prohibita in ca. contra,* 29. *ca. laici,* 37. *can. inuentum,* 8. 16. *q.* 7.

l *de vi offenſiua in clericos commiſſa, tractatur fere in tota* 17. *quæſt.* 4. *vſque ad* 50. *canonem. & maxime in cano. ſi quis ſuadente diabolo,* 20. *cap. quod de his,* 26. *cap. peruenit,* 17. *cap. tua nos,* 19. *de ſentent. excommunica. facit l. ſi quis in hoc genus* 10. *de epiſc. & cler. Continet autem vindicta contra violantes clericos. canon. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. *omnes eccleſiaſticas perſonas qui clerici dici poſſunt, pſalmiſtas, qui clerici dicũtur in ca. cleros,* 21. *diſtinct. monachos Deo deuotos, can.* 21. *quiſquis, eadem* 17. *quæſt.* 4. *conuerſos, cap. parrochiam* 9. *de ſenten. excommunica. Poſſunt tamen abſolui ab alio quam a ſummo Pontifice percutientes violenter clericos, clerici impuberes. cap.* 1. *c. ea noſcitur,* 3. *c. pueris,* 60. *de ſentent. excommunica. mulieres & delicati, quibus non datur neceſſitas adeundi ſummum Pontificem, & abſolui poſſunt a ſuo epiſcopo cap. mulieres,* 6. *de ſentent. excommun. Idem in monialibus.* 33. *eod. titul. Excipiuntur & per totum percutientes. cap.* 1. *de ſenten. excommunica. & ſi*



*magiſter diſcipulum clericum percutiat. capite* 1. *eodem titu. ſi clauſtrales ſe mutuo percutiant, cap.* 2. *de ſenten. excommu. ſi Oſtiarius ratione officii alium verberet cap.* 3. *& cap. veniens, eod. titu. item is, qui percutit clericum cum vxore filia, aut matre, aut ſorore ſcortantem. cap. ſi vero.* 3. *de ſentent. excommun. qui illatam ſibi a clerico vim repellit, dicto capit. ſi vero prælatus, qui percuſſerit vel alius eius mandato, cap. peruenit, de ſentent. excomm. qui leuem iniuriam inferunt, cap. peruenit, de ſentent. excommun. fratres etiam ordinis Hieroſolymitani cap. canonicæ,* 50. *de ſentent. excomm.*

m *cap. contingit,* 36. *de ſenten. excommun. Quinimo & clericus ipſe, ſi ſibi manus inferat violentas, incidit in cano. ſi quis ſuadente diabolo,* 7. *quæſt.* 4. *vt ait Bald. in proœmio decreta. col.* 8. *Iaſon ad l.* 1. *col.* 2. *de ſeruis fugitiuis. Chaſſaneus ad Rubr.* des Iuſtices *ad verba* & droict d'icelles. *In conſuetud. Burgund.*

n *cap. nimis* 30. *de iureiurand. lib.* 2. *tit.* 24. *niſi clerici a laicis temporalia habeant, vt ibidem dicitur: quia tunc in his minores ſunt laicis. cap. ſolitæ, de maior. obedien. cano. ſi Epiſcopus,* 18. *diſt.*

o *tit. de peculio cleric. C. §. presbyteri c.* 19. *Nou.* 123. *diximus ſupra late lib.* 1. *de peculio cler.*

p *vide c.* 1. *de teſtam.*

q *Eccleſiaſticis perſonis bona poſſunt eſſe triplicis generis. vnum dicitur patrimoniale, ex quæſitis per illos vel ex aduenientibus ex ſucceſſione teſtato vel inteſtato maiorum vel amicorum, vel ex contractu, ante vel poſt adoptionem beneficii eccleſiaſtici. Secundum genus bonorum quod poſt clericatum ex laboribus ſuis & induſtria clericus quærit. Tertium eorum, quæ quis ratione ſui beneficii vel Eccleſiæ pertinẽtia ad præfectos, vt quæ vel procedunt de locis Eccleſiæ, vel relicta ſunt Eccleſiis. Et de primo & ſecundo genere bonorum clerici poſſunt diſponere & teſtari. c. quia, de teſtament. Panor. ad cap. cum in officiis, eod. titu. de tertio vero genere non poſſunt. dicto cap. cum in officiis, cum ſimilibus. de quibus abunde diximus ſupra libro* 1. *tit.* 26. *de peculio clericor. circa finem. vide interim auth. licentiam, C. de Epiſcop. & cler. Nouellam* 131. *cap.* 17.

r *vide quæ dicta ſunt ſuperiori libro, de peculio cler. tit.* 26.

s *Nouella* 81. *conſtitutio, quæ de dignitatib. & epiſcopatu filium liberat a patria poteſta. auth. ſed epiſcopalis, C. de epiſc. & cler.*

t *l. presbyteros diaconos,* 16. *de epiſcop. & cler. C. quemadmodum nec tutelæ etiam legitimæ dantur inuitis. can. Epiſcopus,* 88. *diſt. cano.* 20. *de præſentium, & can.* 40. *generaliter,* 16. *q.* 1. *l. generaliter ſancimus,* 52. *de Epiſcop. & cler. C. Poſſunt enim clerici, ſi velint ſponte, dummodo non ſint monachi, legitimam tutelam ſuſcipere, can. peruenit,* 86. *diſt.*

v *cap. nuper a nobis,* 29. *de ſenten. excomm. lib.* 5. *titu.* 39. *Clericus tamen fur auctoritate ſuperioris ligari poterit, & torqueri, vſq; ad reſtitutionem. cap. grauis de depoſito.*

x *cano.* 38. *Epiſcopi,* 7. *quæſt.* 1. *ex concilio Carthaginenſi.* 2. *c.* 33.

y *can. clerici,* 44. *diſt.*

z *can. Epiſcopi,* 21. *q.* 4.

aa *can. quoniam cauſa* 11. *q.* 1.

bb *c. ſi quis ex clericis, de vita & hone. cler.*

cc *cap. quod in te, de pœnit. & remiſſio.*

## CAPVT. XI.

1 *De priuilegiis circa actiones clericorum.*
2 *Beneficia.*
3 *Tempore interdicti.*
4 *Pœnitentiæ.*

PErſona eccleſiaſtica ſeu clericus coram ſuo prælato & iudice eccleſiaſtico, non coram ſeculari, pro crimine *a* conueniri debet *b* & ab illo, nõ laico iudicatur, alioquin iudicatum non tenet, *c* etiam ſi pro clerico pronuntiatum ſit, *d* quia in eum non habet iuriſdictionem. *e* Niſi ſummus

Pontifex daret principi, vel alteri laico iudicandi de clericis certi loci *f* poteſtatem, vel ſi clericus eſſet aſſaſſinus, vel aſſaſſinorum fautor, vel ſubmiſſor, *g* vel inuentus eſſet delinquens in habitu ſeculari, *h* vel fuiſſet degradatus, *i* vel aliter priuilegia clericatus amiſiſſet, *k* aut ſi deficiat, vel nō ſufficiat poteſtas Eccleſiaſtica pro puniendo eius delicto. *l* Si delinquens clericus ſit bigamus, *m* vel ſi alii ſimiles caſus occurrant. *n* Quod ſi agatur de perſonalibus actionibus, clerici quoque non coram ſeculari, ſed Eccleſiaſtico conueniri debent, quamuis in laicum conſentirent. *o* Quod ſi de rebus eorum temporalibus, & realibus actionibus, quæſtio ſit; debent conueniri coram iudice loci vbi res ſunt. *p* In ius tamen non vocantur clerici extra ſuam prouinciam, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum. *q*

2 Ad actiones etiā priuilegiatas clericorum pertinet, vt beneficia Eccleſiaſtica non niſi clericis conferantur, *r* nec ab aliis quam a clericis, *s* iure communi: item vt inopes debitores abſoluantur a petitione creditorum, data idonea cautione de ſoluendo, vbi ad pinguiorē peruenerint fortunam, poſt confeſſum debitum. *t*

3 Vtque poſſint clerici tempore generalis interdicti, ſepeliri in cœmiterio, ſi interdictum nō fuerint tranſgreſſi, poſſintque eo tempore in cathedralibus Eccleſiis bini vel terni, ſubmiſſa voce horas vel preces canonicas dicere. *v*

4 Nec poſſit clericis pœnitentibus ſolemnis pœnitentia imponi, *x* ſoliſque clericis, non laicis, ſit conceſſa verbi Dei publica prædicatio. *y*

S C H O L I A.

a *nec valet conſuetudo contraria, can. 1. 2. 11. quæſt. 1. cap. qualiter, & capit. clerici, de iudiciis, ſiue agatur criminaliter, vt in cap. at ſi clerici, eod. tit. ſiue ciuiliter, capit. 1. & cap. ſi diligenti, de foro compet. c. ſi iudex laicus, de ſentent. excommun. in Sext. Rota deciſ. 140. vtrum valeat conſuetudo, in antiq. iuriſque diuini eſſe hoc priuilegium ait Rota, in deci. 829. incip.* vtrum valeat, *nu. 4. in antiq. facit c. vnic. de cler. coniug. in Sext. Vide Iulium Clarum, lib. 5 ſentent. iuris, in practica criminali. q. 6.*

b *cap. 1. cap. cum contingat. de foro competen. nec vocatus coram ſeculari clericus, etiam pro crimine, tenetur comparere, vel per ſe, vel procuratorem etiam ob proponendam exceptionem clericatus. Archid. ad c. 2. 15. qu. 4. Felinus, ad cap. veniens, in vltimis verbis, de accuſat. Et hanc communem opinionem eſſe, ait Guido Papæus, deciſ. 450. In Gallia tamen ſeruatur contrarium, vt teneatur clericus vocatus corā iudice venire vel mittere priuilegium ſuum allegaturus, iuxta l. ſi quis ex aliena, de iudic. P. & ita tenet Rebuffus ad §. de conſtitutionib. ad verba* Gallicos Prælatos, *verſ. 2. quaro in concord. Improbant alioquin illam conſuetudinem interpretes, explicat Iulius Clarus, libr. 5. ſententia. §. fin. in practica criminali, q. 36. num. 5. ait autem num. 21. captum a iudice laico clericum detineri poſſe, donec cognoſcat, an ſit clericus.*

c *can. in primis. 2. quæ. 1. can. clericus, 48. & ſeq. ca. ſacerdotibus, 11. q. 1. cap. at ſi clerici, de iud. authen. ſtatuimus. de Epiſcop. & cleric. Cod. vbi corriguntur cōtrariæ conſtitutiones quædam Iuſtinia. vt authent. cauſas, & authen. clericus eius tit.*

d *can. 43. placuit* 11. *q.* 1.

e *cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtitutio. cap. decernimus, de iudic. cap. vnico, de cleric. coniuga. in Sext. aliquando tamen obtinuit, vt pro crimine ciuili, vel leui, iudex laicus adiretur contra clericum, ea tamen lege, vt lis vltra duos menſes nō egrederetur, nec puniretur, ſi reus fuiſſet inuētus, priuſquam per Epiſcopum ſacerdotio priuaretur. Quod ſi crimen fuiſſet Eccleſiaſticum Epiſcopalis erat examinatio, & caſtigatio, authen. clericus. §. ſed etiam in ciuili, & ſequent. C. de epiſcop. & cleric. Nouella*



*Nouella, 81. capit. 5. relata, in can. ſi quis cum clerico, 45. 1. quæſt. 1. Fuit poſtea hoc ius emendatum per Fredericum Imperatorem, in §. item ſtatuimus, de ſtatutis, & conſuetud. in extrauagantibus, poſt feuda, vnde ſumta eſt authent. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & cleric. Sed in Gallia reuocatus vſus Nouellæ, 81. §. 1. & iudices ciuiles cognoſcunt de crimine priuilegiato clerici, & pro communi remittunt ſuo iudici puniendum, vt ſcribit Rebuffus, in procemio ordinatio. regiarum, gloſſ. 5. numer. 33. notat Chaſſaneus, ad Rubricam,* des iuſtices, *ad verba,* & droit d'icelles, *numero 49. in conſuetudinibus Burgund. §. poſſunt iudices regii in Gallia forbannire, ſeu in exilium mittere clericos ita delinquentes per textum l. quamquam, de Epiſcop. & cleric. Exemplo Salomonis, qui damnauit Abiathar ſacerdotem, 3. Reg. 2. & pro crimine Simoniæ, & læſæ maieſtatis, iure ciuili poteſt princeps Epiſcopatu reum priuare, vt in l. ſi quemquam, C. de epiſcopatu & cleric. Sunt, & caſus priuilegiati alii, in quibus de criminibus clericorum cognoſcit ſecularis iudex, vt ſi clericus arma vetita portet, capi poteſt a iudice ſeculari, & puniri pecuniariter, non tamen corporaliter per textum, ſecundum Ioannem Fabrum, in l. addictos. de Epiſcopa. audien. C. & ibi Gloſſ. ad verbum,* vindicetur. *armorum enim delatio, etiam clericis eſt interdicta, capit. ſecundo, de vita & honeſt. cleric. eſt & Nouella qua armorum vſus inſcio principe ſit interdictus, & ita non tenetur arma confiſcata iudex laicis inuenta cum clerico, reſtituere. vtrumque firmat Iulius Clarus, libro 5. ſententiarum. §. fin. in practica criminal. quæſtio. 36. numer. 29. & 27. vbi & agit de crimine maieſtatis humanæ commiſſo a clerico, vt puniatur a iudice laico ſine degradatione. Itē, ſi clericus infringat ſaluā guardiam regum vel principum, punitur a laico. l. ſecunda. C. vt nemo priuatus, dum dicitur, vindicandum eſſe illud crimen per omnes iudices, & ita etiam ſeruatur in Gallia, & crimina prædicta eſſe ita priuilegiata, teſtatur Chaſſaneus, in conſuetudinibus Burgund. ad titulum,* des iuſtices, *§. quinta. ad verba,* s'il n'a grace, *numero 80. & 81. & rurſum in numer. 82. tradit, clericos poſſe puniri a iudicibus vel officiariis regiis, ſi ab illis offendantur officiando, per leg. vnic. ſi quis ius dicenti non obtemper. Pandect. addit, & numer. 85. poſſe multari clericos per officiarios regios, ſi vellent vſurpare regiam iuriſdictionem. & facit, caput ex parte in Chriſto, de verborum ſignificatione. Sed & clericus artificium aliquod agens, & in eo delinquens, coram laico, iudice artificii, vel laico poteſt conueniri. leg. final. Codic. de iuriſdictoin. omnium iudicum. Sic in Gallia regii officiarii clerici, puniuntur a iudice ſeculari, non habita ratione tonſuræ, vt & notat Chaſſaneus proxime citato loco. numer. 60. Aufrerius ad Clem. 1. nu. 5. de offi. ordinarii. Quamnis alibi dicat eſſe contrariam opinionem. Iulius Clarus, libro quinto ſententiarum iur. §. fi. in practica criminali, q. 38. n. 25.*

f *cap. præter hoc, §. verum, 32. diſtinct. ca. illud, 10. q. 3. ca. vbi periculum, §. præterea. de elect. in Sexto. Felinus. in ca. 2. & fin. de maior. & obedien. vide multa, quæ notat Rebuffus, in Rubri. de protectione concordatorum, ad verbum,* Leo, *in concordat. vbi id locū habere in certis, nō in omnibus generaliter, docet.*

g *cap. 1. de homicid. in Sext.*

h *cap. 1. de apoſtatis.*

i *Quia talis poſt exauctorizationem, fit fori ſecularis, cap. nouimus, de verbor. ſignific. cap. 2. de pœnis. in Sext. idem ſi incorrigibilis, & verbo ſit clericus depoſitus, capit. non ab homine, de iudic. Vide Clarum, libr. 5. ſententia. §. fin. in practica. crim. q. 36. numer. 33. 34. 35. 36. & ſequentibus.*

k *Clem. 1. de vita & honeſt. cleric.*

l *c. 20. principes ſeculi, 23. q. 5.*

m cap.4.de Bigamis in Sexto. A

n plures alii caſus, in quibus iudices ſeculares poſſunt cognoſcere de criminibus clericorum, videdi apud Guilielm. Benedictum, in repetitio.ca.Raynutius, ad verba. & vxorem nomine Delaſiam, in 2.deciſ.nu. 140. vſque ad numerum, 162. de teſtamentis .numerantur etiam, & probantur caſus alii 19.a Chaſſanæo ad titulum, des iuſtices, §.5 .ad verba, s' il n' a grace, a 47.numero vſque ad 93. in conſuetudin. B Burgund.

o capit.ſi diligenti, & cap.ſi clerici, de foro competen. quibus corrigitur .l.ſi quis conſcribendo.C.de pactis, & ſub titulo iterum de Epiſcopis & cleric. facit nouella 79. 79.notat tamen Papus.libr. 1.Tom.2.notariorum, caſus quoſdam, in quibus in actionibus perſonalibus clerici conueniuntur coram laicis iudicibus, vt quando obligationes habent originem a realitate, vel C ſi mixtæ ſunt, ex reali & perſonali, velut ſi clericus mutuo accipiat pecuniam, & emeret officium regium vendibile, puta Theſaurarii, vel aliud ſimile. Si a Presbytero vectigal in nummis conſtitutũ hypotheca prædiorum, vel bonorum vniuerſorum, petendum ſit: quia inter immobilia hi cenſus annumerantur, per l.hac edictali, §.his illud, de ſecund.nupt. Et iudex Eccleſiaſticus non eſt de immobilibus competens, quemadmodum, & ſi agatur de D euictione rerum venditarum, ſi conueniatur Presbyter a iudice laico conſtitutus, ſequeſter beneficii, ad rededdas rationes, ſi conducat res laici. Et ex quaſi contractu conuentus, ſi Presbyter ſine mandato res laici adminiſtret, ſi tutor ſit, in §.tutores, de obliga.quæ ex quaſi contract. naſc. Poteſt, & beneficiarius cõpelli per ſecularem E iudicem ad reparationem Eccleſiæ beneficii.l ſi qui Orthodoxæ, §.ſane enim, de hæretic. vt ad inſtantiam patroni, ſi diſſipet bona Eccleſiæ, ca.filiis, & nepotibus, 16. quæſtio.7. Item ſi clerici more ſecularium tractent negotia illis interdicta, vt ſeculares.iudicari in illis poſſit a iudice ſeculari, cap.fin.de vita & honeſtat.cleric.

p cap. ex tranſmiſſa, 6.& ſequen. de foro cõpeten. Rota deciſ.551 .incip. obligatus, in antiq.num. 2. videtur dicere, & in realibus clericum vti priuilegio fori, attamen in patrimonialibus bonis, clerici habentur pro laicis. Panormit.ad ca.conſtitutus, de religioſ.domib. & ad cap.cum dilectus de religio. domib. Franciſcus de Curte antiquior.conſi.27. Aliquando etiam in Gallia, iudex Eccleſiaſticus cognouit de cauſis realibus clericorum, & mixtis, propter conſilium Baldi ad authen. cauſam, Cod. de Epiſcop.& cleric.& ob ſententiã canoniſtarum ad cap.1.de emtion. Succeſſu tamen temporis, res melius in ſenatibus diſcuſſa, & ea notio fuit interdicta iudicibus Eccleſiaſticis, qui nec habiti capaces cognitionis cauſarum poſſeſſorii beneficiorum, quæ tributa iudicibus regiis laicis.

q ca. vltra prouinciarum, 4. cap.peregrina, 12.ca. non liceat, 14.& 16.neminem, 3. quæſt.6.cap.6.& cap.7.nec extra prouintiam, 3 .quæſt. 9.ca.duodecim, §.ſaluo, 5. quæſt .4.& in l. omnes, qui vbiq; ſunt, 32. de Epiſcop.& cler.

r §.laici autem, in princip.16.quæſtio.7.cap. iudicatum, 89.diſt .cap.2.de inſtitutio.ca. cum adeo, de reſcrip.cap. quamuis, 17.de decimis. quamuis ex priuilegio aliter aliquando, vt in beneficiis dictum.

s Iure communi etiam beneficia non conferuntur a laicis, de iure patron.cap.Maſſana, cap. quiſquis, de election. cum ſimilib. a nobis citatis ſuperiore, libr.1.titul.28.de inſtitutionibus: quia de rebus Eccleſiaſticis laici diſponere non poſſunt, cap. 1. & ſequentibus, 96.diſtinctio. can.nullus laicorum, ca.placuit, ca.laicis, ca.ſi quis principum, ca.quicumque, §.ſi ergo, 16. quæſt.7. ex priuilegio, quamuis aliquando laici conferãt.c.dilectus, in 3.de præb.& quamuis diſponant de Eccleſiaſticis eodem priuilegii iure, vt can.Adrianus, 63.diſtin. cum ſimilib.ſupra dict.tit. 28. libri primi.

t ca.Od-



t ca. Oduardus, de ſolutio.lib.3.tit. 23. Ex A quo colligitur clericos non cedere bonis, vt faciunt laici.tit.de ceſſ.bono.Pand. & qui bonis cedere poſſunt.C.

v ca.quod inter 11.de pœnit.& remiſſ.lib.5. tit.38.

x Solemnis pœnitentia habet ſolemnitates, de quibus in can.in cap. 50. diſtinct.hanc neq; ſacerdotes facere debent; verum depoſiti publice pœnitere poſſunt, ca. ſacerdotes de pœniten. diſtinctio. 6. capit.ſi B quis ſacerdos, 32.quæſtio. 1.ca.presbyter, 82.diſtinct. Publicam tamen, non ante ſolemnem clericis ob crimen publicum, imponi poſſe conſtat, ex capit.quæſit, 7.de pœniten.& remiſſio. lib.5.tit. 38.

y cap.ſicut, de hær.ca. excommunicamus, 1. §.qui vero.eod.tit.

## Capvt XII.

1 *Qui clerici non vtantur priuilegiis clericalibus.* C

1 CÆterum † priuilegiis clericorum non vtuntur, qui relicto clericali habitu arma gerunt, & admoniti tertio a prælato noluerint deponere.*a* Si ioculatoriam, & hiſtrionicam artem per annum exerceant; vel per minus tempus a prælatis admoniti, vt relinquerent, eam non reliquerint. *b* Si hæretici ſint, *c* ſi officia carnificum, tabernariorum, aut macellariorũ exerceant publice: *d* ſi bigami, *e* ſi relicta vita mona- D chali, vel clericali, redeãt ad ſecularem vitam. *f* Monachis etiam, ob aſſiduitatẽ cultus diuini data priuilegia, ſi vagari incipiãt, adimuntur. *g*

### Scholia.

a in cap.ad audientiam, 25.de ſententia excommuni.tit. 39. duo tractantur, quibus amittitur priuilegium clericale, vnum, ſi non deferatur habitus clericalis, aliud ſi clericus arma contra admonitionem, & E prohibitionem ſui prælati ferat. Quare & in cap.perpendimus, 23.eod. titul. impune occiditur in ſeditione ſacerdos, qui clericalem habitum reliquerat. Idem, in capit. cum non ab homine, 14.§.fin. & cap.cum contingat interdum, 45.eodem titul. vbi A tamen monitio trina requiritur reaſſumendi habitum clericalem, & tonſuram, antequam ob id exuatur clericali priuilegio.idem, in capit. 3. eod.titul. Quod intelligi debet, quando clerici dimiſſo habitu & tonſura ſe gerunt pro clericis, & in actu clericali, vel leuiter delinquunt, vt tunc moneri debeant ter, antequam priuilegiis priuentur: non autem quando dimiſſo habitu & ordine clericali, tanquam B laici vitam degunt, in cap. 1. de apoſtatis, lib. 5. Veruntamen tutius, & hic erit dicere, admonitionem requiri, antequam priuentur priuilegio clericali ob dimiſſionem tonſuræ, & habitus, ſaltem ne eo prætextu, quod conuerſentur, vt laici, poſſint euadere iuriſdictionem Epiſcopi. notat textus, in ca.tranſmiſſam, 15.iuncta Gloſſa, ad verbum, poſtpoſito, de electio. quia non in fa- C uorem perſonæ tantum priuilegia clericalia conferuntur, ſed in fauorem totius ordinis clericalis. cap.vnico, de cleric. coniuga.in Sext. niſi agamus de exceſſu & crimine immani, in quo ſine tonſura, & habitu clericali delinquens, poteſt puniri a laico, vt indignus priuilegio clericali, quod re ipſa, & eo contemto amiſit, ſeque ipſum beneficio indignum reddidit. dict. capit. cum non ab homine, & cap.perpendimus, D de ſentent.excommun.capit.vnico, de cleric.coniuga.in Sext. Et ita defendit Clarus, libro quinto, ſententiarum iuris. §.final. in practica criminali, quæſtio. 36.numer.23.ſi modo ſine habitu, & tonſura delictum commiſerit: contra, ſi cum illis, numer.24.eo. Et in hoc rurſum obſeruamus, quodq; decidit Guido Papæus, deciſ.138. regulã, quæ priuat beneficio clericali clericum per non delationẽ habitus, vel ton- E ſuræ, habere locum tantum in ſimplicibus clericis, non in promotis ad ſacros ordines, citat Clement. 2.de vita & honeſtate clerico. vbi & iſti clerici ab aliis diſtinguuntur. Rurſum, & obſeruandum, quod ait Iulius Clarus prædicto.§.fin. quæſtio. 36.

*num.19. quod hæc, quæ de clerico priuando non deferente habitũ & tonſuram dicta ſunt, intelligi debeant, in eo eſt coniugatus. Cæterum clerici non coniugati, licet non deferãt tonſuram aut habitum, gaudẽt priuilegio fori, nec poſſunt a iudice laico puniri. cap. ſi iudex, de ſententia excommunic. in Sext. Nihilominus tamen & illud verum erit, vt ſi talis clericus non coniugatus monitus fuerit a ſuo prælato, vt deferat habitum & tonſuram, ipſe autem contemtis monitionibus noluerit deferre, habeatur pro laico, vt & clericus coniugatus, ter monitus contemnens. Habetur autem pro trina monitione, ſi ea fiat ſemel monitio de ferendo habitu & tonſura ſub pœna amiſſionis priuilegii clericalis, vt ait idem Clarus, eadem quæſtione 36. nu. 20. & Hoſtienſ. ad cap. 1. Ne cleric. vel monach. In Gallia ſine monitione, clericus qui nomen dedit militiæ armatæ regiæ, accipitque ab eo ſtipendia, ipſo facto amittit priuilegia clericalia: cui, & adſtipulãtur interpretes, ad capit. fin. de cleric. coniuga. & ad cap. perpendimus, de ſenten. excommunica. niſi poſtea reſtitutus ſeu rehabilitatus fuerit ad illa per ſummum Pontificem. Vide de militibus clericis, Chaſſaneum, ad* §. 5. des iuſtices, *ad verba*, s'il n'a grace, *nu. 45. in conſuetud. Burgund.*

b *cap. vnico, de vita, & honeſta. clerico. in Sexto.*

c *cap. principes ſeculi, 23. quæſt. 5. quare, & propter hoc crimen depoſiti, tradũtur Curiæ ſeculari. cap. ad abolendam, de hæretic. l. 1. C. eod. tit. & ita iudicatũ fuiſſe, alias, tradit Chaſſan. in proxime citato loco. nu. 57. nõ enim meretur Eccleſiæ priuilegium, qui eam impugnat, capit. quia fruſtra, de vſur. l. 3. de Epiſcopali audien. C. l. auxilium, de mino. P.*

d *Clemen. 1. de vita, & honeſta cleric.*

e *cap. 1. de Bigamis. in Sext. vide deciſ. Capellæ Tholoſanæ, 64. & 254. & 255. vbi explicatur, num omnes bigami priuilegia clericalia amittant.*

f *cap. 1. de apoſtolis. Authent. ſed neque, de Epiſcop. & cleric. §. ſed neque curialem, ca. 15. Nouell. 123. de ſanctiſſimis Epiſcopis.*

g *l. generaliter, 52. C. de Epiſcop. & cler.*

# PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII SEV CANONICI.

## LIBER TERTIVS.

## DE PACTIS.

### TITVLVS PRIMVS.

a *Hic titulus exſtat de pactis, libr. 1. decretalium, titul. 35. in Sexto. tit. 18. libr. 2. Pandect. titul. 14. & libr. 2. Cod. tit. 3. eo pertinent tituli de Pactis inter emtorem & venditorem, libro 4. C. tit. 54. de pactis conuentis tam ſuper dote, quam ſuper donatione propter nuptias, & parafernis, libr. 5. Cod. tit. 14. de pactis dotalibus, libr. 23. Pandect. titul. 4. de pactis pignorum, & commiſſoria lege in pignoribus reſcindenda. libr. 8. Cod. tit. 35. Nouella Leonis, 19. de pacto paterno, ex quo hæredem futurum filium. De filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto, libr. 2. feudorum. tit. 29. De conuentione inter Dominum & fidelem, libr. 1. Feudorum. tit. 10.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio libri tertii ad ſuperiores, & dicendorum capita.*

2 *Obligationum diuiſio.*

Explica-



1 EXplicauimus † in ſuperioribus libris, in primo quidem de rebus, in ſecundo vero de perſonis Eccleſiaſticis, reliquum eſt, vt agamus de actibus ſeu actionibus præcipuis, circa quas iura Pontificia verſantur. Ordo autem optimus videbitur, ſi primum eas generaliter, deinceps per capita exponamus. Omnis porro actio vel obligationum, vel ſucceſſionũ, vel iudiciorum reſpicit cauſam. Obligationes autem præponimus ſucceſſionibus hereditariis, cum vt actus viuentium actibus mortuorum, tum etiam, vt genus ſpeciebus, eo quod ex ſucceſſionibus aliquæ naſcantur obligationes hæredum: iudicia vero, in poſtremam partem reiecimus, quod in illis de omnibus agi poſſit.

2 Cæterum obligationes, † aut ex cõtractu, aut quaſi, aut ex delicto, aut ex quaſi delicto naſcuntur. *a* In cõtractibus, pacta ſeu conuentiones, pollicitationes, vota, conſiderantur, vel ſeorſum per ſe, & ſimpliciter, *b* vel cum aliis, cum quibus contrahitur. *c* Contrahitur namque aut re, aut verbis aut literis, aut conſenſu, *d* In delicto admiſſo tantum ex ipſo maleficio oriuntur obligationes, ex quibus delinquens ad ſoluendas ex legum impoſitione dictas pœnas, & ad reſarciendum damnum læſis, adſtringitur. His affines, quæ ex quaſi delicto oriuntur. *e* Agamus in hoc libro, prius de conuentionibus & ſucceſſionibus, ſeu per vltimas volũtates, aut per cauſam inteſtati contingentibus, & obligantibus. In quarto de criminibus, vel quaſi delictis, quæ ad ius Pontificium maxime ad Eccleſiaſticam cognitionem: De hinc in quinto dicetur de iudiciis, & iis quæ ad ea pertinent.

### SCHOLIA.

a *§. ſi quis, de obligationibus apud Iuſtin.*

b *De pactis in genere tractatur in decreto Gratiani, 8. diſt. in c. 2. in multis, 2. 2. qu. 4. & libr. 1. dec. Gregorii. tit. 35. & lib. 1. Sexti Decr. tit. 18. libr. 2. Pandect. tit. 14. & lib. 2. C. tit. 3. & lib. 11. ecloge Baſilicorũ. tit. 1. apud Paulum libro receptarum ſenten. tit. 1. Conſtantinum Harmenopulum, lib. 1. tit. 9.*

c *In ſpecie tractatur in titulis etiam proxime citatis, & in lib. 5. C. tit. 14. de pact. cõuentis tam ſuper dote, quã ſuper donatione propter nuptias & paraphernis, & titul. de pact. dot. lib. 23. P. tit. 4. titul. de pact. inter emtorem, & venditorem compoſitis, lib. 4. C. tit. 54. de pact. pignorum, & lege commiſſoria in pignoribus reſcind. lib. 8. C. tit. 35. tit. de pacto, paterno ex æquo hæredem futurum, &c. in Nouella Leonis, 19.*

d *§. fin. de obligatio. apud Iuſtin. l. 1. de actio. Pand.*

e *Quæ omnia ex ſequent. titulis explicationem capient.*

### CAPVT II.

1 *Conuentionis.*

2 *Et pacti finitio.*

COnuentionis nomen generale eſt, † ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi tranſigendiq; cauſa conſentiunt, qui inter ſe agũt, & in vnam ſententiam ex diuerſis animi motib. deſcendũt, *a* ſpecies conuentionis pactum eſt. *b* 1

Pactum autem † dicitur, *c* inter partes ex pace *d* cõueniens ſcriptura, vel ſine ea, *e* legibus ac moribus *f* comprobata ſententia. Dictum pactum quaſi ex pace factũ. *g* Inter partes autem fieri dicimus, vt intelligatur, non vnius, ſed duorum ſaltem, vel plurium eſſe in pacto conſenſum, eaque ratione diſtare a pollicitatione, quę tãtum eſt vnius offerentis promiſſio, *h* 2

### SCHOLIA.

a *l. 1. §. conuentionis verbum, de pact. P. & ibidem docetur, nullum eſſe contractum, qui non habeat conuentionem, idem in l. in omnibus rebus, 55. de action.*

b *l. 1. de pactis, Pandect.*

c *capit. pactum dicitur, 11. de verbor. ſignifi.*

*lib.5.cap.40.ex Iſidoro.libr.5.Etymolog.* A *cap.5.aliter autem diffinitur ab Vlpian. in l.1.§.& eſt pactio,de Pact.P.vt ſit pactio,* duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus.

d *Pactum a pactione, vnde pacis nomen appellatum.l.1.§.pactum autem, de pact.P. & pactum pax dicitur, capit.1.de pactis. ibi,* vniuerſi dixerũt pax ſeruetur, pacta cuſtodiantur.

e *Sine ſcriptura & cum ſcriptura fieri pa-* B *ctũ poteſt,ſed maior firmitas.fides, & probatio ex ſcriptura.l.contrahitur,de pignoribus.P. Atq; ideo dixit Labeo,poſſe conuenirire,per epiſtolam,per nuntium inter abſentes,exſtante.l.2.de pactis.*

f *Aliter non valerent.l.pacta.quæ contra.C. de pact. l. iuriſgentium.§.prætor ait, eodem titul. Pandect. De quo latius agetur in forma.*

g *Vlpian. dixit a pactione pactum, & hinc* C *pacis nomen,l.1.de pact. Idipſum, & Sextus Pompeius Feſtus.libr.de verb.ſignifi. norunt & Grammatici, pactum a pango, figo,planto, dictum.*

h *l.3.de pollicita.libr.50.P.titul.12.l.1.de pact. Pandect.*

## Capvt III.

1 *Pactorum diuiſio in nuda & conuenta.*
2 *Conuentorũ innominata, & innominata.* D
3 *Iuriſgentium, & iuris ciuilis.*

1 PActum & nudum *a* & conuentum dicitur, *b* quod & aliquibus dicitur veſtitum. Nudum dicunt iuriſconſulti, quando nulla ſubeſt cauſa præter placitum, nec conſtituitur ex eo obligatio. nam iure ciuili, nuda pactio obligationem non parit, ſed exceptionem; *c* item quod non firmatur vel re, vel verbis, vel literis, vel alio fir- E miore conſenſu. *d* Conuentum vero pactum dicitur, ex quo naſcitur obligatio. *e*

2 Rurſum † pactorum conuentorum, quædam tranſeunt ex generali nomine conuentionis in aliud quoddã proprium nomen, vt in emtionem, venditionem, A locationem, ſtipulationẽ, & ſimilia: quædam non tranſeunt, ſed remanent in generali nomine, ex quibus tamen, ſi cauſa ſubſit, naſcitur obligatio, *f* ſuperiores contractus nominati, alii innominati dicuntur.

Subinde † inter cõtractus conuentos, 3 quidam iuriſgentiũ, ab omnibus fere nationibus ſeruati dicuntur, *g* alii iuris ciuilis, nempe vel a lege ciuili inducti, vel ap- B probati.

### Scholia.

a *l. iuriſgentium, 7.§.igitur nuda pactio, de pact.P.*

b *l.ſi vnus,27.§.pactus ne peteret, eod. titul. Pandect.*

c *l.iuriſgentium, §.ſed cum nulla,de pact. P. nudum tamen pactum iure Pontificio parit obligationem,vt dicemus poſtea.cap. 1.de pact.nudum hic pactum, quod ſtetit in puris finibus conuentionis, vt nuda dicitur traditio, quæ eſt ſine cauſa,in l.nunquam nuda, de acquirend.rerum domin. Pandect.*

d *Tot enim modis firmantur obligationes.l. 1.de actio.P.§.fin.de obligatio. apud Iuſtinian.re.l.obligantur,51.§.1.de action. P.rei interuentus firmat placitum, in l.ex placito.C.de rer.permut.Item verba, titu. de verb.oblig.literæ,titulo de litera. oblig. l.fin.mandati. P.conſenſus. l.obligamur, 51.§.conſentientes,de action. Pandect.*

e *Dict. l. iuriſgentium.§.pactus ne peteret, de pact. P.*

f *l.1.§ fi.l.& iuriſgentiũ, §.1.& 2.de pact. Pand.*

g *l.iuriſgentium,de pact.P.l.ex hoc iure,de iuſt.& iur.P.*

h *l.legitima conuentio, 6.de pact.P. cuiuſmodi eſt verborum obligatio Emphyteoſis, & alii.*

## Capvt IIII.

*De Pactis in rem, & in perſonam, expreſpreſſis, tacitis, de ſimplicibus & non ſimplicibus.*

Iterum

Iterum



ITerum pactorum quædam dicuntur in A rem, quædam in perſonam. *a* In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor ne petam. In perſonam, quoties pactum, ne a perſona certa petam: quę maxime ex mente paciſcentium diſtinguitur. Alia item pacta expreſſa, alia tacita. Expreſſa, cum de aliquibus expreſſe, & diſtincte placuit. Tacita, quando ſine expreſſione verborum, ex tacito conſenſu facta cenſentur, & ita præſumuntur conuenta. *b* Sunt poſtremo, B & alia pacta, non iurata ſimplicia, alio iuramento firmata. *c*

### Scholia.

a *Explicat Vlpian. in l. iuriſgentium, 7.§. pactorum, de pact.P.vide, & l.tale pactũ, 40.eod.titulo.*

b *l.2.& ſeq. de pact. P. vbi exempla tantorũ,vt in inuectis in prædium conductum.l. 4.eo. in ſtipulatione dotis, quæ ſuppletur a* C *lege omiſſa a contrahentibus. l.vni. de rei vxor.act.C. in eo qui in futurum vſuras pro ſibi debito accipit, vt cenſeatur paciſci, ne eo tempore ſortem petat.l.qui in futurũ, 56.de pact. P. cum ſimil. Iure Pontificio quoq;, quædam pacta præſumuntur Magorum cum dæmonibus in nefariis precibus, & in funeſtis ſacrificiis, quæ illis offerunt. ca. igitur, 26.q.3. Sunt huiuſmodi occulta pacta & fœdera cum dæmonibus* D *ligaturæ,notæ,characteres & ſimilia ſuperſtitioſa viſa, ſecundum Auguſtinum, lib. 2.de doctrina Chriſtiana, cap.19.20.& 21.cuius verba relata,in ca.6.illud, 26.q. 2. Dicitur & generale pactum, quod & tacitum, ſi non exprimatur, ſocietatis humanæ,obedire regibus ſuis,can.2.quæ contra mores, 8.diſtinct. ex Diuo Auguſtino, lib. 3.confeſſion. cap. 8. vt & reipublicæ communis ſponſio, obtemperandi legibus,* E *in l.1.de legib.Pand.*

c *De vtriſq; exemplum, in cap.2. cap. ex literis,10.de ſponſalib. cap. quamuis pacti, 2.de pactis in Sexto,cap. licet mulieres, de iureiurando.*

## Capvt V.

*De quibus fiant pacta, vel non liceant.*

PActorum frequẽs vſus in placitis com- 1 munibus, humanis, quæ legem ex conuentione accipiunt, *a* in publicis, & priuatis negotiis, *b* vt ſi de bello tranſigatur inter hoſtes *c* de iudiciis ſeu treuga. *d* Paciſcuntur & de negotiis inter ſe ciuitates, *e* priuatique de ſuis omnibus, fidem & conuentiones ineunt, ſi modo non prohibe- B antur nominatim paciſci. Prohibetur autem pactio priuatis, aduerſum Dei mandata, quibus obtemperare debemus. *f* contra ius publicum, *g* aduerſus leges & bonos mores, *h* aduerſum honeſtatem, de re turpi, & impoſſibili, *i* de beneficii ſucceſſione in locum viuentis, *k* vel antequam vacet, *l* cum alioquin pactum de ſuccedendo in locum viuentis reiiciatur, *m* quamuis C iure pontificio pactum de non ſuccedendo iuramento vallatum, probetur. *n* Reprobantur conuentiones & pactiones de ſpiritalibus, *o* tanquam ſimoniacæ. *p* Nihil tamen prohibet, imponere honeſtas conditiones rebus, quæ Eccleſiis conceduntur. *q* Sic & valet datio præbendæ cum conditione, quod dicet præbendatus ſingulis diebus miſſam de beata Maria, niſi corporis infirmitate grauatus ſit. Et quod D Eccleſiam, certam, non niſi communi tam præpoſiti quam capituli conſenſu poſſit dimittere, vel cuiquam præbendæ illius anniuerſarium delegare. *r* Dominus etiam cum manumittit ſeruum, vt ad ordines Eccleſiaſticos perueniat, poteſt ſibi pacto retinere ſpiritales operas, vt pro eo horas canonicas pſallat, qui, ſi in ſuperbiam elatus eas noluerit pſallere, accuſatus apud Epiſcopum, qui eum ordinauerit, degradan- E dus eſt, vt & fieri poſſunt pacta inter monaſteria & presbyteros parrochianos, ne omnes ſepeliant, ſed tantum certos aliquos: item & de aliis iuribus parrochialibus. *s* At reprobatur pactum, ne quis accuſet aliquem de crimine, ſi fiat antequam cri-

men committatur, *t* & quod factum eſt in damnum tertii, *v* aut aduerſus Eccleſiaſticam libertatem. *x*

### Scholia.

a *cap. 2. de depoſito, lib. 3. tit. 16. l. 1. §. ſi conuenit, depoſit. Pandect. libr. 16. titul. 3.*

b *l. conuentionum, 5. de pactis. Pandect.*

c *Dicta l. conuentionum, de pact. l. in bello, 12. l. ſi captiuus, 20. l. ſi quid in bello captum eſt, 28. de captiuis, & poſtlimi. reuer. lib. 49. P. titu. 15.*

d *cap. vnico, de treuga, & pace, libr. 1. titul. 34. iuncta gloſſa, quæ diſtinguit inducias belli in legales, & conuentionales, ibique inuenies, dici treugam canonicam, quæ diebus quibuſdam feſtis fit, & quibus ceſſatur ob Dei cultum, a bello; conuentionalis contra erit, quæ ex fide data hoſti pendet, quæ ei ſeruanda, can. 3. noli exiſtimare, 23. q. 1. ex Diuo Ambroſ. 1. officior. cap. 4. & 29. & ex ca. 23. Innocens, 22. q. 4. l. 1. de conſtitu. pecunia. P. l. fi. de legatio. P. vide conſtantiam ſeruandæ fidei hoſti, in exẽplo Attilii Reguli, & aliorum apud Ciceronem 1. officior. Liuium lib. 18. Valer. Maximum libr. 1. cap. 1. Horatium lib. 3. Ode 5. Senecam de prouidentia, epiſtola 99. Plinium de viris illuſtribus, cap. 40. Gellium libr. 6. cap. 4. Induciæ ſunt cum in breue vel præſens tempus conuenit inter hoſtes, ne ſe laceſſant, l. poſtliminium, 9. §. induciæ, de captiuis, & poſtliminio reuer. lib. 49. P. tit. 15. At dicebat inducias eſſe Varro in libro humanarum rerum, qui erat de bello & pace, pacem caſtrorum paucorum dierum, reprehenſus a Gellio, lib. 1. cap. 25. & inducias dictas putat quaſi dixeris inde uti iam, pactum enim induciarum dixit eſſe huiuſmodi, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur, ſed ex eo die poſtea vti iam, omnia belli iure agantur.*

e *can. quæ contra, 8. diſt.*

f *can. 2. quæ contra mores, 8. diſtinct. can. 8. puellæ, 24. q. 1.*

g *cap. ſi diligenti, de foro compet. lib. 2. tit. 2. cap. cum tempore, de arbit. cap. contingit, in primo, de ſent. excommun. l. neque pignus, c. priuatorum, de regulis iuris, in P. l. ius publicum, & l. inter debitorem, de pact. P. l. quidam decedens, de adminiſtra. tuto. P. quando videlicet ius publicum non reſpicit vniuerſos, vt ſingulos, ſed reſpicit vniuerſos, vt vniuerſos vt explicatur, in l. paciſci, de pact. P.*

h *cap. fin. de pact. l. iuriſgentium, 7. §. ait prætor, & §. eleganter, de pact. P. l. pacta, quæ contra, C. eod. tit. l. nec ex prætorio, 27. de regulis iuris, nec firmat illud iuramẽtum. cap. cum quidam, 13. §. illi vero, c. ſicut ex literis, 13. cap. tua nos, 24. de iureiuran. c. in malis, 19. de regul. iur. in Sex. l. non dubium C. de legib. exemplum de pacto legis cõmiſſoriæ in pignoribus improbato, quod neque iuramento validatur, c. ſignificante, de pignorib. c. ad noſtram, de emtio. l. 2. C. de pact. inter emtor.*

i *Dict. cap. fin. de pactis l. veluti, l. generaliter, de verb. oblig. l. quod turpe, de inutilib. ſtipula. l. ſi remunerandi, rei turpis, manda. reprobant & canones rerum turpium promiſſiones, ca. vnuſquiſque, ca. in malis promiſſis, ca. non ſemper, ca. definitio, can. mulier, 22. q. 4. de impoſſibili de iure dicere eſt, iure prohibitum, impoſſibile cenſeri factu dict. c. fi. de pact. l. filius qui in poteſtate, de conditio. inſtitutio. P. de impoſſibilitate etiam facti pacta etiam reprobantur. §. 1. de inutilib. ſtipula. apud Iuſtinia. l. ſi ſtipuler, de verb. oblig. l. impoſſibilium, de regul. iur. P. per cap. nemo, 6. eod. tit. in Sexto.*

k *cap. accepimus, 5. de pact. c. ad exſtirpandas, c. præſentium, c. ex tranſmiſſa, de filiis presbytero. cap. Apoſtolica, 8. q. 1.*

l *c. 2. & 3. & c. ex literis, de conceſſion. præb. li. 3. ti. 8. in concilio Tridentino ſeſſion. 24. c. 2. & 3. de conceſſion. præbenda in Sexto.*

m *l. ex eo, C. de inutilib. ſtipula. l. pactum, & l. fin. de pact. cap. 2. de conceſſ. præbenda, c. venerabilem de electione.*

n *cap.*



n *ca. quamuis pactum, de pact. in Sext. quod tamen iure ciuili etiam reprobatur, l. pactum quod dotali. C. de colla. l. ſi quando, §. 1. de inofficio. teſtam. C. l. fin. de ſuis & legitimis hære. niſi dicamus, ibi ideo improbari, quod non fuerit appoſitum iuramentum; contra ſi appoſitum fuerit, vt in d. c. quamuis.*

o *cap. fin. de pact. ca. ſtatuimus, 1. q. 1. ca. quam pio, 1. q. 2. can. Eccleſia, 1. q. 4. cap. præterea, cap. ſuper eo, de tranſact. lib. 2. ti. 36. tit. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutio. conferãtur, in cap. vnico. vide Nauarrum in manuali confeſſorum, cap. 23. titu. de ſimonia. Sotum lib. 9. de iuſtitia. & iure, q. 5.*

p *cap. cum pridem, de pact. expreſſe vel tacite, cap. per laicos, 16. q. 7.*

q *cap. ſignificatum, 11. de præbendis.*

r *cap. nullus, 4. de ſeruis non ordinandis, lib. 1. tit. 18. ca. frequens, in fine, 54. diſt.*

s *Vt in can. penult. 18. q. 2.*

t *cap. 1. & cap. quia ex eo, 3. de pactis in Sexto.*

v *c. quemadmodum, 25. §. fin. de iureiuran. lib. 2. ti. 24. l. ſi vnus, §. pacta, & §. illud, de pact. P. quia per ea pacta daretur occaſio delinquendi, quæ etiam pacta reprobantur, in cap. penult. de conſuetud. l. alia lege, §. eleganter, de ſolut. matri. P. l. conuenire de pactis, dotalib. P. vnde neque recipitur pactum illud, ne dolus præſtetur. l. contractus, de regu. iure P. In commiſſo autem delicto, pactum de non accuſando poſſet ſuſtineri per viam, vt dicunt compaſſionis, ſi emendaretur delinquens, & facit, l. ſi vnus, §. pacta, de pact. P. & l. tranſigere, C. de tranſaction. & dict. caput. quemadmodũ, in fine, de iureiuran. niſi quis ex hac pactione in præuaricationem aut colluſionem incidat; quo caſu irrito pacto Turpiliano Senatuſconſulto punietur paciſcens. l. 1. §. præuaricatorem ad ſenatuſc. Turpilia. lib. 49. P. titul. 16. vide cap. 1. & fin. de colluſ. detegen. lib. 5. tit. 22.*

x *cap. plerique, 7. de pact. cap. præterea, de cenſib. l. debitoribus, 25. C. de pact. l. 39. C. de negot. geſt.*

y *c. ſicut noſtris, 17. c. petitio, de iureiuran.*

## Caput VI.

*Qui paciſci poſſint, & contrahere.*

1 QVi conſentire poſſunt, nec iure prohibentur, paciſci & contrahere poſſunt. *a* Prohibentur autem efficaciter pacta fieri cum pupillo *b* furioſo, *c* cum filio familias, qui in poteſtate noſtra eſt iure ciuili, *d* cum quo tamen iure pontificio ſuſtinetur. *e* At quoties in conuentionibus ſummi pontificis vel ſuperioris ſpectatur aſſenſus, ne in dubium veniant quę geruntur, eas ratihabitio debet pro ſecuritate partium ſolidare, *f* in omnibus tamen inferiorum conuentionibus validandis, non requiritur ſuperiorum aſſenſus. Et proinde pacta inita vel approbata per fratres prædicatores, minores, & alios mendicantes, vel per illorum priores, ſeu guardianos, vel illorum anteceſſores, de ſuorum conuentuum conſenſu vel conſilio, aliunde licita & honeſta, facta cum capitulis rectoribus Eccleſiarum, ciuitatum, caſtrorum, villarum & locorum ſuper iuribus parrochialibus vel aliis articulis quibuſcumque, ſeruanda ſunt, nõ obſtante, quod magiſtri, aut miniſtri, aut priorum ſeu prouincialium ordinis non interuenerit conſenſus, nec ab ipſorum generalibus vel prouincialibus capitulis, vel a ſede Apoſtolica non exſtiterint approbata. *g*

### Scholia.

a *Magno incommodo, & damno afficiuntur homines cum quibus nemo contrahit, & quibus interdicitur commerciũ. l. quod ſi minor. §. non ſemper, de minor. P. l. ſed an viæ, de pignorib. P. & pro pœna eſt, interdici alicui contractus. l. Manichæos, 4. §. ipſos quoque, de hæretic. vt ſummum genus pœnæ eſt verſari inter homines, & eorum ſuffragiis carere, l. hi qui ſanctam, 3. C. de apoſtatis.*

b *can. firma, 20. q. 1. can. literas, 4. cap. acceſſit, 5. cap. a nobis, 8. de deſponſatio. impub. cap. quod ſedem, de frigid. & maleficia. l. 1. §. furioſum, & l. obligari, 42. de actio. P. l. pupillus, 149. de regul. iur. P. niſi tutor accedat, l. in negotiis, 5. de regul. iur. P. cum ſimilib. ratio in l. pupillus, 239. de verb. ſignific. P.*

c *cap. dilectus filius, 24. de ſponſalib. l. in negotiis, 5. de regul. iur. l. 1. §. furioſum, de actio. P. ratio, in l. furioſi, 40. de regulis iuris. Pandect.*

d *l. actiones, 6. de actio. P. l. ne cum, 16. de furt. P. l. lis nulla. C. de iudi. §. hi qui in parentum, de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, apud Iuſtinia. §. item inutilis, de inutilib. ſtipula. niſi agatur de rebus caſtrenſibus. l. 2. de contrah. emtio. P. l. 4. de iudic. P. l. pater, 15. §. 1. de caſtrenſ. pecul. P. vel de quaſi caſtrenſi, in quibus filiusfamilias pro patrefamilias habetur, caſtrenſe peculium dicitur quod filiusfamilias occaſione militiæ acquirit, l. caſtrenſi, 11. de caſtrenſi pecul. P. l. 1 C. eod. titul. Quaſi caſtrenſe, quod filius familias exemplo caſtrenſis, acquirit, vt ſi ſit aſſeſſor. l. veluti, de aſſeſſor. C. aduocatus, l. fori, 4. l. cum aduocatio, §. omneq́, de aduoc. diuerſor. iudic. C. palatinus, l. vni. de caſtrenſi omnium Palatinorum peculio. C. ſi clericus ex labore in clericatu acquiſierit. l. Sacroſanctæ, 32. de epiſcopis & cleri. In quibus filii familias, vt emancipati habent liberam diſpoſitionem l. penult. & fin. qui teſtam. facere poſſunt.*

e *cap. quamuis pactum, de pactis in Sexto.*

f *cap. 2. de pact. vbi validatur pactio interioris, quando per defectum plenitudinis poteſtatis contrahentis inualida eſt. vt, & in c. 1. de tranſact. lib. 1. ti. 36. quod intellige, quando eſſet tantum inualida ratione poteſtatis contrahendi, alioquin obligationes, quæ non propriis viribus conſiſtunt, neque officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis poteſtate confirmantur, l. obligationes, 27. de actioni. lib. 44. P. titu. 7. l. 29. l. 210. de regulis iuris, Pandect. fa-* A *cit, cap. 1. de confirma. vtili, vel inutil.*

g *Hoc ipſum ſingulari, & expreſſo iure definiuit Bonifacius 8. in cap. fin. de pact. in Sext. propter ſcandala quæ oriebantur ex reſciſſione pactorũ eo prætextu facta, quod ſuperiorum non interueniſſet conſenſus.*

## Capvt VII.

### *De formulis paciſcendi.*

PActorum formulæ pendent ex con- 1
B ſenſu & voluntate paciſcentium, *a* ſalua manente forma ſubſtantiali contractus a legibus definita, contra quam ſi pacta adiiciãtur, vitiatur contractus. *b* Citra læſionem vero ſubſtantialis formæ pacta addere vel minuere poſſunt ex cõtractu. *c* Scriptura autem pactorum quæ ex conſenſu perficiuntur, de ſubſtantia non videtur eſſe, *d* quamuis per eam adiectam, & certius & facilius pacta probẽtur. *e* Poſſent & ge-
C neraliter præſcribi formæ paciſcendi, quales ſunt formæ contractuum, *f* vt concipiantur vel ex die, *g* vel in diem, *h* vel ſub conditione, *i* vel ſub modo, *k* aut per acceſſionem perſonæ aut rei, *l* vel pure. *m* Accedit, & promiſſionibus ad maius fulcimentum pœna, quæ adiici poteſt aduerſus eos, qui non ſteterint promiſſis. *n*

### Scholia.

D a *l. contractus, 85. de regu. iur. l. 1. §. ſi conueniat, de poſit. P. ex cõſenſu noſtro, 2. de pact. l. legem, quam dixiſti, C. de pact. l. 1. C. de pact. conuent.*

b *c. ad noſtram, de emtion. cap. illo vos, ca. ſignificante, de pignorib. cap. cum precario, de preca. P. vbi ita donatur, de donat. cauſ. mort. Pandect. 1.*

c *l. pacta conuenta, 72. de contrah. emt. li. 8. P. tit. 21.*

E d *Ideo ſcripturarum de pactis factarum amiſſio, nõ præiudicat pactis. cap. cum olim, 12. de priuileg. neq́ tenetur paciſcens ſcripturam de pacto facere, c. 3. & ibi interpretes, de maior. & obedient. lib. 1. ti. 33. l. pactum quod bona fide, C. de pact. l. proprietatis, & l. cum res, C. de probat. l. non* A *ideo, C. familiæ erciſcun. cum ſimilibus.*



e *Vt in l. contrahitur, de pignorib. P. l. 1. C. de iure emphytheutic. ca. 2. §. fin. 10. q. 2.*

f *De quibus omnibus, in l. obligationum fere, 44. de actio. & obliga.*

g *Ex die, vt ſi quid a calendis Martiis quis paciſcatur aliquid fieri, vel dari, cuius cauſa hoc habet, vt ante diem promiſſum non exigatur, vt neque ſub conditione ante conditionis euentum, dict. l. obligatio-* B *num fere, alioquin tempore plus peteretur quam deberetur, cap. vnico, §. ei vero, de plus petitio. libr. 2. titul. 11. l. 1. C. eod. titu. libr. 3. titu. 10. l. vnic. quando dies vſusfruct. lega. ceda. P. l. 1. de eden. P. l. 35. §. inter, & l. eum qui calendis, & ſeq. de verbor. obliga. Pandect.*

h *Vt in precariis, quando precariæ de quinquennio, in quinquennium dantur, vel vſque ad mortem, c. 1. de precario, lib. 3.* C *tit. 14. ca. pecuniæ, 10. q. 2.*

i *Conditione videlicet, ſi aliquid fiat vel non, toto titulo, de cõditio. & demonſtrationib. P. & de conditionib. appoſitis, apud Gregorium, conditio fit per ſi, l. demonſtratio, de conditio. & demonſtra. Eſt autem aliquando cõditio expreſſe appoſita in pactis, interdum tacita, & ſubintellecta, vt in c. quemadmodum, 5. de iureiuran. vtraq́ que pactio conditionalis, in ſimonia reprobatur, in cap. cum eſſent, de ſimo.*

k *Papinia. in dict. l. obligationum fere, §. modus, de actio. P. modus inquit obligationis, eſt cum ſtipulamur decem aut hominem. nam alterius ſolutio, totam obligationem interimit, nec alterum peti poteſt, vtiq́ quando vtrumq́ eſt. idem in l. 1. de his quæ ſub modo legata vel fideicommiſſa relinquuntur, lib. 6. C. titu. 45. modus fit per vt, quẽadmodum conditio per ſi, dict.* E *l. demonſtratio, de conditio. & demonſtra. in P. gloſſ. ad rubricam, de falſa cauſa adiecta legato. lib. 6. C. tit. 44. alternatiuam in modo conſtituit, & Papinianus, in d. §. modus, ad modum pertinere dicitur pactio* A *vel promiſſio, vt quis conſentiat electioni, in cap. de hoc autem, de ſimonia. lib. 5. titulo 3.*

l *In dicta l. obligationum fere, §. acceſſio, de actio. P. acceſſio vero in obligatione aut perſonæ, aut rei ſit. Perſonæ, cum mihi aut tertio ſtipulor. Rei, cum mihi decem, aut tertio hominem ſtipulor: vbi quæritur, an ipſo iure fiat liberatio homine ſoluto tertio. de quo vide, l. 10. de ſolutio. Pandect.*

B m *Pure fiunt pacta, quæ ſimpliciter ſine conditione, vt l. 5. de doli mali exceptio. §. omnis ſtipulatio. lib. 3. inſtitution. tit. 16.*

n *Itaq́ quidam ſe obligant ſub pœna beneficii ſui, vt in cap. fin. de crimine falſi, c. cum dilectus, 32. de election. Item aliquando ſub pœna ordinis, vel anathematis. vt can. quoties cordis, 1. q. 7. can. ego Berengarius, de conſecration. diſtinction. 2. item ſub pœna pecuniaria, vt can. quamquam, 23.* C *diſtinct. c. dilecti, de arbitr. cum ſimilib. Alioquin perfidiæ pœna erit iudici arbitraria, ſi ſtatuta non ſit. cap. de cauſis, de officio delega. cap. ſuper literis, de accuſationibus. leg. 1. de iure delibera. in Codice.*

## Capvt VIII.

### *Finis & effectus pactorum.*

PActorum finis eſt, fidem datam firmam 1
& conſtantem reddere: quod & teſta-
D tur obligatio, quæ eſt iuris vinculum, quo neceſſitate cogimur ſtare promiſſis. *a* Et quamuis iure ciuili pacta nuda non obligent, *b* tamen Pontificio obligant. *c* Niſi forſan conditio pacti ſeu conuentionis defecerit, *d* vel ſummus Pontifex ex cauſa a promiſſione abſoluerit, *e* aut ſi conuenerit, & velit ſibi pactum impleri ab alio, ipſe ex parte ſua noluerit implere, *f* aut niſi promiſſio ſit illiciti, vetiti, & prohibiti,
E *g* aut ſi vi, metu, *h* aut doloſa inductione, *i* promiſerit. Cæterum pacta nouiſſima ſeu vltima ſeruari oportere, tam iuris quam ipſius rei æquitas, poſtulat. *k* Derogat & pactum etiam Apoſtolicis priuilegiis, & indultis in fauorem paciſcẽtium,

& renuntiantium indultis: *l* verum tamen pacta inter aliquos acta conſentientibus tantum, non aliis ſolent obeſſe, *m* vt neque in præiudicium ſuperiorum paciſcentium, cenſeantur valide appoſita, *n* neque de vna re facta ad alia extendantur. *o*

## SCHOLIA.

a *Pacta ſeruanda, cap. primo, & tertio, de pact. l. prima, eod. P. cum ſimil. ſoluere obligationem nihil aliud quam exſequendo fidem a promiſſo ſe liberare. Obligationum quippe ſubſtantia conſiſtit, non vt demus aut faciamus, ſed vt obligemur, vel adſtringamur ad aliquid dandum, vel faciendum. leg. obligationum ſubſtantia, 3. de action. Pand. & hoc obligationis finitio demonſtrat, in l. 1. de obligation. apud Iuſtinia. lib. 3. tit. 13.*

b *Iure ciuili nudum pactum non parit obligationem, vel actionem, §. nudo pacto, de euiction. lib. 8. C. titul. 45. ſed exceptionem, l. iuriſgentium, 7. §. ſed cum nulla, de pactis, in P. l. legem, 10. C. eod. titul. l. nuda. C. de loca. nudum pactum, vt ante dictum, vocant iuriſconſulti conuentionem innominatam, ſolo conſenſu ſine rei traditione, & cauſa, aut ſtipulatione factam, vt liquet ex exemplo permutationis, in l. 1. §. item emtio, de rerum permuta. in P. l. ex placito, C. eod. titul. & in exemplo, l. diuiſionis placitum, 45. de pactis. P. Quare a nudo pacto ſeparatur illud, quod interueniente traditione rei adiicitur, quod validum eſt, in l. in traditionibus, 8. l. iuriſgentium, §. ſed ſi in alium, de pact. P. l. legem quam dixiſti C. eod. titul. l. 1. C. de pact. conuentis. l. vltima, de rerum permutatio. & rurſum, in l. ſi domus, octaua, in finalibus verbis, & l. legitima, 6. de pact. P. veſtitur vel firmatur etiam verbis & literis, & conſenſu. Quod autem dicimus iure ciuili nudum pactum obligationem non producere aut actionem ſed exceptionem, ſic intelligi debet, vt non naſcatur iure ciuili actio ex eo pacto, qua compelli poſſit qui promiſit ſtare promiſſis, attamen exceptio dari dicitur ex eo pacto, nempe quia ſi ratione pacti promiſſum ſolutum ſit, & qui ſoluit velit repetere tanquam qui non cogeretur, ſoluere non poſſit, ſed exceptione promiſſi & pacti etiam nudi repellatur, l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, de pactis Pandect. idque propter conſenſum & naturalem obligationem, quæ ex ea promiſſione naſcitur, quamuis iure ciuili non recipiatur, vt in l. ſi intra, 45. de pactis, Pandect. eo pertinet, lex, in Bonæfidei, 13. de pact. lex. pacta conuenta, 72. de contrah. emtion.*

c *cap. primo, & tertio, de pactis cano. relatum, 10. quæſt. 3. humana pacta non poſſunt impune calcari. can. 8. 20. quæſt. 1. ca. 2. 27. quæſt. 1. & quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, c. quod ſemel, 12. de regulis iuris in Sexto. Hoc efficit naturalis obligatio, quæ & iure ciuili dat exceptionem; & is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus, leg. cum amplius, §. is natura, de regulis iuris, Pandect. & iure gentium ac natura æquum eſt ſeruari, quæ inter aliquos placuerint, leg. prima, de pact. Pandect. leg. prima, de conſtitut. pecunia. Pandect. & Deus inter iuramentum, & loquelam noſtram, nullam vult conſtitui differentiam, can. 12. iuramenti, 22. quæſt. 5. ex Chromatio, in cap. quinto, Diui Matthæi. Ex nudo itaque pacto oritur actio, ca. quicumque ſuffragio, 12. quæſt. 2. ca. quia Iohannes, 12. quæſt. 5. quamuis procul dubio verum ſit, ſolidius ſubſiſtere promiſſum, cui iuramentum adiicitur, can. primo §. 1. 22. quæ. 1. Adde, quod ex literarum confeſſione, quæ fit ſine ſtipulatione, vt ait Theophilus in titulo de literarum obligationibus, oritur obligatio, veluti ex confeſſione certa, vt non ſit inconueniens ex confeſſione vel promiſſione verbis ſimpliciter facta oriri quoque, cum non figura literarum, ſed illis, quæ per literas ſignificantur obligemur, l. non figura, de action. Pandect.*

d Dicto



d *Dicto cap. peruenit, 3. & cap. ſicut, 29. in fine, de iureiuran.*

e *Vt in can. ſecundo, auctoritatem, ca. tertio, alius, & ca. quarto, nos ſanctorum, decima quinta, quæſtione ſexta, ca. per principalem, nona quæſtione tertia, cap. ſecundo, cap. non eſt, de voto. libr. tertio, titulo 31. leg. quoties, Cod. de precib. impera. offer.*

f *cap. peruenit, 3. & cap. ſicut, & infra, 29. §. fin. & c. quemadmodum, 25. de iureiura. & hinc vulgare illud, frangenti fidem, fides frangatur eidem, cano. ſi infideles, 28. quæſtion. 3. l. ſi conuenerit, pro ſocio. l. cum proponas, Cod. de pact. l. ſi inſtituta, de inoffic. teſtam. facit ratio, cap. fruſtra, & cap. imputari, 41. de regul. iur. in Sext. cap. ſignificante, 7. de pignorib.*

g *Vt in cap. cum iuramento, 4. de homicid. & promiſſum cum potuero, intelligitur, quando ſalua dignitate potero l. nepos Proculo. de verbor. ſignifi. Idipſum intelligitur, vt promiſſio explicetur ciuili modo, de commoditate implementi, quæ vel ex parte promittentis, vel ex parte rei præſtandæ ſumi poteſt, vt in l. continuus actus, 137. §. illud inſpiciendum, de verbor. obliga. lib. 45. titu. 1. l. diuortio facto, 35. de negotiis geſtis, lib. tertio pandect. titulo quinto, l. ſi ſeruus depoſitus, vigeſima ſecunda, de noxalib. actio. libr. nono, Pandect. tit. 4. l. fin. de action. emti. libro decimo nono, Pandect. titul. 2. l. quod diximus, 105. de ſolut. P. lib. 46. tit. 3.*

h *cap. 1. 15. quæſt. 6. cap. 2. de iureiura. Quæ metu fiunt, de iure debent in irritum reuocari, cap. ſecundo, de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt. l. tertia, quarta, & fin. Cod. eod. titul. l. prima, & ſequent. & fere toto titulo, quod met. cauſ. P. vbi & docetur quarum rerum vis, & metus admittatur, vt & in c. penul. eius titul. & apud Ariſtotelem, libro tertio Ethicorum cap. 6. ſeptimo, & octauo, quare hoc modo promiſſum, erit retractandum, & ſolutum reſtituendum, l. metum, §. ſed quod prætor, quod met. cauſ. P. cap. gemina, & cap. requiſiuit, de ſponſalibus, cap. quarto, de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt, cum ſimilib. nihil enim tam contrarium conſenſui libero, qui in pactis & placitis requiritur, quam vis aut metus, l. nihil conſenſui. 117. de regul. iuris, P. §. 1. de exception. apud Iuſtinia. l. dolo 5. de inutili. ſtipulatio. C. l. ſi quidem, quinta, de contrah. & committend. ſtipula.*

i *Doloſa inductio habere debet conuentionem; alias inductio, quæ ad facultatem deceptorum pertinet, non conſideratur. ca. conſtitutum, 20. quæſt. 5. cap. ex parte, cap. veniens, in fine, cap. dudum, de conuerſio. coniuga. Interdum & pacta ipſo iure nulla ſunt, ſi dolus contractibus bonæ fidei cauſam contrahendi dederit. l. eleganter, de dolo P. Quod ſi dolus contrahendi cauſam in contractibus ſtricti iuris dederit pacta quidem non ſunt ipſo iure nulla; verum per exceptionem doli mali, eliduntur l. dolo, Cod. de inutilib. ſtipulatio. Cod. l. reſcriptum 10. §. fin. de pact. in P. improbat & prætor pacta dolo malo inita, in l. iuriſgentium, ſeptimo, §. ait prætor, & l. dolo malo, de pactis, P. vbi, explicatur, dolo malo aliquid fieri, quando circumſcribendi cauſa aliud fit, aliud ſimulatur, vt & in l. prima, §. dolum, de dolo mal. P.*

k *l. pacta nouiſſima, duodecima, de pact. Cod. l. tertia, de reſcind. vendi. P. l. ſi vnus ex argentariis, vigeſima tertia. P. pactus ne peteret, de pactis, in P. l. ſtychum, aut Pamphilum 95. §. naturalis, de ſolutio. lib. 46. P. titul. 3. Quando videlicet inter eaſdem perſonas, & ſine præiudicio alterius, & de iiſdem rebus, pacta fiunt, de quib. antea conuentum fuiſſet, quibuſque ex conſenſu contrario eorum quorum intereſt derogatur. Eo referri poſſunt modi tollendæ vel mutandæ ſeu nouandæ obligationis, per acceptilationem, quæ eſt imaginaria*

Rr 2

*ſolutio & remiſſio, delicti §. item per acceptilationem, quib. mod. tollitur obligatio, apud Iuſtinia. l. 1. l. Græce, de acceptila. P. l. 43. de ſolu. l. actus legitimi, 88. de regulis iuris, item modus Aquilianæ ſtipulationis a Gallo Aquilio compoſitæ, quæ renouat omnes cuiuſcunque generis obligationes præcedentes, deductas in eam ſtipulationem; vt acceptilatio, verbalis, §. eſt autem prodita, quib. mod. tollitur obligatio, apud Iuſtinia. l. Aquilia, 4. de accuſatio. P. vide ampliorem explicationem, in gloſſa dictæ leg. pacta nouiſſima, Cod. de pactis.*

l *Siue pactum ſequatur priuilegium ſeu indultum conceſſum renuntianti, cap. non olim, de præſcriptione, ſiue præcedat, & ſequantur poſtea priuilegia, quæ in ſui conceſſione non faciant mentionem pactorum præcedentium; neque his derogent expreſſe cap. ex multiplici, de decimis. clementina, dudum, de ſepulturis.*

m *cap. præterea, 8. de cenſib. lib. 3. tit. 39. cap. veniens, 8. cap. de cætero, de tranſactione. leg. 1. 2. & 3. res inter alios actas, vel iudicatas, aliis non nocere, lib. 7. C. tit. 60. leg. circa, C. loca. leg. 2. de exception. Pandect. leg. imperatores, 3. de tranſactionib. Pandect. leg. debitorum, 25. leg. pactum, 26. C. de pactis. leg. tale pactum, 40. §. poſt diuiſionem, leg. inter debitorem, 22. eodem titulo, Pandect. nam quod noſtrum eſt, nobis inuitis conferri non poteſt, aut non debet, leg. id quod noſtrum, de regulis iuris.*

n *Semper enim in omni pacto & iuramento, ſuperioris cenſetur excepta auctoritas: cap. veniens, 19. cap. eam te credimus, 22. de iure iuran. lib. 2. ti. 24. c. conſtitutus, de reſcript. §. fin. de prohibita alienat. feudi, per Fredericum, libro ſecundo, feudorum titulo 55.*

o *l. ſi vnus, §. ante omnia, l. emtor. 47. §. Lucius, Titius, de pact. P. l. ex pluribus, 89. de ſolutio. P.*

A

# DE VOTO.

## TIT. II.

*Exſtat titulus in decretalibus, de voto, lib. 3. titulo 34. in Sexto lib. 3. titulo 19. ſparſim in decreto. de oblatione votorum, lib. 12. C. tit. 49.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio, & quid votum.*
2 *Quomodo perficiatur.*

B INter promiſſiones humanas, votum 1
*a* quidem omnino connumerari non poteſt, quia affinis tamen eſt, & partim humanæ, partim diuinæ conuentionis extrema continet, de eo agemus. Votum, eſt promiſſio Deo vel aliis ob honorem Dei facta. *b*

Hoc perficitur veluti tribus gradibus. 2
*c* nam ab initio, cum quis diſponit aliquid agere ad honorem Dei, dicitur deliberatio; *d* & hic primus gradus. C Secundus autem, quando perſeuerat, & proponit firmiter ſe facturum, diciturq; propoſitum. *e* Tertius, quando accedit obligatio, & dicitur tunc votum. *f*

### SCHOLIA.

a *De voto tractatur, tota 17. quæſt. 1. & 27. quæſt. 1. & toto titulo de voto, & voti redemtione, libr. 3. decretal. titu. 34. & in* D *Sexto, lib. 3. titu. 15. & de oblatio. votorum libr. 12. C. titul. 49. vbi & voti oblatio pro Imperatoris auxilio, l. 2. de pollicita. lib. 50. titul. 13. nos multa lib. 24. Syntagmat. cap. 10.*

b *Hæc finitio voti generalis poſita, vt contineat omnes ſpecies votorum. Sunt tamen voti rati aliæ finitiones a ſacris interpretibus propoſitæ, in 4. ſententia. diſt. 38. & ibi, per Richardum, artic. 3. quæſtio. 2. votum* E *dicitur propoſiti ſupererogantis promiſſio, Deo facta deliberatione firmata. Diuus vero Thomas, 2. 2. quæſt. 88. artic. 1. votum dicit, deliberatam, ſpontaneam promiſſionem Deo factam, de his quæ ſunt Dei. Conſentit Cicero, 1. de legib. dum ait:*

Diligentia



A Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſpõſio, qua obligamur Deo, *εὔχομαι, & ἐπεύχομαι, id eſt, voueo, vota facio dixerunt Græci, & εὐχὴν, votum: quæ verba religionis ſunt, & ſignificant Deũ precari, & preces ei fundere. ſic enim, & vouere, adorare Deum eſt. vt ait Ouid. Metamorphoſ.* 11. Hic votis numen adorat, Brachiaque ad cœlum, quod non videt irrita tollens Poſcit opem. *Deo fit* B *præcipue votum, ſed & in honorem diuinum, & ſanctorum eius Deo vouetur. Valerius Maximus, lib. 1. cap. 1.* Priſco inſtituto (*inquit*) rebus diuinis opera datur, cum aliquid commendandum eſt, precatione, cum expoſcendum, voto, cum ſoluendum gratulatione: cum inquirendum; vel extis vel ſortibus, impetrito, cum ſolemni ritu agendum ſacrificio. *Et quia religionis firmum, hoc* C *eſt propoſitum in voto, & animi interioris purum teſtimonium, per translationem quoque dicimus, vota cuiuſque liberam ſententiam, & ſpontaneum ſuffragium. vt in cap. quia propter 42. de electio. libr. 1. tit. 6. dicitur, & matrimoniale votum pro promiſſione matrimonii, in cap. 3. qui cleric. vel vouente, lib. 4. tit. 6. Erant, & auxilia a Romano populo aliquando Imperatori oblata, quæ poſtea in neceſſitatem præſtationis tranſierunt. leg. 1. de oblation.* D *voto. lib. 12. C. tit. 40. Vide quæ diximus libr. 3. Syntagm. tit. 6. nu. 3.*

c *notat gloſſa ſimile, in ca. neque viduas, 3. in verbo,* propoſito, *27. q. 1.*

d *Vt in cano. qui bona, 17. quæſt. 1. & hoc votum in ſimplici deliberatione conſiſtens, infringere, veniale peccatum dicitur.*

e *can. 2. 17. q. 1. can. nos nouimus, 17. qu. 2. dict. can. neque viduas, 27. quæſtio. 1. &* E *hoc quoque infringere eſt veniale peccatum, vide cap. poſt votum, de regulari. in Sext.*

f *Hoc ſi ſolemne fuerit, dirimit matrimonium poſtea contractum: contra ſi non ſolemne ſit, quamuis illud trãſgredi ſit mortale peccatum. can. fin. vigeſima ſeptima, diſtinct. 27.*

### CAPVT II.

*Voti diuiſio.*

VOtum, aut ſolemne † aut ſimplex, dicitur, *a* caſtitatis, quod pertinet ad 1
matrimonium impediendũ, vel dirimendum. Solemne quod ſolemnizatur ſeu fit B per ſuſceptionem ordinum, aut per profeſſionem expreſſam, aut tacitam religionis alicuius approbatæ. Simplex hodie, omne votum eſt extra prædicta, *b* eſt ſolemne in aliis, quod publice vel adhibitis teſtibus, vel iuramento fit. *c* Quoddam etiam votum dicitur pure emiſſum, quoddam ſub conditione. *d*

### SCHOLIA.

C a *De vtroque, in cap. cauſis, 6. qui cleri. vel vouent.*

b *Hoc explicatum. in ca. vnico, de voto, & voti redemtio. in Sext. & in cap. 3. & cap. rurſus, 6. qui clerici vel vouentes, &c. vide gloſſam Bartholomæi Brixiẽſis, in prin. 27. q. 1. ad verba,* quod vouentes. *Non ſufficit autem pro voto religionis, acceptio habitus, niſi quis expreſſe religionem profiteatur, vel tacite, cap. ſtatuimus cum præ-* D *cedente, de regularibus, quia ſolus habitus, non ſolemnizat votum, c. porrectum, eod. tit. de regularibus.*

d *colligitur, in c. vnic. in fin. 32. q. 8. inuenitur votum Iacobi, Geneſ. 28. verſi. 20. ſub conditione factum,* Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit nos in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, &c. Lapis iſte quem erexi in titulum vocabitur Domus Dei. E *& num. 21. verſ. 2. Iſrael dum voto ſe obligaret, ait;* ſi tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. *Aliud votum ſub conditione Iephte iudicum, ca. 11. verſ. 11.*

## Cap. III.

*De quo votum fiat.*

VOtum fit, & de bono, *a* & de malo: *b* In ſpecie vouentur, vel res, *c* vel perſonæ, *d* vel actus perſonales. *e*

### Scholia.

a *In malis porro reſcindenda vota, ca. in malis, 22. q. 4. cap. vna ſola. 33. quæſt. 5. quale votum eorum, qui Actorum, 23. verſi. 12. deuouerant ſe ex Iudæis, nō ſe manducaturos vel bibituros, donec occidiſſent Paulum.*

b *Quale illud quod vouemus in Baptiſmo, renuntiantes diabolo, c. ſunt quædam, 17. q. 1. ca. 1. de conſecrat. diſt. 4.*

c *Vt in cap. ex parte Compoſtellani Epiſcopi, 18. de cenſibus. libr. 3. tit. 39. quemadmodum annua vota ſoluuntur ab Hiſpanis, tempore cladis promiſſa, vt ibi ſcribit Laurentius gloſſator. Eo potiſſimum tempore promiſſa, quo Hiſpaniam a fœde Maurorum colluuie, circa annos Domini, 800. purgare nitebantur. vt ſcribit Vaſſæus, in annalibus Hiſpaniæ, vouentur templa. in l. ſeruos, ad templi cuſtodiam, 35. de libera. cauſ. lib. 40. P. titul. 2. vouit Iacob ſe ædificaturum templum Domino. Geneſ. 28. & Romulus ſiſtendæ in bello ſuorum fugæ cauſa, templum Ioui Statori; Liuius in primo, & Appius in medio pugnæ, pro victoria templum quoque, apud Liuium, libr. 10. vouit decimas rerum ſuarum Iacob. Geneſ. 28. vouebant & Ethnici Hetruſci decimas Herculi, quē Deum arbitrabantur, & eam partem votū vocabant Herculeum. vt Plautus in Truculento, & in Sticho. Quod & feciſſe Syllam & Craſſum apud Romanos teſtatur Plutarchus, & alios, vt teſtatur Vlpian. in l. 2. §. ſi decima, de pollicitatio. lib. 50. P. tit. 12. ita & decimæ tantū olim ex voto dabantur. hodie tamen, & iure Pontificio & debito, in c. 1. de decimis, c. de decimis, 16. qu. 1. Rerum aliarum votum etiam apud Ethnicos inuenitur iuxta definitionem concepti voti, quemadmodum, dictator Camillus Romanus cum edixiſſet, vt arma milites caperent apud Liuium, libr. 4.* tuo ductu inquit Python apollo (*quem Deum, ſed falſo arbitrabantur.*) tuoque nomine pergo ad bellum inſtructus, vrbem vero, tibique hinc decimā partem prædę voueo. *Meminit, & eius voti Valerius Maximus. lib. 5. c. 6. & Plutarch. in Camillo. Alii vouebant victimas in ſacrificia veluti taurum cornibus deauratis, vt apud Tertull. de Corona militis, & alia in ſacrificium, vt apud Virg. libr. 5. Æneid. ibi.* Dii quibus imperium pelagi, &c. *& libr. 9. dum agitur de Aſcanii voto. vouebant, & ver. ſacrum, vt apud Liuium, lib. 22. & Plutarch. in Fanio, Strabonem in 5. Dionyſium Halicarnaſſ. in 1. id eſt, omnia quæ proximo vere naſcerentur animalia, vt ſcribit Sextus Pompeius, & Seruius in 7. Æneid. Virgil.*

d *Vt in l. ſeruos, 35. de liberali cauſa P. ſerui ad cuſtodiam templi legantur, & 1. Reg. ca. 1. Anna ſterilis vouit, ſi filium genuiſſet, eum ſeruiturum Deo. Offertur, & vouetur religioni filius impubes per patrem, quamuis ille vbi peruenerit ad annos diſcretionis, poſſit reſiſtere, & profeſſionem de ſe factam ante improbare, c. cum ſimus, 14. de regularibus, libr. 3. tit. 31. ca. illud, 20. quæſt. 2. ca. ſi inæqualiter, 20. quæſt. 2. Eo modo intelligēdum quod dicitur, Monachum facere, vel propriā profeſſionem, vel paternam oblationem, in cap. cum verum, de regul. cum ſimil. ibi notatis. Nec omnino parergon erit annotaſſe, nonnullos antiquitus ſeipſos vitamque deuouiſſe aliquando ſolemniter pro ſalute, vt putabant communi patriæ, quemadmodum de Publio Decio legimus apud Liuium, libr. 8. qui contra Latinos pugnaturus ſe deuouit ſolemniter diis manibus tellurique, & de filio Decio. lib. 10. & de aliis, de quibus in ſumma. Cicer. 2. de natur. item ait:* at vero apud maiores tanta vis religionis fuit, vt quidem Imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus capite velato, verbis certis, pro republica deuouerēt. *Nec ignoramus eos, qui ſe cultui diuino mancipant, & ad ſacros ordines conſcendunt, ſeipſos deuouere per tria vota, caſtitatis, paupertatis, & obediētiæ. Poſſunt, & aliæ res voueri Deo, ſed eo obſeruato, vt quæ vouentur, ſint vouentis, cap. 6. vna ſola, 33. quæſtio. 5.*

e *Inter actionū vota poſſumus per dicta annumerare votum caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, vt in c. veniens, 5. Qui cleric. vel vouentes, &c. lib. 4. tit. 6. eius generis ſunt peregrinationes, viſitandi cauſa ſepulcrum domini, c. 2. de voto, votum proficiſcendi Hieroſolymam ad eam armis liberandam. in ca. non eſt voti, 5. ca. licet. 6. ca. magiæ, 7. & ſequentibus, eodem titulo, de voto.*



## Caput IIII.

*Qui vouere poſſint vel non.*

1 VOuere quidam prohibentur, † vel ex impedimento voluntatis, cuius non ſunt compotes vt furioſi, *a* minores impuberes: *b* quidam eo, quod in poteſtate alterius ſunt, quibus præiudicium poſſent facere vouendo. Quemadmodum coniuges nō poſſunt altero inuito, cui debitum reddere debent, caſtitatem vouere poſt coniunctionem: *c* vtroque conſentiente, poſſunt: *d* dummodo, ſi vir & vxor diuertere pro ſola religioſa vita inter ſe conſenſerint, nullatenus ſine conſenſu Epiſcopi faciant; vt ab eo ſingulariter in prouiſo cōſtituantur loco. *e* Cæterum poſt conſenſum legitimum matrimonii, etiam de pręſenti, licitum eſt alteri ex coniugibus, & altero repugnante eligere monaſterium, ſi copula non interuenerit: licitumq; eſt inuito remanenti in ſeculo alteri ſe coniungere. *f* Hocq; fauor religionis facit. Quēadmodum eodē fauore ratū habetur votum, quod maritus facit inuita vxore, peregrinationis ad ſubſidium terræ ſanctæ; ſi ea commonita non poſſit induci cōſentire. *g* Vxoris porro votū quodcunque, ſi diſplicuerit marito, ſine eius conſenſu factū ratum non eſt: ſi placuerit, contra. *h* At Epiſcopus qui vinculo paſtoralis ſolicitudinis eſt ligatus, ſine conſenſu ſuæ Eccleſiæ votum peregrinationis emittere non debet: *i* neque clericus ſine Epiſcopi ſui licentia, *k* vt nec Monachus quippiā vouet ſine Abbatis & ſuperioris ſui conſenſu, & ſi fecerit irritum fit votum. *l* Clericus tamen, ſine Epiſcopi ſui licentia, religionem ingredi poteſt. *m* Cæterum nec ſeruis aut colonis adſcriptitiis, vel originariis, erit pmiſſum religionis votum facere in præiudicium dominorum, quibus mancipati fuerunt, *n* vt neq; ſeruus caſtitatis vel clericatus votum emittere poteſt, nec ordinari ſine domini conſenſu; niſiq; ab eo manumiſſus. *o* Neque filiusfamilias vouere quippiā poteſt ſine aſſenſu patris, quod præiudicium patri poſſet adferre. *p*

### Scholia.

a *Niſi poſtea ſanæ mentis effecti, ratū habuerint furioſi, quod in furore vouerint. c. ſicut tenor 15. de regular. lib. 3. tit. 3. eo pertinet quod dicitur, in feruore paſſionis votum factum religionem ingrediendi, non obligare, in can. Gonſaldus, 17. q. 1. Quomodo vero probandus ſit furor docetur, in c. 1. §. ſi vero, & ibi Geminia. de cler. ægrota. in Sext. & in c. filii, de hæret. in Sex. atque de modo probandi per teſtes, vel alio modo furorē, vide gloſſam. in l. cum ſi dotem. §. maritus. ſolut. matrimon. P. & ibi Baldum Ang. & Ioan. ab Imola, & Bald. in l. furioſum, qui teſtam. facere poſſ.*

b *Explicatur, in c. 1. de regular. in Sex. lib. 3. tit. 14. quia ſunt infra annos diſcretionis, c. ſignificatum, 12. c. cum virum, 2. c. cū ſumus 14. de regularib. lib. 3. titul. 31. anni diſcretionis, qui ad votum emittēdum religionis, & matrimonii ſunt in fœminis anni 12. in maſculis quatuordecim numerantur. ca. 1. & 22. q. 1. dict. cap. ſignificatum, de regulari. multo minus obligant*

*vota in annis puerilibus facta, capit. 2. de voto. Ante enim prædictam ætatē, dicuntur carere iudicio vouentes, cap. infamis, tria, quæſtio. 7. l. cum prætor, §. nos autem, de iudic. P. Ex conſtitutionibus Galliæ habitis ſuper Comitia Bleſenſium, articul. 28. profeſſio religioſorum, & monialium prohibetur ante 16. annum completum, & ante annū approbationis tranſactum, atque ſi quando reipſa ante prædictū tempus fuerit facta profeſſio, declarantur contractus, obligationes, & diſpoſitiones ob eas profeſſiones factæ, nullæ: vtq; nihilominus poſt profeſſionem perſonæ ita profeſſæ, poſſint diſponere de bonis ſuis libere, in quoſcunque libuerit, monaſterio excepto, cui nihil poſſunt relinquere, neque directe, neque per indirectum. Addere licet, quod Gregorius, ait, in regeſto, lib. Epiſtolarum, epiſto. 48. ad Anthemium, & refert Gratianus, in can. quia autem, 20. quæſt. 1. & ſcribitur, in cap. quia in Inſulis, de regula. quod in inſulis, in quibus dura eſt congregatio monachorum, non ſunt recipiendi vouentes, & profitentes, ante 18. annum.*

c *cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & ſequentib. de conuerſio. coniugatorum. libr. 3. tit. 32. ca. Agathoſa, 27. quæſt. 2. can. quod Deo, 3. q. 5.*

d *Proxime iuribus citatis in litera præcedente. capit. ſi vir. & vxor. 27. quæſtio. 2. ex Synodo Eugenii Papæ 2. in Synodo Romæ. cap. 36. in cap. 1. de conuerſio. coniugat. ſuper enim auctoritate Epiſcopi debet fieri ſeparatio, etiam quo ad thorum, maxime ſi perpetua ſit. cap. multorum, 35. quæſtio. 6. Gloſſa tamen in dicto, ca. ſi vir, notat, quod teneat conuerſio coniugatorū, vel votum religionis eorundem inconſulto Epiſcopo facta, vt generaliter interpretatur conſuetudo, vel in eo caſu inquit, permiſſio habenda ſi velint conſtruere monaſterium, in quod ſe conuertant, quod ſine licentia Epiſcopi fieri nō poteſt: can. nemo, de conſecrat. diſt. 1.*

f *Verba hæc tranſcripta, ex capit. verum, 2. cui iunge, capit. ex publico, 7. de conuerſio. coniuga. lib. 3. tit. 32. & de hac deciſione, vide Sotum. libr. 4. ſententiarum diſtinct. 27. qu. 1. artic. 4. & de Turrecremata, ad ca. ſeriatim, 31. diſt. vide, c. commiſſum, de ſponſalib. Et in hoc caſu dicunt vinculum illud matrimonii, cui non acceſſit copula, per ingreſſum religionis diſſolui. vt in §. ſi vero conſtante matrimonio, de Epiſcop. & cleric. Proferūtur huius rei exempla, ex ca. ſcripſit. §. eſſe, 27. q. 2.*

g *cap. ex multa, 9. §. in tanta quoque, de voto, lib. 3. tit. 34.*

h *cap. 30. numerorum, ca. manifeſtum, 11. & 16. noluit, 32. q. 5.*

i *Nempe ſine conſenſu capituli, c. magnæ, 8. de voto, cum ſimil. ibi notat, & argumentū a carnali matrimonio ad ſpiritale, quo coniungitur Eccleſiæ ſuæ Epiſcopus, receptum in ca. ſicut 7. quæſt. 1. ſaltem non poterit Epiſcopus abire ſine licentia Papæ, capit. inter corporalia, de translation. Epiſcop.*

k *ca. non oportet, 1. de conſecrat. diſtinct. 5. cap. præſentium, 7. quæſt. 1. cap. admonet, de renuntiatio.*

l *cap. 2. Monacho. 20. quæſt. 4. etiamſi, vt at, ibi gloſſa, Monachus feciſſet votū priuſquam ingrederetur monaſteriū, argum. cap. noluit, 33. qu. 3. & intelligas inquit in voto abſtinētiæ, per quod alii ſandalizantur. Hugo autem dixit frangendum eſſe, itaque dotum, ſi Abbas voluerit, & ſcandalum aliorum Monachorum pertineat, non etiam, ſi de rebus Monacho licitis fiat. Sed neque Monacho licet ſe transferre in aliud monaſterium ſine volūtate, aut permiſſione Abbatis, cap. 3. Monachum, 20. q. 4. cap. ſtatuimus 19. qu. 3. cap. qualiter, 7. q. 1. c. Ioannes, 5. de regular. Cum generaliter Monachi velle ante nolle proprium non habeant. c. quorundam, c. ſi religioſus, de electio. in Sext. Sed pendent a conſenſu prælati ſui, cum quo dicuntur aliquid poſſe, probant tamen, vt Monachus poſſit ad arctiorem regulam tranſire, petita licentia, quamuis non obtenta, a ſuo prælato, ca. licet, 8. de regularib. ſunt tamen quædam religiones, in quibus & priuilegiū, ne profeſſi in arctiorem tranſeant.*

m *c. 2. duæ ſunt inquit leges, 19. q. 2.*

n *ca. 12. generalis etiam, 54. diſt. l. 2. §. 1. de polli. P. libr. 50. P. tit. 12. facit. l. colonos, 19. de agric. & cenſib. lib. 11. C. ti. 47. Adſcriptitii coloni vel præſcriptione ſi per 30. annos fuerint in ſolo, l. agricolarum, 18. & l. cum ſatis, 23. eod. tit. de agricol. & cenſi. aut ex duplici confeſſione de ea re bis facta, l. cum ſcimus, 22. eod. titul. Originarii ſunt ex adſcriptitiis nati. l. diffinimus, 13. eod. tit. Et quamuis qui huiuſmodi ſunt conditionis, vere liberi ſint, tamen ex qualitate videntur parum differre a ſeruis. l. ne diutius, 21. & l. fi. eod. tit. Glebæque addicti, cenſentur pars terræ, a qua nec diſcedere poſſint. l. quemadmodum, 7. & l. colonos nunquam, 15. eod. tit. de agricol. & cenſit. lib. 11. C.*

o *capit. 1. & 2. de ſeruis ordinandis. libr. 1. tit. 18.*

p *cap. 9. ſi quis præuentus. §. tribus, 22. q. 4. l. 2. de pollicita. in P. Moyſes, in capit. 30. Numerorum. verſ. 4. 5. 6. ait, patrem irritum facere poſſe votum filiæ puellæ, ſtatim vbi reſciuerit, alioquin ſi expreſſe non reuocauerit, conſenſiſſe videri, nec reuocare poſſe. Concludunt tamen Interpretes, votum fieri poſſe religionis a filiofamilias ſine conſenſu patris, quia in ſpiritalibus poteſtas patria non conſideratur. l. fin. de iudic. in Sex. Et facit. c. 14. D. Lucæ,* ſi quis venit ad me. & non odit, &c. *Adhibenda tamen eſt ſacroſanctorum concilorum diſtinctio, vt ſi ante pubertatis annos filius, vel filia voluerit profiteri religionem, poſſit pater intercedere & prohibere, poſt eam vero ætatem, non poſſit. ca. 1. 2. 3. §. hac auctoritate, 20. q. 2. c. 2. de regular. & in cōcilio 10. Toletano. c. 6. Triburenſi, ca. 24. Idipſum dicendum in tutoribus & curatore. in c. 2. puella, 40. q. 2. Rurſum, & interpretes diſtinguunt in filio maiore pubere, num obſequia filiorum volentiū profiteri religionem ita neceſſaria ſint parentibus, vt illis carere non poſſint, aut ſine ipſis nequeant viuere, vt tunc non poſſint ingredi religionem dimiſſo patre, propter honorem parentum a Deo iniunctum filiis. Exod. c. 20. qui honor & in ſubminiſtratione temporalium conſiſtit, diui Matth. c. 15. quo loci reprehendit Chriſtus hypocritas Phariſæos, quod auerterent filios ab auxilio paterno, prætextu religionis, atque in Concilio Gangrenſi, qui hoc factum in præiudicium parentum probant, anathemate damnantur, ca. 1. ſi qui ſunt 30. diſt. vide D. Thomam in 3. quodlibetico, q. 6.*



## Cap. V.

### *De forma vouendi, expreſſe & tacite in religionis profeſſione.*

VOtum obligatorium & legitimum, ſponte, *a* & cum deliberatione ſeu promiſſione firmata, eoq; animo, vt obliget, fieri debet. *b* Quare in voto religionis aut caſtitatis ætas legitima requiritur, *c* & probatio præcedens profeſſionem, *d* item profeſſio ipſa expreſſa vel tacita. *e* Expreſſa fit ab eo, qui poteſt vouere, *f* & qui poteſt regulæ profeſſæ incorporare, vel de licentia eius, *g* vouendo ſe expreſſe profiteri certam regulam, cuius monaſterium legibus regitur, & cum ſuſceptione habitus promittere ſeruaturum ſe paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, *h* voto emiſſo, admiſſo & acceptato ab eo, qui poteſt, vt ab abbate, *i* monachum enim non facit ſumtio habitus, ſed emiſſio voti, profeſſio & acceptatio. *k* Tacita profeſſio facta etiam infra probationis annum, per ſuſceptionem habitus, qui profitentibus tantum datur, non illi quidem religioni, cuius habitus eſt ſuſceptus ſpecialiter, ſed generaliter religioni alicui, recipientē obligat, ſi ætatis aptæ, ſciens ac voluntarius, *l* ac triduo perſeueret. *m* Sic ſi poſt lapſum anni probationis quis gerat habitū diſtinctum a nouitiorum habitu, qui profeſſis dari ſolet, ſciens, nec vllo metu coactus, tacite

cenſetur profeſſus.*n* Idipſum, ſi poſt an- A
num probationis gerat nõ coactus habi-
tum non diſtinctum inter nouitios & pro-
feſſos,*o* aut ſe immiſceat actibus, qui non
ſolent fieri, niſi per profeſſos & profeſſas.*p*
Solemnizatur & profeſſio caſtitatis & vo-
ti Eccleſiaſtici, per ſuſceptionem ipſam ſa-
crorum ordinum, quibus annexæ profeſ-
ſiones *q* votorũ ſolemniũ, formula com-
munis, vt Deo fiat & in Eccleſia publice.*r*

B

### SCHOLIA.

a *Vt in ca.16.viduas,27.quæ.1. Quocirca tunc dum ſit, vacua mens eſſe debet a perturbationibus, quæ non habent animum ſpontaneum, can. Gonſaldus, 17.q.2.*

b *ca.8.viduas,27.qu.1. nam ſola diſpoſitio, quod quis velit aliquid vouere deliberationem quidẽ habet, ſed non obligationem,* C *vt omnino ideo non liceat ab voto recedere ſine peccato mortali, in can. qui bona 17. q.1. Idipſum de perſeuerante in propoſito ſimplicis deliberationis dicitur, cuius trãſgreſſio habet peccatum veniale non mortale, c. literaturam, de voto, niſi ſequatur promiſſio animo obligandi facta, quæ firmet & veluti ad effectum perducat, propoſitum. d.c. qui bona, 7.q.1. & c. conſulti, de regularibus. Panorm. ad d.c. literaturam,* D *facit l. obligationum ſubſtantia. de act. & obliga. Pandect.*

c *c. ſignificatum, 4. c. cum virum. 12. & ca. cum ſimus, 14. ca.1. de regul. & tranſi. ad relig.*

d *Ex regula S. Benedict. & S. Gregor. Papæ, ante profeſſionem religionis, annus vnus præcedens exigitur in clericis probationis. d.c. Gonſaldus. 7.q.2. alicubi biennium in laicis, qui ſe offerunt, vt pendente hoc ſpa-* E *tio temporis vita moreſque ſolicite obſeruentur aut comprobentur. Et ne quis eorum ſit contentus eo quod voluit, aut ratum non habeat quod elegit. c. 6. monaſteriis, 9.q.3. in incognitis etiã qui religionẽ ingredi deſiderant, requiritur triennium ex decretis Bonifacii, in c. fin. 9.q.2. quod & habetur in capitularibus Carol Magni, lib.5.c.227. & in Nouell. 5.c.2. apud Iulianum anteceſſorem Nouella conſtitutione 123.c.52. explicatur in ca. ad apoſtolicam 16. de regularib. Probationis tempus conſtitutum non ſolum in fauorem cõuerſi, ſed etiam in fauorem monaſteriii, vt & ille experiatur num monaſterii & regulæ onera ferre poſſit, & monaſterium videat, num mores illius conuenientes ſint regulæ.* B *Si tamen inquit, ante tempus regulariter probationi præfinitum, is qui conuerti deſiderat, habitum recipiat, & profeſſionem emittat, abbate per ſe, vel per alium profeſſionem recipiente, & eo habitum recipiente, vterq; & conuerſus profeſſus & monaſterium, videtur tempori in ſui fauorẽ introducto renuntiare, quare ſequitur obligatio ad regularem obſeruantiã poſt pro-* C *feſſionem ita emiſſam, & receptam, quia multa fieri prohibentur, quæ facta tamen tenent. l. patre furioſo, de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. P. ca. 1. & 2. de matrimonio contra interdictum eccleſ. contracto. cap. cum iamdudum, de præben.*

e *c. 3. de regularib. lib. 3. Sext. tit. 4.*

f *lex ſemper de idoneis intelligi debet. l. vt gradatim, de minoribus & honoribus.*

D g *Innocent. & Pan. in cap. porrectum, de regularibus. Aliquando tamen receptio profeſſionis ad abbatem ſolum vel abbatiſſam pertinet, ex priuilegio. Aliquando ad eoſdem cum conſenſu exſiſtentium in monaſterio, vel capituli, iuxta c. fi. de regularib. in Sex. c. conſuluit, qui clerici, vel vouentes. datur & in emiſſione voti, veſtitus profeſſorum, vt velamen profeſſorum monialibus, vel per epiſcopum, vel per alium mi-* E *niſtrum idoneum, vt in c. 1. 27. quæ. 1. ca. vidua 20.q.1.*

h *capit. cum ad monaſterium, de ſtatu. monachor.*

i *ca. porrectum, 13. de regular.*

k *d.c. porrectum, & c. ex parte, de reg. c. conſuluit, & c. inſinuante, qui clerici, vel vouentes, atq; expreſſe, vt oportet emiſſa profeſſio,* A *etiam ſi expreſſe non fuerit mutatus habitus ſecularis, obligat. c. cõſtitutionem, de reg. in Sex. neq; etiam ſimulatio voti, ſi cauſa ſit honeſta & profeſſio fiat, excuſat profitentem quominus dicatur vere profeſſus: contra, ſi cauſa ſit inhoneſta. cap. 6. quod interrogaſti, 7. diſt. c.2. viduas a propoſito, 27.q.1. c. vidua, 4. de reg.*

l *c. conſtitutionem, de reg. in Sex. dict. c. vidua, 4. eod. tit. apud Gregorium. contra, ſi per vim aut metum fiat profeſſio. in c. per* B *latum, de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt.*

m *dict. c. conſtitutionem, 3. in fin. de regul. in Sext. c. ad noſtram, 8. eo. tit. apud Gregor.*

n *c. 1. §. qui vero, & §. fi. de reg. in Sex. vide & dict. c. ad noſtram.*

o *cap. ex parte tua, 22. de regul, c. conſuluit, qui cleric. vel vouentes, ca. vidua, 27. diſt. cap. vidua quidem, 34. 27.q.1. ca. quem progenitores, 20.q.1.*

p *ca. vidua 4. de regularib. can. quod inter-* C *rogaſti, 17. diſt. dict. can. quem progenitores, 20.q.1.*

q *ca. Diaconi, 28. diſt.*

r *vt in cap. vxoratus, de conuerſio. coniugator. libr. 3. titul. 12. can. 1. 27.q.1. idem ſi fiat in alio loco profeſſionibus faciendis deſtinato, vt in capit. 35. viduitatis 27. quæſt. 1. apud Romanos Ethnicos ſolemnia vota a magiſtratibus & populo, præeunte pontifice maximo nuncupabantur, & ſuſ-* D *cipiebantur, vt liquet ex Liuio, libr. 30. 40. & 42. Innuit Valerius Maximus, lib. 8. capit. 13. in Motello. Et non tantum in ſolemnibus votis aliquem præiſſe, annotatum eſt de ſcripto recitato voto concepto, ſed etiam vltra vota nuncupantibus adhibiti & appoſiti fuerunt cuſtodes & obſeruatores, qui attenderent, ne qui præfabatur verba, in aliquo erraret, vt ſcribit Plinius. libr. 38. capit. 2. Erat & idem vo-* E *uentium, qui & precantium habitus, votaque ſublatis in cœlum manibus & concipiebantur & ſuſpiciebantur, vt eſt apud Liuium, libr. 10. & libr. 50. Sic legimus apud Plutarchum in Mario, Marium & Catullum vouentes,* πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατάχειν τὰς χεῖρας.



## CAPVT. VI.

*Pro quibus vota facta.*

VOta pro his demum rebus fiunt, pro
quibus Dei auxilium imploratur, pro
corporis animæque ſalute.*a* Ob pietatem,
auxiliumque Chriſtianorum, vt peregri-
nationes ad ſanctũ Chriſti ſepulchrum, *b*
B vel ad limina ſanctorum Apoſtolorũ Petri
& Pauli, & pro aliis, quæ a Deo cupimus
dari,*c* & alibi.

### SCHOLIA.

a *cap. porrectum, 13. & cap. ſicut nobis, 17. de regularibus. c.3. de voto. Apud Ethnicos etiam ſæpe pro ægrotorum ſalute ſuſcipiebantur, vt apud Suetonium Tranquillum in Claudio, cap. 45. & Romani æqui-* C *tes vouerunt & pro valetudine Auguſtæ equeſtri fortunæ, apud Cornelium Tacitum, libr. 13. tale votum apud Liuium, libr. 9. atque apud alios licet videre vota publica & priuata pro ſalute alicuius, vnde Propertius, lib. 2. Elegia. 7.*

Hæc mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem, &c.

b *vt c. 2. de voto.*

c *vt in cano. 13. ſi quis Romipetas, 24. qu. 3.* D *vouit Iacob. pro proſpero itinere. Geneſ. 28. verſ. 20. quod & hunc morem etiam habuiſſe ob numinis venerationem non eſt valde difficile cognoſcere, vt apud Suetonium Tranquillum in Caligula. c. 14. ibi,* cum deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ traieciſſet, vota pro reditu ſuſcepta ſunt. *Et apud Plautum in Amphitrion. actu. 3. ſcena 1.*

Iube vero vaſa pura adornari mihi
E Vt quæ apud legionem vota voui, ſi domum
Rediſſem ſaluus, ea ego abſoluam omnia.

*Et apud Ouid. lib. 2. amorum. Eleg. 21.*

—Pro reditu victima vota cadet.

*fiebant & vota a Senatu a priuatiſque, ob metũ belli imminentis, vt apud Ouidium 6. Faſtorum. Ibi,* mens quoque numen habet, &c. *proque aliis, quæ ne tædio ſim omitto, cum iam multa hac de re collegerit Barnabas Briſſonius, libr. 1. de formulis & ſolemnibus populi Romani verbis, & ibi de voti conceptione, & formulis antiquis vouendi.*

## Capvt VII.

*Effectus voti emiſſi.*

Liberum eſt vnicuiq; ante votum non vouere, at voto emiſſo non licet ſine diſpendio ſalutis reſilire, *a* imo & ad ſolutionem voti quis cõpelli poteſt, *b* niſi aut ſit impoſſibilis eius ſolutio, *c* vel conditio deficiat appoſita, *d* vel malũ turpe votum ſit, quod & diſſoluendum eſt, etiam impoſita pœnitentia, *e* vel ſi impediatur a ſuperiore, vt a patre, domino, cõiuge vel ab aliis habentibus ius retractandi, vel ſi inutilis vouens reddatur ad votam rem implendam *f* Quibus caſibus non ſunt voti tranſgreſſores, qui non implent: quemadmodum nec is, qui auctoritate ſedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere. *g* Nam & is poteſt in voto diſpenſare, & cõmutationem facere, conſideratis cauſis & qualitatibus perſonarum, *h* quidque liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem, *i* vt neq; voti fracti reus eſt, qui temporale deuotum obſequiũ in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiã commutare, quive votum poteſt per alium implere & implet. *k*

### Scholia.

a *c. licet, 6. & ca. magnæ, de voto. c.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. 17. *qu.* 1. Vota vouete & reddite. *Pſalm. 70. dict. c. magnæ, §. & quidem. de vot. c. quod Deo,* 3. *q.* 5. melius eſt enim non vouere, quam votum nõ implere, *c. ſcimus,* 12. *q.* 1. *Et votũ velle retractare damnabile eſt, can. vouentibus & ſeq. 13. diſt. vt neque liceat cauſa conuertendi aliquem ad fidem, infringere votum caſtitatis. ca. non ſolũ, 32. q. 2. Antiqui eos, qui vota fecerant reos voti, eorumque compotes factos, quoad promiſſa ſoluiſſent, damnatos voti appellabant, vt ait Macrob. libr. 1. Saturnalio. cap. 3. Solutio voti præſupponit debitum ex obligatione, vt idem Macrob. ait. lib. 1. c. 1. Saturnal. & l. 2. de pollicitat. lib. 50. P. tit. 12. vbi & ex voto eripi obligationem perſonalem, non autem rem votam ideo obligatam eſſe dicitur.*

b *c. ex parte, 17. de cenſib. lib. 3. tit. 39.*

c *vide D. Thomam 2. 2. q. 88. art. 2. Semper enim in omni promiſſione intelligitur, ſi Deus voluerit, & ſi potero implere, ca. beatus, 22. q. 2. c. quemadmodũ, de iureiuran. facit & regula iuris impoſſibilium, & ſi per vouentem nõ ſtet, quominus impleatur, ſed per alium.*

d *ca. non ſolum, 2. quæ. 8. idem ſi cauſa voti ceſſet. c. magnæ deuotionis. §. fi. de voto.*

e *Tolerabilius eſt ſtultæ promiſſionis vota reiicere, quam per inutilium promiſſorum cuſtodiam exhorrendam criminum implere menſuram. ca. 1. & fin. 21. quæ. 4. ex concilio Toletano, 8. c. 2. & ca. peierabilis, 15. eadẽ 22. q. 4. in malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretũ, quod incaute voluiſti ne facias, impia enim eſt ſolutio, quæ ſcelere adimpletur, c. in malis, 5. 22. q. 4. nec propterea fides violari dicetur, ſi ideo non ſeruatur, vt ad bonum redeatur. ca. mulier, 21. & ca. non eſt obſeruandum, 13. & ca. ſi ad peccatum, 22. q. 4.*

f *cap. quod ſuper, 8. & c. ex multa, §. 2. & fi. de voto.*

g *c. non eſt voti 5. de voto. vide D. Thomã, 2. 2. q. 88. ar. 12. c. 1. & 2. de voto. Commutatio tamẽ voti proficiſcendi pro ſubſidio Chriſtianorum in terrã ſanctã, ab alio, quã a ſummo Pontifice cõmutari nõ poteſt. c. ex multa. de voto, Addũt alii votũ viſitandi limina ſanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, ſancti Iacobi, ingrediẽdi religionem, quorum diſpenſationem pertinere ad ſummum pontificem tradit Angelus Clauaſius in ſumma in verbo voluntas. nu. 6. explicat tamẽ ita demum peregrinationis Hieroſolymitanæ votum intelligi diſpenſandum a ſummo pontifice, ſi pro ſubſidio Chriſtianorum quis vouiſſet, contra ſi pro deuotione tãtum, quo caſu poſſe cum vouente a ſuo pontifice ſeu epiſcopo diſpenſari, vel commutationem voti fieri, iuxta ſententiam Panormit. ad dict. c. ex multa, & citatur pro eo illud, c. & c. quod ſuper his, eo. tit. Ipſe tamen Angelus ait, ex conſuetudine etiam ex illo caſu adiri ſummũ pontificem, ſi tamen epiſcopus diſpenſaret ſic credere valere diſpenſationem, iuxta ſententiam Panormitani.*

h *dict. c. magnæ, 7. §. & quidem tria, de voto c. aliud, 11. q. 1. c. deniq; in fine, 4. diſt.*

i *c. ſcriptura, 4. de voto. interpretatur & hoc D. Thomas, 22. q. 88. art. 12. ad primum argument. & lib. 4. ſententia. diſt. 39. q. 1. art. 4. in corpore articuli, nec peccat, qui in melius aut maius votum commutat, vel in æque Deo gratum, ca. peruenit in 2. de iure iuran. gloſſa eſt videnda ad cap. cum ad monaſterium, 6. de ſtatu monach. lib. 3. tit. 35.*

k *vt in c. licet, 6. de voto, vbi gloſſa ad verbum commiſerit, ait, quod aliquis poteſt pro alio ieiunare, & votum pro alio adimplere, quia in illo c. licet, mortuus ſoluit votum ſuum per ſuperſtitem hæredem cui iniunxit implementum. facit & ca. animæ defunctorum, 13. q. 2. facit can. ſi aliquis fuerit 36. q. 6. porro defunctorum vota, quando hæredes teneantur adimplere, videndum apud Hoſtienſem in ſumma de voto, §. & vtrum.*

# DE TRANSACTIONIBVS.

## *a* Tit. III.

a *Exſtat tit. de tranſactionibus lib. 1. decretalium tit. 36. lib. 2. P. tit. 15. lib. 2. C. tit. 4.*



## Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Et finitio tranſactionis.*

Affinis pactis tranſactio eſt, *a* verum potius ad pactum diſſoluens quam contrahens obligationem, referenda erit, *b* qua ratione & aliis, a pactis diſtinguitur. 1

Tranſactio quippe eſt conuentio *c* de re dubia, & lite incerta, *d* non gratuito facta. *e* 2

### Scholia.

a *Dicitur & pactum tranſactionis in l. ſi de certa, 31. de tranſactio. C. agitur de tranſactionibus libro 5. decretalium, tit. 36. lib. 2. ff. tit. 15. lib. 2. C. tit. 4. & lib. 11. Ecloga Baſilicorum,* περὶ διαλύσεων. *Et apud Conſtantinum Harmenopulum lib. 1. Perioches tit. 10. apud nos, lib. 28. Syntagma iur. vniuer. c. 2. & 3. vbi plene videbis plura, quæ iuri Pontificio non potuerunt coniungi.*

b *Nam Baldus ad rubricam de tranſactio. C. nu. 10. & 11. & alii quidam exiſtimant, potius tranſactionem ad diſtractum quam ad contractum pertinere, vnde* διαλύεσθαι *eſt tranſigere, & controuerſiam dirimere & diſſoluere, ſic Cicero pro Roſcio, qui pro ſocio tranſigit ſatiſdat, nihil neminem poſtea eorum petiturum; & generaliter ita tranſigere eſt, finem alicui negotio imponere vel componere negotium. l. vt ſunt iudicio, 30. de verb. ſignifi. & iure pontificio ſæpe tranſactio dicitur compoſitio. vt in ca. 2. & fin. de tranſact.*

c *c. ex multiplici, 3. de Decimis. lib. 3. tit. 10. l. cum mota, 6. C. de tranſactio. l. 1. §. conuentionis, de Pact. P. quia hinc inde præſtita fides firmatur. c. conſtitutus, 4. de trãſact. fit conſenſu tranſactio. l. interpoſitas, 13. C. de tranſact. & ex libero arbitrio l. ſi quis maior, 41. eo. tit.*

d *l. 1. de tranſact. P. cauſæ dubiæ & lites deciduntur tranſactione l. cauſas vel lites, 16. de tranſact. C. & aliæ controuerſiæ, 14. eo.*

*P. ſiue iam mota contrauerſia vel lis ſit, ſi-
ue timeatur ne moueatur, l. 2. & ſi. C. eo. ti.*
e *l. tranſactio, nullo dato, 38. C. de tranſact.
Aliquid enim ſemper in tranſactione vel
datur vel retinetur, vel permittitur, c. ſu-
per eo. 7. C. eo. tit.*

## CAPVT II.

### *Diſtinctio tranſactionum.*

CÆterum iure pontificio inuenimus
quodammodo duplicem ſpeciem trã-
ſactionis, vnam, quæ aliquo dato vel reten-
to fit: aliam quę amicabilis dicitur compo-
ſitio, nullo dato aut retento, ſed gratis fa-
cta. *a* Diuiſa aliquando, *b* tranſactio facilio-
ris intelligẽtiæ gratia, in generalem & ſpe-
cialem, ratione generalis vel ſpecialis con-
trouerſiæ, ſuper qua interuenit tranſactio.
Generalis ita eſt, quæ ſapit controuerſiam
iuris vniuerſi, vt ſi ſit de hæreditate, quæ
ad omnes partes & cauſas eius iuris diffun
ditur. *c* Specialis eſt, quę de aliqua certa re,
controuerſia, ſeu lite fit, & ideo nunquam
ad alia quam ad expreſſa porrigitur. *d* Erit
& quædam realis, quæ tranſit ad ſucceſſo-
res rei, ſuper qua tranſactum eſt: alia per-
ſonalis, quæ cum tranſigente viuit & ex-
ſtinguitur. *e*

#### SCHOLIA.

a *c. ſuper eo, 7. de tranſact. ita aliud tranſige-
re de beneficio, aliud de eo amice vel ami-
cabiliter componere. vide Pan. ad dictum
cap. ſuper eo. & in cap. ſi quando, de officio
delegat. & in c. 1. de colluſio. detegen.*
b *vide quæ diximus lib. 28. Syntag. c. 2. nu.
4. & 5.*
c *vt in c. 1. de tranſactio. in c. inter monaſte-
rium, & c. ſequen. de ſenten. & re iudica. l.
ſub prætextu, in vtraque, de tranſact. C.
cum ſimil.*
d *l. age cum Geminiano, l. 3. & penult. C. de
tranſact.*
e *vt ſunt exempla in c. de cætero, 1. & c. ve-
niens, 8. de tranſactio.*

A
## CAPVT III.

### *De quibus fiant vel non fiant tran-ſactiones.*

RES dubia vel cõtrouerſia, licet radica-
ta, *a* in tranſactionem deducitur, vt in
finitione dictum, niſi ius aduerſetur. *b* Ad-
uerſatur autem in pluribus, in quibus pro-
hibet tranſactionem: veluti, ſi monachi
cum laicis tranſigant & ius præſentandi
B dent, recepta maiore quam habuerint
portione, *c* ſi ſuper beneficio contentioſo
vel re ſacra litigioſa fiat: *d* gratis tamen a-
micabilis facta compoſitio de his, ſacris
canonibus non eſt inimica, *e* ſi ſub bene
placito ſummi pontificis, qui eam probet,
fiat. *f* Non recipit etiam matrimonium,
quia indiſſolubile, tranſactionem, *g* ne-
que ſpiritalis ſubiectio, *h* ſuper decimis
poſſidendis, tranſactio vtique poterit fieri
C inter Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas
cum aſſenſu epiſcopi aut archiepiſcopi, e-
ritque rata in perpetuum ratione inter-
poſitæ auctoritatis, *i* ſi vero ſine auctori-
tate fiat ſuperioris, erit temporalis, nec du-
rabit vltra vitam tranſigentis. *k* Quod ſi
fiat cum laico, de ſubtractis & retentis de-
cimis, valebit etiam, *l* ſed non de percipi-
endis, *m* niſi amicabilis compoſitio cum
laicis facta de decimis minori quantitate,
D vel certo modo ſoluendis, fuerit a ſede A-
poſtolica confirmata. *n* Gratia etiam inter
accuſantem & accuſatum non improba-
tur, ſed ex præmio ſeu tranſactione con-
cordia redemta, *o* reprobatur. Prohibe-
tur & iure ciuili de aliis tranſactio, *p* quæ
nunc ad ius pontificium non transferam,
cum leges ſufficiant.

#### SCHOLIA.

E a *nam litis omnis dubius euentus, l. quod de-
betur, de peculio. P. vt contra, lis deciſa ſi-
ne dubio, & pro veritate habetur. l. inge-
nuum, de ſtatu hominum, l. res iudicata,
de reg. iu. P. finiſque imponitur liti per rem
iudicatam, l. 1. de re iudic. P. ideo poſt rem
iudicatam*



*dicatam nõ valet tranſactio facta per eum* A
*qui ignorat iudicatum, & ſi quid detur eo
nomine, repellitur, in c. expoſuit, de arbi-
tris, l. cum poſteaquam, C. de pact. l. ele-
ganter, 2. §. ſi poſt rem iudicatam, de con-
ditio. indebi. P. ſi tamen a ſententia appel-
latum fuerit, pendente appellatione tran-
ſigi, vt de dubio poterit. l. etſi poſt rem iu-
dicatam, & l. poſt rem iudicatam, de trã-
ſact. P. l. ſi cauſa cognita, C. eo. tit. ratio po-
teſt ſumi, ex l. 1. de appellatio. P.*
B
b *can. generalis, in fine, 54. diſtinct.*
c *c. præterea quando, 9. de tranſact. facit c.
cum clerici. 6. de pactis.*
d *c. conſtitutus, 4. & c. ſuper eo, 7. de tranſact.
c. 3. de colluſio. detegen. lib. 5. tit. 22. quia
ſimonia eſt, vt temporale detur pro ſpirita-
li. Ideo prohibetur hac conuentio c. fin de
rerum permuta. & ca. 2. quam pio, 1. q. 2.
quamuis ſpiritale cum ſpiritali commu-*
C *tari poſſit. c. ad quæſtiones, de rerum per-
mutat. Diſtinguendum tamen cenſet glo.
ad dictum c. ſuper eo, ad verba,* ſuper re ſa-
cra, *an agatur de re ſpiritali, quæ petatur
tanquam beneficium, an tãquam proprie-
tas. Nam ſi agatur tanquam de beneficio,
puta vt quis recipiatur ad illud benefici-
um, tunc de eo beneficio in iudicium ita
deducto, non poteſt fieri tranſactio. adde
textum in c. cum pridem, 4. de pact. quia*
D *non ex tranſactione, ſed ex canonica inſti-
tutione titulus habendus eſt beneficii. c. 1.
de reg. iur. in Sex. ca. nullus omnino, 16. q.
7. c. admonet, de renuntiatio. c. ex frequen-
tibus, de inſtitutio. Si vero res ſacra vel
ſpiritalis in iudicium deducatur tãquam
proprietas, veluti quia vna Eccleſia aliam
ſibi eſſe ſubiectam dicat, alia negat, poterit
tunc tranſigi: quia & de his permutatio
fieri poteſt, dicto ca. ad quæſtiones, & ita de*
E *decimis inter duas Eccleſias tranſigi poteſt
c. 2. de tranſactio.*
e *dicto c. ſuper eo. & c. cum inter 6. de ele-
ction. in lib. 1. tit. 6. dicto cap. cum iudex,
de electio. cap. niſi eſſent, de præben. cap. fi-
nal. de tranſactio. vbi ratio. & ex ca. quos*

A *Deus, 33. quæſt. 2. alioquin ſi tranſactio
non pertineret ad diſſolutionem matrimo-
nii, ſed ad alia capitula, poſſet ſuſtineri, vt
notatur in dicto cap. fin.*
f *ca. præterea 4. eo. de tranſact. Poſſet tamen
remiſſio fieri gratis, remanente ſuperiori-
tate, de temporalibus ſingulis annis, in
recognitionem eius debitis, vt liquet ex
c. conſtitutus, 6. de religioſ. domib. libr. 3.
titul. 36. & ex capit. cum venerabili, de*
B *cenſib.*
g *c. ſtatuimus, 2. de tranſactio.*
h *c. veniens, c. de cætero, de tranſact.*
i *cap. cum apoſtolica, de his quæ fiunt a præ-
latis ſine conſen. capitul.*
k *can. decimas quas, 16. quæſt. 7.*
l *c. penul. de confirma. vtili vel inutili libr.
2. titu. 30.*
m *cap. 3. de colluſio. detegen lib. 5. tit. 22. iure
ciuili & canonico tranſactiones de cauſis*
C *ciuilibus permittuntur, niſi nominatim
prohibeatur. At in criminalibus iura ciui-
lia prohibent tranſigere in actione famoſa,
ſine iudicis auctoritate. l. furti, §. pactus,
de his qui notant. infam. Pand. in crimine
quoque capitali, quod irrogat pœnam ſan-
guinis licet tranſigere iure ciuili, excepto
crimine adulterii: in aliis vero crimini-
bus, quæ non irrogant pœnam ſanguinis
non licet citra falſi accuſationem, l. tranſi-*
D *gere, 18. de tranſact. C. licitum enim vni-
cuique ſanguinem ſuum quoquomodo
redimere. l. 1. de his qui mortem ſibi con-
ſciuerunt. in priuatis autem criminibus li-
citum eſt tranſigere. At iure põtificio cum
non irroget eccleſia ex vllo crimine ſenten-
tiam ſanguinis. canon. hi a quibus, 23.
quæſtio 8. de nullo crimine licebit tran-
ſigere. Item etiam quod iure pontificio
nullum crimen habeatur priuatum, ſed*
E *publicum, vt colligitur ex cano. infames,
6. quæſt. 1. forſan tamen tranſactio per-
mittetur & concordia cum reo, auctorita-
te iudicis, vt in can. ſi priuatus, 5. quæſtio.
2. cano. ea quæ in parte deciſa, de offic. ar-
chidia. vide hac de re fuſius gloſ. in cano. ſi-*

*quem pœnituerit,8.§.in omnibus ,ad verba* in omnibus , *2.quæſtio.tertia,gloſſ.ad cap.* 1 *.ad verbum* gratiam , *de colluſione de reged. Super remiſſione iniuriæ permitti tranſactionem ſub auctoritate iudicis,notat gloſſ. in cano. ſi illic, 29. ad verbum* tranſactum, *per illum textum 23.quæſt.4.*

n *vt prohibita tranſactio de alimentis teſtamento ,codicillis , aut mortis cauſa donatione relictis , in futurum præſtandis, ſine prætoris vel iudicis auctoritate & cauſæ* B *cognitione , non de præteritis & iam debitis.in l.cum hi,8 .de tranſact.Pand.l. de alimentis,8.eo.tit.C.*

## CAPVT IIII.

*Qui tranſigere poſſint.*

TRanſigere pro ſe & alieno nomine poterũt,qui pro ſe & aliis paciſci poſſunt, *a* ſanus mẽte,licet æger ſit corpore. *b* Maior vigintiquinque annis, *c* tutor,curator, C *d* procurator, ſi ſpeciale mandatum habeat,non aliter, *e* niſi forſan tranſactionem procuratoris cum generali adminiſtratione conſtituti, dominus ratam habuerit. *f* Et in ſumma, qui poteſt donare & remittere , tranſigere poterit,non aliter. *g* Cum de rebus alienis vel in præiudicium alterius, tranſactio facta , non valeat, *h* nec valebit tranſactio inter dominum & ſeruum de alio, quam de libertatis ſtatu, facta. D *i*

### SCHOLIA.

a *vide quæ dixi lib.28 ,Syntag.c.2.num.24.*

b *l.ſanum mente,27.de tranſact.*

c *l.ſiquis maior,41.l.ſi maior, 22.& l.36.de tranſ.C.*

d *l.1.4.& 5. de tranſact.C.l. qui cum tutoribus,9.eo.P.*

e *l.qui ad agendum,4.de procura.li.1. Sexti,cap.19.c.per tuas 9.de arbitris lib. 1.tit. 43.l.tranſactionis placitum,7.C.de tranſact. l.procurator cui generaliter 55.& l. mandato,60.de procurator.lib.3.P.l.nulli procuratorum,de tranſact.* E

A f *c.vt contingit interdum 3.de tranſact.vide c.cum dilectus,de religioſ.domib.*

g *quia in tranſactione ſit datio, vel donatio, vel ceſſio , atque ita donatio tranſactio dicitur, in l. cum donationis , 34. C. de tranſact. quare nec monachi , qui nihil habent tranſigunt proprio nomine,cano.non dicatis,12.q.1.neque quibus non eſt conceſſa bonorum ſuorum alienatio vel adminiſtratio,quales prodigus,furioſus, pupillus, &c.*

h *l.1.& l.tranſactione matris,26.de tranſa. C.l.de re,10.& l.3.eo.tit.Pan.l.2.C.res inter alios act.&c.lib.7.tit.60.*

i *l.interpoſitus 13.de tranſact. C.quia inter ſeruum & dominum iudicium conſiſtere non poteſt . l.fin. C.an ſeruus pro ſuo facto teneatur lib.4.C.tit.4.l.4.de iudic.in P.*

k *l.fin. C.de tranſactio. l.ſi ſeruum, §.ſiquis dederit de acquiren. hære. P. l.cum adfirmes,8.de libera cauſ.lib.7.C.16.*

## CAPVT V.

*De forma tranſigendi.*

TRanſactiones vt valeant, non debent eſſe iuri contrariæ , *a* oportetque eas fieri cum auctoritate & conſenſu,quorum intereſt , *b* poſſunt fieri apud acta iudicis, ſiue ſine actis ſcriptura interueniente, vel ſine ea , *c* dummodo ſine metu, & cum ſpontanea voluntate perficiantur. *d* Interdum tamen ea firmatur Aquilianæ & acceptilationis,vel ſcripturæ acceſſione, *e* vt & iuramento. *f*

### SCHOLIA.

a *c.de cætero,de tranſact.c.ſacroſancta,de electio.c.ſiquando,de offic.delega.*

b *c.ſtatuimus.2.& c.de cætero,§.fin.& c.ſuper eo.de tranſactio.*

c *l.ſiue apud acta,28.& l.cum te tranſegiſſe, C.de tranſact. l. pactum quod bona fide. 17.de pact.lib.2.tit.3.*

d *Nam rata non ſunt vt vel metu facta trãſactiones, l. interpoſitus , 13. de tranſ. vbi & ex-*



*& explicatur , talem metum probari oportere,qui ſalutis periculum vel corporis cruciatũ cõtineat,iuxta l.1.& ſequẽtis, quod metus cauſ.P.l.vani timoris,de reg.iur.P.*

e *l.vbi pactum,40.& l.3. C. de tranſ.l.5.& l.15.eo.ti.P.*

f *l.ſiquis maior,41.de tranſactio.*

## CAPVT VI.

*Vis & effectus tranſactionis.*

TRanſactio perfecta legitime, irreuocabilis eſt, repugnãte altera parte trãſigentium ex his quorum intereſt ſeruari. *a* B Idque, vt ſit litium finis . *b* Quare nec ſub prætextu inſtrumentorum de nouo poſtea repertorum, ad litem ſopitam pertinẽtium,reuocatur, *c* quia inſtrumenta & alia iura partium contraria, ſecuta tranſactione tolluntur. *d*

### SCHOLIA.

a *c.contingit de tranſactionib.l.poſt quã liti. 4. C.de trãſact. l. cum te tranſegiſſe, de tranſa. C. nec minorem auctoritatem habet tranſactio quam res iudicata. Idque & cõueniens eſt humanæ fidei , vt placita ſeruentur.l.non minorem, 20. C.de tranſact. l.1 .de pact . P. quare neque lites aut cauſas legitimis tranſactionibus finitas, imperiali etiam reſcripto reſuſcitare permiſſum eſt l. cauſas, 16. de tranſact. Proinde ſiquis a* D *tranſactione perfecta voluerit reſilire altero inuito, contra eum , repugnanti duplici modo conſultum eſt. nam habet vel exceptionem , vel datorum repetitionem , ſi ita ſit ſtipulatus , rata manente tranſactione: aut ſi ita ſtipulatus non ſit, habet ſolam exceptionem,l. cum proponas,17. de tranſ.C. Quod ſi velit indulgere aduerſario reſtitutionem,refundit aduerſarius pecuniam ab eo receptam, l. ſi diuerſa pars 14. C. de* E *tranſ.pœnaq́ appoſita peti poterit ab eo.qui noluerit ſeruare tranſactionem , ſi pœna appoſita ſit tranſactionem ſeruanti , quod & tutius ſit,in l.vbi pactum,40.C.de tranſact.*

A b *l.fratris, C.de tranſ.Properandum autem eſt, vt quanto celerius fieri poterit ſopiantur lites & controuerſiæ , c. conſtitutus , de procura.c .finem litibus, & c.fin. de dolo & contuma.c.2. de re iudic .l.properandũ, C. de iudic . vide & alias rationes tranſactionis receptæ,apud nos,lib.28.Syntag.cap.3.*

c *c.inter monaſterium, & c.ſuborta, de ſent. & re iudica.lib. 2. tit. 27. l.ſub prætextu, 19 .de tranſ.vbi ponitur exceptio, niſi quis per ſe vel per alios ſubſtractis inſtrumentis, quibus veritas argui poterat , deciſionem litis extorſiſſe probetur. nam ſi actio tunc ſupereſt , replicationis auxilio, doli mali exceptio pacti ſubmouebitur, & ſi iam actio litis fuiſſet peremta in tranſactione per acceptilationem vel ſtipulationem , actio de dolo intra tempus conſtitutum poterit exerceri, conſtitutum vero tẽpus biennium eſt , l. optimum , C. de dolo.* C *Iungenda & eſt alia l. ſub prætextu, 29. de tranſactio.C.*

d *cap.1.de tranſactio.*

# DE MVTVO.

## *a* TIT. IIII.

a *Conueniri poteſt titulus ſi certum petatur in C. lib.4.tit.2.de rebus creditis, & ſi certum petatur & certi condictionem lib. 12. P. tit.1. Iuſtiniani Nouel.33.de his qui mutuum dant agricolis, 32. & 34.* D

## CAPVT I.

1 *Continuatio ad ſuperiora, & diſpoſitio dicendorum cum diſtinctione contractuum.*
2 *.Re qui contractus celebrantur.*

POſtulat ordo , vt a ſimplicibus vel puris pactis , ad conuentiones quæ certã & definitam compoſitamque ſubſtantiã habere videntur, trãſeamus. Illæ porro vel E aſſumunt proprium aliquod nomen extra commune conuentionis,vel remanent intra fines cuiuſdam alterius communis nominis. Vnde quidam cõtractus nominati, quidam innominati dicuntur. *a* Nominati tractationis,primum ordinẽ accipient,qui

vel re, vel verbis, vel literis, vel conſenſu dicuntur cõtrahi. *b* Alii poſtea ſequentur.

2 Re contrahitur mutuum, commodatum, precarium, depoſitum, pignus. *c* De quibus pauca vt conueniunt iuri pontificio dicemus, & prius de mutuo. *d*

S c h o l i a.

a *totum hoc explicat l. iuriſgentium, vſque ad §. ſi ob maleficium, de pact. P.*

b *§. fin. de oblig. apud Iuſtinianum, l. 1. de actio. P.*

c *toto tit. quib. mod. re contrahit. oblig. lib. 4. inſtitutio. tit. 15. & l. 1. de actio P.*

d *tractatur de mutuo, in titulo, de rebus creditis, lib. 12. P. tit. 1. & tit. ſi certum petatur, lib. 4. C. tit. 2. & apud nos, lib. 22. Syntagm. c. 2. & 3.*

## C a p v t II.

*Mutuum quid hic.*

MVtuum eſt traditio rei, ea lege facta, vt alia res pro ea in eadem tamen ſpecie, vel vt Iuriſconſulti loquuntur, in eodem genere, reddatur. *a* Ideo & mutuum dictum quod id quod tibi datur, de meo tuum fiat, *b* recepturus tamen a te poſtea rem eiuſdem qualitatis, bonitatis, & ſpeciei. *c*

S c h o l i a.

a *colligitur ex l. 2. de reb. credit. P. in eodem genere dicunt iuriſconſulti, pro in eadem ſpecie. Speciem dicentes indiuiduum, & genus ſpeciem. Non autem redditur neceſſario idem in indiuiduo datum, quãquam poſſit ſi expediat debitori, idipſum reddi, quod tamen deterius non ſit factum, ſi autem res data in eodem ex conuentione indiuiduo, reddenda eſſet, commodatum diceremus, neque haberemus rationem, num eiuſdem bonitatis eſſet res reddita, dummodo commodatarius argui de dolo & culpa nequeat, dicta l. 2. de reb. com. vel precarium, vel depoſitum, vel pignus, vel locatio. Et ſi aliud etiam diuerſi generis ſeu ſpeciei dari poſſit, eſſet alia ſpecies contractus a mutuo, nempe vel permutatio vel emtio. Si vero ita daretur in mutuo res, vt nihil pro ea redderetur, eſſet donatio.*

b *l. 2. §. appellata, de reb. credit. P.*

c *l. cum quid. 3. eo. tit. de reb. credit.*

## C a p v t III.

*Quotuplex mutuum.*

MVtuum aut ſine vſuris fit, & proprie mutuum, aut cum vſuris, & improprie ita dictum. *a* Item interdum mutuum ciuile tantum, interdum naturale tantum, interdum naturale & ciuile ſimul. Ciuile tantum eſt, quoties adhuc numeratio non interuenit, ſed tantum eius eſt ſpes. *b* Naturale quando interuenit numeratio, & realis datio ciuili obligationi iungitur. *d*

S c h o l i a.

a *de vtroque in cap. conſuluit, 10. de vſur. Et Nonius Marcellus.* Mutuum a fœnore, *inquit*, hoc diſtat, quod mutuum ſine vſuris, fœnus cum vſuris ſumitur. Sic apud Plautum in Aſinaria, nam ſi mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore. vnde honeſtius mutuum eſt, quod ſub amico affectu fiat, tamen vſus temporis neceſſarii, fœnore ſumere docuit, *hæc Marcelli.*

b *Ciuiliter tantum quis mihi obligabitur, quoties ſpe numerationis, quia mihi chirographas tradit. Et hoc eſt, quod dictum eſt in l. 2. §. verbis tantum credimus, de rebus credi. P.* Verbis tantum credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione, *quo pertinent tituli de non numerata pecunia lib. 5. ti. 15. C. Si pignoris conuentionem numeratio ſecuta non ſit, lib. 8. C. tit. 33. Eſt & ciuile, ſi voluntate mea tu des pecuniam, vel filii familias vel ſeruus, nam actio inde acquiritur licet mei nummi non fuerunt, l. 2. §. in mutui datione, de reb. credit. P. l. 2. C. per quas perſonas nobis obli. acquirit.*

c *Et hoc maxime mutuum facit cum numeratione, & rei interuentu, vt ante mutuum non contrahatur. l. qui pecuniam, de rebus*



*rebus credi. P. alioquin videtur contractus innominatus l. naturalis, 3. de præſcript. verb. Pandect.*

d *l. veluti ſi chirographi promiſſionem ſequatur numeratio, l. obligamur aut re, 52. de action. & oblig.*

## C a p v t IIII.

1 *Quæ mutuo dentur & affinibus mutuo.*

2 *Mutuum interpretatiuum & verum.*

1 MVtuum fit earum rerum, quæ pondere, numero, menſurave cõſtant. *a* Affinis contractus mutuo, & quodammodo mutui ſpecies eſt indebiti receptio, ſoluto demum indebito per errorem & ignorantiam ſoluentis, qui accipit veluti ex mutuo, ad reſtitutionem per condictionem indebiti obligatur. *b*

2 Ita & aliquando mutuum verum, aliquando interpretatiuum. Verum, quoties reipſa, res conſiſtentes in numero, pondere & menſura ea lege dantur, vt in eadem ſpecie ſeu genere, quantitate, qualitate, & bonitate ſoluantur, vt diximus. Interpretatiuum, ſeu præſumtum eſt, quando ſub velamine emtionis vel alterius contractus, mutuum tegitur, idque plerumque in fraudem legis prohibentis vſuras, vt eo prætextu ex mutuo percipiantur, tãquam ex alio contractu. *c*

S c h o l i a.

a *veluti in vino, oleo, tritico, pecunia numerata, ære, argento, auro, quas res, aut metiendo, aut numerando, aut appendendo, in hoc damus vt accipientium fiant. Et quãdoque non eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis reddantur. §. mutui datio, quibus modis re contrah. obligatio. l. 2. §. 1. ſi certum peta. Pandect. l. 1. de actio Pandect. fit & mutuum aliquando in re æſtimata loco pecuniæ, l. 4. & 11. de rebus credit. P.*

b *§ is quoque, quib. mo. re contrah. obligat. titul. de condictio. indebit. lib. 12. Pandect. tit. 6. l. 1. & 3. C. eo. titul. lib. 4. titul. 5. atque ita fieri æquitatis ratio ſuadet l. hæc condictio. 66. de condicto. indebit. Pandectis ſi modo, quod ſolutum fuerit, ſit omnino indebitum naturaliter aut ciuiliter, l. frater a fratre, 38. & l. Iulianus, 59. de condict. indeb. P. & dummodo qui ſoluit, ignorauerit ſe non debere. Nam ſi, cum ſciret ſe non debere ſoluerit, non poteſt repetere ſolutum, l. 2. de condict. indeb. P. l. ſi per ignorantiam, 6. & l. indebitum 9. C. eod. tit. quia ita ſoluens donare videtur. l. campanus, de operis libertor. P. & donati non eſt reuocatio conceſſa, l. velles nec ne, C. de reuoca. donatio.*

c *c. ad noſtram, de emtio. & c. ſignificante, c. illo, de pignorib.*

## C a p v t V.

*Qui mutuum dare poſſunt, & quibus detur.*

IN mutui datione oportet dominum eſſe dantem, *a* ideo nec ſocius communem pecuniam inuitis ſociis mutuat. *b* Vt contra, non contrahitur mutuum, quod reperi poſſit cum filiofamilias, *c* cum alienandi poteſtatem non habeat; debet enim mutuatæ rei in accipientem transferri dominium, vt etiam ſuo, non creditoris periculo pereat. *e*

S c h o l i a.

a *l. 2. §. in mutui datione, de rebus cred. P. vtilitatis tamen cauſa aliquando receptum eſt, vt datum mutuum a non domino, quod ab initio ex ea cauſa non ſubſiſtit, aliquo caſu poſtea validum efficiatur, vt ſi pecunia aliena mutuo data, conſumta fuerit ab accipiẽte, nam poſt conſumtionem, naſcitur tunc condictio. l. nam ſi fur 13. & l. non omnis numeratio 19. §. fina. de reb. cred. P. l. ſi quis pro eo, 56. §. ſi nummos alienos, de fideiuſſorib. lib. 46. P. tit. 1. vel ſi is, cui aliena res mutuo data eſt, non præſcripſerit, l. 15. §. 2. de condictio. indebit. P.*

b *l. ſi ſocius, 16. de reb. credit. P. pro parte tamen quam habet in re communi, mutuum ſubſiſtit, dicta l. ſi ſocius, & l. nam & ſi fur, §. fin. de reb. cred.*

c *l.1.ad ſenatuſconſ. Macedon.lib.14.P. titu.6.l.ſi filius tuus.6. C.eod.tit.lib.4.tit. 28. Excipiũtur tamẽ caſus, quibus ex mutuo filiofamilias facto, naſcitur obligatio iure, vt ſi filiusfamilias pro patrefamilias vulgo habitus fuerit, l.3. ad ſenatuſ. Mace. P.l. 1. & 2. C. eo. titu. ſi patris voluntate contraxerit: aut in eam rem pecuniam acceperit, quæ patris oneribus incumberet, vel ſi ſuæ poteſtatis, poſt mutuum acceptũ factus, nouatione facta pro eo fidem nõ obligauerit, vel aliter agnouerit debitum. l.2.C.eo.titu, Si iuſſu patris pecuniam acceperit. l.4.& 5.§.fin.C.eod.titu. aut ſi pater mutuum ratum habuerit. l.fin. C. eod. Si filiusfamilias ex alio contractu quam mutui, debitor ſit. l.3. C.ad ſenatuſc. Macedo. l. 1.§. is autem ſolus, eo.titu.in P. Si filiusfamilias ſit miles, l.fin. C. eod. titu. &c.*

d C *& mutuum ideo dictum, quod de meo tuum fiat, §. mutui datio.quib.mod.re contrah.obliga apud Iuſtinia. l.2.§.appellata, de reb. cred. P. Inde collige, & prodigos, quibus bonis interdictum eſt, mutuum non contrahere. l. is cui bonis, de verbor. obliga.P. neque furioſos aut mente captos. &c.*

e *§.item is cui, quib.modis re contrah.obliga. l.1.§.is quoque. verſi. & illæ quidem, de actio.P.l.incendium, C.ſi certum petat.* D *Iure ciuili tamen traiectitia excipitur pecunia, quæ facit periculum creditoris, donec ad portum peruenerit. l.nihil intereſt, 4. & l. fœnerator, 6. de nautico fœnore. P. Iure tamen Pontificio hic caſus videtur reprobatus, cum ſuis vſuris, in c.nauiganti, ca.fin. de vſur.*

## Capvt VI.

*De forma & natura mutui quadam.* E

QVia natura mutui cenſetur, vt res in eadem bonitate, ſpecie, & quantitate, & numero reſtituatur, *a* nõ admittitur pactum in mutuo, vt plus quam datum ſit, reſtituatur. *b* vt minus tamen ſoluatur, po-

A terit pacto fieri: *c* & vt eatenus agatur pro repetitione, quatenus debitor facere tantum poſſit *d* in reliquo, omnia quæ inſeri ſtipulationibus poſſunt, eadem & numerationi pecuniæ apponi poſſunt: ideo & conditiones. *e* Quare hinc fit, vt mutui datio, interdum in pendenti ſit, & ex poſt facto confirmetur *f*. Adiiciuntur & pactiones circa ſolutionem mutui faciẽdam, vel gratuito, *g* vel cum vſuris, *h* vel certo loco, *i* vel

B de pœna, ſi non ſolueretur die conſtituto. *k* Natura mutui ex parte ad donationẽ pertinet, quia gratuitum, *l* & ex officio amici pendet, *m* vt ad tempus concedatur debitori, *n*

### Scholia.

a *l. 3. de reb. cred. P. cum ſimilib. ibi notatis.*

b *l.ſi tibi decem, 7. & l.ſi vnus, 27.§.ſi cum decem, de pact. P.l. rogaſti, 11.§.penult. de reb.credit. P.l.cum vltra, de non numerata pecunia, lib.4. C.tit.30.*

c *d.l.ſi vnus, §.ſi cum decem, de pact. P.d.l. rogaſti, §.pen. de reb.credit.*

d *l.ſi quis crediderit 49. de pact. P.*

e *l.omnia quæ inſeri, 7. de reb.cred.P.*

f *l.proinde, 8. de reb. cred. exemplum ibi. & in l. ſi tibi pecuniam, 20. & l. non omnis numeratio, 19. eo.tit.*

g *vt in l. cum debitor, in quib. cauſ. pignus vel hypoth. contrah.*

h *l.Seia, l.penul.§.1. de vſur.*

i *l.cum te, ſi cert. petat. C. l.vinum, eod.tit. in P.*

k *l.ſi creditor, de nouat. P.l.pecuniæ, de vſuris, P.l.cum allegas, C. eod.tit.l. cum ſtipulati ſumus, de verborum obliga. P. Pœnam tamen pro vſuris nemo vtiliter ſupra legitimum modum permiſſum vſurarum etiam iure ciuili ſtipulari poterit, l. pœnam 44. de vſur. lib.22. P.tit.1.*

l *mutuum dantes nihil inde ſperantes, Diui Lucæ, capit.6.*

m *officium amici etiam gratuitum eſſe debet l.1.manda.P.*

n §.1.*qui-*



n §.1.*quibus modis re contrahitur obligatio. ibi. In hoc damus, vt accipientium fiat, & quandoque nobis non eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis reddantur.*

## Capvt VII.

*De fine & effectu mutui.*

EFfectus itaque mutui, iuuare ad tempus proximum. Quare & pro repetitione competit certi condictio: *a* & ex ſtipulatu, ſi interuenerit ſtipulatio. *b* Repetitur & officio iudicis aliquando extraordinario iudicio, vt ſi filiusfamilias ſtudiorum cauſa peregre profectus viaticum ſuum mutuo dederit. *c* Et ſi quis procuratori abſentis mutuam pecuniam dederit, non ex mutuo condictio, ſed negotiorum geſtorum actio dabitur. *d* Competit autem certi condictio ei, qui ſuo nomine credidit, vel cuius nomine mutuatum eſt, *e* aduerſus ſolum mutuo accipientem, vel eius fideiuſſorem: *f* vel aduerſus eum, cuius nomine pecunia mutuo ſumta eſt. *g* Interdum etiam res mutuo datæ ab eo, qui non poterat mutuare, exſtantes a domino vincantur, & conſumtæ condicuntur. *h*

### Scholia.

a §.1.*quib.mod.re contrah.oblig.*

b *in l.ſi ita, 126. Chryſogonus, de verbor.obligatio. P. ita qui alienam pecuniam credidit, ſtipulatus ſibi reddi, recte aget ex ſtipulatu. l.2. C.ſi certum petat.*

c *l. eius qui, 41.§. quod ſi ſtipulatus. eo. P.*

d *l.cum filiusfamilias, 17. de reb.cred.P.*

e *l. certi condictio, 9.§.ſi nummos, & l. 2.§. in mutui, de reb.cred.P. dicta l.ſi ita, 126. §. Chryſogonus, de verbor. obligat. l. 2. per quas perſonas nobis acquir. C. Si tamen is, cuius nomine creditum eſt, non poſſit agere, datur actio ei, qui eius nomine credidit, l. 3. C. de contrah. & committen. ſtipul. Si etiam is, cuius nomine creditum eſt, non habeat ratum, dabitur ei, qui eius nomine credidit, vtilis actio. l. ſi abſentis, 4. C. ſi certum petatur. item & credenti alienam pecuniam, non domino, dabitur ex mutuo condictio, ſi pecunia conſumta ſit ab accipiente. l.non vnde, 7 & l.ſi non. C.ſi certum peta. Addere his poteris de mutui repetitione, quæ diximus, libr. 22. Syntagmat. capit.1.*

f *l. ciuitas, 27. de reb.cred. P.l.eum qui, 13. C.ſi cert. petat.*

g *l. 4. C. quod cum eo. qui in alien. poteſt. eſt neg. geſt. eſſe dica.*

h *l.ſi filiusfamilias, 14. & l.ſingularia, 15. cum aliis plurib. de reb. cred. P. l. interdum, 29, de condict.indeb. P.*

# DE VSVRIS.

## *a* TITVLVS V.

a *Exſtat titulus. de vſuris, libr. 5. decretalium, tit. 19 in Sexto. lib.5. tit.5. in decret. diſt.47. & alibi de vſuris. lib.4. C.titul.32. de vſuris & fructibus & cauſis, & omnibus acceſſionibus & mora. lib. 22. P.tit.1. de nautico fœnore. eod. libr. tit. 2. de nauticis vſuris, nouella 106. de fiſcalibus vſuris. libr.10. tit.7. de vſuris & fructibus legatorum & fideicommiſſorum, libr.6. C.tit.47. de vſuris pupillaribus. lib.5. C.tit.56. de vſuris rei iudicatæ. lib.7. C.tit.54. de vſuris ſupra duplũ non computandis, nouella 138. ne quis mutuans agricolæ terram eius teneat: item quã magnas vſuras creditores ab agricolis debeant percipere. nouella 32. de his qui mutuum dant agricolis. nouella 33. ne quis quod agricolis mutuam pecuniam dedit illius terram detineat, & quem vſurarum modum creditores accipere debent ab agricolis. nouella 34. de vſura conſtitutio 1. Nicephori. lib.1. iuris Orientalis Bonæfidei.*

## Capvt I.

*Continuatio, & de prohibitione vſurarum.*

EXpedito mutuo gratuito, videamus de fœnore ſeu mutuo, quod cum vſuris fit, & inſiſtamus vſuris, *a* quas ius ciuile permiſit, *b* ius pontificium reprobat, *c* iuxta legem diuinam *d* & ſacroſancta concilia. *e* Quare & dicimus peccatum eſſe vſuras accipere: quamuis non peccet, qui neceſſitate compulſus ſoluit, vt mutuũ poſ-

ſit conſequi. *f* Et ſi quis in eum inciderit errorem, vt pertinaciter aſſerere præſumat, vſuras accipere non eſſe peccatum, ſtatutum eſt, contra eum, vt contra hæreticum, vel diffamatum de hæreſi eſſe procedendum, atque eum, vt hæreticum puniendum. *g*

### Scholia.

a *Tractatur de vſuris apud Gratianum, in decreto, cauſa 14. quæſtio. 3. 4. 5. & ſequentibus, & apud Gregorium, libr. 5. decretalium, lib. 5. tit. 19. & lib. 5. Sexti, tit. 5. lib. 5. Clementinarum. tit. 6. libr. 22. P. 1. libr. 4. C. tit. 32. de nautico fœnore. libr. 22. tit. 2. & libr. 4. C. tit. 32. & de nauticis vſuris, Nouell. 106. & Nouella 110. in Ecloga baſilicorum, lib. 23. tit. 3. & tit. de vſuris & fructibus legator. lib. 6. C. tit. 47. de vſuris pupillaribus. libr. 5. C. tit. 56. de vſuris rei iudicatæ, lib. 7. C. ti. 54. docetur & quas vſuras ab agricolis ſtipulari liceat. nouella 32. 33. 34. & de vſuris ſupra duplum non computandis, Nouella 138. & Nouell. 160. nos & multa de vſuris diximus, li. 22. Syntagmatis iuris, c. 3. & 4.*

b *vt liquet ex titulis P. & C. de vſuris. Limes tamen appoſitus vſuris eodem iure ciuili, quem non liceat excedere, pro certorum negotiorum diſtinctione, in l. eos. §. ſuper vſurarum. C. de vſur. legũ ciuilium exemplo, principes etiam Chriſtiani alicubi certam quantitatem vſurarum permiſerunt, nõ autem probarunt, idque ad euitandum maius malum, & ne creditoribus daretur occaſio crudeli modo ſpe lucri priuatis omnino vel nihil mutuo dandi, vel ſi definita non fuiſſet quantitas, ad immenſum modum vſuras exigerent, ſic Deus per Moſem aliquando, permiſit ceruicoſo populo Iſraelitico, dare vxoribus libellum repudii, Exod. 21. non probans quidem repudium quod illicitum eſt, & prohibitum, ſed vt euitaretur maius malum, homicidium eius quam quis non poſſet repudiare, D. Matthæi. ca. 19. vide cano. quædam, 35. qu. 4. & ſatis ſcio principes Chriſtianos, ſi fieri poſſet omnino velle & radicitus euellere fœnerandi modum: ſaltem id eniti ſi Chriſtiani ſint debent.*

c *cap. 1. 2. 3. de vſur. & toto titul. apud Gregor. & in Sext. & tota 14. q. 4.*

d *Exod. 22. Deut. 23. Pſal. 4. Ezech. 18. diui Lucæ. cap. 6.*

e *in can. 9. Apoſtolorum, 43. can. Epiſcopus, 47. diſt. in concilio Eliberitano, can. ſi quis clericorum, can. 47 diſ. Nicena 1. Synodo. c. 17. Lateranenſi. c. 3. de vſur. Lugdunẽſi. cap. 1. & 2. de vſur. in Sext. Viennenſi, Clem. 1. eod. tit, cum ſimil.*

f *tractatur in c. debitores, de iureiur.*

g *in concilio Viennenſi, in Clem. vnic. §. fin. de hæret. lib. 5. Clem. tit. 5.*

## Capvt. II.

### *Vſura quid.*

In hac tractatione vſura prohibita eſt, quicquid vltra ſortem principalem, ſeu debitum mutui, accipitur per creditorem, ratione mutui, *a* cuius vorago animas deuorat & facultates exhaurit. *b*

### Scholia.

a *cap. fin. de vſur. & cap. putent, & fere tota, 14. quæſt. 5.*

b *cap. 1 de vſur. in Sex. quamquam Vlpia. in l. ait prætor, 10. §. ſi quid in fraudem, quæ in fraudem creditor. libr. 42. P. tit. 8. dulcedinem dixerit vſurarũ, quod forſan verum eſt in crudeli creditore, qui capit voluptatẽ ex lucro hoc damnabili, & ideo dulce hoc ei venturum, quod animam eius necat & priuat vita æterna & inſuper conſumit proximi pauperis labores & ſubſtantiam.*

## Capvt III.

### *Vſuræ diſtinctio.*

Vſuram conſtituũt iura, mentalem, & realem. Mentalis, quando ea mente mutuũ datur a creditore, vt amplius quam det accipere poſſit, quamuis reipſa nihil acceperit. *a* Realis quando re ipſa plus quam mutuo dederit, ea intentione fœnerandi accipit. *b* Meminerunt de diuerſa taxatione vſurarum iura pontificia, vnde nomina vſuris impoſita fuerunt, nempe de centeſimis, *c* hemiolis ſeu ſeſcuplis, *d* de nauticis, *e* & aliis iure ciuili diſtinctis, quas omnes pari calculo cuiuſcunque modi eſſent, reprobarunt.



### Scholia.

a *Et hæc etiam vſura prohibita. Luc. 6. per verba illa, mutuum dantes, nihil inde ſperantes, & capit. conſuluit, & Gloſſ. & Panorm. ad c. cum in tua, de vſur.*

b *etiam ſi munuſcula ſint, vinum, oleum, poma & ſimilia. can. 2. & 3. 14. q. 3.*

c *can. ſi quis oblitus, 4. 14. q. 4. ca. quoniam multi, 47. diſt.*

d *vt in proxime citatis canonibus, ſi quis oblitus, & can. quoniam multi, item in ca. 9. non licet, 46. diſtin. Permiſerat Conſtantinus ſecuplas vſuras 4. l. 1. de vſur. libr. 2. Cod. Theodoſiani tit. fin. de illis vſuris videtur meminiſſe diuus Hieronymus, libr. 6. commentariorum in Ezechielem. cap. 18.* Solent, *inquit*, in agris frumẽti mili, vini, & olei, cæterarumque rerum vſuræ exigi: ſiue vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ, verbi gratia, vt hiemis tempore demus decẽ modios, & in meſſe recipiamus quindecim, & hanc vſuram prohibuerunt aliquando ſacri canones, deinde & omnes alias.

e *de his tractatur in titulis, de nautico fœnore, in P. & C. & prohibẽtur. in c. nauiganti, de vſur.*

f *Iure ciuili vſurarum diſtinctiones fiunt, ratione habita ad centeſimam, quæ inter permiſſas iure ciuili maior eſt, quæ 12. vnciis integralibus diuiſæ, aliis minoribus præbent nomen, vt explicatur in l. eos. §. ſuper vſurarum. C. de vſur. centeſima æquat ſortem intra octo annos & quatuor menſes, id eſt, centum menſibus, vnde centeſima dicta, quando duodecima pars ex ſorte centum ſoluitur nomine vſurarum ſingulis annis, hæcque maior, vt minor illa quæ ſemiuncialis dicta, dum ſingulis annis pro centum denariis, dimidium denarii ſoluitur, quæ æquatur ſors intra ducentos annos, dehinc eſt vncialis, quando ex centum denariis præbetur vſurarum nomine vnus denarius, qua æquatur ſors centum annis. Sunt poſt illam gradatim computandæ vſuræ ſextãtes, quadrantes, trientes, quincunces, ſemiſſes, ſeptunces, beſſes, dodrantes, dextantes, deunces, & maiores poſtea centeſimæ, quæ explicantur. in d. §. ſuper vſurarũ dict. l. eos, de vſur. C. & per nos in Syntagmate iuris, & in explicatione tituli, de vſuris.*

## Capvt IIII.

1 *Pro quibus vſura ſit prohibita.*
2 *Pro quibus permiſſa.*

Vſuræ prohibitæ ſunt in mutuo vero vel præſumto, *a* nõ quando eo generali nomine ex altero contractu petuntur alia ratione, vel propter id quod petentis intereſt, *b* dummodo in fraudem prohibitarum vſurarum de his aliter non contrahatur, alioquin & imputantur in ſortem, veluti ſi ex pignore fructus per creditorem percipiantur ob mutuum, fructus extenuant debitum, *c* vel ſorte ſoluta principali debita, reſtitui debẽt: *d* neque ex lege commiſſoria, *e* aut ex ſimulato emtionis contractu, *f* licite percipiuntur.

Quamobrem extra mutuum notantur in iure caſus in iure pontificio, *g* in quibus liceat plus petere vel accipere, quam ſit ſors debiti principalis, & in quib. illud plus debitum, cenſetur perinde ac debitum principale, veluti quando fideiuſſione debitoris cum debito ſoluto, & illud damnum repetit, *h* & gener, qui vxorem nutrit, donec ei ſoluatur promiſſa dos, pro onerib. matrimonii percipit fructus fundi, interim ei pro dote debita oppignerati. *i* Sunt his alii caſus ſimiles, qui in iure latius explanantur. *k* Ille etiã qui dat *l* decem ſolidos, vt alio tempore tot ſibi grani vi-

ni vel olei menſuræ reddantur: quæ licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur, *m* non debet vſurarius reputari. Ratione quoque eius dubii *n* excuſatur, qui pãnos, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius quam tunc valeãt in certo termino recipiat pro eiſdem, ſi tamen ea, tempore contractus non eſſet venditurus. Pro labore quoque impenſo, pro exoneranda Eccleſia aliquid relinquere ex fructibus rei pignoratæ creditori, pro Eccleſia ſoluenti, licitum viſum eſt. *o* Placuit & non eſſe vſurarum contractum, ſi quis emit cenſus annuos pro certa ſumma pecuniæ, ſoluendos ſuper certis agris & terris aut domibus vendentis, etiam ea lege vt oblata vel exſoluta pecunia emtionis, a debitore redimi poſſint, vel in totũ, vel pro modo pecuniæ ſolutæ. *p*

SCHOLIA.

a *Nam cauſæ cur prohibeantur in mutuo, in eo contractu ſingulares, & propriæ eius naturæ ſint, quæ non habent locum in aliis. Quia mutuo dato, rei mutuatæ dominium tranſit in accipientem, l. 2. §. appellata. de rebus credit. Ideo iniquum viſum eſt domino exigere pro rei ſuæ vſu aliquid, & cõtra naturam dominii, quæ liberam habet adminiſtrationẽ. l. in re mandata. C. mand. l. nemo externæ, de Iudæis. C. Deinde natura contractus mutui eſt, vt nihil vltra quam datum ſit promitti aut exigi poſſit. l. rogaſti, l. ſi tibi dedero, de reb. cred. P. l. ſi tibi decem, de pac. P. cum ſimilib. Sed & mutuũ ex officio amici procedit, quod debet eſſe gratuitum, l. 1. mandat. P. ſunt his aliæ rationes a nobis additæ in titulum. de vſu. vide & multa apud Plutarchum, libell. non eſſe fœnerandum.*

b *vt in cap. per tuas, de arbit. capit. 1. de plus petitio. c. ſacro, de ſentẽtia excom. Petitur enim & id quod noſtra intereſt, etiam iure diuino licite. Exod. ca. 21. & 22. & capit. 1. & 2. de iniuriis. Differt autem id, quod intereſt ab vſura, quod id quod intereſt, eſt petenti damnum emergens, & lucrum ceſſans ſibi ex aliqua re vel facto. At contra vſura, eſt lucrum emergens & damnum ceſſans, id eſt, lucrum ex re, ſine aliquo petentis incommodo, vt notatur in textu. & gloſſ. de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. C.*

c *vt in c. 1. & 2. & ca. conqueſtus, 8. de vſur. l. 1. de diſtractio. pignorum. C. l. 2. de partu pignor. C. l. ſi domum. de pignorib. cum ſimilib.*

d *c. ad noſtram, 7. de iureiur. c. cum contra, 6. de pignorib. lib. 2. tit. 21.*

e *c. ſignificante, 7. de pign. l. 1. & 2. de pact. pignor. C.*

f *c. illo vos, 4. de pignorib. ca. ad noſtram, de emtio.*

g *iſti caſus verſibus his notantur;*

Feuda, fideiuſſor, pro dote, ſtipendia cleri,
Venditio, fructus, cui velles iure nocere,
Vendens ſub dubio, pretiũ poſt tempora ſoluens
Pœna nec in fraudem, lex commiſſoria, gratis
Dans, ſocii, pompa, plus ſorte modis datur iſtis.

*Quos caſus explicat gloſſa, & Henricus Bohic, ad c. conqueſtus, de vſuris, ego aliter explico. ad c. 1, eius tit.*

h *c. peruenit, de fideiuſſorib.*

i *ca. ſalubriter, 16. de vſur. l. pro oneribus, de iure dotium, C. l. dotis fructus, 7. eod. tit. P. quia hic proprie vſuræ non ſunt, ſed id quod intereſt mariti, filiam patris nutrire, & onera ferre, paret bona eius & dotem retinere, quæ deſtinata ſunt his oneribus, vide Chaſſaneum, in tit.* des droits apparrenants a gens marietz. *ad §. 23. nu. 6. in conſuet. Burgundiæ. facit. l. ſi quis pro vxore. §. ſi vxor, de don. int. vir. & vxor P.*

k *vt dictũ ſupra proxime litera g. ex gloſſa c. conqueſtus, de vſuris.*

l *hæc quæ ſequuntur ſumta ſunt ex c. fi. §. fin. de vſur.*

m *dubium*



m *dubium hæc ſuſtinet contractũ, quod res ſicuti maioris ſit, & minoris pretii eſſe poſſit: & ita eſt veluti aleæ iactus inter contrahentes, quare vt alienus a fraude contractus ſuſtinetur. in l. ſi ea lege, aliter ſi ea pactione. C. de vſur. l. 1. C. de pact. ſimile. in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtamen. Alioquin ſi certũ eſſet, pluris futuras merces ſolutionis tempore, contractus vt vſurarius reprobaretur, vt expreſſe deciſum. in c. in ciuitate. c. 6. de vſur.*

n *dict. c. fin. §. fin. de vſur. & dict. c. in ciuitate, eod. tit.*

o *c. pen. de reb. Eccleſ. non alienan. lib. 3. tit. 13. Sed & notant interpretes licere & ſine patrono, oblata creditori a debitore, accipere, ſi ſine intentione accipiendi vſuras mutuum datum fuerit. Non magis quam non eſt ſimoniacum habitum, ei qui dat ſpiritualia, gratis oblatum, & modicum a recipiente, accipere. in c. etſi quæſtiones, de Simonia.*

p *ita declaratum expreſſe per Martinum 5. in c. 1. & Calixtum 3. in c. 2. de emtione, in extrauagantibus communib. libr. 3. Et ratio videtur ex eo pendere, quod hic vere contractus emtionis, cum pacto retractus ſeu de retrouendendo, vt dicunt, licito, & in quo qui emit tanquam vere dominus, quandiu res non retrahitur, nec ei pretium reſtituitur vel offertur, facit fructus ſuos rei emtæ. in l. 2. C. de pac. inter emtor. & vend. lib. 4. C. tit. 54.*

## CAP. V.

*Qui vſuras, & a quibus accipere poſſint.*

NVlli vſurarum vſus iure conceditur: non Clericis, *a* non Laicis, *b* non Iudæis, *c* non capitulis ſeu collegiis, *d* non ciuitatibus, *e* neque etiam ſub prætextu redimendorum captiuorum, *f* vel vtilitatis clericorum ad ſtipendia illorum. *g* A nullo etiam licet vſuras accipere. *h* Quare & in iure iſto, ſuperfluum eſt inquirere ſecundum quam taxationem vſuræ vetitæ vel permiſſæ cenſeantur, *i* cum eodem, omnis ſpecies vſurarum ſit prohibita. *k* Idcirco nec debitores ad ſoluendas vſuras cogi debent. *l* Si tamen ſe ſoluturos iurauerint, coguntur quidem ſoluere, & reddere domino iuſiurandum, *m* verum creditores poſtea, acceptas vſuras, cogendi ſunt, etiam eccleſiaſtica ſeueritate, ſi opus fuerit, reſtituere. *n* Sed & ſtatutum, vt creditores iuramenta ſuper vſuris ſoluendis præſtita, relaxare eccleſiaſtica diſtrictione compellantur. *o*

SCHOLIA.

a *can. ſi quis oblitus, 14. quæſt. 4. ex concilio Martini, c. 62. & in can. quoniam 8. eadem 14. q. 4. ca. quoniam multi, 47. diſt. ex concilio Niceno. c. 17. Aquiſgranenſ. c. 40. cum ſimilib. c. 1. de vſur.*

b *c. 2. de vſur. cum ſimilib.*

c *c. poſt miſerabilem, 12. de vſur.*

d *l. conqueſtus, 8. de vſur. & ibi Ioannes Andreas ait, reprobandos mores ciuitatum, quæ pecunias ad fœnus dant.*

e *Clem. 1. de vſur. facit Pſalmus 54. ibi,* vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, die ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia, & non defecit de plateis eius vſura & dolus, &c.

f *capit. ſuper eo, 4. de vſuris. ratio quia mala non ſunt facienda, vt bonum ſequatur. ca. ſic non ſunt, 32. quæſt. 4. capit. magnopere, ne cleri, vel monachi. ſeculari. neg. ſe immiſceant.*

g *argumento dict. capit. ſuper eo. Quia & clero prohibetur vſura. capit. 1. de vſur. cum ſimilibus ante citatis. neque eleemoſynæ faciendæ vel recipiendæ ſunt ex fœnore, cano. nolite, can. forte, 14. q. 5. Neq. ab Eccleſia recipi debent oblationes vſurariorum, imo ſi acceperit, tenetur eas reſtituere, cap. 3. de vſur. Sicque emendantur iura Imperatorum, quib. permiſſum erat, vt Eccleſiæ poſſent accipere vſuras quadrantes, Nouell. 7. & notat Scholion. li. 23.*

P u

*Baſilicorum tit.1.ad cap.47. Et Conſtan-* A
*tinus Harmenopulus,lib.7. περὶ κερτῶν.*

h *Et hoc eſt quod dictum eſt a diuo Am-*
*broſio,in ca.15. commentariorum ad To-*
*biam,relatum,in can.fin.14.q.4.* ab illo
licet vſuras accipere,cui merito nocere
deſideras, quem non ſit crimẽ occide-
re.Sine ferro dimicat, qui vſuras flagi-
tat. *Quorum verborũ mens eſt,vt quem-*
*admodum nullũ ſine tranſgreſſione man-*
*dati Dei licet occidere, ob præceptum non* B
*occides, neque licet priuata auctoritate*
*arma mouere; ſic nec licet a quoquam v-*
*ſuras accipere.Ideo etiam Dominus noſter*
*Ieſus Chriſtus emendauit duritiem legis*
*antiquæ, quæ permittebat ab inimicis ſe-*
*cundum explicationem Iudæorum, vſu-*
*ras accipere, nõ fœnerabis vel dabis ad v-*
*ſuram fratri tuo.Deut.23.verſ.19. Quod*
*Chriſtus ſuſtulit, dum nullum voluit eſſe*
*nobis odio habendum in perfecta Euange-* C
*lica lege,dicens Matth.c.5.* Audiſtis quia
dictum eſt,diliges proximum tuum, &
odio habebis inimicum.Ego autem di-
co vobis, Diligite inimicos veſtros, &
benefacite his, qui oderunt vos, vt ſitis
filii patris veſtri,qui in cœlis eſt, qui ſo-
lem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & in-
iuſtos. *Neque impugnat hanc prohibitio-*
*nem,quod permiſſum eſt a barbaris & ho-*
*ſtibus, ſubtili ingenio aurum extorquere,* D
*l.2.de commerciis & mercatoribus.C.l.1.*
*§.non fuit autẽ contentus,de dolo.P.Nam*
*hoc de mutuo intelligi non poteſt, eo quod*
*mutuum non hoſtibus & barbaris, ſed a-*
*micis dari ſoleat.*

i *quæ quæſtio eſt nihilominus in iure ciuili*
*frequens,& reſoluta in l.eos.§.ſuper vſu-*
*rarum.C. de vſur. & in quibuſdam pro-*
*uinciis per dicta principum.* E

k *cap.1.de vſur.*

l *ca.debitores,6.de iureiur.lib.3.tit.24.*

m *Soluere vſuras peccatum non eſt, quam-*
*uis eas accipere ſit peccatum,vt notat gloſ-*
*ſa fin.ad d.c.debitores. de iureiuran. quo-*
*circa,cum iuramentum de ſoluendis vſu-*
A *ris poſſit ex parte iurantis impleri ſine de-*
*trimento ſalutis æternæ, ſeruandum eſt. c.*
*quamuis,de pactis, in Sext. Solutæ autem*
*reſtituuntur,quia ſine non detrimento ſa-*
*lutis æternæ retineri poſſunt, vide quæ de*
*his tractat diuus Thomas,2.2.q.78.argu-*
*men.3. & Dominic. Sotus libr. de iuſtitia*
*& iure.q.1.artic.4.& 5.*

n *d.c.debitores,de iureiuran.*

o *c.1.& c.ad noſtram 20.de iureiur.c.tuas*
B *dudum,13.de vſur.*

## Capvt. VI.

1 *Pœna vſurariorum, reſtitutio.*
2 *Priuatio ſepultura.*
3 *Teſtamenti.*
4 *Aliæ & contra clericos & beneficiatos.*
5 *Manifeſti vſurarii qui.*

INter pœnas vſurariorum primum co- 1
gendi erunt *a* per pœnas ſtatutas in cõ-
C cilio generali, *b* acceptas vſuras reſtituere
his,a quibus acceperint, vel eorum hære-
dibus,*c* & illis non exſiſtentibus, pauperi-
bus erogare: *d* dummodo in facultatibus
ſeu bonis habeant,vnde poſſint reddere; *e*
quia non dimittitur peccatum niſi reſti-
tuatur ablatum. *f* Qui autem non habue-
rint bona,ex quibus poſſint ſatisfacere re-
ſtitutioni, non puniuntur ea pœna, *g* cum
nota *h* paupertatis euidenter excuſet. Poſ-
D ſeſſiones tamen ex vſuris comparatæ ven-
di debent, & ipſarum pretia his,a quibus
extortæ ſunt, reſtitui, *i* vt ſic non ſolum ab
illa pœna,ſed etiam a peccato, quod per v-
ſurarum exactionem incurrerant, poſſint
liberari. *k* Filii quoq; vſurariorum ad reſti-
tuendas vſuras eadẽ diſtrictione ſunt co-
gendi, qua parentes eorum,ſi viuerẽt, co-
gerentur. Idipſum & de hæredibus extra-
E neis illorum dicendum, *l* quemadmodum
& filii & hæredes eorum, qui ſoluerint v-
ſuras, eodem modo quo mortui repetere
poſſunt, *m* ſi modo ipſi, hæredeſque eo-
rum aut filii prius reſtituerint vſuras,quas
defuncti vel eorum hæredes ab aliis acce-
perint. *n* Neque manifeſti vſurarii, maxi-
me quos



me quos vſuris renuntiaſſe conſtiterit,cõ- A
uenti ab aliquibus de vſuris, reſtituendis,
vllius appellationis ſubterfugio ſe tueri
poterunt. *o*

2 Rurſum manifeſti † vſurarii non reſti-
tuentes,ſepeliendi nõ ſunt. Et quãquam *p*
de vſuris,quas acceperint,ſatisfieri expreſ-
ſa quantitate vel indiſtincte manifeſta vo-
luntate mandauerint, nihilominus tamen
eccleſiaſtica ſepultura erit deneganda, do-
nec de vſuris ipſis prout patiuntur facul- B
tates illorum, plenarie fuerit ſatisfactum,
vel illis, quibus facienda eſt reſtitutio, ſi
præſto ſunt illi, aut aliis,qui poſſint eis ac-
quirere,vel his abſentib. loci ordinario, *q*
aut eius vices gerenti,ſeu rectori parochiæ
in qua teſtator habitat, *r* vel donec ſeruo
publico de ipſius ordinarii mandato fue-
rit cautum idonee de reſtitutione facien-
da. Omnes autem religioſi & alii, qui ma-
nifeſtos vſurarios,contra prædictam con- C
ſtitutionem ad Eccleſiaſticam auſi fuerunt
admittere ſepulturam, eidem pœnæ La-
teranenſi concilio contra manifeſtos vſu-
rarios promulgatæ,ſuppoſiti ſunt, *s* nem-
pe,vt qui eos ſepelierint, aut eorum acce-
perint oblationes, reddant quæ accepe-
rint, & donec ad arbitrium epiſcopi ſatiſ-
fecerint, ab exſecutione officii ſui maneãt
ſuſpenſi, *t* & interim ipſo facto excommu-
nicati. *v*

3 Subinde nullus,teſtamentis † manife- D
ſtorum vſurariorum intereſſe, aut eos ad
confeſſionem admittere, ſiue ipſos abſol-
uere debet, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel
de ſatisfaciendo,vt dictum eſt,pro viribus
ſuarum facultatum idoneam cautionem
præſtent. Teſtamẽta etiam manifeſtorum
vſurariorum aliter facta nõ valent,ſed ipſo
iure irrita fiunt. *x*

4 Propoſitæ inſuper † aliæ pœnæ contra E
contumaces manifeſtos vſurarios ab vſu-
ris non deſiſtentes, vt excommunicatio, *y*
ab oblatione repulſio, *z* infamia. *aa* Et cle-
rici vltra deteſtandis vſurarum lucris inſi-
ſtentes, periculum officii eccleſiaſtici pa-
A tiuntur, *bb* & ſi prohibitione fœnerandi
parere contemnant,a beneficio & officio
primum ſuſpenduntur, *cc* dehinc contu-
maces ab iiſdem obtentis deponuntur &
deiiciuntur, *dd* & ab obtinendis repellun-
tur, *ee* vt etiam ab ordinibus ſacris ſuſci-
piendis. *ff* Atque conſtitutione Concilii
Lateranenſis cautum, *gg* ne collegium,
vel alia vniuerſitas, ciuitas, aut ſingularis
perſona cuiuſcunque ſit dignitatis, con-
B ditionis, vel ſtatus, alienigenas, vel alios
non oriundos de terris ipſorum, publice
fœnebrem pecuniam exercere volentes,
ad hoc domos in terris ſuis conducere,
vel conductas habere, vel habitare per-
mittant, ſed huiuſmodi vſurarios manife-
ſtos, omnes intra tres menſes de terris ſuis
expellant, nunquam tales de cætero ad-
miſſuri.

Prohibitum & omnibus domos ad
C fœnus exercendum locare, vel ſub alio
quocunque titulo concedere. Et ſi con-
tra fecerint, ſi perſonæ ſint Eccleſiaſticæ,
patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſuſ-
penſionis: ſi autem collegium, vel alia v-
niuerſitas,interdicti ipſo facto ſententiam,
incurrant,quam ſi per menſem animo ſu-
ſtinuerint indurato, vt terræ ipſorum,
quandiu vſurarii in eis commorabuntur,
ex tunc Eccleſiaſtico ſubiaceant interdi-
D cto. Si laici fuerint, per ſuos ordinarios
ab huiuſmodi exceſſu omni ceſſante pri-
uilegio, per cenſuram etiã Eccleſiaſticam,
compeſcantur.

Tales autem † dicentur manifeſti vſu- 5
rarii, aduerſus quos pœnæ prædictæ & a-
liæ exerceantur,de quibus non dubitatur,
quin tales ſint, quamuis per ſententiam
non ſunt cõdemnati, quia interdum pro-
pter potentium, qui eos tuentur timo-
E rem,nullus accuſator appareat. *hh* Alio-
quin & manifeſti dicentur, *ii* quando vel
per confeſſionem, vel probationem legi-
timam notæ fuerint vſuræ, aut per eui-
dentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione
poſſit celari.

**Scholia.**

a Hæc quæ ſequuntur ſumta ſunt ex ca. cum tu, de vſur.

b c. quia in omnibus.4.eod.tit.in Sex.

c quandiu inuenitur dominus rei, vel eius hæres, res non eſt danda pauperibus.c.ſicut dignum,6.§.eos.de homicid.c. eam te, de iureiurand. quare ſi abſens ſit is, cui reſtituenda eſt, ſaltem ſumtibus eius ad eum eſt tranſmittenda, argum.l. operæ enim, de oper.libertor.P. Si quidem vſurarius B nouerit vbi is habitet, vel ſi ſumtus nõ excedant rem reſtituendam propter diſtantiam locorum, quo caſu poterit dari pauperibus, gloſſa, ad dict. c.cum tu, ad verba non ſuperſtitibus, de vſur.

d dict.ca.cum tu, de vſur. male quæſita ſunt pauperibus diſtribuenda per eleemoſynas, vt turpiter quæſita, quando videlicet dominium talium rerum eſt translatum in acquirentem. ſic intelligendus canon, qui C habetis, 14.quæſt.5.non autem quando is qui poſſidet male quæſita, tenetur & debet domino læſo reſtituere, vel eius hæredibus, & ſic intelligẽdus eſt alius canon, alioquin, proxime citato contrarius, in cap. nolite, 14.quæſt.5.nolite facere de fœnore eleemoſynas.

e quia qui nihil habet, cogi non poteſt ad ſolutionem.ca. Odoardus, de ſolutio. niſi ad pinguiorem poſtea peruenerit fortunam.l. D ſi debitoris.de ceſſio.bonorum.P.& inanis eſt actio quam inopia debitoris excludit.c. olim, de reſtitut.ſpolia.l.nam is, de dol.P.

f d.c.cum tu, de vſur.c.peccatum, de regul. iur.in Sex.c.1.14.q.6.

g dict.cap cum tu.

h notam, & quodammodo pœnam, paupertas habet, & vt ait Iuuenal.Satyr.3.

Nil habet infelix paupertas durius in ſe.
Quã quod ridiculos homines facit.

Et Plutus in Stycho,

Iam inde a pauxillo puer ridicul' fui.
Eo quia paupertas fecit, ridiculus fierem.

A Et paupertas agit ad turpia, ſed non excuſat ab infamia furti.l.paliam, de ritu nupt. P.l.ſpadonem.§.ſi. de excuſat.tutor.P.Eſt autem vulgare, ſed veriſſimum omnium ſapientum dictum, de bonis male quæſitis hæredem tertium nõ gaudere, vt frequenter in vſuris conflatæ diuitiæ ingentes citius in nihilum reſoluantur, & vna ſecum legitime quæſitorum fortunas perdant.

i Res emta ex vſuris, videtur cõtrahere vitium vſurarum, & ſuccedit loco pecuniæ, B vt in l.Imperator.§.fin.de lega.2.c.Eccleſia, vt lite pẽden. idque modicum etiam vſurarum. vel venundantur res illæ, vt reliqua vſurarii, ad ſoluendas exactas vſuras tanquam pro ære alieno diſſoluendo, alioquin regulare eſt, vt ex aliena pecunia emtum, non ſit domini cuius erat pecunia, ſed eius qui ſuo nomine emit. l.ſi ea pecunia.C.de rei vendica.l.ad probationem. C. C de probat.l. qui vas, in fin. de fur.

k Solutione enim eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.§.1.quibus mod. tollit. obligatio.

l capit.tua nos, 9.de vſur. filii tamen ita demum tenentur ad reſtitutionem, vſurarum acceptarum, a patre, ſi hæredes ſint, vt & extranei ſucceſſores. Quia ſucceſſores eius, qui vim fecit, vel concuſſionem intulit, vel deliquit, eo poſt litis conteſtationem D defuncto in ſolidum conueniri, aliter in quantum ad eos peruenerit, ne ex delicto defuncti ditentur, manifeſtiſſimi iuris eſt. l. vnic. ex delictis defunctor. In quantum hæredes teneant.libro quarto. C.tit.17.§. non autem, de perpetuis & temporalibus actio. apud Iuſtinian.libr.4.titul.12.l. furti, de furt.P. Et turpia lucra ab hæredibus ſunt extorquenda, l. in hæredem, de calumniato, P.l.videamus. quod metus cauſ.in P. Quod ſi filii hæredes patris non ſint, proculdubio non tenebuntur pro eius debitis.l.2.ne filius pro patre, lib.4.C.ti.3. l.ſi.de Primipilo.lib.12.C.tit.63.Rurſum quia pro repetitione vſurarũ bona defuncti vſurarii erãt generaliter obligata, c. cũ tu, de



vſur. recte hæredes pro eadem obliga- A tione conueniuntur: quia quemadmodum defunctus, ſic & ipſe rei incumbere dicuntur aliena, hæredeſq; ita in vitium ſuccedunt defuncti, & in parem fortunam, & eadem condemnatione digni, l.2.de furtib.& lit.expenſ.lib.7. C.tit.5.l. cum hæres.de diuerſ.& temporalib.præſcriptio.P. facit l.vnic.vt actio.ab hæredib.& contra hæredes lib.4. C.tit.11.Item & hæres pro defuncto tenetur pro reparatione rapinæ, B cap.in literis, de raptor.cap.fina.de ſepult. tanquam ex contractu indebiti ſoluti, vt nec poſſit hæres obiicere vel excipere nihil ad ſe perueniſſe.vide gloſſ.ad c. Michael, 7.ad verbum pater, de vſur.& gloſ.ad c. 2.ad verbum facultatis, de vſuris in Sex.

m c. Michael, de vſur.

n in dicto c. Michael. & c. quia fruſtra, 14. de vſur. Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet, factum præ- C ſtare debet l.ex qua perſona, 192.de regu. iuris.nec meretur legis auxilium, quæ cõtra legem facit.dicto c.quia fruſtra, & c.an ſit, & c.conſtitutus, de appella. l.ſcimus, §. ſi vero poſtquam, de iure deliberan. l. auxilium, de minori.P.cum ſimili. vide de his Ludouicum Roma.ſingula.340.incip. quia fruſtra. Et Marſilium ſingulari. 609.incipit.aduertas ad vnum, vide & notabilem gloſſam ad c. quia fruſtra, ad D verbum reſtituerit, de vſuris, de quæſtionibus pluribus circa non reddentes vſuras acceptas, & ſuper repetitione datorum.

o c.quam pernitioſum, 17.de vſur.

p hæc verba quæ ſequuntur ponuntur in c.2. de vſur. in Sex. ita in cauſa reſtitutionis vſurarum, opus eſt facto, videlicet reali reſtitutione, vel idonea cautione de reſtituendis, idonea porro cautio debet continere receptarum vſurarum certam quantita- E tem.ſi certa ſit, ſi incerta erit, moderanda, dicto c.2.§.cæterum, de vſur.in Sex.in quo c.2. Gregorius decimus, emendat c.3.de vſur.apud Greg.dum ſepultura ibi denegabatur tantum, ſi in peccato deceſſiſſet. ille A vero non tantum ſi deceſſerit in hoc peccato, ſed etiam ſi non reſtituerit re ipſa, vel non cauerit de reſtitutione idonea ante mortem.

q gloſſa in d.c.2.de vſur.in ſex. per ordinarium iudicem intelligit Eccleſiaſticum iudicem, vt epiſcopum, decanum, archipresbyterum, abbatem. Eſt tamen cognitio de vſuris illicitis fori vtriuſque & ſpiritalis & temporalis gloſſa ad c. cum ſit generale, B 8.ad verb.malefactores, de foro competen.

r dicto c.2.de vſur.in Sext.

s dicto c.2.§.omnes autem, de vſur.in Sex.

t c.quia in omnibus, 3.de vſur.in Sex.

v Clem.1.de ſepul.libro 3.tit.7.

x dicto c.2.§.nullus, de vſur.in Sex.prohibetur etiam communio Eccleſiaſtica in cap. quia in omnibus, de vſur.

y dicto.c.2.§.fin.de vſur.in Sex.

z ca.miniſtri, 14.q.4.c.3.& c præterea 7.de C vſur.c.debitores, & ſequent.de iureiura. & ibi Panor.ſuadet potius ab hac ſententia excommunicationis eſſe incipiendum, quod magis timeatur, & ſit medicinalis in vita vſurarii propoſita, ſi eam is in quem fuerit lata non contemnat.c.1.de ſententia excommunica.in Sex.ca. multi, 2.q.1.ca. notandum, 24.q.3. Poſſent & communitates & vniuerſitates ob id interdici c.1. de vſur.in ſex.c.non eſt nobis, 11.de ſpon- D ſalib. vide Panor.ad c. dilectus filius, 30. nu.12.de ſimonia.non ſolet autem excommunicari vniuerſitas, c. Romana, §.vniuerſitatem, de ſent. excommunica.in Sex. ſi tamen de facto excommunicetur, timenda erit ſententia.Sic in c.poſt miſerabilem, 12.de vſur.ſtatutum, vt Iudæi ad remittendas Chriſtianis vſuras per principes & poteſtates ſeculares compellantur, & donec remiſerint, ab omnibus Chriſti fidelibus, E tam in mercimoniis quam in aliis per excommunicationis ſententiam, communionem omnimodam eis iuſſum eſt denegare.

aa c.quia in omnibus, de vſur.

bb quia improbum fœnus exercentes, infames ſunt, l.improbum, C.ex quibus cauſis

*infamia irroget. ca. infames, §. porro, 3. q. 7. improbum autem fœnus dicitur ex iure pontificio omnis ſpecies vſurarum c. 1. de vſur.*

cc *dicto c. 1. de vſur.*

dd *c. præterea, 7. de vſur. ca. clerici, & ibi gloſſ. ad verbum* ceſſare, *4. q. 1.*

ee *c. ſi quis oblitus 4. 14. quæſt. 4. can. quoniam multi, 47. diſtinct. can. ſi epiſcopos. 41. diſtinct. & in can. Apoſtolorum 43.*

ff *c. inter dilectos, de exceſſib. præla.*

gg *ca. ſeditionarios, 8. 46. diſtinctio.*

hh *c. 1. de vſur. in ſex. vbi ponuntur quæ ſequuntur.*

ii *c. cum in diœceſi 15. de vſur.*

kk *ca. cum olim, 24. de verbor. ſignifica. lib. 1. titul. 40. ca. fin. de cohabita. cleric. & mulier. explicat & gloſ. quis ſit manifeſtus vſurarius in ca. 1. ad verbum* manifeſtos, *de vſur. in Sex. ſi confeſſus ſit, vel condemnatus, vel notorius, puta quia habet & exercet publice menſam vſurarum. Addit & gloſſ. in cap. 2. ad verbum* manifeſti, *de vſur. in Sex. cenſeri manifeſtum eum, qui talem coram ſacerdote & teſtibus ſe eſſe fateatur, ſi vſuras reſtitui mandat, ſi tradat etiam libros rationum, in quibus vſuræ deſcriptæ ſunt. Attamen ex fama quod quis dicatur vſurarius, ideo manifeſtus non erit, niſi alia concurrant argumenta, dict. cap. cum in tua diœceſi, de vſur. nec ſufficient teſtimonia eorum qui dicant aliquem vſurarium eſſe, quia ei vſuras ſoluerint. vt ait Socinus conſil. 61. quia deponunt in cauſa propria, ideo teſtimonio eorum non creditur l. omnibus, Cod. de teſtamen. Cæterum, ex quibus quis manifeſtus vſurarius conuincatur, tractat Aretinus, in cap. cum in tua, de vſur. Alexand. conſi. 172. volum. 2. Fulgoſius conſilio 138. incipient. viſis dict. Panor. conſil. 81. incipiente ex themate volum. 1.*

A

# DE COMMODATO.

## Tit. VI.

a *Exſtat titulus de commodato lib. 3. tit. 15. lib. 4. eod. tit. 23. commodati vel contra lib. 3. P. tit. 6.*

### Capvt I.

*Continuatio, & quid commodatum.*

POſt mutuum, quod habet quæſtionem
annexam de vſuris, dicendum de alio
contractu re celebrato, de commodato.
B *a* Commodatum, eſt alicuius rei ad ali-
quem ſpecialem vſum gratuito facta con-
ceſſio, ſine dominii translatione. *b*

#### Scholia.

a *Re contrahitur commodatum, §. item is cui res, quib. mo. re contrah. oblig. l. 1. §. is quoque, de act. & oblig. tractatur de commodat. lib. 3. decret. tit. 15. & lib. 13. P. ti. 6. & Codic. lib. 4. tit. 23. in Ecloga Baſilicorum, lib. 13. ti. 1. apud Iulium Paulum,* C *lib. 2. tit. 4. tractamus & nos, lib. 23. Syntag. tit. c. 1. nu. 1.*

b *hæc finitio datur a gloſ. ad c. vnicum de commodato. poteſt & probari per l. 1. commo. P. nos aliam damus lib. 23. Syntag. c. 1. num. 1.*

### Capvt II.

*Commodati diuerſæ ſpecies.*

D COmmodatum aliud eſt, quod fit tan-
tum gratia accipientis, *a* aliud quod fit
tantum gratia dantis, *b* aliud quod gratia
vtriuſque, dantis & accipientis. *c*

#### Scholia.

a *& hoc eſt proprie commodatum, c. 1. de commoda. l. ſi vt certo. §. commodatum l. in rebus 18. commoda. P. in quo accipiens de dolo & culpa tenetur. ibidem.*

b *vt ſiquis vxori ſuæ aut ſponſæ commodauerit, quo honeſtius culta ad ſe duceretur,* E *in quo tantum accipiens de dolo tenetur. l. ſi vt certo loco. 5. §. interdum & cum qui rem, 10. §. ſi rem commodatam, commod. P.*

c *l. in*



c *l. in rebus, commoda. P. in quo & accipiens, de dolo & culpa tenetur.*

### Capvt III.

*De quo fiat commodatum.*

REs mobilis maxime, item & res ſoli ſeu immobilis commodari poteſt, *a* res propria & aliena, quam ſcientes poſſidemus. *b* Non commodatur tamen quæ vſu conſumitur, *c* niſi forte quis ad pompam & oſtentationem accipiat. *d* Sæpe etiam dicis cauſa commodantur pecuniæ, vt munerationis loco ſint, *e* rei quippe commodatæ proprietatem & poſſeſſionem qui dat, retinet. *f* debet tamen qui ad certum vſum commodat, expectare, antequam repetere poſſit, vſum eſſe expletum. *g* fit autem vt plerumque commodatum de re non æſtimata, interdum de æſtimata. *h*

#### Scholia.

a *l. 1. commo. P. tamen pro re immobili commodata tutius agitur actione præſcriptis verbis l. 17. de præſcriptis. verb. P.*

b *l. commodare, 15. l. ita vt fur, & prædo, 16. commod. l. non a iudice, 64. de iudic. P.*

c *l. 3. §. fina. commoda. Pan. quia res commodata, eadem in indiuiduo reſtituenda eſt longe aliter quam in mutuo, in quo non eadem res, ſed in eadem ſpecie, vel vt iuriſconſulti loquuntur, in eodem genere, reſtituenda eſt. l. 2. §. mutui datio, de reb. credit. §. 1. & §. item is cui, quib. mod. re contrah. obliga.*

d *dict. l. 3. §. fin. commod. Pand.*

e *l. 4. commod.*

f *in l. rei commodatæ, 8. & ſequen. commo. Pan. §. item is cui, quib. mo. re. contrahit. obligat. & ita dominium non tranſit in commodatarium, l. nemo, 9. commod. Pandect. ſed remanet penes commodantem, ſi is ſit dominus, l. ſi ſeruus depoſitus, 22. de noxalib. actio. lib. 9. P. tit. 4.*

g *c. vnico de commoda. l. in commodato, §. ſicut, commoda. P. vbi ratio, quod nos iuuari, non decipi beneficio oporteat.*

A h *l. ſi vt certo, 5. § etſi forte, commod. P. l. 1. §. fin. de æſtimatoria actio. P.*

### Capvt IIII.

*De modo & forma commodati.*

GRatuito datur commodatum, *a* & ad
certum vſum explendum, *b* modum
autem vtendi præſcribere eius eſt, qui be-
neficium ſeu commodato dat: conceſſio-
ne autem facta & vſu præſcripto, non po-
B teſt retractare, vel ante tempus conſtitu-
tum commodatum reuocare, *c* & pactum
quod interuenerit ſeruandum erit, *d* niſi
illud a iure expreſſe reprobetur, quale eſt
ne dolus præſtetur. *e*

#### Scholia.

a *§. commodata, quib. mod. re contrahitur obligat. apud Iuſtinia. l. in commodato §. nunc videndum, commod. P. l. ſi rem, §. ſi cum vnicum, de præſcrip. verb. P. alioquin* C *mercede interueniente, locatio eſſet, §. fin. de manda. apud Iuſtinia. §. præter ea, de loca.*

b *vſus enim certus eſt, in quem res commodatur, l. eum qui, 50. commod. P.*

c *l. vnico, de commoda. l. in commodato, §. ſicut commo. P.*

d *cap. vnic. de commod.*

e *dicta l. in commodato. commod. P. nam & in aliis hæc pactio prohibetur, ne dolus præ-* D *ſtetur, l. ſeruus, §. illud, de pact. P. quia induceret ad delinquendum, ex quo merito reprobantur ſimiles pactiones, l. conuenire, de pactis dotalib. cum ſimilib.*

### Capvt V.

*Quibus commodari, & quis commodare poſſit.*

IN pupilli perſona commodatum non
conſiſtit ſine tutoris auctoritate. Nec
E tenetur actione commodati, vſq; adeo, vt
etiam ſi pubes factus dolũ vel culpam ad-
miſerit, hac actione non teneatur, quia ab
initio nõ conſtitit. *a* Idipſum in furioſo di-
cendum. *b* Seruus commodare inuito do-
mino, ſcienti prohibitionem domini,

non poteſt. Et ſi fecerit commodatarius A a Domino furti & commodati actione conueniri poteſt, & condictione ex cauſa furtiua, *c* ſi tamen fur aut prædo commodauerint, habent actionem commodati. *d*

### Scholia.

a *l. 1. §. fin. commo. P. ad exhibendum tamen actione contra illum agetur, & res vindicabitur, l. 2. eodem titu. ſi locupletior etiam factus fuerit pupillus, in eum datur actio* B *vtilis commodati. l. 3. eo. tit. commo. P.*

b *dicta l. 2. commoda. Pand.*

c *l. ſi ſeruus meus, 14. commod. P.*

d *l. ita vt ſi, 16. commo. P.*

## Capvt VI.

1 *Effectus & actiones commodati directo.*

2 *Contraria.*

1 AD repetitionem commodati, datur actio directa commodati, *a* in ſoli- C dum, contra contrahentem, ſi poſſit ſe obligare, & hæredem eius, *b* & in filium familias vel ſeruum, interdum de peculio. *c* Cõuenitur vero hac commodatarius, ſi rem commodatam non reſtituat: *d* vel ſi reſtituat quidem, ſed non loco & tempore, quibus conuentum eſt reſtitui, *e* vel ſi alio modo vel ad alium vſum quam res fuerit data, vſus fuerit, *f* vel ſi deteriorem factam aliunde, quam ex vſu ad quem data eſt, red- D dat. *g* Siquidem ſi in vſu legitimo, ad quem data fuerit, deterior ſine culpa commodatarii facta fuerit, non tenetur, *h* aut ſi alius quam commodatarius per iniuriam deteriorem reddidiſſet, *i* quia periculum rei, & ipſe interitus ſeu caſus fortuitus, ſi de eo aliter cautum non ſit, ad commodantem pertinet, *k* niſi illud accideret dolo commodatarii aut culpa, aut poſt moram reſtituendi ab eo commiſſam. *l* Quia & qui E commodatum accepit, de leuiſſima etiam culpa tenetur, *m* niſi conuenerit, vt ſolus dolus, non etiam culpa, præſtetur, *n* aut niſi ſolius commodantis gratia, commodatum fiat, quo caſu commodatarius, de do- A lo tantum, non de aliqua culpa tenetur. *o* Q emadmodum nec tenebitur de culpa is, cui vltro, & non roganti commodatum fuerit datum. *p* Si autem gratia commodantis & commodatarii detur, tenebitur commodatarius tantum de lata culpa, & dolo. *q* Quod ſi res æſtimata commodata fuerit, omne periculum ab eo præſtandum erit, qui æſtimationem ſe præſtiturum receperit. *r*

B Cæterum quemadmodum ex cauſis 2 ſuperioribus datur actio directa commodanti aduerſus commodatarium: ſic eidem commodatario contra commodantem ex aliis datur contraria commodati. *s* Veluti ſi ante vſum conceſſum vel tempus expletum, velis repetere rem commodatam, *t* vel ſi eam ſurripuerit, *v* vel ſi ſciens prudenſque rem vitioſam, ex qua commodatarius damnum receperit, com- C modauerit. *x* Si commodatarius impenſas immenſas extra vſum, ad quem eſt res commodata, in eam rem, fecerit. *y* Si ſeruus commodatus, ei furtum fecerit. *z*

### Scholia.

a *quando videlicet contractus commodati contrahi poteſt cum accipiente l. 1. commo. P. datur & vtilis directa contra eum cum quo contrahi non potuit pro commodato repetendo, vt contra pupillum locupletiorem ex commodato factum, l. 3. commoda. non poteſt autem retineri res commodata prætextu debiti, in compenſationem l. fin. C. de commod.* D

b *l. 3. §. hæres, & l. in commodato, 17. §. ſi ex facto, eo. tit. Pandect.*

c *l. 3. §. ſi filiofamilias, commo. Pan.*

d *l. 2. & 3. C. de commodato.*

e *l. ſi vt certo. 5. commo. Pand.*

E f *l. ſi vt certo, §. quinimo. eo. tit. l. qui ſeruum, 33. §. ſi is cui rem, de actio. P. l. qui re, 8. de fur P.*

g *l. 3. §. 1. l. eum qui, 10. l. in rebus, 18. §. fine autem, commo. Pan.*

h *l. ſi. commo. P. l. fin. ad leg. aquil. Atque hic habetur*



*habetur ratio eius quod intereſt rem dete-* A *riorem factam, eaque ratione iuratur in litem, l. 3. §. ſi reddita, & in hac actione, de commoda. P. l. non a iudice, 64. Iudic. P.*

k *c. vnico, de commoda. l. ſi vt certo §. quod vero, & l. in rebus. 8. commo. P. l. 1. §. is quoque, de actio. P. §. item is cui quibus modis re contrah. oblig. in d. l. qui furtum, 6. in fine de condictio. furtiua. P. Sic ſi equus commodatus perierit, vel in damnum in-* B *currerit ſine culpa commodatarii, damnum ad commodantem, pertinet, l. fin. ad leg. Aquil. P. imo ſi res commodata detur numero referenda domino, alioquin ita idoneo vt non debuerit æſtimari, futurum vt a quoquam deciperetur, malo, ſi id tamen contigerit, periculum eſt commodantis, l. argentum, 20. commodat. P. aliter autem qui remiſerit tenebitur, ſi elegerit nuncium minus idoneum, niſi commodatarius* C *mandaſſet commodatario per certam perſonam ſibi remitti, in cuius manu res perierat l. eum qui 10. §. fin. commod. P. vide cap. ſignificante, de pignorib. c. cum olim, de officia delega. l. cum a matribus, qui petant tutor. C. An autem commodatarius qui receperit in ſe omnem caſum, poſſit cõueniri de caſu fortuito, diſputat in vtramque partem Pileus Modicenſis antiquus gloſſator in q. 60. & concludit poſſe, etiam* D *ſi ſublata res fuerit caſu fortuito, argum. l. 2. C. de commod. & l. iuriſgentium. §. ſed et ſi, de pact. P.*

l *dicto c. vnico, de commo. & l. ſi vt certo, §. nunc videndum, & §. ſed interdum & in l. in rebus, commo. P. §. is quoque cui, quib. mod. re contrah. oblig. apud Iuſtinia. & l. 1. de actio. P. de mora nos tractamus abunde lib. 21. Syntag. c. 14. & de caſibus fortuitis c. 1. de dolo c. 33.* E

m *c. vnico, de commod. Commodatarius tenetur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa, eo quod teneatur in re commodata talem diligentiam adhibere & cuſtodiam, qualem ſuis adhibet, qualemque alius dili-* A *genter adhibere potuiſſet l. in rebus, l. ſi vt certo, §. commodatum, commoda. quid autem ſit leuis, lata, & latiſſima culpa, videbis explicatum in l. quod Nerua, depoſit. P. & apud nos plene lib. 2. Syntagma. iuris, c. 11.*

n *dicto capite vnico, de commoda. l. ſi vt certo, §. interdum, commodati, P. l. 1. §. is quoque apud quem, & l. ſi metus cauſa, de actio. in Pan.*

B o *l. ſi vt certo, §. interdum, l. eum qui, 10. cũ 2. ſequentibus, commoda. l. ſi mei cauſa, de actio. P.*

p *dicto §. interdum, l. ſi vt certo.*

q *dicta l. ſi rem, & l. in rebus. 8. verſ. hac verba. commoda. Pan.*

r *l. ſi vt certo, §. & ſi forte, commoda. P. l. 1. §. fin. de æſtimator. actio.*

s *l. in commodato, 7. & l. in rebus, 8. §. ſi. commo. P.*

C t *c. vnic. §. fin. de commo. l. in commodato, §. ſicut, commo. P. hoc enim diſtat commodatum a precario, quod non repetatur vt precarium, ad arbitrium dantis l. cum precario, 12. de precario, li. 43. Pan. ti. 26.*

v *l. ſi rem, 21. commoda. Pan.*

x *l. in commodato. §. ſicut l. in rebus, 8. item qui ſciens, commoda.*

y *l. in rebus 18. §. poſſunt, commod. P. vbi diſtinguntur ſumtus. Poſſunt, inquit, Caius* D *iuſtæ cauſæ interuenire, ex quibus cum eo qui commodaſſet agi debeat, veluti de impenſis in valetudinem ſerui factis, quæ vt poſt fugam, requirendi reducendiue eius cauſa facta eſſent: nam cibariorum expenſæ, naturali ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepiſſet. Sed & id quod de impenſis valetudinis aut fugæ diximus, ad maiores impenſas, pertinere debet: modica enim impendia, verius eſt, vt ſicuti cibariorum ad eum pertineant.* E

z *competit & furti actio, l. penul. commoda. Pan. l. ſi ſeruus, 31. de pignorat. actio. 10. Sunt & aliæ cauſæ contrariæ actionis, ſi commodatarius pro re perdita ſoluerit, & res redeat ad domum commodantis l. in*

*commodato, §.fi.& l. rem mihi, 21.com-
mo. P. ſi mihi codicem commodaueris, &
in eo mihi chirographarius creditor caue-
rit, & poſtea reſtituto Codice Chirogra-
phum deleueris, l. ſi vt certo, §. quin imo,
commod. P.*

## DE PRECARIO ET PRECARIIS.

## TIT. VII.

a *Exſtat titulus de precariis lib 3. tit.14. in decre-
talibus Gregorii, in ca. precaria & 2. ſeq. 10. q. 2.
de precario. lib. 43. P. ti. 25. de precario & ſaluia-
no interdicto lib. 8. C. tit. 9.*

### CAPVT I.

*Continuatio & finitio precarii.*

AFfinis commodato precarium *a* eſt:
& vt illud, gratuitum, ſine definitione
tamen temporis & vſus conceſſum, *b* in
quo a commodato differt, vt in aliis qui-
buſdam. *c* Precarium eſt quod ad preces
petentis vtendum cõceditur, tandiu quan-
diu is qui conceſſit patitur. *d*

### SCHOLIA.

a *de precario & precariis tractatur lib. 3. de-
cret. titu. 14. & ca. precariæ, in 1. & 2. ſic
incipiente 10. q. 2. & lib. 43. P. tit. 26. &
lib. 8. C. tit. 9.*

b *Vlpianus explicat in l. 1. §. fin. de preca. P.
& ſine die vſum precarii concedi docet
Celſus in l. cum precario, 12. eo. tit. Pand.
Affinitatem autem inter precarium &
donationem, ponit Vlpian. in dict. l. 1. §. &
diſtat. & Paulus Iuriſcon. in l. interdictũ,
de precariis, 14. de precar. P. Nec obeſt
quod & precario interdum adiiciatur tẽ-
pus, vt in l. ſed ſi manente, 5. de precario,
Pan. Nam quamuis adiectum fuerit, ta-
men ante expletum poteſt reuocari, dicta
l. cum precario.*

c *veluti quod precario rogans non teneatur
niſi de dolo, non de culpa, quemadmodum
tamen tenetur commodatarius, teneatur*
A *tamen de latiſſima culpa, quæ dolo æquipa-
retur. l. quæſitum, §. illud, de precar. Pand.*

d *c. fin. de precariis. l. 1. de precario. P.*

### CAPVT II.

*Precarii acceptiones & diſtinctiones.*

PRecarii quidem naturalis vna ſubſtan-
tia eſt, verum ex pactionibus hoc iure
pontificio receptis, adiectio facta eſt, &
cœpit diſtingui precarium a precariis. *a*
B Precariæ & precaria, hoc iure rerum Ec-
cleſiaſticarum ſeu Eccleſiæ fiunt vel vſque
ad quinquennium, vel ad vitam vtentis, *b*
quando videlicet qui accipit, rem Eccleſiæ
fruendam vſque ad certum tempus, vel
quandiu vixerit, ſubiicit Eccleſiæ, in lo-
cum eius rei aliam ſimilis valoris & æqua-
lium redituum, ea lege, vt poſtquam fuerit
elapſum definitum tempus, vel vbi mor-
tuus fuerit qui rem acceperit, res accepta
redeat ad Eccleſiam, cum alia etiam re, quę
C loco eius Eccleſiæ ſuppoſita fuit cum fru-
ctibus & proprietate, *c* fit tamen aliquan-
do precaria de rebus Eccleſiæ, ex cauſa gra-
tis, *d* ſed ita licitæ iſtæ precariæ ſi modo nõ
fiant in præiudicium Eccleſiæ, quo caſu
nec irreuocabiles fiunt conceſſiones, & ſi
fiant, ſucceſſores in beneficio Eccleſiæ, re-
uocare poſſunt ſine vlla exceptione. *e*
Quemadmodum & precariæ aliæve com-
D mutationes tempore, quo Eccleſiæ viduæ
ſunt a prælatis, de rebus earum factæ ab his,
qui loca epiſcoporum occuparunt, reſcin-
duntur, atque ideo cum auctoritate Eccle-
ſiaſtica vel ciuili, ſi faciendæ ſunt, fiunt. *f*
Eaque ratione precariæ quæ quandoque
de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent,
non ſunt pro voluntate concedentium
reuocandæ. *g*

### SCHOLIA.

E a *Et dicimus precarium, quando ex arbitrio
dantis, datum reuocari poteſt, c. fin. de pre-
car. precariam, quando ante quinquenniũ
non poteſt reuocari, c. 1. eo. tit. Dicuntur
& precariæ, quando datum vtendum re-
uocari nequit, quãdiu qui fruitur vixerit.*

b *dicto c. 1. de precario. cano. precariæ, 5. 10.* A
*q. 2. quod ſumtum eſt ex Concilio Bellua-
cenſi, & habetur in Concilio Meldenſi,
cap. 22. & in capitularibus editis anno 4.
Caroli regis, & Ludouici filii Imperato-
ris, Coloniæ cap. 37.*

c *l. iubemus nulli, 14. C. de ſacroſanct. eccleſ.
cano. 2. ea enim §. ſi œconomus, 10. q. 2. &
ſic intelligendum, c. 1. & 2. de precariis. eo
obſeruato, ne res ea detur œconomo Eccle-
ſiæ, vt proximis eius, can. 3. huiuſmodi, 10.* B
*q. 2. authentica quibuſcunque, de ſacro-
ſanct. Eccleſiis. vide ca. precariæ. 4. & ibi
glo. 10. q. 2. de precariis habetur in Conci-
lio Rhemenſi c. 36. & 37. & in Concilio
Moguntino ſub Arnulpho c. 20 in Con-
cilio Meldenſi, cap. 22.*

d *ſicque ſcribit Pan. ad c. 1. nu. 4. de precari-
is, vt quando res Eccleſiæ datur vel clerico
aut laico de eccleſia benemerito, quandiu
vixerit, vt in canon. ſi epiſcopi, 16. q. 3. ca.* C
*poſſeſſiones, 16. q. 1. tuncq́; videtur tantum
facta donatio vſuſfructus, vt & in ca. 72.
ſæpe fit, 12. q. 2.*

e *ca. de precariis, 6. 10. q. 2. c. 2. de precariis.
Ratio in ca. 3. quod quis, 35. q. 9.*

f *ca. precariæ, 44. 12. q. 2.*

g *videlicet ſine cauſa delicto aut culpa poſſi-
dentium, c. fin. § fin. de precar. Et in hoc
differunt precariæ quæ reuocari nequeunt
ante tempus, a precario quod reuocatur ex* D
*arbitrio concedentis.*

### CAPVT III.

*Quæ res precario dari poſſint.*

PRecarium fit rerum in iure conſiſten-
tium, vt ſeruitutum, *a* immobilium &
mobilium, *b* vt & precariæ plerumque
rerum immobilium ad Eccleſiam perti-
nentium. *c* Rei ſuæ tamen nemo preca- E
rium contrahit, ſed alienæ. *d* Niſi for-
ſan Dominus rei ex aliqua cauſa iuſta, rem
retinere prohiberetur, quo caſu eam ſi-
bi interim precario habere licere, roga-
bit. *e*

### SCHOLIA.

a *l. & habet, 15. §. precario, de precario, P. l. ſi
precario. 17. communia prædiorum, P. lib.
8. P. tit. 4.*

b *l. 3. & 4. de precar. in P. exemplum in im-
mobilibus, ſi me rogaueris, vt per fundum
meum ire vel agere tibi liceat, vel in tectũ,
vel in aream ædium mearum, ſtillicidiũ
vel tignum immiſſum in parietem habere,
d. l. 3. l. certe. 6. l. & habet, 15. & l. pen. de
precar. P. Hoſpites tamen qui gratuitam
habitationem habent, non intelliguntur
precariam habere. l. & habet ſummam, §.
hoſpites, de precar. Pand. niſi precario ro-
gauerint, nam eo caſu haberent, atq́; ideo
hæredes eorum interdicto de precario reſti-
tuere habitaculum compelluntur. l. 2. C. de
precario, lib. 8. tit. 9.*

c *c. 1. & 2. de precario cum ſimilib.*

d *l. 4. §. item ſi rem meam, de preca. P.*

C e *veluti ſi Dominus dederit pignori rem cre-
ditori, & poſtea precario rogauerit a credi-
tore, l. certe § fin. de precar. l. qui a ſeruo,
15. de actio. & obl. P. quamobrem debito
ſoluto, cum ceſſet pignoris conſtitutio, ſol-
uitur & precarium re ad Dominum re-
uertente, l. debitor, 11. de precario. Aliud
exemplum in re emta, quam ante prædii
ſolutionem, emtor poteſt rogare licere ſibi
precario poſſidere, l. ea quæ, 20. de precar.
D P. Eo quod venditor, donec ei pretium ſol-
uatur, habet rei retentionem, veluti ex
cauſa pignoris, l. Iulianus, 13. §. offerri, de
actio. emt. Pan. lib. 19. tit. 1.*

### CAPVT IIII.

1 *Qui precario dare.*
2 *Quive poſſidere dicantur.*

PRecario dare poteſt dominus rem ſu- 1
E am, quamuis eam non poſſideat, per ſe,
*a* & per ſeruum, & per filium familias, *b*
item is qui rem alienam poſſidet ex aliqua
cauſa. *c* At ſede Eccleſiæ vacante, precariæ
rerum Eccleſiæ non conceduntur ab eius
occupatoribus. *d*

Precario vero poſſidet is, qui rogat, & aliquando alius quam qui rogauit, ſi qui rogauit in poteſtate eius ſit, vt ſeruus filius familias & procurator, *e* & qui adoptat etiam rogantem, precario poſſidet. *f* Licet precario omnibus vti, precariæ tamen cõcedi vetantur œconomis Eccleſiæ eorumque cognatis, ne in fraudem Eccleſiæ fieri poſſint. *g*

### Scholia.

a *l. vnuſquiſque, 18. de precar. P.*
b *l. duo in ſolidũ 19. §. qui ſeruũ de preca. P.*
c *l. ſed ſi eam rem. 7. & l. quæſitum, 8. eo. ti. P.*
d *ca. precariæ, 12. quæſt. 2.*
e *l. in rebus, 4. §. tenetur, & l. certe, 6. §. 1. l. ſi ſeruus, 13. de precario.*
f *l. ſi adoptauero, 16. de precar. P.*
g *ca. huiuſmodi, 3. §. quibuſcunque 10. q. 2. auth. quibuſcunque, de ſacroſan. Eccle. C.*

### Caput V.

*Modus conſtituendi precarium.*

PRecaria poſſeſſio dari poteſt, vel inter præſentes vel inter abſentes, veluti per epiſtolam, vel per nuncium, *a* qui autem precario concedit, ſic dat quaſi tunc recepturus cum ſibi libuerit repetere. *b* Et ea eſt precarii natura non obſtante quod certum tempus adiiciatur conceſſioni, *c* vel quoad rogans vellet, *d* niſi fiant precariæ, quæ vel in quinquennium, vel ad vitã conſtituuntur, nec ante reuocantur, *e* prout ſcriptura ea de re facta determinauerit, *f* vt in emphytheoſi. *g*

### Scholia.

a *l. prec. 9. de prec. in P. epiſtola, mutus nuncius eſt, miniſterium vero præſtat nuncius deferens, & fungitur epiſtolæ vice hic, & in aliis, vt in l. fi. ſiquis alteri vel ſibi C. lib. 4. tit. 50. l. qui autem, § fin. de conſtitu. pecunia.*
b *l. 1. §. & diſtat, de precar. c. fi. de precariis.*
c *l. 4. § fi. & l. cum precario, 2. de precario. P.*
d *l. 4. loca. lib. 9. P. tit. 2.*
e *c 1. & c. fin. §. fin. de precar.*
A f *ca. 72. ſæpe fit, 12. quæſt. 2.*
g *l. 1. de iure emphyth. C.*

### Caput VI.

1 *Effectus & vis precarii eiusq; interdicti.*
2 *Quomodo finiatur.*

INterdictum de precario merito introductum eſt, quia nulla eo nomine iure ciuili conſtituta, fuiſſet actio: cum eius cõditio magis ad donationes & beneficii
B cauſam quam ad cauſam negotii contracti pertineat, *a* poſſidet qui precarium dat, item & is cui datur. *b* Poſſidenturque ſimul precario res quæ ex re data precario, naſcuntur, *c* & tandiu tantum, quandiu is qui conceſſit patitur, *d* Quare ſi is qui rogauit precario noluerit ex arbitrio concedentis reſtituere, proditum eſt interdictum de precario quo compellatur, *e* item & præſcriptis verbis actio, quæ ex bona fi-
C de oritur. *f* Eaque ratione nulla præſcriptione temporis ſe defendere poteſt, qui precarias ab Eccleſia conſequutus eſt. *g* Interdicto de precario tenetur, non ſolum qui rogauit, ſed etiam hæres eius, eo quod ex precario ad illum quippiam peruenerit, *h* quamquam precarium ad hæredem rogantis non tranſeat. *i* Præſtat autem qui rogauit ex hoc contractu dolum tantum, non culpam, niſi ea ſit dolo proxima, aut
D alia culpa ſuperueniat, poſt moram reſtituendi commiſſa. *k*

Finitur porro precariũ per reuocationẽ factam a domino, *l* morteque eius cui conceditur, non etiã concedentis. *m* At per lapſum temporis precario appoſiti, precarium non finitur, ſi Dominus non repetat, quia cenſetur lapſo tẽpore rurſum precario cõcedere. *n* Niſi ante lapſum temporis prioris, illud dominus prorogauerit, *o* aut
E pẽdente cõceſſo tẽpore, dominus furere cœperit, vel deceſſerit, quia tunc precarium redintegrari non cenſetur. *p* Finitur etiam cum rem precario datam, dominus alienat alicui precarium reuocare volenti. *q*



### Scholia,

a *Paulus in l. interdictum, 14. de precario. eum qui emit, 14. §. is qui precario, de fur. lib. 47. P. tit. 2.*
b *l. in rebus, 4. §. 1. & l. 2. § fin. l. poſſideri, 3. §. ex contrario, & l. & habet 15. §. eum qui, de precar. Pandectis.*
c *Pomponius. in l. quamuis ancillam, 10. de precar. Idque iure acceſſionis, vt accidit etiam in commodato. l. eum qui, §. non ſolum, de furt. P. l. ſi vt certo, §. vſque adeo. commo. P. l. 1. §. quæ depoſitis, depoſit. in Pandect.*
d *in l. 2 ait prætor, §. 1. & l. & habet, 15. & l. cum precario, de precar. P. capit. final. de precar.*
e *Et hoc interdictum eſt reſtitutorium. l. 2. l. interdictum, 14. de precar. P. l. 2. C. eod. titul. quando ſimpliciter res precario data eſt.*
f *l. 2. & l. duo, 19. §. fin. de precar. P. quando videlicet pactum de reddendo interuenit, gloſſ. ad dictam l. interdictum, nam tum cum de re reſtituenda cautum eſt, interdictum non datur, dicta l. & habet, §. cum quis, de precar. P. ſed hac eſt ciuilis actio.*
g *ca. clerici, quilibet, 11. & ſeq. ſi epiſcopus, 16. quæ. 3. ca. ſæpe fit, 72. 10. quæ. 2. neque etiã præſcribit generaliter, qui alieno nomine poſſidet, capit. ſi diligenti. de præſcriptio. l. nec creditores. 3. de pignora. actio. l. male agitur de præſcrip. 30. vel 40. annor. l. non ſolum. §. qui pignori. de vſura Pan. Sicut nec vſufructuarius, vſufructuarius per quas perſonas nob. acquir. apud Iuſti.*
h *l. quæſitum, 8. §. fin. de precar. Pan.*
i *l. cum precario, 12. de precar. Pand.*
k *dicta. l. quæſitum, §. illud annotatur. de prec. Pandect. vbi & ratio. & in l. contractus, 24. de regul. iur. Pand.*
l *Vide caput finale de precariis.*
m *dicto c. fin. de preca. & l. cum precario, 12. §. precarii, & l. quæſitum § quod a Titio, de precario. niſi conceſſio fiat a domino quãdiu voluerit: nam tunc morte eius, vt ex-*
A *ſtincta voluntate, reuocatur precarium l. 4. loca. Pan. c. ſi gratioſæ, 5. de reſcrip. in Sex.*
n *l. in rebus, 4. § fi. de precar. P. ſic fit tacite renouatio locationis tempore elapſo, patiente domino veluti reconducente poſt tempus, l. item quæritur, § fi. & l. qui ad certum locati, P.*
o *l. ſed ſi manente, 5. de precar. P*
p *l. certe ſi interim, 6, de precar. P.*
B q *dict. cap. fi. de precar. & dicta. l. quæſitum, §. quod a Titio, de precar. P.*

# DE DEPOSITO.

## TITVLVS VIII.

### Caput I.

*Continuatio & finitio depoſiti.*

DEpoſitum, *a* ex contractibus qui re
C contrahuntur eſt. *b* Depoſitum vero diffinietur, quod cuſtodiæ cauſa apud aliquem gratuito poſitum, *c* & commendatum eſt, *d*

### Scholia.

a *tractatur de depoſito lib, 3. decretalium, tit 16. de depoſito. Et lib. 16. Pand. tit. 3. & lib. 5. C. titu. 34. nouell. 88. apud Iulium Paulum, lib. 2. receptarum ſen. ti. 4. & 12. in*
D *Ecloga Baſilicorum, lib. 13. tit. 2. apud nos lib. 23. Syntag. iuris vniuerſ. cap. 2. Affinis ſequeſtratio, de qua titulo, de ſequeſtratione poſſeſſionis vel fructuum libr. 2. decretal. tit. 18. & lib. 2. tit. 6. in clementinis, & de prohibita ſequeſtra pecunia libro 4. C. & ſparſim in titulo depoſiti, vt liquebit poſtea. Eſt & titulus nouell. 88. Iuſtiniani, de depoſito & denuntiationibus inquilinorum & de ſuſpendenda adminiſtra-*
E *tione.*
b *§. præterea, quib. mod. re contrah. obliga. apud Iuſtinia. l. 1. §. is quoque de actioni. Pand.*
c *colligitur ex l. 1. cum ſuis §§. & l. Lucius, 24. depoſit. Pandect.*

d commendare & deponere interdum pro eodem.l.commendare,de verborum ſignificatione.canone 14.ne quis arbitretur, 22. quæſtio.2.commendatio in depoſito, vel expreſſe fit, quando fidei depoſitarii commendatur nominatim res depoſita: Et tacere, delata re & recepta per depoſitarium.

## Capvt. II.

1 De triplici ſpecie depoſiti. Depoſitum
2 Sequeſtrum.
3 Sponſio. 4 Et.

1 DEpoſitũ triplex,† proprie depoſitum, ſequeſtrum, & ſponſio. Depoſitum proprie,quando vnus,duo vel plures rem, quæ eſt ſine controuerſia, deponit.

Sequeſtrum † quando res controuerſæ penes aliquem commendantur. *a*

Sponſio, † quando pro controuerſia, non res ipſa controuerſa, ſed aliud deponitur. *b*

Rurſum † ſequeſtratio vel voluntaria eſt, vel iudicialis & neceſſaria, *c* voluntaria, conſentientibus vtriſque contendentibus in iudicio, vel extra iudicium fit. *d* Iudicialis, quæ fit etiam inuitis ipſis litigantibus. *e*

### Scholia.

a l.licet,16.l.proprie,7.§.proprie,depoſit. l. ſequeſter,109.de verbor.ſignificat.& vnde dicatur ſequeſter ibi docetur. & apud Gellium,lib.10.cap.10. vide c.examinata,12.& ibi gloſſam,& Panormita. de iudiciis. Sic legimus ponere in depoſito,pro ſequeſtrato.in l.ab exſecutione 5.quorum appellatio.non recipia.lib.7.C.tit.66.

b vt apud Virgil.ecloga 3.Dametas ait.

De grege non auſim quicquam deponere tecum.

& in l.3.de aleæ luſu & aleatoribus.libr. 10.P.tit.5.fiebat & ſponſio pro litibus ex edicto Caligulæ.Sueton.in Caligula.c.40. & olim etiam pro interdictis.

c Archidiac.ad c.quia res, 11.q.1. Ioannes monachus, Ioan.Andr.ad c.locupletari,de reg.iur.in Sex.Bald.ad ca.1.de ſequeſtra.poſſe.Bald.& Salycet.ad l.vnicam,de prohibit.ſequeſtra.pecuniæ.C.

d vt in exemplo leg.intereſſe,de acqui.rer.domi.l.cæteræ,4.§.fin.& l.ſi quæ ſint cautiones,5.famil.herciſcun.P.l.fi.de fide inſtrum.in P.l.acceptum.C.de vſur.

e l.æquiſſimum,de vſufruct.cum ſimilib.

## Cap. III.

1 Quæ res deponantur.
2 Et ſequeſtrentur.

1 DEponi poſſunt res mobiles, † vt equus, *a* nummi *b* in ſacculo obſignati *c* & non obſignati, ea lege,vt tot & tales reddat depoſitarius. *d* Deponuntur & res in ciſta ſignata, *e* vel in arca clauſę,cum inſtrumentis. *f* Item tabulæ teſtamẽti, *g* homo, *h* ornamẽta, *i* fit & ſequeſtratio in dubio litis euentu, de rebus mobilibus, *k* & immobilibus,vt de Eccleſia, *l* & aliis prædiis; *m* verumtamen raro ſequeſtratio permittitur, quia dubia exſiſtente lite, ab exſecutione incipere, & priuare poſſeſſorem re ſua, ſatis iniquum viſum eſt. *n* Niſi poſſeſſor contra ſe lata ſententia, ab ea appellauerit, *o* Et interim pendente appellatione timeatur de fructuum dilapidatione, ſeu conſumtione facienda a poſſeſſore, maxime ſi non eſt ſoluendo, *p* vel ſi appelletur ab exſecutore. *q* Quare & pendente lite inter maritum & vxorem, ſi mulier propter capitale odiũ mariti, non poſſit ei tuto concedi, ea honeſtæ cuidam mulieri interim cõmittitur in loco certo, in quo vxori maritus vel eius proximi non poſſint vllam iniuriã inferre. *r* Quemadmodum etiam, ſi de validitate matrimonii contendatur, ſponſa, interim ea, donec cognitum fuerit, ne corrumpatur, illicite ſequeſtratur. *s* In odiũ quoq; contumacis res litigioſa ſequeſtratur; *t* vel ſi iudex ob temeritatem litigantium vereatur, ne ad arma perueniatur ob rei poſſeſſionẽ, eam ſequeſtrabit. *v* Non ſequeſtrabitur tamen beneficium, ſi de eo moueatur controuerſia ei, qui poſſederit per triennium. *x*



### Scholia.

a l.1.§.quæ depoſitis, depoſi.

b ca.1.de depoſito.l.nummi, de in litem iur. deponitur & aurũ & aliæ res.l.1.de depoſ. nouel.88.l.4.7.8.C.de depoſ.& põdus auri vel argenti.in l.fi.C.eo.tit.

c l.ſi ſacculum.de poſſ.P.

d l.die ſponſaliorum.§.fi.depoſiti.P.

e l.1.§.fi.ciſta,depoſ.P.

f l.publica,depoſ.P.deponuntur & ipſa inſtrumenta,l.propter inſtrumenta 5.& ſequen.C.de depoſi.

g l.locum,§.ſi tabulæ,de tabul.exhibend.Sic teſtamentum ſuum apud veſtales depoſuit Auguſtus.Sueto.in Auguſt.c.fi.& Iulius Cæſar,Suetonius in eod.c.88.

h l.ſi hominẽ depoſitum,37.l.1.§.ſi quis ſeruum depoſ.P.

i l.1.depoſ.P.

k ſicuti fit ſequeſtratio fructuũ.in c.1.& 2.& toto ti.de ſequeſt.poſſeſſionis & fructuũ. lib.2.tit.17.can.26.quoties poſt,2.q.6.& aliarum rerum.in l.ſi fideiuſſor 7.§.fi.qui ſatiſdar.coga.lib.2.P.tit.8.inſtrum.vt dictũ & l.cetera.4.§.fi.& l.ſeq.fam.erciſ.P.

l c.examinata,15 de iud.lib.2.P.tit.1.ita, ſi contra poſſeſſorem non triennalem beneficii ſentẽtia lata fuerit, & is appellauerit, fit beneficii ſequeſtratio.in clem.vni.de ſequeſtrat.poſſeſſ.niſi qui condemnatus eſt, prius per ſententiam fuiſſet conſecutus poſſeſſionẽ. Nam quamuis poſtea contra eum dicta ſit ſententia, a qua appellauerit, non fieret ſequeſtratio,vt ait dicta clementina, ſed oporteret aliam expectare ſententiam, vt notat Cardin.ad dictam clem.vnicam, & Ioan.Andr. ad Speculatorem.in tit.de ſequeſtratione fructuum.

m l.ab exſecutione, 5.quorum appellat.non recipian.libr.7.C.tit.6.l.fi.quib.ad libert. proclama.non licet,lib.7.C.tit.18.

n vt liquet ex l.vni.de prohib.ſequeſtr.pecuniæ,lib.4.C.tit.4.vbi & appellatio pecuniæ pertinet ad omnem rem,quæ pecuniæ functionem ſeu æſtimationem accipere poteſt. vt & in l.2.de conſtitu.pecun.C.l.pecuniæ verbum, de verb.ſignifi.cõmoditas autem poſſeſſionis magna eſt.§.cõmodum, de interdict.apud Iuſtin.ideo non erit ante ſententiam, vel pendente lite auferẽda poſſeſſori.cã.volumus,6.q.1.c.2.vt lite pẽdente nihil innouet.lib.2.tit.16.c.1.de ſequeſt.poſſeſſio.& fructuum.c.cauſam matrimonii,16.de offic.deleg.lib.1.tit.29.Ab exſecutione iudicium non debet incipere,ſed a cognitione.l.1.de exſecut.rei iud.C.

o nam ſi pro poſſeſſore dicatur ſententia, & appelletur, non fit ſequeſtratio, vide deciſ. Rotæ,390.incip.ſi feratur ſenten.in nouis.

p c.fi.de ſequeſtra.poſſeſſ. vt & in aliis,l.Imperatores,21.§.fi.de appell.P.lib.49.P.tit. 1.cum ſimil.ibi not.l.ſi fideiuſſor,§.fin.qui ſatiſda. cogant.lib.2.P.tit.8.Sic vergente marito ad inopiam,ſi is dotem ſit diſſipaturus, ſequeſtratur dotalis res,l.ſi cũ dotem, 22.§.ſin vero.ſolut.matri.libr.24.P.tit.3. l.in rebus, de iure dot.C.Sic quoque lite pendente fit ſequeſtratio aliquando. in ca. quoties poſt,2.q.6.c.quia res,11.q.1.

q iuxta l.ab exſecutione,5.quorum appella. non recipiant.libr.7.tit.66.C.dict.canon, quoties poſt,2.q.6.

r in c.ex tranſmiſſa,8.& cap.literas,de reſti. ſpolia.lib.2.tit.13.

s c.cum locum,14.de ſponſalib.lib.4.tit.1.

t vt mitius agatur cum contumace,ca.ex literis,de dolo & contumac.

v l.æquiſſimum,de vſufruct.in P.& ibi Bar. in l.fi.C.de edict.diui Adria.tollen.

x Clem.vnic.de ſequeſtra.poſſeſſio.ratio poteſt colligi,ex l.vnic.C.de fideicom.videnda regula cancellariæ Romanæ, de triennali poſſeſſore.

## Capvt IIII.

1 Qui deponant.
2 Et ſequeſtrent.

DEponimus † & per nos ipſos,& per illos,quorũ facto obligamur,vt per ſer-

uum, & eum qui bona fide nobis ſeruit. *a* A Deponit dominus, & non dominus rem alienam, & vtrique datur actio depoſiti in quantum cuiuſque intereſt, *b* deponit agitque filiusfamilias. *c*

2 Statuit & ſequeſtrum iudex. *d*

S C H O L I A.

a *l. 1. §. non ſolum depoſit P.*
b *l. bona fides, l. 1. §. item ſi prædo, eo. tit. depoſ. l. 1. §. item Pomponius, nautæ caupo. ſtabularii, &c. P.* B
c *l. Iulianus, 19. depoſit. Pan. l. filiusfamilias, de actio. Pandect.*
d *l. ei apud quem, §. fin. depoſit. Pand.*

## C A P V T V.

*De forma aut modo deponendi.*

DEpoſito formam dant contrahentes. *a* Rei interuentu tamen contrahitur. *b* C Ex eius autem ſubſtantia propria ſine pactis eſt, vt gratuito ſuſcipiatur, *c* in gratiã dantis non accipientis, *d* & vt teneatur depoſitarius de dolo tantum, non etiam de culpa, niſi de lata dolo proxima, *e* vel niſi teneatur de alia, quod ſe depoſito accipiendo obtulerit, vel aliquid pro cuſtodia acceperit, vel ſi pactus ita fuerit, vel moram cõmiſerit reſtituendi, ex quibus quoque periculum caſus fortuiti ad eum pertinebit. *f* D Datur interdum depoſitum æſtimatum, interdum nulla æſtimatione facta. *g* Accedit aliquando conſideratio loci, vbi depoſitum fit, vt ſi Eccleſiæ non perſonæ commendetur. *h* Si in horreis publicis aut priuatis, aut alibi deponatur, *i* fit & depoſitum reipſa, & per epiſtolam.

S C H O L I A.

a *l. 1. §. ſi conueniat, depoſit P.*
b *l. 1. §. is quoque, de actio P. §. præterea, quib. mod. re contrah. oblig.*
c *nam ſi merces interuenerit, tranſit in locationem.*
d *nam aliter eſſet mutuum, & ita ſi inuita deponente, depoſitarius vtatur depoſito, furti obligatur. l. 3. C. de depoſito, l. ſi ſaculum, eod. titu. P. l. qui furtum. de condictio. furt. P.*
e *l. contractus, de regul. iur. P. l. 1. C. de depoſit. l. 1. §. mandati, & §. fin. & l. quod Nerua, depoſi. P. dic. §. præterea, quib. mod. re contrah. oblig.*
f *l. fi. de depoſito l. 1. C. eod. titu. l. 1. §. ſi quis ſeruum, & §. ſi conueniat, eo. tit. P. Porro leges ſeu conuentiones, quæ imponi poſſint depoſito, colliguntur, veluti ſi conueniat ne res depoſita ſicut nummi periculo eius qui depoſitum ſuſcepit l. 1. §. ſæpe, depoſit. P. l. 1. C. eod. l. & Ariſtoni, manda. P. l. ſi vt certo, §. nunc videndum. commod. P. vel contra, vt is penes quem depoſitum eſt, culpam & periculum præſtet, dict. l. 1. C. de depoſit. Item vt depoſitarius poſt mortem reddat. l. 1. §. ſi depoſuero, depoſit. P. Item vt depoſitum, alibi quam vbi depoſitum fuerit, reddatur. l. ſi in Aſia, eo. tit. P. ſi abiens peregre quis deponat, vt cum ſaluus redierit ei reddatur. l. Publia. eo. P. Deponitur & a pluribus aliqua res apud aliquem in ſolidum, certa aliqua cõditione reſtituendi vel cuſtodiendi, l. proprie, depoſit. P. Sic deponitur homo, vt quæſtio de eo habeatur, in l. ſi hominem, depoſit. P.*
g *l. ſi vir vxori, § 2. de donati. inter virum & vxorem lib. 24. P. tit. 1.*
h *vt in c. 1. de depoſito, diſtinguitur. meminerunt & Iuriſconſulti, de depoſito facto in æde ſacra, vt in l. acceptam, C. de vſur. in l. ei apud quem, §. fin. depoſ. P. l. ait prætor, de minorib. 25. annis, P. cum ſimil.*
i *vt in l. pignoribus, de pignora. actio. C.*
k l. *Quintus, depoſit. P.*

## C A P V T. VI.

E 1 *De ſequeſtrationis forma.*
2 *De violatione ſequeſtri beneficii.*

SEqueſtrantur res apud aliquem cõtrouerſæ cum poteſtate eas vendendi, & pretium conſeruandi vſq; in tempus quo per ſentẽtiam dictum fuerit, cuius ſit res, *a* vel vt pendente controuerſia fructus ſequeſter 1



queſter colligat & conſeruet. *b* Interdũ & A ſequeſtratio ita fit, vt ad ſequeſtrũ poſſeſſio rei ſequeſtratæ tranſeat, & priuentur ea contendentes. *c* Aliquando cuſtodia tantum ſequeſtro datur, nec transfertur a contẽdente poſſeſſore in eum poſſeſſio. *d* lex interdũ etiam ſequeſtro datur, vt rem depoſitam certo loco exhibeat. *e* forma & praxis ſequeſtrandi illa, vt iudex iubeat litigantibus de ſequeſtro conuenire, intra certum tempus, quod ſi non fecerint tempore lapſo, ipſe conſtituit. *f* B

Si quis autem ſequeſtrationem beneficii Eccleſiaſtici legitime factam, impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumſerit occupare, excommunicationis ſententiam incurrit ipſo facto, a qua, niſi amoto prius impedimẽto, & reſtitutis prius occupatis fructibus, nullatenus abſoluitur. Et vltra, ſi ex litigantibus is ſit, nihilominus a iure ſi quod habeat in huiuſmodi beneficio, vel ad ipſum forſitan cõpetebat eidem, cadit. *g* C

S C H O L I A.

a *l. ſi quis adfirmauerit. §. 1. de dolo. P.*
b *l. imperatores. §. vlt. de appellatio. P.*
c 1. *licet. §. fi. depoſiti. P.*
d *l. intereſſe. de acquirenda poſſeſſ. P.*
e *l. & apud §. 1. depoſit. P.*
f *l. in venditione. §. fin. de bonis auctoritat. iudic. poſſid. P Ita ſequeſtratio fit mandato iudicis, vel ex eius mero, vt dicunt officio, ſeu ſine actione, nempe vt prohibeat litigantes ad arma & pugnam venire. l. æquiſſimum, §. ſed ſi inter duos, de vſufruct. Merum officium ſeu nobile, vocant interpretes, quod ſine propoſita actione exercetur, quod actioni nõ ſeruit, hoc eſt, quod ſine propoſita actione exercetur, poteſtate iudicis. Et mercenarium dicunt, quod ſeruit actioni & petitioni litigantium, de quibus nos, libro 47. Syntagmat. cap. 21. numer. 10. Eſt & prætoria ſequeſtratio, quæ imperio meroque officio iudicis fit, ante cognitionem cauſæ, veluti contra contumaces, dum in odium illorum fit miſſio in poſſeſſionem, l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, de re iudica. P. fit & ſequeſtratio officio iudicis mercenario, quod de re ſtatuit iuxta naturam actionis propoſitæ, potiſſimum, vt per ſequeſtrum onus quod rei contentioſæ incumbit, explicetur pendẽte lite, quemadmodum, ſi beneficiatus nolit ſeruire beneficio, iudex ſtatuit ſequeſtrationem fructuum beneficii, vt ex fructibus ei inſeruiatur, non obſtante etiam appellatione, cap. peruenit ad nos, de appellat. vt & in l. 3. quibus ad libertat. proclama. non licet, C. Sequeſtrat etiam iudex propter rei controuerſæ abuſum, cap. peruenit. §. ſin autem, de appellat. vel ſi ſequeſter ipſe, petat alii dari ſequeſtrum. l. & apud quem, §. ſi velit. depoſit. P.*
g *in Clem. vnic. de ſequeſtra. poſſeſſ. vbi hæc omnia.*

## C A P V T VII.

*Apud quem deponi & ſequeſtrari poſſit.*

DEponi res poteſt apud omnes, qui obligari poſſunt, niſi expreſſe ſit prohibitũ, veluti ſi deponatur penes pupillum, qui obligari non poteſt depoſito, niſi in quantum factus locupletior ſit, *a* nec deponatur apud ſeruum. *b* Sic nec conſtituitur D ſequeſter alter ex litigantibus, cum ſequeſtratio fiat apud alterum, ad compeſcendas de re pugnas. *c* Poteſt tamen interdum dari alicui ex litigantibus fiduciaria poſſeſſio rei litigioſæ, quam vocãt vindicias, vel recredentiam, ſeu momentaneam poſſeſſionẽ, donec plenius de cauſæ meritis cognitũ fuerit. *d* Sequeſter etiam debet eſſe ſoluendo, & idoneus, habita ratione quantitatis & qualitatis rei ſequeſtrandæ. *e* E Erit tamen officium ſequeſtri voluntariũ, vt non poſſit compelli ſequeſtrationẽ ſubire, niſi forſan ex aliqua cauſa per iudicem.

S C H O L I A.

a *l. 1. §. an in pupillum, depoſi. P.*

b *l. 1. §. ſi apud ſeruum, depoſit. P.*
c *l. ſequeſter. de verbo. ſignifi. l. æquiſſimum, de vſufruct. P.*
d *l. vnic. C. de momentan. poſſeſſ. appell. fiduciaria autem poſſeſſio dicitur. quia ea lege & conditione conceditur, vt res quæ conceditur teneatur ab eo interim pendente lite, tantum ſub manu curiæ vel regis, cum cautione de ea reddenda, ſi poſtea ita dictum fuerit, eadem ratione, qua fideicommiſſarius hæres, fiduciarius dicitur grauatus de reſtituenda poſſeſſa hæreditate, in l. ſecus ad ſenatuſconſultũ Trebell. datur & interdum poſſeſſio rei contentioſæ, rei ſeruandæ cauſa, vel per interdictum, vel alio modo, ſed extra ſequeſtri naturam, vide Budæum ad l. 2. §. & cum placuiſſet, de origine iuris, in annotationibus priorib. in pandectas, dum agit de vindiciis.*
e *l. litibus de agricolis & cenſib. lib. 11. C.*
f *Sicque cogit ſequeſtrum, dummodo is nihil de ſuo impendat. Bartol. ad l. litibus. de agrico. & cenſib. per l. final. circa medium, de bonis auctoritat. iudic. poſſid. l. fin. de requir. reis.*

## Capvt VIII.

1 *Cauſa & effectus depoſiti actio directa.*
2 *Contraria.*
3 *Præſcriptis verbis.*
4 *Sequeſtraria.*
5 *Priuilegium deponentis contra creditores.*
6 *Actio in nautas, caupones, ſtabularios.*

DEpoſitum fit, vel vrgente neceſſitate,
puta belli, tumultus, incẽdii, vel ex vo-
luntate libera. *a* Deponendo quemadmo-
dum commodando dominium rei non a-
mittimus. *b* quare poſſumus pro volunta-
re depoſitum reuocare. *c* Attamen ſeque-
E ſtrum iudicis auctoritate cõſtitutum, non
niſi cum iudicis auctoritate reuocatur. *d*
Repetenti non poteſt a depoſitario ſine
perfidiæ crimine, obiici retentio, vel per
viam compenſationis cum alio liquido
debito faciendæ, vel cum alio depoſito. *e*
Ideo datur actio directa depoſiti depo-
A nenti, *f* & bonorum poſſeſſoribus cæte-
riſq; eius ſucceſſoribus, *g* & domino pro
ſeruo deponente, *h* furi & prædoni depo-
nentibus, *i* non tantum pro re depoſita
repetenda, ſed etiam pro deterioratione
reſarcienda, *k* proque dolo interitu inter-
ueniente, *l* veruntamen in condemnatio-
ne, cum deponens elegit fidem depoſita-
rii, nec depoſitum ei redditur, contentus
eſſe debet ſimplo: cum vero inſtante ne-
B ceſſitate deponit, tumultus, incendii, rui-
næ naufragiiue cauſa, in hæredem depoſi-
tarii actio eſt in ſumtum pro hæreditaria
parte, & intra annum quoque: in ipſum
vero depoſitarium, & in ſolidum, & in du-
plum, & in perpetuum. *m*
Contraria porro † depoſiti actione, 1
depoſitarius repetit ſumtus factos pro re
depoſita conſeruanda *o* vel reddenda. *p*
Is vero, † qui ſponſionis cauſa victori 2
C depoſita non vult reſtituere, præſcriptis
verbis actione conueniri poteſt. *q*
In ſequeſtrum etiã † actio ſequeſtraria 3
competit, *r* & ei datur quoque contraria.
Prefertur autem † cæteris creditoribus 4
depoſitarii, qui rem depoſitam repetit, ſi
vſuras ex depoſito non accipiat. Et ſi plu-
res deponentes concurrant, præfertur in-
ter illos diligenter. *s*
Nautæ caupones † ſtabularii quod cu- 4
D iuſque ſaluum fore acceperint, niſi reſti-
tuant, & ſine damno, in eos iudicium da-
tur, *t* niſi rato, vel vi maiore damnum da-
tum ſit. *u*

### Scholia.

a *in l. 1. §. 1. & ſeq. vbi ratio, depoſit. P. eſt neceſſitatis depoſitũ, quod fit ad impediendum curſum vſurarum, l. acceptam. 9. C. de vſur. l. obſignatione, 9. de ſolutio. C. habet & ſequeſtratio neceſſitatem, ne ad arma veniatur, l. æquiſſimum, de vſufruct. & ad conſeruationem rerum, vt ante diximus.*
b *l. ſi ſeruus depoſitus, 22. de noxali action. lib. 9. P. titul. 4. l. licet. 7. §. final. depoſiti, vbi & poſſeſſio remanet penes deponentem, niſi ſequeſtratio fiat voluntaria. Si tamen depoſitarius litis æſtimatione dãnatus ſit, res depoſita eius efficitur, l. ſi fideiuſſor. 30. depoſit. P. poteſt & minoris æſtimari quã ſit depoſitum donationis cauſa, etiam inter coniuges, l. ſi vir vxori, de renouatio. inter vir. & vxor. P.*
c *cap. final. de depoſito. l. 1. §. eſt autem, depoſit. P. etiamſi dictum ſit, vt poſt mortẽ reſtituatur. Poteſt enim mutari voluntas, dict. l. 1. § penultim. depoſit. P. ita enim cuſtodiendum vt reddendum depoſitum datur. l. proprie, eod. tit. P.*
d *l. ei apud quem depoſitum, 1. §. in ſequeſtrum, & § ſi velit, depoſi.*
e *cap. fin. depoſit. l. ſi quis vel pecunias. C. eo. titul. l. fin. §. excepta. C. de compenſationibus. depoſitum inficiatus conuictus & damnatus, infamis eſt. l. qui depoſitum, C. depoſit. quia improbe facit. l. deſiderium. C. eodem titul. vide l. ſi quis inficiatus, 13. depoſit. P.*
f *l. Lucius, 24. depoſit. P. l. 1. §. 15. quoque, de actio. P. § præterea. quibus mod. re contrah. oblig.*
g *l. 1. §. hæc actio, & l. Publia Mæuia, 26. depoſit.*
h *l. 1. §. ſi ſeruus meus, §. non ſolum, §. ſi duorum, depoſ. P.*
i *l. 1. §. ſi prædo. l. bona fides, 31. depoſit. vbi diſtinctio adhibetur.*
k *l. 1. §. ſi res depoſita, depoſit. P. pro quo datur aliquando & actio legis Aquiliæ. l. qui tabulas, 42. ad legem Aquil. lib. 9. P. tit. 2.*
l *cap. fin. de depoſit. l. 1. §. ſi. veſtimenta. §. quia autem, §. non tantum, §. ſi rem depoſitam, l. ſi is apud quem. 16. & l. ſi ſine dolo malo, 20. depoſi. l. non tenetur enim de culpa leui nec de cauſa fortuita. l. 1. C. de depoſit. nec etiam ſi furto ſubtrahatur ſine dolo ſuo. l. ſed his, apud quem, de obligatio. quæ ex delicto naſcun. l. eũ qui, §. is autem, de furt. P. §. præterea. quibus mod. re contrah. oblig. apud Iuſtinian. Niſi aliter conuentum ſit, aut depoſitarius ſe depoſito obtulerit. Idem dicendum de caſibus fortuitis, vt non teneatur de iiſdem depoſitarius, niſi aliter cautum ſit in depoſito. l. 1. §. conuenit, depoſit. P. ca. fin. eod. Tenetur etiam depoſitarius de leui culpa & interitu, ſi moram commiſerit in reſtituendo depoſito. l. ſi in Aſia. §. fin. depoſ. P. alioquin ſufficit, depoſitarium, adhibere depoſitis rebus talem diligentiam, quam ſuis adhibet, l. quod Nerua. 3. depoſit. Et vltra qui moram commiſit in reddendis pecuniis depoſitis, vel qui illis vſus eſt, tenetur ad vſuras. l. die ſponſaliorum, 25. depoſ.*
m *l. 1. §. hæc autem ſeparatio, & l. de eo quod tumultus, 18. depoſ.*
n *l. ei apud quem, depoſ. P.*
o *l. actione, depoſ. 23. depoſ. P.*
p *l. ſi in Aſia 12. depoſ. P.*
q *l. ſi rem tibi, 18. §. fin. de præſcript. verb. P. lib. 19. tit. 5. vide exemplũ apud Plinium, lib. 9. c. 35. l. 3. de aleatorib. P.*
r *l. ei apud quem, & l. ſi in Aſia. § cum ſequeſtro. depoſ. P.*
s *l. ſi hominem, 7. §. final. & l. quod priuilegium, depoſ. P. l. inter eos 19. de re iudic. P. lib. 42. tit. 1.*
t *l. 1. nautæ, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituant. lib. 4. P. titul. 9. nempe cognitis depoſita penes ſe, actione in factum reſtituere, libro tertio eod. titul. Recepit autem cuſtodiam rerum inuectarum in nauem nauta, ex eo ipſo quod inuectæ ſunt, & factum præſtat non ſolum nautarum, ſed etiam vectorum, l. 1. §. 1. eod. tit. nautæ, caupo. ſtab. P. ſicut & caupo viatorum. l. 2. eo. niſi prædixerit, vt quiſque res ſuas cuſtodiat, neque ſe damnum præſtiturum, & ei conſenſerint vectores, & hoſpites, l. debet 7. eo. tit. Rurſus ex quaſi maleficio exercitor nauis, & caupo de furto facto rei depoſitæ in caupona vel naui per alios, quam præ ſe tenentur, l. ſi quis abſentis negotii. 5. §. item exercitor nauis, de action. in P. §. final. de obligatio. quæ ex quaſi delicto naſcũt. l. 1. de exercit. act. lib. 14. P. tit. 1. vbi ratio datur & furti actio aduerſus nau-*

*tas.l.1.furti aduerſus nautas eſt.lib.47.P. tit.5.l.7.§.hæc actio, nautæ caup.ſtabula. P.ſi in caupona furtum factum ſit hoſpiti, datur actio aduerſus cauponæ dominum pro re ſurrepta, eaque in duplum eodem. at negante domino res inuectas, tenetur qui diuertit probare illatas, ſed ſi reddatur ciſta aperta quæ clauſa depoſita ſit, ſtabitur iuramento hoſpitio recepti, vide Iulium Clarum. libro quinto, Sententiarum.§.6.*

v *l.3.§.at hoc edicto. & l.5.§.inde Labeo, nautæ caupon.P.*

# DE PIGNORIBVS.

## TITVLVS IX.

### Capvt I.

*Continuatio, & quid pignus & hypotheca.*

EX numero contractuum re contractorum, erit etiam pignus. *a* Siquidē creditor qui a debitore ſuo pignus accipit, re obligatur. Nā ipſe de ea re quā accepit reſtituēdam tenetur actione pignoratitia. *b* Quod pertinet ad effectum, pignus & hypotheca nominis ſono differunt, in reliquis fere cōueniunt. *c* Etymon pignoris a pugno eſt, vnde proprie pignus rerū mobiliū manu datarū dicitur. *d* Immobilium vero, hypotheca: dū res traduntur creditori, ſed ſupponuntur ad cautionem obligationis eius. *e* Quare & pignus traditione, hypotheca, nuda conuentione, conſtituitur. *f* Poteſt & nihilominus pignus nuda conuentione rei immobilis obligationi ſubiici, *g* quemadmodum cōtra fit plerumque, vt res immobiles hypothecę ſuppoſitæ, tranſeant in detentionem ſeu poſſeſſionem corporalem creditoris, ita promiſcue pignoris & hypothecæ nomine vtimur. *i* Pignus itaque vel hypotheca, eſt rei *k* obligatio acceſſoria, pro maiori cautione & ſecuritate rei debitæ exſoluendæ. *m*

#### Scholia.

a *de pignoribus tractatur libro tertio decreta.tit.21.libr.20.P.tit.1.libro octauo. C.tit.14.libr.25.Eclogæ Baſilicorum, tit. 1. Apud Conſtantinum Harmenopolum libr.3.titul.5. Iulium Paulum, libro ſecundo receptar.ſententia.titul.5. & de pignoratitia actione. libr.1.P.tit.7.libr.4. C.tit.24.titul.qui potiores in pignore habeantur. libr.20.P.titul.4. & libr.8.C. titul.8.libr.25.Eclogæ Baſilicorum.tit.5. His adde titulos, de quibus cauſis pign. vel hypothec.tacite contrahatur.libr.20.P.titul.2. & libr. 8.C.titul.15.Eclogæ Baſilicorum, libr.25.tit.3. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt, libr. 20.P.tit.3.lib.8.C.titul.21.Si aliena res pignori data ſit, lib.8.C.tit.16.Si communis res pignori data ſit.libr.8.C.tit.2.Si pignus pignori datum ſit.libr.8.C.tit.24.de diſtractione pignorum, libr.20.P.titul.5. libr.8.C.tit.18.libr.25.Eclogæ Baſilicorum.tit.7.quibus modis pignor. vel hypothec.ſoluitur.libr.20.P.tit.6.de remiſſione pignoris, libr.8.C.titul.26. de luitione pignoris, libr.8.C.titul.31.libr.25.Baſilicorum, tit.8.*

b *l.1.§.creditor, de actio.P.§.creditor quoque.quib.mod.re contrah.oblig.*

c *l.res hypothecæ, 5.fin.de pignorib.P.gageriam vocat, c.1.de feudis, lib.3.tit.20.*

d *l.plebs, 237.§.pignus.de verborum ſignificatione.*

e *l.ſi rem alienam, 8.§.non tantum, de pignorati.actio.lib.13.P.titul.7.hypotheca, a verbo giero* ὑποτιθέναι, *quod eſt ſimpliciter ſupponere.*

f *§.inter pignus, de actio.*

g *l.1.de pignora.act.P.ibi,* pignus contrahitur non ſolum rei traditione, ſed etiam nuda conuentione, etſi non traditū eſt. Quare ex pacto, de pignore, naſcitur iure honorario actio. *l.ſi tibi decem, 17.§.de pign.de pact.lib.2.P.tit.14. Sic etiam contrahitur hypotheca per pactum conuentum, in l.4.de pignor.P.*

b *Et*



h *Et hinc naſcitur quæſt.de fructib.ex prædiis pignori ſeu hypothecæ ſuppoſitis, perceptis, vel reſtituendis, vel in ſortem imputandis.c.1.c.conqueſtus, c.ſalubriter, de vſur.c.illo vos, 4.c.cum contra.de pignorib.l.1.C.de diſtractio.pignor.l.ſi ea lege, l.ſi ea pactione, C.de vſur.cum ſimilib.*

i *ita prædium pignori dari dicitur, c.illo vos, 4.c.cum contra, de pignor.l.1.§.cum prædium, de pignorib.P.l.Titius Sempronio, 9.qui.mod.pignus vel hypotheca ſoluitur. P.l.1.de diſtract.pignor.P.Et dicitur etiam poſſeſſio tradita, data re immobili hypothecata creditori, non aliter quam ſi mobilis eſſet, l.ſciendum, 15.§.creditor qui pignus accepit, qui ſatiſdare cogantur, lib. 2.P.tit.8.facit l.1.§.fi. & l.4.de rebus eorum qui ſub tutela vel cura. & c.P.vbi dicitur res immobiles minorum non poſſe alienari vel impignorari. Opponere hypothecæ pro ſupponere pulcra alluſione dixit Catullus ad Furium epigram. 23.*

Furi, villula noſtra non ad Auſtri
Iralus oppoſita eſt, nec ad Fauconi,
Nec ſæui Boreæ, aut Appelliotæ.
Verum ad millia quindecim & ducenta.
O ventum horribilem ac peſtilentem.

k *docuimus ſupra, pignoris obligationem eſſe re contractam.*

l *Accedit pignus omni obligationi, l.res hypothecæ, de pignorib.P.l.9.§.1.de pignorat.actio.l.fin.quæ res pignori obligar.poſſunt C.Ideo ſi non ſit principalis obligatio, vel ſi ea exſtinguatur, & deſinit pignoris obligatio & hypotheca, l.ſi legati conditionalis, 28.de pignori.in P.*

m *Plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam, l.plus cautionis, de regul.iur.*

### Capvt II.

*Quotuplex pignus & hypotheca.*

i PIgnus aut teſtamentarium, aut prætorium, aut legale, aut conuentionale eſt. Teſtamentarium eſt, quando teſtator obligat rem aliquam pro ſolutione legati. *a* Prætorium duplex proprie prætorium, & iudiciale. *b* Proprie prætorium dicitur, quod permittitur aut datur a iudice ante rem iudicatam, ad compellendum contumacem *c* vel rei ſeruandæ cauſa. *d* Iudiciale quod poſt rem iudicatam capitur exſequendæ ſententiæ cauſa. *e* Legale, quando ex legis diſpoſitione, etiam ſi nihil de eo cautum expreſſe ſit, in aliquibus negotiis, quædam cenſentur ipſo iure, pro debito aliquo obligata. *f* quemadmodum pro tributo, eis tributariæ poſſidentium obligatæ tenentur, *g* bona mariti pro dote. *h* Conuentionale pignus dicitur, ea res de qua placuit inter cōtrahentes, vt eſſet ſuppoſita obligationi pro pignore vel hypotheca. *i* Atque hoc vel expreſſum ex ſuppoſitione nominatim facta dicitur, vel tacitum, ex conſequentia vel natura negotii vel contractus. *k* Rurſum conuentionale, vel generale eſt vel ſpeciale. Generale omnium bonorum præſentium vel futurorum. *l* Speciale, quando vna res vel certæ, ſubiiciuntur hypothecæ vel pignori, vt calix, liber. *m*

#### Scholia.

a *l.non eſt mirum, 26.de pignora.actio.P.l. Lucius Titius, & de alimentis & cibar legat P.*

b *vide gloſſ.ad l.2.de pignorib.P. Sic dicimus, adoptionem diuidi in adoptionem & arrogationem, in l.1. & 2.de adoptio.P. Et iuriſdictionem in imperium & iuriſdictionem l.imperium, de iuriſdict.omnium indic.P.*

c *vt quando iudex ſtatuit contra contumacem de cauendo damni infecti nomine, actorem mitti in poſſeſſionem.l.4.§.ſi intra, & l.prætor ait, de damno infecto. P.quia hoc eſt magis imperii quam iuriſdictionis iubere caueri, & in poſſeſſionem mittere l. iubere caueri.de iuriſdic.omnium iudic. Exſtat & exemplum ſimile contra contumacem, in l.2. & l.Fulcinius, 7.§.ait prætor, quibus ex cauſis in poſſeſſ.eat.P.lib.42. titu.2.c.1.de eo qui mittitur in poſſeſſio. cauſa rei ſeruandæ, lib.2.titu.15.frequens*

*prætoris clauſula*, pignoribus captis cō- A pellan. *Cogebantur & ſenatores venire in ſenatum, captis pignoribus & multa Cicero Philip. 1. & 3. officior.*

d *c. 1. 2. 3. 4. 5. de eo qui mittitur in poſſeſſio. cauſa rei ſeruandæ, titulo de prætorio pignore etiam late Neguzianus, in 2. membro 3. partis, de pignorib.*

e *c. peruenit, de fideiuſſor. c. olim, 16. de reſtitutio ſpoliator lib. 3. tit. 13. a diuo Pio, §. in venditione, de re iudica. P. l. non eſt mi* B *rum. de pignora. actio. P. exſtat titulus, ſi in cauſam iudicati pignus captum fuerit, C. tractat & differentiam horum pignorum Antonius Neguzianus in 3. membro 3. partis, de pignorib.*

f *vt in l. 1. C. communia. de lega.*

g *vt in l. 1. in quib. cauſ. pignus vel hypoth. tacite contraha. P. l. 1. C. ſi propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.*

h *c. ex literis, 5. de pignorib. l. aſſiduis, qui po-* C *tiores in pignore habeantur.*

i *vt in c. 1. 2. 3. de pignorib. & ita pignus nuda conuentione vt hypotheca contrahitur, l. 1. c. 1. de pignora. actio. l. 4. de pignorib. vt in l. 2. quæ res pignor. oblig. poſſunt P. diſtinguit hoc conuentionale pignus a prætorio & iudiciali, l. 2. C. de prætorio pignore. Sic l. 44. §. non mutat, de vſuc. ait, perſecutionem pignoris, ſolam conuentionem conſtituere. Porro de conſtitutione con-* D *uentionalis pignoris late tractat præditus Neguzianus in tract. de pignor. in primo membro tertiæ partis.*

k *vt in pignore legali dictum eſt, & in l. vni. de rei vxoriæ actio C. & l. 4. de pactis, P. de tacita hypotheca & eius effectibus, & in quibus caſibus inducatur, videndus d. Neguzantius, in 4. membro 2. partis, de pignoribus.*

l *l. 1. & l. & quæ nondum ſunt, de pignori. P.* E *l. ſi. quæ res pignor. obliga. poſſ.*

m *c. primo, de pignorib. Poteſt & dici ſpecialis hypotheca, cum obligantur tantum bona præſentia, vt expreſſius eſt textus iuncta gloſſ. in l. & quæ nondum §. 1, in verb. ſpecialiter, de pignorib. P. ſpecialis & expreſſa hypotheca fortior habetur generali, & plus afficit rem obligatam, l. licet, & l. penult. in quib. cauſ. pignus tacite contrahat. Et hic eſt vnus ex caſibus, in quibus prouiſio ſpecialis, plus quam generalis operatur, de quibus in ca. quanquam omnes, 6. & ibi gloſſ. ad verbum* plus. *13. diſt. Sex. differentias expreſſæ & generalis hypothecæ tradit Antonius Neguzantius in principio 3. partis principalis, de pignorib.*

## Capvt III.

*Quæ res oppignorari & hypothecæ ſubiici poſſunt vel non.*

OMnes res in obligationem pignoris 1 & hypothecæ venire poſſunt ex conſenſu, ſi ſpeciali lege non prohibeatur. *a* Conſenſu vero non cenſetur quis in generali obligatione ea obligaſſe, quæ non eſ- C ſet ſpecialiter obligaturus, veluti alumnos, vxorem, concubinam olim, filios naturales, & ſimilia. *b* Quæ vendi poſſunt, hypothecæ quoque ſubiici poſſunt. *c* vt contra quis rem quam emere non poteſt, quia commercium interdictum eſt, nec pignori accipere poteſt. *d* Nullus presbyter cōmittere debet, calicem vel patinam, vel veſtimentum ſacerdotale aut librum eccleſiaſticū, tabernario, aut negotiatori, aut D cuilibet laico vel fœminæ obligare pignori, niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente, *e* quemadmodum nulli licet alienare rem immobilem Eccleſiæ ſuæ, ſiue agrum, ſiue ruſticum mancipium, neque ſpecialis titulo hypothecæ obligare, nec alia, niſi debitum Eccleſiæ vrgeat *f* vel cauſa ſeu neceſſitas pauperum, vel redemtionis captiuorum ſuadeat. *g* Statuit & ius, ne homo liber pro debito teneatur, quamuis res de- E ſint. quæ pro debito poſſint dari, *h* obſes tamen voluntarius pro fide data ſeruanda, dari poteſt. *i* Eximuntur & a pignore monumenta ſeu ſepulcra *k* & res alienæ quæ oppignerari vel hypothecæ ſubiici poſſunt. *l* Qui tamen re domini in pignus habet,



bet, eandem & alteri oppignorare poterit, A *m* ſed reſoluto iure eius, qui dedit alienam rem, reſoluitur ius accipientis ab eo, *n* capi nec in pignus iudiciale vel prætorium poſſunt, res agriculturæ neceſſariæ. *o* Prohibitæ etiam pignorationes quæ repræſſaliæ dictæ. *p*

### Scholia.

a *quæ poſſunt vel non pignori obligari, tractat fuſe Antonius Neguzantius, tractat. de pignorib. 3. membro ſecundæ partis.* B

b *obligatione generali, 6. cum 2. ſequentib. de pignorib. P. l. 1. c. quæ res pignori obliga. poſſint. Quæ autem contineantur ſub generali obligatione, & quæ non, tractat Neguzantius prædicto tractatu de pignorib. in 2. membro 2. partis.*

c *l. ſed ad eas res, 9. §. 1. de pignorib. l. 18. in fine, de pignora. actio.*

d *l. 1. §. ad eam rem, quæ res pignori vel hypotheca data obligari non poſſunt P.* C

e *c. 1. de pignorib. quæ enim ad ſacrum vſum pertinent, in manus laicorum venire non debent. ca. ligna, ca. altaris pallæ, ca. veſtimenta, ca. in ſancta, de conſe. diſt. 2. pro neceſſitate tamen Eccleſiæ, aliquando oppignorantur, non etiam pro neceſſitate præpoſiti. c. 3. de pignorib. vbi hoc explicatur & de repetitione eius pignoris agitur, facit c. 1. & 2. de ſolutio. lib. 3. tit. 23.*

f *c. nulli liceat 5. de reb. eccl. non aliena li. 3.* D *ti. 13. l. ſancimus nemini, 21. de ſacroſan. eccle. C. docetur & non eſſe oppignorandas res Eccleſiæ immobiles vel alias ſi debitum non vrgeat, in auth. hoc ius porro. C. de ſacroſ. eccl. ca. ea enim, 2. §. hoc ius porrectū, 10. q. 2. & in nouella 7. c. 1. & nouella 120. c. 6. & 7. de cauſa vero vrgentis debiti, in authen. præterea, de ſacroſanct. eccleſ. & in nouella 120. c. 10.*

g *quia pretioſiores ſunt animæ rebus, d. l. ſan-* E *cimus nemini, de ſacroſanct. eccl. ca. Auguſtino, ca. Apoſtolicos, ca. ſacrorum, & ca. & ſacrorum, ca. ſicut, 12. q. 2. ca. aurum, ca. gloria epiſcopi. 12. q. 3.*

h *cap. 2. de pignorib. homo liber non poteſt impune pro debito oppignorari. Idem in l. ob æs C. de act. l. filios, C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. ſi. eo. tit. P. auth. imo. C. de actio. §. quia vero huiuſmodi iniquitatem, c. 7. vt nulli iudic. liceat haber. lon. ſerua. nouell. 134. exceptis quibuſdam caſibus, veluti ſi homo liber redemtus fuerit ab hoſtibus, nam is poteſt retineri, donec redemtionem reſtituerit, l. ab hoſtibus, & l. fin. de poſtliminio reuer. C. poterat & filius famis cauſa a patre venditus, ab emtore retineri, l. 3. de patrib. qui filios diſtrax. C. obligant etiam ſe pro debitis, & ad carceres debitores creditoribus, ex conſuetudine aliquarum regionum, & regnorum. & ita pro pignore retinentur, donec ſatisfecerint, vt in Gallia vide Auferium deciſione capellæ Tholo. 61. quemadmodum, etiam iure ciuili, debitores condemnati, ſi non ſoluant poſt indulta tempora, capiantur in pignus rei iudicatæ, l. 1. C. de ceſſione bonorum, vide l. nemo, de exactorib. tributor. lib. 10. C. vt olim debitores Romæ confeſſi æris non ſoluentes, neruo coſtringi poterant, lege 12. tabularum, vt explicat Gellius lib. 20. cap. 1. & apud alias quoque gentes, aliquando debitores inopes addicebantur ſeruituti creditorum, vt liquet, ex cap. 22. Prouerbiorum, ibi,* Diues ſapiens pauperibus imperat, &c. *& ex 4. lib. reg. cap. 4. & Diui Matthæi, cap. 18. vide quæ de his diximus lib. 22. Syntagmat. iuris, cap. 6. numero 6. & 7. & eodem libro, cap. 14. numero 4.*

i *cap. ex reſcripto, de iure iuran. lib. 2. tit. 24. cap. expoſita, 1. de arbitris, lib. 1. titu. 43. l. obſides, de teſtam. & qui teſtam. facere poſſunt, Pandect.*

k *In l. 3. quæ res pignori obliga. poſſunt, C.*

l *Vt in titulo ſi aliena res pignori data ſit, lib. 8. C. titu. 16. Et qui alienam rem pignori ſciens prudens ve dederit, qui ignorantem creditorem fefellerat, tenetur pignoratitia cōtraria, & de crimine ſtellionatus, l. ſi rem alienam, 9. & l. inter, 16. §. contrarium, de pignoratitia action. Pandect.*

m *Titulo ſi pignus pignori datum fuit, Cod.* A
n *cap. nuper, 6. de donation. inter virum, &*
*vxorem, lib. 4. tit. 20. l. lex vectigali, de pi-*
*gnorib. Pandect. facit regula iuris, nemo*
*plus iuris, in P. l. traditio, de acquir. rerum*
*dom. P. l. ſi vniuerſæ, C. de lega.*
o *l. pignorum, & l. antepenult. & authen. a-*
*gricultores, quæ res pignori obligari non*
*poſſ. libr. 8. C. tit. 17. eſt & cautum in no-*
*uellis, ne mutuans agricolæ teneat eius*
*terram. nouella 32. 33. 34. agriculturæ* B
*neceſſitas id facit, ob quam & agricolæ, &*
*eorum animalia etiam bellorum tempore,*
*omni ſecuritate gaudent, vel gaudere de-*
*bent. cap. 2. de trenga. & pace. lib. 1. tit. 34.*
*Verum non gaudent hoc priuilegio pigno-*
*ris in caſu, l. certi, C. loca. Et ſi expreſſe cō-*
*uentionali pignore res agriculturæ obliga-*
*uerint. l. debitor pactus eſt, 31. de pigno-*
*rib. Sed & Accurſius ad l. exſecutores, quæ*
*res pignori obligari poſſunt. P. tradit, quod* C
*ſi ruſticanus debitor careat aliis bonis quā*
*animalibus ruſticis, ligone, aratro, ſarcu-*
*lis, falce putatoria, frenaria meſſoria, bidē-*
*tibus, & aliis inſtrumentis ruſticis, illa li-*
*cite auferentur in cauſam iudicati a cre-*
*ditore, & exſecutore. Quod, & firmat Frā-*
*ciſcus de ripa, tractatu de peſte, & ſenten-*
*tiam hanc ſequuntur, vt plerumque Cu-*
*riæ, quamquam diuerſum ſentiant. C. v-*
*nus; Petrus de bella pertica, Albericus de* D
*Roſato, qui dicunt in nullo caſu illam in il-*
*lis oppignerationem admittendam. vide*
*late de his Chopinum, lib. 1. de priuilegiis*
*ruſticorum, cap. 7.*
p *Maxime iure ciuili, & Pontificio impro-*
*batæ repreſſaliæ, in c. vnico, de iniuriis, in*
*Sex. nouella 52. vt non fiant impignoratio-*
*nes, & c. l. vnica, vt nullus ex vicaneis pro*
*alienis vicaneorum debitis, teneatur. lib.*
*11. C. tit. 56. l. nullam poſſeſſionem, 4. de* E
*exſecutoribus, lib. 12. C. tit. 61. eo pertinet.*
*l. 2. de exactoribus, in Codice Theodoſiano.*
*Repreſſaliæ impignorationes iſtæ, latinis*
*clarigationes, quando pro debitis debitoris*
*alicuius prouinciæ, vel ciuitatis, vel pro*
*delicto eius impunito, retinentur & vene-*
*unt in alieno regno prouincia, vel ciuitate*
*litera, cuius eſt is qui damnum vel iniu-*
*riam paſſus eſt, iure hypothecæ & pignoris,*
*res compatriotæ vel conciuis debitoris, vel*
*quando compatriota delinquentis, dene-*
*gata iuſtitia contra delinquentem in eius*
*patria, capitur aut punitur pro eo in pro-*
*uincia vel ciuitate in quo delictum com-*
*miſſum eſt, vel cuius eſt is qui læſus eſt.*
*qui non potuit impetrare vindictā coram*
*iudice delinquentis. Vide quæ de his co-*
*pioſe tractamus, libr. 38. Syntagmat. iuris*
*vniuerſi, c. 8. vbi docemus, quando repreſ-*
*ſaliæ ſint permiſſæ, & contra quos prehen-*
*ſiones iſtæ fiant. Vocant Galli,* droict de
marque. *Vide & Guidonem Papæum,*
*deciſion. 32. Paponium, 3. Notariorum, li-*
*bro 8. cap.* Du droict de marque, *& lib. 5.*
*Arreſtorum ti. 3. Conſtitutiones Neapoli-*
*tanas, tit.* 8. de cultu pacis, *& titulo*, de
repreſſaliis puniendis. *Illæ porro frequen-*
*tes, ſunt inter limitaneas regnorum ciuita-*
*tes, ſi quando non fiat iuſtitia creditori vel*
*læſo alterius regni vel prouinciæ, excipiun-*
*tur tamen ab hoc iure repreſſaliarum nec*
*capiuntur pro aliena iniuria vel debito,*
*clerici. in cap. 1. de iniur. in ſexto, & ſcho-*
*laſtici, authentica habita; ne filius pro pa-*
*tre, Cod.*

## Capvt IIII.

1 *De forma obligationis pignoris & hypo-*
*thecæ, expreſſæ & tacitæ.*
2 *De commodo, & incommodo eius.*

OBligatio pignoris vel hypothecæ fit
vel expreſſe vel tacite. Pignus fit tra- 1
ditione ex conſenſu, conuentione, nec re-
quirit ſcripturam aut ſolemnitatem ver-
borum pro forma: *a* & hoc eſt expreſſe ex
conuentione contrahere. Tacite vero,
quando nihil dicitur de pignore vel hypo-
theca, ſed tamen cenſetur de hypotheca
conuentum. *b* Adiiciuntur ex conſenſu,
pacta conuentioni hypothecæ & pigno-
rum ſeruanda, niſi expreſſe a lege prohi-
beantur:



beantur: cuius generis eſt prohibita lex A
commiſſoria, nempe vt ſi intra certum
tempus debitum non ſit ſolutum, pignus
ſit lucro creditoris. *c* Poterit tamen licite
conueniri, vt ſi intra certum tempus debi-
tum non fuerit ſolutum, pignus poſtea iu-
ſto pretio vendatur creditori. *d* Non ta-
men valebit venditio pignoris ſimulata in
fraudem vſurarum, ſi pactio venditioni
fuerit appoſita, vt ſi a tempore contractus
(exempli cauſa) vſque ad duos proximos B
annos emtori emtio diſpliceret; venditori
intra annum poſtea maiori pretio dato re-
ſtitueretur, computandis in pretio eius an-
ni fructibus: quia cenſetur contractus vſu-
rarius, maxime ſi emtor ſolitus fuerit vſu-
ras accipere. *e* Porro in expreſſa hypo-
theca, non ſufficit dicere hypothecam ha-
bebis, vel pignus dabo, ſed oportet adiice-
re hæc vel illa res erit vel datur vel conſti-
tuitur hypothecæ vel pignoris nomine. C
*f* Natura pignoris & hypothecæ, vt ſola
detentio tranſeat in accipientem credito-
rem, dominium autem, & poſſeſſio cenſe-
antur eſſe penes debitorem dantem. *g*
2 Quocirca omne damnum, & pericu-
lum, quod pignori vel hypothecæ accidit,
eſt periculo debitoris: *h* ſi modo ſine culpa
aut dolo creditoris acciderit. *i* Eadem ra-
tione omne commodum pignoris & hy-
pothecæ ad debitorem pertinet. Proin- D
de creditor fructus perceptos ex pignora-
ta vel hypothecæ ſubiecta re, tenetur de-
bitori reſtituere, vel in diminutionem vel
ſolutionem debiti impetrare, & ſi quod
ſuperſit deductis impenſis in fructibus
colligendis, vel ſuſcipiendis factis, vt reli-
quum reſtituere. *k* Niſi terra in pignus per
Eccleſiam a laico recepta, de feudo fuiſ-
ſet Eccleſiæ, quod redimendum hoc mo-
do de manu laici videatur. *l* In hoc tamen E
caſu, quandiu Eccleſia fructus percipit,
debitor non tenetur exhibere ſeruitium
prælato vel Eccleſiæ pro ipſo feudo. *m* Ex
ſuperioribus quoque ſequitur rem pi-
gnori acceptam, non poſſe per credito-
rem vſucapi, eo quod alieno nomine poſ-
ſideat. *n*

### Scholia.

a *l. 1. de pignora. actio. P. l. 44. §. non mutat,*
*de vſucapio, P. l. 4. de pignor. P. l. in re, de*
*fide inſtrumento. P. de formulis diuerſis*
*contrahendi pignus vel hypothecam, tra-*
*ctat fuſe Barnabas Briſſonius, lib. 6. de for-*
*mulis & ſolemnibus populi Romani ver-*
*bis, dum agit. de pignore.*
b *Quod pluribus modis accidit, vt in l. vnic.*
*de rei vxoriæ actio. C. ſic inuecta, & illata*
*in prædium Vrbanum a conductore, taci-*
*te obligantur pro penſione, l. fin. C. in quib.*
*cauſ. pignus tacit. contra. non tamen idi-*
*pſum reſponſum in conditione prædiorum*
*ruſticorum, l. 1. 3. 4. in quib. cauſ. pig. ta-*
*cite contra. P. in ruſticis tamen, fructus, qui*
*ibi naſcuntur cenſentur tacite obligati do-*
*mino fundi, pro penſione, l. in prædiis, 7. eo.*
*tit. l. 24. §. 1. loca. P. inuecta quoq; in do-*
*mum conductam, cenſentur obligata taci-*
*te pro deterioratione domus, l. 2. & 3. in*
*quib. cauſ. pig. vel hypothec. tacite contrah.*
*libr. 20. P. titu. 2. habet & tacite obliga-*
*tam domum qui mutuat ad reſtitutionem*
*ædificii, l. 1. eod. titul. in quib. cauſ. pig. vel*
*hypothe. P. aut ſi in refectionem nauis, na-*
*uem quippe tacite obligant, l. interdum, qui*
*potior. in pignore habeantur, P. obligat &*
*tacite bona ſua qui contrahit cum fiſco, l.*
*1. & 2. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec.*
*tacite contrah. item promittens, & accipi-*
*ens ab vxore, c. ex literis, de pignorib. l. v-*
*nica, de rei vxor. action. C. & qui ſuſcipit*
*tutelam vel curam, pro male geſtis, l. ſi ma-*
*ter, C. in quibus cauſis pignus vel hypothec.*
*tacite contra. l. fin. C. de legitim. tutel. item*
*pater, qui bona filiorum familias aduenti-*
*tia adminiſtrat. pro his quæ vendit vel ma-*
*le adminiſtrat, obligat tacite propria. l.*
*cum oportet, iuncta l. penul. & fina. de bo.*
*maternis, C. eodem modo ſua obligat alter*
*ex parentibus, filiis, pro reſtitutione bono-*
*rum acceptorum ex præcedente coniuge,*
*dum repetit nuptias, & dum tenetur reſti-*

*tuere liberis prioris matrimonii, vnde bona proceſſerunt, iuxta leg. ſi mater, in quibus cauſ. pign. vel hypotheca tacite contrahatur, Cod. & leg. hac edictali, §. penultimo, de ſecund. nupt. Cod. item ſi quis conducat fiſci vect. galia, leg. ſemper, §. conductores, de iure immunita. Pandect. ſi quis legata vel fideicommiſſa ſoluere teneatur, leg. prima. Cod. communia de lega. ſunt & alii caſus, in quibus quis tacite obligare cenſetur bona iure hypothecæ, de quibus vide Antonium Neguzantium, tracta. de pignoribus, in quarto membro, ſecundæ partis.*

c *cap. ſignificante, de pignorib. leg. prima, & fina. de pactis pignor. Cod. de improbatione huius pacti, & de iureiurando ei appoſito, tractat Antonius NeguZantius, tracta. de pignorib. in principio quartæ partis principalis.*

d *In l. ſi fundus, decimaſexta, §. fin. de pignorib. Pandect. l. fin. de contrah. emtio. Pandect.*

e *cap. illo vos, 4. de pignorib.*

f *Aliud enim eſt promittere ſe pignus daturum, quo caſu non cenſetur pignus datum, nec hypotheca facta, & tenetur tantum qui promiſit actione de conſtituto, pro explenda fide, & dando pignore, leg. qui autem, §. ſi quis conſtituerit, de conſtituta pecunia, eſtque hæc perſonalis actio; aliud autem eſt dicere, talis res erit tibi in pignus, vel hæc res hypothecæ nomine tibi ſubiicitur, nam tunc cenſetur conſtituta hypotheca, & actio in rem competit ſeu perſecutio, leg. pignoris, de pignorib. atque in omnibus petitionibus in rem, oportet determinare, vel deſcribere rem petitam, leg. ſi rem, Cod. de rei vindica, vt fundum ex vicinis & confinalibus, in leg. forma cenſuali, de cenſib. Pandect. Eſt tamen actio pignoratitia perſonalis, in leg. fina. de diſtractio. pignor. & nihilominus eſt in perſonam, & in rem. Bartol. & alii ad leg. pignoris, Cod. de pignorib. ex æquitate tamen iuris pontificii eſt in rem ſcripta, & poteſt debitor ea experiri, non ſolum contra creditorem, ſed etiam contra alium detentorem pignoris, vel ſaltem in eum datur actio vtilis, cap. cum contra, & ibi Hoſtienſis, de pignorib.*

g *leg. pignus, octaua, de pignora. action. libro quarto, Codice titulo vigeſimo quinto, leg. reſcriptum, de diſtraction. pignor. leg. cum ſortis, trigeſima quinta, §. fina. de pignora. action. Pandect. leg. quis ſit fugitiuus, de ædilitio edicto. Pandectis.*

h *leg. ſi creditor, quinta, & leg. quæ fortuitis, ſexta, leg. pignus in bonis, nona, de pignorat. action. Codic. leg. ſi intro, vigeſima prima, §. quicquid, de pignoribus, §. fina. quibus mod. re contrahit. obliga.*

i *leg. ſi creditor, & leg. creditor, ſeptima, leg. ſi nulla culpa, octaua. de pignoratitia, actione, Codice.*

k *capit. primo, ſecundo, & cap. conqueſtus, octauo, de vſuris, cap. ad noſtram, ſeptimo, de iureiuran. cap. cum contra, ſexto, de pignorib. leg. prima, ſecunda, tertia, Cod. de pignoratitia, action. leg. prima, Codice de diſtraction. pignorum, Codice leg. ſecunda, de partu pignor. leg. ſi dominium, Codice de pignoribus, quæ locum habent, non tantum in fructibus perceptis, ſed etiam in percipiendis, ſi in fraudem non ſint percepti, non aliter, vt notat Hoſtienſis, ad cap. primum, de vſuris. Imo tenetur creditor computare in ſortem pretium locationis eius rei, ſi res pignorata locari ſolita erat, & non fuerit locata, vel ſi quidem non fuerit ſolita locari, ſed tunc temporis inuenerit conductorem, iuxta leg. ſecundam, de partu pignor. vide Panormitanum ad dictum caput primum, de vſuris, vbi addit de fructibus non perceptis, qui tamen a domino percipi potuiſſent, aliter non, teneri creditorem, niſi ſoluta ſorte principali ſeu debito retinuiſſet hypothecam, quia tunc malæ fidei poſſor eſſe inciperet, & ideo vt talis, teneretur de percipiendis, cap. grauis, vndecimo, de reſtitution. ſpoliator. libro ſecundo, titu. 13. vide l. ſi fundum, & l. certum, Cod. de rei vindica. nihil prohibet idcirco quin creditor locare pignus poſſit, l. creditor, 23. de pignorib. P. vel emere, l. reſcriptum, 12. de diſtract. pignor. P. l. Titius, 9. quib. mod. pignus vel hypothe. ſoluit. P. cum ſimilib.*

l *cap. primo, & cap. conqueſtus, octauo, de vſuris.*

m *cap. primo, de feudis, libro primo, titulo 20.*

n *l. pignori, 13. de vſucapio. libr. 41. P. titu. 3. l. 11. de diuerſ. & tempo. præſcr. l. 1. C. communia, de vſuca.*



## Capvt V.

1 *De actione pignoratitia & hypothecaria.*

2 *Contraria.*

3 *Dum concurrunt plures hypothecarii qui priores.*

1 AGIT actione hypothecaria creditor pro ſibi obligatis, *a* agit & hæres eius; *b* item & vtili is, cui ceſſit creditor, ſeu cui obligauit nomen ſui creditoris. *c* Datur autem contra principalem debitorem, *d* & hæredes eius: *e* & contra tertium rei hypothecæ ſuppoſitæ poſſeſſorem: quia realis actio, rei detentorem ſequitur: *f* dummodo tamen obligatio hypothecaria nata fuerit: quod fit vel ſtatim vbi pure contractum eſt, *g* vel conditione appoſita, ſi ea exſtiterit. *h* In diem autem obligatione contracta, ſi interſit creditoris, ante diem ex cauſa agi poterit: *i* vt ſi ſuſpectus fiat debitor, *k* aut deſtituatur facultatibus, aut bona diſſipet. *l* Non ſoluente debitore, ad res hypotheca obligatas peruenitur etiam contra tertios poſſeſſores, facta prius diſcuſſione principalis debitoris, num ſit ſoluendo; *m* vtq; re iudicata damnatus debitor, ſoluere cogitur per captionem, & diſtractionem pignorum; *n* ſic ſi debitor non ſoluat debitum, creditor ipſo iure vendere pignus poteſt, *o* cum ſolemnitate tamen, & bona fide: *p* vt ex pretio rei venditæ ſatisfiat creditoribus. Si quid autem ſuperſit, reſtituatur debitori. *q*

2 Agit & creditor pignoratitia actione contraria, *r* contra debitorem, ſi in conſtituendo pignore eum deceperit, *s* vt ſi alii obligatam rem iterum ei ignoranti obligauerit, *t* aut rem alienam ſe ignorante; *v* ſi euictum fuerit pignus ei datum vel adiudicatum; *x* ſi noluerit ei pignus reſtituere nondum pecunia ſoluta; *y* aut ſi ſeruum pignoratum debilitauerit, *z* ſi res pignorata ei damnum dederit, *aa* vel ſi impenſas in rem pignoratam repetendam fecerit: *bb* datur & eidem Saluianum interdictum. *cc*

3 Quod ſi plures creditores concurrant in repetitione debitorum, & habeant hypothecas, generaliter, qui prior eſt tempore in obligatione, potior eſt in iure hypothecæ, ſi in reliquis pares ſint. *dd* At ſi priuilegia vel debiti vel perſonæ concurrant cum prioritate temporis hypothecæ, aliquãdo priores in hypotheca ratione temporis creditores, fiunt iure poſteriores: veluti ſi pecunia pupilli res alteri obligata cõparetur, *ee* ſi mulier agat pro dotis repetitione. *ff* præferuntur & pupilli creditoribus tutorũ & curatorum, qui res ſuas adminiſtrauerint: *gg* quod, & de adminiſtratione curatorum, furioſorum, & prodigorum intelligendum eſt. *hh* præfertur, & interdum priuato fiſcus: *ii* præfertur & aliis, qui ad pignoris conſeruationem mutuo dedit, *kk* & qui in cauſam pietatis credidit, *ll* qui pecuniam depoſitam repetit, *mm* ſi prior renuntiauerit iuri ſuo, erit ſecundus potior. *nn* Erit, & poſterior creditor factus prior, ſi ſucceſſit in locum prioris, ſi ſoluendo ei debitum nominatim ei ceſſio per illum iuris ſui hypothecę fuerit facta, non aliter. *oo* Creditores quoque, quibus per publicam ſcripturam

ſeu inſtrumentum, obligatio ſit: præferuntur creditoribus, quibus per chirographum ſeu priuatam ſcripturam, factæ ſunt obligationes, niſi illa fuerit per notarium & tres teſtes ſubſcripta, *pp* item ſi poſterior priori debitum obtulerit prior fit. *qq* Si oblatio ſit realis, & non verbalis tantum: *rr* dummodo id fiat congruo loco, & tempore. *ss*

### SCHOLIA.

a *§. item Seruiana, de actionibus apud Iuſtinia. de differentiis inter hypothecariam & Saluianum interdictum, tractat Antonius Neguzantius in octaua parte, de pignoribus in principio, ſeu in primo membro, & de differentia hypothecariæ & pignoratitiæ in primo membro ſeptimæ partis, hypothecaria naſcitur ex ſolo conſenſu, l. ſi tibi decem, de pignora. action. P. pignoratitia, ex rei interuentu, §. fin. quib. mod. re contrah. obliga. apud Iuſtinian. pignoratitia eſt actio bonæfidei, hypothecaria ſtricti iuris, gloſſa, in §. actionum, de actionib. apud Iuſtinia. ad verbum,* pignoratitia. *pignoratitia actio datur directo debitori, contraria creditori. pignoratitia cum ſit perſonalis, tollitur ſpatio 30. annorum, l. ſicut, de præſcriptio. 30. vel 40. annor. Cod. hypothecaria contra creditorem a tertio poſſeſſore altero quam debitore, præſcribitur interdum ſpatio decem annorum, interdum viginti, interdum, 30. interdum, 40. l. prima & ſecunda, ſi aduerſus creditorem præſcriptio opponatur, li. 7. C. tit. 36. l. cum notiſſimi, in principio, & §. primo, de præſcription. 30. vel 40. annor. C.*

b *l. 1. C. ſi vnus ex pluribus hæ. debitoris vel credi. & c.*

c *l. grege §. cum pignori, de pig. in P. titu. ſi pignus pignori datum ſit, C. & l. nomen. C. quæ res pignori, oblig. poſſeſſ.*

d *l. perſecutione, & authen. hoc ſi debitor, C. de pignorib. agitur perſonali & reali contra debitorem poſſeſſorem, & contra fideiuſſorem poſſidentem rem obligatam proxime citatis iuribus.*

A e *l. prima, & ſecunda, C. ſi vnus ex pluribus debitoribus vel creditorib. & c.*

f *l. pignoris, C. de pignorib. eod. tit. P. l. diſtractus, iuncta authen. ſequen. C. eod. condemnatur & poſſeſſor, qui rem dolo malo deſiit poſſidere, ad id quod intereſt petentis; eoque nomine admittitur iuramentum in litem contra illum, leg. ſi fundus, 6. C. in vendicatione, de pign. in P. vide in l. actionibus, de in litem iuran. P. niſi forſan ipſe* B *debitor dolo deſierit poſſidere, contra quem admittitur iuramentum in litem, ſed aduerſus eum creditor petitionem debiti cum vſuris proponet, Bartol. in d. l. ſi fundus, § ſi pluris, de pig. P. facit, l. ſi inter, eo. tit. excepto tamen debitore chirographario, & ſi is rem ad ſe reuerſam deſiiſſet dolo poſſidere, nam tunc creditoris intereſt, Bartol. ad d. l. ſi inter. §. fin. iunge, l. vnicam, C. etiam ob chirographariam pecuniam, & c.*

C g *Pura obligatio actionem & vim ſtatim ſortitur, §. omnis ſtipulatio, de verborum obliga. apud Iuſtinia. l. 41. eod. titulo, Pandect.*

h *l. grege, 13. §. ſi ſub, de pignorib. Pandect.*

i *l. quæſitum, 14. de pignorib. P. in omnibus, de iudi. Pandect.*

k *l. 36. de rebus creditis, l. ſi ab arbitrio, qui ſatiſda. cogan. Pandect.*

l *cap. fin. de fideiuſſor. l. laicus, manda. Pandect.*

D m *l. moſchis, de iure fiſci, P. & §. enimuero, nouella 4. concorda tamen cum l. diſtractis. 14. & l. perſecutione, 24. de pignorib. C. ſi ſpecialiter quædam res eſt obligata, eam perſequi primum oportet, §. ab hac vero, nouella 112.*

n *Iuxta ordinem, l. a diuo Pio, §. in venditione, de re iudica. Pandect. l. 2. de prætorio pigno. Cod.*

E o *In l. ſi conuenerit, 4. de pignora. actio. P. l. 1. Cod. de pactis pignorum. l. quæ ſpecialiter, 9. & l. ſi in hoc, 14. C. de diſtractio. pignor. niſi fuerit inter debitorem, & creditorem conuentum, ne diſtrahatur pignus, dicta l. ſi conuenerit, vbi illa conditio non vendendi*



A *vendendi appoſita, & conuenta, reſtringitur, vt liceat vendere, ſi ter interpellatus debitor ſoluere diſtulerit. Si tamē ex cauſa iudiciali pignus ſit captum, non a creditore ſed auctoritate iudicis erit vendēdum, leg. 2. C. ſi in cauſam iudicati pignus captum fuerit.*

p *l. creditor, 4. & l. quæ ſpecialiter, 9. de diſtract. pign. C. ſolemnitas ponitur diſtrahendi pignora in l. vetuſtiſſimā. 3. de iure dominii impetran. C.*

B q *l. penult. de pignora. actio. in P. d. l. 3. de iure domi. impetra. C. atque debitor quod ſupereſt ex pretio pignoris venditi ſoluto debito, repetit actione pignoratitia, l. ſecūdum 20. de diſtract. pignor. C. l. eleganter, 24. §. ſi vendiderit. de pignorat. action. P. Datur & debitori actio aduerſus creditorem nō aduerſus emtorem ſeu poſſeſſorem, de pignore non recte diſtracto, l. ſi ceſſante, 7. de diſtractio. pign. l. 1. & l. ſi creditor, 5. C. ſi ex vendito pign. agatur. C.*

C r *Quia directa datur debitori contra creditorem, vt dicemus poſtea, contraria creditori contra debitorem.*

s *l. ſi rem, 9. de pignor. actio. P. l. ſi in pignore, 54. de fideiuſſoribus, vt ſi æs pro auro pignori ſubiecerit, l. ſi quis, 36. & l. 1. de pignora. actio. P. l. item cum æs, vigeſima de furtis.*

t *l. tutor, 16. §. 5. de pignor. action. Pandect.*

D v *In proxime citatis legibus, & l. ſi Titio, 22. de pigno. P. l. quæ prædium, 6. ſi aliena res pignor. dat. ſit. C. leg. prima, de pignorib. in Pandect.*

x *leg. ſi pignore, vigeſima ſecunda, §. fin. & leg. ſequen. & l. eleganter, 24. de pignora. action. P.*

y *Dicta l. ſi pignore, §. ſi poſt, & l. ſi quaſi, tertia, de pignorat. actio.*

E z *l. ſeruum, 27. de pignorib.*

aa *l. ſi ſeruus, 38. de pignor. actio. P. & vltra pro eo, quod eius interierit, l. ſi in pignore, 54. de fideiuſſor.*

bb *l. ſi ſeruos, 25. l. ſi neceſſarios, 8. de pignora. action. P. l. creditor, 6. C. eod. tit. l. in ſumma, 6. C. de pign.*

cc *Vt explicatur, in §. interdictum quoque, de interdict. apud Iuſtinia.*

dd *l. 2. & 4. & l. diuerſis, qui potiores in pignor. habean. C. l. 2. & l. potior, 1. eo. tit. P. ca. qui potior, de regul. iur. in Sex. refertur* B *uatem ſub cōditione contracta hypotheca, conditione adueniente ad tempus, quo contractum fuit. d. l. potior, & l. neceſſario, §. quod ſi pendente, de pericu. & comtur. rei vendi. P. niſi agatur de mutuo, quod promiſſum non inducit obligationem, priuſquam fiat numeratio, quia re contrahitur, vide leg. qui balneū, qui potior. in pignor. habea. in Pandect.*

ee *leg. idemque, 7. qui potior. in pignori. habean. Pand.*

ff *l. aſſiduis, qui potiores in pignor. habean. C. l. 2. §. fin. & l. 3. & 4. de priuileg. creditor. Niſi agatur de primipilari cauſa, in l.* C *penult. de primipilo, lib. 12. C. leg. ſatis. C. in quibus cauſ. pignus vel hypothec. tacite contrahat quemadmodum & vxor poſtponitur creditori mutuanti marito militiæ cauſa. §. his conſequens, & §. ſequen. de æqualita. dotis, in nouellis, vt & ſi concurrat cum agente pro alia anteriore dote repetenda. l. aſſiduis, §. & ideo, & ſequentib. qui potior. in pignor. habeant. C.*

D gg *l. 4 §. final. de priuilegiis creditor. P.*

hh *l. 5. 6. 7. eod. tit. de priuileg. creditor.*

ii *l. qui pignus, & leg. 14. qui potior in pignorib. habean.*

kk *l. interdum, 5. & ſequent. qui potior. in pignor. habean. P. l. qui in nauem, de priuilegiis creditor. l. quod quis, eod. tit. l. 1. de ceſſion. bono. P.*

ll *l. at ſi quis 4. & l. penultim. de religioſ. & ſumti. funer. P. l. 2. de priuileg. creditor. P.* E *Et hinc videtur pendere ratio, cur qui redimunt hominem a captiuitate, cæteris creditorib. præferatur, leg. in bello, 12. §. ſi pignori, de captiuis. & poſtili. reuer. P.*

mm *l. ſi hominem, §. quoties, depoſit. P. l. ſi ventri, §. in bonis, de priuileg. cred. Pand.*

nn *l.* 1. 2. 4. 8. *de remiſſion. pigno. C. l. ſicut,* A 8. *§. illud videamus, quib. mod. pignus vel hypothec. ſoluit. P.*

oo *in l.* 1. *& penult. de his qui in priorũ creditorũ loc. ſuccedunt, l. creditor. §. ſi tecum, eod. tit. Pand. l. Titius. §. ſi. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. P.*

pp *l. ſcripturas,* 11. *qui potior. in pignor. habean. lib.* 8. *C. tit.* 18.

qq *l.* 1. *& l. prior, quinta, qui potior. in pign. habean. C. l.* 2. 22. *de pignoribus. Cod. leg.* B *diuerſis,* 8. *& l. potior,* 11. *qui potior. in pignoribus habeant. Pand. Videlicet, quando creditori, qui priori offert, fuerat pignus quoque obligatum, non aliter, leg. cum tibi,* 10. *in fin. qui potior. in pignoribus habeant. C. & dummodo oblatio fiat, antequam prior creditor vendiderit pignus. leg. cum prior, tertia, de diſtract. pignoris. Cod. leg.* 1. *Cod. ſi antiquus creditor, &c. Cui vero creditori competat hoc ius offe-* C *rendi priori, tractat Antonius Neguzantius, in quinta parte principali, tractatus de pignoribus, & in tertio membro primæ eius partis, tractat & in ſecunda parte eiuſdem membri, qualiter oblatio fieri debeat, in tertia, de affectibus prouenientibus ex ipſa oblatione.*

rr *l. qui decem, verſic. idem reſpondit, in fine, de ſolutio. Barthol. ad l. prætor ait, §. ſi quis paratur, de operis noui nuntiatio.* D *Pandect. vbi opus eſt facto, veba non ſufficiunt, Gloſſa finalis, in capit. paſtoralis, de officio ordinario. gloſſa, ad caput vt circa, ad verbum*, præſtito, *de electione, in Sext. Sicque cum oblatione debet eſſe conſignatio, leg. acceptam. C. de vſuris, & in leg. obſignatione. C. de ſolution. Niſi in caſu, l. penultim. de reſcinden. vendit. Pandect. quem notat gloſſa ad leg. ſi reſiduum, de diſtraction. pignoris, in Cod. tradit &* E *exceptiones Alexander ad leg. ſi mora, ſolut. matrimon. P.*

ss *Aliter non releuat oblatio. l. ſi ſoluturus. de ſolut. Pandect. Si incongruo tamẽ tempore, & loco fieret oblatio debiti, cum conſignatione eius quod interſit creditoris alibi & alio loco fieri ſolutionem, legitima ea exiſtimatur ſecundum Bartol. ad l. qui Romæ, in princip. & ibi Gloſſa ad verbum,* obtulerit, *de verborum obligat. Pand. facit, l. fideiuſſor, de doli mali, except. Pandect.*

## Capvt. VI.

1 *De fine & liberatione pignoris & hypothecæ.*

2 *De actione directa.*

PIgnus,† & hypotheca propter contractus fidem maiorem, reſtitutioniſq; vinculum fiunt, *a* cum plus cautionis ſit in rem, quam in perſonam, *b* proinde ſolutione ex integro debiti facta liberatur ab obligatione pignus & hypotheca. *c* Idipſum, accidit ſi nolente creditore debitum accipere, fiat a debitore oblatio, & conſignatio legitime debiti, *d* aut ſi alio modo fuerit ſatisfactum de debito creditori, *e* ſi nouatum fuerit debitum, *f* vel alio modo debiti obligatio defecerit, *g* vel fuerit pignoris obligatio remiſſa, *h* vel ſi fuerit reſoluta, reſoluto iure dantis, *i* aut ſi res obligata perierit, *k* vel vſucapta ſit. *l* Amittit, ius pignoris creditor, ſi ancillã pignoratam proſtituat, vel aliud improbatum eam facere cogat, *m* ſi creditor aliunde rei pignoratæ dominium nactus fuerit. *n* 1

Solutione autem,† & liberatione facta pignoris, debitor rem pignoratam a creditore repetit, directa pignoratitia actione, *o* ſimulque damnũ, ſi quod rei datum fuerit culpa vel dolo creditoris. *p* 2

### Scholia.

a *Papinianus leg. legata ſupellectili,* 9. *§. fin. de ſupellectil. legata, lib.* 33. *tit.* 10.

b *l. plus cautionis,* 2. *de reg. iur. Martialis, lib.* 12. *Epigram. epig.* 25.

Cum rogo terminos ſine pignore,
non habeo, inquis,
Idem ſi pro me ſpondet agellus,
habes.
Quod mihi non credis veteri Theleſine ſodali,
Credis colliculis arboribuſq; meis.

*Et Iuſtinia. in §. creditor, quibus modis re contrahit. obligat. pignus* (inquit) *vtriuſque gratia datur, & debitoris, quo magis, ei pecunia credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum.*

c *l. item liberatur,* 6. *quib. modis pignus, vel hypothec. ſoluitur, l. ſi eis,* 11. *§. primo, de pignoribus. Pandect. l. ſolutum,* 11. *§. ſi in* B *ſortem, & l. ſi in ſortem,* 40. *§. final. de pignor, actio. in Pandect. l. creditor,* 20 *C. de pignor. l. ſi reddita de luitione pignor. C. dico ſolutionem ex integro fieri debere, vt pignus liberetur. nam ſi pro parte tantum ſoluatur debitum, adhuc pignoris vel hypothecæ remanet integra obligatio, pro reliquo perinde ac pro toto. l. ſi rem,* 9. *§. omnis. de pignoratit. action. Pandect. leg. in exſecutione,* 85. *§. item, ſi vita, de verbo.* C *obligat. Pand. l.* 2. *C. debitorem pignoris venditionem impedire non poſſe, l. hæredes,* 25. *§. idem iuris, familiæ erciſcund. Pand. cum ſimilibus, tenentur & pignora quoq; pro vſuris legitimis. l. grege.* 13. *§. fin. de pignor. Pand. l. ſi neceſſarius,* 8. *§. ſi. de pignora. actio. P.*

d *l. aliena,* 20. *§. ſi per, de pignora. actio. P. l. ſi creditor,* 20. *de pignoribus. C. l.* 3. *de luitione pignoris. C. l. acceptam,* 19. *de vſur.* D *l. potior.* 11. *§. fin. qui potior. in pignor. habeant.*

e *Dict. l. item liberatur, quibus mod. pignus vel hypothec. ſolui. facit, l. ſatisfactio,* 52. *de ſolut. dict. l. grege,* 13. *§. etiam ſi, de pignori. P. l. ſi rem,* 9. *§. omnis, de pignorat. actio. Pand. vt ſi pignus accepto latum vel remiſſum, l. ſoluitur,* 5. *in princ. & ſi paciſcatur, quibus mod. pignus vel hypothec. ſoluitur, l. ſolutum,* 1. *§.* 1. *de pignorat. act.* E *vel ſi iuramento delato, debitor iurauerit, ſe non debere, vel alio modo a iudice abſolutus ſit. l. ſi deferente,* 15. *quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. P. l. iuſiurandum,* 40. *de iureiuran. in* P.



A f *l. ſolutum, ff. de pignorat. actio. l. nouatione,* 18. *de nouatio. Pandect. l. vnica, C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe. C. niſi nominatim conuentum in nouatione, vt eadem res pignori remaneat, proxime citata, l. vnica, & l. ſolutum,* 11. *de pignora. action. Pandect. aut niſi nouatio fuerit neceſſaria per litis conteſtationem, dictis l. vnica,* 11. *& l. grege,* 13. *§. etiam ſi. de pignoribus & hypo-* B *thec. Ratio diuerſitatis, in l. aliam cauſam, de nouat.* P.

g *l.* 5. *§ penult. de pignoribus.* P. *l. fœnerator,* 6. *de nautico fœnore. exemplum, in l.* 1. *&* 2. *ſi pignoris conuentionem numeratio pecuniæ non fuerit ſecuta.*

h *l. maior annis,* 2. *C. de pignoribus. l.* 2. *& l. creditorem,* 3. *de remiſſio. pignor. C. cum ſimilib.*

i *Vt in l. lex vectigali,* 31. *de pignoribus.* P. C *l. ſicut,* 8. *quibus modis pignus vel hypotheca ſolui.*

k *Dict. l. ſicut,* 8. *& l.* 1. *§. cum prædium, de pignorib.* P.

l *l. ſi a creditore,* 7. *de action. C. vide Antonium Neguzantium, in* 2. *membro ſextæ partis principalis tractatus de pignoribus, diſputantem, de præſcriptione pignoris, & iuris hypothecæ. & diſtinguitur etiam, in l. cum notiſſimi,* 7. *de præſcription.* 30. D *vel* 40. *annor. C.*

m *l. eleganter,* 24. *§. fin. de pignorat. action. Pandect.*

n *l. ſi rem,* 29. *de pignora. actio. Pandect.*

o *l. creditor, quibus modis re contrah. obliga. apud Iuſtinian. l.* 1. *§. creditor, de actio. Datur & pro fructibus ex re perceptis repetundis, l.* 2. *de partu pignor. l.* 1. *&* 2. *de pignorat. action. C. l.* 1. *&* 2. *de vſur. cum ſimilibus, & pro omni commodo percepto,* E *l. ſi inter,* 22. *§. quicquid, de pignoribus Pandect.*

p *l.* 2. *l. creditor, de pignorat. action C. l. creditor,* 15. *l. eleganter,* 24. *§. fin. eo. tit. in* P. *l. fideiuſſor.* 31. *de negot. geſt. §. fin. quibus mod. re contrah. obligat. Datur & actio*

pro eo, quod intereſt debitoris, quod cre- A
ditor noluerit reſtituere inſtrumenta rei
pignoratæ, leg. fin. de pignora. actio. pro la-
ta & leui culpa, non pro leuiſſima, nec pro
caſu fortuito leg. ſi cum venderet. §. fin. &
ibi Bart. & Paul. Caſtrenſis, de pignorat.
actio. l. fin. §. fin. eod. titul. facit, lex. ea igi-
tur. eod. tit. & l. quæ fortuitis. C. eod. tit. vi-
de de actione pignoratitia, Antonium Ne-
guZantium, tracta. de pignoribus, in tertio
membro ſeptimæ partis. B

# DE VERBORVM obligationibus.

## TITVLVS X.

### CAPVT I.

*Continuatio, & quid verborum obligatio.*

1 POſt contractus † re obligantes, dicen- C
dum eſt de obligatione verborum. *a*
Hæc tamen verborum obligatio in iure
pontificio, non pendet ex formula iuris
ciuilis, conceptionis interrogationis præ-
cedentis, & reſponſionis ſubſequentis, ex
qua naſcitur iure ciuili vinculum firmum,
quod dicitur ſtipulatio ſeu ſponſio: *b* cum
quid fieri dari vel ſtipulamur, cum inter-
rogatione verbis facta, & reſponſione ei
conueniente. *c* Nam iure hoc, ſufficit pa- D
ctio, verbaliſque ex conſenſu promiſſio, o-
miſſa ſcrupuloſa interrogandi prius & re-
ſpondendi poſtea, neceſſitate, indeque na-
ſcitur obligatio. *d*

SCHOLIA.

a Hic eſt ordo Iuſtiniani, in inſtitutionibus
iuris ciuilis, & leg. 1. de actio. P. & a nobis
quoque antea conſtitutus. E

b l. 1. & 2. de ſponſalib. P. Gellius. lib. 4. c. 4.
Varro 5. de lingua latina, dum de ſponſa-
libus agit, ſtipulationes vim aliis obliga-
tionibus iure ciuili addunt, atque ideo o-
mnibus addi poſſunt, ſuntque cautionales,
id eſt, per ſtipulationis adiectionem alii
contractus maiorem cautionem creditori-
bus addunt, magiſque obligantur ad fidem
implendam contrahentes, & ita ſtipulatio-
nis alios contractus in ſe quodammodo
transformant. l. ſtipulatio, 5. §. conuentio-
nales. l. ſi ita, 126. §. Chryſogonus, de verb.
obligatio. de his ſtipulationibus agitur in
iure ciuili, titulo. de verborum obligatio-
nibus, libr. 3. inſtitutionum. tit. 16. & libr.
45. P. tit. 1. & libr. 8. C. tit. 38. de contrah.
& committen. ſtipulat. Item, de prætoriis
ſtipulatio. libr. 46. Pand. titul. 5. de diuiſ.
ſtipulatio. libr. 3. Inſtitution. tit. 19, & de
duob. reis ſtipula. & promitten. eo. tit. 17.
& libr. 45. P. tit. 2. & libr. 8. C. tit. 40. no-
uella 99. & libr. 52. Eclogæ Baſilicorum.
tit. 43. cap. 2. de ſtipulat. ſeruor. libr. 3. in-
ſtitutio. tit. 18. & lib. 45. P. tit. 3. & de in-
utilib. ſtipulationi. eod. lib. tit. 20. & in C.
nos abunde. lib. 24. Syntagmatis iuris, ca.
1. & de action. & obligationibus eius. c. 2.

c Sic enim definitur verborum obligatio &
ſtipulatio, in l. 1 §. 1. & l. 5. § ſtipulatio, de
verb. oblig. apud Iuſtinian. l. 1. §. verbis,
& l. obligamur, 52. de verb. obligat.

d De hac tractatur titulo de pactis, apud
Gregoriã. quia & nuda pactio iure ponti-
ficio producit actionem, cap. 1. eod. tit. &
ſupra diximus, titulo de pactis. Sic etiam
aliquando Leonina conſtitutio iure ciui-
li ſolemnitatem verborum ſuſtulit, & ſen-
ſum, & conſonantem intellectum ab vtra-
que parte deſiderauit quibuſcumque ver-
bis expreſſum eſſet, §. quin etiam, de verb.
obligat. l. omnes, C. de contrah. vel commit-
tend. ſtipulatio. l. cum lege, C. de epiſcop.
& cleric. Rurſum, & ius aliquãdo, in qui-
buſdam negotiis voluit ſubintelligendam
ſeu ſupplendam omiſſam ſtipulationem, vt
in l. vni. de rei vxoriæ, actio. libr. 5. C. tit.
13. & iure quoque ciuili, ſi ſcriptum in a-
liquo inſtrumento inueniatur: aliquem
promiſiſſe, præſumitur facta ſtipulatio vti-
liter, niſi de contrario doceatur. §. fin. de fi-
deiuſſ. §. ſi ſcriptum, de inutilibus ſtipula-
tioni. l. ſciendum, 30. de verb. obliga. l. 1. &
& l. optimam, de contrah. & commi. ſtipu. A
C. l. Titia. 134. §. fi. de verb. obliga.



### CAPVT II.

1 *Stipulationũ diſtinctio in puras, in diem, ſub conditione.*
2 *Certas incertas, diuiduas indiuiduas, iudiciales, prætorias, communes.*
3 *Conuentionales.*

1 VErborum obligatio, † aut pura, aut in
diem, aut ſub conditione fit. *a*
2 Sunt & certæ ſtipulationes, † quando
quid, quale, quantum ſit, quod promitti-
tur, apparet; Incertæ, quando non appa-
ret. *b* Sunt & diuiduæ, & indiuiduæ, illæ,
pro parte liberationẽ admittunt, iſtę nõ. *c*
Item aliæ iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ
communes, aliæ conuentionales dicũtur.
Iudiciales ſunt, quæ a mero iudicis officio
proficiſcuntur: Prætoriæ quæ ab officio
ſeu imperio prætoris; Cõmunes, quæ ex
vtriuſque officio iudicis & prætoris præ-
ſtari poſſunt.
3 Conuentionales, † quæ ex conuentio-
ne contrahentium præſtantur, *d* ſunt &
aliæ expreſſæ; nempe verbis conceptis, &
aperto ſermone factę, & aliæ tacitæ, quan-
do eas interueniſſe iura fingunt, & pro ad-
iectis omiſſas haberi volunt. *e*

SCHOLIA.

a l. omnis ſtipulatio, de verborum obligat. D
vide leg. obligationum fere, 44. de action.
& obligat. P. Puræ ſunt ſtipulationes, vt
decem aureos dare ſpondes, in diem, vt
decem aureos primis Calendis Martii, da-
re ſpondes. Sub conditione, vt ſi Titius
conſul fuerit, dabis, &c. dict. §. omnis, &
ſeq. leg. eum qui calendis, de verbo. obligat.
Pandect.

b l. ſtipulationum, 74. & l. ſeq. de verbo. ob- E
ligat. P.

c l. in exſecutione, 85. de verbor. obligat.
Pandect.

d Hæc diuiſio explicatur, in titul. de diuiſio-
ne ſtipulationum, in 3. libr. inſtitutio. iuris
ciuilis, tit. 9. de iudicialibus exemplum in
ſtipulatione cautionis de dolo, vel de perſe-
quendo fugitiuo ſeruo, vel de reſtituendo
pretio, de prætoriis, vt damni infecti, lega-
torum, ædilitiæ. Communium vt promiſ-
ſio rem pupilli ſaluam fore, ſtipulatio de
rato, &c. vide, l. 5. de verbor. oblig. P. l. 1.
de prætoriis ſtipulatio. P. Paulum, libr.
5. ſentent. tit. 9. conuentionalium, per ſe li-
quent exempla, per totum ius.

B e Vt in rei vxoriæ actione, & de dotis reſti-
tutione, interpoſita ſemper cenſetur a lege
ſtipulatio. l. vnic. de rei vxor. actio. C.

### CAPVT. III.

*De quibus ſtipulatio fiat.*

DEducuntur † in verborum obligatio- 1
nem res mobiles, immobiles, iura, fa-
cta, & quæ facienda ſunt vel tradenda, vel
non. *a* Niſi res nõ ſint, & eſſe nõ poſſint, *b*
C vel ſint ſeparatæ a commercio hominum,
vt ſacræ religioſę, *c* aut ſint tales, de quibus
non poſſe paciſci antea docuimus: *d* vel ſi
alienum ſit factum, quod nemo ſtipulatur,
niſi ſua interſit, aut pœnam appoſuerit
promiſſioni. *e* Neque etiam de re turpi,
aut crimine obligatio, & verbali promiſ-
ſione contrahitur, *f* nec de ſimilibus ve-
titis.

SCHOLIA,

D a §. non ſolum, de verbor. obligatio. §. 1. de
inutilibus ſtipulatio. apud Iuſtinia. ſic ma-
trimonium, ſponſalia, verbis & conſenſu
contrahuntur, vt dicemus poſtea, capit. ex
literis, 7. cap. ex parte, 9. capit. tuæ, 25. de
ſponſalib. cum ſimilib. l. 2. de ſponſalib. P.

b §. 2. de inutilib. ſtipulatio. apud Iuſtinian.
l. impoſſibilium, de regul. iur. P. l. 1. §. ſi id
quod dari, de actio.

E c l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verb. ob-
lig. §. idem iuris, de inutilib. ſtipul.

d Superiori titulo, de pactis,

e l. ſtipulatio, in prin. & §. ſi alteri, de verbo.
oblig. Pand. § ſi quis alium, & §. alteri, de
inutil. ſtipul. apud Iuſtinian.

f *capit.1. & fin. de conditio. apposit. §. quod turpi, de inutilibus ſtipulationi. l. generaliter. & l. veluti, de verbor. obligat.* P. *Cicero 3. Officior.*

### Capvt IIII.

*Quis ſtipuletur.*

1 MVtum, † neque ſtipulari, aut verbis promittere poſſe palam eſt, *a* neque ſurdum, qui verba non audit, *b* non abſentem, non infantem: *d* furioſi etiam, ſed aliis rationibus, vt & pupilli ab ſtipulatione remouentur, vt & docuimus in pactis. *e*

#### Scholia.

a *ca. cum apud, 22. de ſponſalib. §. multum, de inutilib. ſtipulationib. l. 1. §. multum, de verbo. oblig.* P. *l. 1. §. huic proximus, & §. multum, de actionib.*

b *l. 1. §. fin. & l. in quibuſcunque, 48. de act. Pandect.*

c *§. item verborum obligatio, de inutilib. ſtipulatio. apud Inſtinian. l. 3. C. eod. tit. l. 1. de verborum obligatio.* P. *Poteſt tamen aliunde nempe ex conſenſu ſine verbis colligi obligatio abſentis. Poteſt & præſumi ſtipulatio, etiam ſi de verbis eius non conſtet, ſi in inſtrumẽto obligationis inter præſentes contractæ interueniſſe, vel omnia, ſolemniter acta fuiſſe, dicatur, l. ſciendum, 30. de verb. oblig. l. ſi ſcriptum, de inutilibus ſtipulatio. cum ſimilib.*

d *Quia infans fari nõ poteſt, ideo verbis non dicitur obligari, l. 1. & l. mulier, 7. de verbor. oblig.*

e *Propter defectum iudicii, & prohibitionem legis. l. cum prӕter, in Pandect. cum ſimilibus a nobis ſuperiori titulo, de pactis, expoſitis.*

### Cap. V.

*De formula ſtipulandi.*

1 VErba ſtipulationis † concipi poſſunt, pure in diem, ſub conditione, vt aliæ obligationes quæ verbis ordinantur. *a* Si modo, qui verba cõcipiunt, illis, quæ proferunt, conſentiant, & intentione contra- A hendi dicant, non etiam, ſi ioco vel alio animo, *b* vel per errorem reſpondeant, aut extra negotium, de quo agitur. *c* Nihil autem intereſt, quibus verbis id fiat, dummodo de conſenſu cum dictis cõſtet, ſublatis priſcis ſtipulandi ſolemnibus. *d* Adiicitur, & pœnæ nomine, aliquando certa ſumma, vt, ſi promiſſum non fiat, præſteſtetur. *e* Subiicitur, & doli clauſula, dolum malum promiſſioni abeſſe, abſuturumve eſſe. *f* B

#### Scholia.

a *Vt dictum paulo ante in diuiſione.*

b *Tractatur, in c. tua nos, 16. de ſponſalibus. l. obligationum ſubſtantia, 3. §. verborum quoque obligatio. de actio. l. 1. §. 3. & l. 7. §. 12 de pactis.* P.

c *l. ſi de alia re, de inutilib. ſtipul. l. inter ſtipulãtem, 83. §. ſi Stychum, & l. continuus, 137. §. 1. de verb. oblig. §. 1. l. Iulia. 7. & l. pater, 17. de doli except.* C

d *l. omnes ſtipulationes, de contrahen. & cõmit. ſtipul. C. Cicero 1. de legibus & in topicis, ſtipulationum formulas priſci iuris auctores compoſuiſſe ait, & ex eorum conſilio & auctoritate ſtipulationes, reſtipulationeſque factas, vt & idem in oratore, & pro Roſcio Camerino oſtendit.*

e *l. inficiando, §. 1. de furtis.* P. *l. ſi pœnam, & l. cum quid, de verbor. oblig.* P. *l. ſi procurator, ſi quis cautionibus.* P. D

f *l. ſtipulationes commodiſſimum, l. doli mali clauſula, leg. ex ea, leg. qui Romæ. §. Flauius Hermes, de verborum obliga. Quare ſi ſtipulatio ſit inutilis, vel imperfecta, ex doli clauſula incerti competit actio, ad ſtipulationem vtiliter interponendam vel perficiendam. l. ex ea parte, 121. de verbo. oblig. vt in leg. ſi ſine, 21. §. ſi in ſtipulatione, rem ratam haberi.* P. E

### Cap. VI.

1 *De effectu & fine ſtipulationis.*

2 *Et præſcriptis verbis actione.*

PEr obligationẽ ſtipulationis, † quærit quis ſibi, *a* actionẽ, & aliis quorum poteſtati 1



ſubiectus fuerit, *b* vel illis, quorum A nomine egerit, vel fuerit ſtipulatus. *c* Actio autem duplex, ſi non ſatisfiat promiſſioni, nempe & condictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio, & ex ſtipulatu, ſi incerta. *d* Si duo ſint rei ſtipulandi, ſingulis in ſolidum competit actio, item ſi duo vel plures ſint rei promittendi, in ſingulos in ſolidum actio datur. *e* Finis, & intentio ſtipulantium ſeu ſtipulationis, firmare fidem in obligatione ſeu cõtractu, cui adiicitur, datam, & B inde etiam ſtipulatio nomen habet, *f* & proinde fere omnibus cõtractibus & obligationibus ſolet adiici. *g*

2 Quod ſi verba ſint obſcura † promiſſionis, explicabuntur contra eum, in cuius fuit poteſtate latius concipere, & contra ſtipulatorem. *h* Sed ſi ſtipulatio quidem adiecta non ſit conuentioni, verba autem appoſita conuentionẽ determinent, ſicut ea conuentio nõ poſſit nomine a iure de- C finito proprio determinari, nec poſſit proprio nomine actionis obligatus conueniri, datur præſcriptis verbis actio, vt ex contractibus innominatis, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias.

#### Scholia.

a *Inuentæ enim ſunt ſtipulationes huiuſmodi, vel obligationes, ad hoc, vt quiſque acquirat ſibi, quodque ſua interſit. §. alteri, de inutilibus ſtipulatio. apud Iuſtin. l. ſtipulatio, §. alteri, de verbor. obligat.* P. *Ideo ibidem dicitur, neminem regulariter alteri poſſe ſtipulari, niſi ſua interſit alteri dari, quod & ibi illuſtratur exemplis. Tũc autem agitur, & ſtipulatio committi dicitur, cum nõ præſtatur fides data in promiſſis, l. ita quis, 135. §. ea lege, de verb. oblig. Pandect.* D

b *Sic ex ſtipulatione filiifamilias datur actio patri, l. quodcumque. 45. in princip. & §. fin. de verborum obligat. §. ſi autem, de ſtipulat. ſeruorum, apud Iuſtinia. Lege & apud eundem, titulum per quas perſonas nobis obligatio acquiritur, & ſeruo ſtipulante, domino competit actio, §. 1. de ſtipulatio. ſeruo. vide tit. 3. lib. 45.* P. E

c *Ita procurator acquirit domino actionem, l. ſi procurator, 79. de verb. oblig.* P. *l. quod procurator, 68. de procuratorib.* P. *cum ſimilib. notarius infanti vel pupillo, pro quo ſtipulatur, l. 2. rem pupilli ſaluam fore, lib. 26. Pandect. tit. 6.*

d *§. 1. de verb. obliga. l. ſi quis certum, ſi certum petat.* P.

e *§. ex huiuſmodi, de duob. reis, apud Iuſtin. l. 2. & 3. §. vbi duo, eo. tit. in* P. *l. 1. 2. 3. C. eod. tit. duo rei ſtipulandi dicuntur, quando duo vel plures ſeparatim ſtipulãtur, & promiſſor reſpondet, vtrique veſtrum dabo, vel poſt omniũ interrogationes reſpondet ſpondeo. Nam ſi ſeparatim prius uni, dehinc alteri interroganti reſpondeat, erunt duæ obligationes, ita duo pluresve rei promittendi ſunt, ſi ſic dictum,* Meui decem aureos dare ſpõdes, & Sei eoſdem decem aureos dare ſpondes, *ſi reſpondeãt ſinguli ſeparatim,* ſpõdeo. *Et ex huiuſmodi ſtipulationibus, & obligationibus ſingulis ſolidum debetur, & promittentes in ſolidum tenentur in vtraque tamen obligatione, vnica res vertitur, & vel alter debitum ſoluendo, vel alter debitum accipiendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat, §. 1. de duobus reis, l. 1. & l. duos reos, 6. eo. tit. niſi aliud cautum fuerit nominatim. dict. l. 6. §. duo rei, & l. reos ex tabulis, de duobus reis. l. 3. C. eod. ti. §. 1. Nouellæ 99. l. decem, 116. de verbor. oblig. Si tamen ſtipulatio operum ſit, diuidi poteſt actio. l. nemo, 5. de duob. reis,* P. *vel ſi promiſſum proprium cuique ſit, veluti eſt vſusfructus, l. ſi id, 5. eod. titul. de duob. reis, vel niſi creditor a ſingulis virilem partem acceperit, l. ſi creditores, 18. C. de pact. vel pro parte ſingulos cõuenire velit. l. 3. §. vbi duo, & l. reos promittẽdi, 11. de duob. reis,* P.

f *Quia ſtipulatum firmum apud veteres dicebatur. §. 1. de verb. oblig. Iſidorus. lib. 5. Etymologiarum. c. 24.*

g *l.iuriſgentium,§.quodfere,de pactis. P.l. cum eſſent, de ſeruitutibus ruſticorũ prædior. P. Iulius Paulus, libr. 2. ſententiarum,tit.22.l.ſi ita ſtipulatus,§. Chryſogonus,de verbor. obligatio. Exempla proſequitur ex probis auctorib. Barnabas Briſſonius libr. 5. de formulis. Apponebantur ſtipulationes emtionibus,vt in l.3. §. 1. de actio.emt. P.l.cum ab eo,de contrah. emt. Meminit & Varro, libr. 2. de re ruſtica. capit. 2.3.5. & Seneca.libr. 3. de Benefic.* Vtinam (*inquit*) nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret. *Adiiciebatur & in pecuniæ creditæ cautionibus ſtipulatio,l.ita.ſi certum petat.& in ſumma tot ſunt ſtipulationũ conuentionalium genera,quot rerum contrahendarum, l. ſtipulationum.§. conuentionalium, de verborum obligat.veruntamen non ideo duos contractus dicemus principalem,& ſtipulationẽ,quæ principali adiicitur,ſed vnum tantum.l.ſi ita.§.vlt.de nouat.P.*

h *In l. ſtipulatio iſta, 38. §. in ſtipulationib. & l.quicquid adſtringendæ,99.de verbo. obligat.P.l.cum quæritur,27.de rebus dubiis,l.veteribus 39. de pact. P.facit ratio, l.Arrianus,46. de action. P. In prætoriis tamen ſtipulationibus, prætoris eſt interpretatio.l.in prætoriis,8.de prætoriis ſtipul. P. Ea tamen repetita, & in ſtipulationem deducta intelliguntur, & ſubintelliguntur, de quibus ante ſtipulationem conuenit.l.Titia,134.§.idem reſpõdit,de verb. oblig.l.item quia.4.§.fin.de pact. P.*

i *Vide l. 3.4.5. cum ſuis §§.l.ſi domus, 8. de præſcript.verb.libr.19.tit. 5. Eo quere fer æſtimationem,præſcriptiſque verbis actionem,de qua, in l.1. & 2.de æſtimatoria actio.libr.19.P.tit.3. Et vide ea quæ diximus,lib.28.Syntag.iuris.cap. 6.*

# DE FIDEIVSSORIBVS.

## TITVLVS XI.

### CAPVT I.

*Continuatio, & quid fideiuſſor.*

QVia verbis,† & ſtipulatione obligãtur fideiuſſores, *a* dicamus de illis poſt verborum obligationem. 1

Fideiuſſor dicitur,† qui pro fide ſeu obgatione alterius,ſe obſtringit. *b* 2

SCHOLIA.

a *l. 5. §. ſatisfacere,de verb.obligat,P.§.non ſolum, de fideiuſſoribus apud Iuſtinian. l. blanditus, 22. C.eod.tit. de fideiuſſoribus generaliter tractatur,libr.3.decret.tit. 22. libr.4.C.tit.41.lib.46.P.tit.1.& lib.3.inſtitutio.titul. 21. de fideiuſſoribus vero in ſpecie dotium,nouella 4.minorum.libr. 2. C.tit.24.tutorum,vel curatorum, libr. 5. C.tit.57.& lib.27.P.tit.7.*

b §. 1. *de fideiuſſor. apud Iuſtinian. l. 1. §. ſed aut proprio, de actio. P.ibi.* Qui alio nomine obligatur, fideiuſſor vocatur, & plerumq; ab eo, quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur. *Adpromiſſores dixit fideiuſſores Pomponius, in dicta l. 5. §.ſatis acceptio eſt,de verbor.obligat. vt Vlpian.in l. omnibus,43.de ſolut. libr.46.P.titul.3.vt & in l.ſi vero,64.§. ſed et ſi virum,ſolut.matrimon.P.fideiuſſor obligatur, & ipſe etiam hæredem ſuum obligatum relinquit, cum rei locum obtineat,l. 4. infra de fideiuſſor. Pandect. §. 1. eod. tit. Pandect.*

### CAPVT II.

1 *Species fideiuſſionis expromiſſio.*
2 *Mandatum.*
3 *Conſtitutum.*
4 *Sponſio.*

SPecies fideiuſſionis poſſunt poni, † expromiſſio, mandatum, conſtitutum, ſponſio, quæ tamen aliquo modo conueniunt,& differunt.*a* Expromiſſor is dicitur,qui fideiubet vel promittit pro eo,qui efficaciter obligatus non eſt. *b* 1

Mandator qui mandat ante cõtractum fieri,& ita fideiubere videtur pro eo, qui eius mandato contrahit.*c* 2

Conſtituens eſt, † qui cũ fideiubeat nihilominus ſe conſtituit principalem debitorem. *d* 2



4 Sponſor qui non rogatus pro alio intercedit. *e*

SCHOLIA.

a *Vt explicat gloſſa ad §. 1. ad verbum,* fideiuſſorem, *de fideiuſſor. in nouellis, vbi & textus de omnibus meminit.*

b *Vt ſi quis pro ſeruo,promittente domino fidem dat,l.eleganter, §.ſeruis,de dolo,l.debitor mulieris, de dolo malo.*

c *l.ſi vero non remunerandi, §.ſi poſt, & §. plane, & §. cum quis,l.ſi hæreditatem,32. manda.Pand.*

d *Et ſit poſt obligationem principalem contractam,in l.fin. C. de conſtituta pecunia, l.1.eod.titul. P. & eſt inſtar fideiuſſoris.*

e *Quaſi ſponte intercedens,ſponſor dictus, & habet actionem mandati,leg.ſi pro te alias, l.qui patitur,manda. Pandect.*

### CAPVT III.

*Quibus accedat fideiuſſor.*

1 OMNI obligationi fideiuſſor accedere poteſt, *a* & in ſolidum, & in partem rei vel pecuniæ, *b* quod ſi obligatio principalis, iure reprobetur, corruet quoque fideiuſſoria acceſſio. *c* Quare flagitioſæ rei nulla eſt fideiuſſio, nec maleficiorum, *d* pro pœna tamen pecuniaria delicti, fideiuberi poſſe ambigui iuris non eſt. *e* Et pro carcerato, fideiuſſio de parendo iuri fieri poteſt, qua præbita, nec clericus carcere detinetur,niſi exceſſus enormitas,vel alia cauſa rationabilis,ſuaſerit detinendũ.*f*

SCHOLIA.

a *l.1.& l.græce, 8.§. 1. & l.fideiuſſor obligari,16.§.fideiuſſor accipi, & §.ſequen.de fideiuſſor.nec intereſt fuerit contracta prior obligatio, re aut verbis, aut conſenſu, aut literis; ſiue ciuilis, ſiue naturalis fuerit, §. in omnibus, de fideiuſſor. apud Iuſtinia. Poſſum, & actionis quam habiturus ſum capere fideiuſſorem,leg.poteſt accipi 4. de fideiuſſor.Pandect.*

b *l.fideiuſſores,9.de fideiuſſor. Pand.poteſt & capi fideiuſſor pro minori ſumma quam fuerit principalis, & in leuiorem cauſam; non in duriorem, l. græce, 8. §. illud commune,& ſeq. de fideiuſſor. Pand.*

c *c.grauis,15.de cenſib.lib.3.tit.39.l.ſi quis poſtquam, 37. & l. ſi quis pro eo, 56. in princip.& §.nummos,de fideiuſſorib.Pan.*

d *In l.ſi a reo ſub conditione, 70. §. id quod vulgo,de fideiuſſor. Pandect.nouella, 51.*

e *Dicto §.id quod vulgo.& l.græce, 8. §.ſed ſi ex delicto, de fideiuſſorib. Pand.ſi quis tamen fideiubeat pro reo criminis capitalis,qui ſupplicio vltimo probato crimine ſit afficiendus,qui fugerit, non debet ſoluere pœnam capitalem, nec cenſetur ad eam ſe obligaſſe,ſed ad pecuniariam, litis æſtimatione facta, tractat Cynus, & Bartol.ad l. ad commentarienſem,de cuſtodia reorum, lib.9.C.titu. 4.probat & Vlpianus, in l.ſi quis reum, 4.eod.tit. de cuſtod.reor.libr. 48.P.tit.3. niſi fuerit dolo verſatus in reo non exhibendo, nam tunc extra ordinem in eum animaduertitur. Alioquin nemo dominus cenſetur etiam membrorum ſuorum, vt ſe morti pro alio ſubiicere poſſit, l. liber homo,ad legem aquil.Pand.vide cano. ſi non licet, 9. & ca. ſi cum homo, 19. 23. q. 5. lege tamen, de fideiuſſione mutua pro morte alterutrius, duorum amicorum apud Valerium Maximum, lib.4. cap. 7.& apud nos,lib.24.Syntagmatis, cap.3. num. 16.*

f *cap.ſi clericos, 15.de ſentent. excommunica.in Sex.lib.5.tit.11.facit,l.diuus,de cuſtod.reorum Pand.*

### CAPVT IIII.

*Qui fideiubere poſſint.*

NEMO ſui ipſius fideiuſſor eſſe poteſt, *a* neque alterius,qui obligari aut conueniri non poteſt, *b* non mulier, prohibente ſenatuſconſulto Velleiano. *c* Clericus etiam fideiuſſionibus inſeruiens abii- 1

citur. *d* Si tamen defacto fideiuſſerit, valet fideiuſſio, & conueniri ex ea poterit. *e* Attamen religioſus abſque maioris partis capituli, & Abbatis ſui licentia, pro aliquo fideiubere non poteſt. *f* Vnus, duo, plures pro vno,& pro pluribus fideiubere poſſunt. *g* Poteſt, & dari fideiuſſor fideiuſſoris: *h* fideiubens tamen pro meretrice ex mandato adoleſcẽtis luxurioſi, mandati actionem non habet. *i*.

S c h o l i a.

a *l.hæres a debitore, 21.§.ſeruo tuo, de fideiuſſorib. Pandect. niſi duo rei promittendi inuicem fideiubeant,leg.reos promittendi, 11.de duob.reis, Pandect.*

b *leg.3.de fideiuſſorib. Pandect.l.quoties, 6. & l.ſi fideiuſſor,7.qui ſatiſd.cogant. Pand. lib.2. tit.8.*

c *l.1.& 2.ad ſenatuſconſ. Velleia Pandect.l. ſenatuſconſultum, 4. & l. mulierum, 14. Cod. eodem titulo. niſi agatur de re ſua, leg. aliquando, 13. & l.ſi domina, 25. ad ſenatuſconſ. Velleia. Pandect. l.ſi bona fide, 27.§.fin. eod.tit. Pand. vel niſi in cauſam dotis ſe obligauerit, l.ſi dotare, 12.& l. fin. C. eod. titul. vel pro manumiſſione ſerui, l.veterum, 24.eod titul. aut decipiendi creditorem animo fideiuſſerit, quo caſu non iuuatur etiam ſenatuſconſulto, leg. 2. §. verba, & leg.ſi decipiendi, 30. ad ſen. Velleian, Pandect.l.fœminis, 18.Cod.eod. titulo,leg.in eo.110.fin.§.fina. de regulis iuris, Pandect. Sunt & alii caſus quos notant iuris ciuilis auctores, videndum tamen c.ex reſcripto, nonum, de iureiurando, vbi mulier ex fideiuſſione iurata obligatur.*

d *c.1. de fideiuſſor. clericus fideiubere non debet,ca.29.te quidem,11.q.1. vbi gloſſa excipit, niſi adſit neceſſitas, vt ex pietate alii ſubueniat,can.non ſatis,86.diſt.item, & pro eccleſiis ſuis,§.alium autem,de ſanctiſſimis epiſcop. in nouel. & mutuo pro ſe clerici quoq; fideiubere poterunt, l. omnes, §.in hac, Cod.de epiſcop. & cleric.*

A e *c.peruenit, cap.conſtitutus, de fideiuſſorib.*

f *cap.fin. de fideiuſſorib. quemadmodum nec adſtrictus curiæ, fideiubere poteſt, l. curialis, de loca.*

g *Panor.ad c. peruenit, de fideiuſſor. textus, & exemplum in obſidibus, qui ſpeciem referunt fideiuſſorum, in c.ex reſcripto, 9.de iureiuran.lib.2.tit. 24.§.ſi plures ſunt, de fideiuſſor. apud Iuſtinia.*

h *l.4.in principio, & l.ſi dubitet, 9. & l.græ-*
B *ce,8.§.fi.de fideiuſſorib.Pandect.*

i *l. ſi vero non remunerandi, 12. §.ſi adoleſcens, luxurioſus, manda. P.lib. 17.tit.1.l. quod ſi minorum, 24.§.reſtitutio, de minori.25.annis, lib.4.P.titu.4.*

C a p v t V.

*De modo, & formula fideiubendi.*

FIdeiuſſio quibuſcumq; verbis contrahitur, dummodo ea mente, & conſen- 1
C ſu pronuncientur vt eam fieri velimus. *a* Et ſi quis dixerit vel ſcribi fecerit, ſe fideiuſſiſſe, omnia cenſentur ſolemniter facta. *b* Tacens etiam præſens interdum cenſetur pro alio fideiuſſiſſe, ſi id agebatur. Poteſt & duabus obligationibus ſe quis pro eodem obligare, vt ſi in diem fideiuſſor acceptus, mox pure ſe obliget, *d* poteſt & donandi animo fideiuberi. *e* Attamen fideiuſſores ita obligari nequeũt, vt plus eo,
D pro quo fideiubent, debeant: *f* ſi quidem hæc fideiuſſio eſt tantũ reſpondens priori principali obligationi. *g*

S c h o l i a.

a *§.non ſolum, de fideiuſſor. apud Iuſtinia. l. græce,eod.titul. Pandect. l. blanditus, 12. Cod.eod. titul.*

b *§.fi. de fideiuſ. apud Iuſti. l. ſciendum, de verb. obl. P.*

c *Vt ſi pater præſens ſit, dum filius familias*
E *conſul, vel præfectus eligitur. nam ſi tacuerit, pro eo fideiubere intelligitur, l. 2. ad municipal. P.l.filius familias, de verb.oblig. P. ſic & fideiuſſores a tutoribus nominati, ſi præſentes fuerint, & non contradixerint, æque tenentur, ac ſi interpoſita ſtipulatione*



*pulatione fideiuſſiſſent, l.4. in fine, de fideiuſſ. ſicut & qui tacet confirmare videtur electionem factam, ca.fi.65.diſt.*

d *l.hæres a debitore, 21.§. 1. de fideiuſſor.*

e *l.quod dictum eſt, 32.§.fin de pact. P.lib. 2.P.tit.14.*

f *§.fideiuſſores ita obligari, de fideiuſſorib. vide l. etſi, 24. de re iudica, P. l.exceptiones, de exceptio. P. plus diceretur ſe obligare, re, tempore, loco, cauſa, c.vni. de plus petit. lib.2.tit.11.§.plus, de action. apud Iuſti.l.vnica, C de plus petit. In minorem tamen ſummam fideiuſſ. obligare ſe poteſt. l. ſi qui, 32.& l.ſi ita, 42. de fideiuſſ. Tamen ſi publicata ex parte fuerunt bona principalis debitoris, fideiuſſor in ſolidum tenetur, l.1. C de fideiuſſ. Competit nihilominus exceptio ex perſona rei fideiuſſori eius contra creditorem, l. ex perſona, & l. cum lex, 46. de fideiuſſor. l.7.§.1. de actio. P. niſi poſt exceptionem admiſſam, remaneret adhuc principalis debitor naturaliter obligatus, nam tunc adhuc fideiuſſor remaneret obligatus, l. vbicumque, 60. de fideiuſſorib. P. Idipſum ſi exceptio eſſet pure perſonalis, quæ ad ſolum debitorem, non ad alios pertineret, vt in l.& hæredi, 21.§.fin. de pact. P. vel ſi exceptio tantum pertineret ad debitorem per ceſſionem bonorum, per illum factam, nõ enim ceſſio rei liberat eius fideiuſſorem. §.fi. de repli. apud Iuſt.*

C a p v t VI.

1 *De effectu, & actione fideiuſſionis, contra vnum.*

2 *Plures.*

1 FIdeiuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed & hæredem ſuum relinquit obligatum. *a* At fideiuſſor, non poteſt conueniri, antequam reus principalis ſit obligatus vel debeat: *b* rurſum nec poſtquam debuerit, donec ipſe prius principalis conueniatur: & fuerint eius diſcuſſæ facultates, & inuentæ non ſoluendo: ſi præſens ſit, *c* niſi aliter inter creditorem & fideiuſſorem conuentum fuerit. *d*

A Si plures fuerint fideiuſſores vel man- 2
datores, ſinguli in ſolidum tenentur: vnus etiam ex illis poteſt a creditore ſolus eligi, *e* quem cõueniet. Poſtquam tamen plures ſimul conuenerit, non poteſt vnum ſolum eligere poſt litis conteſtationem, *f* quia iam inuiſit actionem, iuxta facultatem ei conceſſam. *g* Cæterum ſi vnus ex pluribus obligatis in ſolidum, conuentus ſit in ſolidum, ex beneficio Cæſaris Adria-
B ni per exceptionem diuiditur inter illum, & alios confideiuſſores obligatio: ſi modo omnes ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, *h* neque conuentus inficietur fideiuſſionem. *i* Niſi etiam adiectum pactum fuerit fideiuſſioni, vnumquemque ex fideiuſſoribus ſe obligare & conueniri poſſe in ſolidum & ſine diuiſione, *k* quo caſu nec fideiuſſori conuento dabitur actio contra alium fideiuſſorem, niſi ea conceſ-
C ſa fuerit a creditore: *l* fideiuſſor porro, vel mandatarius, non amplius conſequetur a debitore principali quam ſoluerit ex debito. *m* Seruandi tamen in reliquis indemnes, *n* niſi plus debito ſoluerint, *o* aut rem pretioſiorem quam debuerint, *p* aut ſi in diem debitum, ſponte, & non coacti ante diem ſoluerint: quo caſu ſolutum ante diem ſolutioni deſtinatum non potuerunt a debitore principali repetere. *q*

D Vt contra ante diem ſolutioni deſtina- 3
tum, potuerit fideiuſſor agere cõtra debitorem principalem vt eum liberet, ſi coactus vel damnatus ſit fideiuſſor ante diem ſoluere, vel ſi nimium, & diu in debiti ſolutione debitor ceſſet, vel bona ſua interim diſſipet, *r* contra creditorem autem fideiuſſor non poterit agere vt debitorem ad ſoluendam pecuniam compellat: vel vt pignus diſtrahat. *s*
E

S c h o l i a.

a *§.fideiuſſor non tantum, de fideiuſſorib. apud Iuſtinia.l. poteſt, 4. in fine, eod. titul. Pand l.ſi tibi, 8. manda. Cod.*

b *l.ſi fideiuſſor. 57. de fideiuſſor. Pandect.*

e *nouella 4. & authen. præſente, C. de fide-*
*iuſſ. & hoc ius ibi æquum, quo antiqua*
*contraria abrogantur, vide l. moſchis, de*
*iure fiſc. Pandect.*

d *§. 1. nouellæ, 116. poteſt enim hinc beneficio*
*diſcuſſionis renuntiari, ibidem.*

e *l. 3. non recte, de fideiuſſorib. Cod. §. ſi plures,*
*eodem titul. apud Iuſtinian. l. ſi manda-*
*tum, 59. §. Paulus reſpondit, manda. Pan.*

f *Dict. §. Paulus, & leg. liberum fuit, 16. de*
*fideiuſſorib. Pandect.*

g *l. inter eos, 51. § duo, de fideiuſſorib. P. l. re-*
*os promittendi. 1. de duob. reis Pandect.*

h *Hoc beneficium epiſtolæ Adriani dicitur,*
*in l. inter fideiuſſores, 26. & l. ſi contendat,*
*28. de fideiuſſor. in Pandect. dicto §. ſi plu-*
*res, verſi.* ſed ex epiſtola, *eod. titul. apud*
*Iuſtinia.*

i *l. ſi dubitet creditor, §. 1. de fideiuſſorib.*
*Pandect.*

k *nouella 99. §. 1. de reis premittendi.*

l *l. vt fideiuſſor. 39. de fideiuſſorib. Pandect.*

m *l. inter cauſas, § præterea, manda. Pand.*

n *cap. 2. de fideiuſſorib. ideo fideiuſſor repetit*
*ex iuſta cauſa factos ſumtus. l. ſi manda-*
*tu, 45. § ſi fideiuſſor, manda. Pandect.*

o *l. Quintus, 48. manda. Pandect.*

p *l. fideiuſſorem, 52. manda. P. niſi non ha-*
*buiſſet deteriorem, l. is qui, 5. § fin. eod. tit.*

q *l. ſi mandauero, 22. in principio, l. ſi fide-*
*iuſſor, 51. mandat. l. ſi fideiuſſor, 31. de fi-*
*deiuſſor.* P. *ſi tamen damnati fideiuſſores*
*ante diem coacti fuerint ſoluere, aliter vt*
*mox dicitur, ſtatuendum.*

r *l. fin. de fideiuſſorib. l. laicus, 38. in fine, &*
*l. fideiuſſor, 45. de fideiuſſorib. Pandect.*

s *l. ſi fideiuſſor creditori denuntiauerit, 62.*
*de fideiuſſorib. P. niſi creditor in pernici-*
*em fideiuſſoris ceſſaret petere malitioſe, vt*
*ibi notat gloſſa, cum non ſit malitiis homi-*
*num indulgendum, l. in fundo, de rei vin-*
*di. Pandect.*

### Capvt VII.

1 *Quibus modis tollatur fideiuſſoria obliga-*
*tio, ex parte obligationis.*
2 *Ex perſona fideiuſſoris.*

A Fideiuſſoria obligatio finitur, quoties 1
principalis exſtinguitur vel diſſoluitur:
quod pluribus modis accidere poteſt: *a* ſic
liberabitur fideiuſſor nouatione facta
principalis debiti, ſi modo non ſe obliga-
uerit iterum fideiuſſioni: *b* item, & libe-
ratur liberato reo per tranſactionem: *c* ſi
creditor ſuccedat debitori, & in quantum
confuſæ ſunt actiones; *d* ſi tempore con-
ditionis appoſitæ in obligatione, non ſit
B res vel perſona quæ obligetur. *e*

Ex parte fideiuſſoris exſtinguitur quo- 2
que, ſi calamitas, & inopia maxima ei poſt
fideiuſſionem acciderit: & de nouo ſatiſda-
tum ſit pro eadem obligatione: *f* ſi ſub
conditione acceptus, ante conditionem
mortuus ſit: *g* ſi ei ſuccedat creditor; *h* ſi
fideiuſſor ſucceſſit debitori, quia exſtincta
obligatione acceſſoria, fit principalis de-
bitor, *i* vel ſi contra, debitor ſuccedat fide-
C iuſſori. *k*

### Scholia.

a *de quibus in titulo quib. mod. tollitur obli-*
*gatio, lib. 3. inſtitutionum, titul. 10.*

b *l. vbicumque, 60. §. fin. de fideiuſſor. P. l. no-*
*uatione, 4. C. eodem titulo.*

c *l. fideiuſſores magiſtratuum, 68. §. fin. de*
*fideiuſſor. Pand. l. fin. de pactis, Pandect.*

d *l. Vranius, 71. l. ſi debitori, 50. de fideiuſſo-*
D *ri. Pandect. leg. debitori, Cod. de pactis, l.*
*ſtychum, §. de ſolutio. Pandect. leg. ſi ei, §.*
*fin. de euiction. Pandect.*

e *l. ſi Stychum aut Pamphilum, 38. §. a Titio,*
*de fideiuſſori. Pandect.*

f *In l. ſi ab arbitro, 10. §. 1. qui ſatiſdat. co-*
*gant. Pandect. libro ſecundo, Pandect. titu-*
*lo octauo.*

g *l. penul. 72. de fideiuſſor. Pandect.*

h *l. hæres a debitore, 21. §. ſi hic, de fideiuſſor.*
E *Pandect.*

i *l. generaliter, quinta, eodem titulo, de fide-*
*iuſſor. Pandect.*

k *leg. cum reus promittendi, decima quarto,*
*leg. hæres a debitore, 21. §. quod ſi hic ſer-*
*uus, de fideiuſſor. Pandect.*

DE



# DE LITERARVM OBLIGATIONE. A

## *a* Tit. XII.

### Capvt I.

1 *In quo hæc obligatio. & 3.*
2 *Et de varia ſcriptura.*

1 Literarvm obligatio, ex vi ſcripturæ
pendet, non ex figura literarum. *a* At- B
tamen non ex omni ſcriptura. Si quidem
quædam ſcriptura de contractibus, quæ ſi-
ne ſcriptura conſiſtere poſſunt fit, ſed ea
potius ad fidem rei geſtæ, quam ad obliga-
tionem pertinet, *b* quædam ſolet & fieri
ad certam diſtinctionem & definitionem
eius negotii quod geritur, quod pendet ex
eo quod ſcriptura comprehenditur, cuius
generis plura ſunt.

Scripturarum aliæ publicæ, authenti- C
2 cæ, aliæ priuatæ. Scriptura authentica, per
manum publicam facta dicitur, vel quæ
habet ſigillum authenticum, ideoque fi-
dem certam facit: *d* vt priuata quæ ſine au-
ctoritate vel perſona publica facta eſt; cui
nec plena ſine aliis adminiculis adhibetur
fides: *e* vel niſi adſit proprium chirogra-
phum eius, qui dubitare alioquin poſſet,
*f* ſine præiudicio tamen tertii in cuius
fraudem fieri poſſit. *g* D

Et hic literarum obligatio, quando ex
3 his quæ ſcripta ſunt debita ex mutuo ali-
quid dicitur, nec datur exceptio contra
ſcripturæ tenorem, ad excludēdam fidem.
*h* Literarum namque propriam conſti-
tuunt iuris auctores obligationem ex mu-
tuo, maxime ſi cauſa præcedat, aut ſi ſine
cauſa, ſi non fuerit ſuo tempore exceptio
non numeratæ pecuniæ propoſita, *i* dum-
modo fiat ab his cautio literarum, qui cō- E
trahere aliunde non prohibentur.

### Scholia.

a *l. non figura, de action. P. Sic & ſcriptura*
*dicitur loqui, in extrauag. Ioannis 22. ad*
*creditorem, in §. quod autem viſum non*
*iuſtum, & ibi gloſſa ad verbum,* loquitur,
*de verborum ſignificatio, id eſt, loquitur*
*Deus vel homo per ſcripturam, vt in epi-*
*ſtola inter claras, de ſumma trinitat. & fi-*
*de catholica, Codice.*

b *l. contrahitur, de pignorib. P. leg. 4. de fide*
*inſtrumento. P. cap. 3. eod. titu. apud Gre-*
*gorium.*

c *In emphyteoſi, 1. & 2. de iure emphytheo.*
*Cod.*

d *cap. 1. & 2. & ibi gloſſa docet, de fide in-*
*ſtrumento. li. 2. tit. 12. §. 2. de fide inſtru-*
*mentor. in authenti. Idque poſtquam ſcri-*
*ptura in numerum fuerat per tabellari-*
*um, ſeu notarium redacta, l. contractus,*
*16. de fide inſtrumentor. C. Ei autem ſta-*
*tur, donec de contrario appareat, l. cum pre-*
*cibus, 18. de probationi. C. li. 4. tit. 19. cap.*
*4. de fide inſtrumento. Sigillum authenti-*
*cum dici poteſt, cui fides publice adhibe-*
*tur, quamdiu de contrario non conſtat in*
*ſigillatis, quale eſt ſigillum principis, cap.*
*cum dilectus, de conſuetudine. Sigillum*
*epiſcopi, cano. curæ, 13. quæſt. 3. cap. poſt*
*ceſſionem, de probatio. Sigillum capituli,*
*ca. in nomine patris, 73. diſtinctio. cap. 3.*
*de probationib. Verum annota ſigilla pro-*
*bare, quando ea quæ ſigillata ſeu literæ in-*
*ſtrumentorū legi poſſunt, & ſi inſtrumen-*
*tum raſum vel diuiſum vel delectum in*
*loco ſuſpecto non ſit, cap. inter dilectos, 6.*
*cap. ex literis, de fide inſtrumentor. Inter*
*ſcripturas etiam quæ fidem publicam ha-*
*bent, ſunt acta publica ciuilia, vel crimi-*
*nalia, quæ auctorem habent iudicem, l. 2.*
*C. de edendo. vel notarium publicum, l. cō-*
*tractus, C. de fide inſtrumēto. Item charta*
*quæ profertur ex archiuo publico. authent.*
*ad hæc, eodem titulo, & nouella, 49. cap. 2.*

e *Cuiuſmodi ſunt epiſtolæ, calendaria cu-*
*iuſque priuati, & annotationes, quæ non*
*probant ſufficienter, l. neque natales, 10. l.*
*non epiſtolas, 13. l. rationes defuncti, 6. C.*
*de probationib. l. 9. §. 2. de edendo, in Pan-*
*dect. Eius, & generis ſunt Apochæ, Antipo-*

*chæ, Idiocheira, de quibus poſtea deſcriptiones priuatæ, vt in l. cum plures, 5. de bonis auctorita. iudic. poſſid. lib. 42. Pandect. titu. 5. item inuentarium a priuato deſcriptum, l. fin. C. de iure deliberan. breuia, l. fin. de conuenien. fiſci debitores, C. & ſimilia a priuatis ſcripta.*

f *cap ſi cautio, 14. de fide inſtrumentor. l. generaliter, 13. & l. in contractibus, 14. de non numera. pecunia. C. l. fin. de probatio libr. 22. Pandect. tit. 3.*

g *l. ſcripturas, 11. & authent. ſi quis vult, qui potiores in pignorib. habeant. lib. 8. C. tit. 18. nouella, 37. cap. 1. & 2.*

h *titul. de literarum obligationibus.*

i *eo. tit. de litera. obliga. apud Iuſtinia. d. c. ſi cautio, 14. de fide inſtrumentorum, & aliis proxime citatis. Exceptio autem non numeratæ pecuniæ intra biennium propoſita tantum valet, a die obligationis ex noua conſtitutione dictæ leg. in contractibus, de non numer. pecunia, Cod.*

k *Semper enim lex intelligi debet de idoneis, l. vt gradatim, de muneri. & honoribus. Pandect.*

## Caput II.

*Formula obligationis literarum.*

1 Literarum obligatio olim propriam formulam habebat, vt nominibus cōtraheretur. *a* Hodie ex deſuetudine eius, per ſyngrapham fit, *b* vel per chirographum, ſeu per ſcripturam ſe obligantis, ſubſcriptione ipſius vel teſtium adhibita. *c*

### Scholia.

a §. 1. *de litera. obligation. Nomina erant, quando in tabulis publicis ſcribebantur nomina eorum, qui debebant, & quibus debebatur, & argētariorum, qui eius cauſa ad fidem publicam videbantur conſtituti, leg. argentarius, 10. §. 1. de edendo. lib. 2. Pand. tit. 13. l. quod priuilegium, depoſiti in P. facit l. ſi plures, 9. de pact. lib. 2. P. tit. 14. Sic poſtea dictum fuit translatiue in nominibus fuiſſe per ſimilitudinem, quodcumque eſſet in obligatione debitorum, l. cum hæreditas, 36. ad ſenatuſconſ. Tertullia. lib. 36. P. tit. 1. & nomen facere, debitorem ſibi conſtituere. Sicut & nomina pro debitoribus, apud Columellam, lib. 1. de re ruſtica, cap. 7.* vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixiſſe veriſimile fertur. *Et Aſconius Pedianus, in 3. Verrinam Ciceronis ſcribit; Antiquos vocaſſe titulos debitorum, nomina, ex eo quod ſolebant calendariis eorum, a quibus pecuniæ credebantur nomina præſcribi. Et nomina debitorum ſeu contractorum dicuntur, in l. fin. de conuenien. fiſci debitorib. lib. 10. C. titu. 2. & incerta nomina, in l. 1. ad ſenatuſconſ. Macedonia. Pand. Horatius ſic etiam meminit, libr. 2. epiſtola.*

Cautos nominibus certis expendere nummos,

*Explicat, & Theophylus, quomodo literarum obligatio nominibus fieret in principio tituli de litera obliga.* λίτεραις (*inquit*) ἐστὶ τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον, ῥήμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς. *id eſt,* Literarum obligatio (*ſcilicet, ſecundum veteres*) eſt veteris debiti in nouum creditum per ſolemnia verba, & ſolemnes literas transformatio. *In quo videtur eſſe nouatio, & adfert poſtea hanc formam obligandi fuiſſe,* τοὺς ἑκατὸν χρυσοῦς, οὓς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωστεῖς, σὺ ἐξ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. *Id eſt,* Centum illos aureos, quos mihi ex locationis cauſa debes tu mihi ex conuentione, & permiſſione literarū tuarum dabis. *Deinde adſcribebantur ex reſponſione interrogationis & veluti per ſtipulationē eius, qui iam ex locatione erat obligatus, hac verba,* ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων, ex conuentione debeo literarū mearum.

b *Et Apocha, & Antipocha, l. plures apochis, 19. de fide inſtrumentorum; C. leg. 3. de apochis publicis li. 10. C. tit. 22.* συγγράφειν, *inter cætera ſignificat, ſcripto cauere. Traducitur inde ſyngrapha, ad ſcripturā propria manu contrahentium factā, ad pactorum fidem. Cicero de Aruſpicum reſponſis.* Alterum (*inquit*) putabo regem, ſi habeat vnde ſoluat quod per ſyngrapham crediditi. *Et Plautus in Aſinaria.*

Age iſtum, oſtende quem conſcripſi ſyngraphum,
Inter me, & amicam & lenam.

*Quidam poſt Aſconium Pedianum ad tertiā Verrinam, voluerunt ſyngrapham differre a tabulis, & chirographo, quod in ſyngrapha, etiam contra fidem veritatis, aliquando ſcribatur. Ego tamen ex nomine idipſum non colligo, quin autem in ipſa falſum ſcribi non poſſit, non inficior, quod tamen & chirographo ſeu idiographo accidere poſſe nemo negare poteſt, cum & contra chirographum exceptio non numeratæ pecuniæ opponatur. Succeſſit porro & in locum nominum antiquæ formæ chirographum, vt qui chirographum legauerit, non tantum de tabulis cogitaſſe dicatur, ſed etiam de actionibus; & vendito chirographo, intelligitur nomen veniſſe. l. qui chirographum, 59. de lega. 3. lib. 32. P. tit. 1. l. ſeruum filii ſui, 44. §. eum qui chirographum, & l. huiuſmodi legatum, 84. §. ſi ita non legatum eſſet, de lega. 1. lib. 30. P. tit. 1. l. 3. de liberatio. lega. Pan. cum ſimilib. Chirographum in quæſtione ſcripturarum obligationum eſt, quando quis propria manu ſcripſit ſic debitorem, vel ſi ab alio ita ſcriptum ſubſignet, vel ſigillet, Inde chirographarii debitores hoc modo obligati ſimpliciter dicuntur, quibus apponuntur hypothecarii in l. penul. de priuileg. creditor. in P. l. vnic. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe. lib. 8. C. tit. 27. Scriptura liberationis a chirographo, dicitur apocha Græcis* ἀποχὴ, *Gallis* quitance, *Vlpianus in §. ſi acceptolatum 19. §. 1. de acceptilatio. Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt, inquit, quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit, apocha, non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Apocha fit a creditore hoc modo.* Confiteor me recepiſſe tot nummos quos mihi talis debebat ex cauſa tali. *Illamque accipiebat debitor. l. qui tabulas, 27. §. euitatur de furtis, lib. 47. Pandect. tit. 2. l. fin. §. Titius, de condictio indebi. lib. 12. Antipocha, contraria fiebat hoc modo a debitore in tabulis creditoris,* tali die, ego talis ſolui talem ſummam. *Sunt tamen aliæ explicationes antipochæ, quas refert gloſſa ad l. plures apochis, 18. ad verbum* apochis, *de fide inſtrument. libr. 4. Cod. titu. 21. idiocheira inter priuatas ſcripturas, quæ de vtriſque fieri poſſunt ponuntur in l. ſcripturas, 11. Cod. qui potiores in pignore habeant. lib. 8. Cod. titu. 18. formulam autem literarum obligationis, quæ ſublata antiqua, locum habuit, Theophilus in titulo de verborum obligationibus ſic refert:* ἐδανειζάμην ἐγὼ κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν παρὰ τοῦ δὲ καὶ τοῦδε ἐποφείλω; ego hodie mutuo accepi ab illo, & hæc ideo. *Idque literis fieri ſine vlla ſtipulatione.*

c *l. ſcripturas, 31. qui potiores in pignor. habeant. C. nouella. 73. c. 1. & 2.*

## Caput III.

*De effectu & obligatione ſyngraphæ.*

Syngrapha ſeu chirographum obligationem habet perſonalem, in præiudicium ſcribentis & agnoſcentis ſcripturam, non autem in præiudicium aliorum creditorum. Niſi ea ſcriptura fuerit forſan trium vel plurium teſtium integræ & probatę exiſtimationis ſubſcriptione munita. nam eo caſu, tanquam publice confecta recipitur. *a* Et iure ciuili quidem non licebit inficiari lapſo biennio a die ſcripturæ, quod in ea ſyngrapha continetur, cum tamen intra biennium liceat exceptionē non numeratæ pecuniæ obiicere, ſi ſine cauſa facta ſcriptura inueniatur,

vt etiam iure pontificio: non autem ſi fa- A cta ſit cum cauſa. *b* Quod ſiquis inficietur ſcripturam propriam, vel ſubſcriptionem, tunc ad probationem perueniendum erit, quæ fit vel per teſtes vel comparationem aliarum literarum eiuſdem ſcribentis. *c*

S c h o l i a.

a *l. ſcripturas, 11. iuncta authentica, ſiquis vult, qui potiores in pignor. habean. C. l. comparationes, 20. de fide inſtrumento-* B *rum. C. quamobrem chirographarii creditores in illa l. ſcripturas, non præferuntur hypothecariis, propter ſuſpicionem, ne ſcriptura facta fuerit in fraudem eorum anticipando diem obligationis, vel ſuppoſitione debiti. At contra ipſum ſcribentem ſi non inficietur ſcripturam, datur actio ex chirographo vt dicunt confeſſato, vel habito pro confeſſato ex contumacia vocati debitoris, l. vnic. C. etiam ob chirograph.* C *pecuniam pig. teneri poſſe. ſed non datur pignorum perſecutio contra detinentes bona debitorum, qui eis non ſucceſſerunt, l. cum tibi pro dote, 10. qui potior in pigno. habeat. C. vide ita indicatam apud Papum, lib. 8. rapſodiæ arreſtorum, tit. 2. arreſto finali. in Gallia poſtquam ſunt confeſſata chirographa habent paratam & permiſſam executionem aduerſus confeſſos, qui amplius certiores reddi non debent,* D *arg. l. 1. de dote cauta, & ſic iudicatum refert Papus in proximo citato libro & titulo arreſto 5. Antiquitus iure Romano vel lege Gabinia, ex priuata ſyngrapha ius non dicebatur, vt refert Cicero 5. epiſtolarum libro ad Atticum, epiſto. finali. Apud Græcos contra, ſi confeſſata, ſicque colligitur ex Demoſthene ex oratione* κατὰ Διονυσ. *Vbi ait legibus Athenienſium fuiſſe cautum:* ὅσα ἄν τις ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ [illegible] κύρια εἶναι. E *quæcunque alter alteri confeſſus fuerit, rata eſſe. quod & ſtatuit poſtea Iuſtinianus. vide quæ de his tractat Rebuffus, tomo 1. conſtitutionum regiarum, titulo de chirographis.*

b *l. 1. l. aduerſus 5. l. generaliter, 13. l. ſi intra legibus, 8. l. in contractibus, 34. & l. fin. C. de non numera. pecunia. cap. ſi cautio, de fide inſtrumentor. atque idipſum fit intra biennium iure ciuili, quo lapſo exſpirat exceptio non numeratæ pecuniæ, iam citatis iuribus, & §. ſecundo, de litera. obliga. & §. 2. de exceptio. apud Iuſtinia. Erit autem onus creditoris, facta ſine cauſa obligatione, numeratam fuiſſe pecuniam docere. At iure Gallico æquius viſum eſt, ne biennio vel quinquennio, vel alio temporis ſpatio exceptio non numeratæ pecuniæ excludatur, conuentus chirographaria actione ſeu ſcriptura; cæterum conuenti, non creditoris eſt onus, probare non fuiſſe numeratam pecuniam, teſte Rebuffo in tomo 1. conſtitutionum regiarum, in proœmio numero 59. in exceptione enim quis actor eſt, ideo probare debet, l. 1. & 2. de probatio. Pan. l. qui accuſare, C. de edend. Neque officit exceptioni non numeratæ pecuniæ quin proponi poſſit, quod ſcriptura iurata ſit, l. ſi. C. de non numera. pecunia. & pertinet l. ſi. §. iuncta authen. de quod locum, de cauta non numera. lib. 5. C. tit. 15. & nouella. 100. capit. 2. recurrendum enim ad nudam rei veritatem, quandocunque de ea conſtare poterit, & danda exceptio contra mendacem ſcripturam, in l. 1. & 2. C. ſi pignoris conuentionem pecuniæ numeratio ſequuta non ſit, li. 8. tit. 33. l. qui pecuniam, ſi certum peta. quod ſiquis intra tempus conſtitutũ, metuat biennii præſcriptionem, forſan quia non habeat adhuc exceptionis probationes paratas, poterit interim eam perpetuũ reddere etiam iure ſcripto, vel denuntiationibus creditoribus miſſis, vel adito præſide aut iudice, coram quo proteſtetur nihil ſibi fuiſſe numeratum, l. ſi præſes, C. de epiſco. audien. d. l. in contractibus, §. in omni, de non numera. pecunia.*

c *de modo vero probationis & comparationis literarum, & quãdo & ex quibus fieri debeant, [illegible] l. comparationes, 10. de fide inſtrumentor. C. & nouella. 73. de inſtrumen-*

torum



*torum cautela & fide, 4. 6. & 7. Ponuntur* A *& pœnæ falſo inficiãtis propriam ſcripturam, ſi conuincatur, in authen. contra qui propriam, de non numera. pecunia. C. ex nouella 18. cap. 8. in Gallia Syngrapha abnegata, nihilominus comprobata per teſtes aut per comparationem literarum, nõ habet hypothecam, & vt dicunt pragmatici,* n'a point garniſon de main, *vt refert iudicatum Papus, lib. 8. rhapſodiæ Arreſto-* B *rum libr. 2. arreſto. 4. contra tamen confeſſata, vel in contumacia aduerſarii habita pro verificata, habet ius pignorationis, vide conſtitutionem Franciſci. 1. Regis Galliarum anni 1539.*

# DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

## TITVLVS XIII.

C

### C a p v t I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid conſentire.*

Expeditis explicationibus conuentionum, quæ re, verbis & literis contrahuntur, dicendum, quæ ex conſenſu fiunt, ideo conſenſu dictæ fieri, quod ad illarum perfectionem, neque ſcriptura, neque cõtrahentium præſentia, neque rei traditio neceſſario requiratur, ſed ſufficit eos, qui D illarum negotia agunt, conſentire, *a* niſi aliud actum prohibeat valere. *b*

Conſentire nihil aliud eſt, quam idem cum alio velle ſentire ac probare aliquo modo, per aliquem ex quinque ſenſibus eius quod agitur vel dicitur intelligentia ex mente iuſta & libera gerentis procedente. *c*

S c h o l i a.

a *§. 1. de obligatio. ex conſenſu, libr. 1. inſtitutio. tit. 23. Caius. in l. 1. §. ideo de actionibus. P. libr. 44. P. tit. 6. conſentientes in aliquam rem, conſenſu obligari neceſſario ex voluntate noſtra videmur, l. obligamur aut re, 52. §. conſentientes, eod. tit. de actionibus P. ita nudus cõſenſus ſufficit, quamuis verbis hoc exprimi poſſit, & nutu dicta l. obligamur. §. ſi. & per epiſtolam, & per nuntium inter abſentes, l. ideo, de obligationi. ex conſenſu, dict. l. 2. §. vnde, de actio. P. l. 1. in fine, de contrah. emtio. P. & pactum duorum vel plurium in idem placitum eſt conſenſus. l. 1. §. 1. de pact. P. l. 3. de pollicitatio. P. Et Iauolenus Iuriſconſultus vocat conſenſum contractus vel conuentionis effectum, & animum ex vtraque parte contrahentium concurrentem, ad transferendum dominiũ, vel ad aliud volendum, in l. in omnibus rebus, 55. de actioni. P. dicere poſſumus intẽtionem placitam & determinatã, qua actus diſtinguit certo modo. l. nõ omnis numeratio, de rebus creditis. P. l. 3. §. fin. de actioni. Pand. facultas contrahendi in ſpecie contractuum ex* C *conſenſu cæteris contractibus latius patet, atque ideo quicunque mentis ſenſa aliquo modo poterit explicare, poterit & conſenſu contrahere, ſiue loquatur, ſiue mutus, ſiue ſurdus ſit l. in quibuſcunque, 48. de actio. P. l. vbi non voce, de reg. iur. P.*

b *veluti ſi conſenſus alterius quam contrahentium puta ſuperioris deſideretur, qui etiam erit adhibendus, c. 2. de pact. c. 1. de tranſact. ſi minor pupillus, furioſus, prodigus, & ſimiles prohibiti contrahere velint* D *contrahere.*

c *in c. cum apud ſedem, 23. de ſponſalib.*

### C a p v t. I I.

*Conſenſus diſtinctio.*

Poteſt eſſe conſenſus expreſſus, aut tacitus. Expreſſus qui nominatim declaratur per aliquem ſenſum, literis vel verbis. Tacitus qui ex eo, quod agitur colligitur, *a* quadruplex item cõſtitui poteſt ſpe- E cies conſenſus nempe negligentiæ, *b* conſilii, *c* operationis, *d* & auctoritatis. *e*

S c h o l i a.

a *Sic qui contraxit matrimonium ignorans conditionẽ vxoris cum ancilla, ſi poſt quam*

reſcierit, eam cognouerit, videtur de facto A cum ea conſenſiſſe, ca. 2. de coniugio ſeruorum, libr. 4. titul. 9. & fere per totam, 29. quæ. 2. nihilque intereſt ſuffragio voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, aut factis. l. de quibus, 32. de legibus. Pand. l. recuſari, de acquirend. hæredita. P. explicat exempla conſenſus taciti Paulus in l. 2. & 4. & Modeſtinus in l. 3. de pact. P. conſenſus tamen expreſſus in aliquibus deſideratur, nec tacitus ſufficit, vel præſumtus, vt in B c. ſtatutum, 1. §. in nullo, de reſcrip. in Sex. §. in catechiſmo, vt in cap. cum pro paruulis, de conſecratio. diſtinctio. 4. in ſeruitute imponenda. l. inuitum, de ſeruituti. vrbanor. prædiorum. P. in procura. notat gloſſa, ad c. is qui tacet, 44. de reg. iur. in Sex. vbi & monet non haberi tacentem pro conſentiente in odioſis, & quæ onus tacenti ſi conſentiret, imponerent, &c. quæ ibi videbis. aliquando nihilominus tacitus conſenſus C expreſſo æquiparatur, vt in clementina ſi. circa finem. de verbor. ſignificatio. ſi præſens actui non contradicat, vt & in l. 2. ad municipal. P. in lib. 50. tit. 1. Hic tamen certius reſpondebimus, conſenſum tacitum limitari iuxta actum, cui adiicitur. l. fin. C. ne vxor pro marito Bartol. ad l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. de interrogat. actionibus. Pand. dicitur & interdum conſenſus præſumtus, non verus, nec expreſſus, ratio- D ne cuius & aliquando dicitur conſentire furioſus, vt in l. 2. §. voluntatẽ, ſolut. matrimon. P. & furioſus, & pupillus pro impenſa in vtilitatem eorum facta obligantur, perinde ac ſi expreſſe conſenſiſſent, l. furioſus, 46. de actio. P. §. igitur, de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcun. apud Iuſtin. ratio videtur ex Paulo, in l. hæres eius. 25. §. non tantum famil. herciſcun. lib. 10. P. tit. 2. quod ad ſocietatem nõ conſenſus, ſed res E communis cum furioſo & pupillo coniunxerit.

b Hoc modo qui negligit agere vel repetere rem ſuam ab alio poſſeſſam, videtur cõſentire alienationi. l. alienationis. de verbo. ſignifica. P. vt qui non confert beneficia vacantia inter ſemeſtre tempus ad conferendum datum, videtur conſentire deuoluto, c. 2. de conceſſi. prebend. Et conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigere debet & poteſt, non occurrit. c. conſentire 63. diſt. c. quicquid inuiſibilis. 1. q. 1.

c Qui conſilium dant, in eo, quod conſulunt videntur conſentire, c. tanta nequitia, 86. diſtin. quamquam nemo teneatur vel obligetur ex conſilio nõ fraudulento, in cauſa non ſua alteri dato. l. conſilii. de regul. iur. P. l. 2. §. fin. manda. P. lib. 17. tit. 1. vbi ratio ponitur, & in l. tua tantum gratia. de mandato apud Iuſtinian. at lucri captandi cauſa, conſilium datum obligabit, quia fraudulentum, l. 8. de dolo malo. P. & ſi ad delinquendum impellat. l. 1. §. 3. de ſeruo corrupto. P.

d Cooperantes videntur eiuſdem mentis eſſe & ſenſus, vt in ſimonia. ca. ſi quis epiſcopus 1. quæſtio. 1. in inceſtu. ca. conſanguineorum, 3. quæſtio. 1. in raptu virginis. in ca. de puellis, 36. quæſt. 2. Quare tanquam conſentientes delicto pari pœna puniuntur, ca. notum, 2. q. 1. c. facientes, 86. diſt. cap. quæſitum, de offic. deleg.

e Auctoritatis conſenſus eſſe poteſt ratihabitio geſti per ſuperiorem facta, cum ſine eius conſenſu non poteſt factum ſubſiſtere. c. 2. de pactis, ca. veniens, & cap. 2. de tranſact. & qui defendit vel probat peccatum, vel is, cuius auctoritate delinquitur, conſentire quoque dicitur, ca. qui conſentit, 11. quæſtio. 3. ca. qui aliorum 24. quæſt. 3. & qui iubet aliquid fieri, cap. 1. de homicidio. in Sext. l. 1. & toto titulo, manda. Pandectis.

## Capvt. III.

*Forma conſentiendi.*

Conſenſus libere & ſponte datus obligat, non vi vel metu, *a* quia illis cõſenſus impeditur, veluti & per errorem, *b* furorem, *c* & puerilem ætatem, *d* præbetur maxi[illegible] expreſſe verbis, literis, nuncio, *e* in ipſo



in ipſo contractu, & poſtea per ratificatio- A nem. *f* Tacite, ſi quis præſens actui non contradicat, *g* vel taceat, *h* vel fieri aliquid patiatur, cum poſſet repugnare. *i* Si ſciens prudenſq; iuris ſui, literas ſeu inſtrumenta det, quia renuntiationi iuri conſenſus videtur; *k* ſi inuehat in prædia vrbana cõducta res aliquas, eaſdem tacite pro penſione obligaſſe videtur. *l* Et ſi iubeat quis contrahi cum ſibi ſubditis, *m* ſi ſciens prudenſque ſubſcribat geſtis. *n* Item qui non B prouocat a ſententia vel a nominatione, conſenſiſſe videtur, *o* qui ve pro contractu fideiuſſit.

### Scholia.

a ca. cum locum 14. de ſponſalibus. cap. 2. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, libr. 1. tit. 40. l. 1. eod. tit. in Pand & C. metum autem eſſe oportet, qui commouere poſſet conſtantem alioquin virum, cap. veniens, ca. C conſultationi, de ſponſalibus. l. metum 5. & 6. quod metus cauſ. P. cap. ad audientiam, 2. eod. tit. vani timoris nulla eſt iuſta excuſatio. l. vani, 184. de regul. iur. Pand. metus ſecundum Ariſtot. Rhetoricorum. c. 2. eſt moleſtia quædam aut perturbatio, ex phantaſia futuri mali, aut interimendi vim habentis, aut moleſti: metus vim cõtinet, & in ſingulis eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati, l. 1. de eo, quod metus D cauſ. Pandect. libr. 4. titul. 2. nihilque tam contrarium eſt conſenſui, qui bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt. l. nihil conſenſui, 116. de regulis iuris. Et vis maioris rei impetus, qui repelli non poteſt. l. ſecunda, de eo, quod metus cauſa in Pandect.

b ca. 2. & fin. de coniug. ſeruorum. non videntur conſentire qui errant, l. ſi per erro- E rem, de iuriſdictio. omnium iudic. Pand. l. non poteſt, de regul. iuris. Pand. l. 2. de iudic. P. l. neque vlla eſt voluntas errantis, l. ſed hoc ita, 20. de aqua pluuia. libr. 37. tit. 3. Explicat Pomponius quid ſit error in contractu, in l. in omnibus negotiis, 57. de action. quando aliud ſentit contrahens ab eo, qui cum illo contrahit, & ita nihil agi dicitur.

c c. dilectus filius, 24. de ſponſalibus, ca. neq; furioſus. 32. q. 7. mente captus non dicitur ſenſum habere mentis, ideo nec poteſt dici conſentire, c. ſicut tenor, 15. de regularib. libr. 3. tit. 31. Ideo non contrahit. l. 2. C. de emt. Ita & furioſi & eius, cui bonis interdictũ eſt, nulla eſt voluntas. l. furioſi, 41. de reg. iur. Pand. & furioſus nullum negotium contrahere poteſt. l. in negotiis, 5. eod. tit. de reg. iur. P.

d cap. tuæ fraternitati, 25. de ſponſalibus, capit. a nobis, de deſponſation. impuberum, quia pupilli infantes quicquid vident ignorant, l. 1. §. impuberes, de falſa moneta. C. neque in ea ætate pupillus ſine auctoritatis tutorum interpoſitione quippiam velle aut nolle videtur. l. pupillus. 50. de regul. iur. P.

e §. ideo de obligationibus, quæ ex conſenſu naſcunt. apud Iuſtinan. l. conſenſu. de action. Pandect. leg. ſecunda. de pactis Pandect.

f l. 2. de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu capituli. c. acceſſit, de deſponſatio. impuber. capit. inſuper, qui matrimonium accuſare poſſunt. capit. contingit, de tranſactione. Ratihabitio æquiparatur mandato, & retrotrahitur, l. fin. C. ad ſenatuſconſult. Macedonia. l. licet, de iudiciis, Pandect. capit. quoties de pactis, de ratificatione. in cap. tertio, de his, quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu capituli, canon. fin. 16. quæſtion. 1. cano. ſi qua de rebus, 12. quæſtion. 2. capit. cura, de iure patronatus, capit. primo, de auctoritat. tutor. l. obligari, eodem titul. Pandect. clement. final. circa finem, de verborum ſignificatione. Et ſufficere hunc conſenſum docetur ibidem, & in cap. 2. de accuſat. in Sext. l. 2. ad municipales, Pand. leg. quidam ex parte, 12. de euict. P.

h Nã qui tacet conſentire videtur, id eſt, quis

*non negat dictum, cap. qui tacet 43. de regul. iur. in Sext. capit. non ne benedicimus, de præſumtionibus. l. 2. §. voluntatem, ſoluto matrimon. Pandectis, niſi lex expreſſum conſenſum deſideret, aliquando tamen tacens neque conſentire, neque diſſentire proprie dicitur, c. is qui tacet 44. de regul. iur. in Sext. l. qui tacet, eo. tit. P. quãobrem in aſſertione vel negatione ſilentis, & res & quod agitur, quodque agi ſolet & ſilentis præſumtio, perpendi debent. Si quidem, ſi res cuiuſpiam voluntate regenda vel gerenda in certo tempore a lege definito ſit, ſilentium facit, vt negligens videatur conſenſiſſe legis præſcriptioni, vt maior factus non conqueſtus de his, quæ minor fecit, videtur eadem ſilentio confirmaſſe. titul. de tempor. in integrum reſtitut. libr. 2. C. titul. 53. taciturnitas quoque denegationis vel diſſenſus habebit vim, ſi dum duæ res propoſitæ, vel petitæ ſunt & vna tãtum adfirmatur, dict. ca. nonne bene dicimus, de præſumt. Et ſi quis petierit ſortem principalem cum fructibus vel vſuris, facta tantum rei vel ſortis principalis condemnãtione, denegatæ videntur vſuræ & fructus, ſi nihil de his dictum fuerit. l. ſi depoſita, C. de depoſito. l. terminato, de fructibus & lit. expenſ. C. atq; vnam ex formulis negandi, præterire aliquod ex poſtulatis, nec reſpondere dixit Plinius Iunior epiſtola 10. lib. 5. epiſtolarum. Cæterum nec qui tacet, vere fatetur, nec habetur pro cõfeſſo. l. 1. de confeſſis. P.*

i *l. 1. §. ſcientiam, de tributor. actio. P. l. fin. quando appellan. ſit, P. l. 1. de filiisfamilias, libr. 10. C. tit. 60. l. 1. §. magiſtrum autem, de exercitoria act. P. l. 1. §. pen. nautæ caupo. ſtabular. P. vbi exempla. Quando autem in ſumma, aliquid ſcientibus & patientibus obſit, tractatur in l. ſæpe conſtitutum, 63. de re iud. lib. 42. P. tit. 1.*

k *l. cum pridem, de pact. C. l. 2. eod. tit. P. l. 1. C. de don. l. 2. C. quæ res pign. oblig. poſſint. l. qui chirographum, de legat. 3. niſi mens repugnet in c. ſane dilecto. 7. de renunt.*

l *l. 4. de pact. P. l. 4. ex quib. cauſ. pignus vel hypotheca tacite contrahun. P.*

m *l. 1. quod iuſſu, 15. P. tit. 4.*

n *Modeſtinus in l. fideiuſſor, 26. §. pater, de pignoribus, ita canonici ſubſcribẽtes, conſenſiſſe videntur. glo. ad l. 1. ad verbum tenetur, quod iuſſu. P. §. & ibi & l. 1. §. ſed ſi. Contra ſi errando nec intelligendo quid in inſtrumento ſcriptum ſit, quis ſe ſubſcripſerit, nam tunc non videtur ignoto conſentire. l. cuius 19. de pignora. actio. lib. 43. P. vel ſi quis nomine alieno veluti tãquam procurator ſe ſubſcribat, vt apud Scæuolam, in l. Titius Seii procurator, 8. de reſcinden. venditio. libr. 18. P. titul. 6. l. 1. §. quod ait, quorum legat. P. l. 2. C. de reb. alien. non alienan.*

o *l. hi qui, 7. de appellatio. libr. 7. C. tit. 62.*

p *l. exceptione doli, 11. de euictionib. libr. 8. C. tit. 45. l. ſi gratuitam, alias l. Pomponius ſcribit, §. final. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. contrah.*

## CAPVT. IIII.

*Qui in obligationibus debent & quando conſentire.*

HI quorum intereſt, cõtractui conſentire debent, aliquando autem ſi plurium in vniuerſorum intereſt, in negotio, quod plures vt vniuerſos reſpicit, omniũ conſenſus vnico actu & tempore adhiberi debet, vt in electione. *a* Quod ſi negotium plures vt ſingulos, & non vt vniuerſos reſpiciat, poteſt adhiberi ſeorſum & ſeparatim cuiuſque conſenſus, & diuerſo tempore. *b* Et ita ratificatio poſt actum ex conſenſu peti poteſt.

### SCHOLIA.

a *cap. in Geneſi, 55. de electio. vbi & conſenſus electioni ab eligentibus ſeparatim præſtitus, non prodeſt electioni, ne plures cenſeantur electiones. Idem in ca. quia propter, eod. tit. 1. Sic quando vna actio communis eſt pluribus vt vniuerſis, non debet diuidi per ſingulos, ſed tota ſimul in iudicium venire debet, l. ſi idem, §. ſi vna actio, de iuriſdictio. omnium iudicum. Si tamen vnius vel quorundam electorum non vocatorum ad electionem, cõtemtus negotium faciat electioni, quod per cõtemtum poſſit reuocari electio, in eo caſu poterit per conſenſum eorum, qui ob contemtum poterant conqueri, formari poteſt electio, ſi aliunde non expugnetur. capit. quod ſicut, 28. de election. canon. quoniam quicquid, 6. quæſtio. 2. Si quidem non tam confirmari electio, accedente conſenſu videtur, quantum remitti iniuria contemtus, propter quam non vocatus obtineret iterum fieri electionem. Quamobrem Panorm. ad capit. bonæ memoriæ, in ſecundo. de poſtulatio. prælato. annotat, quando electio vel poſtulatio facta eſt a maiori parte electorum, conſenſum ſuperuenientem minoris partis, poſſe adhuc ratam facere electionem, & ita diuerſo tempore ei poſſe cõſentire, iuxta capit. bonæ memoriæ, 4. in fine de poſtulatio. prælat. & cap. quod ſicut, de electio. Contra, ſi ab initio electio fuerit facta a minori parte electorum, nam acceſſione conſenſus eorum, aliorum facta alio tempore non firmatur electio. cap. auditis, 29. de election. vbi & ratio & Panormitan. ex regula, quod ab initio non valet, tractu temporis conualeſcere non poteſt. l. quod ab initio, de regul. iur. Pand. poteſt & plurimum ſeu diuerſorum conſenſus, ad diuerſa dirigi. quare & diuerſo tempore poteſt ſingulorum conſenſus exigi, & poſtea coniungi. viden. gloſſa ad cap. 1. & ad verbum tractatus, de rebus eccleſ. non alienan.*

b *Sic accidit, vt quod omnes tangit ab omnibus debeat approbari, & ſi ſingulos reſpiciat, & a ſingulis, in quantum illorum intereſt, ne aliorum conſenſus eis officiat, l. 2. de ſeruitutibus in Pand. l. per fundum, 11, & l. vnus ex ſociis 34. de ſeruitutibus ruſticorum prædio. Pand. l. receptũ, communia præd. l. ſi quis duas, §. item ſi duo, eod. tit. Neque conſenſus ex interuallo adhibitus vitiat contractũ bonæ fidei, quãdo præſtatur in abſentia per nuncium, vel per epiſtolam, nam in illis non patitur res, vt ſtatim & in præſentia præſtetur, & cognoſcatur, ſed temporis interuallo opus eſt, l. 1. §. fin. de contrahen. emt. l. conſenſu, de act. Pand. Ita Paulus Iuriſconſult. in l. ſi ſtipuler. 35. §. fin. de verb. obligat. libr. 45. tit. 1.* Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non reſponderit, ſi tamen conſentitur in id, quod reſponſum eſt, valet quod actum eſt. Quia hi contractus non tam verbis quam conſenſu confirmantur, *& ibi gloſſa notat ex interuallo conſentiri poſſe.*

## CAPVT V.

1 *Vis & effectus conſenſus & voluntatis.*
2 *Contractus conſenſu initi.*

DVo ſunt fundamenta præcipua humanarum actionum, ex quibus diſtinctio actuum fit, voluntas & poteſtas, *a* voluntate in volente eſt arbitrium liberum, *b* in his autẽ quæ cum aliis vult, conſenſus. *c* quemadmodum autem omnia, apud nos velle vel nolle poſſumus, ſic & liberum eſt omnibus vel conſentire vel diſſentire, *d* quamquam ſæpe voluntas conſenſus vel diſſenſus a iure vel ab aliis non probetur, aut recipiatur vel effectum non ſortiatur. *e* Siquidẽ voluntas, cum ad conſenſum peruenerit, interdum libera eſt ad diſſentiendum, maxime in animo eius qui diſſentit, interdum libera penes eundem, ſed non in præiudicium alterius, vel in præiudicium actus facti, ſi conſtringatur, vel a lege naturali, *f* vel diuina, *g* vel humana. *h* Sic fides data pro conſenſu exſequendo, naturale habet vinculum, quo promiſſio tenetur & vincitur, ne diffluat aut varietur. *i* Acceſſit contra infidos iura naturalia ſpernẽtes, iuris poſitiui, diuini & humani adhuc vinculum aliud, quo diſtinctis & ordinatis actibus & promiſſis, infidi, quæ natura ſuadente nolunt implere, conuenientibus modis exſequi compellun-

tut. *k* Vt autem voluntas apud volentem, quæ vult ab iis, quæ nõ vult, diſtinguit, itẽ formam, modum & partes eorũ quæ vult; ſic conſenſus inter duos plures ve diſtinguit, & eligit res & actus, in quibus idem ſentiat, & modos quibus idem ſe ſentire, id eſt, conſentire exiſtimet. proinde in omnibus commerciis, artifex conuentionum præcipuus eſt conſenſus, ſine quo nulla obligatio pactio ve reperitur. *l* Ceterum ex conuentionibus quæ conſenſum habent, quædã vltra egent verbis, *m* quædam rei interuentu, *n* quædam literis, *o* ideoque ab illis nomen accipiunt, quædam autem nullo illorum egent ex ſubſtantia ſeu neceſſitate, quamuis ea accedere poſſint, ſed egent ſolo conſenſu ad perficiendum actum, de quo agunt, ideo abſolute dicuntur obligationes ex conſenſu. *p* Huius generis ſunt, emtio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum, *q* de quibus & iura pontificia pertractant, & nos ideo prout ei conueniunt de illis neceſſaria admonebimus.

S C H O L I A.

a *l. multum intereſt, ſi quis alteri vel ſibi. C.*

b *Sic volũtas habet electionẽ, vt arbitrium liberum agendi, vel non, bona, vel mala, Deut. capit. 30. ſic ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi, Eccleſiaſtici 15. verſic. 18. & verbum volo, plenum habere dicitur votum, ad æquum & iniquum, in l. fideicommiſſa, 11. §. quamquam, de legat. 3. voluntas eſt, animi motus, cogente nullo, ad aliquid non imitandum, vel adipiſcendum, ſecundum D. Auguſtinum, libr. 1. retractatio. ca. 15. & libro, de duabus animabus, & refertur in principio, 15. q. 1. & canonibus 1. 2. & 3. vbi & docetur, quod facta bona vel mala iudicãtur ſecundum bonam vel malam voluntatem, quando voluntati cogitatæ accedit conſenſus ſeu approbatio cogitati: hæc enim omnia voluntati accidunt ad actus iudicandos, ca. 2. ſed penſandum 6. diſtinct. Ex voluntate deliberata & concupiente effectum, veluti ex conſenſu animi, fit propoſitum ſeu intentio. Et ita in actibus primum obtinet locum voluntas, l. in conditionibus, de conditionib. & demonſtrat. P. neque actus agentium vltra illorum intẽtionem, ſeu voluntatem extenduntur. in l. cum te. 3. ne vxor pro marito. C.*

c *l. 1. §. conuentionis verbum. de pact. P.*

d *l. ſicut 5. C. de actio. libr. 4. tit. 10. l. velles, nec ne, de reuocan. dona. C. voluntas & animus violentiam non patiuntur, nec cogi poſſunt proprie. Quamuis corpus eiuſque actiones, poſſint cogi, & animis repugnantib. alio deduci externo motu, tota 2. q. 5. ca. merito, & ſequentib. 15. q. 1. Si autem quis coactioni voluntatem accõmodauerit quod fit, volũtate factũ videtur, & ita voluntas coacta, voluntas dicitur, vt tractatur in l. qui ita, 66. & ibi gloſſa, ad verbum adiiſſet, ad ſenatuſconſ. Trebel. P. lib. 36. titul. 1. l. ſi mulier, §. ſi metu, quod metus cauſ. P.*

e *voluntas ab effectu multum diſtat, ideo antequam effectus ſequatur, poteſt ſuſcipere mutationes, vel poteſt intercipi ne ſortiatur effectum, diciturque ambulatoria & variabilis, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum. l. 4. de adimendis legat. in P. l. cum hic ſtatus, 32. §. pœnitentiam, de donatio. inter virum & vxorem, morte autem finitur, l. 1. de ſacroſ. eccleſ. C. l. 4. loc. P. cum ſimilibus. Ius autem & effectus ratam efficiunt voluntatem & prohibent ne variare poſſit volens, vt contra, voluntas rata non eſt, quæ aliquid contra ius vel bonos mores aut turpe iubet, l. ſi quis inquilinos 112. §. penult. & fi. & l. ſeruo alieno, 113. de legat. 1. l. non dubium. C. de teſtib. c. cum in officiis, & c. 2. de teſta. Impoſſibile enim facta exiſtimatio, quod iuri & bonis moribus aduerſatur, l. filius qui, de condit. inſtit. P. c. ſi. de pact. P. vbi impoſſibilia iuris & facti ponuntur. Et quod iure prohibetur, non minus quam id quod vt infertur extra libertatem voluntatis eſſe dicitur. l. libertate de ſtatu hominum, in P. Sic & conſenſus interdum ratus, interdum non ratus dicetur, vt in l. peruenit, 3. de emtio.*



f *lex naturalis ſoluere ſeu implere fidem & promiſſionẽ iubet, ca. 1. de pact. l. 1. de conſtituta pecunia P. l. 1. §. 1. de pact. P. ideo voluntatem conſenſu formatam ratam facit l. cum amplius, 84. §. is natura debet, de regul. iur. Pan. l. naturales, de actio. l. fideiuſſor obligari, § fideiuſſor. in P. l. frater a fratre, de condi. indeb. P. l. quib. diob. de condit. & demonſtra. Naturalis obligatio ſecundũ Philippum Deciũ ad dictum. §. is natura, cõſideratur primo ratione æquitatis naturalis, quæ oritur ex conſenſu. ex l. 1. de pactis, l. 1. de conſtituta pecunia, ratione, cuius etiam, quando cum ſeruis cõtrahitur, vinculum oritur naturalis obligationis. l. naturaliter, & l. ſi id quod, de condictio. indebiti, & inter patrem quoq; & filium, l. frater a fratre, eod. tit. Sed & ipſemet conſenſus, qui ex animo procedit, per ſe naturalis eſt, & ex libertate naturali omnibus hominib. indita naſcitur, nulla prorſus diſtinctione addita ſexus vel conditionis ciuilis aut dignitatis, quo fit vt dicamus ex conſenſu ſeruos obligari naturaliter poſſe, & ipſos principes ſuis pactionib. adſtringi, vt in c. poſteaquam, 25. q. 3. c. 1. de probat. §. 1. de natura feudi in vſib. feudorum. c. 1. de probat. Et ſic ratione conſenſus naturalis, omnes cõtractus dici poſſunt de iure gentiũ, l. ex hoc iure, de iuſtitia & iure P. c. 1. de probat. glo. in l. 2. de precib. impera. offeren. C. Quãquam ratione formulæ & ſolemnitatum, quidam dicantur iuris ciuilis. Quare ratione conſenſus iterum dico omnes & ipſi principes ex pactis & conuentionibus obligantur. Bart. & alii in l. digna vox, de legib. C. Bald. ad l. final. de tranſact. in l. ex imperfecto, de teſtam. Iaſon. ad l. ciuitas, de rebus credit. P. Barbatia. ad ca. 1. de conſtitut. Decius conſi. 410. incipiente in cauſa. omitto reliquos, Quando autem naturalis obligatio a iure admittit comprobationem & ſolemnitatem, & vinculum nanciſcitur, firmior fit. Alia ſpecies obligationis naturalis ſine cõſenſu, ex facto ipſo, inſtinctu naturali, ob beneficium acceptum, cum ſine pacto quis ad remunerationem obligatur, quæ non eſt ita efficax, ac prior, quæ cum conſenſu eſt, & de qua in l. ſed ſi lege, §. conſuluit, de petitio. in hæredit. l. ſi non ſortem, §. libertas, de condictio. indebit. Pandect. cap. cum in officiis, de teſtam. canon. nihil 84. diſtinct.*

g *Sic promiſſiones ſuas Deus adimpleuit Iudæis, Ioſue 21. Exod. cap. 2. & cap. 6. & fidelis Deus manet in promiſſis, 1. ad Corinth. 1. & vota ſibi promiſſa exſolui deſiderat. Num. 3.*

h *Quod probatur, titulis de pactis, de tranſactionibus, de locato. de emtione & ſimilibus in vtroque iure.*

i *Videnda tota l. iuriſgentium, de pact. in P. faciunt & tituli de actionibus, de obligationibus in inſtitutionibus iuris ciuilis, in C. & P.*

k *compelluntur vero fidem ſeruare contrahentes, & per legem & magiſtratuum ſententias, l. iuriſgentiũ. § prætor ait, de pactis. P. l. pacta quæ cõtra. C. eo. tit. l. nec ex prætorio, 28. de reg. iur. P. & liquet in vtroq; iure ex tit. de pactis, & de tranſact.*

l *Contractus legẽ ex conuentione accipiunt, l. 1. §. ſi conuenit, depoſit. P. c. 3. de depoſito. l. contractus quidam, 24. de reg. iur. P. l. ſi certo. § interdum, cõmoda. P. ſine conſenſu nulla eſt obligatio, conuentio vel pactum cuiuſcunque ſit generis, vel ex numero eorum, quæ re aut verbis aut literis contrahuntur. l. 1. §. adeo, de pact. P. Iabolenus Iuriſconſult. hunc conſenſum, vocat affectum concurrentem ex vtraque parte cõtrahẽtium, antequam res in obligationib. vel contractibus dominium transferant, in l. in omnibus rebus, 55. de actionibus. l. non omnis muneratio. de reb. redit. Pand. probat & l. obligationum ſubſtantia, 3. §. non ſatis, de actionib. P.*

m *vt tit. de verbo. obligatio. in inſtitutio. & Pandect. & diximus ſupra, nec in his aliud venit, quam quatenus lingua nuncupatum fuerit, l. 99. quicquid adſtringendæ, de verb. oblig. P.* A

n *vt mutuum, depoſitum, commodatum, pignus, vt ſuis titulis ante docuimus.*

o *titul. de literarum obligatio. & ſupra nos docuimus.*

p *§. fin. de obliga. ex conſenſu apud Iuſtinia. l. conſenſu, de obliga. in P.* B

q *§. final. de obligat. ex conſenſu. l. 2. de actio. Pandect.*

# DE EMTIONE ET venditione.

## *a* TITVLVS XIIII.

a *Tractatur de emtione, lib. 3. decret. tit. 17. 1. quæ. 1. ca. eos qui. & in quæſtio. 2. & 3. in multis canonibus, & in can. canonum ſtatutis, ca. quicunq; 14. quæſt. 4. ca. qualitas, de pœnitentia. diſtinct. 5. lib. 18. Pandect. tit. 1. & ſequentibus. libr. 4. C. tit. 38. & ſequenti lib. 10. C. tit. 4. lib. 3. inſtitut. tit. 24 libr. Baſilicorum eclog. 19. tit. 1. & in noſtro Syntagmate iuris. lib. 25.* C

### CAPVT I.

*Continuatio, emtionis periculum in negotiatione.*

INter contractus, qui diſcuſſione Eccleſiaſtica digni ſint, eſt emtionis, venditioniſve conuentio, in qua propter inordinatas cupiditates habendi, facile committitur peccatum. *a* Qualitas autem lucri aut negotiantem excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus & turpis quæſtus: ille, probatus, hic nõ difficile tamen inter emẽtis & vendentis commerciũ, non interuenire peccatum. *b* Negotiari aliquando licet, aliquando non licet. *c* Homo tamen mercator, vix aut nũquam poteſt Deo placere. *d* Sæpe & contractus emtioni & venditioni affines, eum contractum confundunt, *e* & proinde illius, ab aliorũ ſubſtantia, diſtinguenda erit ſubtilius natura. D E

SCHOLIA.

a *Cupiditas habendi omnium malorum radix, canon. bonorum 47. diſtinctio. §. cogitatio, vt iudices ſine quoquo ſuffrag. &c. in Nouellis, cap. 1. in proœmio decretalium.*

b *can. qualitas, 2. de pœn. diſtinct. 5. quia licitum iura ciuilia dicunt cõtrahentibus, ſe in pretio circumuenire. l. in cauſa, in 2. ſic incipiente, §. idem reſpondit, de minoribus, 25. annis. l. item ſi pretio, §. quemadmodum, loca. Pandect. Et perdifficilis eſt iuſtæ æqualitatis, quæ rei cũ pretio ſit, æſtimatio, l. 1. de contrah. emt. P.*

c *Diuus Auguſtinus, in libr. quæſtionum veteris & noui teſtamenti, c. 27. refertur in can. 10. fornicari, 88. diſt.*

d *can. 11. eiiciens 88. diſt.*

e *veluti ſi emtio rei pignoratæ ſimuletur, ad vſuras in fraudem legis percipiendas, vel ad fructus lucrandos, quod improbatur, in cap. ad noſtram. 5. de emtio. Item ſi pretium & permutatio miſceantur, vt in capit. ad quæſtiones, 6. de rerum permut. ſi locatio perpetua dicta, & emphyteuſis fiat, quæ ſpeciem venditionis vel affinitatem cum ea habet, capit. nulli de rebus Eccleſiæ non alienand. & in nouella, de alienatione & emphytheoſi, cum ſimilibus. Tanta etiam cum aliis contractibus erat emtionis & venditionis affinitas, vt nulla fieret alienatio ſine venditione vera, vel ficta ſeu imaginaria, per quam transferretur dominium rerum per æs & libram, ex aliis contractibus, imo & in vltimis voluntatibus. §. 1. de teſtamentis ordinãdis. Cicer. 2. de legib. & in topicis, in quem locum & Boetius Plutar. libr. de ſera numinis vindicta, Varro 2. de re ruſtica. ca. 10. atque Sext. Pompeius Feſtus. in 1. de verb. ſignificat.* abemito, *inquit*, ſignificat demito, vel auferto. Emere enim dicebant antiqui pro accipere. *Ita emtionis & vẽditionis appellatio generalis continet omnẽ omnino contractum, per quem dominium transfertur, l. ſicut, 8. §. venditionis, quib. modis pignus vel hypothe. ſoluit. P. facit l. veteres 19. vt ſui, de actio. emt. quæ iuxta veram mentem ſic debet intelligi. Idq; non proprie ſed ex ſimilitudine, quod ſicut ex emtione transfertur firmiter dominium, ſic & ex aliis contractibus, ad quos nomen transfertur. Iuxta l. cum manu ſata, de contrahen. emtio. alioquin inter emtionem & alios contractus, multum intereſt, quãuis conueniat in translatione dominii & in l. in quorũ finibus, de pignorib. P. l. quicquid, l. verba geſſerunt, de verborum ſignificatio. vide quæ diximus lib. 25. Syntagma iuris, cap. 1. Poſſumus & addere etymon nominis,* emo, *quod ad omnem acquiſitionem pertinere poteſt & dominii translationem, ſiquidem nomen* ἐμὸν, meum, *non omnino abſurde eo referri poterit, vnde* ἐμῷ, mihi datum, & ἐμός, meus *mihi quæſitus, & hinc dicimus quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri poteſt, §. ſic itaq; diſcretis, de action. apud Iuſtinia. l. 3. §. ex pluribus, de acquiren. poſſeſſio. P. & meum, tuum, ſuum, ſunt pronomina poſſeſſiua & diſtributiua* dominiorum, *ca. quæ iure 8. diſt.*



### CAPVT II.

*Quid emtio.*

EMtio, eſt contractus *a* nominatus *b* bonæ fidei, *c* iuriſgentium, *d* per quem fit commutatio rei cum pretio, *e* ex conſenſu. *f*

SCHOLIA.

a *contractus nomen pro genere eſt, habens, cuius plures ſunt ſpecies, & contractus dicitur, vltro citroq; obligatio græcis ſynallagma, l. Labeo, 9. §. contractus, de verbor. ſignificat. ex numero contractuum eſt emtio, l. iuriſgentium, §. 1. de pact. P.*

b *dicta l. iuriſgentium, §. 1.*

c *§. actionum, de actionib. vbi docetur, qui contractus, quæve eorũ actiones ſunt bonæ fidei, quæve ſtricti iuris. Obſeruandum tamen in omnibus contractibus ſiue bonæ fidei dicãtur ſiue ſtricti iuris, exigi bonam fidem, l. bonam fidem, C. de actio. & in omnibus obeſſe malam fidem doloſis, l. 1. & l. ne ex dolo, de dolo. P. quia bonæ fidei aduerſatur dolus, l. 3. in fine pro ſeruo, l. ſi dolo, 5. C. de reſcinden. venditio. Verum ſingulari quadam diſtinctione quidam contractus bonæ fidei, vt emtio, locatio, & dicuntur quidam ſtricti iuris, dicto §. actionum, de actio. & in l. vnica, §. ſed etſi non ignoramus, de rei vxoriæ action. C. l. penult. ſolu. matrimo. P. l. 82. de ſolution. dicuntur & ſtricti iudicii, in l. in actionibus, de in litem iuran. in P. Bonæ fidei porro dicuntur, quod in illis bona fides exuberet, & multa cenſeantur conuenta, de quibus nominatim dictum non fuerit ex vſu communi & bona fide ſubintellecta ex natura & conſuetudine contractus & contrahentium caueri ſolita alioquin, §. in bonæ fidei, de act. in P. l. conſenſu eo. titulo. P. l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, de ædilit. edict. P. Tullius Cicero 3. officiorum ſummã vim eſſe dicebat in omnibus arbitriis, in quibus ex fide bona agitur, &c. & idem addendus in Topicis & ibidem explicatio Boetii. ſic in §. fin. de obligatio quæ ex conſenſu. In emtionibus, venditionibus, locationibus, ſocietatibus, mandatis, alter alteri obligari dicitur ad id, quod alterum alteri ex æquo & bono præſtare oporteat, iunge & §. penult. de loca. Stricti iuris contractus dicuntur, in quibus quidem ex bona fide agitur, verum ita late non fit extentio, vt in cæteris, qui bonæ fidei appellantur: ſed remanẽt placita intra fines conuentorũ expreſſe, vt nec plus nec minus, nec aliter quam placuerit expreſſe, peti aut iudicari poſſit, ideo ſtrictæ vel reſtrictæ conuentiones dicuntur, l. quicquid adſtringendæ, de verbor. obliga. P. l. exemplo, 11. & l. ſi quis abſentis, de actio. P. hincque colligitur vna differentia inter contractus & actiones ſtricti iuris & beneficii, vt iudex in contractibus bonæ fidei poſſit ſupplere omiſſũ, quod per ſtipulationem expreſſe adduci*

poſſet, in ſtricti iuris iudiciis, l. quæ tantun- A
dẽ, de negotiis geſt. P. l. Lucius, depoſiti, &
in arbitrio iudicis eſt in bonæ fidei iudiciis
æſtimare quantum ex bono & æquo actori
reſtitui debeat, in quo & illud continetur,
vt ſi quid inuicem præſtare actorem opor-
teat, eo compenſato in reliquum is cum
quo actum erit condemnetur, quod dene-
gatum in ſtricti iuris iudiciis, excepto quod
ex Marci Cæſaris reſcripto doli mali exce-
ptione, compenſatio inducebatur, §. in bonæ B
fidei, de actionib. apud Iuſtin. ſecunda dif-
ferentia, quod omnia acceſſoria veniant in
bonæ fidei iudiciis, l. 1. de actio. emt. P. Et
de quibus etiam nihil fuerit cogitatum,
vt in emtione nata c. ſa. & ſimilia, l. fundi,
§. ſi rata, de act. emt. P. cap. cum Eccleſia,
de cauſa poſſeſſion. vbi eſt notabilis gloſſa
hac de re copioſe diſputans, ad verba, in iu-
dicium, in ſtricti vero iudicii actionibus
acceſſoria non veniunt, niſi poſt acceptum C
iudicium mora interueniẽte, l. 2. & 3. & l.
in his, & l. videamus, 38. §. ſi actionem, de
vſur. P. Sic de vſuris, dicimus iure ciuili,
vt debeantur ex bonæ fidei iudiciis etiam
non conuentæ, l. vſuræ, de vſuris, P. ex mo-
ra, l. mora, eo. tit. & tantundem efficiet in
his officium iudicis, quantum in ſtricti iu-
ris actionibus & obligationibus ſtipulatio.
l. Lucius, & l. qui per colluſionem §. fi. de a-
ctionib. emt. P. l. Lucius, depoſi. P. vſura- D
rum tamen modus arbitrio iudicis, ex mo-
re regionis conſtituatur, l. 1. & l. in con-
traria, de vſur. P. Tertia differentia quod
cum dolus dat cauſam contractui bonæ fi-
dei, ipſo iure contractus nullus eſt c. cum
vniuerſorum, de rerum permuta. l. & ele-
ganter, de dolo, P. ſi dolus committatur a
contrahentibus. nam ſi committeretur ab
alio, teneret quidem contractus, ſed dare-
tur actio de dolo in decipientem deceptis. E
dict. l. & eleganter, §. 1. cauſam contractui
dare dicitur ad hunc effectum dolus,
quando contractus aliter non fuiſſet ſe-
quutus, ſi non interueniſſet dolus, alioquin
ſi non obſtante dolo, quis eſſet contracturus,
tenebit contractus & pro incidente in con- A
tractum dolo agetur, veluti ſi venditurus
eram quidem, ſed per tuum dolũ minus
quam decreueram vendidi, vel ſi per do-
lum meum pluris emeris quam emiſſes do-
lo non interueniente, tenet quidem contra-
ctus, ſed agitur ad ſupplementum pretii, l.
Iulianus, §. ſed ſi venditor. de act. emt. P.
vel deceptus aget ad reſciſſionem contra-
ctus, l. ſi dolo, 5. de reſcinden. venditio. C.
lib. 4. ti. 44. non autem qui decepit, l. tranſ- B
actione finita, 10. Cod. de tranſactio. Lo-
quimur autem & hic de dolo, concilio
commiſſo, non de eo qui dicitur re interue-
nire, puta per deceptionem vltra dimidi-
am iuſti pretii, quæ dicitur dolus re ipſa
non ex fraude, l. dolus 10. & l. 2. de reſcin-
den. vend. C. cap. 3. & cap. cum cauſa, de
emtio. meminit & de dolo re ipſa commiſ-
ſo, l. ſi quis cum aliter, 36. §. fina. de verbo-
rum obligatio. P. eſt & mala fides quæ con- C
tractum nullum reddit emtionis, contra-
here l. contrahere prohibente, l. quemad-
modum, de agricol. & cenſi. lib. 11. C. l.
non dubium, C. de legibus. In contractibus
vero ſtricti iuris, quamuis dolus dederit
cauſam contractui, tamen ipſe ſubſiſtet
ipſo iure, quandiu non impugnatur, cæte-
rorum qui ex eo agit repellitur ope exce-
ptionis doli, l. ſi quis cum alteri, de verbo-
rum obligationib. l. cum poſtea quam 9. D
de pact. C. l. dolo, 5. de inutilib. ſtipulatio-
nib. C. li. 8. tit. 39. §. 1. de exceptio. l. 3. C.
eod. tit. de exceptio l. 7. §. 7. de pact. P. Com-
mune bonæ fidei omnibus iudiciis erit non
admittere præſtationem, quæ contra bonos
mores deſideretur, l. generaliter, de vſur.
P. l. ſi in Aſia, §. 1. depoſit. P. Quarta diffe-
rentia quod in bonæ fidei iudiciis poteſt in
litem iurari ex affectione, in aliis nequa-
quam, l. in actionibus, de in litem iuran. l. E
in hoc, §. 1. communi diuidun. Quæ omnia
poſſunt conuenire contractui emtionis &
venditionis, qui eſt bonæ fidei, cui tamen
vinculum ſtipulationis adiungi poterit,
quia & ſtipulatio eſt commune vinculum
ad



ad omnes conuentiones & obligationes per- A
tinens, ſi adhibeatur, l. 1. & l. 5. §. ſtipula-
tio, de verbor. obliga. ſic exempla dantur
ſtipulationis additæ emtioni, in l. 1. §. 3. de
actio. emti. & apud Varronem lib. 2. de re
ruſtica, cap. 2. 3. 4. & 5. Ita apud Plau-
tum in Epidico, actu 3. ſcena 4. miles a
Perithana fidicinam emit.

Miles. Eſtne emta mihi hæc? Per
iſtis legibus habeas licet, &c. Et Seneca
3. de beneficiis, vtinam nulla ſtipulatio B
emtorem venditori obligaret.

d leg. hoc iure, de iuſtit. & iure, P. l. iuriſ-
gentium. 3, de pact. P. l. 1. §. fin. de contrah.
emtio. P. §. ius autem gentium, ver. hoc iu-
re, de iure natura. Ita frequens hic contra-
ctus, quod ius gentium omni humano ge-
neri commune ſit. dicto §. ius autem genti-
um, & l. 5. de iuſtit. & iure.

e de commutatione rei cum pretio, in l. 1. de
contrahen. emtio. P. §. 1. eod. titu. apud Iu- C
ſtin. ita affinis hic contractus permutatio-
ni, l. 2. C. de rer. permut. lib. 4. ti. 2. l. 2. eod.
ti. P. l. fi. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. P. lib. 42.
P. tit. 4. & certe omnium fere commercio-
rum origo & contractuum, a rerum per-
mutatione cœpiſſe videtur. Nã poſtquam
fuerunt rerum dominia diuiſa, homines
quibuſdam cœperunt egere, quæ apud ali-
os eſſent, & quædam apud ſe ſuperflua ha-
buerunt, & ita cœperunt ſuperflua cum D
neceſſariis permutare, vt docet Ariſtotel.
1. Politicorum cap. 5. & 5. Ethicorum,
cap. 5. Cum autem ſæpe accideret, vt nulla
eſſent ſuperflua quæ cum neceſſariis per-
mutarentur, inuenta publica materia quæ
ſuppleret illam difficultatem permutatio-
nis, & qua æſtimatio fiat rei, & pretium
daretur, l. 1. de rerum permuta. P. l. 1. de
contrahen. emtio. P. §. item pretium, eod. ti.
apud Iuſtinia. ſtatim autem vbi pretium E
conditum eſt, emtio dicitur perfecta etiam
re non tradita, cap. in tantum 36. §. 1. de ſi-
mo. vel ſi fides habita ſit in pretio, aut con-
uentum de eo ſit, l. 2. §. 1. de contrah. emt.
P. l. emti fides, C. eo. tit. §. 1. & §. pretium
item, eo. titu. apud Iuſtinia. pretium quaſi
peritium, quod a peritis ſtatuatur. ſi enim
ait lib. 4. de lingua latina Varro, pretium
quod æſtimationis emtioni ſine cauſa con-
ſtituitur, dictum a peritis, quod hi ſolum
poſſunt facere recte id. Atque Seneca lib. 2.
de beneficiis cap. 16. ſolum ſapientem ve-
ram æſtimationem rerum noſſe, eamq; pro
tempore, tradit.

f in l. in venditionibus, 9. de contrah. emt. P.
l. conſenſu, de actio. l. 1. & 3. de reſcind.
vendit. C. §. fin. de obliga. quæ ex conſen.
naſcunt. apud Iuſtinia.

## Caput III.

### Emtionis diſtinctio.

Emtio, *a* vel vera *b* vel ficta ſeu imagi-
naria *c* dicitur, vel talis quæ pro emtio-
ne habeatur, *d* hic nos de vera agemus.

### Scholia.

a hic agimus de emtione prout eſt contra-
ctus nominatus, ſeparatus a generali no-
mine, quod omnem dominii tranſlationem
ſignificat.

b Id eſt, quæ conſiſtit ſubſtantialibus huic
contractui tributis, re, pretio iuſto, & con-
ſenſu, l. 1. de contrah. emt. P. nec declinat
in alium contractum, vt in ca. ad quæſtio-
nes, de rerum permutatio.

c ficta dicitur vel cum fraude, vel ſine frau-
de, cum fraude, ſi pignori vere res data fue-
rit creditori, & is in fraudem vſurarum,
fingat emtionem interceſſiſſe, vt in cap. illo
vos, 4. de pignorib. cap. ad noſtram, de em-
tio, l. 2. C. plus vale. quod agi. lib. 4. C. titu.
22. venditio ſimulata, venditio non eſt
proprie, l. cum in venditionem 16. de con-
trahen. emti. l. ſi donaturus 3. l. emti fides
9. C. eod. titu. ſimulata & imaginaria et-
iam venditio, quæ fit pretio non acceden-
te, & ſine mente alienandi, quæ veluti alii
contractus imaginarii, non habet vincu-
lum obligationis, l. contractus imaginarii,
59. 54. de actioni. P. & pro non facta ha-
betur, nec alienationẽ rei habet, l. nuda &

imaginaria, 55. de contrah. emtio. P. l. emtor, 12. de aqua pluuia arcenda, P. l. imaginaria, 16. de reg. iur. P. Imaginaria rurſus emtio dicetur, quando ita emtio fit ab initio, vt fides detur ab emtore de reddendare oblato pretio; quod recte colligitur ex l. 4. §. ſi ab ignoto, de manumiſſionib. P. & illa ficta, quæ differat ab emtione redhibitionis ſeu ſub pacto de retrouēdendo ſub certo tempore, quo pendente vera emtio manet, l. 2. de pactis inter emtor. C. ſi ſine fraude fiat, non aliter, C. ad noſtram de emtio. Erit & ficta emtio & imaginaria, quæ ea lege contrahitur, ne dominiū transferatur in ementem, l. cum manu ſata, 80. §. fin. de contrah. emtio. ficta & ea, quæ adhibetur aliis contractib. per æs & libram factis, vt in donatione l. fina. C. de dona. in teſtamentis. §. 1. de teſtament. apud Iuſtin. & quando vxor per coemtionem olim ducebatur; datis tribus aſſibus, de qua & Nonius Marcellus. Imaginaria ita emancipatio emtione ſimulata, l. ſi. C. de emancipa. libero. lib. 8. tit. 49. & adoptio in l. fin. C. de adoptio. lib. 8. titu. 48. §. fin. C. quib. mod. ius patr. poteſta. ſolui. cū ſimili. Imaginaria & venditio, quæ fit nummo vno, l. ſi vſufructus, §. fin. de iure dotium, quæ omnino inutilis non eſt vt ſimulata, ſed valet vt donatio collata ex conſenſu in aliam ſub ſpecie venditionis, l. ſi donatio valere alioquin poſſit, l. ſi non verum, §. de donatio. inter virum & vxor. (. ſic intelligenda l. emti, in fine C. de emt. facit in argumentum, imaginaria ſolutio, quæ acceptilatio eſt, & liberat, §. item per acceptilationem, quib. mod. tollit. obligat. l. 1. de acceptila. P. Poſtremo imaginaria quoque emtio dicetur, in qua ſupponitur emtor, qui quamuis ſuo nomine emat, tamen fide alteri data alienis nummis comparat nomen tantum, & miniſterium adhibet, vt in l. is qui ſuis nummis, §. ſi ab ignoto, de manumiſſio. P. l. fin. C. ſi quis alteri vel ſibi, lib. 4. (. titu. 50. In quo caſu imaginaria emtio nō eſt inutilis, ſed habet locū in perſona eius,

A B C D E

qui alium ſupponit in ſuam vtilitatem, in l. 1. & 2. plus valere quod agitur, C. dummodo ipſe aliunde non prohibeatur cōtrahere, alioquin ſi prohibeatur contrahere in ſua perſona, non valebit contractus in perſona capaci ſuppoſita per eum, l. 1. in fine, de contractib. iudic. C. l. cum propria. 5. & l. multum intereſt, 6. C. ſi quis alteri vel ſibi, l. 46. de contrah. emtio. P. l. 5. §. 3. 4. 5. de auct. tutor. facit l. & qui ſub imaginem, 10. de diſtra. pig. lib. 8. titu. 28.

d pro emtione habetur & eſt etiam litis æſtimatio, l. 1. & 3. pro emtore, P. Sic quando res æſtimata datur in dotem, emta cenſetur, l. qui balneum 9. §. fina. qui potior. in pign. habean. l. plerumq;, 10. §. ſi ante, & l. cum poſt, 69. §. penult. de iure dotium. P.

## CAPVT IIII.

*Ex quibus conſtet emtio.*

EMtio conſtat re vendibili, *a* iuſto pretio, *b* & conſenſu legitimo, *c* qui determinat rem & pretium, *d* & pacta adiicit conuentioni, de quibus poſtea. Quod ſi pretium vltra dimidiam iuſtæ æſtimationis habeat defectum quam deceptionem reipſa dicimus, in arbitrio emtoris erit, vel ſupplere iuſtum pretium; aut venditoris abire ab emtione. *e*

### SCHOLIA.

a venditio ſine qua res veneat, non eſt, l. 1. & l. nec emtio, 8. de cōtrah. emt. Rei appellatio hic etiam generalis, pertinens ad omne quod habere, poſſidere aut perſequi poſſumus, & in commercio eſt, non autem ea, quæ natura, ius gentium, ciuile aut diuinum vel boni mores a commercio exemerunt, l. ſi in emtionem, 34. §. omnium. de contrah. emt. & ita res ſoli, mobiles, immobiles, hæreditates, actiones, iura vendi poſſunt & emi, titu. de hæredit. vel actio. vendi. lib. 4. C. & lib. 8. T. titul. 4. l. nominis venditio, C. eod. l. ſi nomen ſit diſtractum, 4. l. emtoris nominib. C. eod. P. item & ſeruitus, l. cum manu ſata, 80. §. 1. de contrah. emtio.



A emtio. fructus & partus futuri, l. nec emtio, de contrahend. emt. P. l. & quæ nondum ſunt, de pignorib. P. frumenta in herbis, l. fiſtulas, 78. §. fina. de contrahen. emt. P. l. artem, §. qui maximas, de publica. Quamuis hodie hæc ſine diſtinctione non admittantur. Nam quod pertinet ad venditionem actionum vel nominum edita lex diſtinguens in l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, de manda. C. & odioſa viſa eſt venditio nominum, quando ad vexationem litigantium fit, & vt potentior aduerſarius detur, cap. nonnulli 28. §. ſunt & alii, & ibi Innocentius, iuncta gloſſa ad verbum mercimonii, & cap. quia nonnulli, de reſcript. Innocentius iterum in cap. ſedes Apoſtolica, & ibi gloſſa, ad verba, ſed & ne liceat, eod. titu. de reſcript. odioſa etiam & vetita rei litigioſæ venditio, l. 2. & l. fin. C. de litigio. prohibitum & aliquando lege Francica propter fraudes, ne fructus immaturi in herbis emerentur. per Carolum Magnum titulo de prohibita alienatione futurorum fructuum, lib. 2. legum Longobardorum, fuerunt ea de re conſtitutiones Ludouici 11. anni 1492. artic. 1. & Franciſci, 1. ſur la traicte des blez.

b ſine pretio certo emtio nulla, l. 2. §. 1. de contrah. emtio, P. l. emti fides 9. C. eod. titul. pretium arguit contractum emtionis l. fina. vbi Bartol. de prædiis curialium lib. 10. C. diciturque eſſe de ſubſtantia contractus, l. pacta conuenta, de contrahen. emtio. P. Ex parte venditoris datur res, ex parte emtoris pretium l. 1. de rerum permuta. §. 1. & §. pretium, de emtio. pretiumque apud venditorem loco rei eſſe cenſetur, l. ſi & rem, de petitio. hæred. P. l. 1. de diſtract. pignor. Quare pretium debet eſſe iuſtum, id eſt, accedens ad verum valorem rei venditæ, alioquin ſi non æſtimetur ipſa res, ſed vel vſufructus vſus, vel commoditas, alius eſt contractus puta locatio vel alius. l. 1. loca P. l. 1. §. ſi quis ſeruum, depoſiti. P. Pretium item in pecunia, electa ſignata probaque materiæ, l. 1. de contra-

B C D E

hend. emtio. nempe ex conſtitutione prima contractus, nam contractu inito, nihil prohibet loco pecuniæ dari alias res æſtimatas in ſolutum, l. pretii cauſa, de reſcind. venditio. alioquin rei emtio per aliam rem loco pretii, fieri non poteſt, l. emtionem, 7. de rei vendi. C. eſſet namque potius hic contractus permutationis quam emtionis, re pro re data & permutata, l. 1. de contrahend. emti. P. l. 1. de rerum permuta. P. Iuſtum pretium & legitimum, reſpondens & congruens rei venditæ eſſe debet. l. etſi æquo pretio, & l. ſi fundum per fideicommiſſum, de lega. 1. viliſſimo pretio venditione facta, non cenſetur venditio, ſed vel donatio l. ſi quis ante, de acquirenda poſſeſſio l. ſi quis conduxerit loca. P. aut contractus ſimulatus, cap. ad noſtram, de emtio. Nec ad magnam rem comparandam, pretium exiguum ſufficit, l. ita autem, in princip. de adminiſtratio. tutorum in P.

c cap. 3. §. fina. de emtio. conſenſum & determinare emtionem ait l. 1. §. fina. de contrah. emt. P. §. 1. de obliga. quæ ex conſenſ. naſcun. & in dubio iuſti pretii, num quis voluerit donare vel vendere recurritur ad intenſionem & conſenſum l. cum donationis, 36. l. in venditionibus 9. de contrahend. emtio. P.

d pretium hic de formali intelligendum eſt, quippe pretium legitimum duplex conſtituitur, formale & commune. formale eſt, quod formam accipit quantitatis ex definitione contrahentium, ex additione & diminutione, donec in certum conuenerint, l. ſi voluntate, 8. de reſcindenda venditio. & ita hoc formale pretium, dicitur in l. in lege Falcidia, 62. ad legem Falcid. P. & in hoc cadit affectio, ratione cuius vnus alio plus minusve æſtimare poteſt, vt maiori pretio filius patrem, potius quam alius redimeret, l. pretia rerum 63. ad leg. Falc. P. maiori etiam pretio, fundum ſuo vicinum emeret quam alius, l. etſi æquo pretio, & l. ſi fundum, de lega. 1. l. ſi cui fundus, de lega. 2. vel ratione etiam quod ven-

*dita res fuerit maiorum alicuius, l. lex quæ* A
*tutores, C. de adminiſtratio. tutor. C. cap.*
*conſtitutus, de in integrum reſtitutio. l. ſi*
*in emtione, de minorib. 25. ann. P. Commune pretium legitimum, rurſum eſt duplex, vel quantum in rei veritate valere*
*poſſit, dictis ll. in lege Falcidia, & pretia*
*rerum, ad leg. Falci. quem valorem metitur ex reditibus Iuſtinianus, vt fructus rei*
*20. annorum æſtimati, faciant verum rei*
*valorem, §. ſanctiſſimus, de alienat. &* B
*emphytheo. in nouellis, §. quia vero Leonis quidem, & §. ſi vero alicuius, de non*
*alienan. reb. eccleſiaſtic. in nouell. vel*
*commune pretium eſt, ex communi rerum functione, ſeu prout communiter venditur, dict. l. pretia rerum. & l. ſi ſeruum,*
*ad leg. aquil. ſecundum qualitatem &*
*conſuetudinem loci, §. fin. de donatio. cauſa mor. P. Et habita ratione temporis, quo*
*res venit. Nam mutato tempore, mutan-* C
*tur æſtimationes rerum propter vſum vel*
*ſterilitatem, vel copiam, l. ad reſcindendam, de reſcind. vendit. C. l. 3. §. diui fratres, de iure fiſci, cap. cum dilecti, in illis*
*verbis, tunc valentem, & cap. penult. de*
*emtio. Tempus quoque venditionis ſpectandum eſſe docet, l. ex mille, §. 1. emtio.*
*Eo pertinet diſpoſitio iuris, qua cautum,*
*vt presbyteri plebes ſuas admoneant, vt &* D
*ipſi hoſpitales ſint, vt non carius vendant*
*tranſeuntibus, quam in mercato vendere*
*poſſint, alioquin ad presbyterum, id eſt Epiſcopum, tranſeuntes hoc referant, vt illius iuſſu cum humanitate ſibi vendant,*
*cap. 1. de emtio. vbi tamen gloſſa notat abiiſſe hodie in deſuetudinem, vt Epiſcopi*
*qui presbyteri dicuntur, curam rerum venalium habeant, quæ tamen ibi illis permiſſa, & in l. 1. C. de epiſc. audien.*

e *cap. cum dilecti, 3. c. cum cauſam, 6. de emtio. l. 2. C. de reſcind. venditio.*

## Capvt V.

*Quæ vendi vel emi poſſunt prohibita.*

A NOn licet iudici vendere iuſtum iudicium, *a* nec teſti iuſtum teſtimonium,
*b* etſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, *c* vel iuſtum conſilium, *d* altare, decimas, ſpiritum ſanctum, emere vel
vendere ſimoniacam eſſe hæreſim, & prohibitum, nullus fideliũ ignorat *e*: quemadmodum prohibitum vẽdere res ſacras, religioſas. *f* vt dare pro certa pecuniæ quantitate epiſcopalem iuriſdictionem *g*, Ec-
B cleſiaſticum beneficium *h*, aut ſub annuo
pretio ſacerdotes ad Eccleſiarum regimẽ
ſtatui: quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium ratio non habetur. *i* Pro licentia docendi etiam, nemo
pretium exigere debet, neque obtentu cõſuetudinis: *k* item prohibitum Chriſtianis
ſub pœna excommunicationis, ne Saraceni ſeu hoſtibus fidei arma, ferrum, lintea-
C mina, naues, galeas. *l* Res pignorata ſimulate in fraudem prohibitionis vẽdi nequit:
*m* conceſſa tamen eſt venditio cenſus annui conſtituti ſub pretio certæ pecuniæ,
obligando pro præſtatione eius cenſus,
prædia vel domos inter laicas vel Eccleſiaſticas perſonas, cum facultate redimendi
cenſum venditum reſtituto pretio venditionis, *n* venales etiam non debent exponi
D reliquiæ ſanctorum, *o* neque ipſæ res immobiles Eccleſiæ, ſine neceſſitate vel vtilitate, & cauſa legitima, & ſine requiſita ſolemnitate. *p* nemo quoque rem alienam
in domini præiudicium ignorantis vendit,
*q* nec etiam vxoris dotalem immobilem in
dotem datam ſine æſtimatione; *r* non rem
ſubiectam reſtitutioni in præiudiciũ eius,
cui reſtitui debet. *s* Sicut nemo etiam rem
ſuam emere poteſt. Poſſemus aliarum rerum prohibitas venditiones recenſere,
E verum ſuperſedemus, maxime cum illæ
copioſe ex iuris ciuilis codicibus, hauriri
poſſint. *v*

### Scholia.

a *can. 7. non licet, 11. quæſt. 1. vbi ponuntur quæ*



*quæ de aduocatis & teſtibus paulo poſt di-* A
*centur ex Diuo Auguſtino ad Macedonium, Epiſto. 54. cano. non ſane, 14. quæſt.*
*5. ſententia prolata pretio interueniente*
*ſeu venalis, ſine appellatione etiam nulla*
*eſt, l. venales 7. quando prouoca. non eſt*
*neceſſ. C. lib. 7. titu. 64. cap. cum ab omni*
*ſpecie mali, 10. de vita & honeſta. clerico.*
*can. ei qui appellat, 41. §. veniales, 2. q. 6.*
*& hoc etiam iurant iudices ineuntes magiſtratus, ſe gratis iudicaturos, ſubmitten-* B
*tes ſe quadrupli pœnæ, ſi quid vltra ſalaria*
*acceperint, l. fin. ad leg. Iul. repetun. C. Munera etiam prohibita exceptis xeniolis accipere iudicibus, l. plebiſcito, 18. de offic.*
*præſid. l. ſolent, 6. §. non vero, de offic. proconſul. P. Exprobrantur accepta munera*
*iudicibus Michea, cap. 3. & in can. 23. Iudices, 1. q. 1. Iudex per ſordes ſeu pretio accepto iudicans, diſpendio litis punitur, æſtimatione litis vera facta, l. fina. de pœna iu-* C
*dic. qui male iudica. lib. 7. C. ti. 49. l. filiusfamilias, 15. § fina. de iudic. P. legeque Iulia repetundarum tenetur, l. 3. ad leg. Iul.*
*repetunda. C. & tanquam concuſſor pœna*
*quadrupli, can. ſancimus 1. quæſt. 7. ca.*
*quoniam, 18. diſtinct. & extra ordinem,*
*l. 2. de concuſſorib. P. expreſſe in cano. 5.*
*militare, 23. q. 1. Idipſum de aſſeſſorib. iudicum dictum, §. feſtinabis etiam, de manda. principum in nouellis, & cap. cum ab o-* D
*mni, de vita & honeſta. clericorum. Proinde & initio litis iurant litigantes, ſe nihil*
*dediſſe vel promiſiſſe vel daturos iudicib.*
*pro cauſis, de quibus litigant, patrocinii*
*cauſa, §. 1. vt litigantes iurent, &c. in authenti. auth. principales, de iureiuran. propter calumniam dando, C. Punitur & diſpendio litis, qui pretio corrumpere tentauit*
*iudicem, l. 1. iuncta auth. nouo iure, C. de*
*pœna iudicis, qui male iudicauit, l. 1. §. ſed* E
*& conſtitutio, de calumnia. P. Data ideo*
*iudicibus ſtipendia, ne ſi his careant, a litigantibus hac occaſione accipiant, & corrumpantur, l. ſi. C. ad leg. Iul. repetundar.*
*§. 1. & § ſic igitur a nobis, cap. 7. nouellæ, 8.*

A *vt iudices ſine quoq; ſuffrag. fiant, & §.*
*nos autem, nouellæ 161. de prouinciarum*
*præſidibus, §. oportet igitur, de præſide Pyſidiæ, nouel. 24. dic. ca. cum ab omni ſpecie,*
*de vita & honeſta. clericor. Et hanc cauſam conſtitutionis ſtipendiorum iudicum*
*profitetur aperte Iuſtin. in §. itaq; Deo amabiles. ca. 11. nou. 8. vt iud. ſine quoque*
*ſuff. & cur noluerit iudices dare pro officio*
*conſequendo, neve furandi daretur occa-*
B *ſio. Quo pertinet quod ſcribit Lampridius*
*in Alexandro Seuero, eam dixiſſe neceſſe*
*eſt*, vt qui emit vendat, ego non patiar
mercatores poteſtatum, quod ſi patiar
damnare non poſſim. Erubeſco enim
punire eum hominem, qui emit & vendit. *Et Seneca 1. de benefic. 9. dicebat in fine, prouincias ſpoliari non eſſe mirũ, quando quæ emeris vendere ius gentiũ eſt. De*
*ſumtibus autem & expenſis, quæ fiunt a iu-*
C *dicibus inter iudicandũ, an poſſint eas exigere a litigantibus quæreret aliquis? Et reſpondetur, diſtinguendũ eſſe inter delegatos & ordinarios iudices. Nam ordinarius,*
*qui ſalariũ ſufficiens vel a principe, vel a*
*publico accipit, nõ debet quippiã accipere*
*extra xeniola & eſculenta, quæ vno die*
*cõſumi poſſunt. l. ſolẽt, de offic. proconſul. P.*
*ca. militare, 23. q. 1. etiam ſi de mandato*
*principis extra prouinciam ſibi commiſ-*
D *ſam iret, cum debeat in itinere expendere,*
*quæ domi eſſet expenſurus, vt tradit gloſſ.*
*ad c. cum ab omni ſpecie, ad verba* præter
expẽſas, *de vita & honeſta. clericor. Quod*
*& expreſſe ſtatuit in adminiſtrationibus*
*prouinciarum, §. illud tamen, de mandat.*
*princip. cap. 9. nouellæ 17. & in §. 1. verſic. nulli vero, vt nulli liceat habere loci*
*ſeruator. nouel. 134. Quod intelligerem,*
*ſi ſtipendia ſufficerent ad vtrumque mo-*
E *dum viuendi, alioquin, ſi ad ea, quæ ad*
*profectum pertinent paranda non ſufficerent, putarem tunc ſupplendum vel a principe vel a litigantibus ſine corruptionis tamen fraude, & ita fit etiam iuxta textũ ca.*
*cũ ab omni ſpecie, de vita & hone. cler. ibi,*

more ſecularium iudicum ſuper decima litis, vel parte alia pro diuerſa locorum conſuetudine. *Quemadmodum ordinarius Epiſcopus dum viſitat & circuit prouinciam, percipit expenſas & procurationem ab Eccleſiis viſitatis; cap. cum Apoſtolus, cap. ſopitæ, cap. cum nuper. de cenſib. cum ſimili. niſi dicamus & hoc expreſſe ius inter epiſcopalia diœceſano reſeruatum in cap. conquerente de offic. ordinar. Reſeruabantur etiam olim more Græcorum ſponſiones quæ fiebant a litigantibus, pro mercede iudicantium, vt docui li. 23. Syntagma. iuris, cap. 3. numero 7. ex Iulio Polluce lib. 8. onomaſticon, Suida. Quintiliano, & aliis. Et ex more præbendas ſportulas, dicet gloſſa ad authen. offertur, ad verba,* præbitis ſportulis, *per illam authenticam, de litis conteſta. lib. 3. C. tit. 9. cano. fina. §. offeratur 3. quæſt. 3. agiturque in illis iuribus, de cautione pro ſolutione ſportularum, antequam lis conteſtetur, vt in authent. generaliter autem, de epiſcop. & cleric. C. §. ad excludendas de litigioſis in nouellis. Taxatur autem perſonis Eccleſiaſticis litigantibus, vt tantum dent iudicibus ordinariis vt exſecutoribus ſemiſſem, & aliis maioribus aureum, vel duos ſolidos, in l. cum clericis, 25. & l. omnes qui, 32. §. exſecutoribus, C. de epiſcop. & cleric. Dehinc taxatio redacta ad quatuor ſiliquas, §. ſportularum, de ſanctiſſ. epiſcop. in nouellis. authent. ſed hodie, C. de epiſcop. & cleric. Dabantur porro ſportulæ iudicibus ab vtraque parte litigantium, § ne autem, de iudicib. in nouel. fuerunt & ſunt nunc alicubi, ex ſtylo curiarum ſportularum nomine iudicibus certæ ſummæ definitæ, a quarum tamen ſolutione fiſci procurator liber eſt, quia fiſcus ſemper gratis litigat, vt ait Iulianus ad nouellam 17. & 21. Itē Epiſcopi, nouella 133. §. ſportularum de ſanctiſ. epiſcop. & cleric. C. Et hæc pertinēt ad ordinarios iudices. Quod ſi agatur de delegatis, permittitur illis accipere victualia & impenſas a litigantibus dicto cap. cum ab omni ſpecie, de vita & honeſta. cleric. Ita cum legati ſummi Pontificis mittuntur in prouincias, dum viſitant, debent nutriri, & neceſſaria a viſitatis conſequi, cap. cum inſtantia, & cap. procurationes, de cenſib. cap. accedentes, de præſcriptio. Si modo illis ob eam cauſam nihil erogatum vel datum ſit a ſummo Pontifice, mittente, non aliter, veluti legatis a principibus ſecularibus in prouincias miſſis, qui ſalario a fiſco recepto contenti eſſe nec onerare prouinciales debēt, §. nulli, vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruator. in nouel. §. illud tamen, de manda. princip. in nouel. Sic & epiſcopus delegans viſitationem ſuæ prouinciæ viris idoneis, tenetur illis neceſſaria congrue ſubminiſtrare, ne eorum defectu deſiſtant a cœpto, cap. inter cætera, de offi. & poteſta. iudicis ordinarii. Quod intelligendum de neceſſariis ad iter & viſitationem, quæ debet dare Epiſcopus, non autem de neceſſariis ad victum, quæ debent præbere viſitati, dum viſitantur, iuxta cap. cum ſecundum Apoſtolum, de cenſib. cum ſimili.*

b *Teſtes vendere teſtimonia non poſſunt nec debent, dicto cap. non ſane, 4. quæſt. 5. & tenetur lege Iulia repetundarum, qui ob denunciandum vel non denunciandum teſtimoniū pecuniam acceperint, l. eadem lege, 6. ad legem Iuliam repetundarū lib. 48. tit. 11. Tenentur & Corneliæ legis de falſis pœna, pecuniam ob dicendum teſtimonium accipientes, & qui dederint, l. 1. §. 1. & l. falſi pœna, 20. ad legem Corneliam de falſis. lib. 48. P. titu. 10. Sic in cano. fina. §. fina. quæſt. 3. ſi, inquit canon,* liquidis probationibus, datione vel promiſſione pecuniarum corruptos fuiſſe teſtes apparuerit, reiicere poteſt, *& in can. 2. eiuſdem 4. quæſt. 3. ex concilio Maticenſi cap. 6. placuit ſacroſancto Concilio, vt teſtes ad teſtimonium dicendum, pretio non conducantur cap. 1. & cap. ſicut de teſtib. cap. licet, de probationi. Debentur tamen euocatis ad dicendum teſtimoniū aliunde teſtibus,*



*teſtibus, ea quæ ad victum neceſſaria ſunt, & quædam etiam laboris cauſa, maxime ſi viuant ſuo labore, idque non ex corruptione vel largitione facta a litigantibus, ſed ex arbitrio iudicis. cano. venditoris, 4. quæſt. 3. l. quoniam liberi. 11. C. de teſtib. l. 1. §. 4. eod. tit. P. l. eos qui, 6. §. ſi quis autem, de appell. C. l. 1. de fructi. & lit. expenſ.*

c *can. non licet 7. 11. q. 1. Aduocatus tamen, non tam vendere patrociniū & conſilium dicitur, quantum locare operas licite: quia de ſuo nemo cogitur facere beneficium, cano. præcariæ, 10. q. 2. Et paciſci licite poteſt de ſalario aduocatus, l. vnic. C. de ſuffrag. quod & tractat gloſſa. 2. ad l. ſumtus, C. de pact. ad l. ſi quis aduocatorum, & ibi Cynus. C. de poſtuland. Debet & iudex ita verſari in honorariis aduocatorum, vt pro modo litis, proque aduocati facundia & fori conſuetudine, & iudicii, in quo erat acturus, iudicium adhibeat. Dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur, quæ olim diffinita vſq; ad centum aureos. l. 1. §. in honorariis, & §. ſi cui cautum, de extraord. cognitio. lib. 50. P. tit. 3. quamuis prohibuerit antiquis temporibus lex Cincia, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumque acciperet, vt ſcribit Cornelius Tacitus, libr. 11. quæ tamen in deſuetudinem abiit: modus tamen ſalariis conſtitutus pro more tribunalium & regionum, quem nō liceat excedere. Et promittit honoraria dari aduocatis, §. 1. vt litigantes iurent in exordio litis, &c. Nouella 124. & auth. principales, de iuramento propter calumniam, venditare patrocinia & defenſiones aduocatos videtur annotaſſe Anna. Marcell. libr. 30. dum ait,* hoc ipſum inquit, venditant quod oſſitantur.

d *Vendere conſilium iuriſconſultus licite dicitur, quādo pro conſilio ſeu conſultatione aliquid petit, maxime ſi pro conſilii reſolutione debeat libros euoluere: alioquin gratis teneretur conſulere, ſecundum gloſſam, ad cano. non licet, 11. q. 3. Contrarium tamen tenet Ioannes Andreas, in mercurialibus, Franciſcus Purpuratus. in l. ſi me & Titium, ſi certum petat. P. qui defendunt Iuriſconſultum non teneri gratis conſulere, etiam ſi non oporteat libros euoluere, niſi pauperes ſint qui petunt conſilium, vt ait Albericus ad l. 1. de poſtulan. C. Idipſum de patrocinio gratis pauperibus impartiēdo traditur, & diſputatur per Aurenum in prima parte ſtyli parlamēti. Cur autem potius prohibeatur teſtibus & iudicibus accipere, quam patronis & conſultoribus, datur ratio, in can. non licet, 11. q. 3. quod iudex & teſtis ex vtraque parte ad iudicium adhibentur, aduocatus ex conſultore, non niſi ex altera. Rurſum pauper dum non habet quod offerat non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpā, quam redimere ſe poſſe nummis exiſtimat cano. pauper dum non habet, 72. 11. q. 3.*

e *cap. presbyter, 3. ca. qui ſtudet, 11. & tota 1. cauſa, q. 1. 3. & 5. & totis titulis, de ſimonia. Actor. 8.*

f *Res ſacræ & litigioſæ ſunt extra cōmercia hominum, & vendi non poſſunt. §. fina. de emtio. l. ſed Celſus, 6. l. hanc legem venditionis, 23. cum ſequentibus, de contrahen. emtio P. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verborum obligationibus, quia non ſunt in vllius hominis bonis, l. 1. & l. in tantum, §. ſacræ res, de rerum diuiſio. res ſacræ non recipiunt æſtimationem, l. ſacra loca. §. final. de rerum diuiſio. ideo vendi nequeūt, quia ſine pretio non conſiſtit emtio. §. pretium, de emtio. apud Iuſtin. l. 2. §. ſine pretio, de contrahend. emtio. in P. ſic calices patinæ, libri Eccleſiæ, veſtis oppignorari etiam non poſſunt, cap. 1. de pignoribus potiſſimum conſecrata, niſi vel aliis Eccleſiis ex cauſa neceſſaria Eccleſiæ, puta ob debitum diſtrahantur, vel ob alimonias pauperum, vel ob redemtionem captiuorum Chriſtianorum. cano. Auguſtino, canon. apoſtoli-*

*cos.can.& ſacrorum,can.ſacrorum,& ca-* A
*no.ſicut 12.quæſt.2.cano.aurum Eccleſia*
*habet,& cano.gloria Epiſcopi,12.quæſt.3.*
*l.ſancimus, 21.de ſacroſanct. Eccleſ. C.*
*Quodſi vaſa conſecrata nõ reperiant em-*
*torem Eccleſiaſticum,conflata tantum &*
*veluti prophana facta, vendi aliis laicis*
*poſſunt,in §.de ſacris autem vaſis,cap.10.*
*Nouellæ 120.de alienatio.& emphytheo-*
*ſi,authen.præterea,C.de ſacroſanct. eccle.*
*Sic etiam ſacris & ſpiritualibus annexa* B
*vendere vel emere prohibitum.capit.que-*
*relam, de ſimonia,& qui vendit capitale*
*crimen committit,cano.quiſtudet 1.q.1.*
*ad vſus maxime prophanos,in quos tranſ-*
*ferri non debent,can.ligna.38.& ſeq.al-*
*taria,de conſecratio.diſtinct.1.Sic ius pa-*
*tronatus eccleſiaſticum,quod annectitur*
*ſpiritualitati, vendi non poteſt per ſe, nec*
*iura decimarum aut alia ſimilia,cap.fina.*
*de pactis,cap.iure patronatus, de iure pa-* C
*tron.cap.ſuper eo,de tranſactio.cano.deci-*
*mas,16.quæſt.7.cum aliis, ſcilicet cum v-*
*niuerſitate poſſunt vendi; ſaltem ex ven-*
*ditione ad ementem iure coniunctionis*
*transferri poſſunt,cap.ex literis,& ca.cum*
*ſeculum,de iure patron. Cæterum quibus*
*modis ſit permiſſum res ſacras & ſemel di-*
*uino vſui dicatas, vel alienari vel obliga-*
*ri, tradunt admodum multi. Et quidem*
*in tribus caſibus alienari vel diſtrahi poſſe* D
*ſtatuunt, quos Iuſtinianus in ſua conſti-*
*tutione.l.ſancimus.C.de ſacroſanct. eccleſ.*
*refert. Primus eſt, ſi Chriſtianæ fidei con-*
*ſortes ab hoſtibus capti, veniant redimen-*
*di, & nihil aliud ſuppetat, unde rediman-*
*tur, quia animæ hominum quibuſcunque*
*cauſis, vel vaſis, aut veſtimentis præ-*
*ferri debent. Secundus, ſi intolerandа fa-*
*mes ita premat, vt pauperum & infirmo-*
*rum vitæ ſuccurrendum ſit.dict.l.ſanci-* E
*mus.iuncta auth.hoc ius porrectum. C.de*
*ſacroſanct.eccleſ. Aurum enim eccleſia*
*habet, non vt ſeruet,ſed vt eroget, ſubue-*
*niatq; in neceſſitatibus.c.aurum.12.q.2.*
*Tertius, propter debitorum cauſam,ſi quæ*

*vrgeant eccleſiam, & aliunde non poſſit*
*perſoluere. Verum vt alienatio hæc non*
*incurrat culpam, requiruntur tria. Pri-*
*mo,cauſæ cognitio,vt ſcilicet ſuperior præ-*
*latus expendat, num alienatio expediat*
*eccleſiæ necne. Deinde decretum prælati*
*Eccleſiæ,ſecundum Panormitan.c.conſti-*
*tuimus.de tranſact.Tertio,cõſenſus totius*
*cleri ſiue capituli.ca.placuit,72.q.2.c.2.*
*de reb.eccle.nõ alien. Qui his nõ obſeruatis*
*alienauerit ſiue occupauerit iure canonũ,*
*præter hoc quod pro ſacrilego habetur,ex-*
*cõmunicationis pœnã quoq; ſuſtinet, iure*
*autem ciuili, eccleſia rem alienatam ven-*
*dicat,pretio nõ reddito. auth. qui res.C.de*
*ſacroſan.eccleſ. Quæ autẽ dicantur res ſa-*
*cræ ſupra latius a nobis eſt traditũ, nec ta-*
*mẽ prorſus foret inutile, quãuis repetitam*
*cramben quibuſdam coquere videbimur,*
*tyrones id denuo edocere. Sacræ ergo res*
*nuncupantur,quæ non temere,ſed auctori-*
*tate publica rite per ſummos pontifices, re-*
*ligionis Chriſtianæ Eccleſiarumq; pios an-*
*tiſtites,archiepiſcopos & epiſcopos Deo cõ-*
*ſecratæ ſunt.auth.vt nul.fabric.orat dom.*
*col.5.& auth.de eccleſ.tit. §.ſi quis autem*
*voluerit eum.§.ſi quis ædificantem.col.9.*
g *Iuxta concilium Lateranenſe, in ca.1.&*
*2.ne prælati vices ſuas,&c.libr.5.titul.4.*
*vbi pœna in prælatũ, qui hoc fecerit. Quin*
*potius teneatur ſalariũ dare adminiſtran-*
*ti iuriſdictionem ſuo nomine, quam poſſit*
*pretium ex eo petere, argument.cano.ca-*
*ritatem, 12.quæ.2.& gloſſ. in dict.cap.2.*
*ne prælat.vices ſuas ad verbum* pretio, *ſi-*
*moniacum etiam dicitur iuſtitiã vendere,*
*cap.10.vendentes,1.q.3.*
h *ca.ex multis,9.& ſeq. vendentes, 1.q.3.*
*cap.querelam,15.de ſimonia,cum ſimil.*
i *c.3.ne præla.vices ſuas,ca.percipimus,21.*
*q.2.ca.ſi quis dator,1.q.3.*
k *ca.1.& 2.de magiſtris.*
l *cap.ita quorundam 6.ca.ad liberandum,*
*17.de iudæis. Atq; eadem deferre ad ho-*
*ſtes populi Romani iure ciuili prohibitum,*
*impoſito vltimo ſupplicio contumacibus,*



*in l.2.quæ res exporta.non debent.C.l.* A
*mercatores,de commerc.& mercator.C.l.*
*cotem ferro,de publica.& vectigal.Pand.*
*Eſt & legis Iuliæ maieſtatis caput, quod*
*animaduertit in eos, qui armis vel alia*
*merce hoſtes iuuauerint, l.4.ad leg.Iul.*
*maieſtatis.P.*
m *cap.ad noſtram,de emtione.ca.illo, de pi-*
*gnoribus.*
n *Veluti emere poſſum, pro decem marchis*
*vel pro quindecim, vel pluribus vnã mar-* B
*cham cenſus annui, & cenſum aſſignare*
*ſuper domo,vel aliа re,ea lege,vt liceat re-*
*ſtituto pretio dictum cenſum redimere,*
*huncque contractum eſſe licitum, & ſine*
*conſcientia vſurarum, reſolutum a ſum-*
*mo Pontifice Martino 5.in cap.1.de em-*
*tio.in extrauaganti.communibus. Permi-*
*ſit & approbauit etiam hunc contractum*
*Calixtus 3.ſummus Pontif.& ſine ſcrupu-*
*lo dixit,in ca.2.eod.tit.de emtio.in extra-* C
*uag.communi. Addenda pro hac materia*
*gloſſ.& interpretes ad capit.conqueſtus,de*
*vſur.Butr.& Imol.ad cap.ad noſtram de*
*emt.Felin.ad ca.ſi cautio.de fide inſtrum.*
*Sotus libr.6.de iuſtit.& iure.q.1.art.3.*
o *ca.2.de relig.& venera.ſanctor.in concil.*
*Tridentino ſeſſio 25.l.nemo martyres 3.C.*
*de ſacroſanct.eccleſ.*
p *Nulli,& toto titulo.de reb.eccleſ.non alie-*
*nand.c.1.& 2.eod.titul.in Sexto.l.iube-* D
*mus nulli, 14.C.de ſacroſanct.eccleſ.&*
*in nouell.de non alienan.reb.eccleſ.pœnæ-*
*que 3.imponuntur iis qui alienant.in can.*
*indigne ab altari, can.non liceat Papæ.ca.*
*diaconi,cano.quiſquis,12.quæſtio.2.cum*
*ſimilibus.ſolemnitates ponuntur in canon.*
*52.ſine exceptione,12.quæſtio.2.clem.1.*
*de reb.eccleſ.non alienand.cap.1.eod.tit.*
*in Sext.authent.hoc ius porrectum, de ſa-* E
*croſanct.eccleſ.can.hoc ius porrectum,10.*
*quæſt.2.cauſa alienandi debet eſſe neceſſa-*
*ria vel vtilis Eccleſiæ,cano.ſicut §.fina.12.*
*quæ.2.cum ſimilibus. Admonendi autem*
*ſumus iuris ciuilis ſolemnitates hodie non*
*eſſe neceſſarias,ſed tantum iuris Pontificii:*

*vide quæ copioſe diximus,libr.25.Syntag.*
*cap.8.& 9.*
q *l.nemo, de reb.alien.non alien.C.l.rem a-*
*lienam, de contrah.emt.P.*
r *cap.ex parte,de conſuetud.l.fundus, & l.*
*ex Iulian.de fundo dota.Pand. neque va-*
*let alienatio conſentiente etiam vxore a-*
*lenationi,l.1.§.& cum lex Iulia, de rei v-*
*xoriæ action.C.§.1.quibus alien.licet vel*
*non,apud Iuſtin.authen.ſiue a me,ad Vel-*
*leian.C.§.ſi propriæ,vt immobil.ante nup.*
*donation.&c. in authenticis niſi conſen-*
*tiendo iuraſſet ſponte,non vi, nec dolo ada-*
*cta,ſe non repetituram,cap.cum contingat,*
*de iura.cap.licet mulieres,eod.tit.in Sext.*
*alioquin maritus non alienat, cum res do-*
*talis vere pendente etiã matrimonio, ſit in*
*dominio vxoris l.in reb.C.de iure dotium.*
s *veluti,quando res reſtituenda eſt ex fidei-*
*commiſſo, quæ & diſtracta adueniente die*
*reſtitutionis poteſt vindicari nullo dato*
*pretio ab eo,cui reſtituenda eſt in l.ſi.§.ſed*
*noſtra maieſtas, communia de fideicom-*
*miſſ.C.cui iunge videndam gloſſam, in l.*
*Marcell.§.res quæ.ad Senatuſcon.Trebell.*
t *l.ſuæ rei,6.l.in emtione,& §.ſuæ rei,de con-*
*trahen.emtio.Pandect.l.cum res.C.eo-*
*dem titul. quod enim ſemel meum eſt,*
*amplius fieri non poteſt, §.ſic itaque, de*
*action.cum ſimilibus ibi notatis. vt l.ſe-*
*quitur, §.lana, de vſucapio,nec ex pluri-*
*bus cauſis dominium, vt poſſeſſio quæri*
*poteſt, leg.non vt ex pluribus, de regulis*
*iuris Pandect.leg.3.§.ex pluribus, de ac-*
*quirend.poſſ.ex venditione autem domi-*
*nium transfertur. l.cum manu ſata, de*
*contrahen.emtio.P.*
v *De quibus & nos in Syntagmate iuris, li-*
*bro ſecundo,capit.quarto. & ſequentibus,*
*vſque ad ſecundum capit.ſic prohibita*
*venditio venenorum malorum,l.quod ſæ-*
*pe, §.veneni, de contrahen.emtion.Pan-*
*dect. ratione etiam priuatorum emi ne-*
*queunt priuatis ab hoſtibus quædam, leg.*
*1.2.3.& 4.C.quæ res vendi non poſſunt,*
*libro.4.C.tit.40.*

## Cap. VI.

*Qui emere vendereve poſſint.*

DVm autem quæritur, qui ſint quibus emtio & venditio permittatur, conſiderabimus hunc contractũ eſſe iuris gentium, *a* & proinde communem omnibus, niſi ſingulariter prohibeatur. *b* Et dũmodo habeant rerum ſuarum liberam adminiſtrationem, *c* & proprium & non impeditum conſenſum. *d* Ex quo aliunde prohibeantur, vt accidit filiisfamilias, *e* pupillis, & minoribus, *f* atque prodigis, *g* furioſis, *h* ſeruis, *i* niſi habeat peculii conceſſam adminiſtrationem. *k* Quod & de filiofamilias placuit. *l* Nec in ſumma emunt aut vendunt, qui a lege prohibentur vel canone, *m* quemadmodum prælatus vel eccleſiæ præpoſitus, vendere eius bona prohibentur. *n* Et ita etiam iurant dum adminiſtrationem nanciſcũtur. *o* Idipſum prohibetur adminiſtratoribus eccleſiæ vacãtis, *p* niſi ſint defenſores & agant cum vtilitate Eccleſiæ, & licẽtia ſuperioris. *q* Cæterum quando iure etiam permittente œconomus vendit res Eccleſiæ, ipſi & eius proximis prohibitum eſt eas emere. *r* Interdictũ & clericis, ne vilius emant, vt carius vendant. *s* Vt & omnis negotiatio turpis lucri cauſa, eſt eis inhibita, *t* poſſunt tamen ex artificiolo honeſto ſibi victũ comparere. *u*

### Scholia.

a *in l. ex hoc iure, de iuſti. & iur. P. l. iuriſ gentium, de pact. P.*

b *Vnuſquiſque liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem iure communi, l. nemo exterus, C. de iudæis. l. in re mandata. C. manda.*

c *l. dudum, de contrahen. emt. & vendit. C. iniquum eſſet ingenuis hominibus adimere ius commercii, l. 2. ſi quis a paren. fuer. manumiſſus, cum pro maxima pœna habeatur, inter homines conuerſari & commerciis illorum non vti poſſe. l. 3. C. de apoſta. l. quiſquis. §. filii, ad legẽ Iul. maieſt. C.*

d *Vt qui compotes conſenſus ſunt, conſenſu enim quæ fiunt obligationes, conſenſum exigunt, l. conſenſu, de actio. Pand. tit. de obligat. quæ ex conſen. naſcun. apud Iuſtinia. & hic conſenſus liber eſſe debet, nec ex alio pendere, ſic eum dicimus proprium conſenſum: veluti non proprium, pendentem ex voluntate patris in filiolam, & in ſeruo, ex voluntate domini. l. velle, de regul. iur. P. non contrahit filiusfamilias cum patre, l. 2. de contrah. emt. Pandect. niſi in caſtrenſibus, vt ibidẽ dicitur, & in quaſi caſtrenſi peculio, & in quibus non quærit vſumfructum patri, vt auth. excipitur, & aliis authen. C. de bon. quæ liber. facit, l. frater a fratre, de condict. indeb.*

e *Refer ad eos qui nõ habent rerum ſuarum adminiſtrationem, vt & minores pupillos. filiifamilias enim bona ſua non adminiſtrant, ſed patres eorum, in quorum ſunt poteſtate, & ſine illis non cõtrahunt. l. cum oportet, de bonis quæ liber. C. l. 1. C. de bonis mater. C.*

f *l. Iulianus, §. ſi quis a pupillo, de act. emti. P. non poſſunt enim res ſuas diſtrahere ſine tutore, vt nec minores ſine curatore, aut deteriorem cauſam ſuam, quamuis meliorem ſoli poſſint. §. 1. de auctori. tutor. l. 1. & 2. eo. P. l. in negotiis, de reg. iur. P. facit tit. de minor. 25. annis, Pandect. eo pertinet titulus, de rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt P. tit. de prædiis minor. ſine decreto non alien. C. l. eos, de his qui veniam ætat. impetrauer. C. ſi tamen minores, 25. annis contraxerint, ipſo quidem iure contractus ſubſiſtẽt, verum per reſtitutionem in integrum facile reſcindũtur, vel emendantur, ſi ex his læſi ſint. l. Iulianus 13. §. ſi quis colludente, de actio. emt. poteſt infantium & minorum contrahendi in ſui iacturam prohibitio ad defectum quoque referri perfectæ mentis & prudentiæ, l. 1. de minor. P.*

g *Quibus bonis interdictũ fuerit, l. ſi ſciens, 26. de contrah. emt. Pand. l. is cui bonis, de verbor. oblig. P. ii enim ſine curatoris auctoritate vendere non poſſunt. l. Iulianus ſcribit. de cura furioſ. lib. 27. P. tit. 10.*



h *Idque ratione defectus conſenſus, qui in emtionib. requiritur, niſi contrahant tempore, quo interuallis dilucidis a furore quieſcunt. l. 2. C. de emt. l. furioſi, 40. & l. in negotiis. 2. de reg. iur.* P.

i *Refert ſeruorum prohibitionem ad conſenſum impeditum, quia quod pertinet ad ius ciuile pro nullis habentur, l. quod attinet, de regul. iur.* P. *ita non obligantur per ſe & ſuo nomine quod pertinet ad iuris vinculum, quod in obligatione a iure fouetur ciuili, vel defenditur. l. ſi liberam, quod cum eo qui in al. poteſt. &c. (. contrahit tamen nomine domini & ex eius mãdato ſeu iuſſu, & proinde etiam in eum dantur actiones ex perſona domini, pro varietate negotiorum, aut de peculio, vel de in rem verſo, vel quod iuſſu, vt liquet ex propriis titulis in iure ciuili.*

k *vt l. ſi conuenerit, 18. §. fin. de pign. actio. lib. 13. tit. 7.*

l *l. 19. de pign. act.* P.

m *l. non dubium, C. de legib. exemplum in l. quemadmodũ, 7. de agricol. & cenſit. lib. 11. C. titul. 47. vt & olim prohibitum adminiſtratoribus prouinciarũ emere a ſuis ſubditis prouincialibus immobilia, aut alia præterquam ad victum neceſſaria, ne metu aut impreſſione, libertas vẽdentium impediretur, l. non licet, l. qui officii, de contrahend. emt. Pandect. l. eos, C. eod. tit. l. principalibus, ſi cert. petat. Pand. l. 1. C. de contractib. iud.*

n *cap. vt ſuper, & cap. final. de reb. eccleſ. non alien. & toto titulo fere apud Gregorium, & Bonifac. niſi ſingulari iure a ſummo pontifice permittatur, c. ego N. de iureiuran. & niſi ex cauſis a iure permiſſis adhibitis requiſitis ſolemnitatibus, iuxta can. ſine exceptione, 12. qu. 2. cum ſimilibus ibi notatis iuribus.*

o *dict. c. ego N. de iureiuran.*

p *tractatur a gloſſ. ad capit. is cui, de electio. in Sext.*

q *cap. 1. & ibi gloſſ. ad verbum* defenſore, *de reb. Eccleſ. non alien. in Sext.*

r *Idque ob fraudes, quæ in eo poſſent committi, ſi permitterentur, §. ſi vero non ſint, ver. œconomus, de alien. & emphyteo. nouella 120. cap. 5. auth. quibuſcunque modis. C. de ſacroſ. eccleſ.*

s *Ita prohibitum in concilio Taraconenſi, c. 2. can. canonum ſtatutis, 14. q. 4.*

t *c. 1. 21. q. 1. nec debent clerici ita negotiari id eſt emere, vt vendãt, emere & vendere, cap. pen. & final. de vita & honeſta. clericorum, cap. negotiatorem, capit. fornicari, cum duobus ſequentibus 88. diſt. ca. ſecundum inſtituta, 6. ne cleric. vel monac. ſecul. negot. ſe immiſc.*

v *can. clericus victum, 3. & ſeq. 91. diſtin. ex concilio 4. Carthaginenſi, cap. 8. 49. & ſequentibus, vſque ad 54.*

## Capvt VII.

*De forma emtionis.*

LEx formam ſubſtantialem dat emtioni, vt rei pretium, & conſenſus contrahentiũ, *a* interueniat, dummodo ſponte & libere fiat, quia nemo emere vel vendere regulariter cogitur, *b* paucis exceptis, *c* poteſt tamen ſtatui ab epiſcopo, ne carius res peregrinis ad victum pertinentes veneant quam in mercatu, *d* fiunt & venditiones pure & ſub cõditione. *e* Sunt & formulæ contrahendi aliquando ex lege præſcriptæ, *f* aliquando ex placitis contrahentium, *g* quibus tamen ius non reſiſtat non aliter. *h* Sicque inter præſentes & abſentes contrahitur approbatione facta per nũcium vel per epiſtolam, *i* neque tamen contractus hic pro forma exigit ſcripturam neceſſario, *k* nam ſine ea fieri poteſt, niſi placeat, vt ea quoque interueniat. *l*

### Scholia.

a *Conſenſum contrahẽtium reciprocum exigit lex in emtione, l. labeo, §. contractus, de verbor. ſignifi. neq; enim ex arbitrio vnius*

*ſolius poteſt conuentio ſeu pretium pende-* A
*re, l. nec emtio, l. quod ſæpe, l. pacta con-*
*uenta, de contrah. emtio. & vendit. Pand.*
*l. in vendentis, §. fin. C. eo. tit. l. centeſimis,*
*§. fin. de verborum obligat. poterit tamen*
*licite reſolutio contractus emtionis in alte-*
*rius remitti voluntatem, leg. 3. de con-*
*trahen. emtio. Pandect. §. penultim. eod. tit.*
*apud Iuſtinian. notatur in cap. illo vos, de*
*pignor. Si quando etiam in alterius arbi-*
*trium definitio pretii fuerit commiſſa,* B
*quamuis ante diffinitionem pretii nulla ſit*
*emtio, tamē poſtquam is cui committitur,*
*fuerit pretium arbitratus, valebit, l. fin. C.*
*de actio emti. vide plura de hac quæſtio-*
*ne & ſimilibus circa emtionem ad alterius*
*arbitrium relatam, Fabianum de monte,*
*tracta. de emtione 5. quæſtio. prin. nu. 72.*
*& ſequen.*

b *l. nec emere. C. de iure deliberat. leg. inui-*
*tum. l. dudum. C. de emtio. l. poſſeſſores, de* C
*fundis patrimonialib. libr. 1. C. ideo coa-*
*cta venditio reſcindi ſolet, l. 1. C. de re-*
*ſcind. venditio. Imo neque ſi domino iu-*
*ſtum pretium vel plus offeratur, is cogetur*
*rem ſuam vendere, l. nec enim, rerū amo-*
*tar. Pandectis leg. in fundo, de rei vendi-*
*ca. Pand.*

c *Illa autem ſunt in legibus fere expreſſa,*
*quæ ingerunt neceſſitatem vendendi vel*
*emendi, vel ex cauſa præcedentis obliga-* D
*tionis, vel vtilitatis aut neceſſitatis publi-*
*cæ. Et primo præcedentis obligationis cau-*
*ſa poteſt exemtum admittere, ſi hæres da-*
*mnatus aliquo iuſto pretio vel alio modo a*
*teſtatore vendere legatario fuerit, & is*
*adierit hæreditatem, tenetur enim & cogi-*
*tur vendere legatario, l. etſi æquo, 66. de*
*legat. §. non ſolum, de legat. apud Iuſtinia.*
*Adeundo enim ſe obligat, & cenſetur con-*
*traxiſſe cum teſtatore de ſatisfaciendo vo-* E
*luntati eius, l. more noſtræ ciuitatis, 8. &*
*leg. pro hærede, vigeſima, de acquiren. hæ-*
*redit. Pandect. ideo & legatariis ſatisfa-*
*cere tenetur ex quaſi contractu, §. hæres*
*quoque, de oblig. quæ ex quaſi contract.*

*naſc. leg. 5. §. hæres, de action. Pandect. §.*
*tanquam obligatus, leg. prima, Codic. de*
*iure deliber. 2. Communionis etiam vin-*
*culum facit, vt pro communi diuidundo*
*iudicium vni ex ſociis adiudicatione fa-*
*cta, æſtimatione alteri adiudicata, partem*
*ſuam ſocius quodammodo videatur coa-*
*cte vendere inuitus, l. Iulianus, 13. § idem*
*Celſus, de actio. emti. Ex conſequentia*
*etiam conuentionis ſeu obligationis, emtor*
*filii, a patre tempore famis venditi, reuen-*
*dere vel reſtituere eum patri tenetur obla-*
*to pretio. leg. 2. Codic. de patribus. qui fi-*
*lios diſtrax. quia lex ſtatuit, vt qui emerit*
*a filio patrem, eum, hac poteſtate redimen-*
*di data, emat, cui conditioni emtor ſe con-*
*trahendo obligaſſe videtur, 3. Fauore pu-*
*blico & religionis, cogitur quis vendere*
*iter ad ſepulcrum, leg. ſi quis ſepulcrum,*
*de religioſ. & ſumt. funer. Pandect. Item,*
*ſi Eccleſia ſit ædificāda vel augenda, is qui*
*vicinum ei neceſſarium locum poſſidet,*
*cogitur vendere. Summa enim ratio eſt,*
*quæ pro religione facit. leg. ſunt perſonæ, de*
*religio. & ſumtibus funer. Atque in ſpecie*
*de venditione loci ad eccleſiā ædificandam*
*agit Bald. ad l. vnic. §. ne autem, de caduc.*
*toll. Codic. 4. Fauore publico, ſcilicet liber-*
*tatis cauſa, ſeruus communis ab vno ex ſo-*
*ciis manumiſſus, libertatem plenam acci-*
*pit, & idcirco ſocius alius partem ſuam*
*cogitur vendere, leg. 1. Codic. de commu-*
*ni ſeruo manumiſſo. Quemadmodum &*
*dominus pro ſeruo manumittendo, ob fa-*
*uorem publicum, quod detexerit crimina*
*occulta, accipere cogitur pretium ex pu-*
*blico. leg. 2. 3. & 4. pro quibus cauſis ſer-*
*ui pro præmio libertatem accipiunt. libr. 7.*
*Codic. titul. 13. intereſt enim reipublic.*
*peccata nocentium cognita eſſe, lege eum,*
*qui nocentem, de iniur. Pandectis, & pu-*
*niri, leg. ita vulneratus, 51. ad legem A-*
*quil. Pandectis. leg. 21. de fur. Pandect.*
*leg. ſi longius, 18. §. 1. de iudic. l. 70. in*
*fine. de fideiuſſori. Pandectis. leg. 20. de*
*pœn. Pandect. cum ſimili. 5. Fauore publi-*
*co quis*



*co quis poteſt a iudice compelli, ad nego-* A
*tiationem exercendam ex iuſta cauſa, non*
*aliter. l. moris eſt, 9. §. interdici autem ne-*
*gotiatione, de pœn. vt & in l. 11. §. final.*
*de publica. Pandect. l. 3. §. 6. de iure fiſc.*
*6. Ad vtilitatem reipublicæ, quis nullo vel*
*modico accepto pretio cogitur rem ſuam*
*vendere, in l. ita verberatum, §. final. de*
*rei vindica. l. Lucius, de euictio. Pandect.*
*7. Qui ſeruo crudeliter abutitur, cogitur*
*ipſum vendere, l. 2. de his qui ſunt ſui vel* B
*alien. iur. Pandect. vtilitas enim publica*
*priuatæ præfertur, l. actione, §. Labeo pro*
*ſocio. Pandect. cum ſimili. 8. Si via publica*
*a flumine occupata fuerit, vicinus viam*
*dare vel vendere cogitur, l. ſi locus, 14. §.*
*final. quemadmodum ſeruitutes amittant.*
*P. idque ex impenſa publica, l. venditor*
*fundi, 13. commun. prædiorum. P.*

d *cap. 1. de emtio. l. 1. C. de epiſcopa. audien.*
*epiſcopi tamē hodie per deſuetudinem hoc* C
*onere ſe liberarunt, translatumque ad præ-*
*fectum vrbis, cuius & munus eſt curam*
*habere carnis & eduliorū, & vt iuſto pre-*
*tio veneant. l. 1. §. cura carnis, de offic. præ-*
*fecti vrbi. Fuerūt & præpoſiti quidam an-*
*nonæ, quorum meminit Cornelius Taci-*
*tus, libr. 13. Lampridius in Alexand. fue-*
*runt & præpoſiti aliqui, qui curam habe-*
*rent panis, & rerum venalium ad victum*
*neceſſariarum per ſingulas ciuitates, dicti* D
*epiſcopi. l. munerum, 18. § item epiſcopi, de*
*munerib. & honorib. qui Gallis dicuntur,*
commiſſaires de viures, *quo etiam mu-*
*nere funguntur hodie politici ſeu ciuitatis*
*magiſtratus: item in exercitu præpoſiti cu-*
*ræ victualium ſeu parochi olim dicti, his*
*adde, quæ diximus lib. 36. Syntag. c. 30.*

e *§. penult. de emt. apud Iuſti. l. neceſſario, §.*
*ſi ita, de peric. & com. rei vend. Sunt & a-*
*liquæ emtiones, quæ pure quidem contra-* E
*huntur, ſed ſub conditione reſoluuntur,*
*nempe quæ fiunt ex pacto addictionis in*
*diem, l. 1. & 2. de in diem addictione, P. &*
*quæ ſub pacto legis commiſſoriæ, l. 1. & 2.*
*de lege commiſſor. P.*

f *Ad eas formulas pertinent ea, quæ lex defi-*
*nit, etiam ſine expreſſa cōuentione, venire*
*in contractum emtionis & venditionis, l.*
*in emtionibus, 43. de pact. P. lib. 2. tit. 14.*
*eo pertinet ædilitium edictum, l. 1. de ædil.*
*edict. lib. 21. Pand. titul. 1. Quod quidem*
*edictum vetus dicit explicatque Cicero*
*1. officiorum. quemadmodum & rurſum*
*ementes & vendentes tacite cenſentur cō-*
*trahere iuxta conſuetudinem loci, in quo*
*contrahunt, leg. quod ſi nolit, §. quia aſſi-*
*dua, de ædilit. edict. Pan. facit l. 2. de curſu*
*publico, libr. 2. §. poſt hos fuerunt Publius*
*Mutius, de origine iuris, Pan. compoſuiſſe*
*fertur formulas contrahendi, emendi &*
*vendendi, de quibus & meminit Cicer. 1.*
*de orator. dum ait, neque quiſquam eſt eo-*
*rum, cui ſi iam ſit ſibi addiſcēdum aliquid,*
*non Teucrum Pacuuii malit, quam Ma-*
*nilianas venalium vendendorum leges e-*
*diſcere. meminit & de Manilii legib. quas*
*vocat actiones, & ſtipulationes, Varro 2.*
*de re ruſtica. ca. 3. 5. & 7. Inueniuntur &*
*in emtionibus prætoriarum ſtipulationum*
*formulæ, quæ ex mēte prætoris, qui eas pro-*
*poſuit, legem accipiunt. l. in conuentiona-*
*libus, 52. de verborum obligat. Pandect.*
*l. 9. de prætoriis ſtipula. Adfert & formu-*
*las quaſdam emēdi, vendendive Specula-*
*tor titulo, de emtio. §. ſciendum, & §. ter-*
*tio loco.*

g *Maxime venditoris, l. veteribus, l. in tra-*
*ditionibus, l. in emtionibus, 43. de pact. P.*
*quod & commune eſt omnibus conuentio-*
*nibus. l. 1. §. ſi cōueniat, depoſiti. Pandect.*
*l. in conuentionalibus, de verborum obli-*
*gatio. l. contractus quidam, 23. l. ſemper*
*in ſtipulationibus, 34. de regul. iuris Pan-*
*dect. Inueniuntur pactorum diuerſa gene-*
*ra a contrahentibus, vt plerumque emtio-*
*nibus ſoluta apponi, in titulis, de contrah.*
*emtio. & de pactis inter emtor. & vendi-*
*tor. Cod.*

h *vt in l. domum, 42. de contrah. emtio. Pan-*
*dect. l. circumcidere. §. ſeruo, ad leg. Corn.*
*de ſicar. lib. 48. P. tit. 8.*

i *l. 1. §. fin. de contrah. emt. P. l. ſi. Cod. ſi quis alteri vel ſib.*

k *Eſt enim emtio ex contractibus qui conſenſu perficiuntur, quare quomodocunque de eo appareat ſufficit, l. 1. §. fin. de contrahen. emtio. Pand. l. 2. de actio. P. §. 1. de obligat. ex conſen.*

l *§. 1. de emtio. apud Iuſtin. l. contrahitur, C. de fide inſtrum. facit nouella 73.*

## Capvt VIII.

*Quando perfecta ſit emtio.*

EMtio pure contracta, tunc perfecta dicitur, quando apparet illud, quod ex conſenſu venditur, atque quale quantumue ſit eius pretium. *a* Si vero fiat ſub conditione, quando conditio impleta fuerit. Nam ante in pendenti eſt. *b* Quod ſi conuenerit, vt ſcriptura fiat, quãdo ea in mundum reducta erit. *c* Quãdo vero ſolemnitates in vendendo, potiſſimum auctoritate publica, exiguntur, illæ præcedere debẽt, vt ſubhaſtationes, *d* & alia præſcripta negotiis, vt in diſtractione rerum minorum, *e* Eccleſiæ, *f* ex iure mutãda, *g* quemadmodum & in rebus priuatorum, auctoritate iudicis vendendis. *h*

### Scholia,

a *Nempe quæ ad formam pertinent & conſtituunt contractum, l. 1. de contrah. emtio. Pand. l. neceſſario, §. 1. de periculo & commod. rei vend. Pandect. abſoluta & ea erit, & perfecta, ex qua transfertur dominium ſi dominus venditor ſit, vel ſi non ſit, quando euictionis actio competere poteſt, iuxta l. ex emto. de actio. emt. Pan. ſi fiat communi conſenſu, ſi pretium ſolutum ſit & res tradita. l. 2. §. 1. & l. pacta, de contrahen. emtio. Pandect. §. pretium, de emto. apud Iuſtinian. l. Iulianus, §. offerri, de actio. emti. Pan. §. venditæ, §. per traditionem, de rerum diuiſ. aut pro vera traditione interueniente aliqua ficta, vt in l. clauibus, 74. de contrahen. emt. Pand. vt habetur pro pretii reali ſolutione, quando de eo ſoluendo fides per venditorem eſt habita emtori, l. quod vendidi, 19. leg. 53. de contrahen. emtio. Pand. l. ex emto, 11. §. 1. de actio. emti. lib. 19. P. tit. 1. aut ſi aliter ex conſenſu vẽditoris ei pro pretio ſatisfactũ fuerit. l. vt res emtoris, 53. de contrahen. emt. P.*

b *l. hæc venditio, §. 1. l. ſi quis fundum, 7. & lege 37. de contrahen. emtio. P. deficiente in totum conditione, deficit quoque in totum emtio. l. final. Cod. de contrahen. emt. lege neceſſario. §. primo, de pericul. & commod. rei vendit. Pandect. in rebus quæ pondere & numero aut menſura conſiſtunt venditis, perficitur emtio ſtatim, ſi abſolute veniãt, vt vendo hoc vel tale frumentum, vel oleum vel fundum. Si vero per menſuras veneat, vt vendo tibi ex tali frumento tot modios, ex tali fundo iugera talis fundi, nõ conſiſtit emtio ante admenſionem. leg. quod ſæpe. §. in his, de contrahen. emtio. l. ſi in venditione. §. 1. de pericul. & commod. rei vendit. P. Eadem fere dici poſſunt in vino vendendo, quod antequam deguſtatum ſit, non cenſetur venditum, nec periculum eius ad emtorem pertinet. l. ſi quis, 4. §. difficile autem eſt, de pericul. & commod. rei vend. Pandect. leg. ſi in emtione, 34. §. alia cauſa, de contrahen. emtio. niſi ita fuerit venditum, vt non deguſtaretur, dicta l. ſi quis, 4. §. ex hoc apparet, & l. prima, de peric. & commod. rei vend. aut ſi quidem venditum ſit ea lege, vt deguſtetur intra diem certum conſtitutum, ſed intra illum diem non fuerit deguſtatum, nec tamen per venditorem ſteterit quo minus deguſtaretur.*

c *l. contrahitur, de fide inſtrumentor.*

d *Subhaſtationes fiunt, quando res venales auctoritate publica ſub haſta ponũtur, & poſt licitationes ex more locorum factas, ei qui maius pretium obtulerit magiſque ſoluendo eſt, diſtrahuntur, authen. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. Eccleſ. l. prima, de fide inſtrumento. & iure haſtæ fiſcalis. lib. 10. C. fiunt autem ad tollendam fraudis & collusionis ſuſpicionem, l. ſi quos, C. de reſcinden. venditio. & ad firmandos venditionum contractus, l. final. ſi propter publicas penſitatio. venditio fuerit celebra. C. l. ſi hypothecas, C. de remiſſi. pig. legitimæ porro efficiuntur ſubhaſtationes, obſeruato ordine, tempore, & aliis quæ ſolent ſeruari in locis vbi fiunt, Bald. ad l. ordo, de exſecutione rei iud. requiruntur & quæ iura exigunt in l. Fulcinius, §. hoc edictum, ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur. Pandect. tradit & ſolemnitates licitationis Bartol. ad l. licitatio, de publica. Pandect. plura etiam de ſubhaſtationibus, licitationibus, addictionibusq́; faciendis, tractat Fabianus de monte, tracta. de emtione in 5. quæſtion. principali, a numero 83. vſque ad 95.*

e *lege etſi ſine. §. 1. de minor 25. annis. vbi plura requiruntur vt tutoris auctoritas, cauſæ cognitio, iudicis decretum, & in lege final. ſi propter pub. penſita, l. ob æs, l. etſi quidem, C. de præd. & aliis reb. minor. Abunde de his & Fabianus de monte, tracta. de emtione in 5. quæſtione principali num. 95. & ſequentibus, vſque ad 108.*

f *authent. hoc ius porrectum, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. canon. hoc ius, 10. quæſt. 2. Innocent ad cap. dudum, de reb. Eccleſ. non alienan.*

g *ex proxime citatis, & canon ſine exceptione, 12. quæſt. 2. exigitur & in diſtractione rerum Eccleſiaſticarum cauſæ cognitio, cap. 1. in fine, vt Eccleſiaſtic. beneſi. ſine diminu. conferant, ca. in venditionibus, 17. quæſt. 4. licentia ſuperioris, canon. 40. in venditionibus, 17. quæſt. 4. cap. dudum, de reb. Eccleſ. non alienan. videbis autem plura & exceptiones apud prædictum Fabianum de monte, tracta. de emtione in 5. quæſt. principali, a numero 108. vſque ad quæſtionem 6. principalem.*

h *l. ſi quos, de reſcindend. venditio. Cod. l. fundus qui, eod. tit. Pandect. lege ſecunda, & final. ſi propter public. penſitatio.*

Cod.



## Capvt IX.

1 *Effectus & vires emtionis & venditionis.*
2 *Actiones emti.*
3 *Et de euictione.*
4 *Venditi.*

NAtura & vis emtionis eſt, vt rei vendi- 1
tæ dominium in emtorem transferatur, ſi venditor dominus eſt: aut ſi non eſt, transferatur vſucapiendi conditio. *a* Trãsfertur autem dominium cum ſua cauſa, *b* vtque ratus indiſſolubiliſque ſit alterutro inuito contractus, *c* & venditoris iura proſint emtori. *d* Perfecta itaque emtione, regulariter periculum rei venditæ & commodum, ad emtorem tanquam ad dominum, pertinet, *e* atque onera realia. *f*

Naſciturque ex hoc contractu duplex 2
actio, præcipue emti & venditi. Actio emti ſeu ex emto, datur emtori contra venditorem, puta vt venditor ei caueat de euictione ſi cauere ſponte noluerit, *g* vtque alia quæ promiſerit impleat, *h* ſi rem non tradat, *i* ſi quid dolo malo in vendendo celauerit emtorem ignorantem, quo carius venderet. *k*

Si res vendita ei euincatur vel eius poſ- 3
ſeſſio ab eo auocetur. *l* Niſi forſan emtor, poſtquam aduerſum ſe inſtitutum fuerit iudicium, omiſerit nuntiare venditori, vt rem ſibi venditam defenderet, vel contumaciter abfuerit tempore ſententiæ contra ſe pronuntiatæ, ſeu ſi per iniuriam contra ipſum ſententia lata fuerit. *m*

Vt contra actio venditi ſeu ex vendito 4
datur venditori in emtorem, vt quod promiſerit ex parte ſua impleat, *n* ſoluat pretium, *o* & ſumtus quos in rem venditam fecerit: *p* ſi emtor eum deceperit. *q* In arbitrio tamen erit emtoris, aut ſupplere iuſtum pretium, aut venditionem pati reſcindi, cum res minus dimidia parte iuſti pretii emitur. *r*

### Scholia.

a *l. ex emto, in principio, & §. 1. de actio emt. l. cum manu ſata & l. clauibus, de contrah.*

emtio.§.venditæ,de rerum diuiſ.apud Iu- A ſtinia.l.cum res,de probatio. C.l.ſi ager, de rei vendica. Quare, ſi vendens retineat dominium directum & vtile, non videtur vendere. dict. l.cum manu ſata,§.1.poterit tamen dici contractus locationis vel alterius generis, l.conuenit, de contrahen.emtio.Pan.l.2.loca. Pan.§.item cum quæritur,eo.tit.apud Iuſtinia.vendendo autem tantum vtile dominium, quod quis tantum habeat, ſuperficiarius videtur con- B tractus, d.l. cum manu ſata, §.fi. & l. qui tabernas,de contra.emt. Si vendatur vtile retento directo,poterit dici emphytheoſis, l.2.& 3.C.de iure emphytheo. Cæterum non eſt ex neceſſitate contractus emtionis, vt ſemper transferatur rei venditæ dominium, ſi ipſe non ſit dominus qui vendit, l.ſi ita, §. 1. & l. cum venderes,de contrahen. emtio. Pandect. Nam & res aliena vendi poteſt, & tamen non transfertur a domino C dominium in emtorem, ſed tantum vſucapiendi, vt dictum eſt, conditio, daturque actio eius quod intereſt emtoris, & de euictione.l.ex emto,de actio.emti.Pandect.l. rem alienam, l. clauibus, de contrahen. emt.Pandect.l.alienatio,de verbor. ſignific.atque cum res duobus eadem ſeparatim vendita eſt, iure ciuili is potior cenſetur, cui res fuerit tradita, quanquam is poſterior emerit, l. quoties, Cod. de re vendita. D l.ſiue autē,§.ſi duobus, de publician.in rem actio. Pandect. l.ſi eares, §. fin. de actio. emt. Pandect. quanquam alteri emtori ex emto venditor teneatur, quia non pactis, ſed traditione, dominia transferuntur, l. traditionibus, Cod. de pact. niſi poſterior ſciuiſſet, rem alienam, & alteri prius venditam, vel ſi priori res fuiſſet vendita cum rei ipſius hypotheca, vt ait Tiraquellus tracta. de retracta. conuen- E tionali. §.3.numero 5. aut ſi priori per notarium ius eſſet quæſitum, & poſſeſſio per traditionem inſtrumenti, vt in l.rem pupilli ſaluam fore. Pandect. vel ſi res prius ſit vendita Eccleſiæ, quia in eam dominium A tranſit ſine traditione l. fin. Cod. de ſacroſanct.eccleſ. cap. 2. de conſuetud. traditio inſtrumenti transfert etiam in aliis contractibus ius, vt in l.1.l. ſummas, §. ſin autem, Cod.de dona.

b niſi nominatim aliquid ſit exemtum, & vtrumque ſit ſine tertii præiudicio in l. alienatio,67.de contrahen.emtio.l.fructus,13. de actio.emti.Codic.

c vt nec reſcripto principis tollatur, l.3.l.ra- B tas, 7. de reſcin. venditio. lib.4.Codic.tit. 44.l.res,54.de contrahen.emtio.Codic.

d Quia emtor ſuccedit in ius venditoris, & ideo & defenſionibus eius vtitur, l.inuitus, 198. §. penult. de regul. iur. l.dolia,76.§. eum qui, de contrahen. emtio. l. emtori, 28. de euictio. Cod. non tamen ſuccedit in locum doli venditoris, qui ideo etiam nec nocet nec prodeſt emtori. l. ſicut, 37. de actio.emti. Pandect. leg. dolum. 3. de pe- C ricul. & commod. rei ven. Codic. Obſeruandum tamen emtorem non ideo, quod in ius ſuccedat venditoris, teneri ſtare colono, cui venditor locauerit, ſed eum expellere poſſe a re vendita, niſi forſan ea conditione venditio facta ſit, vt eum in locatione ſtare & eſſe permittat, l.emtorem, 9. Cod.de loca.l.qui fundum viceſimaquinta, §. qui fundum, eod.tit. in Pand. aut niſi alio modo locationi conſenſerit emtor. dict. l. em- D tor. vel niſi emtio fiat fundi patrimonialis, l.tertia,de mancip. & colonis patrimonia. Vtitur & emtor acceſſione temporis poſſeſſionis ſui venditoris & iure eius, ac ipſe vteretur venditor, l.Pomponius, §.præterea, de acquiren.poſſeſſ.l.dolia, §.primo, de contrah.emtio. Pandect. Beneficium quoque venditori competens tranſit in emtorem, l. emtori, de hæredita. vel actio.vendit, niſi ſit perſonale, l.licitatio, §. fin. de publica. & E vectiga. iiſdemque iuribus quibus poſſet venditor, emtor rem emtam defendit contra mouentem litem, leg. emtor, Codic. de euictio.

e l.is qui,§ ſi poſtea, quod vi aut clam, Pandect.l.id quod,7.& l.neceſſario,8.de periculo.



cu.& commo. rei vend. Pandect. leg. pri- A ma, leg. cum ſpeciem, 5. Cod. eodem, aliter ſi ſit imperfecta, dict. l. neceſſario, & l. domus, 57. de contrahen.emtio. aut niſi aliter conuenerit, leg. ſi in venditione, decima, de peric. & commo. rei ven. aut mora tradendi venditoris interuenerit, ante rei interitum, leg. quarta & final. de pericul. & commo. rei vendit. Cod. leg. lectos, duodecima, cum duabus ſequentibus, eodem titul. Pandectis, & mora emtoris recipien- B di non interuenerit, non aliter, leg. ſi & per emtorem, l. ſi in principio. de actio. emti. Pandect.

f l.Imperatores, leg. artem, §. final. de publica. leg. prima, C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat, libro decimo, Cod. leg. final. cap. ſine cenſu & reliquis fundum comparare non poſſ.l.ſi pater, de actio.emt.C.

g l.ex emto, vndecima, §. & ex emto, de actio.emti. Pandect. leg. emtori, triceſima- C ſeptima, de euictio. niſi aliter inter contrahentes placuerit, aut res minus pretioſa ſit, vt ibidem dicitur, adde, leg. ſi dictum, 56. l.ſi plus, ſeptuageſimaquarta, de euict. aut ſi hæreditas veneat, leg. ſecunda, de hæredita. vel actio. ven. aut venditio facta non ſponte fuerit, ſed vel iuſſu magiſtratus, vel ex officio. leg. qui hæres, quadrageſimanona, §. primo, familiæ erciſcund. l. ſi ſeruus, 14. §. cauere, de condictio. furtiua. Pan- D dect.

h l.2.l.tenentur, 6.§. ſi dolo malo, l. ex emto, de action. emt.

i dict. leg. ex emto, §. 1. & §. ex emto, de actio. emt. vel ſi ſuo tempore venditor rem non tradiderit. l. cum venditorem, 10. C. eodem, de actio. emt. Talis autem res præſtari debet, qualis eſt. leg. cum venderes, 59. de contrahen.emtio. Pandect. & qualis cenſetur promiſſa. l. tenetur, §. ſi vas, de E actio.emt. Pandect. l.quicquid, 21. l. ſi ſeruus, 54. de actio.emti. l.proinde, 33. de ædilitio edict. & niſi cautum ſit, vt qualiſcunque ſit res, præſtetur. dicta leg. ſi ſeruus, 54. §. final. de actio.emti.

A k leg. ea quæ, 43. §. final. de contrahen. emtio. Pandect. leg. ſi ſterilis, 21. §. 1. l. Iulianus, 13. §. idem Iulianus, l.1. §. venditor, l. ſiquis, 35. de act. emti. Pandect. l. ædiles aiunt, triceſimaoctaua, §. idem refert, de ædilitio edict. Pandect. cum ſimilibus, niſi nihil interfuerit emtoris, dictum quid non eſſe, leg. prima, §. venditor, de actionibus emti.

l in leg. tertia, de actio. emti. Pandect. l. eui- B cta, 16. §. primo, de euictio. tenetur autem de euictione, quando res vendita per ſententiam fuerit euicta iudicis, leg. qui rem, Cod. de euicti. niſi in quatuor caſibus ibi per gloſſam notatis, in quibus ante ſententiam agi poteſt de euictione. Euictio porro, eſt emtæ rei, vel ex aliqua iuſta cauſa acceptæ, per iudicis ſententiam abductio vel amiſſio, vt liquet per dictam leg. qui rem, tit. de euictio. l. quod euincitur, de re- C gul. iur. venitque ex natura contractus emtionis, etiam ſi nihil de ea cautum nominatim fuerit. leg. non dubitatur, ſexta, de euict. Cod. l. ſecunda. & leg. ſi in venditione, eodem titul. Pandect. l. ſi maior, de communium rerum aliena. Cod. aliquando emtor ſtipulatur euictionis nomine duplum, & ideo quoque illud præſtandum, leg. non ex eo, Cod. de euictio. aliquando autem non ſibi cauet nominatim, ſed ex D natura contractus emtionis venditor ad euictionem obligatur. Decius conſil. 483. numero decimoquinto, & cogi poteſt ad cauendum de euictione, l. ſi in venditione, de euiction. P.

m ſunt hi tres caſus in quibus venditor non tenetur de euictione, qui ponuntur in c. fin. de emta. quos & ius ciuile agnoſcit & ratione confirmat. nam quod pertinet ad primum, emtor, vbi quæſtio de re vendita con- E tra illum mota eſt, debet denuntiare venditori, vt ipſum defendat, aliter non tenetur. leg. emtor fundi, l. auctore, leg. ſi parentes, viceſimaprima, Cod. de euictio. Et ſi mortuus fuerit venditor, denūtietur hæredibus eius l. ſi fundo, 53. §. fi. de euictio.

*Euictio.*

*Sufficit autem emtori pro euictione ſi lau-
detur auctor, & ei denuntietur, quamuis
non denuntietur eius fideiuſſori, nam alii
quam venditori vel hæredi eius facta, non
prodeſt, cuiuſque mora nocet fideiuſſori l.
mora de verborum oblig. Quare nec ex-
pedit ſolum denuntiationem fieri vel fide-
iuſſori vel procuratori venditoris, l. item
veniunt, §. petita, de petitio hæredit. P. niſi
præſente auctore denuntietur fideiuſſori
vel procuratori eius, vt ait gloſſa ad c. fin.* B
*de emtio. ad verbum* inſtitutum, *per cap.
quoniam, §. porro, vt lite non conteſta. l. ſi
dictum, §. ſi præſente, de euictio. habebitur
autem perinde ac ſi nuntiatio facta fuiſſet
emtori, ſi ipſe emtor lateat, ne ad eum voca-
tio vel citatio quæ eius cauſa ſit, peruenire
poſſit. l. ſi ideo, §. præſenti, & l. ſi dictũ §. ſi
præſenti, de euictio. ſit tamen & recte de-
nuntiatio minori auctori, a quo res emta
eſt, abſente tutore, dict. l. ſi dictum, §. fin. &* C
*l. minor, §. denuntiare, de euict. P. caſus ſe-
cundus dicti, c. 2. de emtio. in quo vendi-
tor non tenetur de euictione ſi per ſuam cõ-
tumaciam emtor re vendita fuerit a iudi-
ce priuatus, firmatur l. ſi ideo, ¶. de euictio.
ratio, quia ex contumacia damnatus præ-
ſumitur, non ex defectu iuris, ſuaque cul-
pa & negligentia rem amiſiſſe, & ideo da-
mnum ſibi debet imputare gloſſ. ad l. 2. ad
verbum abſens, de contracti. iudi. C. Bal-* D
*dus ad l. 2. quib. res iudica. non noceat. Fe-
linus ad cap. cum Bertholdus, de re iudic.
num. 24. Tertius caſus erat excludens eui-
ctionem, ſi emtor per iniuriam ei factam re
priuetur ex dict. c. fin. de emtio. conſentit l.
emtor fundi, C. de euictio. l. ſi per impru-
dentiam, eod. ti. P. quia iniuria facta em-
tori, reputatur caſus fortuitus, item impru-
dentia iudicis c. 8. de noua forma fidelita.
in vſib. feudor. caſus autem fortuitus, ad* E
*periculum emtoris non venditoris pertinet,
§. cum autem, de emtio. apud Iuſtinia. l.
neceſſario, de pericul. & commo. rei ven-
di, P. nempe quando ipſe emtor fuit cauſa
imprudentiæ iudicis, & iniuriæ, non aliter.*

*gloſſ. ad dict. l. ſi per imprudentiam, de eui-
ctio. verior tamen reputatur communis
ſententia, ſemper caſum fortuitum nocere
emtori, ſiue ſua culpa, ſiue iudicis, ſiue non
ſua culpa contigerit, per l. exceptione, & ibi
gloſſ. Bartol. & Paulus Caſtrenſis de fide-
iuſſorib. & non venditori, quia & ſalua ſit
actio ipſi emtori damnato per impruden-
tiam vel ignorantiam iudicis, contra iudi-
cem, qui ideo fecit litem ſuam, vt ait gloſſ.
ad dict. l. ſi per imprudentiam, niſi forſan
iudex tuliſſet ſententiam non ſeruato ordi-
ne iuris ſeu iudiciario, quia tunc de hoc ca-
ſu teneretur venditor per euictionem, non
emtor l. fiſtulas, §. fiſtulas, de contrahen.
emtio. Alexan. in additionibus ad Bartol.
ad dicta. l. exceptione, de fideiuſſor. Pan-
dect. Et idipſum verum eſſe dicit Ludouic.
Roma. ſingul. 754. & ad l. ſi per impruden-
tiam, ſi fiſcus vel reſpublica vendiderint,
& per imprudentiam iudicis res ſit euicta,
eo quod fiſcus vel reſpublica, videntur eſſe
in culpa, quod talem iudicem patiantur,
allegat tex. in l. ſecunda, §. graui, ibi* & in-
iuriam, *de adminſtratio. rer. ad ciuita.
pertinentium. Et damnum quod quis ſua
culpa ſentit debet ſibi imputare. l. damnũ,
de regu. iur. Pandect. poteſt & idipſum
cenſeri, ſi iudex inimicus eſſet venditori,
& in odium eius contra emtorem ſtatuiſ-
ſet, tunc enim non nocet emtori l. ſi merces,
§. culpæ, loca. Pandect. ſiquidem ante ven-
ditionem eſſet ſuborta inimicitia, non et-
iam ſi poſt. Quia venditor non tenetur de
vllo caſu poſt venditionem ſuborto. l. lu-
cius, in princip. de euict. Pandect. poſſent
nihilominus hæc habere controuerſiam a-
liquando, quæ tamen proculdubio omnino
ceſſabit, ſi in initio litis ſibi de re mota, em-
tor vocauerit venditorem in ius, vt aſſiſtat
in cauſa euictionis, tunc enim quocumque
modo res fuerit euicta, emtor de euictione
tenebitur. Poſſumus tribus ſuperioribus
caſibus ſumtis ex cap. fin. de emtione, in
quibus ceſſat euictio, alios caſus addere*
veluti quarto *generaliter, ſi quando emtor
ſua*



*ſua culpa & facto rem venditam amittit,* A
*vel ea ab eo abducitur. Exemplum pri-
mum, ſi pactum fuit venditoris conſenſu,
quo ipſe cauit, ſe nolle euictionem præſtare
in vllo caſu vel modo, nam euicta tunc re
venditor tantum tenetur ad pretii reſtitu-
tionem, l. emtorem. §. qui autem, verſ. ibi-
dem ait, & ibidem Paulus Caſtrenſis, de
actioni, emt. Pandect. niſi dictum fue-
rit expreſſe & in ſpecie, vt venditor non
teneatur de euictione, ſi res fuerit euicta a* B
*Sempronio puta, vel ex cauſa libertatis, in
quo caſu venditor, qui ſibi ita cauit, nec ra-
tione pretii conueniri poteſt vt notant gloſ-
ſa, Angel. Bald. Fulgoſ. Salycet. ad l. qui li-
bertatis, per illum textum de euictio. Ro-
ma. ſingula. 387. quamuis quidam recen-
tiores ſcribentes contrarium aſſeruerint, de
quibus eorumque rationibus, vide apud
Gaſparum Caballinum, tracta. de euictio.
§. 5. num. 25. & ſequentibus, atque intelli-* C
*gunt, l. qui libertatis, vt non præſtetur qui-
dem euictio reſpectu eius quod intereſt,
verum præſtari ratione pretii. Neque ar-
bitrantur bonæ fidei contractum admitte-
re emtiones, vt emtor rem & pretium a-
mittat, & venditor pretium habeat. Ne-
que donationem eſſe præſumendam, vbi li-
quet agi de emtione & commutatione rei
& pretii. Ego autem putarem, priorem
ſententiam etiam veram eſſe, ſi in contra-* D
*ctu emtionis, emtor expreſſe ſuſceperit in ſe
periculum euictionis, & renuntiaret peti-
tioni pretii, non ſecus quam pretium recte
petitur emtionis, iactus retis, vel aleæ. Sed
hæc ſatis de primo exemplo. Secundum
erit, quo culpa ſua emtor amittit rem ſine
ſpe euictionis, ſi potuit rem venditam præ-
ſcribere & non præſcripſit ſua culpa, l. ſi
dictum, §. ſi cum poſſet, de euictio. Pandect.
Tertium, ſi ſciens prudenſque emerit rem* E
*alienam, quam ſciebat eſſe ſubiectam reſti-
tutioni ex propria natura, nec expreſſe in
eum caſum proſpexit ſibi de euictione, A-
lexand. conſil. 21. num. 3. volum. 5. Al-
ciatus conſil. 133. idem in emente ſcienter*

A *rem alienam, ſine cautione de euictione, l. ſi
fundum, Cod. de euictio. quo etiam caſu,
nec repetit pretium, gloſſa finali. & ibi Pa-
nor. ad cap. ad audientiam, de rebus ec-
cleſ. non alien. facit, l. quemadmodum,
de agricol. & cenſi. lib.* 11. *Cod. cap. ſiquis
presbyterorum, de reb. eccleſ. non alien. in
quibus, qui contractum nullum contra
prohibitionem legis iniit, pretium non re-
petit, poteſt tamen qui rem ſcit alienam*
B *& emit, ſtipulari & ſibi caueri de eui-
ctione, vt in leg. ſi fratres, Cod. commu.
vtriuſque iudicii. leg. apud Celſum, §.
idem Labeo. de doli mali except. Quar-
tum, cum iure creditoris venditur res,
quæ putabatur debitoris, creditor vendens
non tenetur de euictione, niſi de ea nomi-
natim fuerit repromiſſum l. 1. Cod. cre-
ditorem euictionem pignoris non debere,
lib. 8. tit. 46. & liberatur cedere ius, quod*
C *habebat in ea re pignoris, vt ibi notat gloſ-
ſa. probat & l. periculum de pignorib. l.
cum ea conditione §. 1. de euictio. Et cen-
ſetur tantum vendere ius quod habet, tan-
quam creditor non tanquam dominus. Et
proinde emtor ſuæ culpæ adſcribere debet,
qui non inquiſiuit de dominio, vel debet
experiri contra debitorem, veluti aduer-
ſus eum, qui per eam venditionem a debito
liberatus eſt ſuo pretio. l. ſi plus, 74. §. 1.*
D *& l. ſi pignora, 50. de euictio. Pandect.
l. ſi ob cauſam, 13. Cod. eodem. Sic et-
iam non agitur de euictione contra ven-
dentem ex neceſſitate officii vendendi. leg.
ſi pignora, & ibi Bald. & Salycet. de eui-
ctio. ~~Cod.~~ quia officium nemini debet eſſe
damnoſum, c. cum non deceat, de ele-
ctio. In Sex. leg. ſi quis ex ſignatoribus,
quemadmodum teſtamenta aperiant, ſic
nec procurator vendens tenetur, niſi eui-*
E *ctionem promiſerit ſuo nomine, leg. procu-
rator qui pro euictione, & ibi Paul. Ca-
ſtrenſ. & Bartol. de procur. Pandect. No-
tabile itaque & illud, ideo non dari eui-
ctionis actionem emtori contra vendito-
rem ob euictam rem a proximo ſeu cogna-*

to venditoris iure retractus gentilitii, de A quo in c. conſtitutus, de in integrum reſtitutio. Quia euictio illa ſit auctoritate legis, non facto venditoris, & iure ſpeciali, in quo non tenetur venditor emtorem defendere per notata in l. minor, de euictio. argum. l. ſi per imprudentiam, de euictio. Hocque inditum eſt naturæ negotii, quod cum ſua qualitate videtur amplexus emtor, & proinde ſibi imputare debet, quod non præuiderit, & ſibi in ſpecie de euictione B non proſpexerit. gloſſ. in l. ſi famil. & ibi doctores famil. erciſc. C. Et ſic reſoluit in hac retractus quæſtione Tiraquellus tracta. de retract. proximi §. 1. gloſſa 9. numer. 34. de Afflictis deciſ. 253. incip. venditur domus. Quintum exemplum, vt non teneatur de euictione venditor, quando ſuo facto emtor priuatur re, vt in l. ſi per imprudentiam, §. ſi quis locum, de euictio. & l. hoc iure, cum ſequent. §. ſi tibi. C eo. vt ſi culpa ſua emtor decidit a poſſeſſione, l. ſi rem quam, §. ſi emtor, l. ſi mancipium. in princip. de euict. P. l. ſi controuerſia, & ibi gloſſa fina. & Baldus, de euictio. Cod. l. idemque, §. fi. de actio. emt. P. Eoque pertinet, quod dicitur venditorem eum teneri de euictione, ſi res ſine iudicio venditori fuerit euicta, leg. non tamen, cum gloſſa 3. de euictio. Requiritur enim pro euictione obtinenda, vt mota D quæſtio de re coram iudice fuerit, l. emtor. l. ſi cum quæſtio, Cod. de euictio. & euicta fuerit per ſententiam. c. ſi. de emtio. l. qui rem. Et proinde, nec de euictione tenetur venditor, ſi ſuper lite vel re compromiſerit emtor, & ſententia arbitrorum fuerit res euicta. l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, de euict. Pandect. Neque etiam ſi in defenſione cauſæ aduocatum inexpertum adhibuerit, cuius ratione a defenſio- E ne cauſæ ceciderit, vt notat gloſſa ad l. quod ſi nolit, §. mancipium, ad verbum culpam, de ædilitio edicto. vel ſi condemnatus emtor a ſententia non appellauerit cum poſſet. nam & ſua culpa ſuccumbens rem ipſe amiſiſſe videtur, niſi ſententia manifeſte eſſet æqua, vt appellare non liceat, aut non ſit neceſſe. gloſſa vltima. Bartol. & alii ad l. Herennius §. Caia, de euictione. P. mihi tamen contraria videtur tutior ſententia, vt ſemper ab omni ſententia teneatur appellare, vt pro euictione agi poſſit. Quia quamuis pro ſententia iudicis faciat iure communi præſumtio iuſtitiæ, tamen plura poſſunt allegari coram iudice, ad quem appellatur, quæ deducta non fuerint coram priore, a quo prouocatur, l. per hanc. C. de tempore appella. Sextum, ſi monitus emtor a venditore, vt aliqua actione ageret ad defendendam rem, noluerit agere, & ita ſua culpa emtor re priuatus fuerit. l. ſi cum venditor, in princip. de euictio. Pandectis, l. ſi fundo, §. 1. eo. P. Septimum, vt non teneatur de euictione venditor, ſi emtor rem, quam emit alienam pro derelicto habuerit. nam donaſſe videtur l. f. de euictio. P. l. quod ſeruus, de ſtipula. ſeruor. P. Sed hactenus dictum ſit de exemplis quarti caſus, in quo ceſſat euictio. videamus alios. Quinto igitur non agitur de euictione, ſi euincatur res, quæ nata eſt a re vendita, quæ tamen non erat in rerum natura tempore venditionis l. ſi prægnans cum 2. ſequentib. de euictio. vbi ratio. Item ſi quid accreuerit per alluuionem in fundo vendito, non datur pro incremento euictio l. ex mille, §. quod ſi modo, de euict. P. Sic vendita hereditate, non cenſentur res ſingulæ venditæ, vt euictæ petantur, ſed ius hereditatis, quod ſine rebus conſideratur. l. 1. §. incorporales, de rerum diuiſi. quare pro ſingulis non datur euictio. l. 1. C. de euict. Sexto non agitur de euictione, ſi vitium propter quod euicta res fuerit vel perierit, contigerit poſt contractam emtionem. l. 3. de euict. P. quia tunc periculum eſt emtoris, l. Lucius. eo. tit. Eodem modo, ſi res adimatur emtori auctoritate principis. dict. l. Lucius. l. item ſi verberatum, §. item ſi forte, de rei vindicat. P. l. apud Iulianum. §. conſtat, de

aga. 1



aga. 1. Idipſum, ſi res vendita perierit, A ante quam euincatur, quia ſors humana eſt in periculo emtoris, ſi modo ſine dolo vel facto venditoris non perierit, l. ſi ſeruus, de euictio. Pand. l. ſi quis ſeruum, Cod. eod. titu. facit l. vtique, de rei vendic. Pan. Quare ſi pro parte res chaſmate perierit, pro alia, ratione amiſſæ non tenetur de euictione, l. ex mille, in princi. de euictio. ſecus ſi totus fundus euincatur. d. l. ex mille, §. ſi totus. Septimo non tenetur de euictione B vēditor, ſi emtor rem contra petentem alio modo poſſit tueri & defendere, puta ſi præſcripſerit, l. qui alienum, de euictio. Pan. l. ſi obligata, Cod. eod. titu. vel ſi emtor rei alienæ, ſucceſſor vero domino exſtiterit, quia res ſibi non abeſt. poterit tamen agere ad pretium repetendum, non de euictione contra venditorem. l. ſi vendideris, de euictio. P. quemadmodum ſi dominus rei emtori ſuccedat, non confirmatur emtio. C leg. venditori, de rebus alien. non alien. Et ſi emtor ſuccedat venditori, vel contra, non agetur quoque de euictione. leg. ſi ei cui, de euictio. Pandect. leg. 2. Cod. eodem titul. Octauo nec agetur de euictione, ſi res non fuerit emtori tradita. leg. euicta, §. ſi ſeruus, de euictio. leg. 3. de doli mali exceptione, vbi & notat Bartol. Nono, non datur pro re in ludo vel cauſa ludi vendita, euictio, l. fin. §. 1. quarum re- D rum actio non datur. Quando videlicet vendens vendit colluſori, contra ſi alteri, vt notat ibidem Angelus. Decimo non tenetur de euictione venditor ante pretium ſibi ſolutum l. ex emto, de actio. emt. Pandect. Cæterum agitur de euictione re euicta, contra venditorem, non contra alium, aut aduerſus eum, cuius nomine procurator vendidit. leg. ſi cum, 66. §. fin. de euictio. Pandect. aut contra procura- E torem, ſi pro euictione ſe obligauerit, leg. procurator, 67. de procura. Pandect. Procurator autem vt & fideiuſſor, poſtea mandati contraria actione recuperant a venditore, quod eo nomine ſoluerint. leg. Papinianus, 14. ibi, ſed quod iudicio, de public. in rem actio. Pandect. Tenetur & pupillus de euictione rei venditæ tutorio nomine. leg. 4. §. ſi impuberis, de euictio. Datur & actio hæc mortuo venditore aduerſus hæredes eius, leg. ſi ſtatus, 18. de euict. Cod. leg. ſi controuerſia, 9. leg. cum ſucceſſores, 23. Cod. de euictio. facit rubrica, vt actiones ab hæredi. & contra hær. Dixi porro antea, tantum euicta re competere actionem, quo fit, vt contra actionem euictionis non obiiciatur præſcriptio longi temporis. leg. emti 21. de euictio. Cod. Competit & de euictione actio hæredibus emtoris, leg. non ſolus, 22. de liberal. cauſa. Effectus actionis euictionis, vt re euicta reſtituendum ſit pretium emtori, & id quod eius intereſt, rem non fuiſſe euictam, leg venditor, 8. leg. ſi cum 66. §. fin. leg. emtori, 67. leg. euicta, 70. de euicti. Pandect. l. Titius §. fin. de actio. emt. Pandect. leg. ſi controuerſia, 9. leg. ſi cum, 17. leg. emti, 21. in fine. leg ſucceſſores, 23. leg. ſi permutatione, 29. Cod. de euictio. leg. fin. Cod. de communium rerum aliena. niſi id, quod intereſt, excedat pretii duplum, iuxta leg. vnic. de ſententiis quæ pro eo quod inter. profer. C. de l. 1. l. Titius 43. cum 2. ſequentib. de actio. emti. Pandect. Si tamen certa ſumma in cauſa & caſu euictionis promiſſa eſt, ea ſola, loco eius quod intereſt, petitur. Accedit & petitio vſurarum pretii ſoluti, l. euictis, 18. de vſur. Præſtatur & ex dupla actio, ſi res pretioſiores veneant, vt ſi margarita forſan, vel veſtis pretioſa, ſerica, vel aliud non contemtibile veneat, non autem pro communibus. leg. emtori, 7. §. quod autem diximus, de actio. emti. Verum enimvero, in his rurſum conſiderabimus, vtrum venditor nominatim emtori promiſerit per ipſum heredemque eius non fieri, quominus emtori habere

*liceret, quo caſu ſi alius euicerit tenetur* A *de pretio tantum, non de eo quod intereſt, leg.* ~~*Iulianus*~~, *§. qui autem habere ibi,* ſed Iulianus, *de action. emti. Pandect. quemadmodum ſi conuentum fuerit, vt ibidem dicitur, nihil euictionis nomine præſtandum, nam tunc pretium reſtituere ſufficeret. Neque quiſquam dubitat, regulariter in caſta euictione reſtituendum eſſe pretium, leg. ſuper his, de euiction. Cod. leg. quæro, 58. §. item quæro,* B *de ædilitio edict. Pandect. imo & æſtimationem præſtandam eius, quo res melior facta eſt poſt emtionem. leg. ſi cum, 66. §. final. de euictio. leg. venditor. 8. eo. niſi vt dictum eſt, ſiquid nominatim conuentum ſit peti euictionis nomine, quod ſolum petitur, leg. ex mille, 64. §. ſi totus, ibi,* nam ex contrario, *de euictio. Pandect. aut niſi melioratio duplum excedat, quo caſu intra duplum pretii coercebitur. dict.* C *leg. Titius, 43. §. final. cum duab. ſequentib. de actio. emti. E contrario tamen, ſiquid poſt venditionem diminutum fuerit ex re vendita, euictione ſequuta, id periiſſe cenſetur emtori, & eo minus pretii vel eius quod intereſt, emtori re euicta reſtituitur, leg. idque 45. §. illud expeditius, de actio. emti. Pandect. leg. ſuper his, de euictio. Et hæc hactenus de actione emti vel ex emto, dictum ſit. nunc agatur de a-* D *ctione venditi.*

n *l. ſi non donationis. 8. Cod. de contra. emtio. l. 12. Cod. de rei vendit. l. Iulianus §. ex vendito, de actio. emti. l. fin. ſi mancip. ita veneat ne proſtituatur Cod. exempla erunt in reſtituendis rebus ex pactis additionis in diem, vel legis commiſſoriæ, vt liquet ex propriis titulis, de in diem addictione, & de leg. commiſſoria. Eſt hæc actio perſonalis l. 1. de actio. emt. C.* E

o *Dicta leg. Iulianus, §. ex vendito, & l. venditi, 6. in fine, l. fructus, 13. §. fin. de actio. emti. Pandect. ſi modo res integra & ſine querela & diminutione peruenerit ad emtorem, & impleuerit venditor* A *ex parte ſua contractum. nam pro ea parte qua res inuenietur aliena, vel apparet imminuta, diminuitur a pretio, l. ſi debitor, 39. §. ſi debitor, l. ſuæ rei, cum leg. ſeq. leg. ſed etſi, 18. de contrah. emt. Pandect. leg. domum 57. eo. nec poſſet agere venditor pro pretio, ſi ex parte ſua contractum non impleuiſſet, vt in leg. qui pendentem, 25. de actio emti. Pandect. leg. pure, 4. §. ſi ſeruus, de doli mali exceptio.* B *P. Regulariter, venditor tantum pretium petit hac actione ab emtore, cum regulariter vſuræ pretii non veniant in hanc actionem, niſi poſt moram leg. initio 5. c. de pact. inter emtor. & venditor. leg. fructus, 13. de actio. emt. Cod. l. liberalitatis, 16. §. cum vſuræ, de vſur. veniret tamen poſt rei traditionem, leg. Iulianus, 13. §. ex vendito, de actio. emti. P. l. curabit 5. eo. Cod. l. 2. Cod. de vſur. aut niſi quo-* C *que de vſuris præſtandis initio conuenerit l. initio, 5. de pace inter emtor. aut mora ſoluendi interuenerit. dict. l. 5. in fin. & l. fructus, 13. de actio. emti. Cod. leg. fi. de peric. & commo. rei ven. Cod. Obſeruanda tamen lex, qui per colluſionem, 49. §. final. de actio. emti. Pandect. dum ait,* pretii ſorte, licet poſt moram, ſoluta, vſuræ peti non poſſunt: cum hæ non ſint in obligatione, ſed D officio iudicis, præſtantur; ideo repetita ſorte, ſine repetitione vſurarum, actio de vſuris repetitur poſtea propoſita, *vt in leg. ſi depoſita, Cod. depoſit. quia vſuræ ex vnica obligatione pendent, quæ iam diſſoluta pretio dato & recepto apparet. Quæ autem vſuræ ſoluantur ob moram pretii non ſoluti, docetur in leg. fin. de pericul. & commo. rei vendit. Non poterunt etiam peti vſuræ, ſi per vendi-* E *torem ſteterit, quominus pretium ſoluatur, puta quia dilationem ad ſoluendum dederit, & habuerit fidem de pretio, leg. ſi & per emtorem 51. §. 1. de actio. emti. Pandect. Subinde notabimus hanc actionem ex vendito dari pro petitione pretii,*



*pretii, non pro repetitione rei venditæ, quã-* A *uis pretium non ſoluatur, leg. ſi non donationis, 8. cap. de contrah. emtio. Poteſt tamen ſi pretium non ſoluatur, venditor vti retentione rei venditæ, leg. 19. de contra. emtio. Pandect. neque enim irritus eſt cõtractus emtionis, quod emtor ſolutionis legibus non ſatisfecerit, leg. ea conditione, 14. de reſcind. vendit. Cod. leg. venditi actio. 6. C. de actio. emti. niſi aliud placuerit dict. l. venditi, vt in leg. ſed Celſus, 6. §. ſi* B *fundus, de contra. emtio. Pandect. l. 1, C. de pact. inter emtor.*

p *leg. Iulianus, decimatertia, §. præterea, de actio. emti. P.*

q *l. venditor, 11. de reſcind. vend. C. exemplum in l. Iulianus, §. per contrarium, de actio. emt.*

r *cap. 3. & cap. cum cauſa, 6. de emtio. l. 2. C. de reſcinden. vend. vbi Gloſſa & interpretes tractãt hanc materiam iuſti vel iniuſti pretii.* C

## Cap. X.

### *De ſolutione, reſciſſione, aut reſolutione emtionis.*

RESCINDITUR itaque venditio quę valuit, ſi deceptio vltra dimidium iuſti pretii interuenerit, nec velit emtor, agente venditore ſupplere iuſtum pretium: *a* Si pactum ſit reuenditionis appoſitum, & iuxta illud repetat venditor: *b* Si contrario con- D ſenſu contrahentium re integra, aut hinc inde per reſtitutionem pretii, & rei ab emtione diſcedatur: *c* Si dolo malo, vt aut metu, venditio fiat: *d* Si emtio reſoluatur ex vi conditionis vel pacti emtionis. *e*

### Scholia.

a *dict. cap. 3. cap. cum cauſa. de emtio. l. 2. de reſcind. vend.*

b *l. 2. C. de pact. inter emtor.* E

c *l. per 2. quando liceat ab emtio. diſced. C. libr. 4. tit. 45. leg. 2. de reſcind. vend. Pandect. leg. 58. de pace, Pand. Inuita autem altera parte contrahente non licet ab emtione recedere, l. 3. C. de reſcind. vendi. leg. ſicut, de actio. C. Porro reſciſſione interueniente vtrinque data reſtituuntur & pretium & res. leg. 1. §. ſi quis fundum, & §. ſed ſi forte, quæ in fraud. creditor. Pand. l. cum acceſſionibus, leg. cum autem. §. 1. de ædilit. edicto. & idipſum in omni reſolutione emtionis obſeruandum, in qua perinde omnia reſtituuntur in ſtatum priſtinum, ac ſi nunquã fuiſſent facta. l. ſi hominem, in fine, de vſucap. l. voluntate, §. 1. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolui. Pand. exemplo reſtitutionis in integrum. l. vnic. de reputatio. lib. 2. C. tit. 48. facit l. facta redhibitione, 60. de ædilit. edict. P.*

d *l. ſi voluntate, 8. & l. dolus emtoris, 10. de reſcind. vend. C. l. eleganter, de dolo, P. & ab emtione dolo malo contracta, licet altero etiam contrahentium inuito recedere, l. 1. de reſcin. vend. C. l. cum plures, §. 1. de adminiſtra. tut. P.*

e *Sunt enim iure recepta pacta, ex quibus poteſt diſſolui vel reſolui emtio, & pro non contracta haberi, vt ſi pactum ſit, extra tamen omnem præſumtionẽ vel ſuſpicionem vſurarum, ne liceat venditori rem venditam intra triennium vel aliud tempus redimere. cap. ad noſtram, de emtio. 8. ita res veniat, vt ſi emtori intra certum tempus puta 60. dies diſpliceat, ſit inemta. l. quod ſi nolit. 3. §. quod ſi ita venierit, de ædilit. e-* D *dict. l. ſi conuenit, 6. de reſcinden. vendit. lib. 18. tit. 5. item ſi conueniat, vt ſi ad diem certum pecunia ſoluta non ſit, res ſit inemta, nam in eo caſu, ſi venditor voluerit poſt tempus, non ſoluto pretio, non cogitur vendere, & reſoluitur emtio. & 3. l. ſecunda, & 3. de leg. commiſſor. libr. 18. Pandect. tit. 5. & reſtituuntur percepta, leg. 1. & 4. eod. titul. item ſi pactum fiat addictionis in diem, quod eſt,* ille fundus centum ſit ti- E bi emtus, niſi quis intra Kalendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit. *Nam conditione meliore oblata, ſi velit venditor, reſoluitur emtio. l. 1. 2. 3. l. item quod dictum, de in diem addicto. Pand.*

# DE RERVM PERMVTATIONE.

## TITVLVS XV.

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid permutatio.*

PErmutatio affinis eſt emtioni. *a* Et multa communia cum ea habet: *b* quamuis in pluribus ab ea diſtinguatur. *c* Et proinde de permutatione dicemus poſt emtionem, prout diſtinguitur ab emtione aliiſque contractibus. *d* Permutare, † nihil aliud eſt quam aliud pro alio accipere & dare. *e* Dictum & cambium alicubi, *f* apud ſummos pontifices & alios.

SCHOLIA.

a *leg. prima, de contrahen. emtio. Pandect. l. 2. Cod. de rerum permutatione. lib. 4. tit. 64. l. 2. eod. tit. Pandect. qui rem permutatam accipit, ſimilis eſt emtori. l. final. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. lib. 42. Pand. tit. 4. ideo facile poſſunt iſti contractus miſceri & confundi, vt in c. ad quæſtiones, 6. de rerum permutat. quin & nomen commutationis, poteſt cõuenire omnibus commerciis hominum, vt notat & diſputat Ariſtot. 5. Ethico.*

b *Nam primo, vtraque bonæ fidei. cap. cum venerabilis, 6. de exceptio. §. actionum, de actio. leg. 2. Cod. de rerum permutat. deinde. ex vtraque vſucapiendi datur cauſa, leg. ſequitur, §. de illo, de vſucap. Pandect. 3. pro vtraque competit euictio. leg. 1. C. de rerum permuta. 4. pro vtraque datur cautio pro ſeruo furtis noxiſque eſſe ſolutum, leg. final. de rer. permuta. P. 5. pro vtraque redhibitio. leg. ſciendum. §. penul. de ædil. edict.*

c *Differentiæ plures, nam emtio conſenſu fit & perficitur: permutatio re, leg. 1. §. final. de contrahend. emtio. Pandect. leg. 2. de actio. Pandect. leg. 1. de rerum permutat. & traditio firmat permutationem, leg. ex placito, de rei permutat. ~~Pandect.~~ in venditione alius emtor, alius venditor, in permutatione vterque permutator. leg. 1. §. penultim. de contrahen. emtio. l. 1. de rerum permuta. 3. quidam contractum permutationis dicunt innominatum, cum emtor ſit nominatus, vt ſupra docuimus, 4. in permutatione, qui eam ex ſua parte impleuit, alio non implente poteſt pœnitere. leg. ſi pecuniam ideo 5. de condictio. cauſa data cauſa non ſec. Pand. vt & ei qui non impleuit adhuc licet, leg. 1. §. final. de rerum permuta. Pandect. Neque vlla datur actio ex permutatione ſimplici, leg. 3. & 4. C. de rei permutatio. niſi ſtipulatio implendi interceſſerit, dict. leg. 2. & 3. & leg. emtione. C. de rerum permutatione, in emtione contra, leg. in ciuilem, 12. C. de rei vendica. l. 1. & 2. de contrahen. emti. cum ſimilib.*

d *Alioquin & permutatio generali nomine videtur ineſſe omnibus contractibus, maxime in emtione, in qua meorum pro pretio datur, indeque emtio, ex illa commutatione nata dicitur, leg. 1. de contra. emtio. Pand.*

e *Contractus innominatus vt des, leg. naturalis. §. 1. de præſcript. verb. P.*

f *vt in cap. cum venerabilis, 6. de excep. lib. 2. tit. 25.*

g *vt in vſibus feudorum, §. cum autem quis dixerit, ſi de inueſtitura controuerſia fuerit, lib. 1. feudorum. tit. 4. §. ſi quis fecerit, quo tempore miles inueſtituram petere debeat, eod. lib. 1. feudor. tit. 22.*

### CAPVT. II.

*Quotuplex permutatio.*

PErmutatio alia ſimplex ſeu pura, alia non ſimplex, quæ fit ſub conditione, aut modo, quemadmodum de aliis contractibus dictum eſt. *a* Alia coacta quodammodo, *b* alia ſpontanea. *c* Permutatio ſimplex, interdum eſt ſine ſtipulatione & traditione, quæ nõ obligat, *d* interdum cum ſtipulatione, *e* interdum cum traditione ab vtraque parte facta, *f* & iſtæ obligant.



SCHOLIA.

a. *l. obligationum fere, 44. de actio. Pandect. §. omnis ſtipulatio, de verborum obligat. Conditio porro in permutationibus beneficiorum ſemper appoſita intelligitur*, Si vtrinque traditio & renuntiatio fiat beneficiorum, & fiat accipientium, aliter nihil agi cenſetur. *leg. 1. de rerum permuta. Pandect. de modo & conditione adiectis permutationi tractatur in l. in reb. 6. & l. final. C. eod. tit.*

b *vt quando ab vno loco præfectus beneficio, per ſuperiorem in alium transfertur, vt in tit. de translatio. Epiſcop. & can. auaritiæ, de præben. Atque Feſtus dicebat proprie permutationem eſſe, cum de loco in locum fit translatio, cõmutationem autem, cum aliud pro alio ſubſtituitur, quãquam hæc ſint hodie in promiſcuo vſu.*

c *Spontanea illa eſt, quæ valida eſt, ex conſenſu dominorum facta.*

d *Quia ex ea nõ naſcitur actio. leg. ex placito, de rerum permuta. C. l. 1. §. permutatio autem, eo. tit.*

e *Et oritur actio ex ſtipulatu. d. leg. ex placito.*

f *l. 1. §. permutatio, de rerum permuta.*

### CAPVT. III.

*Permutatio de quibus fiat.*

DE omnibus, quæ in commercio hominum ſunt, dummodo ſint dantis, *a* permutatio fieri poteſt, niſi ſpeciali nomine prohibeatur, non ſecus, quam alienatio, cuius ipſa ſpecies quoq; eſt. *b* Permiſſa & certo modo eccleſiaſticorum beneficiorum permutatio, adhibito ſuperioris conſenſu, & non aliter. *c* Mancipia autem eccleſiaſtica non conuenit commutari, niſi ad libertatem, *d* vel niſi ſint fugitiua. *e* Res quoque aliæ eccleſiaſticæ ad proprietatem eccleſiæ pertinentes cum aliis eccleſiaſticis permutari poſſunt, etiam addito pretio ad æqualitatem redituum conſtituẽdam. *f* Item ſpiritualia cum aliis ſpiritualibus inter perſonas idoneas, & cum auctoritate ſuperioris permutantur, non etiam ſpiritualia cũ temporalibus. *g* Permutat & eccleſia ſua temporalia cũ principe, ſi cauſa rationabilis id expoſcat, & res quam princeps permutat maior ſit, vel æqualis, pragmatica ſanctione ſuper hoc promulgata. *h*

SCHOLIA.

a *l. 1. de rei permutat. Pandect. non de alienis. d. l. 1. §. ideoque Pedius.*

b *Alienationis nomine continetur permutatio, in c. nulli liceat, 5. de rebus eccleſ. non alien. & nouell. 7. de non alien. vel permuta. rebus eccleſ.*

c *Permutationes præbendarum, de iure propria auctoritate poſſeſſarum, vel etiam dignitatum fieri non poſſunt, maxime pactione præmiſſa, quæ in ſpiritualibus vel aliis connexis ſimoniæ labem inducit. Epiſcopi autem auctoritas & ſolicitudo huic obiicitur, nam is proſpicit, qui conſiderata neceſſitate vel vtilitate eccleſiarũ, & perſonarum poterit præpoſitos ab vna in aliam eccleſiam transferre, vt qui in vno loco minus vtiles ſunt, poſſunt alibi vtilius ſe exercere. cap. quæſitum eſt, 5. de rerũ permuta. Hoc modo intelligitur cõcilium Turonenſe prohibuiſſe commutationem præbendarum, in ca. maioribus, 8. de præben. nempe ſine auctoritate ſuperioris, nam qui ita feciſſent priuabantur, cap. cum olim. 7. de rerum permuta. niſi diſpenſatum eſſet cum illis, cap. cum vniuerſorum, 8. eo. tit. meretur quippe dici colluſio improbata potius quam permutatio, renuntiatio & receptio beneficii facta propria auctoritate priuatorum, cum non careat ſuſpicione fraudis, ſimoniæ, & negotiationis illicitæ, & inducit ita priuationem beneficii. capit. tertio, de colluſio. detegen. libr. 5. titul. 22. Ideo dicimus certo tantum modo permitti permutationem beneficii inter titulares, cum auctoritate ſuperioris, non de omni-*

*bus beneficiis aut ſemper, veluti ſi pendente poſſeſſione titulari, beneficium fuerit vnitum alteri, nam illud permutari nequit, Rota deciſ. 160. quia vocare amplius poſt vnionem nō poteſt. cap. vnic. verſ. quidam, de exceſſ. prælat. quæ & de aliis, quæ vacare nequeat obtinere, ex iuris pontificii corpore licebit obſeruare. Debent enim eſſe beneficia permutabilia, quæ renuntiare poſſint in manibus eius, qui habet poteſtatem admittendi renuntiationē, vt poſtea tantum conferantur compermutantibus non aliis, clem. 1. de rerum permuta. c. 1. eod. tit. in Sex. capit. inter, de præben. tractatur de auctoritate præſtanda a ſuperiore. in cap. quæſitum, de rerum permuta. addendus & conſenſus eorum, ad quos pertinet collatio, electio, aut præſentatio, gloſſ. in clem. vnic. de rerum permuta. & conſenſus permutare volentium. c. 1. eo. tit. apud Gregorium. ibid.* communi voluntate. *Item & obſeruandum, vt permutatio fiat iuris beneficii cum iure alterius, fieri enim non poteſt cum iure ad rem de iure, c. fi. de rerum permutatio. Rebuffus in praxi beneficiorum, in reſcripto permutationis. Hoſtienſis in ſumma eius tituli, de rerum permutatione, §. quid poteſt permutari.*

d *c. 2. de rerum permuta.*

e *cap. iniuſtum videtur, 4. de rer. permutat. can. fugitiui. 12. q. 2.*

f *cap. ad quæſtiones, 6. de reb. eccleſ. non alie. atque hanc commutationem inter eccleſias & xenodochia ad eorum vtilitatem, permittit Iuſtinianus, nouella 54. §. fin. titulo cōſtitutio. quæ ex adſcriptitio & liberanatos liberos eſſe vult, &c. inquiſitione vtilitatis, & decreto iudicis interueniente, authent. item ſibi iurent, de ſacroſanct. eccleſ.*

g *cap. fi. de rerum permutat. cap. ſtatuimus, de tranſactio. cap. præterea, eod. titul. Cum enim nullo pretio ſpiritualia æſtimari poſſint, ita nec vendi illo, aut cum alia re temporali æſtimata æſtimari queunt, nec admittere æqualitatem cum his in permutatione requiſitam, capit. querelam, de ſimonia.*

h *cap. 1. de rerum permuta. c. 2. §. ſed & permutare, 10. q. 2. Auth. ſed & permutare, de ſacroſanct. eccleſ. §. ſinimus igitur, de non aliena. & permutan. rebus eccleſiaſti. in c. 2. nouellæ 7. ex quo ſumtū eſt. ca. 1. de rerū permut. & proinde pro eius explicatione perpendi debet nouella. ait enim, permutationē illam permitti Imperatori primum ſeruata commoditate eccleſiæ, rurſum, ſi modo ea res eccleſiæ ad vtilitatem reipub. pertineat. item 3. indemni reddita eccleſia, re maiori vel æquali ei præſtita. 4. vt præcedat permutationem pragmatica ſanctio, quæ præcipiat eccleſiæ rem illā reipublicæ dari, & communi vtilitati. Prohibetur & ibidem aliis hæc permutandi cum rebus eccleſiæ facultas, daturque ſoli imperatori priuilegium duplici ratione, prior quod ſacerdotium & imperium non multum inter ſe differant, 2. quia omnis abundantia & ſtatus eccleſiæ ex imperialibus munificentiis perpetuo præbetur. Sic & in cap. 1. ſeu §. 1. nouellæ 120. de alienat. & emphytheoſi, prohibetur rerum immobilium omnium eccleſiæ alienatio, niſi ſolum ad imperialem domum commutatio facta ſit. Imo olim permutare eccleſiæ res ſolum permiſſum erat cum principe, & poſtea inter ſe eccleſiis permutatio conceſſa, §. final. nouellæ 14. dehinc & prohibitum fuit, res peruenientes ab eccleſiis per permutationem ad principem extra domum imperatoris exire per alienationē quamlibet. nouella 55. titulo, vt de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum, &c. donec idipſum fuit correctum nouella 119. ca. 10. §. legem vi ſponſalitia largitas proprius ſit contractus.*

## Capvt. IIII.

*Qui permutare poſſint.*

QVi rei dominium transferre poſſunt, illi eam per ſe cū alia permutare poſſunt non aliter. *a* Quare perſonæ eccleſiaſticæ



ſticæ generaliter ſua auctoritate, vt nec alienare, donare, vendere, ſic nec commutare res eccleſiæ poſſunt ſine conſenſu ſuperioris, & abſque ſolemnitate & neceſſitate, *b* aut ſine conſenſu capituli. *c* Et ſi de facto faciant temere, reuocari poſſunt a ſucceſſoribus in beneficio. *d* multo minus licet epiſcopo terras eccleſiarum ſibi ſubditarum cum aliis permutare, niſi de earum conſenſu. *e*

### Scholia.

a *Nam qui alienam rem dat, vt dixi ante, nullam reddit permutationem. l. 1. §. ideoque Pedius, de rerum permutat. Transfert enim dominium, quo nomine differt ab emtione. dict. §. ideoque Pedius, & capit. cum venerabilis, 6. de exceptio. libr. 2. titul. 25. transferre autem dominium non poteſt, qui non habet. leg. nemo plus iuris, de regul. iuris. leg. traditio. de acquirend. rerum domi. cap. quam autem, 5. de iure patronat. capit. Daibertum, 1. quæſtio. 7. Quamobrem is nō poterit permutare, qui rebus ſuis non poteſt renuntiare, vt minor 14. annorum. capit. ſi annum, de iudic. in Sex. non furioſus, & ſimiles. l. in negotiis, de regul. iur. qui autem per ſe poſſunt, poterunt & per procuratorem etiam beneficia eccleſiaſtica permutare, c. 1. & cap. non indiſcrete, de procur. in Sex. Rota deciſ. 417. nota* vbi permutatio, *in antiq.*

b *c. diaconi, vel presbyteri, 35. cap. precariæ, 44. c. ſine exceptione, 52. 12. q. 2.*

c *c. vt ſuper 8. § fin. de reb. eccleſ. non alien. ſaltem ex honeſtate, vt notat ibi gloſſa.*

d *capit. 2. de rerum permutat. nempe ſi ſine vtilitate aut neceſſitate eccleſiæ, vt in aliis alienationibus temere factis, ſtatutum in capit. ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſ. non aliena. ca. 2. de precario. can. monemus, 12. quæſt. 2. can. quod quis commiſerit, 35. q. 9.*

e *cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. & ibi gloſſa, hoc intelligit, ſi ſine cauſa id facere vellet, contra ſi cum cauſa. Quia & cum cauſa poteſt vni eccleſiæ adimere, vt alteri concedat. c. ad audientiam, de eccleſiis ædifican. ca. præcipimus, §. ſicut duo, 16. q. 1. ca. ſicut vnire, de exceſſib. prælat.*

## Capvt V.

*De forma permutandi.*

PErmutationis generaliter forma alia non eſt, quam rem vnā vel plures pro alia aliiſve æqualitate ſeruata, *a* ſponte dare, transferendi dominii permutandive cauſa. *b* Solemnitas quoque permutandi res eccleſiaſticas, alia non eſt, quam vendendi vel alienandi eaſdem. *c* Sic pari modo declaratur irrita epiſcoporum donatio, venditio, & cōmutatio rerum eccleſiæ, abſque collaudatione & ſubſcriptione clericorum. *d* In aliarum rerum permutationibus, quæ iure ciuili de forma permutandi ſunt tradita, *e* poterunt & hoc iure requiri, ſi quando perſonæ eccleſiaſticæ inter ſe vel cum aliis laicis permutent. Quia iura pontificia non dedignantur legibus ciuilibus in temporalibus vti. *f* In permutatione tamen beneficiorum eccleſiaſticorum, exigunt præcedentem renuntiationem ſpontaneam poſſeſſorum beneficiorum factam coram ſuperiore, *g* & admiſſionem & collationem eius, qui poteſt admittere, iuxta conſenſum compermutantium, ſi cauſa ei iuſta videatur. *h*

### Scholia.

a *leg. 1. de rerum permuta. P. leg. ex placito, C. eod. l. traditionibus. C. de pact. res cum re permutatur principaliter, accedit tamen principali rei aliquando pecunia pro ſupplenda æqualitate, vt in ca. ad quæſtiones, de rerum permuta. quia tamen acceſſoria pecunia eſt, non debet excedere valorem rei, cui additur, eſſet namque tunc pro pretio, & conſtitueret emtionem, leg. 1. de rerum permutatio. l. 1. de contrahend. emtio. Pandect.*

b *Nam iure communi, nemo inuitus rem*

*ſuam alii dare cogitur, aut diſtrahere. leg. nec emere, de iure deliberand. Cod. leg. dudum, l. inuitum, C. de contrah. emtio. neque quiſquam ſuum beneficium eccleſiaſticum inuitus cogitur relinquere, ca. final. de cleric. ægrota. cap. fin. de capel. monach. & ſi de facto cogatur, reſtituitur in integrum. cap. 2. de reſtitutio. ſpoliato. titul. 2. lib. 13. Neque contra quis alienam rem ſibi acquirere ſi nolit compellitur. dict. l. nec emere, de iure delib. leg. inuito, 70. de reg. iur. Pandect. nemo etiam ſi nolit, beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum acceptare cogitur, ca. ſi tibi abſenti, de præbend. in Sex. c. quam ſit, 6. de electio. in Sex. proinde neque permutatio fit niſi ab eo, qui vult rem ſuam a ſe abdicare, & ab eo qui alienam rem velit ſibi acquirere.*

c *cap. ſine exceptione, 2. quæſtio. 2. cap. cum apoſtolica 7. §. e contrario, cap. tua nuper. §. 1. de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap. libr. 1. tit. 10.*

d *ca. 1. de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap. ca. non liceat, ca. alienationes. 12. q. 2. quod in magnis rebus, non exiguis intelligitur locum habere, in quibus ſine illa ſolemnitate alienatio fit, non tamen ſine vtilitate & neceſſitate eccleſiæ, can. terrulas, 12. q. 2. c. cæterum, de donat.*

e *tit. de rerum permuta. P. & C. l. naturalis, §. 1. de præſcrip. verb.*

f *cap. 1. de oper. noui nuntia.*

g *Sic ſuperiorū auctoritas, & collatio renuntiatorum beneficiorum coram eo, facit iuſtum titulum poſſeſſionis beneficii, Clem. vnic. de rerum permut. cap. 1. eod. titul. in Sext. In omnibus etiam permutationibus aliarum rerum, oportet compermutantes ſponte, eiurare res compermutandas, vt alterius ius conſequantur, leg. 1. de rerum permut. P.*

h *Cauſæ enim renuntiandi & mutandi loca beneficiorum, debent eſſe iuſtæ vtilitatis vel neceſſitatis eccleſiæ, vel perſonarum, cap. quæſitum, 5. de rerum permutat. excluſis cauſis præſumtionis, temeritatis, proprii lucri perſonarum, earumque auaritiæ & ambitionis, ca. mutationes, 34. & c. ſcias frater, 7. q. 1.*

## Cap. VI.

1 *Cauſæ.*
2 *Et effectus.*
3 *Et actio permutationis.*

CAuſa præcipua permutationis, † neceſſitas humana eſt, qua ſuperflua vtilibus commutantur. *a* Suadet permutationem etiam beneficiorum, vtilitas neceſſitaſque eccleſiarum. *b* 1

Efficit autem † permutatio in temporalibus tranſlationem dominii: *c* in beneficiis iuſtum titulum. *d* 2

Datur † ideo ad implendam permutationem actio præſcriptis verbis. *e* Dabatur & actio iure hoc pontificio olim renuntianti præbendam ex cauſa permutationis contra epiſcopum, coram quo renuntiaſſet, ſi ei non aſſignaſſet beneficium compermutatum, vt aliud ſimile cõferre ei teneretur. *f* Hodie tamen eo remedio opus non eſt, cum renuntiata beneficia ex cauſa permutationis, aliis quam compermutantibus conferri non poſſint. *g* Agitur & ex ſtipulatu ſtipulatione interpoſita de permutando, ad implendam permutationem. *h* Si ſtipulatio autem non interuenerit, non competit actio ad cogendum aduerſarium rem promiſſam dare, cum pœnitere liceat ante rem traditam. *i* Is tamen qui ex parte ſua implens rem ſuam iam dederit, aget condictione ob cauſam, remq; ſuam repetet: *k* vel vtetur ad implementum conuentorum præſcriptis verbis actione in factum, & ad id quod intererit non impleri. *l* Agitur & eadem, pro euictione rei compermutatæ datæ. *m* 3

### Scholia.

a *l. 1. de contrah. emtio. P. & liquet ex antea dictis in reb. permutandis.*

b *c. quæſitum, 5. de rerum permutat. ca. mutationes, ca. ſcias, 7. q. 1. prodeſt mutatio loci certis perſonis, ca. valet, 81. diſt. cauſæ quoque, quæ renuntiationē permittunt beneficii, illæ poſſunt translationem ſeu permutationem permittere, de quib. in ca. niſi cum pridem, de renun.*



c *l. 1. §. penult. de rerum permuta. cap. cum venerabilis, 6. de except. leg. ex placito, de rerum permuta.*

d *Titul. de rerum permut. in decret. Sex. & Clementinis, atque permutantes iuuantur decreto. de pacificis poſſeſſor.*

e *l. naturalis, 5. §. ſin autem rem do, de præſcript. verbis, Pandect. l. ſi tibi decem, eod. titul.*

f *cap. inter cætera, 17. de præbendis.*

g *Clem. vnic. de rerum permutat.*

h *leg. cum precibus, 4. Cod. de rerum permuta. vbi nec ob id in rem dari actionem quoque dicitur.*

i *l. ex placito, de rerum permut.* cod.

k *Nempe condictione cauſa non ſecuta, leg. prima, §. fin. de rerum permutat. l. naturalis. §. primo. de præſcript. verb. l. quoniam, 5. de rerum permutat. leg. fin. C. de condictio. ob cauſam. C. lib. 4. tit. 6.*

l *Dicta l. naturalis, §. & ſi quidem, de præſcript. verbis. l. rebus, 6. & l. fin. C. de rer. permuta.*

m *leg. prima. §. vnde etſi ea res, de rerum permutatio. Praxis vero eſt in Gallia, vt euicto compermutato beneficio, liceat ei a quo euincitur impetrare literas a cancellaria, vt liceat redire ad beneficiū propriū. Et ita iudicatum in ſenatu Pariſienſi in vigilia aſſumtionis beatiſſimæ virginis, anno domini, 1533. ſcribit Rebuffus in tracta. de pacificis poſſeſſor. num. 157. Atque iure communi ſi renuntiatione facta ex cauſa permutationis, non poſſit fieri per ordinarium ſine culpa tamen vel facto compermutantium, vt puta ſi vnum beneficium, ex compermutatis reſeruatum inueniatur, vnuſquiſque debet redire ad beneficium renuntiatū compermutatum, iuxta æquitatem, capit. ſi beneficia, 20. de præben. in Sext. vide Rotam deciſione, 23. fuit dubitatum, nu. 4. in nouis. Num autem ad beneficia reſignata redeant propria auctoritate non impleta permutatione, aut per nouam collationem diſputat gloſſ. ad dict. cap. ſi beneficia, & Panormitan. ad c. cum venerabilis, nu. 23. de excep. Ioannes de Selua. in tractat. beneficiorum, 3. part. q. 24. Rebuffus in tractat. de pacif. poſſeſſor. num. 145.*

# DE LOCATIONE.

## *a* TITVLVS XVI.

### Materiæ ſedes.

a *De locatione tractatur, libr. 3 decretalium, tit. 18. in Sext. lib 3 tit. 29. libr. 19. Pandect. titul. 2. locati & C. locato, libr. 4. titul. 65. & in inſtitutionibus Iuſtiniani, de locatione & conductione, libr. 3. tit. 29. eo pertinent tit. de locatione prædiorum ciuilium vel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei dominicæ, lib 11. C. tit. 70. de conductoribus, & procuratoribus ſiue exactoribus prædiorum fiſcalium & domus Auguſtæ, libr. 10. C. tit. 71. Accedit huic locatio perpetua, quæ dicitur Emphytheoſis. tit. de iure emphytheo. libr. 4. C. tit fin. & tit. quibus ad cõductionem prædiorum fiſcalium accedere non liceat, lib. 11. C. tit. 72.*

## Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Et finitio.*

POſt contractum emtionis & venditionis, & conſequentem permutationem agamus de alio, locationis, qui affinis quoque eſt emtioni, *a* & cum emtione conuenit in multis, *b* vt & in aliis ab ea recedit. *c* 1

Locatio, eſt *d* vſus rerum & operū mediante mercede certa, ex conſenſu conceſſio. 2

### Scholia.

a *l. 2. loca. P. l. 1. eod. tit. apud Iuſtin. vt aliquando vix diſcerni poſſit, num emtio vel venditio ſit an locatio, id quod contractum eſt d. l. 2. §. adeo. leg. conuenit, 65. de contrah. emt. l. 1. de æſtimatoria actio.*

b *Nam primo, vtraque emtio & locatio, iurigentium eſt. leg. ex hoc iure, de iuſtitia*

*& iure.leg.iuriſgentium, de pactis. leg.* A
*prima, locat. Secundo, vtraque conſenſu*
*contrahitur, leg. 1. leg. qui ad certum, 14.*
*locat. Pandect. §. fin. de obligatio. quæ ex*
*conſenſ. naſc. leg. conſenſu, de action. cum*
*ſimilibus. Tertio, in vtraque interuenit*
*pretium, l. final. ad leg. Rhod. de iact. leg.*
*2. locat. Pandect. leg. 10. de acquiren. poſ-*
*ſeſſio. Ita tria in vtraque, res, vt merx, pre-*
*tium, ſeu merces, & conſenſus. Quarto,*
*vtriuſque actio bonæ fidei, §. actionum, de* B
*actionibus. leg. præſes prouinciæ, 17. de loc.*
*Cod. Quinto, ſicut emtio ſic locatio ſub*
*conditione fieri poteſt, leg. ſicut emtio. 20.*
*loca. Sexto, quemadmodum in emendo*
*& vendendo naturaliter conceſſum eſt,*
*quod pluris ſit minoris emere, quod mi-*
*noris ſit pluris vendere, & ita inuicem ſe*
*circumuenire, leg. in cauſæ, 16. §. idem*
*Pomponius, de minoribus, 25. annis, libr.*
*quarto. Pandect. titul. quarto. ita & in* C
*locationibus & conductionibus, leg. item*
*ſi pretio, 22. §. final. locat. Pandect. Ideo-*
*que prætextu minoris pretii non reſcindi-*
*tur locatio, leg. & ideo, 23. loca. neque re-*
*tractatur locatio eo prætextu, quod alius*
*maiorem mercedem offerat, leg. ſi olei, 21.*
*C. de locat. Septimo, quemadmodum con-*
*uentione facta de pretio, & eo modo, quo*
*pretio commiſſo in alterius arbitrium em-*
*tio perficitur, §. pretium autem, de emtio.* D
*apud Iuſtinian. ita locatio pacta mercede,*
*& eodē modo collata in alterius arbitrium*
*perficitur. §. eaque. de locatio. apud Iuſtin.*
*l. ſi merces, 25. loca. P.*

c *Quia in emtione primum transfertur do-*
*minium rei, leg. 1. & leg. cum manu ſata,*
*de contrahend. emt. locatio vero non ſo-*
*let dominium mutare, leg. non ſolet, 39.*
*loca. exceptione conſiderata, leg. in na-*
*uem Saufeii, 31. locat. Pandect. Secun-* E
*do differunt, quod in venditione traditio,*
*in locatione factum, vt ait Baldus. Ter-*
*tio, inter locationem & fructuum vendi-*
*tionē ad modicum tempus differentia po-*
*nitur. Clementina prima, §. final. de re-*
*bus eccleſiaſticis, non alien. & conſtitutio-*
*nem prohibentem locationem ad longum*
*tempus, non pertinere ad venditionem,*
*quemadmodum etiam prohibitus aliena-*
*re & vendere, non prohibetur locare, leg.*
*penultim. §. inſtituto. de legat. 2. Locatio*
*enim cum pacto, maxime quod dominium*
*non tranſeat ad conducentem, non eſt alie-*
*natio. Vide Fabianum de monte Sabino*
*in tracta. emt. in 4. quæſtio. principali, ibi*
*circa tertium. Quarto, quando ſit æſtima-*
*tio rei in pretio, dicitur emtio, at in loca-*
*tione non datur æſtimatio rei, ſed vſus. l. 2.*
*§. adeo. loca. l. 1. de æſtimatoria actio. libr.*
*19. P. tit. 1. Quinto, prohibitus vendere*
*vel alienare, non prohibetur locare etiam*
*in centum vel mille annos, l. L. Titius, 88.*
*alias l. codicillis, §. inſtituto, de leg. & ibi*
*gloſſa. quia locatione, vt dixi, non ſolet*
*mutari dominium. Obſeruandus eſt ta-*
*men Iaſon ad l. manumiſſiones, de iuſtitia,*
*& iure, dum ait, quod dum ſit locatio vl-*
*tra decem annos, transfertur dominium*
*vtile, per l. 1. §. qui in perpetuum, ſi ager*
*vectigal. vel emphytheo. peta. additque,*
*quod locatio ad nouem annos cum pacto*
*de reuocando eſt alienatio, per textum*
*in §. neque illud, iuncto §. emphytheoſin,*
*de non alienan. rebus eccleſiaſticis, in no-*
*uellis, latiſſime & de his Andreas Bar-*
*batia, in repetitione Rubricæ, de rebus ec-*
*cleſiaſticis non alienand. niſi ad longum*
*tempus ſit locatio cum pacto, vt non tranſ-*
*eat dominium in conducentem, vt dixi ex*
*Fabiano.*

d *Hanc finitionem tradidimus, libro 27.*
*Syntagmat. iur. capit. primo, numero ter-*
*tio, atque per totum illud capit egimus de*
*locatione & conductione, in capit. 2. de*
*mercede, in capit. 3. de reliquis quæ ad lo-*
*cationem pertinent. Locator eſt, qui rem*
*vtendam dat, puta domum, vel perſonam,*
*vt ſe vtendum, vel qui ſe ad aliquid fa-*
*ciendum præbet. Conductor, qui rem ab*
*alio accipit vtendam, locator dat, condu-*
*ctor accipit.*

CAP.



## CAPVT II.

*Quotuplex.*

LOCATIO & conductio, vel perpetua, A
vel temporalis reperitur, *a* vectigales
agri publici vel priuati, vocantur ita loca-
ti, vt quandiu pro ſis vectigal pendatur,
tandiu neque ipſis qui conduxerint, nec il-
lis qui in locum eorū ſucceſſerunt, auferri
poſſint. *b* Perpetuæ locationis inſtar eſt
emphytheoſis, quæ tamen a communi lo- B
catione poſtea accepit ſeparatam formā,
& a venditione quoq; diſtinctam. *c* Tem-
poralis locatio determinationē certi tem-
poris habet, vt ad triennium, quadrien-
nium, maiuſve aut minus tempus. *d* Eſt &
alia locatio quæ pure fit, alia quæ ſub con-
ditione. *e*

### SCHOLIA.

a *l. viam veritatis ignoras, 10. de loca. C. ibi,* C
ſiue perpetua conductio eſt, ſiue tem-
poralis, &c.

b *l. 1. ſi ager vectigal. vel emphytheo. peta.*
*libr. 6. P. tit. 3. l. cotem, 11. §. 1. de publica.*
*& vectiga. P. l. 1. de adminiſtra. rerum*
*publica. lib. 11. C. tit. 30. Dicuntur & ideo*
*qui in perpetuum conducunt, perpetuarii*
*conductores, l. fin. de locā. prædiorum ciui-*
*lium. libr. 11. Cod. titulo 70.*

c *§. adeo, de loca. apud Iuſtinia. l. 1. de iure* D
*emphytheo. C. vbi & gloſſ. dat diſtinctio-*
*nes, & ſic etiam diſtinguitur per totum ti-*
*tulum, de aliena. & emphytheo. in nouella*
*120. Proprie emphytheuſis dicitur, cum*
*res inculta vel ſterilis melioranda vel refi-*
*cienda datur, quare non eſt ſolum locatio,*
*ſed traditio cum ea conditione reficiendi,*
*atq; interim præſtandi per ſingulos annos*
*pro dominio vtili translato in accipientem*
*(quod non fit in ſimplici locatione) certam* E
*penſionem, vt colligitur ex tribus legibus,*
*de iure emphytheo. C. Neq; tamen illa em-*
*phytheoticaria traditio ſemper in perpe-*
*tuum ſit, ſed aliquando tantum, vt au-*
*thentica, perpetua quadā emphytheoſis, de*
*ſacroſanct. eccleſ. C. Illa autem quæ in per-*
*petuum ſit, alienationis nomine contine-*
*tur, capit. nulli, de rebus eccleſ. non aliena.*
*de qua etiam intelligenda l. fin. de reb. a-*
*lien. non alien. (lib. 4. titul. 51. Aliquan-*
*do ad certum tempus tantum ſit pacto defi-*
*nitum, §. licentiam, de aliena. & emphy-*
*theoſ. in nouel. veluti vſq; in tertiam tan-*
*tum generationem, vt in cap. 3. §. emphy-*
*theoſin, de non alienan. vel permutan. re-*
*bus eccleſiaſtic. nouell. 7. & nouella 120. §.*
*1. interdum ad vitam tantum accipientis,*
*& ea lege, ne tranſeat ad extraneos, vel ſuos*
*ſucceſſores. His affinis eſt locatio, quæ libel-*
*laria dicitur vel contractus libellarius, vel*
*colonarius, vt ſi domum valentem centum*
*ſolidos, & præſtantem penſionem decem*
*ſolidorum quiſpiam ab eccleſia vel ab alio*
*accipiat, dando ab initio pro ingreſſu, vt di-*
*cunt, minus quam 100. ſolidos, obligetq; ſe*
*daturum ſingulis annis in futurū pro pen-*
*ſione tres ſolidos, vt explicat Iuſtinia. in*
*principio nouellæ 7. §. lex itaq; alia.*

d *Hæc locatio temporalis dicitur alicubi in*
*fructibus, datio ad firmam, cap. 2. de loca.*
*forſan ideo, quia locator præſtita fide fir-*
*mat conductori per tempus placitum, rem*
*datam ſe ei non ademturum, vt colligi po-*
*teſt ex cap. fin. ne prælat. vices ſuas. Harum*
*temporalium conductionum initium vt*
*plerumq; incipiebat olim, & inquilini con-*
*ductores ingredi ſoliti erant ædes condu-*
*ctas, idibus quintilibus, l. cum ab ea, de*
*contrahen. emtio. P. l. qui balneum. qui*
*potior. in pignor. habean. l. cum in plures,*
*loca. P. Innuit Martial. lib. 12. Epigram.*
*32. Cicero epiſtola 2. lib. 2. ad Quintum*
*Fratrem. Suetonius in Tiberio, cap. 35.*
*locationes vero prædiorum ruſticorum vt*
*plurimum Calendis Martii, vt indicat*
*Papinia. l. diuortio, ſoluto matrimo. P. vt*
*& penſiones inferri ſolitas iiſdem calendis*
*docet in l. defuncta, de vſufruct. P.*

e *l. ſicut emtio, 20. loca. P.*

## CAPVT III.

*Quæ res locari poſſint aut non.*

RES fere omnes locantur & conducuntur, domus, *a* fundus, *b* opus faciendum, *c* vectigal, *d* operæ. *e* Rei propriæ tamen conductio non valet, *f* nec locatio alienæ, niſi in quantum ius locati competit. *g* Nec licet ſub annuo cenſu exercitium iuriſdictionis ſpiritualis conducere aut locare, *h* neque regimen eccleſiæ; *i* fructus tamen eccleſiæ aut decimas beneficio debitas beneficiato locare permiſſum ad certum vſque tempus, *k* in vtilitatem eccleſiæ, non obſtante contrario ſtatuto Epiſcopi, *l* eo obſeruato, vt locatio fructuum beneficii a prælato facta, tamdiu rata ſit, quamdiu beneficiatus vixerit, ſi ſuo nomine locauit, non vltra, nam morte eius exſpirat. *m* Contra ſi in vtilitatem, & nomine eccleſiæ fuerit facta locatio: nam tunc tranſit in ſucceſſorem: *n* vt feudum, & emphytheoſis, quando obſeruatis debitis ſolemnitatibus fiunt, non aliter. *o* Qui vſum ſimplicem alicuius rei habet, eum alii locare non poteſt ſeorſum a ſe; ſecum contra, *p* neque ſeruiturem prædialem ſibi debitam alii quis locare poteſt; *q* vſufructuarius tamen vſumfructum, quamdiu ius habet, recte alii locat: *r* & qui rem conduxit alteri relocare non prohibetur, niſi aliud conuenerit. *s*

SCHOLIA.

a *cap. 1. de locato. & de hoſpitiorum locatione quoque, 4. eo. tit. lib. 3. C. eo. tit. Conductor ædium, vt plerunque inquilinus, dicitur; colonus, fundi, operis, redemtor, vectigalium, publicanus. quamquam & inquilinus aliquando de colono dicatur.*

b *Fundi conductor, colonus a colendo dictus vt ante notaui.*

c *De quo in l. item ſi pretio, 22. §. 1. loca.*

d *Qui conducit dicitur publicanus, & manceps, qui locat vel conducit res reipublicæ, cuius exſtat titulus de publica. & vectigali. in P. l. 18. C. de curſu publico, leg. 1. de piſtoribus, libr. 11. Cod. tit. 16. Rationem quare publicanus manceps dicatur,* dat *Feſtus*; Maniceps (*inquit*) dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emtionis eſſe, qui idem præs dicitur: quia tam debet præſtare populo quæ promiſit, quam is pro quo præs factus eſt. *Sublato etiam digito locationes olim Romæ factas, docet Cicero tertia in Verrem*; Occurrunt (*inquit*) tandem tutores ad tempus: digitum tollit Iunius patronus. *Et Beatus Ambroſius, lib. 2. Epiſtolarum*; Sed non ille (*inquit*) ſolum liber, qui dominium licitatione non pertulit, aut tollentem digitum non vidit.

e *leg. ſi ii contra quos, 22. C. loca. leg. qui operas, 38. eod. Pandect.*

f *Qui rem propriam putans etiam alienam, conduxit, nihil agit. l. qui rem propriam, 20. leg. ad probationem, 23. C. de loca.*

g *Argum. leg. qui tabernas, de contrahen. emtio. Pandect. & leg. lex vectigali, de pignoribus, Pandect.*

h *cap. 1. & 2. ne præla. vices ſuas. lib. 5. tit. 4. ca. præcipimus 21. q. 2.*

i *cap. 3. eod. titulo, ne præla. vices ſuas; & primo, quæſt. 3.*

k *cap. fin. ne prælat. vices ſuas, cap. 2. de loca. vbi excipitur, dummodo locatio ad feudum vel alienationem non videatur extendi, nam prælatus non poteſt de nouo res eccleſiæ infeudare. cap. 2. de feud. & alienatio rerum eccleſiaſticarum ſine ſolemnitate eſt prohibita, vt antea docuimus in venditione, & ca. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. cum ſimilib.*

l *cap. 2. de loca.*

m *ita ſucceſſor in beneficio, non tenetur ſtare conductori prædeceſſoris, cap. 2. de precario. & reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis, leg. lex vectigali, de pignorib. Pandect. & imputare ſibi debet conductor, quod non præuiderit hunc caſum, iuxta l. ſi quis domum, de contrahen. emtion.*

n *Veluti in cap. 1. de ſolutionib. in cap. 1. depoſit. ca. hac cuius placiti, & ca. quicunque ſuffragio, 12. quæſt. 2. ca. hoc ius, §. & his, 10. quæſt. 2. cum ſimilibus.*

o *cap. nulli, de reb. eccleſ. non alien. ca. ſine exception. 12. quæſt. 2. cum ſimilibus, de quibus diximus ſupra in emtione, & venditione rerum eccleſiæ.*

p *leg. ſed neque, 8. & leg. quique eo fundo, 11. de vſu & habitatio. Pand. §. 1. eod. de vſu. & habita. apud Iuſtinia.*

q *leg. locare, 44. loca. P. quæ lex de prædiali, & reali ſeruitute intelligitur, quæ adhæret prædio ad eius vtilitatem, quæ etiam nec pignori dari poteſt, leg. 11. §. 2. & fin. de pignorib. Pandect. contra in perſonali, vt dicemus in vſufructu, leg. 12. §. fin. de vſufruct. §. 1. de vſu & habita. apud Iuſtinia. quemadmodum, & locari poſſunt ea iura, quæ ſoli ſunt, & ſolo cohærent, non tamen ſunt ad vtilitatem prædiorum, vt iura vectigalium. l. ſina. de vectigalib.*

r *Ad eum tamen modum quo ipſe percipere debet, leg. æquiſſimum, §. fin. leg. arboribus, leg. licet, 14. de vſufruct. §. 1. de vſu & habita.*

s *leg. nemo, 6. Cod. de loca. leg. 7. & l. ſi cum locauerim, 48. loca. Pandect. & poteſt relocare pluris, dummodo ad æqualem vſum, quam conduxit rem relocet, ſine præiudicio domini. iunge leg. ea lege, loca. P. l. ſi vero plures, 5. §. 1. de his qui deiecer. vel effuder. libr. 19. P. titu. 3. vbi cœnacularius, qui totas ædes conductas habet, per cœnacula inquilinis relocare poteſt, ſeu per hoſpitiola quæſtus cauſa, ſibi modica parte reſeruata, & ibi conſtituitur differentia inter relocationem illam cœnaculorum, & hoſpitium, vel hoſpitaculum, vt & caupo diſtinguitur a cœnaculario, nam caupo viatores hoſpitio tantum dicitur ſuſcipere; qui etiam differunt ab illis qui in caupona habitandi cauſa ſunt, leg. licet gratis, 6. §. in factum, nautæ caupon. ſtabul. &c. P. lib. 4. tit. 9. leg. vnica, §. fin. fur. aduerſ. naut. lib. 47. P. tit. 5. Inter cœnacularios annumerari poſſunt, qui ſcholaſticis aliis exedras relocant menſtrua vel annua mercede, vt in c. 1. de loca. quamuis ſub eadem clauſura habitantes communi, vna claui cum domunculis claudantur, vt in leg. quid ſit fugitiuus, 16. §. apud Cælium, de ædilitio edict. libr. 21. tit. 1.*



CAPVT IIII.

1 *Quis locare aut conducere poſſit.*

2 *Qui prohibeantur.*

LOcare poteſt vnus, plures, vni vel pluribus, *a* & quilibet ius quod habet in re, item & omnibus licet conducere, niſi contrahendi poteſtas eis, vel ratione rerum vel perſonarum inhibeatur. 1

Prohibentur autem publica conducere, tutores curatoreſve, priuſquam officii ſui rationes reddiderint. *b* Nec licet ſcienter locare militi, vt nec ipſi conducere, *c* vel curiali, *d* prohibitum & clericis pro ſeculari quæſtu conductiones exercere, *e* aut conductores ſecularium rerum eſſe. *f* 2

SCHOLIA.

a *l. ſi cui locauerim, 47. loca. Pand. & diuiſim & in ſolidum, leg. ſi diuiſa, 13. Cod. eod.*

b *leg. οἱ ἐπίτροποι, 19. loca. Pan. l. vnic. ne tutor vel curator vectigalia conducat. lib. 5. C. tit. 41.*

c *l. ſi ignorans, 50. loca. P. l. milites, 31. & l. licet 35. C. eod. tit. vbi ratio quod debeant armis, non priuatis negotiis occupari, niſi agatur de conducendis, quæ ad victum, & neceſſitatem equorum pertinent, vt ait gloſſa ad dictam l. milites.*

d *l. curialis, 30. C. de loca. Si tamen curialis ſuccederet conductori, retinet conductionem l. 4. de decu.*

e *cap. 1. ne cleric. vel monach. ſecularib. negot. ſe immiſceant, cum ſimilibus.*

f *Dict. cap. 1. ne clerici vel monach.*

CAPVT V.

*De requiſitis locationi, & formula cõducẽdi.*

LOcatio & conductio conſtãt re, *a* mercede, *b* & conſenſu, *c* qui prædicta diſtinguit, & pacta moderatur, *d* neque 1

ſcriptura deſideratur. *e* Formulam porro A contrahendi locationem, ex conſuetudinibus regionum vbi fiunt, obſeruabimus, vel quod dictum conuentumque, etiam derogando conſuetudini. *f* Dantur in his & fideiuſſores mercedis maxime nomine, *g* poteſt & fieri vſque ad certum tempus, & quouſque is, qui locaſſet, vellet. *h*

## Scholia.

a *Res in primis eſſe debet, nam non entis* B *nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia, de reb. cred. Sine re locatio eſſe non poteſt, l. Sabinus, 20. de contrah. emt. P. Eaq; talis data, quæ in eodem ſtatu & poteſtate dantis remaneat, alioquin ſi non remaneat tranſit in emtionem, l. conuenit, 65. de contrahen. emtion. P. datur & inæſtimata, quia ſi æſtimata ſit, fit quoq; emtio. l. 3. loca. Pandect.*

b *Sine pretio vel mercede non fit locatio. l. 2.* C *loca. P. nam ſi vſus datur ſine mercede, eſt potius commodatum aut mutuum, aliaq; ſpecies contractus innominati, etiam ſi ſine pacta mercede aliquid faciendum datur, ea lege, vt tantum detur, quantum poſt opus factum conuenerit, ex quo non locati actio, ſed præſcriptis verbis oritur. §. 1. de loca. Idipſum etiam dicitur, ſi rem tibi vendendam do, & tu mihi tuam des, vt in l. ſi gratuitã, 17. §. ſi cum, de præſcriptis verb.* D *P. Et quia merces etiam in locatione requiritur, non poteſt fieri locatio donationis cauſa, l. ſicuti emtio, 20. §. 1. loca. P. neque tam vili pretio, vt potius donatio quam locatio videatur l. ſi quis conduxerit, 46. loca. l. ſi quis ante conduxit, 10. per totam legem, de acquiren. poſſeſſio. l. 1. l. qui ad certum tempus, 14. loca. Pandect.*

c *l. 1. §. qui ad certũ tempus; 14. loca. Pand.*

d *Conſenſus debet adeſſe circa mercedem, ſi-* E *ne errore pro quantitate, de qua conuentum fuerit. leg. ſi decem tibi locem, 52. loca. P. quæ tamen locatione conuenta poteſt deferri ad arbitrium alterius, leg. ſi merces, 25. eod. titul. P. legem locationis dixit pacta, §. fin. de locato. apud Iuſtinia. eandem legem & pacta vocauit Vlpianus formam; in l. 7. §. item ſi, ſolut. matrimon. Pandect.*

e *l. qui ad certum tempus, 14. loca. P. l. contractus, 24. C. eod. tit. l. ſi conſtiterit, de fide inſtrumentor. Neq; contractus, qui conſenſu perficiuntur, neceſſario exigunt ſcripturam, quæ tamen ſi adhibeatur, ad fauorem, & firmiorem probationem refertur. l. contrahitur, de pignorib. l. 4. de fide inſtrum. Pand. cum ſimilib. Diſputatur autem a gloſſa, in l. 1. & 2. C. de iure emphytheo. num ſcriptura ſit de forma contractus emphytheotecarii, cui accedit communis reſolutio, non eſſe, maxime autem ad pactorum definitionem & conſeruationem pertinere.*

f *l. circa locationes, 19. C. de loca. ſic legem conductionis ſeruare oportet, l. legem quidem, 16. C. eo. l. ſi merces, §. conductor, eod. P. l. pacta, de contrah. emtion. P. Veniunt tamen multa in hunc contractum, quamuis dicta non ſint ex bono, & æquo, quemadmodum in reliquis contractibus bonæ fidei, § fin. de obliga. quæ ex conſenſu apud Iuſtinia. Iuxta conſuetudinem potiſſimum, l. excepto tempore, 18. C. de locato. l. ex conducto, eod. titu. Pand. Pacta porro quæ frequentiora accedebant antiquitus locationibus prædiorum, & etiam nunc vtimur, ponuntur, vt ob mercedem fructus pignori eſſent. l. ſi ſeruus communis, §. locaui, de furtis, & illata & ibi nata, l. potior, §. ſi colonus, qui potior. in pignor. habean. P. l. certi iuris, C. de loca. Item vt opera ruſtica ſuo tempore fierent a colono, l. ſi merces, §. conductor, loca. Pan. Et ſi non lege fundus coleretur, liceret locatori alii relocare, & quominus locaretur, hoc & domino præſtaretur, l. ex ea lege, eod. tit. P. Item ne biennio continuo farreo ſpico, id eſt, ariſtato ſereretur, vt ait Sextus Pompeius Feſtus. Sunt alia his ſimilia, de non paſcendis pecoribus, capris, in fundo ſurculario. Item, redemtor ſyluam ne cedito neve cingito,*



*gito, neve deurito, &c. in l. in lege, loca. P.* A *vt colonus villas incorruptas conſeruaret, l. ſi merces, §. conductor, loca. Adduntur & aliæ leges de inſtrumentis, de periculo frugum, vt ſi qua lue tempeſtatis vel alio cœli vitio damna accidiſſent, ad onus coloni pertinerent vel non pertinerent. l. licet, C. de loca. ſic de vi maiore aduentura caueтur, l. ſi quis domum, §. Iulianus. loca. P. leges quoque ædificiorum plures communes cum aliis conductionibus, veluti vt in-* B *corrupta conductor reddat præter vim, & vetuſtatem, l. qui inſulam, §. fin. loca. l. ſi merces, §. fin. eod. titu. Interdum vt ibi conductor ignem innocentem habeat, leg. ſi quis domum, §. ſi colonus, eod. P. vel ne penitus ibi ignem conductor habeat, l. videamus, §. 1. loca. Pandect. Operi faciundo etiam leges dictæ ex conſenſu variæ, veluti vt ſua impenſa omnia conductor ædificaturus inſulam, facit l. item ſi pretio, § ſi in-* C *ſulam, locati. Interdum & opus auerſione locabatur in totum, interdum in pedes, & menſuras, leg. & hæc diſtinctio, 35. cum 2. ſequent. loca. Pan. vel certa mercede data redemtori in dies ſingulos, leg. ea lege, 51. §. locaui, eod. Sunt & aliæ clauſulæ redemtionis vel conductionis rerum, pro earum diuerſitate appoſitæ, quarum aliquas, ex legibus iuris ciuilis, Varrone, & aliis, collegit Barnabas Briſſonius, lib. 6. de formu-* D *lis, dum agit de contractu locationis.*

## Capvt VI.

1 *De vi & effectu ſeu actione locati.*
2 *De expulſione conductoris.*
3 *Operarum locatio.*
4 *Contra quos actio locati detur.*

1 Conductor per actionem locati, omnia ſecundum legem ſeu pactionem conductionis facere compellitur. *a* Et ſi quid E in lege prætermiſſum fuerit, ex bono & æquo præſtare, *b* & damnum datum iure vel deteriorationem, *c* tenetur etiam de mercede ſoluenda, *d* etiam poſt moram cum vſuris, *e* facta tamen remiſſione pen- A ſionis propter ſterilitatem magnam, quæ cum fertilitate anni præteriti compenſari non poſſit, *f* vel habita ratione damni caſu fortuito, vel vi maiore contingentis, & ſine culpa conductoris, *g* in quo, & emphytheoſis differt a locatione, quia emphytheota non liberatur a penſione propter damnum vel caſum fortuitum, niſi ipſa res pereat, aut aliud inter contrahendum placuerit. *h* Si tamen ſteterit per co- B lonum, quominus fructus perciperet, vel ſi ante tempus conductionis rem locatam deſeruerit ſine iuſta & probabili cauſa: totius temporis penſionem nihilominus debet. *i* Datur, & actio locanti pro repetitione rei, quam ſi conductor reſtituere vſque ad ſententiam reſtiterit, & rem, & vltra æſtimationem præſtare tanquam inuaſor condemnatur, *k* atque ſi res conducta perierit, vel pro parte vel in totum ex dolo C aut negligentia cõductoris, de ea tenetur, cum ei talem cuſtodiam & diligentiam adhibere teneatur, qualem diligentiſſimus pater familias ſuis adhiberet; niſi ea, caſu fortuito ſine ſua culpa præcedente perierit. *l*

Poterit & expelli a re conducta ante tempus finitæ conductionis conductor; ſi 2
dominus domus locatæ, ob neceſſitatem poſt locationem ſibi contingentem, eam D velit inhabitare, vel reficere; vel ſi male in ea fuerit cõuerſatus conductor, aut ſi ceſſauerit ſoluere penſionem per biennium & ſibi celeri ſatisfactione non prouiſit; *m* biennii ceſſatio ſolutionis penſionis emphytheoſis rei eccleſiaſticæ, ſufficit ad expellendum emphytheutam, *n* quamuis in alia emphytheoſi non eccleſiaſtica, triennium exigatur, *o* alioquin conductor ante dictum conductioni tempus, & niſi eo fi- E nito expelli a locatore non poteſt. *p*

Qui operas ſuas locauit ad tẽpus totius 3
temporis mercedem accipere debet, etiam ſi non præſtiterit; ſi tamen per eum non ſteterit quominus præſtaret. *q*

Locati actio datur & in conductorem, 4

A & in hæredes eius, *r* & fideiuſſores eius, *s* niſi exſtinguatur: quod accidere poteſt remiſſione facta locationis, *t* non autem ſola remiſſione penſionis, *v* finitur & elapſo tempore conductionis, *x* & impleta fide. *y* Niſi ſi quando ex facto continuato cenſeatur renouata locatio. *z* Finitur & interitu rei locatæ. Si tamen quis pro cuſtodia rei, vel pro re facienda accipit, de rei periculo tenetur, & conuenitur. *aa* Niſi vi maiore aut ſine culpa ſua perierit; B *bb* aut aliud conuentum ſit. *cc* Finitur, & conductio, ſi dominus rem a ſe alienauerit, aut permutauerit. *dd* Aut ſi is, qui opus faciendum conduxit, prohibitus ex iuſta cauſa a domino, ne faceret, nihilominus facere pergat. *ee* At non finitur morte locantis aut conducentis interueniente pendente tempore conductionis, ſed transfertur in hæredes. *ff* Niſi beneficium habens locauerit fructus ſui beneficii, nomine C ſuo, & ad vtilitatem ſuam, finitur enim tunc eius morte, nec obligat ſucceſſorem in beneficio. *gg* aliter autem dicendum, ſi fieret & nomine & ad vtilitatem eccleſiæ. *hh*

S C H O L I A.

a *§. fin. de loca. apud Iuſtinia. leg. ſi in lege, §. conductor. loca. P. leg. legem, Cod. eodem titulo.*

D

b *Quia eſt contractus bonæfidei, in quibus, quæ non dicta ſunt, & forſan non cogitata, & tamen præſtari æquum eſt, debentur, veluti vt conductor, qui mercedem ſoluere moroſe deſtiterit, ad vſuras quoque damnetur, etiamſi nihil de his dictum ſit, leg. 2. l. 12. leg. 17. Cod. loca.*

c *Dicta leg. ſi merces, §. conductor, leg. videamus, 11. §. item reſpicere, leg qui domum, 57. loca.*

E

d *leg. præſes, 17. Cod. de loca.*

e *Dict. leg. præſes, 17. & leg. 2. C. de loca. leg. quæro, 54. eod. leg. 17. §. 4. de vſur.*

f *cap. propter ſterilitatem, 3. de loca. l. excepto, 10. de loca. l. ſi vno anno Pandect.*

A g *Vt propter edacitatem vermium contingentium in frugibus rei locatæ ſit remiſſio penſionis, dict. l. excepto, C. de loca. Omnem autem vim, cui reſiſti non poteſt, tenetur dominus præſtare colono ſeu conductori, ſi damnum inde intolerabile detur, vt vim tempeſtatis calamitoſæ, fluminum, graculorum, ſturnorum, incurſus hoſtium, & ſi quid ſimile contigerit, non autem vitia, ſi quæ ex re locata oriuntur. leg. ex conducto, 15. §. ſi vis tempeſtatis, leg. ſi merces, 25. §. 6. loca. Pandect. leg. licet certis annis, 8. Cod. eod. niſi aliud, vt ibidem dicitur, placuerit, aut conductor caſus fortuitos in ſe ſuſceperit. Hæc etiam omnia intelligenda ſunt, ſi fructibus pendentibus accidant, aut ſi vis prædicta præter modum inſolitum contigerit. Alioquin ſi plerunque ſolita fuerit contingere grandinatio, vel vredo, vel alia ſimilia, ſi nihil in ſpecie de his aliter cautum ſit, ſunt periculo conductoris, leg. 15. §. 2. §. ſi vero nihil, extra conſuetudinem cadit, loca. Pandect. Ita fructibus collectis, omne damnum adueniens, periculo eſt coloni vt domini, leg. 62. §. 8. de furtis. Niſi forſan colonus ſit partiarius, quo caſu damnum vt lucrum pro parte pertinet ad dominum, pro parte ad colonum, quaſi ſocietatis iure, & ita partiarius diſtinguitur a colono, qui pecunia numerata domino conduxit, leg. ſi merces, 25. §. vis maior, locat. Pandect. Et proinde contractus partiarii quemadmodum ſocietatis, non tranſit in eius heredem, leg. 4. in fin. & l. pro ſocio. Pand. Ex præcedentibus ſequitur, vt ſi inquilinus ſeu conductor, non poſſit habitare in domo locata per tempus conceſſum, puta quia cogitur migrare, quod dominus velit domum reficere, ob neceſſitatem contingentem, quæ non erat locationis tempore, remittitur penſio vel merces pro rata temporis, quo non licet habitare. cap. 3. §. fin. de loca. Idipſum, ſi inquilinus aliquod graue periculum timẽs emigraſſet, quamuis periculum vere non fuerit ſubſequutum, l. habitatores, 27. loca. P. adferunt iuſtam*



*iuſtam cauſam iuſtumque metum ignis,* A *l. 49. in fine, ad legem aqui. P. exercitus venientis, 13. §. exercitu, loca. P. damni infecti metum ex ruina proxima, l. 13. §. 6. de damno infecto, Pandect. quidam addunt pro iuſto metu recedendi. ſpectra quæ agitant domum conductam, & peſtem, vt Bartol. ad l. 8. C. eod. tit. Tenetur item conductor de culpa ſua, qua res deterior facta fuerit aut perierit, de culpa quoque ſuorum, l. videamus, 11. cum 2.* B *ſequentib. loca. P. & pro damno, l. damnũ, 12. C. de loca. de dolo, de cuſtodia, l. in iudicio, 18. C. eod. Agitur & pro damno lege Aquilia, l. item quæritur, 13. l. ſi merces, 25. §. culpæ, l. qui inſulam, 30. § qui mulas, l. ſi vulneratus, 43. locat. P. l. ſi ſeruus, 27. §. Proculus, §. fi. ad legem aquil. Pandect.*

h *l. 1. §. fin. C. de iure emphytheo.*

i *l. dominus horreorum, 55. §. qui contra legem, & l. ſequent. l. ſi in lege locationis, 24.* C *§. ſi dominus, loca. Pandect.*

k *l. conductores, 34. loca. P. Inuaſores ſcilicet rei alienæ, in l. 10. C. de vi. Ita cõductor de reſtituendare non prius auditur, proprietatem ſuam eſſe aſſerens, quam poſſeſſionem reſtituerit, leg. ſi quis conductionis, 25. C. de loca. facit l. videamus, 12. §. qui vinum, loca. Pand. Quod quidem iuſte prohibitum eſt, ne alieno nomine poſſidentes intercipiant dominia, vt merito omnis præ-* D *ſcriptio huiuſmodi poſſeſſoribus interdicatur, leg. male agitur, de præſcription. 30. vel quad. ann. lib. 7. C. tit. 39. Imo vltro ſi res non reſtituatur locator iurat, in litem aduerſus conductorẽ, l. ſi cui, 48. in fi. loc.*

l *In §. fin. de loca. apud Iuſtinia. l. contractus, 24. de regul. iur.*

m *Quatuor caſus ſunt expreſſi in cap. propter ſterilitatem, 3. §. fi. de loca. li. 3. C. eod. tit. qui caſus quamquam de inquilino, &* E *ædibus agant, tamen in colono, & fundis ruſticis locum etiam habent, primi caſus exemplum datur per gloſ. ad d. cap. propter ſterilitatem, de inhabitanda domo; vt ſi forſan locator vxorem duxerit & indigeat domo locata, vel ad aliam neceſſitatem, quæ tempore conductionis non imminebat, argumento leg. ſi is a quo, §. plane, qui alias eſt tex. vt in poſſeſſ. lega. in Pand. Quæ enim de nouo ſuperueniunt, nouo indigent remedio, leg. de ætate, §. ex cauſa, de interroga. action. cap. inſinuante, de offic. delega. Quare principium locationis erit inſpiciendum, ſi neceſſitas illa, quæ ſuperuenerit, immineret, nam tunc non eſſet ex eo capite retractanda, cum videatur illi renunciaſſe, contra ſi non immineret. Neceſſitas porro ſuperueniens non tantum perſonæ locantis id ſuadet, quod dixi, ſed etiam liberorum & vxoris eius, iuxta l. 2. 3. 4. 5. de vſu & habita. P. Sic & ſuſceptorum liberorum cauſa reuocat donationem factam, ſi de illis cum donatum eſt non fuerit cogitatum, l. ſi vnquam, de reuocan. donationi. C. Sunt & vxor filiique cõiunctiſſimæ perſonæ locanti, & cum ea eadem propemodum, indiuidua conſuetudo, cum vxore vitæ, l. 1. de rit. nupt. P. eadem caro, in cap. 1. Geneſ. filii propemodum iidem cum patre, §. ei vero, de inutili. ſtipulatio. leg. fin. C. de impuberum & aliis ſubſti. ſcilicet in fauorabilibus, non in odioſis. Et priuilegia conceſſa patri, cenſentur conceſſa vxori, filiis, & parentibus, l. petitionem virorum, 13. verſ.* tam filiis, *& c. de aduoca. diuerſor. iudicior. lib. 2. C. tit. 7. De ſecundo caſu, nempe de mora commiſſa in ſoluendo, ſufficiens tempus ponitur biennii, exemplum in d. c. 3. de loca. & l. cum domini horreorum, 56. in l. quæro an fideiuſſor, 51. §. inter locatorẽ fundi, loca. P. Tertius refectionis neceſſariæ, vt propter eam inquilinus migrare teneatur adhuc præter dictũ, c. 3. de loca. probatur & diſtinguitur in l. habitatores, 27. & l. & hæc diſtinctio, 35. loca. Quartus eſt, cũ male verſatur in re locata cõductor, vt ideo expelli poſſit, quib. autẽ in caſib. dicatur cõductor male verſari in re locata, docet Imbertus in Encheiridio, in verb.* le fermier.

n cap. fin. §. fin. de loca. nouella 7. cap. 5. §. ſcire autem, de non aliena. reb. eccleſiaſt. nouella 120. c. 8. § ſi vero quis aut locator, de aliena. & emphytheo. authent. qui rem, de ſacroſanct. eccleſiis.

o In aliis emphytheoſibus quam rerum eccleſiaſticarum, pro mora ſolutionis exigitur triennium, l. 2. de iure emphytheo. Cod.

p d. l. æde, C. de loca. Quidam arbitrantur propria auctoritate licitum eſſe domino inquilinium finita locatione expellere, iure permittente, per d. l. æde, C. loca. cap. 3. eod. tamen melius, ſi id fiat auctoritate iudicis, vt in l. 56. loca. P. Et hoc eſt ius Gallicum, ad vim euitandam, facit l. nemo exterus, de iudæis, C. Idcirco in medio iudiciorum vis poſita eſt, ne quiſquam ſibi permittat vltionem, facit l. ſi quis in tantum, C. vnde vi. Imbertus in Encheiridio, ad verbũ, le fermier. Papus tamen lib. 10. arreſtorum, tit. 3. arreſt. 6. ait, arreſto probatum factum eius, qui vi inquilinum nolentem migrare abegerat.

q l. qui operas ſuas, 38. loca. P. perinde enim eſt, ac ſi præſtitiſſet, l. iure ciuili receptum eſt, 24. de conditio. & demonſtra. lib. 35. Pand. titul. 1.

r l. viam veritatis, 10. l. contractus, 24. l. cum conductorum, 29. l. conductores, 23. C. de loca.

s Fideiuſſor tenetur pro conductore. pro quibus autem docetur in l. qui fideiuſſor, & l. quæro, 54. loca. Pandect.

t l. ei cui. 16. de liberatio. lega. Pand.

v l. ſi tibi habitationem locauero, 5. loca. P.

x l. ſi cũ l. Hermes, 7. & l. inuitos, 11. C. de loca.

y l. ſi conductionis, 25. de loca. Pandect.

z l. legem, 17. Cod. de loca.

aa leg. qui mercedem, 40. l. nauta, §. nautæ, caupon. ſtabular. Pandect.

bb l. maritus, 59. l. opus, 36. §. fin. l. ſi priuſquam, 37. l. fin. loca. Pandect.

cc dicta l. opus, §. fin.

dd l. item quæritur, 13. §. ſi fullo, loca. Pand.

ee l. cum in plures, 60. §. mandaui, locat. Pandect.

ff §. fin. de loca. apud Iuſtinia. l. viam veritatis, 10. C. eod. l. ſed addes, 19. §. penult. eod. Pand. cap. fin. ne prælа. vires ſuas.

gg cap. 2. de precario, quia reſoluto iure dantis vſufructuarii, reſoluitur ius accipientis, l. lex vectigali, de pignori. P. l. fin. §. ſin autem, C. commu. de lega. vſufructuario mortuo exſtinguitur perſonalis eius vſusfructus, §. finitur, de vſufruct. apud Iuſtinia. l. 3. §. morte. quibus mod. vſusfruct. amitta. quem tamen, quamdiu vixerit, locare poterit, l. arboribus, de vſufruct. P. cũ ſimil. Quod ſi conductor vltra tempus quo poſſedit ante mortem beneficiati ſoluerit, non repetet a ſucceſſore in beneficio, ſibi enim imputare debet, quod ſibi non proſpexerit cum prouidere poſſet id fieri poſſe, vt in l. ſi quis domum, §. 1. loca. eccleſiaſtica beneficia ſunt perſonalia, ideo contractus de illis appoſiti non egrediuntur perſonas contrahentiũ, cap. niſi de pietate, cap. ad hæc, de auctorita. & vſu pallii. poteſt tamen experiri contra hæredem beneficiati, ſi ſit & ſi ſit ſoluendo.

hh Quia ſucceſſor in beneficio tenetur ſeruare contractus factos a prædeceſſore ſuo in fauorem eccleſiæ, ca. hæc huius, & ca. quicumque ſuffragio, 12. quæſt. 2. cap. 1. de ſolutio. can. hoc ius, §. his, 10. quæſt. 2. can. eccleſiæ principes, 35. diſtinct. hanc reſolutionem explicat Rota, deciſ. 212. incip. ſi prælatus, locat. in nouel. & hic cenſetur obligatio realis, quæ tranſit in ſucceſſorem, cap. cum veniſſent, de inſtitutio. cap. veniens, cap. de cætero, de tranſaction.

### Capvt VII.

*De actione ex conducto.*

QVemadmodum ex locatione competit actio locati locatori ſolum, *a* & hæredibus eius, *b* ſic actio conducti ſoli conductori, *c* & hæredibus eius, *d* aduerſus locantem, & hæredes eius, *e* in quantũ eius intereſt, *f* vt ſi vitioſa dolia, vel ſaltum paſcuum, vbi mala herba naſcitur, locauerit ignoranti, *g* ſi quid damni paſſus ſit ex homine cõducto, *h* aut ſi locator fructus corruperit rei conductæ, *i* aut ſi re locata impeditus, aliunde quam ex proprio facto, frui vtiue non poſſit, *k* vel ſi ei non præſtetur quod ex conuentione placuit, *l* agit & pro remiſſione penſionis, quando ei locus eſt. *m*

Scholia.

a Non ei, qui rem locatam ab eo emit. l. Iulianus. 13. §. ſi fructibus, & §. penult. de action. emt.

b Vt dictum. leg. ex contractus, 24. locat. Pandect.

c l. ex conducto, 15. loc. P.

d l. ſed addes, 19. §. ex conducto, loca.

e dicto §. ex conducto.

f l. ſi tibi, l. 7. cum ſeq. l. ex conducto, 15. §. vbicumque, loc. P.

g Diſtinctio eſt in l. ſed addes, 19. §. 1. loca.

h l. cum in plures, 60. §. ſeruum, l. ſi tibi, 45. §. ſi hominem, loca. P. l. ſi ſeruum, 27. §. ſi ſeruum, ad l. Aquil. P. Eo pertinet repetitio impenſarum in rem conductam factarum, & meliorationum, l. dominus, 15. §. in conducto, & l. colonus, 61. locat. Pand. æſtimatio porro meliorationũ, & vtilium impenſarum fieri debet per viros peritos, ſeu ſummarios, non ſuſpectos, ſeu per iuratores artifices ciuitatis, vt habetur in Nouella 64. de hortula. Conſtantinopolitanæ ciuitatis, iunge l. in fundi, de rei vindic. Pandect.

i l. & hæc, 35. §. fundum, loc. P.

k l. ex conducto, 15. l. ſi in lege, 24. §. fin. l. ſi de fundo. loc. vt ſi aliena res ſit locata, & euicta, l. ſi quis, 9. eo. loc. P. ſi locator domũ locatam demoliatur, l. & hæc, eod. vel ſi non reficiat, l. ex conducto, & l. ſed addes, 19. §. illud nobis, l. ſi merces, 25. §. ſi vicino, in fine, l. cum in plures, 60. in princip. locat. Si locator non det inſtrumenta ad rem locatam pertinentia, dict. l. ſed addes, §. illud.

l leg. ex conducto, leg. ſi in lege, 24. §. penultim. locat. Pandect. l. circa, 19. l. ſi hi, 4. & 24. C. eod. tit.

m vt in caſu legis, ſi in lege, 24. §. fin. dict. l. ex conducto, § ſi vis tempeſtatis, l. cum quidam, l. ſi merces, 25. §. vis maior, loca. cum ſimil.



# DE SOCIETATE.

## TITVLVS XVII.

### Capvt I.

*Continuatio, & quid ſocietas.*

QVamuis ſocietas non habeat in iuris Pontificii corpore proprium & diſtinctum titulum, neceſſariam tamen in plurib. eius capitulis exigit cognitionem, ideo cum hic contractus, vt præcedens pendeat ex conſenſu, de eo etiam poſt illum agemus. Societas a ſocio dicitur, ſocius autem generaliter recte dicitur, qui cum aliquo fide data, aliquid communicat vel partitur, inde actus ille partiendi, ſocietas dicitur. *a* 1

Scholia.

a Socius ſecundum etymum, vt quibuſdam placet, a ſeco, ſecas, id eſt, diuido dictus: vnde ſocietas, in qua quis alium ſequitur, vt cum eo diuidat. Comes qui ſe ſocium in eundo dat. Sodalis in rebus leuioribus, quod ſuadeant inter ſe quid agere debeãt, vel ſodales mutata litera s, in c, quaſi coedales, quod ſimul ederent, & menſam communem haberent, eiuſdem collegii commenſales, & vt ait Cicero 5. Verrina, ſocii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. gloſſa autem ad clemen. 1. de pœnis, ad verbum, defenſauerint, ait proprie ſocios dici propter periculi, & operis ſocietatem, a ſequor ſequeris: & ita proprie ſocium in periculo, comitem in itinere, collegam in officio, conſortẽ in præmio, ſodales in menſa, vel in ſede, vide Alex. in conſi. 40. incipiente, proſpectis, volum. 4. quis dicatur ſocius.

## Capvt II.

*Quotuplex, & de quibus ineatur ſocietas.*

SOcietas † aut perſonarum tantum eſt, aut rerũ ſolum, aut rerum & perſonarum. Perſonarum ſocietas morum exigit conuenientiam, vel victus, vel habitationis communionem, aut amicitiam. *a* Rerum tantum ſocietates inducũtur ex communione earũdem, aliunde quam ex communione de pacta procedente. *b* Rerum & perſonarum, quando ex conuentione res communicantur cum induſtria, vnde naſcitur contractus ſocietatis. *c* Eſt ſocietas publica, & priuata. Publica continet communitates, ciuitates, vniuerſitates, collegia. *d* In perſonarum ſocietate quædam bonorum, quædam malorum. Sociatur porro quis aut comitando, aut fauendo. *e* Malorum ad crimina ſocietas factio dicitur, & coniuratio. *f* Sicut & ſunt quædam artes nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadã peſtifera ſocietate hominum & dæmonum, quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ, conſtituta, quæ penitus repudianda, & fugienda Chriſtiano. *g* Societas prout ex contractu pendet, contrahitur vel vniuerſorum bonorum, ſiue negotiationis alicuius, ſiue vectigalis, ſiue rei vnius, *h* quæſtus lucri artificii & impendii, *i* dum etiam alter induſtriam ſeu operam, alter pecuniam ad ſocietatem exercendam confert, vt lucrum commune ſit. *k* Datur & pecus in communi paſcendum vel æſtimatum, vel non æſtimatum, *l* ea lege, vt fœtus eius portionibus prout placuerit contrahendo inter ſocios diſtribuatur. *m* Iure tamen iniri non poteſt ſocietas, illicitæ, inhoneſtæ, aut flagitioſæ rei. *n*

### Scholia.

a *cap. quod dicit, 41. diſtinctio. huiuſmodi ſocietas, & ſodalitium dici poteſt, & amicitia, de qua in l. ſodales, de colleg. illic. Pãdect. Sic ſocii dicuntur, qui ſunt ex eodem capitulo, congregatione, monaſterio, conuentu, & canonici, in capit. cum, de officio delega. cap. ex more, de ſenten. excommunic. Ita legimus fœdera amicitiæ inita inter Senatum populumque Romanum, & extraneos aliquot reges & populos, qui ideo amici & ſocii Romanorum dicti ſunt, talis fuit Ptolomeus Tyberio imperante, apud Cornel. Tacitum, libr. 3. rex Iuba apud Iulium Cæſarem. lib. 1. de bellis ciuilibus. Rex Numidarum, apud Liuium, lib. 34. Seleucus, apud Suetonium in Claudio, ca. 24. Et alii alibi ſæpe, apud Liuium referuntur, veluti etiam, & populi fœderati, & in amicitiam recepti, & ſociati. in l. non dubito, 7. de captiuis, & poſtliminio reuerſ. libr. 49. Pand. tit. 15. eadem ſignificatione dicitur ciuitas, ſocia & amica, populus ſocius, & amicus. in l. poſtliminium eſt ius, 9. §. poſtliminio rediiſſe, eod. tit. de captiuis. Ex commilitio ſocietas & amicitia. l. de hæreditate, 19. de caſtrenſ. pecul. Pandect. libr. 49. tit. 17. Societas vitæ inter virum & vxorem, diuinæ & humanæ domus, qua & vxorem quodammodo dominam rerum viri facit, can. cum ſocietas, 27. quæſt. 2. cap. 2. de ſponſalib. libr. 1. rerum amota. P. lib. 2. tit. 1. l. 4. C. de crimine expila. hæredita. l. 1. de ritu nupt. lib. 25. P. tit. 2. l. rerum amotarum, 52. de rei iudica. vt cõtra maritus dominus rerũ vxoris. l. fin. C. de pact. conuen. C. l. in rebus, de iure dot. C. Principaliter tamen hæc ſocietas matrimonii, reſpicit perſonas, per cõſequentiam autem res, cui enim committitur perſona vxoris, multo magis committi paſſunt bona eius. l. 2. C. ne fideiuſſor. dot. dentur. l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuent. lib. 5. tit. 14. Veruntamẽ illa communio paraphernalium, quæ defertur marito non prohibente vxore, non eſt in proprietate, ſed in fructibus, niſi expreſſe alia fiat ſocietas inter coniuges bonorum, vel acquirendorum. vt in c. 2. de donatio. inter vir. & vxor. vulgus vocat hãc ſocietatem affrairamentum. Eſt, & alia æqualium vel*



*vel amicorum ſocietas, ſeu commune quippiam reciprocæ amicitiæ, in qua dicimus ſociũ teneri repellere iniuriã ſocii, ſi poteſt, niſi velit iniuriæ quoque ipſe reus dici. can. non inferenda, 23. quæſtion. 3. Habet & ſocietas ſpeciem fraternitatis in ſe, vt ait Vlpian. in l. verbum, 63. pro ſocio. Pand. Vide Cicero. pro Roſcio Amerino. Et hinc vulgus, vt dixi, vocat ſocietatem affrairamentum alicubi, a communitate fratrum amoreq́; reciproco, quamdiu ſub eiuſdem patris poteſtate viuunt, quamuis, & inter fratres de hæreditate delata, alia expreſſius contrahi poſſit ſocietas, l. ſi fratres, alias eſt, §, legis cum duobus, 52. iuncto. §. idem Pomponius, pro ſoc. P.*

b *Veluti ſi res donata vendita legatave pluribus, aut alio modo pro indiuiſo, ad plures peruenerit, non inita ex conſenſu ſocietate, l. 1. & 2. commu. diuidun. P. §. item ſi inter aliquos, de oblig. quæ ex quaſ. contract. naſcun. apud Iuſt. 2. C. commu. diuid.*

c *De quo hic ſumus locuturi, & agitur in tit. pro ſocio. lib. 17. Pand. titul. 2. & libr. 4. C. tit. 37. & apud Iuſtin. in inſtitutio. iur. ciuil. lib. 3. tit. 26. apud Iulium Paulum, lib. 2. ſententiarum, tit. 16. & libr. 12. Eclogæ Baſilicorum, tit. 1. & apud nos, lib. 27. ſyntagma. iuris vniuerſi, cap. 4. nec ſufficit in hac ſpecie rem fuiſſe emtam vel quæſitam cõmuniter, niſi & animus & cõſenſus fuerit contrahendi ſocietatem.*

d *Vt in l. 1. quod cuiuſq́; vniuerſ. nom. P. ca. ſententia, de ſenten. excommu. in Sext. tit. de collegiis illicitis. P.*

e *capit. ita plane, 23. quæſtio. 4. neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare, cap. error, 83. dicta. cap. facientis culpam, 86. diſt. cap. qui poteſt 23. q. 3.*

f *De coniuratione, in cap. fin. de teſtibus cogen. de factione. l. quiſquis, 5. ad l. Iul. maieſtat. C. & alibi. Inuenies ſæpe in vtroque iure dictos ſocios criminis, eiuſdem criminis auctores vel participes.*

g *Ex diuo Auguſt. in c. illud, 26. q. 1.*

h *Verba hæc ponuntur, in l. 5. l. verum, 63. pro ſoc. P. §. 1. eo. tit. apud Iuſtin. Omnium bonorum inita ſocietate continẽtur omnes res, quæ coeuntium ſunt. l. 1. §. fin. pro ſocio. Pan. legatũ, hæreditas, donatio adueniens. l. 3. §. 1. pro ſocio. & ea quæ in nominibus ſunt, in ſuo quidem ſtatu manent, ſed actiones præſtari debent, d. l. 3. eod. Eſt & ſocietas bonorum præſentium, & futurorum. vt in l. ſi fratres, §. ſocium, & §. ſi. l. ſi ſocietatem, eod. pro ſocio.*

i *Vt ſi duo coeunt, vt Grammaticam, vel aliam artem ſimul profiteantur, l. duo ſocietatem pro ſocio. P.*

k *l. nam ita, de ſocieta. apud Iuſtinian. l. cum duobus, §. ſi in coeundo, pro ſocio. P. l. 1. C. eod. tit.*

l *d. l. cum duobus, §. damna. pro ſocio.*

m *l. ſi paſcenda pecora, 8. de pact. libr. 2. C. tit. 3. l. ſi merces, 25. §. vis maior loca. P. l. ſi tibi areæ, 14. alias. §. l. ſi tibi rem, 13. de præſcript. verb. P. Hic tamen diſtinctione egemus pro diſcernendis ſocietatibus animalium ab aliis contractibus, qui de animalibus fiunt. Nam ſi tradantur paſcenda pecora data mercede paſtori, non communicatis ipſis animalibus, dicitur contractus locationis operarum, & cuſtodiæ paſtoris. l. ſi quis fundum, §. celeſtus. verſ. ſi vitulos, & l. ſi merces, §. qui columnam. locat. P. in quo caſu, qui cuſtodiam promiſit, tenetur de damno & periculo, ſi ex defectu cuſtodiæ, datum fuerit vel contigerit, non tamẽ de morte naturali, aut de vi, aut de metu illato, nam ad dominum tunc eorum damnum pertinet. Bart. ad dictam leg. qui mercedem, loca. Pan. Quandoque autem traduntur animalia æſtimata alicui, vt commodum & incõmodum ad illum pertineat, & eſt vẽditio, l. æſtimatæ. ſolut. matrimon. P. tuncque, qui dedit nihil præter pretium petere poteſt, quod ſi vltra petat, vſuram committit vetitam. c. conſuluit, c. in ciuitate. de vſur. Fit autẽ ſocietas licita animaliũ, quãdo dominus cõmunicat fœtꝰ animalium datorũ & interdum animala*

*ipſa quoque quæ capitale dicuntur. Quare poſt tempus ſocietatis ipſum capitale domino reſtituitur ſaluum & præcipuum, ſi exſtet, quod ſi perierit, ante omnia reſtituitur ſeu reparatur ex fœtu ſuſcepto. Aliquando & capitale ipſum inter ſocios diuiditur. Veluti quando is, qui in ſocietatem capitale recepit, dederit aliquam partem capitalis, quemadmodum licere fuſe probat Chaſſaneus ad §. 23. ad verba,* deniers de mariage, *num. 54. & ſequentib. de titul.* des droitz appartenans a gens mariez, *in conſuetud. Burgund. ex quadam Extrauagante, quam dicit ſe inueniſſe poſt librum feudorum, vbi & ampliſſime tractat de hac ſocietate animaliũ magnorum & minutorum. Eſt & expreſſa in bullario Laertii Cherubini bulla ſeu conſtitutio Sixti Quinti ordine 46. incipiens,* deteſtabilis auaritia, *ſub data 12. Calendis Nouemb. anno 1586. per quam ſocietas declaratur vſuraria, in qua qui contribuit ſolum pecuniam, animalia, & ſimilia, ſine labore, recipit capitale integrum ſine periculo interitus vel damni, cum media parte lucri. Iubetque punire contrahentes tanquam manifeſtos vſurarios.*

n *l. nec prætermittendum, 57. pro ſocio. P. l. 1. §. plane ex dolo, de tutel. C. delictorum turpis & fœda communio, l. quod autem, 53. pro ſoc. P. l. quod ſæpe, 33. §. veneni, de contrah. emt. ſic & fideiuſſio, l. ſi a reo, 70. §. fi. de fideiuſſor. ita nec ſocius conferre cogitur, quæ ex illicitis cauſis acquiſiuit. l. ſi fratres, 52. §. ibidem ait, pro ſoc. P.*

## Cap. III.

*Quis poſſit contrahere ſocietatem.*

SOcietas poteſt contrahi ab his, qui non prohibentur, & qui alioquin habent bonorum ſuorum adminiſtrationem, & capaces ſunt contractus, etiamſi non ſint æquis facultatibus, cum plerunque pauperior, opera ſua ſuppleat. quantum ei per comparationẽ patrimonii deeſt, *a* tamen cum ſocio meo ſocietatem iniẽs, niſi a me quoq; in ſocium admittatur, ſocius meus non eſt, *b* contrahitur ſocietas inter extraneos, inter fratres, *c* inter virũ & vxorem, *d* cum pupillo vero vtiliter, niſi tutoris auctoritate accedente, non contrahitur. *e* At ſodalitates ſeu ſocietates religionis cauſa nouas introducere non licet ſine ſummi Pontificis auctoritate vel approbatione, *f* vt nec collegia aut ſocietates publicas, ſine principis probatione.

### Scholia.

a *l. ſocietates, 5. §. 1. pro ſocio. P.*

b *l. qui admittitur, 19. cum duab. ſeq. pro ſoc. Pan.*

c *l. ſi fratres, alias. §. l. 52. §. idem Papinianus, eod. tit.*

d *c. 2. de dona. inter vir. & vxor.*

e *Neque expreſſe, neque tacite, l. vt in conductionibus, 33. pro ſoc. Pand. vide Bart. ad l. Titium Mauium, §. altero, de adminiſt. tutor. P. ad leg. cum duob. §. idem Papin. pro ſoc. Bald. ad leg. patronus, commu. vtriuſ. iud. C. ad leg. cum oportet. C. de bonis quæ liber. Alex. conſ. 49. mature ponderatis, 1. vol. & conſ. 153. vol. 2.*

f *Idque ne nimia religionum diuerſitas, grauem in eccleſiam Dei ingerat confuſionem. capit. fin. de religioſ. domib. cap. vnico, eod. titul. in Sexto. Iure quoque ciuili diſſoluũtur illa ſodalitia prætextu religionis inducta non conſentiente principe, l. 1. de colleg. illici. lib. 47. P. tit. 22. l. 2. de extraord. criminib. Nam certe multa mala, coniurationibus prætextu boni initis, ſæpe agitarunt, & conturbarũt rempublicam, reſque tam notiſſima eſt, vt nemo vincentium ſit, qui nõ exempla ſuo tempore ſummo cum reipublicæ damno ſenſerit. vide plura infra. c. 6. nu. 3. glo. 4.*

## Caput. IIII.

*Quomodo contrahatur ſocietas.*

SOcietas conſenſu contrahitur; *a* is autem declarari poteſt & re, & verbis, & per



per nuntium, *b* aut ſimpliciter, *c* aut cum certa diffinitione negotiationis vel rei, *d* aut in perpetuũ, id eſt, donec vixerint ſocii, aut ad tempus, aut ex tempore, aut ſub conditione, *e* nulla tamen ſocietatis coitio in æternum eſt, *f* ideo neque porrigitur ad hæredes, *g* niſi vectigalium conductioni adiiciatur pactum, vt & hæredes in ſocietatem ſuccedant. *h* Bona fide ſocietas ineunda, & pacta *i* addita conuenire ei debent, vt ſuſtineantur, & æqualitatem damni, & lucri quo ad fieri poterit habẽtia, *k* alioquin inutiliter contrahitur, vt alter lucrum tantum, alter damnum ſolum ſentiat. *l* Adiicitur interdum ſocietati pœna, vt ſi aliter quam placuerit, factum fuerit, certa pœna, puta centum aureorum, ſoluatur. *m* At donationis cauſa ſocietas non contrahitur. *n*

### Scholia.

a *l. qui admittitur, 19. pro ſocio. P. §. 1. de oblig. quæ ex conſ. naſc. apud Iuſtinia. l. 2. de action. P.*

b *Sic intellige, l. 4. pro ſoc. P. dum dicitur, coiri poſſe ſocietatem, id eſt, declarari re, verbis, literis, & per nuntium, nempe ex quibus conſtet de conſenſu. Reipſa namque dicitur cõtrahi ex tacito conſenſu. l. ſi margarita, 54. pro ſocio. P.*

c *Non adiecta certa negotiationis ſpecie, aut parte bonorum, & proinde in c. ſocietatem conferenda ſunt omnia, quæ ex quolibet quæſtu veniunt, vt emtionis, venditionis, locationis, cõductionis, & operis, alias non ſi quæ aliunde quam ex opera adueniant, veluti ex vltimis voluntatibus vel fortuna, vt legata, hæreditates, & ſimilia. l. coiri ſocietatem, 7. cum 2. ſequentibus pro ſocio. Pandect.*

d *l. ſocietates, 5. pro ſocio. P.*

e *leg. 1. pro ſocio. Pandect. & de conditione. l. 6. C. eod. tit. variæ autem conditiones ponuntur in ſocietatibus, in l. ſocietatem mecum, 76. cum ſequentibus, vſque ad 32. pro ſoc. P.*

f *l. nulla ſocietatis, 70. pro ſoci. Pand.*

g *Nemo poteſt ſocietatem hæredi ſuo ſic parare, vt ipſe hæres ſocius fiat. l. nemo poteſt, 35. l. adeo, 59. l. ſi fratres, 52. §. idem reſpondit, pro ſoc. Pand. explicat Alex. conſi. 111. volum. 3. Neque pactum expreſſe factum, vt ſocietas ad hæredes tranſeat, receptum eſt, quia in ſocietatibus induſtria & perſona ſocii, vt tutoris eligitur, & inter artifices longa eſt differentia, & induſtriæ, & artis. l. inter artifices, de ſolutio. P. nec perſonalia tranſeunt in hæredes. l. quia tale, ſolut. matrimon. P. cum ſimil.*

h *Si ita pactum ſit non aliter. l. adeo, 59. l. verum, §. 3. §. in hæredem, pro ſoc. P.*

i *l. 3. C. de ſocietat. l. nemo ex ſociis, 68. §. fin. eod. tit. Pandect. Societatis contractus eſt bonæ fidei, leg. in propoſita, 78. pro ſoc. §. actionum, de actio. apud Iuſtin.*

k *Societas ex ſui natura requirit æqualitatem, nam & in perſonarum ſocietate, vel amicitia pares facit, vel recipit. In aliis etiam habet fraternitatis vinculũ, & æqualitatem, leg. verum, §. hoc enim, & ibi gloſſ. 2. pro ſoc. Pand. Æqualitas hæc non ſemper conſideratur ſecundum proportionem arithmeticã lucri & damni, ſed aliquando ſecundum geometricam. Coitur enim inter eos aliquando, qui æquales non habent facultates, inter pauperes & diuites, ita tamen vt pauperior induſtria & opera ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deeſt, leg. ſocietates, 5. §. ſocietas, pro ſocio. Pandect. Et ita coiri ſocietatem poſſe, vt alter nullam partem damni ſentiat, lucrum vero commune ſit. Caſſius Iuriſconſultus putat, ſi tanti ſit eius opera, quanti damnum eſt. Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocii, vt plus conferat ſocietati quam pecunia. leg. ſi non fuerint, 29. §. 1. pro ſocio. Quod recipitur, quando alter ex ſociis pecuniam tantum dat ſocio, qui tãtum confert induſtriam ad lucrum faciendum, cui & perit opera, quando lucrum ceſſat vel damnum contingit, & ita ratione operæ deperditæ videtur quoque*

ſentire damnum, vt ſocius qui pecuniæ damnum ſentit. Rurſum & ſi pecunia communicata ſalua remaneat ſine damno, ea reuertitur ad dantem re integra. Pro portione contributionis in ſocietatem damnum & lucrum æqualitatem recipit. Nam ſi æquale ſit capitale, id eſt, ſi vterque ſociorum parem quantitatem pecuniæ vel æquales operas contulerit, aut ſi fuerint ſocietati partes æque adiectæ, partes lucri & damni æquales erũt. Si vero inæquales fuerint partes, erunt tantũ æquales iuxta proportionẽ collationis, id enim tacite actũ intelligitur, l. ſi non fuerint, 25. & l. Mutius, 20. pro ſocio. P. vbi & definitur, lucrum eſſe, quod reſiduũ eſt deducto omni damno, & damnum quod reſiduum eſt, deducto omni lucro.

l Hæc ſocietas reprobatur, & dicitur leonina, dict. l. ſi non fuerint, §. Ariſto. pro ſocio. P. §. de illa, de ſocieta. apud Iuſtinia. a leone, qui, vt legitur in apologo. Æſopi, profectus in venationem cum vulpe & aſino ſocietate inita de venatione, ita captã prædam diuidi inter ſe voluit, vt aſino necato, qui æqualiter diuiſerat, ſibi omnes fere partes dari a vulpe procurauerit. Quamobrem non valet ſocietatis pactum, vt ille, qui capitale poſuit in pecunia, capitale ſaluum recipiat, & lucrum diuidatur, vt docet Accurſ. ad d. §. Ariſto, Azo, Bald. Salycet. & alii ad Authen. ad hæc, de vſur. Ita nec valet pactum quod ſolum lucrum ſpectet ad eũ, qui pecunias poſuit pro capitali, & non damnum aut diminutio capitalis, licet cõtra valeat, quod ille, qui operam poſuit, tantum lucrum ſentiat, & non damnũ, cum in caſu damni & ipſe ſatis participet in damno perdendo operas ſuas, §. & adeo, de ſocieta. apud Iuſtian. probatur & in ca. nauiganti, de vſur. & ibi per Panormitan. Calderinum, & Ioannem de Anania. explicat Gloſſ. ad capit. plerique, 14. quæſtio. 3. ad verbum, negotiatoribus. Videtur enim (inquit) quod ſi quis pecuniam dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det ſibi partem lucri, quod illud ſit licitum, quod non concedo, ſi periculum ſpectat ad recipiẽtem, quia inter eos eſſet cõtractus mutui, in quo prohibitum eſt quippiam vltra ſortem percipere, vt in dict. cap. plerique. Sed ſi per illa verba ſocietatem contrahant, tunc periculum pertinet ad vtrumque, tuncq; bene licitum eſt quod vnus ſocius det pecuniam, alius vero ſuppleat laborem. l. 5. pro ſoc.

m l. duo ſocietatem, 75. pro ſoc.

n leg. ſocietates, 5. §. fin. pro ſocio. & in l. ſenatus cenſuit, 35. §. ſi quis ſocietatem, de mortis cauſa donatio. libr. 39. Pand. tit. 6. leg. cum hic ſtatus, 32. §. cum inter virum & vxorem, de donatio. inter vir. & vxor. Pand. libr. 24. tit. 1.

## Capvt V.

*De ſolutione ſocietatis.*

FInitur, *a* vel ſoluitur ſocietas, morte alterutrius ſociorum naturali vel ciuili, *b* interitu rerum, quarum conſtat ſocietas, *c* vel finito negotio, de quo tantum fuerit facta ſocietas, *d* egeſtate ſocii, *e* renuntiatione ſocietatis. *f*

### Scholia.

a De modis, quibus finitur ſocietas tractatur in leg. verum, 63. §. fin. cum 2. legib. ſeq. pro ſoc. P.

b capit. 2. de donatio. inter virum & vxor. dict. leg. verum, §. ſocietas, & leg. ſocietatem, 4. leg. ſocium, 60. leg. adeo, 59. leg. actione, 65. §. quia morte, pro ſocio. P. §. ſoluitur, de ſocieta. apud Iuſtin.

c dict. leg. verum. §. fin. l. ſi id quod, 58. pro ſocio. P. Proinde ſi res fuerint factæ ſacræ, vel publicæ, ſoluitur de his ſocietas. dict. l. verum, §. fin. pro ſocio. leg. 3. de religioſ. & ſumt. funer. Ratio ex §. ſacræ, & §. ſanctæ, de rerum diuiſ. leg. 18. & fin. eod. titul. in Pand. l. inter ſtipulantem, §. ſacræ, de verbor. oblig. & ita ſi in fundum communem illatus fuerit mortuus efficitur religioſus, & agitur pro ſocio, veluti finita ſocietate. l. ſi fundus,



ſi fundus, 29. pro ſoc. P. facit §. religioſum, de rerum diuiſ.

d d. l. actione. §. item ſi alicuius rei, pro ſoc. P.

e l. 4. pro ſoc. P. veluti publicatione bonorũ, quia bonis publicatis, alius ſcilicet fiſcus in locum eius ſuccedit, & is habetur pro mortuo, leg. actione, §. publicatione, leg. verum eſt, 63. §. fin. pro ſoc. §. publicatione, de ſocieta. apud Iuſtinia. Atque fiſcus, ad quem bona peruenerunt, tanquam hæres tenetur creditoribus damnati. l. 2. ad leg. Iul. de vi publica, C. l. ſi vt proponis. C. de bonis proſcripto. Sicque cum fiſco quemadmodum nec cũ hæredib. continuari poteſt ſocietas. Si etiam ſocius bonis ceſſerit, & bona vniuerſa diſtracta fuerint a creditorib. ſocii, idem dicendum, leg. actione, §. 1. pro ſoc. P. §. item ſi quis ex ſociis, de ſocieta. apud Iuſtinia. In hoc tamen caſu additur, quod ſi nihilominus conſentiant ſocii, eſſe in ſocietate, noua inita videatur eſſe ſocietas, quæ tunc incipiat. Addit & Theophilus ad dict. §. item ſi quis, illud ipſum intelligi, quando vniuerſæ facultates ſocii, nõ etiam ſi pars tantum bonorum, publicentur.

f Quod fit vel ex voluntate ſeu diſſenſu contrario, l. 4. l. verum, §. fin. leg. actione, §. diximus, pro ſoc. leg. 5. C. eod. titul. §. manet, de ſocieta. apud Iuſtinian. Et hoc commune omnibus contractibus conſenſu initis, vt contrario conſenſu diſtrahi poſſint, §. fi. quibus mod. tolli. obliga. leg. 2. de reſcind. vend. l. ab emtione. C. de pact. facit ratio. l. nihil tam naturale, de regul. iur. capit. 1. eod. titul. apud Gregor. Poteſt & ſocius inuito altero ſocio, renuntiare ſocietati, quia nemo tenetur inuitus manere in cõmunione. leg. final. commun. diuid. C. niſi hanc libertatem ſibi pacto ademerit, paciſcendo ad tempus vitæ ſocietatem, l. 1. pro ſoci. P. veruntamen obſeruandum renuntiantem ſocietati ante tempus ſocium a ſe, non ſe a ſocio liberare. l. 65. §. 3. pro ſocio. P. & ex parte quidem renuntiantis ſocietatem ſine conſenſu ſocii, ſoluitur quidem ſocietas in eius præiudicium, ſed non in damnum ſociorum, ſi dolo malo renuntiauerit, vt ſolus lucrum haberet, §. ſed plane, de ſocieta. leg. actione, §. diximus, & §. item ſi ſocietatem, pro ſocio. Idem, ſi ante tempus dictum ſocietati renuntiauerit. dicta leg. actione, §. item ſi ſocietatem, & §. Labeo. & leg. ſi conuenerit, 14. §. 1. leg. ſed & ſocius, 17. §. fin. pro ſocio. Pandect. Renuntiatur ſocietati vel expreſſe vel tacite, expreſſe conſenſu explicito, tacite, vt ſi ſocius ſeparatim res ſuas agere cœperit. leg. ita quoque, pro ſocio. Pandect. Item tacito pacto, veluti dum paciſcitur ſocius, ne partem ſuam petat, nam in effectu tollitur ſocietas. leg. in hoc iudicium, §. penultim. communi diuidun. P. item & tacite ſoluitur, quando vel ſtipulatione, vel iudicio mutata erit cauſa ſocietatis, ſi iudicium ſocietatis dicetur, ad hoc vt ſocietas diſtrahatur. leg. actione pro ſoc. P.

## Capvt. VI.

1 *De effectu & actione ſocietatis.*
2 *De cautionibus poſt ſolutionem ſocietatis.*
3 *De fide rupta & ſociis criminum.*
4 *De perſecutione rerum ſocietatis.*

DIfficile eſt † incorruptum permanere, qui corrupto ſociatur. *a* Actio pro ſocio regulariter datur tantũ ſoluta ſocietate. *b* Nonnunquam neceſſariũ eſt manente ſocietate agi pro ſocio, *c* ſi id, de quo cõuenit, non pręſtetur, *d* ſi ſocius contra bonam fidem, vel dolo malo aliquid egerit, *e* ſi non communicauerit, quæ tenetur, vel in ſocietate ſingularium rerum, vel omnium bonorum cõmunicare ex lucro, *f* & damno, *g* competit & pro repetitione ſumtuum pro parte ſocietatis, in cauſa ſocietatis factorum, *h* & pro damni dati in re communi reparatione, ſi datum in re communi a ſocio dolo ſuo vel culpa præcedente, non aliter. *i* Datur actio pro ſocio ſocietatem ineunti, & hæredibus eius, *k* cõtra ſocium, & hęredes eius, *l* & in eum, cuius iuſſu ſocietas coita fuerit. *m* Cæterum in hac actione cõdemnatio fit contra

ſocium, ſiue is ſit vniuerſorum bonorum, ſiue vnius rei, in quantum facere poteſt, non vltra, niſi dolo malo fecerit, quominus poſſit. n

Accedũt † & ſocietate ſoluta cautiones præſtandæ pro ſoluẽdis debitis, quæ communicari debent. o

Rurſum, † qui fidem rumpit ſocietatis, cum infamiæ periculo, conuentus ſuo nomine, condemnatur. p Puniuntur, & pœnis legitimis, qui illicitas ſocietates, vel ſocietatum illatas pactiones, fecerunt, q vt & ſocii criminum pari vt plerunque pœna. r

Poteſt, &, ſi res diſſolutæ ſocietatis inveniantur, agi & pro ſocio & communi diuidundo. s

## Scholia.

a ca. quiſquis, 13. quæſtio. 4. morbida ouis omne pecus inficit, cap. ſed illud, 45. diſtin. c. reſecandæ, can. ecce autem, c. illud ſane, 4. q. 3. atque quandoque boni puniuntur in ſocietate malorum inuenti, ca. non turbatur, 24. q. 1. Si tamen bonus in ſocietate malorum coactus in bonitate perſeueret, vt nõ poſſit malos euitare, ab illis polluitur. ca. non eſt, 32. q. 1. ita quandoque ſocietas malorum innoluntaria, quandoque eſt toleranda, quandoque fugienda, cap. ſuggeſtum, cum 2. ſequentibus, 7. q. 1.

b Et qui agit actione pro ſocio, videtur regulariter reſilire a ſocietate, l. actione, pro ſocio P.

c d. l. actione, §. nonnunquam.

d vt in l. cum ſocietas, 69. l. cum duobus, 52. §. item Mela, l. ſocius, 81. pro ſoc. P.

e l. 3. l. velut, 52. pro ſocio. Pandect. §. fin. de ſocieta. apud Iuſtinian. tenetur quidem de culpa, ac de negligentia ſocius, attamẽ ſufficit eum talem diligentiam adhibere in rebus communibus, qualem in ſuis propriis adhibere ſolet, & qui parum diligentem ſocium ſibi adhibuit, de ſe queri debet, ſibique hoc imputare, dict. §. fin. de ſocieta. leg. cum duobus, 52. §. quidam ſagariam, leg. ſocius, 72. pro ſoc. Pandect. Eadem dicuntur de ſocio rei communis in leg. hæredes, §. non tantum, famil. erciſcun. Pan. ſocius enim res communes pertractãs, ſuas tractare videtur. leg. merito, 51. pro ſoc. P. & quod commune eſt, nudum eſt. leg. ſerui electione, §. fin. de legat. 1. leg. illud, de ritu nupt. P. leg. 1. §. domini, ad ſenatuſconſ. Sylla. P. cum ſimil. Ad hanc actionem pertinet, ſi communis ſocius rem communem celauerit vel amouerit, ſupprimendi animo, ex dolo, non aliter. l. rei communis, 45. & d. l. merito, 51. pro ſoc. P.

f Datur actio hac ad communicanda lucra, quæ ex ſocietate ea pendente, obuenerint. l. 1. §. fin. & l. 2. & leg. cum duobus, 52. §. ſocium, l. ſi quis, 74. pro ſoc. Pandect. leg. 5. C. eodem titul. In hac autem communicatione inquirendum eſt de modo & cauſis initæ ſocietatis, & aduenientis lucri, vt ea tantum communicentur non alia, dict. l. cum duobus, §. duo, & §. Papinianus, l. coire, 7. cum ſex ll. ſequentibus, l. ſed etſi, 13. leg. duo, 71. §. fin. pro ſoc. niſi ex prohibitis cauſis acquiſitio fiat eorum, quæ non veniunt in ſocietatem, leg. cum duobus, §. idem ait, & leg. quod autem, 53. & l. ſeq. pro ſoc. P.

g Damnum inquam, quod quis paſſus eſt in ſocietate, vel occaſione ſocietatis, ſine culpa ſua. leg. cum duobus, §. quidam, & §. item ſi communem, & §. ſi quis ex ſociis, l. ſocium, 60. §. ſocius, l. ſi vnus, 67. & l. pro ſocio, pro ſoc. P. l. 2. C. eod. tit.

h In proxime citatis iuribus, dummodo pendente ſocietate, & in cauſam ſocietatis, facta fuerint impenſa, non ſi poſt ſolutam ſocietatem, vt neque tunc damnum contingens ea ſoluta ſarciretur ex communi, leg. actione, 65. §. ſi poſt diſtractam, pro ſocio. Pandect.

i l. ſed ſi, 47. in fin. cum ſequentibus. leg. adeo, 59. §. fin. l. cum duobus, 52. §. quidam, & §. venit, §. quod ſi rei, §. quod ſi a furibus, §. ſi quis ſocietatem, leg. de illo, 23. pro ſocio. P.





k l. verum eſt, 63. §. in hæredem, l. actione, 65. §. morte, pro ſocio, l. 3. C. eod. tit. Poteſt hac actio dari patri pro eo, quod ante emãcipationem filii geſtum eſt. l. ſi id, 58. §. ſi filiusfamilias, pro ſoc. P. datur & domino ſerui ſocii, d. l. ſi id quod, § fin.

l dicta l. verum eſt, §. in hæredem, & l. hæres, 40. l. actione, 65. §. morte, l. nemo, 35. in fine, cum l. ſeq. pro ſoc. datur & in partem filii familias ſocii, vt & in filium familias, l. ſi id quod, §. ſi filius familias, pro ſocio. P.

m Agitur & directo contra patrem, & dominum, quorum iuſſu cum filiofamilias vel ſeruo contractum eſt, l. fin. pro ſoc. P. exemplo aliorum negotiorum, in quibus datur actio quod iuſſu. §. fin. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt nego. geſt. eſſe dicat. libr. 4. inſtitutio. titul. 7.

n Hoc beneficium perſonale eſt, vt non in ſolidum repetatur debitum a ſocio, ſed in id conueniatur tantum, in quantum facere poſſit tempore condemnationis ſeu ſententiæ, deducto omni alio ære alieno, propter fraternitatis ſpeciem, quæ in ſocietate verſatur. Quare nec hoc beneficium competit hæredibus vel fideiuſſoribus ſociorum, nec patri, nec domino eorum, l. verum, 63. cum 7. §§. ſequentib. pro ſocio. leg. ſunt qui, 16. l. ſed hoc, 22. de re iudic. Pan. Datur tamen & hoc beneficium aliis quibuſdam perſonis quam ſociorum, ne conueniantur ſupra id quod facere poſſunt, quod non competat eorum hæredibus aut fideiũſſoribus. Datur enim marito nomine dotis conuento, non eius fideiuſſori, hæredi, aut defenſori, l. ſi cum procurator, 23. l. etſi fideiuſſor, 24. l. ſciendum eſt, 25. de re iudica. libr. 42. P. tit. 1. Idipſum ſi ex aliis contractibus cum vxore geſtis maritus ab vxore conueniatur, vel contra, ſi vxor a marito, l. non tantum dotis, 20. & l. ſicut autem, 21. de re iudica. Hoc ipſum beneficium datur patrono, patronæ, militi, qui eſt ſub armata militia, l. patronus, 17. l. item miles, 18. l. miles, 6. eod. tit. de re iudica. Item parenti ſeu patri, l. 7. §. 1. de obſequiis, &c. P. Item donatori, l. cũ ex cauſa donationis, 30. l. Nezennius, 41. §. fin. de re iudica. P. Ratio in l. 33. de donatio. & in l. & exhæredatum, 49. §. fin. & l. ne ex liberalitate, 50. de re iudica. Item aliis, de quibus in §. ſunt perſonæ, cum ſequentib. vſque ad finem tituli, de action. apud Iuſtinia. Ineſt porro & huic priuilegio, ne quis conueniatur ſupra id quod poteſt facere, vt etiam deducatur & habeatur ratio eius, qui eo vtitur, ne egeat, & aliquid ei ſufficiens ad victum relinquatur, l. inter eos, 19. §. fin. & l. cum donationis, 30. de re iudic. l. in condemnatione, 173. de regu. iur. P. l. 62. de ædilit. edict. Pand. Cæterum quod dictũ eſt de ſociis, vt in tantum in quantũ facere poſſint conueniantur, id ſe facturum cauſa cognita prætor edicit. Cauſæ autem cognitio in hoc verſabitur, vt neganti ſe ſocium eſſe, non ſubueniatur, ne ſocio ex doli clauſula obligato ſuccurratur; leg. ſed hoc ita, 22. §. fin. de re iudic. & de inficiante ſe ſocium etiam in leg. ſi vnus ex ſociis, 67. §. fin. pro ſoc. Inficiatio facit vt mereatur quis ſuo beneficio priuari, mendaxque omni commodo rei priuatur, cap. ſuper literis, cap. ſedes, de reſc. leg. l. ſi. de rei vindica. leg. etſi legibus, C. ſi contra ius vel vtilita. public. Dolus porro efficit, vt qui deſiit dolo eſſe ſoluendo, nihilominus facere & ſoluere poſſe dicatur, cum æquum non ſit, dolum quemquam releuare. leg. verum, 63. §. hoc quoque. pro ſoc. P. leg. ne ex dolo, de dolo, P. Non vtetur etiam priuilegio hoc, qui erogat bona ſua in fraudem futuræ actionis, nam & is dolo facere videtur, quominus ſoluendo ſit, leg. nemo ex ſociis, 68. §. 1. pro ſocio. Attamen is, qui occaſione oblata acquirendi non vtitur; id eſt, is qui cum poſſet acquirere, non vult acquirere, non cenſetur in fraudem facere quominus poſſit, nec priuatur ideo priuilegio iſto, quod non acquiſierit cum poſſet, dicta leg. nemo ex ſociis, §. 1. pro ſocio, & leg. 6. quæ in fraudem creditor. P. niſi forſan dolo malo fecerit, quominus oblatam

*ſibi competentem bonorum poſſeſſionem* A
*admitteret, l. ſed etſi lege, 25. §. perinde, de petitio. hæred. P. conſtituitur & regula in l. hoc iure vtimur, 152. §. fin. de regul. iur. In contractibus quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur, & ita dolus in factione repræſentat poſſeſſionem.*

o *l. omne æs alienum, 27. & ſeq. ſi ſocii. l. pro ſocio arbiter, 38. l. ſi vnus ex ſociis, 67. pro ſocio.* B

p *Qui condemnatur pro ſocio ex fide rupta, infamis eſt, l. fin. C. ex quib. cauſ. infam. irroga. lib. 2. C. tit. 12. l. 1. l. furti, 6. § mandati, de his qui notant. infam. lib. 3. P. tit. 2. Hæres tamen ſocii ſuo nomine, vt pro tutela damnari non poteſt, d. l. illud, §. illud plane, de his qui notant. infam. Siquidem perfidia delictum eſt, & delicti pœna non ingreditur auctorem, l. ſi qua pœna, & l. crimen, de pœn. P. & quiſque ſuo nomine* C
*damnatur, §. ex quibuſdam, de pœn. temere litigan. Cicero pro Roſcio Amerino, pro rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum dicit, & poſtea.* Recte maiores noſtros eum, qui ſocium ſefelliſſet, in virorum bonorum numero non putaſſe haberi oportere. *Et iterum pro Quinto Roſcio Comœdo:* ſi qua ſint (*inquit*) priuata iudicia ſummæ exiſtimationis & pœnæ capitis, tria hæc ſunt fiduciæ, tu- D
telæ, & ſocietatis, æque enim perfidioſum eſt, & nefarium fidem fallere, quæ continet vitam & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & fidem fallere, qui ſe in negotio coniunxit.

q *Diſſoluuntur & reuocantur nouæ religiones, & religionum nouæ ſodalitates inductæ poſt concilium Lateranenſe, quod eas prohibuit ſub Innocentio 3. cap. 13. in c. fi. de religioſis domib. apud Gregor. c. vnico.* E
*eo. tit. in Sex. Diſſoluuntur & alia collegia illicita in l. 4. de colleg. illi. P. & qui illegitimum collegium vſurpauerit tenetur eadem pœna, qua ii qui hominibus armatis loca publica vel templa indicati fuerint occupaſſe, l. 3. de colleg. illic. P. & ita pœna legis Iuliæ maieſtatis, l. 1. §. 1. ad leg. Iul. maieſt. l. 4. C. de his qui ad eccleſ. confuger. eritque tanquam de vi publica ſocietatem hanc ineuntibus pœna, aquæ & ignis interdictio. l. qui dolo, de vi & vi arma. P. lege quoque Iulia de annona tenentur, qui ſocietatem coierint quo annona carior fieret, l. 2. ad leg. Iul. de annon. P. monopoliorum quoque ſocietates, artificum, & ergo laborum, alioquin & aliunde ſeuere puniuntur. in l. vni. de monopol. C. vide quæ dixi ſupra, cap. 3. gloſſ. fin.*

r *cap ſicut dignum, 61. §. illi autem, de homicid.*

s *Poſt ſolutam ſocietatem res diuidi debent, quæ inueniuntur communes, cap. 2. de dona. inter vir. & vxor. & res communiter quæſitæ, vel actione pro ſocio, vel communi diuidundo diuiduntur. l. pro ſocio, 38. §. fin. pro ſocio. Et ſi actum fuerit communi diuidundo, non ideo tollitur actio pro ſocio; per quam alia petuntur quam per actionem communi diuidundo; verum ea quæ iam ſocius conſecutus fuerit per actionem communi diuidundo agendo, non conſequetur iterum agendo actione pro ſocio. l. ſi actum ſit, 43. pro ſocio. Datur & aliquando alia actio cum ſuperioribus ex ſtipulatu ſocio, ſi a ſocio pœnam ſtipulatus fuerit, quo caſu, pro ſocio quidem non aget, ſi tantundem in pœnā ſit ſtipulatum, quanti eius interfuit. Quod ſi ex ſtipulatu pœnam conſecutus fuerit, poſtea pro ſocio agendo hoc minus accipiet, pœna ei in ſortem imputata. l. ſi quis a ſocio, 41. l. quod ſi ex ſtipulatu, 42. pro ſoc. Item rei communis nomine cum ſocio furti agi poteſt, ſi per fallaciam dolove malo rem amouerit, vel communem rem claudi animo contrectet; poteſt & cum ea pro ſocio experiri, nec altera actio alteram tollit, l. rei communis, 45. cum 4. ſequentibus, l. merito, 46. quæ prædictam explicat, pro ſocio. P. verum vt ſemel dixerim actio pro ſocio, in hoc contractu ſocietatis propria eſt, aliæ autem negotio ſubſeruiunt & accommodantur,* A
*ratione acceſſionis cauſarum, & furti; cōmuni diuidundo, ratione rei communis, vt dictum, & ratione damni in ea dati, legis Aquiliæ, l. ſed ſi ex cauſa, 47. §. 1. pro ſoc. P. Si hæreditas etiam communis ſit, familiæ erciſcundæ actio dabitur, vt in l. cum duobus, 57. §. ſi fratres, alias lex ſi fratres, 53. pro ſocio. l. 1. & 2. famil. erciſc. P. lib. 10. P. tit. 2. Poteſt & incidere in quæſtionem iudicium finium regundorum, iuxta* B
*l. 1. 2. 3. & 4. finium regund. Pandect. lib. 10. tit. 1.*



# DE MANDATO.

## a Tit. XVIII.

a *Huc referri poſſunt tituli, de procuratoribus, lib. 1. decret. tit. 8. & lib. 1. Sexti tit. 19. & lib. 1. clementi. tit. 10. tota 89. diſt. & alibi dicitur apud Gratianum, lib. 3. P. tit. 3. lib. 2. C. tit 13. poteſt & referri titulus de ſyndico. libr. 1. decret. tit. 39.* C
*Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, lib. 3. P. tit. 4. titulus de mandato, apud Iuſtinia. lib. 3. tit. 27. & lib. 4. C. tit. 35. & mandati. lib. 17. P. tit. 1.*

## Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid mandare.*
3 *Obligatio mandati, quis mandator, procurator, negotiorum geſtor, procuratio eccleſiaſtica.*

1 Accedit ad ſocietatem amicitiæ quo- D
dammodo mandatum, quod ab amico ſuſcipitur exſequendum. *a*

2 Mandatum, in quantum habet obligationem acceptatum, inter contractus, qui conſenſu perficiuntur, annumeratur. *b* Mandare in vniuerſum, eſt aliquid gerendum aut exſequendum committere. *c* Qui mandat alicui quippiam agere aut dicere, mandator dicitur. Qui ſuſcipit & exſequitur, procurator, cum mandato agens vel E
dicens; *d* qui autem ſine mandato facit, negotiorum geſtor. *e*

3 Ex mandato vero facto vel ſuſcepto naſcitur obligatio mandati, *f* de qua hîc agitur potiſſimum, non de procuratione ſeu ſumtibus, qui debentur ab eccleſiis ſuperioribus prælatis, ratione viſitationis, quam faciunt, iuxta facultates eccleſiarum, & conſuetudinum locorum. *g*

### Scholia.

a *Mandatum inquit Vlpia. in l. 1. §. fin. mand. P. lib. 17. P. tit. 1. niſi gratuitum, nullum eſt, nam originem ex officio & amicitia trahit, &c. Idem in §. fin. eo. tit. apud Iuſtinia. lib. 3. tit. 26. ideo ibi dicitur* B
*eſſe gratuitum, alioquin mercede interueniente eſſet contractus innominatus do vt facias, l. naturalis, de præſcrip. verb. P.*

b *l. conſenſu, de actio. §. 1. de oblig. quæ ex conſenſ. P. l. 5. manda. P.*

c *mandare, aliqui deducunt a manu & dare, quod in dandis exſequendiſque negotiis, manus inuicem ſibi dare opus fuit, id eſt, mutuas communicare gratuitas operas, &* C
*auxilia mutua, vel manum dare, idem dicemus quod dare poteſtatem aliquid agendi in aliquo negotio alicui, manus quippe pro fide & pro poteſtate vſurpatur, l. 2. de origine iur. l. manumiſſiones, de iuſtit. & iur. Pan. & manus militaris, in l. 3. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. eſt. lib. 43. Pan. tit. 4. Inde & dicimus mandare iuriſdictionem, quod eſt dare poteſtatem, loco mandantis iudicandi. titulo de officio eius, cui* D
*manda. eſt iuriſd. idem quod delegare, in tit. de offi. delega. apud Greg. & Bonifaciū.*

d *procurator eſt qui mandato domini eius rem adminiſtrat, vel negotia aliena, l. 1. de procura. P. §. fin. de his per quos agere poſſumus, lib. 4. Inſtitutio. titul. 10. procurator illud ſolum poteſt, quod ſibi committitur, c. innotuit, de electio. quare & fidem debet facere de mandato ſeu procuratione, maxime in litibus, antequam admittatur* E
*pro alio, c. 1. de procura. l. licet eod. tit. & quamuis certæ perſonæ poſſint pro aliis certis aliquando defendere ſine mandato, vt in l. ſed hæ perſonæ, 35. de procura. P. tamen non cenſentur qui huius generis ſunt, veri procuratores, ſi mandato careant. l. 3. §.*

procuratorem, iudicat. ſolui, P. neque etiam prædictæ perſonæ coniunctæ admittuntur ad agendum vel defendendum pro coniunctis in cauſis beneficialibus, quamuis in temporalibus admittantur cum cautione de rato, vt diſputatur in deciſione Rotæ 142. incip. in cauſa beneficiali, in nouis.

e l. item ſi cum putaui, 5. & l. ſi pupilli, 6. manda. P.

f l. 1. manda. P.

g c. cum Apoſtolus, cap. cum ex officii, c. accedentes, cap. ſuper eo. de cenſib. quæ autem ſumma debetur pro procuratione, fuit taxatum in cap. exigit, de cenſib. in Sext.

## Capvt II.

*Species mandati.*

Mandatum ratione rerum, aliud generale ſine definitione certæ rei, aut negotii, ad totum negotium, vel ad omnia bona; *a* aliud ſpeciale, quando litis aut negotii actus faciendus in ſpecie; *b* & ita etiam procurator alius generalis, alius ſpecialis. *c* Et vterque vel ad negotia adminiſtranda, *d* vel ad lites inſtituendas aut proſequendas. *e* Mandatorum quoque diſtinctio, vt alia dicantur diuina ſeu cœleſtia, *f* principum, *g* ſeu perſonarum publicarum, *h* & priuatarum. *i* Rurſum ratione conſenſus mandatum triplex; ſi quis mandet aliquid fieri; ſi non prohibeat, id eſt, aliud expreſſum, aliud tacitum, & tertio ſi ratũ quis habeat id, quod pro mandato habetur. *k* Habita autem ratione perſonarum, quarum gratia fieri poſſunt, quinque ſunt ſpecies mandati, *l* quæ magis tamen ad cauſas mandati, quam ad ſpecies poſtea *m* referemus.

### Scholia.

a c. qui ad agendum, 4. c. qui generaliter, 5. de procura. in Sex. c. 11. eod. titul. ſine diffinitione vlla negotii aut rerum conſtitutio procuratoris facit generale mandatum l. 1. l. procurator totorum bonorum, 63. l. diligenter, 6. §. apud Iulianum, manda. P. vide & ſub eo titulo, l. 1. §. 1. l. ſi vero non remunerandi, 12. §. contrario.

b vt dicitur in proxime citatis iuribus. Sunt & plura negotia, quæ etiam generali facto mandato, non cenſentur commiſſa, niſi in ſpecie mandentur, quæ refert gloſſ. ad c. qui ad agendum, ad verba vt paciſci, de procur. in Sex.

c relatiua quippe ſunt, procurator & mandans.

d c. qui generaliter, de procura. in Sex. tractatur porro principaliter de procuratore ad negotia, in titulo mandati. Quilibet etiam adminiſtrator, generaliter etiam procurator dicitur, in can. ſaluator, 1. q. 3. & titulo de officio procurato. Cæſa. P. item & vicarii epiſcopi, & procuratores generales, dicuntur eius, in c. petitio, 9. de procura.

e fere per totum titulum de procuratoribus, agitur de procuratore ad lites.

f c. mandata cœleſtia, de præſumtionibus, eo pertinet dictum Domini noſtri Iesv Christi, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Differunt autem procurator ad negotia, & ad lites, primum quod ante 17. annum quis poteſt ad negotia procurator conſtitui, ad lites vero non ante 25. annum, l. qui generaliter, 5. de procura. in Sex. l. minor, de procura. in P. l. exigendi, C. eo. tit. l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. 2. quod procurator ad lites nõ poteſt ſubſtituere procuratorem ante litis conteſtationem, niſi poteſtatem ſubſtituendi a domino acceperit, vel ſit in rem ſuam datus, procurator vero ad negotia libere ſubſtituere poteſt. cap. 1. §. penul. & final. de procuratori. in Sext.

g ita dicitur mandatum apoſtolicum, in c. mandatum, de reſcrip. mandata principũ in l. 1. & rubrica, de manda. princi. lib. 1. C. titul. 15. & nouella 17. Græci vocant hæc mandata, præcepta certis perſonis publicis vel priuatis a principe data, ἐντολὰς vt Dion, lib. 43. & προγράμματα, ὑποθήκας nouella 26. & ἀποκρίσεις, nouella 25. mãdata principum



k ca. qui vere, & ca. monachi, 16. q. 1.

l ca. 2. de æta. & qualita. Idipſum dicitur de œconomatu, adminiſtratione & procuratione rerum eccleſiaſticarum clericis concedendis, non laicis, in can. quia in quibuſdam, 89. diſt. c. non placuit, 23. & can. laicis, 24. & ſequen. ſi quis principum, 16. quæſt. 7.

m c. 1. ne clerici vel monach. ſecularibus negoti. ſe immiſceant, libr. 3. titul. 50. ſic ſuperueniens religio ſoluit prius mandatum procurationis, l. aut religionis, 18. de procuratoribus.

n capit. 2. ne cleric. vel monach, &c. debent enim clerici & ſacerdotes continuo rebus diuinis vacare. ca. ſacerdotibus, 31. diſti. l. non diſtinguemus, 32. §. ſacerdote, de recept. arbit. Pandect. Ideo & prohibitum, ne clerici procurationes villarum, aut iuriſdictiones etiam ſeculares, ſub aliquibus principibus aut ſecularibus aliis viris, ſuſcipiant, aut iuſtitiarii eorum fiant. cap. ſed nec procuratio, 4. ne cleric. vel monach. &c. ex concilio Lateranenſi ſub Alexan. 3. cap. 12. & in can. de præſentium, 16. q. 1. cap. 1. & 2. 21. q. 3.

o l. militem, 7. l. qui ſtipendia, 9. de procura. l. filiusfamilias, §. veterani, & leg. neque, 54. eod. tit. Pandect. Quare poteſt excipi contra talem procuratorem ab initio litis, vt reiiciatur, ſi tamen ea exceptio in initio litis ſit omiſſa, repeti non poteſt in cauſa. d. §. veterani, & l. ita demum, 14. de procurat. C.

p l. neque fœmina, 54. de procura. P. l. alienam, 8. eod. tit. C. ratio, quod officium ſit virile, & quod parcatur pudori mulierũ, l. maritus, 21. C. de procura. l. fin. C. de arbitr. & non tantum in litibus, ſed etiam in negotiis eas tractare negotia prohibitum, l. 4. C. de procurat. niſi vel in rem ſuam, vel ad proprium lucrum mandatæ ſint illis actiones.

q Veluti pro parentibus ægritudine vel ætate impeditis, pro quibus ſi nemo ſit, qui agere pro illis velit, agere illis cauſa cognita, permittitur, leg. fœminas, 42. de procuratorib.

r l. qui generaliter, 5. §. ne dum vero, de procuratoribus. in Sext. c. non iniuſte, 14. eod. tit. apud Gregorium, l. filiusfamilias, 8. §. ipſe quoque, eo. in P.

s dict. c. qui generaliter, §. fin. ita repelli potuit procurator filiusfamilias, tanquam non legitimæ ætatis, in l. exigẽdi, C. de procuratoribus, legitima autem ætas de naturali intelligitur 25. annorum. l. fin. C. de his, qui veniam ætat. impetra. Minor porro 25. annorum, non poteſt dici idoneus defenſor vel procurator, eo quod reſtitui poſſit, l. minor 25. annis, 51. de proc. Pan. Nec obeſt, quod minor ante 25. annum poſſit eſſe aduocatus, & ita alienam ſubire defenſionem, l. 1. §. initium, de poſtulan. P. Siquidem vt ait Speculator, titu. de poſtuland. §. 1. aduocationem præbendo & conſilium dando, non ſe obligat minor, leg. conſilii nõ fraudulenti, de reg. iur. P. quod aliter accidit in procuratore, in cuius perſona & condemnatio fit, vide, cap. 7. infra hoc tit. Hincque pendet ratio, cur poſſit etiam ante 25. annum minor fieri procurator ad negotia, in dict. c. qui generaliter, §. fi. quia id fit tantum periculo eius, qui elegit eum, non alterius, vt in l. ſi collectaneus, 13. de manumiſſis vindict. libr. 40. P. titul. 2. Cæterum in c. fin. de iudic. in Sex. ſtatutum, minorem habentem annum 14. poſſe per ſe & per procuratorem eſſe in iudicio ad agendum & defendẽdum in cauſis beneficialibus, & aliis ſpiritualib. & in his, quæ ab iis dependent, perinde ac ſi maior 25. annorum eſſet. Item & minorem 14. annorum poſſe accipere procuratorem vel curatorem in his, vel ab epiſcopo, vel ab eius officiali, vel a iudice in cauſa delegato. Inter cauſas eius generis, annumeratur cauſa matrimonii, & quæ ab ea dependet, dotis, in quibus vir ætatis 14. annorum, & fœmina 12. vt idonei matrimonio poſſunt per ſe & procuratorẽ agere, vt notat gloſſ. in dict. c. fi. de iudic. in Sex. ad verb. quar-

tum decimum, & *ad verb.* ſpiritalibus,
*& ad verb.* dependent, *ſicque intelligit, c. ex parte, de reſtitutio. ſpolia. c. indemnatibus, 1. de electíon. in Sex. ca. continebatur, de deſpon. impub.*

t *priuſquam ſe crimine purgauerit, l. reum criminis. 6. de procura. C.*

## Cap. VI.

1 *De formis contrahendi mandatũ expreſſe & tacite.*
2 *Pure, in diem, ſub conditione, &c.*
3 *Generaliter, ſpecialiter.*
4 *Conſideratio mandati.*

1 Obligatio † mandati conſenſu contrahentium perficitur inter præſentes,
& vt inter abſentes per epiſtolam ſuſcipi
poſſit. *a* Conſenſu gratuitum & ſine mercede pacta mandatum ſuſcipitur, *b* mandatum tamen interuenire debet. *c* Conſenſus autem in mandato, vel expreſse vel C
tacite accedere debet. Expreſſe verbis vel
literis. *d* Tacite ſi quis patiatur aliquem
non repugnans, pro ſe intercedere vel fideiubere, niſi is pro inuito vel donandi animo, aut negotium gerendo, intercesſerit. *e* Cenſetur & is mãdare, qui patitur ab
alio mãdari, vt ſibi credatur, *f* ſed & ſi quis
ratum habuerit ab alio geſtum, obſtringitur mandati actione. *g* Imo & in delictis
ex eo obligatur ad pœnam ex mandato, *h* D
patientia, *i* & ratificatione. *k*

2 Mandaũt rurſum † conſenſu, vel pure,
vel in diem, vel ſub conditione, vel ex die,
vel in perpetuum fit, aut ſuſcipitur, *l* additis aliis pactionibus, quas, vt naſcatur actio, ad vnguem, & diligenter ſeruari oportet. *m*

3 Fit & generale & ſpeciale mandatum. *n*
Speciale etiam quædam negotia ſingulariter deſiderant, pro quibus non ſufficit E
generale. *o* Vt pro iuramento deferendo, *p*
pro paciſcendo ſeu tranſigendo, *q* pro petenda reſtitutione in integrum, *r* pro impetratione reſcriptorum, *s* in contrahendo matrimonio, *t* in ſpõſalibus, *u* in compromittendo, *x* in conſumtorum inſtrumentorũ tranſcriptione, *y* in his quæ ſpecialiter ſummo Pontifici reſeruantur, *z* in
abſolutione excommunicationis petenda, *aa* in oblatione filii idolis facta, *bb* in
contrahenda excommunicatione, *cc* in
præſentatione iuramenti de calumnia, *dd*
in appellatione ad ſedem apoſtolicam ab
electione interpoſita, proſequenda, *ee* vel
ad opponenda crimina electo, *ff* in cauſa
B etiam ſuſpecti tutoris agenda, *gg* in interdicto de libero homine exhibendo, *hh* in
acceptilatione, *ii* in acceptando beneficio. *kk*

Conſiderantur † & in mandati forma, 4
promiſſiones de ſalario ſeu remunerationes procuratoris, tamen citra pactum redemtionis litis, vocant pactum de cota litis, quod eſt prohibitum. *ll* Deſiderat &
conſtitutio procuratoris a capitulo factæ,
C vt perſonæ de capitulo numerẽtur & ſpecificentur in procuratorio ſeu mandato,
*mm* niſi ſigillum capituli in procuratione
fuerit appoſitum. *nn*

## Scholia.

a *Conſenſus hic eſt reciprocus & mandantis, & acceptantis mandatum, nempe procuratoris, l. 1. manda. P. § fi. de oblig. quæ ex conſenſu naſcuntur. l. 2. de action. P. inter præſentes fit verbis, inter abſentes literis & per nuntium, l. ſi hæreditatem, 32. & l. fi. nam Pan. quare nec intereſt, quibus quis verbis vtatur, num,* volo, mando, rogo, *vel aliis, dummodo de conſenſu conſtet. d. l. 1. manda. Nam & qui rogatus facit ex mandato obligatur, l. rogatus, 33. manda. Pan. verba tamẽ commendatoria non obligant ex mandato, vt ſi quis dicat, rogo te, vt talem commendatum habeas, l. ſi vero non remunerandi, 12. §. cum quidam, manda. P. l. fi. C. quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, &c. Notant autem iura nomen commendandi, & ipſum cõmendare, cum ad perſonã refertur non inducere obligationẽ, vt in d. iuribus, at relatum ad rem, inducere, & idem eſſe quod depo-* A
*nere & fidei alicuius committere, vt in l. 24. depoſiti. l. fi. quod cum eo, qui in alien. poteſta. eſt l. commendare, 86. de verbor. ſignificat. P. Mandare etiam non videtur, qui hortatur vel eſt inſtigator, leg. ob hæc verba, 20. de his qui notant. infamia. libr. 3. P. tit. 2. Nuncius & literæ nihil aliud addunt mandato, quam explicationem vel cognitionẽ conſenſus, & ideo mandatum illis modis contrahitur, l. 1. §. 1. &* B
*l. ſi hæreditatem, 32. & l. fin. mandat. præſens ita & abſens procurator datur. leg. 1. §. fi. cum 4. ſeq. de procuratoribus. P.*

b *l. 1. §. fin. manda. P. §. fin. eod. tit. apud Iuſtin. l. 1. §. ſed ex contrario, & l. ſi eum, qui in mea poteſtate, 5. de exercitor. actio. P. lib. 14. tit. 1. Alioquin ſi interueniat merces, erit locatio operarum. dict. l. ſi enim, & d. §. ſed ex contrario, ſi autem alia res, præſcriptis verbis cauſa conſideranda, ex leg.* C
*naturalis, de præſcr. verb. Nec obeſt, quod ſalarium procuratori aliquando conſtituatur vel promittatur, vel officio iudicis ei detur, id enim non nomine mercedis, ſed cuiuſdam remunerationis fit. l. ſi remunerandi, 6. & l. ſalarium, 7. de procurat. P.*

c *Nam mandata actio, non poterit competere ſi non interceſſerit mandatum. leg. ex mandato, 20. §. fi. mand. P.*

d *l. ſi quis alicui, 27. & l. fi. manda. P. cum* D
*ſimilib.*

e *l. ſi remunerandi gratia, 6. § ſi paſſus ſum, l. qui fide alterius, 53. mãd. P. l. ſi fideiuſſor, 6. C. eod. titul. contra ſi præſens prohibuerit. dict. l. qui fide, & l. ſi pro te præſente, 40. manda. P.*

f *l. qui patitur, 18. eod. Et in ſumma, ſemper qui non prohibet eum ſciat pro ſe interuenire, mandare intelligitur, l. ſemper, 60. de regul. iur. ſic pro magiſtro nauis exercitor tenetur, non ſolum qui eum præpoſuit, ſed* E
*etiam ſi paſſus eſt ſciens eum præponi, l. 1. §. magiſtrum autem, de exercitor. action. libr. 14. P. tit. 1. Et poſitum quis aliquid dicitur habere in cœnaculo, non ſolum qui poſuit ſed etiam qui poſitum patitur. leg. ſi vero plures, 5. §. poſſum, de his qui deiecer. lib. 5. P. tit. 3. quod & intelligendũ, quando præſens patitur, in ſui fauorem & vtilitatem fidei, & non contradicit, vt explicat fuſe Decius ad dict. l. ſemper, & ita in præſentem & non contradicentem æquiparat abſenti, qui ſcit factum ſui gratia & non cõtradicit. Iuxta l. abſentis, & ibi glo. ſi cert. pet. C.*

g *dict. l. ſemper, de reg. iur. P. c. ratihabitionem, 10. eod. tit. in Sext. c. fi. de iureiuran. in Sex, l. fin. C. ad ſenatuſconſ. Macedonia. l. licet, de iudi. P. l ſi pecuniam, de nego. geſt. C. Notandum tamen, ratihabitionem non vere eſſe mandatum, ſed & in fictione pro eo haberi. Aliud enim vere mãdatum, aliud ratihabitio, Bartol. ad l. is qui pro emtore, de vſucap. Pan. quare quia fictio fundatur in ſimilitudine æquitatis, vt in l. poſtliminium, de captiuis & poſtlimi. reuerſ. ceſſante æquitate non æquiparabitur ratihabitio mandato, atque in ſtatutis aliiſque ſtricti iuris negotiis, in quibus de mandato agitur, non ſufficeret ratificatio, vt notat Bald. ad leg. exſequutorem, de exſecutio. rei iudic. vide & Decium. in l. ſemper, num. 17. de regul. iur. in P. Atque vltra, interdum haberi ratum geſtum a præſente obſeruandum eſt, & tunc dari actionem mandati. l. ſi remunerandi, §. ſi paſſus, & l. qui patitur, & l. qui fidem alterius, mandat. P. interdum haberi ratum geſtum ab abſente, & tunc dari actionem negotiorum geſtorum, & non mandati. l. ſi pupilli, §. idem ait, de negotiis geſt. Pan. l ex mandato. § ſi fideiuſſori, manda. Pand. Et quamuis comparetur tunc ratum cum mandato in effectu, non tamen quod ad ſpeciem actionis pertinet.*

h *ca. 1. de homicid. in Sext. & qui incitat ad certum homicidium, de homicidio tenetur. ca. ſicut dignum, 6. §. qui vero ſe aſſerunt, de homicid. c. cum ad ſedem, de reſtitu. ſpol. l. 1. §. deieciſſe. de vi & vi arma. P. & hic mandatũ obligationẽ parit ad pœnã,*

iuxta leg. tit. de obligat. quæ ex delicto naſcunt. non autem inter mandantem & exſequentem naſcitur actio pro euictione delicto commiſſo, vt mandatarius pro exſequente etiam teneatur: nã inter eos ex hoc mandato illicito non naſcitur obligatio, §. illud quoque mãdatum, de mandat. apud Iuſtinian. in delictis non cadit euictio, ſed quiſque pro ſuo crimine pœnas patitur. l. ſeruus nõ in omnibus, 20. de actio. P. l. 11. §. 7. quod vi aut clam. P. Quamquam extra delicta, qui obtemperat iuſſu eius, qui poteſt cogere, vel iudicis, vel domini, liberetur a culpa. l. 11. de his qui notãt. infam. P. l. 37. ad l. Aquil. l. 151. l. 167. l. 169. de reg. iur. P.

i Qui patitur crimen agi, cum poteſt prohibere, non eſt immunis a reatu, ſed particeps & conſentiens. c. ſicut dignum, 6. §. illi etiam, de homicid. ca. 1. & can. error, 83. d. c. 2. de hæred. nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, d. §. illi etiam. c. facientis, 86. d. c. conſtitutus, in l. 1. de teſtibus, quique patitur fieri & non prohibuit, pro ſciẽte & conſentiente habetur, l. in lege Aquilia. 44. & l. ſcientiam, 45. ad l. Aquil. P. in l. 2. & 3. de noxa. action. P. vt qui prohibere non potuit, non eſt ex ſcientia puniendus. l. culpa caret, de reg. iur. P. l. in delictis ſeruorũ, 4. de noxal. actio.

k dict. c. 1. de homicid. in Sext. l. 1. §. ſed etſi cum quis, de vi & vi arma.

l in l. 1. & l. ſi mandauero, 22. l. ſi mandatu, 59. §. Paulus reſpondit, mandat. P. §. mandatum, & in diem, de mandato. Puri, vt mando, vt ſic agas. In diem mando tibi, vt vſque ad annum hoc agas. Ex die, vt mando vt poſt annum agas. Sub conditione, ſi tuo periculo vel alterius velis gerere, l. Ariſtoni 39. manda. l. 3. & 4. de procurat. In perpetuum, id eſt, pendente vita, l. 4. eod. l. pro ſocio. P. Poteſt quis & ita aliquem conſtituere ſuum procuratorem, vt quoties ſe abeſſe contigerit, ſuo munere fungatur, cap. ſi quem ſub ea forma, 8. de procura. in Sext. vbi tractatur de eo modo, & vi eius formulæ.

m Diligenter fines mandati ſeruandi, c. cum dilecta, de reſcript. ca. Piſanis, de reſtitut. ſpoliator, & qui excedit non nocet domino mandanti: aliud enim fieri dicitur quam mandatum ſit, §. is qui, de mandato. l. diligentes, 5. l. poteſt, 41. l. ſi quis pro eo, 46. manda. l. cum mandati, 12. C. eo. tit. Gellius, lib. 1. c. 13. Cicero libr. 2. epiſtolarum familiar. epiſt. 7.

n vt diximus ſupra in diuiſione mandati, & in cap. qui generaliter, de procura. in Sex. cum ſimil.

o qui generaliter, vel ad omnia negotia, vel ad agendum vel ad defendendum conſtituitur procurator, non debet ex vi generalitatis admitti ad aliquem articulum, qui ſpeciale exigit mandatum. c. qui agẽdum, 4. de procura. in Sext. ca. 2. de appella. Cle. 2. de procura. l. Pomponius. eod. tit. P. cap. ſi ſacerdos, de offic. ordin. ca. quamquam 23. diſtinct. Neque mandatum generale cum quibuſdam expreſſis cum clauſula, & alia, &c. porrigitur ad maiora, ſed tantum ad ſimilia negotia expreſſis, l. 1. de diuerſ. reſcript. C. l. fin. de tritico, vino oleoque legat.

p ca. qui ad agendum, §. 1. de procur. in Sex. l. iuſiurandum, §. 1. §. fi. de iureiur.

q dict. cap. qui ad agendum, de procurat. in Sex. ca. contingit, de tranſact. ca. per tuas, de arbitr. l. tranſactionis. Cod. de tranſact. l. procurator, cui generaliter libera, & l. mandato, de procurat.

r c. coram, de in integrum reſtitutio. quando videlicet petenda eſt principaliter reſtitutio, contra, ſi de ea quæſtio indicat, c. ſuſcitata. C. de procurat. l. vnic. C. etiam per procuratorem cauſam reſtitutionis in integrum agitari poſſe.

s c. nonnulli, c. ex parte. de reſcrip.

t cap. fin. de procurat. in Sext. Atque rurſum in hoc ſpeciali mandato, exigitur expreſſio certæ perſonæ, cum qua matrimoniũ mandetur contrahi. leg. generali, de ritu nupt. Pand.



principum magiſtratibus directa ea erant, quæ princeps in mandatis & præcepto dederat magiſtratibus, ſecundum quæ adminiſtrare debebant vel munus vel prouinciam ſibi commiſſam, & non aliter, ſicque intelligenda ſunt iura quæ de mandatis principum meminerunt, vt liquet ex nouel. 17. ex l. 6. de offic. proconſul. P. l. 3. in fin. de offi. præſi. P. l. 14. de inceſtis nup. C. l. 2. de offi. eius, qui vices alterius, &c. Cod. l. mandatis cauetur, 25. de teſtib. P. l. mandatis cauetur, 5. de requiren. reis. P. l. 1. de colleg. illicitis. cum ſimilibus.

h vt in titulo de officio eius, cui mandata eſt iuriſd. P.

i toto titulo mandati.

k l. 1. §. 1. manda. P. ita Vlpia. 60. de regul. iur. P. ſemper qui non prohibet pro ſe interuenire mandare creditur, ſed etſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione, & quando præſens aliquid ſuo nomine ſine cõtradictione fieri vel mãdari patitur. l. qui patitur, mãda. P.

l de quibus in l. 2. mandat. Pan. §. 1. de mandato apud Iuſtinia.

m paulo poſt, dum agetur, cuius gratia mandatum fieri poſſit.

## Capvt III.

*De quibus fiant mandata efficaciter.*

Mandatum ſeu procuratio fit vel omnium rerum in genere, vel vnius in ſpecie, *a* (niſi iure nominatim prohibeatur) maxime in pecuniariis cauſis, *b* quibuſdam exceptis. *c* In criminibus tamen accuſandis criminaliter ſeu ad pœnam, vel in defendendis non admittitur, *d* niſi abſens reus accuſetur, qui ſe defendere nempe excuſationes mittere per nuntium tanquam per procuratorem poteſt. *e* Non datur procurator in popularibus actionibus ad agendum, ad defendendum autem datur. *f* Et rei turpis nulla obligatio mandati eſt, nec hac actione agitur pro tali mandato; *g* ſed ſi mandatur in delictis, *h* & qui mandauit, & qui exſecutus mandatum eſt, quilibet pro delicto ſuo tenebitur, *i* minuſque valet mandatum, de aliquo faciendo poſt mortem mandãtis. *k* Procurator porro ad lites conſtitutus, ſi tunc lites mãdanti motæ ſint, vel paratæ, ad illas tantum, non ad futuras cenſetur conſtitutus, ſi nullæ tunc ſunt cum datur, etiam ad futuras. *l*

### Scholia.

a l. 1. §. 1. de procuratoribus, §. 1. de his, per quos agere poſſumus, lib. 4. Inſtitutio. tit. 9. vbi refertur olim aliquando non licuiſſe in iudicio per procuratorem pro omnibus agere, vel defendere, niſi pro libertate, pro tutela, pro furto nomine abſentis, & pro populo; atq; non licuiſſe alteri pro altero agere, docet Quintilianus lib. 20. tit. 16. Gellius lib. 20. cap. 1. Cicero 2. ad Heren. quo referri poſſunt leges veteris iuriſprudentiæ, 2. 3. & 4. quæ de vocatione in ius agentis tractant, quod vocatus ſiſtere ſeipſum debeat, in iudicio & in iudicium venire, ita in l. 2. ſi quis in ius voca. non ier. lib. 2. P. tit. 5. ex quacunq; cauſa, *ait Paulus*, ad prætorem vel alios, qui iuriſdictioni præſunt in ius vocatus venire debet, facit titulus 6. libr. 2. Pand. in ius vocati vt eant vel ſatis vel cautum dent.

b l. in pecuniariis, 26. de procura. P.

c l. Pomponius ſcribit, 40. eo. tit.

d l. penul. de public. iudic. lib. 48. Pand. tit. 1. c. tuæ fraternitati, 5. de procura. vbi ratio, quod oporteat in accuſationibus accuſantem ſe ſubſcribere, ante accuſationem ad pœnam talionis, leg. libellorum, de accuſationibus & inſcriptio. P. Si agatur tamen ciuiliter & non ad pœnã publicam, poterit accuſatio inſtitui per procuratorem, d. cap. tuæ fraternitati.

e c. 2. de procura. l. reos capitalium, 3. de accuſatorib. C. l. penul. de public. iudic. P. l. abſens, 71. de procura. Poteſt etiam reus præſentis per procuratorem defendi, ſi eo præſente litis fiat conteſtatio permittente iudice.

f l. licet, 42. de procura. P. l. qui populari, 5.

de popularib. actio. lib. 47. Pandect. ti. 23. A
Popularem actionem dicimus, quæ ſuum
ius populo tuetur, l. 1. eod. tit. in qua quiſ-
que, quaſi vnus ex populo agere poteſt l.
mutus, 43. §. 2. de procura. quæ cuiuis ex
populo competit. l. vnic. §. 9. ne quid in cri-
mine pub.

g l. ſi remunerandi, 6. §. rei turpis, manda. P.
h nemo enim debet obtemperare mandanti
prohibita a iure, c. dilectus filius, 15. de tem-
porib. ordinatio. & dum certo ſunt iniuſta B
mandata, etiam ſuperiorum, non ſunt im-
plenda. ca. Iulianus, 11. q. 3. quia neque
auctoritas ſuperioris iubentis, excuſat a
peccato, c. quicunque, c. de rebus, 12. q. 2.
can. ſi docuimus, 11. quæſtio. 3. can. in ca-
nonibus, 16. quæſtione 1. ca. decimas, 16.
q. 1. l. furti. §. & iuſſit, de his qui notan. in-
fam. P. l. ſeruus non in omnibus, de actio-
nib. P. Excuſabit tamen in releuatione a-
liqua ex parte pœnæ, non tamen in totum, C
ſi modo, qui exſequitur coacte faciat ex
iuſſu vel metu ſuperioris, ca. ſalotinanæ,
63. diſt. ca. amputatis, 86. diſt. ca. dixit,
14. q. 1. ca. diaconi, 28. diſt. can. miles, 23.
q. 5. vel ſi dubium ſit, an præceptum ſit iu-
ſtum vel iniuſtum, ca. quid culpatur, 23.
q. 1. l. ad ea, de reg. iur. præſumitur enim
pro ſuperiore & pro perſona publica, quod
bene iuſſerit & ſtatuerit, & ideo exſequen-
dum eius mandatum, l. ſeruo inuito, §. cum D
præter, ad ſenat. Trebel. l. pen. de inſtit. &
iur. in P.
i l. idem eſt, 13. l. ſi quis alicui, 27. §. morte,
mandat. P. quia morte mandatum exſtin-
guitur. l. inter cauſas, 26. eo. P.
k Rota deciſ. 19. inci. fuit dubitatum, in no-
uis. Guillel. de cuneo ad l. item ad litem, de
procuratorib. ideo vt tutius agatur procu-
rator debet conſtitui ad lites præſentes &
futuras, argum. l. ſi ita, de auro & argen. E
legat. l. ſi fundus, de fundo inſtruct. Pan.

## Capvt IIII.

*Qui mandare poſſint.*

Liberum eſt vnicuique ad obligandum
idoneo, mandare geſtionem ſuorum
negotiorum, vel procuratorem conſti-
tuere; ſiue abſens, ſiue præſens ſit, *a* & vni
& pluribus; *b* inuitus tamen nemo procu-
ratorē regulariter dare cogitur, *c* niſi per-
ſona, quæ de pecuniaria cauſa litigare vult,
ſit in ſublimi ſtatu poſita, quæ terrori poſ-
ſet eſſe iudici & aduerſario; quia ea tunc
ad agendum & defendendum procurato-
rem dare cogitur. *d* Item excommunica-
tus, quemadmodum & monaſterium, ſi
contra illud agatur. *e* Dat enim non ſolum
priuatus *f* procuratorem, ſed etiam vni-
uerſitas ſcholaſticorum, *g* populus, *h* com-
munitatis corpus, aut collegium. *i* Alio ta-
men nomine vt plerunque dicitur, is qui
lites pro communitatibus & collegiis agit,
nempe ſyndicus, *k* interdū & œconomus.
*l* Poteſt prælatus agere & defendere, &
procuratorem conſtituere pro omnibus
ſubditis & membris ſuis. *m* At procurator
datus ad lites, alium procuratorem ante li-
tem conteſtatam non poteſt dare, niſi aut
fuerit datus procurator in rem ſuam, aut
ſubſtituendi poteſtatem a domino acce-
perit, aut poſt litem conteſtatam. *n* Pro-
curator autem ad negotia alium quando-
cunque voluerit poterit ſubrogare, *o* niſi
agatur de ineundo matrimonio, in quo
procurator ſine ſpeciali mandato alium
ſubrogare non poteſt. *p* Idipſum dicimus
de procuratore dato regulari, qui alium et-
iam cum voluntate mandantis ſubrogare
non poteſt, ſine licentia ſui ſuperioris. *q*

### Scholia.

a §. 1. de his per quos agere poſſumus, c. acce-
dens, 19. de procurator. l. in pecuniariis,
26. C. eo. l. 1. §. fi. eo. P. Ita filius familias
mandare & conſtituere poteſt procurato-
rem, ſi qua ei ſit actio, qua experiri per ſe
poſſit; poteſt & ad defendendum quoque
& pro actione iniuriarum, l. filius familias,
8. de procurato. in P. dico autem abſentem
& præſentem mandare poſſe, procurato-
remque dare, quia præſentes interdum
quamuis poſſint, tamen nolunt ſua gerere
negotia. l. 1. §. penul. de procura.

b l. ſi ſecundum, 4. manda. P. A
c l. in pecuniariis, 36. de procura. Cod. l. præ-
ſente, §. cum autem, de his qui ad eccleſ.
confuger. dict. c. querelam, 2. de procura-
tor. l. quicunque prætorianæ, 21. iuncta
authent. hoc ius ſtabit, de procurator. C. &
nouella 71. vt ab illuſtribus & qui ſuper
eam dignitatem ſunt, & cætera.
d c. intelleximus, 7. de iudic. lib. 2. tit. 1. &
ibi gloſſa ad verbum, conueniri.
e vt in c. 2. de in integ. reſtitutio. lib. 1. ti. 41. B
f quod liquet ex totis titulis de procuratori-
bus & mandat.
g c. quia in cauſis 7. de procura.
h §. 1. de his per quos agere poſſ.
i c. cum cauſam, 6. de iuramento calum. lib.
2. titulo 7. §. ſi vero epiſcopi, de ſanctiſſ. epi-
ſcopis in nouell.
k c. 1. de ſyndico, lib. 1. tit. 39. l. 1. & l. item
eorum. 6. §. ſi decuriones, quod cuiuſque v-
niuerſ. nomine libr. 3. P. titul. 4. Syndici, C
idem quod defenſores Latinis, l. munerum,
18. §. defenſores, de munerib. & hon. lib. 40.
tit. 4. vide quæ diximus lib. 49. ſynt. cap. 5.
l c. Imperatorum, 4. de iuram. calum. Oeco-
nomus eſt cui res eccleſiaſtica veluti do-
meſtica gubernanda mandatur. ca. volu-
mus, 89. diſt. idemque eſt in effectu quod
Syndicus, ſeu procurator, vel actor, ſeu de-
fenſor in cauſa vniuerſitatis, vel collegii,
de quo in ca. cum ſimus, 9. q. 3. can. quia e- D
piſcopus, 5. quæſt. 3. l. omnes, §. nihilominus,
de epiſcop. & cleric. C.
m notatur in c. cum deputati, de iudic. c. o-
lim, de reſtitutio. ſpoliat. per Innocentium,
& in cle. 1. de reſcrip. per textum in c. au-
ditur, de præſcriptio. Rota deciſ. 426. in-
cip. ſi dicamus, in nouis.
n c. 1. §. licet autem, de procurator. in Sext. l.
quod quis, 8. l. nulla, 23. l. penul. l. neque, E
11. in fine, C. eo. l. in cauſa, l. quod quis, de
procura. in P. l. ab exſecutore, §. fin. de ap-
pellatio. Sic actor vniuerſitatis per procu-
ratorem defendere non poteſt. Quando
autem procurator datus ad procuratio-
nem inhabilis, poteſtatem habens ſubſtitu-
endi, poſſit alium ſui loco ſubſtituere effica-
citer, & quando ex aliqua inhabilitate
nō poſſit, tractatur in clem. 13. de procura.
& ibi per finales gloſſas. poteſt & procura-
tor ſubſtitutus a procuratore principali,
poſtquam dominus litis effectus fuerit, ali-
um iterum ſubſtituere, Rota deci. 545.
vtrum procuratori, in antiq. & deciſ.
122. incip. procurator ſubſtitutus, in
nouis, in rem ſuam datus procurator pro
domino habetur, vt ſi mihi titulo donatio-
nis ſint ceſſæ actiones, & datus ſim procura-
tor ad eas intentandas, vt in l. illam ſubti-
lem, C. de donatio. vide legem Plautius, &
ibi gloſſam, ad verba, ſed qualiter, de pro-
cura. P. qui vero poteſtatem ſubſtituendi
accepit, videtur & ex mandato domini fa-
cere, & eius voluntate, d. l. item eorum, §.
decuriones, quod cuiuſq; vniuerſ. nomi. P.
quo fit etiam, vt non poſſit ipſe, quem ſub-
ſtituit reuocare, cap. is qui, 3. de procura. in
Sex. etiam ſi ſubſtitutus non fuerit adhuc
mandato vſus.
o c. 1. §. 1. & §. fi. de proc. in Sex. l. ſi procura-
torem, mand.
p c. fin. de procurat. in Sex. ibiq; ratio, quia
arduum ſit negotium, & cum periculo.
q Clem. 3. de procur. quia religioſus propria
caret voluntate, ca. non dicatis, 12. q. 1. c.
ſi religioſus, de electio. in Sex.

## Capvt V.

*Cui poſſit mandari, quiſve conſtitui procurator poſſit.*

Regulariter, qui non arcetur expreſſe
ab officio procuratoris, idoneus ad il-
lud debet reputari, *a* & ei præſenti & ab-
ſenti ratum mandatum habenti, mandari
poteſt, *b* vni & duobus. *c* Duo autem vel
plures conſtitui procuratores poſſunt vel
ſimul, vel quilibet in ſolidum. Inter hos
autem intereſt, vt ſi ſimul conſtituantur, v-
nus ſine altero non debeat admitti; con-
tra, ſi ſint ſimul, in ſolidum conſtituan-
tur, eorumque melior ſeu potior erit
conditio eius, qui per litis conteſtatio-
nem negotium occupauerit, niſi fuerit

dictum in conſtitutione, quod non erit melior conditio occupantis, *d* exceptis electionum, poſtulationum, prouiſionum, & aliorum ſpiritualium negotiorum cauſis; in quibus in ſolidum pluribus procuratoribus deputatis, iudex magis idoneum eligere aliis excluſis poteſt. *e* Inuitus autem nemo tenetur mandatum ſuſcipere aut procuratoris munus ſubire. *f* Laicus poteſt eſſe eccleſiæ vel monaſterii procurator, aut ſyndicus, in temporalibus & litibus, *g* imo & in ſpiritualibus. *h* Excepta electione. *i* Nihil prohibet etiam pro eccleſia monachos & clericos ſyndicos & procuratores fieri. *k* Quinimo adminiſtratio, procuratio, & œconomatus Eccleſiarum, & rerum earum debet tradi clericis idoneis, remotis laicis. *l* Vt contra vetatur clericis, ne ſecularium rerum ſint procuratores, *m* vel ſecularium perſonarum bonorumque earum. *n* Quemadmodum & iura ciuilia militibus idipſum munus ſubire vetant, *o* & fœminis, *p* niſi raro; *q* filiusfamilias porro nedum ad negotia, ſed etiam ad iudicia abſque patris aſſenſu poteſt fieri procurator. *r* niſi ſit minor in negotiis agendis quatuordecim annorum, in litibus vigintiquinque. *s* Non poterit quoque in iudicio reus criminis conſtitui procurator, *t* vt neque quidam alii, de quibus in iudiciis agitur.

## Scholia.

a *c. 1. de procurat. in Sex. l. mutus, 43. C. eo. tit. Pand.*

b *l. 1. §. fi. & l. 2. de procura. P. c. cum dilecta, de confirma. vtil. c. licet, 7. de procuratorib. in Sex.*

c *l. creditor, 60. §. duobus, de procura. ca. poſt appellationem, §. forma, in fine 2. q. 6. cap. inſuper, de teſtib.*

d *hæc omnia traduntur & explicantur in c. ſi duo, 6. de procura. in Sext. l. pluribus, 32. de procuratorib. P. Quæ etiam intelliguntur, quando ſimul pluribus mandatum eſt, vel ſi duo ſimul & eodem tempore fuerint procuratores conſtituti; aliter ſi diuerſis temporibus, quia dando alio tempore ſecundum procuratorem, videtur reuocare priorem. cap. non iniuſte, de procuratorib. l. ſiquis cum procuratore, §. fi. eo. tit. in Sex. vide gloſſam id late explicantem in dicto c. non iniuſte, ad verba* cum aliis, *& ad verbum*, temporibus, *quando ſimul admittantur, & quando non diuerſo tempore; vel quando ſimul procuratores dati, verum quid faciendum ſit, ſi pluribus datis procuratoribus pro vno actu, diuerſo modo ſinguli actum explicauerint, qualiterque valeat quod actum erit, conſulendus Innocentius ad c. in noſtra, de procuratorib. in gloſſa 1. & Joannes Andreas ad c. ſi duo, de procura. in Sex. in gloſſa, ad verbum* admitti.

e *dicto c. ſi duo, §. fi. vbi dantur rationes de procurat. in Sext.*

f *c. licet, 7. de procurat. in Sex. l. inuitus procurationem, de procura. C. l. 2. §. quæritur, de curato. bonis dando. l. inuitus, 156. de reg. iur. P. l. filiusfamilias, 8. §. inuitus, de procuratorib. P. vbi & adiicitur, inuitum dici hic non tantum eum, qui contradicit, verum & eum quoque, qui conſenſiſſe non probatur. Cæterum poſtquam ſponte procurator ſuſceperit mandatum, cogitur illud exſequi, cle. 1. de procurator. dict. c. licet, eo. tit. in Sex. Sed & procurator ad agendum & defendẽdum, qui obtinuit ſententiam pro ſe, tenetur & defendere mandatorem in cauſa reſtitutionis obtentæ contra eam ſententiam, Rota deciſ.* 360. nota quod mandatum, *in antiq. num. 3.*

g *c. 1. in fine, de ſyndico. & ibi gloſſ. honeſtum enim cenſetur abſtinere a forenſibus negotiis, & a iurgiis clericos, ca. ſicut ſacerdotes, 2. q. 7. ca. te quidem, & ca. clericum, §. ex his omnibus, 11. q. 1. c. 1. in fine. de iura. calumniæ §. alium autem, de ſanctiſſ. epiſcop. can. credo, can. Cyprianus, 21. q. 3.*

h *cap. 1. de procura. in Sext.*

i *c. fina. de electio. in Sex. vide deciſ. Rotæ* 375. fuit dubitatum, *in nouis.*

k *ca.*



*Pand. facit ca. innotuit, de arbit. c. in ſumma, 29. q. 1.*

v *c. veniens, qui cleric. vel vouentes, &c.*

x *c. per tuas. de arbitr.*

y *c. fi. de fide inſtrument.*

z *Iuxta ea quæ traduntur in c. quod tranſlationem, de offi. lega.*

aa *c. quod de his in fine, de ſenten. excommu. argum. ca. quem pœnitet. de pœniten. diſt. 1. Sed procurator non abſoluitur, ſed mandat iudex alii, vt dominum abſoluat, vide de hoc deciſionem Rotæ, 426.* ſi decanus. *in nouis.*

bb *c. quæris. de conſecr. diſt. 4.*

cc *c. ſi habes, 24. q. 4.*

dd *c. fi. de iuram. calum. in Sex.*

ee *c. procurator. de elect. in Sex.*

ff *Clem. 2. de procura.*

gg *l. non ſolum. §. fi. de procur. P.*

hh *l. Pomponius, de procura. P.*

ii *l. 3. de acceptilatio. P.*

kk *Rota deciſ.* 323. nota Paul. *in antiq. gloſſ. ad Clement. vnicam, de conceſſ. præbend. ad verbum* admittendum, *& deciſ. Rotæ, an procurator generalis in antiquioribus collectis per Bernardũ de Biſigneto Cardinalem. Idem in poſſeſſione capienda Beneficii, quæ habet plus iuris, capit. accedens, de præbend. l. 3. de acquiren. poſſeſſ. Diuerſum in ſimplici adeptione poſſeſſionis, quæ poteſt acquiri per amicũ ſine ſpeciali mandato, & per excommunicatum, c. pro illorum, de præbend. ſicque diſtinguitur. in deciſ. Rotæ,* 290. ad recipiendum, *in nouis.*

ll *in l. ſi remunerandi, §. Maurus, manda. l. ſi contra licitum, C. eod. tit. l. litem te redemiſſe, 15. C. de procurat. l. ſumtus. C. de procurat.*

mm *cap. fin. de procura. cum ibi notatis per Bernardum, etiam ſi per notariũ fiat. vide proxime citata iura ex Rota. in proxima nota.*

nn *Sic tenet Rota in hoc, & in præcedente caſu, deciſ. 131. incip.* nota non valet, *in antiq. & deciſ.* 554. vtrum ſi notarius. *Quamuis in abbatis & monaſterii procuratorio, dubitatũ fuerit. Aliqui enim dominorum auditorũ Rotæ tenuerunt, quod procuratorium valet, ſi notarius dicat in inſtrumento, talis abbas & conuentus faciunt tales procuratores in tali cauſa, ſine ſigillo illorum. Alii vero tenent cõtrarium, in deciſ. Rotæ,* 643. aliqui domini, *in antiquis.*

## Capvt VII.

*Cuius gratia fieri mandatum poteſt.*

Mandatum ſex modis fieri poteſt. *a* Nam aut mandans ſua tantum gratia mandat, & non mandatarii, aut ſua gratia & mandatarii: aut aliena tantum: aut ſua & aliena, aut mandatarii & aliena, aut ſua, mandatarii & aliena, ſed non ex omnibus naſcitur obligatio vel actio mandati. Nam cum gratia tantum mandatarii ſit, eſt potius conſilium, *b* in aliis contra. Eſt & procurator in rem ſuam datus, qui poſtquam mandatum ſuſcepit, videtur dominus eſſe litis inſtitutæ, & ita ſuo nomine cõdemnatur, cum habeat ceſſas actiones vtiles, quas etiam proprio nomine videatur intentare. Quare & in vtilitate iudicii vel in incommodo, præfertur domino ſeu mandatario. *c* Alioquin procurator procuratorio nomine agens, non ſuam, ſed mandantis vtilitatẽ agere dicitur. *d* Quilibet prælatus eccleſiæ & epiſcopus, eccleſiaſticarum rerum eſt procurator, non dominus, *e* & conditionem eccleſiæ meliorem, deteriorem vero facere non poteſt. *f*

## Scholia.

a *Explicantur quinque primi modi a Iuſtinia. in §. 1. & ſequentib. de mandat. a Caio, in l. 2. mandat. P. de ſexto. in l. ſi procuratorem, §. tuto. eo. P.*

b *§. at ſi tua, §. tua tantum gratia, de mand. l. 2. in princip. l. Quintus Mutius, 4. § fin. manda. veluti ſi quis alicui mandat, vt pecunias ſuas in emtionem prædiorũ collocet potius quam fœneret. Et ita conſilii non*

*fraudulenti non eſt obligatio, cum is cui datur poſſit apud ſe expendere, an ſibi expediat illud ſequi, dictis iuribus & l. conſilii, de reg. iur. P. niſi alioquin quis facturus non eſſet ſi non fuiſſet & mādatum, l. ſi remunerādi, 6. §. plane, l. ſi quis mihi, manda. P. aut lucri captandi cauſa conſilium datum fuerit fraudulentum, l. 8. de dolo. P. l. ſi quis cum aliter, de verbor. obligat. Pand.*

c *l. 4. de re iud. P. l. procuratore in rem ſuam, 51. l. Plautius ait, 61. l. quæ omne, 25. de procurator. P.*

d *l. quoties quis, 81. de verb. oblig.*

e *c. 2. de donat. lib. 3. tit. 24. can. fin. 12. q. 2. ca. ſine exceptione, 12. q. 2. ca. caſellas, 10. q. 2. cum ſimil.*

f *c. 1. de in integrum reſtitu. l. qui fundum, ſi tutor. pro emt. P. l. ignorantis, de procur. P. d. c. 2. de donat.*

## Capvt VIII.

1 *Effectus.*
2 *Et actio mandati directa.*
3 *Contraria.*

1 Effectus mandati ſuſcepti † plures ſunt, verum præcipui erunt, vt procurator datus pro impeditis vel nolentibus negotiis ſuis ſupereſſe, vices agat mandātium, *a* & cū legitimo procuratore geſtum, cum domino factum cenſeatur. Quare & ideo ipſe dominus damnatur, qui damnum vel commodum negotii habet, non procurator. *b* Cogitur & a iudice procurator datus ad lites, qui cœpit exſequi munus, agere vel defendere. *c* Item acquirimus nobis per procuratorem, *d* & conſeruamus quæ iam competunt. *e* Sed & qui mandatum ſuſceperit, ſi ſuſceptū non impleuerit, damnatur, in quantum intereſt mandantis. *f* Item ſi non geſſerit. *g* Nam & non ſolum pro male geſtis, ſed etiam pro non geſtis tenetur procurator. *h* Et tam pro pecunia mandata exigi, quam pro non exacta, *i* & tam ob dolum quam ob culpam. *k* Sumtuum ratione bona fide habita, *l* præſtare neceſſe eſt, non autem mandatarius præſtabit caſum improuiſum. *m*

Agetur † & in caſibus ſuperioribus, 2 mandati actione directa, ad implenda ea, quæ ſuſcepta ſunt per mandatarium ſeu procuratorem, *n* ſi exceſſerit fines mandati in præiudicium mandantis, *o* ſi exactam pecuniam nomine mandantis ei noluerit reſtituere. *p* Datur & hæc directa, non ſolum mandanti, ſed etiam eius hæredi, *q* aduerſus mandatariū ſeu procuratorem. *r*

Contraria autē † actione mandati procurator experiri poteſt contra mandantem, 3 *s* & hæredes eius, *t* pro expenſis iuſte factis & pro aliis, quæ ei abſunt, pro exſequendo mandato, *u* & pro eo quod mandatum eſt, & non vltra, *x* proque ſalario certo promiſſo. *y* Poteſt & experiri, vt mādans pecuniam ad expediendum mandatum præſtet. *z* Et in ſumma, vt liberetur ab omni obligatione vel fideiuſſoria, vel ratione mandati contracta, quo nomine etiam ad liberationē ſcilicet agit, etiam antequam ipſe ex mandato ſatisfaciat ex certis cauſis. *aa*

### Scholia.

a *l. 1. §. vſus, de procura. P. non tamen prohibetur, qui procuratorem dedit, cauſæ ſuæ, ſi velit, adeſſe, l. Paulus reſpondit, 69. de procur. P. Poſſet enim interdum alioquin procurator cum aduerſario colludere, l. 27. de inoffi. teſta. P. neque enim quis tantam alteri concedit poteſtatem, quin eandem vel ſimilem ſibi conſeruet. Sic & præſente domino, procurator recte ei ſtipulatur & quærit, l. ſi procurator, 79. de verb. obligat. tamen hoc intereſt inter geſtum a procuratore præſente domino, & geſtum eo abſente, quod eius, quod eo præſente acquiſitum eſt, non transferuntur in eum actiones, niſi cedantur ei a procuratore. dict. leg. ſi procuratori, contra ſi fuerit abſens, quia ei tunc ſine ceſſione quærūtur, l. 49. de acquir. poſſ.*

b *Procurator ſuo nomine nō damnatur, ideo non*



*non in eum, ſed in dominū iudicati actio datur, niſi in rem ſuam fuerit conſtitutus, vel niſi ſe liti obtulerit, id eſt, niſi ſine mandato pro domino litem ſuſceperit, promittens de rato. leg. 4. de re iud. P. l. Plautius, 65. de procura. P. aut niſi procurator vendens prædium, fidem ſuā de euictione obſtrinxerit, l. procurator qui pro euictione 67. de procura. Omne commodum & incommodum pertinere ad dominum tradit l. ex mandato, 20. manda. P. & inuito procuratore, quod is acquiſiuit, dominus poteſt exigere. l. procurator, 68. de procur.*

c *Clem. 1. de procuratorib. l. ſed & hæ perſonæ cum duab. ſequentibus. de procurat. P. l. filiusfamilias, 9. §. fin. eod. diſtinctione adhibita, l. mutus, 43. §. ſi procurator, cum 2. leg. ſeqq. eo. tit. Poteſt & cogi procurator reconuentus defendere ſi egit. capit. 12. de procur. apud Greg. l. 5. C. de procur.*

d *§. ex his itaque, per quas perſonas cuique acquiritur, lib. 2. Inſtitutio. titul. 9. l. quod procuratæ, 68. l. per procuratorem, 72. de procuratoribus. P. l. ſi procuratori, 79. de verb. oblig. P. l. communis ſeruus, 42. §. 1. l. ſi procurator, 13. l. traditio, 20. §. ſi. l. ſi nec in vacuam, 34. §. 1. de acq. poſſ. P.*

e *l. per procuratorem, 72. de procuratorib. Pandect. leg. ſi procurator, 17. de operis noui nuntia. P.*

f *leg. ſi quis alicui, 27. §. qui mandatum, manda. P.*

g *l. diligenter, 5. §. 1. & l. ſi remunerandi, 6. & l. ſi procuratorem, 8. §. ſi tutores. l. ſi mandauero, 22. §. fin. l. ſi quis alicui ſcripſerit, 27. §. qui mandatum, manda. P. l. ſi maritus, 5. C. eod. tit. voluntatis enim eſt ſuſcipere mandatū, ſed neceſſitatis cōſummare. l. in commodato, 17. §. ſi quid autem, commod. P. d. l. 1. §. 1. & ſeq. mand. P.*

h *Verba hæc ſumta ſunt ex l. procuratorem, 11. C. manda.*

i *Sic a procuratore dolum præſtari conuenit, dicta l. procuratorem, & l. a procuratore, 13. mand. C. Bonam fidem præſtare debet qui rem procurat, l. idemque, 10. l. ſi mandatu, 59. mand. P. quia & ea in omnibus contractibus exigitur, l. bonam fidem, de actio. C. Dolus exiſtimatur ineſſe mandatario ſeu procuratori, ſi nolit proſequi, quod proſequi poteſt, aut nolit exigere quod poteſt exigere. l. dolus, 44. manda. P. Item ſi mandato accepto de diſcutiendis virib. & facultatibus eius, cui mandās volebat credere, ſciens prudensq; eum nō eſſe idoneum, talē tamen eſſe renuntiauerit. l. ſi mandauero tibi, 42. manda. P. l. quod ſi cū ſcires, 8. de dolo, lib. 4. P. tit. 3. Atq; interdū propter dolū procuratoris, dominus reſtituitur in integrū cōtra ea, quæ per dolum geſta ſunt, maxime ſi ipſe procurator non ſit ſoluendo, vt in cap. 2. & ibi per gloſſam ad verbum* reſtituimus, *de in integrum reſtitutio. libr. 1. tit. 41. nec poteſt inter contrahētes paciſci, ne dolus præſtetur ex contractu, leg. contractus, 23. de reg. iur. cum ſimilib. eo quod ex hoc pacto occaſio delinquendi ſequeretur, contra l. conuenire, de pactis dotali. P. l. alia lege, §. eleganter, ſolut. matrimon. P. Poterit & dominus procuratorem ſuum conuenire ex dolo, quem procurator contra alium commiſit, quia procuratoris generalis dolus domino nocet. l. apud Celſum, §. quæſitum, de exceptione doli. P. l. 1. §. 2. de ædilit. edict. ſi potuit prohibere & non fecerit, quod proſequitur deciſio Rotæ 431.* nota vtrum epiſcopus, *in antiquis, vbi & ratio a præſumta ſocietate & participatione doli.*

k *De omni culpa tenetur mandatarius, d. l. procuratorem, & l. a procuratore. manda. P. de lata leuique, vt ibidem dicitur. leg. ſi procuratorem, §. dolo, & l. dolus, manda. P. l. contractus de regul. iur. P. & de leuiſſima. gloſſ. Cynus, Iacob. de Aretio, Ioannes Azo ad l. a procuratore, C. de manda. Cynus ad ca. contractus. 85. de reg. iur. in Sex. facit l. in re mandata, 21. C. mand. ibi aliena negotia exacto officio gerūtur, &c.*

l *Sumtus enim repetit contraria mandati actione factos pro negotiorum geſtione vel lite, etſi cauſa ceciderit mandatarius ſeu*

*procurator, & ſi ſine culpa ſua damnatus fuerit dominus, ca. cum pro cauſa, de procurator. l. etiam, 4. l. procuratorem, 11. l. ſi contra licitum, 20. mandat. C. l. idemque, 10. & idem Labeo, & l. 56. §. fin. & l. ex mandato. manda. P. l. qui proprio nomine. 46. §. litis impendia, leg. actoris, 30. & ſeq. de procura. P. quod intelligendum, quando cum mandato quis ſumtus fecerit in cauſa amiſſa, alioquin ſi ſine mandato, quis geſſerit, vel defenderit, aut egerit, repetet quidem ſumtus ſi obtinuerit, non etiam ſi damnatus fuerit, vt etiam ſi inutiliter ſine mandato geſſerit, l. iam tamen, §. in hac, in 2. iudica. ſolui. Pandect. leg. ſed an vltro, 10. manda. niſi ratihabitio ſequatur, l. Pomponius, 9. de negot. geſtis. Pand. Qui vtiliter ſine mandato geſſerit, repetit non tantum a domino, ſed etiam ab eccleſia, cuius vtiliter negotia geſta ſint, impenſas probabili ratione. can. quicunque, 12. quæſt. 4. cap. quod quibuſdam, de fideiuſ. capit. 1. de depoſito. Expenſæ porro non debent excedere probabilem modum, vt liquet ex iam ante citatis iuribus, & per l. procuratorem, c. manda. l. inter quos, §. fi. & l. ſequen. de damno infect. c. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſ. c. 2. in fin. de ſequeſtra. poſſ.*

m *l. a procuratore, 13. manda. C. l. contractus, 23. in fine, de regul. iur. Pand. niſi in tribus caſibus, primus ſi conuenerit expreſſe, vt caſum fortuitum præſtet mandatarius. l. negotium, de nego. geſt. l. 1. C. de depoſ. l. 1. commun. l. quæ fortuitis. C. de pignora. act. 2. ſi culpa mandatarii præcedat caſum, vt in l. ſi vt certo, §. ſi interdum, & l. in rebus, commo. Pan. 3. ſi mandatarius fuerit in mora ante caſum fortuitum, l. ſi in Aſia, §. fin. depoſi. P.*

n *l. ſi mandauero, 22. §. fin. cum 3. ſequent. de procura. P. §. mandatum non, de mandat. apud Iuſtinian. niſi forſan mandatarius non potuerit ſine ſua culpa implere. l. ſi quis, 27. §. qui ſuſcepit, mandat. P. aut ſi alius mandatum impleuerit, aut ſi nihil intereſt mandatoris, non impleri, l. ſi procuratorem, 8. §. mandati, & §. mandaui mandat. P. Agitur hic & de fide rupta per iudicium famoſum, ex quo condemnatus fit infamis, l. in re mandata, 21. manda. C. l. 1. & l. furti, 6. §. 5. de his, qui notant. infam. P. vltra condemnationem quanti intereſt mandantis, quæ coniungitur, l. ad comparandas, 16. C. man. l. 8. §. 6. eo. P.*

o *l. diligenter, 5. & l. poteſt, 42. man. P. & ita deteriorẽ cauſam fecerit domini, l. 3. man. P. vt aliter tenetur, ſi cauſam læſerit. l. cum per procuratorem, 9. mand. C. l. 8. §. 1. eod. P. l. 10. de procurat. C. dictum autem hic, ita demum agi in mandatarium excedentem, ſi exceſſerit fines in præiudiciũ mandatoris, non etiam ſi meliorem cõditionem eius excedendo fecerit, l. 3. & l. diligenter, 5. §. fin. manda. P. Cæterum ſi mandatum habet legis vices ſubditis impoſitum, illud debet ad vnguem & ſtrictius obſeruari, neque illud cuilibet, etiam ſi videatur illi inde ſequi maior vtilitas, licitum eſt illud explicare pro ſuo arbitrio, l. proſpexit, qui & a quibus manu. liber. non fiant. Quia quemadmodum conſtitutio, ſic explicatio legis ad ſolum principẽ pertinet, l. 1. & fin. C. de legib. Et ita iuſſit expreſſe Deus Deuter. 12. can. verſ. fin.* non facietis ſinguli, quod vobis rectum videretur: ſed quod præcipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas vel minuas, *conſentit. c. 4. Deut. & Prouerb. c. 30. verſ. 6. Apocal. c. fi. ver. 18. & ſeq. Similiter qui mandatam vel delegatam habent iuriſdictionem a principe, non poſſunt efficaciter eam prorogare vltra mandata, nec procurator pro ea cauſa datus conſentire poteſt prorogationi, cum ſit in eo ſine poteſtate extra mandatũ, c. cum olim, 32. de offic. delega. Atque in mandatis rerum iudicatarũ exſequendis, ea oportet ex tenore exſequi. l. ſeruo inuito, 65. §. cum prætor, ad ſenatuſconſul. Trebellia. P. propter auctoritatem rerũ iudicatarum, ob quam publice intereſt ita fieri, neque exſecutor nudus auctoritatem habet in-*



*bet interpretandi ſententiam l. exſecutor, 4. §. 1. de appella. P. lib. 49. ti. 1. l. exſecutorem, 18. de exſecutio. rei iudica. lib. 7. C. tit. 53. & ſi aliter quam ſtatutum fuerit, exſequatur, recte ab eo prouocatur. dict. l. ab exſecutore, quia non poteſt ſibi partes cognitoris aut iudicis aſſumere, l. ſi vt proponis 6. de exſecutione rei iud. tit. 7. C. tit. 53. poteſtque eius exſecutioni reſiſti, l. 5. C. de iure fiſc. In mandatis etiam militaribus olim, dum viguit diſciplina militaris, capitale ſæpe iudicatum eſt ab illis declinaſſe, quamuis tranſgreſſio feliciter ſucceſſiſſet. Sic Poſthumius dictator A. Poſthumium filium, quod non ſuo iuſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus hoſtes fuderat, victorem quamuis, ſecuri percuti iuſſit, vt refert Diodorus Siculus, lib. 12. Liuius in 4. Gellius lib. 17. c. fi. Refert & Valerius Maximus, lib. 2. c. 7. vbi & addit ſimile exemplum de Manlio Torquato, qui in bello Latino conſul, filium prouocatum a Gemino Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum, ſe ignaro, deſcẽderat, quamuis victorem, a lictore abreptũ in modum hoſtiæ mactari iuſſit; quod recenſet Liuius & alii. Sic Papyrius dictator, cum aduerſus imperium eius Q. Fabius Rullianus magiſter equitum, exercitum in aciem eduxiſſet, quamquam fuſis Samnitibus, tamen eum nudari & virgis cædi iuſſit, vt idem Liuius ait li. 8. omitto ſimilia. Mandatum quoque apoſtolicum plene implere debet, qui implendum ſuſcepit, in fauorem eorum, quorum cauſa mandatur, & ſecundum intentionem mandantis, vt docetur in c. mandatum apoſtolicum, 38. & ſeq. literis 29. de reſcript. nec debet de caſu ad caſum extendi, c. cui. de non ſacerdotali, §. idem. de præbend. in Sex. Mandata apoſtolica ſeu Papæ habent vim conſtitutionis, Domi. in c. fin. de hæretic. in Sex. facit c. a nobis, in 1. de ſenten. excommunica. per l. 1. & fi. comminatio. vel epiſtolas, &c. C.*

p *l. ſi procuratorem, 8. §. dolo, & ſequentib. 11. l. procurator, 51. l. ſi mandatu, 59. manda. P. niſi res perierit ſine culpa ipſius mandatarii, dicto §. dolo, quo caſu non tenetur de reſtitutione, ſi modo periculum in ſe non ſuſceperit, l. & Ariſtoni, 39. manda. P.*

q *l. ſi vero, 12. §. fin. & dict. l. ſi mandatu, 19. manda. P. Si filiusfamilias quoque mandauerit, poterit & patri competere actio; & ſi ſeruus, domino. l. ſi mandauero, 32. §. fugitiuus, manda. P.*

r *l. 1. §. ſi te rogauero, & §. quod ſi rem, depoſit. P. nec aduerſus alium regulariter competit quam mandatarium, l. mandati, 14. C. de fideiuſſ. vel niſi perſona mandatarii ſit filiusfamilias aut ſeruus, quia tunc ageretur vel contra patrem, vel contra dominum de peculio, l. quod filiofamilias, 61. manda. iuxta diſtinctionem l. eum actum, 16. de negotiis geſt. P.*

s *l. ſi vero, 12. §. contrario, manda. P.*

t *l. ſi præcedente, 58. manda. P.*

v *c. 6. de procura. & ſ. in litera l. latius docui cum diſtinctione, & l. actores, 30. & l. ſi quis cum procuratorio, 31. de procuratorib. in P. l. 7. manda. P. leg. ſumtus, 53. de pact. P. Et ſi quid ob mandatum ſibi abſit, mandatarius hac actione vt reſtituatur poteſt agere; aut per exceptionem, conuentus repetere ac deducere. l. idemque, 10. §. idem Labeo. & l. ſi vero, 12. §. ſi mihi, & §. ſi quis, 37. §. impendia, manda. P. cum ſimilib. vt etiam quod ſeruus ex mandato emtus, mandatario furtum ſine ſua culpa fecerit, l. inter, 26. §. ſi cum ſeruus. manda. P. l. ſi ſeruus, §. quod vero, de furt. P. Et ſi propter mandatum vſuras pro mutuo contraxerit, ex mandato aget, vt a mutuo & ab vſuris liberetur. in l. 2. C. manda.*

x *l. rogatus vt fideiuberet, 33. cum ſeq. manda. P. l. 2. C. eod. ti. Sic qui ſoluit ante diem, qua mandatum eſt ſolui, non repetit niſi poſt diem, l. fideiuſſor, 51. manda.*

y *Si remunerandi gratia honorarium, id eſt, ſalarium certum promiſſum erit, erit mandati actio. l. ſi remunerandi, 6. manda. P.*

*l. 1. Cod. eo. tit. ſi alias conſtitutum ſit l. ſalarium, 7. eod. P. l. 1. & 3. de proxeneticis, P. alioquin ſalarium incertæ pollicitationis peti non poteſt l. ſalarium, C. manda. neque iudicio mandati neque extra ordinem, vt conſtituatur, l. qui mutuam, 56. §. ſalarium, manda. P.*

z *l. ſi vero, 2. §. fi. & l. ſeq. manda. P.*

aa *l. Lucius Titius, 8. & l. ſi mandatu, 45. in princ. cum ſeq. manda. P. l. ſi pro ea, 10. Cod. eod.*

## Capvt IX.

### *Quibus modis exſtinguitur mandatum.*

PRocvrator a prælato, rectore, vel alio quolibet pro eccleſia vel beneficio conſtitutus, per mortem conſtituentis reuocatur, etiam quod pertinet ad negotia iam incœpta, & lite in cauſa iam conteſtata. *a* At in propria cauſa non eccleſiæ, finitur quoque mandatum re integra, moriente mandante, vel mandatario, non ita re non integra. *b* finitur etiam mutata voluntate a mandante, vel priore reuocata, *c* quemadmodum contra finietur ſi mandatarius ſeu procurator, integra adhuc cauſa renuntiet vt oportet mandato; *d* cenſetur & reuocatus procurator prior, alio in locum eius poſtea ſubſtituto, *e* vt & mandatum generale derogat ſpeciali. *f*

### Scholia.

a *hæc eſt ad verbum deciſio noua in clem. final. de procurato. quæ multas quæſtiones ea de re antiquitus agitatas determinauit. Nihil enim agi debet ſede vacante, & ſi fiat, perperam fieri dicitur, c. 1. & c. fi. ne ſede vacan. vide gloſſ. ad dict. clem. fin. ad verbum,* reuocari.

b *c. relatum, c. licet, de offic. delega. lib. 1. decreta. titu. 29. vide deciſ. Rotæ 349.* ſi Papa mandet, *in nouis, §. item ſi adhuc, de manda. apud Iuſtinia. l. ſi defunctus, de procura. l. inter cauſas, manda. P. leg. mandatum, Cod. eo. finitur morte mandatarii quoque mandatum, in l. ſi quis alicui ſcripſerit, 27. §. morte, mandat. P. Re etiam integra in dato, vt aliquid fiat, locus eſt pœnitentiæ, l. 2. §. 2. de condictio. cauſa data. P. Res integra in iudiciis dicitur ante litem conteſtatam, in negotiis ante præparamenta, vt ait gloſſa ad clem. fin. ad verbum pro eccleſ. de procura. in iuriſdictione tamen delegati morientis, non cenſetur res integra, ſi ea iuriſdictione ante mortem vti cœperit, c. licet vndique, de offi. & poteſt. iud. delega. vti autem cœpit citatione facta, c. gratum, 20. eo. tit. c. fin. de offi. lega. l. ſi quis poſteaquam, de iudic. P. facit l. 1. de pollicitatio. l. nam & ſeruus, §. ſi vino, de negotiis geſtis, & citatione cenſetur perpetuata iuriſdictio, quamuis nõ cenſeatur negotium cœptum, niſi poſt conteſtationem, vt explicat gloſſa in dict. c. gratum, ad verba* quaſi cœptum. *Ante litem itaque conteſtatam, libera eſt domino mutandi procuratoris poteſtas, vel iudicium in ſe ſuſcipiendi, veluti re integra. ca. in cauſis, de electio. l. ante litem, 16. ibi de procurator. P. l. 3. Cod. manda. §. penul. de manda. apud Iuſtinia. poſt litem autem conteſtatam non niſi cum cauſa, eaque cognita. ca. quamuis, 2. de procura. in Sex. vt propter ætatem procuratoris religioniſque beneficium, leg. poſt litem, 17. §. fin. l. aut religionis, 18. de procura. P. item ſi ſuſpectus factus fuerit procurator, vel ſit in vinculis, aut in hoſtium prædonumve poteſtate, l. item ſi ſuſpectus, 19. eo. tit. de procur. vel ſi diſtringatur alio iudicio publico priuatione, valetudine, vel re ſua maiore, l. vel iudicio 20. eod. vel exilio, vel ſi lateat, vel poſtea inimicus ſibi fiat, l. vel exilio, 21. eo. aut affinitate aduerſario iũgatur, vel hæres eius fiat, l. aut affinitate 22. eo. aut peregrinatione longa, aut alia quadam iuſta cauſa abſit, l. aut longa, 33. eo. de procura.*

c. ſi



c *l. ſi vero non remunerandi, 12. §. ſi mandauero, manda. P. Sed non ſufficit mutatam eſſe voluntatem ſeu reuocatum eſſe mandatum, oportet enim eam mutationem & reuocationem cognitam eſſe mandatario, l. ſi mandaſſem tibi, 15. manda. P. c. in noſtra, 4. de procura. Quamobrem ſi antequam literæ reuocatione peruenerint ad procuratorem, factum quippiam aut concluſum in proceſſu fuerit, factum cum procuratore non obſtante reuocatione valet. ca. auditis, 8. de procuratorib. Quando vero debeat certificari de reuocatione ad hoc vt quod gerit nomine procuratorio non valeat, & quando non, & quando ſine certificatione reuocetur, docet fuſe Rebuffus, ad titulum de ſublatione Clementinæ literis, ad verbum,* reſignatione, *in concordatis. Requiritur & inſuper antequam geſtum cum reuocato procuratore, tanquam cum falſo procuratore factum corruat, vt reuocatio procuratoris ad lites cognita fuerit, non tantum ei, ſed etiam aduerſario & iudici, alioquin cum eo geſta valent. c. mandato, 13. de procura. ca. ex parte decani, de reſcript. l. vni. & ibi Accurſ. Cod. de ſatiſdan. l. ſi procuratorem, C. de procura. ne fiat fraus aduerſario, & ne decipiatur iudex. In procuratore tamen ad negotia, arbitrantur ſufficere reuocationem perueniſſe ad ſolum procuratorem, d. l. ſi is manda. P. ſumta a contrario ſenſu; & ſic notat gloſſ. ad c. mandato, 13. ad verba,* a domino, *de procuratorib.*

d *l. ſi mandauero, 22. §. fin. manda. vbi & cauſæ, quare & quomodo renuntiare mandato poſſit; vt & in l. ſane, 22. l. ſeu ob inanes, 23. l. ſeu ob aliam, 24. l. inter cauſas, 25. manda. P. Item ſi dignitas acceſſerit procuratori, vel mandatario, aut inimicitiæ cum domino, l. filiusfamilias, 8. §. fin. de procura. ſi valetudinem aut neceſſariam cauſam abſentiæ alleget, aut aliam iuſtam cauſam, l. aut valetudinem 9. l. vel hæreditas, 10. de procura. P.*

e *Quando diuerſis temporibus diuerſi conſtituuntur pro eodem negotio procuratores, ca. non iniuſte, de procuratorib. in Sex. l. ſi quis cum procuratore, §. fin. eod. P. etiam ſi ſecundus noluerit acceptare mandatum, argum. §. poſteriore, quibus mod. teſtam. infirment. apud Iuſtinia. niſi exprimatur in ſecunda procuratione, quod non reuocetur prior, c. ſi quis, de procura. in Sext. l. ſi pluribus, de lega. 1. vel niſi plures dati fuerint, & in ſolidum, de quo vide ca. ſi duo, de procurat. in Sext. & ibi gloſſ. notat & Rota deciſ. 170.* nota quod vbi aliquis, *in antiquis, quod ſi quis fecerit procuratores ad acceptandum beneficia, ſi ſecundo alios fecerit, videtur primos reuocaſſe, poſito etiam quod primi non ſint certificati, per leg. ſi patronus, de manumiſſ. vindic. P. l. ſi quis mihi, §. fin. cum ibi notatis per gloſſam, de acquiren. heredi. quia ex quo ſolum agitur de præiudicio conſtituentis, non requiritur vt procuratores reuocati, ſint certificati, aliter autem ſi in præiudicium alterius requireretur. l. ſi mandaſſe, manda P. idem traditur deciſ. 174.* nota quod vbi diuerſis, *in antiquis. Item ſi in ſecunda inſtantia, puta appellationis dominus alium conſtituit procuratorem reuocatus cenſetur, qui fuit conſtitutus in prima, ſi non dicat, ſe id ſine reuocatione prioris facere. Quia licet prima inſtantia ſit eadem cum cauſa appellationis, ſunt tamen diuerſæ inſtantiæ, c. veniens, de teſtib. Et inſtantia finita eſt, ideo cum primo reuocato factum in ſecunda inſtantia, non valet, modo ſecundi procuratoris conſtitutio peruenerit ad aduerſarii & iudicis notitiam. & ſic diſputat Rota deciſ. 21.* ſi dominus principalis, *in nouis.*

f *cap. ſtuduiſti, 2. de offic. legat. lib. 1. tit. 50. cap. 1. & cap. paſtoralis, de reſcript.*

# DE DONATIONIBVS.

## *a* TIT. XIX.

a *Ad hunc titulum pertinent tit. de donationibus lib. 5. decretal. ti. 24. de feudis lib. 3. tit. 20. de donationibus inter vir. & uxorem, & de dote poſt diuortium reſtituenda lib. 4. tit. 20. Et in iure ciuili tit. de donationibus lib. 2. inſtitutionum Iuſtinia. tit. 7. & lib. 29. P. tit. 5. & lib. 8. C. ti. 54. de donationibus ante nuptias vel propter nuptias & ſponſalitiis, lib. 5. C. tit 3. de donatio. cauſa mortis lib. 8. C. tit. 57. & lib. 39. P. tit. 6. de donationibus inter virum & vxorem, & a parentibus in liberos factis & de ratihabitatione lib. 5. tit. 16. de donationibus inter virum & vxorem lib. 24. P. tit. 1. de donationibus quæ ſub modo vel ex conditione vel ſub certo tempore confirmantur. lib. 7. ſiue 8. C. ti. 55. de reuocandis donationibus lib. 8. titul. 56. de donationibus a curalibus factis ab inteſtato vel teſtamento eorum ſucceſſoribus nouella 101. cum autem & ſpecies donationis, ſit legatum, poſſunt huc referri tituli de legatis ex iuris ciuilis inſtitutionibus, P. & C. poteſt & locari titulus de conceſſione præbendæ.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid donatio.*

1 INter contractus *a* annumeratur donatio, ideo de illa pauca dicemus, antequã contractuum claudamus tractationem, quę magis ad ius pontificium pertineant. *b*

2 Donatio autem eſt, contractus, *c* quo quid transfertur, *d* in alterum *e* ſponte, *f* gratis, *g* & irreuocabiliter.

### SCHOLIA.

a *Dubitarunt aliqui, num donatio inter cõtractus vel diſtractus (ſunt enim hi duo fines conuentionum, l. 1. §. conuentionis, de pact. P.) annumerari debeat. Ego autem in ea ſum ſententia, vt inter contractus annumeretur, quia ex ea naſcitur obligatio, vt dicemus in effectu Deo fauente, & probatur in l. qui donatione, de donationib. lib. 39. P. tit. 5. obligatio eſt finis contractuum l. ex maleficiis, de actio. P. diſtractus autem ad diſſolutionem obligationis pertinet, l. ſi quis abſentis, 4. §. is quoque, de actio. P. Eſt tamen contractus ſtricti iuris, non bonæ fidei, §. actionum, de actionib. l. eum qui donationis, 22. de donationib. P.*

b *nam de aliis copioſe tractauimus lib. 28. Syntagma. iuris vtriuſque in c. 7. de finitione, in 8. de rebus quæ donari poſſunt, in 9. de perſonis quæ poſſunt donare & quibus donari poteſt, in 10. de donationibus inter virum & vxorem, in 11. de confirmatione donationis inter patrem & filiumfamilias & coniuges, in 12. de aliis perſonis, in 13. de forma donationis in 14. de donatione cauſa mortis, in 15. de fine, cauſis & actione donationis. Diximus & s. lib. hoc 3. harum inſtitutionum in voto de pollicitationibus tit. 2.*

c *Ita dicitur contractus in l. contractus de fide inſtrument. C. l. in ſiquis emtionis, de præſcript. 30. vel 40. anno. C.*

d *habet donatio dominii translationem, ſi is qui dat ſit dominus, l. in ædibus, 9. § fin. de donation. P. l. ſenatus, 35. §. donatio, de donation. cauſa mortis, P. quo nomine differt a commodato, quo tantum transfertur poſſeſſio & vſus, cum in omni datione præciſe debeat dominium transferri, l. vbi autem non apparet, 75. §. fi. de verbor. obli. P.*

e *quia nemo ſibi donare poteſt, & donantis & accipientis conſtituenda eſt differentia, c. fin. de inſtitutio, vt nemo plurium officio ſimul fungi poteſt, l. nemo, de aſſeſſor. C. l. ſi plures, de pact. P. nemo poteſt ſeipſum præſentare.*

f *c. 1. de donatio. l. 1. & l. donare, eo. tit. in P. l. donari, de regul. iur. P.*

g *nam ſi mercedis cauſa donetur, non eſt donatio, l. hoc iure, §. 1. de donat. P. quare & remuneratoriæ donationes, mercedes & retributiones, proprie non ſunt donationes. l. Attilius, 27. l. ſi pater, 34. §. fi. de donatio. Pand.*

h *l. 1. l. Ariſto, de donationibus, P. l. velles, l. poſſeſſionem, C. de reuocan. donat. ca. ſacrorum, 12. q. 2. hoc nomine differt a mutuo, in quo de meo quidem tuum fit, non tamen irreuocabiliter, ſed ea lege, vt poſtea reſtituas in eadem quantitate, pondere vel mẽſura eiuſdem ſpeciei, l. 2. & l. cum quid, §. fin. de reb. cred. P. & hanc differentiam expreſſe adfert Vlpian. in l. ſi ego pecuniam, ſi certum peta. P. differt etiam a conceſſione precario facta, quæ reuocari poteſt, non autem donatio. leg. Lucius Titius, 32. de donat. P.*



### CAPVT II.

*Diuiſio.*

DOnationum aliæ dicuntur inter viuos factæ; aliæ cauſa mortis, *a* inter viuos ea eſt, quæ ſine aliqua mortis cogitatione fit, quæ & proprie dicta donatio. *b* Mortis cauſa donatio eſt, quæ propter impendentis mortis fit ſuſpicionem. *c* Rurſum donatio alia ſimplex & pura, alia non pure facta. Pura & ſimplex eſt collatio beneficiorum, *d* quę & donatio dicitur; *e* ſunt & aliæ ſimplices donationes, quæ ita fiunt vt ſtatim valeant, ſiue fiant a perſonis eccleſiaſticis, ſiue a laicis, in eccleſias, vel laicas vel eccleſiaſticas perſonas. *f* Non ſimplex vel non pura donatio eſt, cui adiicitur aliqua cauſa; *g* qualis donatio dotis, *h* donatio propter nuptias, *i* mortis cauſa donatio. *k* Eleemoſyna, quæ eſt munus ob neceſſitatẽ datum pauperi; *l* donatio, quæ eccleſiæ & Deo fit pro remedio peccatorum donantis. *m* Item nõ ſimplex nec pure contracta, cui adiicitur modus, *n* tempus, *o* aut conditio. *p* Item harum donationum, quædam dictæ directæ, quædam obliquæ. *q* Directæ præſtantur per donatorem ipſum, obliquæ per alium vel per hæredem eius. *r*

### SCHOLIA.

a *§. 1. §. eſt & aliud, §. aliæ autem, de donatio. apud Iuſtini. l. 1. de dona. P. l. 2. de mortis cauſa donation.*

b *& iſta donatio dicitur abſolute donatio, quæ per ſe eſt irreuocabilis, l. 1. de donationi. P. l. vbi ita donatur, de donationib. cauſa mortis, P. §. aliæ autem donationes, de donationib. apud Iuſtinia.*

c *Habet hæc donatio conditionem, vt ſi quid humanitus, id eſt, ſi mors donanti contingat, habeat is cui datur; ſi autem is qui donauerit ſuperuixerit, acciperet; aut ſi eum ante mortem donaſſe pœnituiſſet, l. mortis cauſa, §. & in ſumma, de donation. apud Iuſtinian. l. 1. de donatio. cauſa mortis, vt morte donantis etiam perficiatur. l. non videtur perfecta, de donation. cauſa mort. P. & quantum pertinet ad exſecutionem, inſpicimus donãtis mortis tempus, l. in mortis cauſa donationibus, & l. fin. eo. tit.*

d *de hac donatione ſeu collatione beneficiorum diximus in tracta. beneficiorum copioſe.*

e *collatio donatio dicitur, c. quia diuerſitatem, 5. & c. poſt electionem, 7. de conceſſio. præben. cum ſimilib.*

f *exempla patent in titulis de donationibus in P. C. & Inſtitutionib. iuris ciuilis, & de donationibus inter virum & vxor. & explicatur in l. 1. §. fi. de donatio. P.*

g *variari poſſunt qualitates accidentales cõtractuum pactionibus contrahentium, l. 1. §. ſi conueniat, depoſit. P. l. contractus, de reg. iur. atque in traditionibus, pacta quæcumque appoſita ſeruanda, l. in traditionibus, de pact. P. l. legem quam dixiſti, C. de pactis conuen. Apparet autem quæ ſit cauſalis donatio ex verbis eius, vt ſi dicatur,* quoniam, quia, ideo, quod negotia mea geſſiſti vel geres, fundum tibi dono, *& ſic de ſimilib. §. longe magis, de lega. apud Iuſtinia. l. 2. §. fi. de donatio. P. Quare & cauſa erit id, ex quo, per quod, vel a quo, vel propter quod, aliquid donatur, vel quis ad donandum compellitur, ſiue de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro ſit, l. ſi ita legatum, 12. de condition. & demonſtra. Exprimitur & cauſa per* quia, *cõditio per* ſi, *modus per* vti, *l. demonſtratio falſa, 17. §. fi. de condition. & demonſtra. li. 35 P. ti. 3. gloſ. ad rubricam, de his quæ ſub modo vel fideicommiſſo relinquuntur, C. Hic tamen obſeruandum, donationem ob cauſam factam, non proprie dici donationem, ſed*

*ſpeciem remunerationis, & compenſatio-* A
*nis, l. hoc, §. fi. & l. Attilius, & l. ſi pater, §.*
*1. de donatio. P.*
h *dos, donatio eſt, facta cauſa matrimonii, ſi-*
*ne quo non ſubſiſtit, l. 3. de iure dot. P. l. 8.*
*de ritu nuptiarum, P. l. 6. C. de inceſt. nupt.*
*& ideo ſoluto matrimonio res dotalis red-*
*denda, c. 1. & 2. de dona. inter virum &*
*vxor. l. in rebus, C. de iure dotium, quia*
*ceſſat cauſa, nempe onera matrimonii, pro*
*quibus dotis fructus percipiuntur, l. pro o-* B
*neribus, eod. P. l. ſalubriter, de vſur. cum*
*ſimilib.*
i *nam & donatio propter nuptias, ob matri-*
*monium, vt dos, ideo & eo ſoluto ad virum*
*redit, vt dos ad vxorem, c. fin. de dona. in-*
*ter virum & vxor. l. 1. & l. cum multæ, &*
*toto titulo, de donationibus ante nupt. C.*
*lib. 5. tit. 3.*
k *de donatione cauſa mortis, in c. 4. & ibi ad*
*verbum*, decedant, *de ſepultur. mortis* C
*cauſa donatio cauſam habet cogitationem*
*mortis inſtantis, vel generaliter eam cogi-*
*tando, vel propter inſtans periculum, ea le-*
*ge donando, vt poſt mortem ſuam tantum*
*valeat donatio, l. 1. & ſequentibus, vſque*
*ad 7. de mortis cauſa donation. P. mors hic*
*conſideratur donantis, nam ſi ob cauſam*
*mortis alterius detur, non donatio cauſa*
*mortis, ſed mortis cauſa capio dicitur, leg.*
*qui pretio, l. ſi mulier, l. mortis cauſa capi-* D
*mus, de donatio. cauſ. mort. P. Et maxime*
*in eo differunt, quod donatio cauſa mortis*
*eſt reuocabilis, mortis cauſa capio minime*
*l. ſera, §. fin. & l. vbi ita donatur, de dona-*
*tio. cauſa mort. P.*
l *intereſt enim hominis, hominem affici be-*
*neficio, l. ſeruus ea lege, de ſeruis export. P.*
m *c. 2. de conſuetudine. Donãtur & eccleſiæ*
*bona ad alendos pauperes, c. 2. de reb. ec-*
*cleſ. non aliena. ca. quoniam quidquid, 6.* E
*q. 1 fit & ob cauſam pietatis eleemoſyna, &*
*ad iuuandas defunctorum in releuandis*
*pœnis animas, ca. animæ defunctorum, ca.*
*tempus, 24. q. 2. ca. ſane quod, 26. q. 7. can.*
*ab infirmis, de pœnitentia. diſt. 6. eaque eſt*

*vel ſpiritalis vel corporalis, vnde & tria*
*genera eleemoſynæ conſtituuntur, dare e-*
*genti, dimittere lædenti, & corrigere de-*
*linquentem, ca. tria, & ca. ſequenti, 45.*
*diſt. omnes commendantur ex fide, loco, &*
*tempore, ca. non ſatis, 86. diſt.*
n *Exempla donationum quæ ſub modo, tra-*
*duntur in leg. Ariſto, 17. de donationib.*
*P. & toto titulo, de donationib. quæ ſub mo-*
*do, &c. C. lib. 8. C. tit. 55. Modus autem*
*ita inſpicitur, vt non ſit de acceſſionibus,*
*ſed de ipſa re, non de partu, non de fructu,*
*non de penſione eius, l. cum de modo, 11. C.*
*de donationib. Quamquam alioquin in*
*donationibus pleniſſima ſit interpretatio*
*facienda, c. 6. de donatio. ſtricti tamen iu-*
*ris eſt, vt omiſſum pro omiſſo ſit l. eum qui,*
*22. de donatio. P. l. quicquid aſtringendæ,*
*de verbor. obliga. modus vim addit & de-*
*terminationem donationi, leg. 1. C. de do-*
*nationib. quæ ſub mod. vt ſi ita donatur, vt*
*donatarius ſibi alimenta præbeat, vt acce-*
*pta mutuo det, dict. l. 1. & l. qui id quod,*
*34. §. 1. de donationib. P. l. ſi tibi pecuniam*
*donaſſe, 20. de reb. credit. P. ſi datur præ-*
*benda alicui, vt ſingulis diebus miſſam di-*
*cat. c. ſignificatum, 11. de præbend. Modus*
*affinis eſt conditioni, l. demonſtratio falſa,*
*§. fi. de conditio. & demonſtra. verum dif-*
*ferunt, quod modus non ſuſpendat dona-*
*tionem, ſed ſtatim eam facit valere, condi-*
*tio autem, vſque ad implementum ſuſpen-*
*dat, l. Meuia, de manumiſſis teſta. quam-*
*uis & reuocetur donatio. ſi modus non im-*
*pleatur, l. 2. §. fi. & l. 3. de donatio. P. l. 1. C.*
*de donatio. quæ ſub modo.*
o *Adiicitur tempus aliquando donationi-*
*bus, vt ſi dicatur, vt vſq; ad certum tempus*
*donatio remaneat penes donatorem, poſtea*
*vero redeat vel ad donãtem vel ad alium,*
*l. 2. & 3. C. de dona. quæ ſub modo.*
p *conditio vt dixi, vſque ad implementum*
*donationem ſuſpendit, l. fi. C. de dona. quæ*
*ſub modo, nec prius quam impleatur, pro*
*donatione agitur, c. ſuper eo, de conditio.*
*appoſi. vide gloſſam ad c. verum, eo. ti. l. qui*
*hæredi,*



*hæredi, § final. & l. qui ſub conditione, de* A
*condition. & demonſtratio. P. Explicãtur*
*donationes ſub cõditione in l. 2. de donat. P.*
q *l. donatio ſiue directa, C. de donatio. dire-*
*cta & inter viuos dicitur, ſine cogitatione*
*mortis.*
r *Obliqua cenſetur donatio in legato a teſta-*
*tore facta, ſed ab hærede præſtanda, §. lega-*
*tum, de lega. apud Iuſtinia. l. legatum, de*
*lega. 2. l. 2. de publicia. in rem actio. P. Sunt*
*& obliquæ donationes, quæ per ſubſtitutio-* B
*nem a donatariis ex voluntate primi do-*
*nantis accipiuntur, in l. quoties donatio,*
*5. de dona. quæ ſub mod. C. leg. 5. de dona.*
*inter virum & vxorem, in P.*

### CAPVT III.

*Quæ res donari poſſunt.*

RES mobiles & immobiles, de quibus
quis libere diſponere, & quæ poteſt a-
lienare, eaſdem & donare, non alias poteſt, C
*a* item & ſpem actionis, *b* & ſucceſſionis
ex fideicommiſſo competentis; *c* Itaque
nemo eccleſiæ præpoſitus vel beneficia-
tus, res eccleſiæ ſuæ donare in eius præiu-
dicium poterit, ſaltem ſine ſolemnitate,
quia dominus earum non eſt, ſed procura-
tor, *d* nec aliter alienari poſſunt. *e* Sed &
qui res eccleſiæ petunt a regibus, & hor-
rendæ cupiditatis impulſu egentium ſub-
ſtantiam rapiunt, irrita habere quæ obti- D
nent, & a communione eccleſiæ, cuius fa-
cultatem auferre cupiunt, excludi *f* de-
bent. Poterit tamen prælatus etiam regu-
laris res modicas mobiles eccleſiæ dona-
re, conſiderata modicitate rei & conſuetu-
dine eius eccleſiæ donandi id concedente
ſuis prælatis. *g* Poteſt & beneficiatus cui-
piam pro ſeruitiis eccleſiæ ſuæ ſiue perſo-
næ ſuæ ab ea impenſis, concedere aliquam
poſſeſſionem eccleſiæ ſuæ ad vitam fruen- E
dam; *h* Permiſſum & eidem intuitu elee-
moſynę, modicas de fructibus ſui benefi-
cii donationes facere, immodicas nequa-
quam, neque modicas ſeu moderatas et-
iam de pretioſis mobilibus, ſine ſolemni-

tate. *i* Poterit & tantum de mobilibus ec- A
cleſiæ donare, quantum de proprio eidem
in locum eorum donauerit. *k* Permiſſum
& epiſcopo volenti fundare monaſterium
in ſua diœceſi, ei concedere de cenſu ſuæ
eccleſiæ vſque ad quinquageſimam par-
tem. Et ſi vnam eccleſiam ex ſeculari regu-
larem voluerit facere, aut reditus eius au-
gere, ſibique in ſepulturam eligere, poterit
tantum vſque ad centeſimam partem re-
dituum ſui epiſcopatus ei conferre, eo ta- B
men adhibito temperamento, vt id ſemel
in vita & in vna tantum eccleſia, non in
pluribus facere poſſit, & dummodo id et-
iam in vna fieri poſſit ſine graui præiudi-
cio eccleſiæ ſuæ. *l* Poterit & pro eccleſia de
nouo fundanda, qua egeat populus, non
obſtante iuramento de rebus eccleſiæ non
alienandis præſtito, de reditibus eccleſiæ
ſuæ donare. *m* Donationes porro ſeu col-
lationes eccleſiarum priuatis factæ, viuen- C
tibus iis, qui eccleſias ipſas poſſident, nul-
lius ſunt efficaciæ. Donationes tamen ec-
cleſiarum factæ in ipſa proprietate religio-
ſis locis valebunt, ita tamen vt perſonæ
quæ iam ipſas eccleſias poſſident, ſine ipſo-
rum dum vixerint aſſenſu, in vita ſua non
debeant illis ſpoliari. *n* feudum quoque
nouum de rebus eccleſiæ a prælato dari ſi-
ne ſolemnitate alienandi non poteſt, anti- D
quum poteſt, dum redierit ad eccleſiam. *o*

### SCHOLIA.

a *c. cæterum, de don. l. in ædibus, §. fi. de don.*
*P. l. 2. C. eo. nemo plus iuris in alium trans-*
*fert quam ipſe habeat, l. nemo, de reg. iur.*
*P. l. traditio, de acq. rer. domi. P. l. ſi vni-*
*uerſæ, C. de lega. qui vſumfructum habet*
*eundem, quandiu vixerit, non vltra dona-*
*re poteſt, c. 6. de dona. inter vir. & vxor. &*
*reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipiẽ-* E
*tis, l. lex vectigali, de pignor. iura, nomina,*
*& ſimilia quæ quaſi poſſidentur, & ſunt in*
*poteſtate plene donantiũ, donari poſſũt, va-*
*let donatio omniũ bonorũ abſolute, l. ſi vn-*
*quam, C. de reuo. don. At num omniũ præ-*

*ſentium & futurorum donatio valeat, controuertitur? Et communior eſt ſententia, nõ valere, ſi nulla alicuius rei reſeruatio fuerit facta, de qua diſponere poſſit donator. Bart. ad l. ſtipulatio iſta, num. 6. de verbo. oblig. & ad l. ſi quis in principio, de lega. 3. & idem Baldus & Cynus ad l. fi. C. de pact. Panor. in 2. parte conſiliorum conſil. 48. adfert Bald. rationem in d. l. fi. & quod futurum eſſet, donantem nullum habiturum hæredem, ſi nullum lucrum ab eo ſperaret, l. 1. de lege falc. l. quod de bonis, ad l. falci. P. & pactum non valet quod diſponendi adimit facultatem, l. ſi fratres, §. idem reſpondit, pro ſocio. Id autem accideret ſi licita omnium præſentium & futurorum donatio. nihil enim relinquitur, ex quo hæres inſtitui poſſit. dehinc & hæc profuſa liberalitas ad prodigalitatem accedit, quæ fundum non habet. l. 1. de curato. fur. Item non videtur facta a mentis compote qui nihil reſeruat ſibi ad victum; nec auditur perire volens, l. non tantum, de appell. necare autem videtur qui alimenta denegat, l. necare, de liber. agnoſcen. P.*

b *l. 3. C. de donatio.*

c *Si modo iam fideicommiſſum fuerit ab alio relictum, l. 1. C. de pact. l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. Alioquin enim non valeret pactio, vel donatio hæreditatis viuentis, quam quis ſe ab inteſtato aſſecuturum ſperat, l. quidam cum in iure, §. fin. & l. nam vt indigno, de donatio. P. l. 2. §. fin. de his quib. vt indig. P.*

d *c. 2. de donatio. vbi & ratum, & c. 4. de reb. eccleſ. non alien. ca. fin. 12. q. fi. ca. ſine exceptione, 12. q. 2. ca. caſellas, 10. q. 2. Notat & Panor. in d. c. 2. num. 5. de dona. antequam donatio vel alienatio rei eccleſiaſticæ valeat, duo in ſumma requiri. primum vt fiat cum debita ſolemnitate, iuxta c. ſine exceptione, 12. q. 2. & 2. vt fiat in caſu licito. clem. 2. de reb. eccleſ. non alien. notat & gloſſa ad c. 1. de in integrum reſtitutione.*

e *c. nulli, 5. de reb. eccleſ. non alienan.*

f *c. 2 de rebus eccleſ. non alien. ca. in canonibus, 16. q. 1. ca. quicunque militum, ca. de rebus, 12. q. 2.*

g *Duo itaque concurrere debent in hac permiſſione donandi, nempe modica vt ſit res donanda, deinde quod conſuetudo ſit, quod eius eccleſiæ prælati poſſint donare aliqua. c. 3. de dona. Quia prælatus cum habeat liberam rerum eccleſiæ ſuæ adminiſtrationem, c. nobis, de elect. c. is cui, eo. tit. in Sex. & donabit quædam exemplo eius, qui aliam habet adminiſtrationem liberam, veluti tutoris, qui eo nomine poteſt aliqua modica donare ex bonis pupilli, l. cum plures, de adminiſtrat. tutor. P. aliud exemplum in alio generali adminiſtratore, in l. filius, de dona. P. Veruntamen gloſſa ad d. c. 3. de donat. & ibi Panor. nu. 4. tradunt, donationem in eo capite permiſſam, de rebus mobilibus exiguis, nõ de immobilibus, aut de mobilibus pretioſis, quæ donari nequeunt, demum nec alias res modicas poſſe donari ſine conſuetudine, & niſi expediat eccleſiæ, ſicque intelligunt d. c. 3. de donatio. Sic forſan quis poſſet defendere donationem ex fructibus beneficii perceptis beneficiatum facere poſſe, ſi modo quis defendat conſuetudinem quam aſſerũt boni facere beneficiatos vſufructuarios, ex c. præſenti, de offic. ordi. in Sext. iuncta gloſſ. quæ tamen loquitur de clericis, qui habẽt beneficia ſine adminiſtratione, vt & alibi docuimus poſt Panor. ad c. 1. & fin. de pecul. clericor.*

h *c. fi. & ibi Panor. de pecul. clerico. c. relatum in 2 ſic incipiente, §. licet, de teſtam. & ita pro obſequio eccleſiæ exhibito, vel exhibendo, poteſt aſſignari poſſeſſio eccleſiæ ad tempus pro beneficio. vt in c. poſſeſſiones, 16. q. 1. ca. clerici, 16. q. 3.*

i *Non licet autem omnino beneficiatis, famulis ſuis de immobilibus eccleſiæ ſuæ remunerationis cauſa vel eleemoſynæ gratia, donare, in dict. c. relatum, & expreſſius, in §. 2. de non alienan. rebus eccleſiaſti. nouella 7. vt & in nouella 120.*





i *ca. ad hæc, de teſtam. & ibi Panor. ca. ſine exceptione, 12. q. 2.*

k *c. 3. & 4. de reb. eccleſ. non alien. cum conſenſu ſuperioris, ca. etſi illi, cap. Epiſcopus, qui, 12. q. 2.*

l *c. Apoſtolicæ, pen. & fi. de don. ca. bonæ rei, 11. q. 2.*

m *c. fi. de eccleſ. ædifican.*

n *Hæc omnia traduntur in c. conſultationibus. 4. de donat. Prior pars ſententiæ prohibet collationẽ beneficii viuentis, vt & in c. 1. 2. 3. & fi. de conceſſ. præben. de quo, & diximus in tractatu beneficiorum. Altera pars admonet, cum ſuperioris auctoritate donari poſſe eccleſias vel res eccleſiæ alteri eccleſiæ, non autem ſine eius auctoritate, vt in cap. paſtoralis, 7. & in ca. inter dilectos, 8. de donatio. facit & c. quod autem, & c. nullus, de iure patrona. Poterit tamen patronus eccleſiæ ius, ꝙ habet patronatus ſine conſenſu Epiſcopi eccleſiæ donare, quãuis ipſam eccleſiam dare non poſſit, c. vnic. de iure patron. in Sex. c. illud, eod. tit. apud Gregorium.*

o *ca. 2. & fi. de feud. & §. 1. Epiſcopum vel Abbatem, & c. in vſib.*

## Capvt. IIII.

*Qui donare poſſint, & quibus.*

DOnare poſſunt, vt dictum eſt, rerum domini, qui alienare poſſunt, *a* quemadmodum & illis donari poteſt, *b* & quibus non eſt interdictum donationes accipere, præſentibus & abſentibus, *c* prohibitum tamen nominatim donare minoribus, *d* filiisfamilias, *e* prodigis, *f* mente captis, *g* & aliis a contractibus ſubmotis, prohibitæ & donationes inter coniuges, inter filiumfamilias & patrem. *h* Vetitum & aliquando, ne donum vel munus conſul, vel alius, qui in alio officio eſſet reipublicæ acciperet, *i* donare res ſuas hiſtrionibus vitium eſt immane non virtus, *k* idipſum donare venatoribus, meretricibus, & aliis malis hominibus, propter eorum ſcelus, *l* nec licet donare hæreticis. *m* Nemo etiam ſibi donare poteſt, *n* non inuito, aut nolenti, *o* aut reipublicæ ſine cauſa, *p* quibus ſimilia addere ex corpore vtriuſq; iuris facile erit.

### Scholia.

a *c. 2. de don. qui honorẽ non habet non dat. ca. qui perfectionem, cum ſequent. c. ventum eſt, 18. 4. qu. 1. nemo transfert dominium quod non habet, l. ſi filius tuus, 14. C. de donat. l. qui alienum fundum, 14. eod. tit.* P. *l. ſi vniuerſa. C. de leg. Quare ſi res de facto donata, aliena ſit, donator non tenetur de euictione, niſi dolo fecerit, quo caſu de dolo tenetur. l. Ariſto. 17. §. fin. de don.* P. *l. 22. de verb. oblig. aut niſi de euictione cauerit, l. 2. C. de euict.*

b *Sic donari poteſt eccleſiæ, l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. C. Clem. vnica, de iureiuran. ca. 4. de ſepult. Acquiri non poſſe rem donatam dicimus eis, quorum res fieri non poſſunt, l. in ædibus, §. donari, de donatio.* P. *veluti res domino donari non poteſt, quia is dominium iam habet, quod tantũ ex vna cauſa quæri poteſt, §. ſic itaque diſcretis, de actio. cap. 5. de donatio. l. etſi confeſſum, 15. §. fin. de contrah. emtio.* P. *l. non, vt ex pluribus. 120. de reg. iur.* P.

c *Si interueniat nuncius vel epiſtola, nam & abſentis acceptandi animus adeſſe debet, aut talis ei, qui donat eſſe debet, vt velit ſtatim donatarii fieri. l. abſenti, 10. de dona. l. neque ambigi oportet, 6. C. eod. cap. ſi tibi abſenti, de præb. in Sex. alioquin donatio quod pertinet ad translationem dominii, ante acceptionem non valet, dict. cap. ſi tibi abſenti. Idipſum ſi fiat etiam eccleſiæ, quæ certa de donatione acceptare debet, vt notat Iulius Clarus, lib. 4. ſentent. §. donatio. quæ. 12. & 13. aut niſi notarius coram quo ſit donatio, pro abſente ſtipulatus ſit & acceptauerit, facit l. 2. rem pupilli ſaluam fier.* P. *perpendenda & l. 4. de donat. in* P. *ibi etiam*, per interpoſitam perſonam donatio conſummari poteſt.

d *l. fi. ſi maior factus alien. ratam habuer. C.*

e *l. filiusfamilias, de donation. P. vbi tamen exceptiones, ſi pater permittat, & ſi liberã peculii adminiſtrationem filiofamilias exſiſtenti in dignitate, pater committat, iunge l. in ædibus. §. 1. eod. tit.*

f *l. is cui bonis, de verb. oblig. P. l. 2. de curat. furioſ. C.*

g *l. Modeſtinus, §. fi. de donat.*

h *Nempe regulariter, & in donatione pura, & inter viuos, niſi poſtea alio modo confirmetur eiuſmodi inter prædictas perſonas facta donatio. c. fin. de donation. inter vir. & vxor. l. quod ſponſæ, de donat. ante nupt. leg. 1. 2. 3. vbi rationes de coniugum vetita donatione, de donatio. inter virum & vxorem. P. & l. donationes quas parentes. C. eod. tit.*

i *l. ſolent, 6. §. fin. de officio proconſul. l. plebiſcito, 18. de offic. præſ.* P. *l.* 1. *C. de contract. iud. C. nou. 17. c. 1.*

k *ca. 7. donare, 86. diſt. ſcilicet quando quis donat propter artem, non autem ſi ex miſericordia donat propter neceſſitatem prædictarum perſonarum.*

l *c. 8. qui venatoribus, 86. diſtinct. Iure tamen ciuili affectionis gratia, & honeſtæ & inhoneſtæ recipiuntur donationes, l. affectionis, de donat.* P.

m *l. Manichæos, 4. §. ipſos, C. de hæret.*

n *c. fi. de inſtitutio. vt nemo ſeipſum ad beneficium, cuius eſt patronus, præſentat, ca. per veſtras, de iureiu. nemo ſeipſum baptizat, c. debitum, de baptiſmo, nec ſeipſum tutorem dat, l. ius dandi, §. prætor, de tutorib. & curatorib. datis ab iis, &c.*

o *l. inuito, de regulis iuris. l. hoc iure, §. non poteſt, de donatio. Pan. c. ſi tibi abſenti, de præb. in Sext.*

p *l. hoc iure, 9 de donat. vide Ciceronem, lib. 2. offic. l. 1. §. 1. de pollicita. P.*

## Caput V.

*Requiſita in donatione.*

COnſenſu & voluntate donantis vera liberalitas *a* exercetur, & ſponte, *b* & gratis, *c* & cum de rebus Eccleſiæ fit, cum forma iuris & debita ſeruata ſolemnitate, *d* & conſenſu eorum, qui in alienatione requiruntur, *e* cum ſcriptura & ſine ea. *f* Iure ciuili etiam quædam veræ donationes inſinuationem requirũt ratione ſummæ donatæ certæ, aliæ non, *g* quæ tamen iure Pontificio non tractantur. Modus quoque donationibus, conditioque pro forma & cauſa aliquando adiici ſolet, vt ante in diuiſione diximus, quæ donatione perfecta, maxime eccleſiæ facta, mutari nequeunt ſine auctoritate ſummi Pontificis; *h* perfecta etiam liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur. *i* Inſpicitur & in donationib. cauſa mortis, & in mortis cauſa capionibus, quid de reuocatione vel modo placuerit. *k*

### Scholia.

a *Ex liberalitate procedit donatio, cap. 1. de donat. l. 1. §. fin. de donat. P. l. 2. de operib. public. P.*

b *dict. cap. 1. de donatio. l. 1. & l. donari, de donatio. P. l. donari, de regul. iur. P. in neceſſitatib. nemo liberalis exſiſtit, l. munus, 214. de verbor. ſignific. P. l. rem legatam, de adimen. legat. P. Donatio hæc quæ ex mera liberalitate procedit, vere donatio & proprie dicitur: aliæ quæ ob cauſam & ſub conditione fiunt minus proprie, l. 1, de donatio. titul. gener. l. ſenatus, §. 1. de donat. cauſ. mort. P. Beneficium, inquit Seneca 3. de beneſic. eſt quod quis dedit, cum ei liceret non dare.*

c *Alioquin ſi non gratis fiat, erit contractus vel emtionis vel locationis.*

d *De ſolemnitate eadem dicenda & intelligẽda, quæ dicta ſunt in alienatione rerum eccleſiaſticarũ. c. paſtoralis, de dona. c. ſine exceptione, 12. q. 2.*

e *De conſenſu quorum intereſt adhibendo, habetur in c. 2. de dona. in c. cum nos. de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſ. capituli.*

f *l. in extraneos. C. de dona. de ſcripturæ donationis formula, in l. donatio ſine directa, l. in conſcribendis, C. de dona.*

g *Vide*



g *Vide de hac inſinuatione, l. donatio, & leg. data iam pridem, l. ſancimus. C. de donationibus. l. donationes quas parentes, C. de donation. inter virum & vxor. ex quibus colliges etiam, inſinuationẽ illam dici publicationem vel teſtificationem factam coram iudice competente donationis præexſiſtentis, & in ſcripturam redactæ, eodem tempore quo fit vel alio. Iunge l. in hac ſacratiſſima, & l. ſecundum D. Leonis, C. de donatio.*

h *Clem. quia contingit, de religioſ. domib. & & ibi glo. ad verba.* ſedis Apoſtolicæ.

i *ca. non ſatis eſt bene velle, 14. cum ſeq. 86. diſtinct. vbi explicatur, in donatione primum fidem inſpiciendam, id eſt, vt potius Chriſtianis quam non Chriſtianis largiamur, &c. locum & tempus, vt non opes effundamus ſed impendamus, vt & in capit. dominus non vult, eadem diſtinct. 86. & probetur liberalitas quæ potius ſubueniat ſanguine coniunctis egentibus, quam aliis, ca. eſt probanda, 16. cap. cæterum, 20. eadem, 86. diſt. Conſideranda etiam ætas in largiendo & debilitas, & verecundia quæ ingenuos prodit naturales, vt potius ſenib. & debilibus largiamur, qui ſibi nequeunt victum quærere labore, cap. conſideranda, 27. ead. diſtin. Adduntur & aliæ circumſtantiæ in canonibus qui ſequuntur. Cauſa etiam perpendenda. Interdum enim ob malã cauſam donatio potius ſcelus quam liberalitas dicẽda, veluti ſi iuuenculis quis ad eas corrumpendas donet, vel hominibus ad eos ineſcandos. Cuiuſmodi ſunt illæ quæ captatoriæ inſtitutiones proprie dicuntur, dum quis alium inſtituit, non alio animo quam vt eum viciſſim impellat ad ſe inſtituendum, reprobatæ, in l. captatoriæ, & l. illa inſtitutio, de hæred. inſtituen. P. quod & pulcre deſcribit Martialis. libr. 1. Epigram. 136. ad Gargilianum.*

Munera quod ſenibus viduiſq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem.
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias dona vocare tua.
Sic auidis fallax indulget piſcib⁹ ham⁹,
Callida ſic ſtultas decipit arte feras.

*Conſideramus ſic ſæpe affectionem donandi, quamuis perſona, cui donatur, ſit inhoneſta, & ita ex capite affectionis honeſtæ ſuſtinetur donatio, quamuis ſi ob turpitudinem fieret, ex eo capite eſſet reprobanda. l. affectionis, de donat. P. l. 4. de condict. ob tur. cauſ.*

k *Sunt enim tres formulæ contrahendæ donationis cauſa mortis, & mortis cauſa capionis, inter quas alia ſtatim valet, aliqua non niſi poſt mortem, aliqua recipit conditionem reſtituendi ex conualeſcentia donantis, l. 28. & l. ſi alienam, 13. de donatio. cauſa mort. P.*

## Cap. VI.

*De effectu & reuocatione donationis.*

DOnatio donantem obligat, *a* ideo & actionem ad tradendum donata aduerſus eum parit, *b* quia transfert dominium in acceptantem. *c* Non tamen condemnatur vltra quam facere poſſit, & niſi deducto & ei reſeruato ne egeat. *d* Proinde non reuocantur donationes perfectæ generaliter, *e* niſi contra prohibitionem iuris factæ ſint, *f* aut ſi inter coniuges factæ ante mortem pœnitentia reuocentur: morte tamen confirmantur, niſi expreſſe vel tacite ante reuocentur. *g* Soluto etiam matrimonio dos ad mulierem, & donatio propter nuptias reuertitur, niſi aut contraria conſuetudo, aut pactio matrimonii aliquid contrarium ſuper lucranda dote, vel donatione propter nuptias vel partes illarum, ſtatuerit, *h* vel niſi propter adulterium vxor iudicio eccleſiæ priuata ſit iure dotis. *i* Propter ingratitudinem quoque eius, cui donatum eſt, de rigore iuris donans poterit reuocare, ſi forte manus impias donatarius in eum iniecerit, ſi graues iniurias, ſeu graue re-

rum ſuarum damnum, vel vitæ periculum ei inferre præſumſerit: quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, nõ extenditur ſucceſſores. *k* Reuocatur & modalis ſeu conditionalis donatio, ſi modus vel conditio non impleatur, *l* iure etiam poli ex naturali æquitate licet non iure fori, donatio omnium bonorum facta eccleſiæ, ab eo, qui nõ ſperabat ſe habiturum liberos, reſtituitur ſuſceptis filiis; *m* fit & reuocatio donati interdum pœnitentia donantis, *n* & conualeſcentia, vt non impleta conditione, *o* ſi in fraudẽ creditorum fiat. *p* Verumtamẽ, quando reuocatio fit donati, reuocans debet reſtiturere vtiliter impenſa in rem reſtituendam, alioquin donatarius poteſt exceptione doli eam retinere. *q* Sequitur & ex donatione naturaliter obligatio accipientis ad remunerandum. *r*

### Scholia.

a *c. 1. de donationib.*

b *l. 1. & l. ſi quis argentum, 35. & ſeq. C. de donatio. cap. 2. de conſuetut. Transfert autem dominium vel tradendo vel promittendo vel permittendo accipere, vt in l. qui ſexum, 6. de donat.*

c *l. vbi autem non apparet, §. ſi. de verb. oblig. d. c. 2. de conſuetud.*

d *Et deducto ære alieno. l. inter eos, 19. §. fin. & l. hæreditatem, de re iudic. Pan. l. qui ex donatione, 12. de donat. P. l. 28. de regul. iur. Pandect. neque tenetur ad vſuras tardioris ſolutionis donati, l. eum qui, 22, de ſolut.* P.

e *l. 3. 4. 5. 6. de reuoca. dona. C. §. aliæ, de donat. apud Iuſtinian. c. 15. ſacrorum, 12. q. 2. ca. 1. 16. q. 2. ca. ſi. 16. q. 6. ca. ſunt qui opes, 17. q. 3. neq; etiam reuocabuntur donationes prætextu reſcripti principis. c. non enim, 22. q. 2. l. ſi donationem. C. de reuoc. donat. nec ex ſola pœnitentia inter viuos factæ. l. poſſeſſionem. C. eod. tit. Quemadmodum neq; ſemel perfecta donatio, diem aut conditionem admittit. l. perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo, ſiue ſit perfecta pacto, vel ſtipulatione, vel traditione, vt ibidem dicitur.*

f *cap. 2. de dona. l. non dubium. C. de legibus cum ſimil.*

g *c. fin. de donat. inter vir. & vxor. vbi gloſ. notat, quando expreſſe vel tacite iſtæ donationes cenſeantur reuocatæ, & l. a marito, de don. inter vir. & vxor. C. l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo, eod. tit. P.*

h *Hæc probantur in ca. fin. §. ſi. l. nuper, 6. de don. inter vir. & vxor. ſolu. matr. dotẽ reddi debere tradit. c. 1. eod. tit. l. 1. ſolu. matr. P. l. dos a patre. C. eo. l. vnic. C. de rei vxor. actio. reliqua vero, quæ dicuntur in exceptione dotis & donationis propter nuptias lucrandæ, propter æqualitatem ex pacto, probantur. l. 1. & fin. C. de dona. ante nup. auth. æqualitas. C. de pact. conuen. §. hæc igitur, verſic.* de cætero, *de æqualita. dot. in Nouell.*

i *Lucratur enim maritus dotem accuſans vxorẽ de adulterio, niſi ſint liberi, ca. 4. de donatio. inter vir. & vxor. §. ſi de adulterio, nouella, vt liceat matri & auiæ.*

k *Hæc ſunt ex c. fin. de donat. & ex l. fin. C. de reuoca. dona. fit autem reuocatio vtili rei vendicatione, vel condictione, l. his ſolis. C. de reuoca. dona. & l. cum res, de contrah. emtio. C. l. ſi mortis cauſa, de donatio. cauſa mort. P. Cauſæ autem ingratitudinis, quæ reuocare poſſunt donationem, a matre factam, quæ tranſierit ad ſecundas nuptias, tres tantum ſunt inſertæ in auth. hæ quoque. C. de reuoc. don. & in §. mater, de nupt. in nouell.*

l *c. verum, de condit. appoſit. c. cum dilecti, de don. l. 1. & 2. C. de dona. quæ ſub mod.*

m *cap. fin. 17. quæſt. fin. quia iure fori, cogeretur tantum quis reſtituere ex donatione, vſque ad legitimam partem debitam liberis ſuſceptis, l. ſi totas. C. de inoffi. teſta. niſi libertis donatio facta fuiſſet. l. ſi vnquã, C. de reuoc. don. Vide de hac reuoc. Baldum. conſ. 215. incip.* punctus, *li. 5. Philippum Dec. ad l. licet, not. 3. de pact. C. Tiraq. & Ripariũ ad l. ſi vnquam, C. de reuoc. don.*



n *Quandiu pendet donatio cauſa mortis, reuocari pœnitentia poteſt. l. mortis cauſa, 16. & l. qui mortis cauſa, 30. de donatio. cauſa mort. P. diso ſi pendeat, nam ſi ita donatum ſit, vt ſtatim valeat, non reuocatur, l. 2. eod. P. quia æquiparatur donationi inter viuos, l. vbi ita donatur, 27, eo. tit. P. alioquin ante mortem donatio cauſa mortis imperfecta, l. non videtur, 32. de donatio. cauſa mort.*

o *l. 2. & l. qui pretio, §. final. l. ſi alienam, 13. §. fin. l. ſi mortis cauſa, 29. l. fin. de donat. cauſ. mort. P.*

p *l. etſi debitor, 17. & ſeq. de donatio. cauſ. mort. Pandect. l. vt in fraudem fiſci, l. ſi aliquis, 7. eod.*

q *l. ſi mortis cauſa, 14. eod. fit tamẽ compenſatio expenſarum cum fructibus interim perceptis, l. 48. l. 65. de rei vindica.*

r *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, de petitio. hæred. c. cum in officiis, de teſta.* χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί, *gratia enim ſemper beneficium ſolet parere, vt ait Sophocles in Aiace Maſtigophoro, & in Oedipo Coloneo. Quare Martialis lib. 5. Epigram.*

Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis,
Quas dederis ſolas, ſemper habebis opes.

*Quæ intelliguntur quando non ingrato dantur, alioquin veriſſimum eſt illud vulgare, quod donare eſt perdere, vt in l. filiusfamilias, 7. de donat. P. l. 2. de conſulib. libr. 2. C.*

# DE SPONSALIBVS.

## *a* TITVLVS XX.

a *Exſtat titulus de ſponſalibus, libr. 4. decret. tit. 1 & lib. 4. Sext. tit. 1. & lib. 23. P. tit. 1. de ſponſalibus & arrhis ſponſalitiis & proxeneticis, libr. 5. C. tit. 1. & tit. 2. ſi rector prouinciæ vel ad eum pertinentes ſponſalitias dederit arrhas. Eo pertinent Nouellæ Leonis 18. vt in ſponſalibus conſtituta pœna exigatur. & 109. ne intra 7. ætatis annum ſponſalia ineantur, neque ante 15. maribus: aut 13. fœminis matrimonium conſecretur. Eſt & in libro Conſtitutionum iuris orientalis, Nouella cõſtitutio de ſponſalibus Alexii Comneni emiſſa menſe Iunio indictionis ſeptimæ an n ab orbe condito 6592. & alia de ſolutione ſponſaliorum.*

### Caput I.

*Continuatio, & quid ſponſalia.*

POſt conuentiones, quas conſenſu celebrari diximus, non eſſe omittendum contractum matrimonii, vt frequentiſſimum inter homines, placuit, ideo de ſpõſalib. & matrimoniis dicere expedit: ſponſaliorum nomen, & ſponſæ, & ſponſi, aliquando pertinet ad nuptias & coniuges, *a* aliquando & proprie refert initium matrimonii & ſeparatur a matrimonio indiſſolubili. *b* Et ita proprie ſponſalia, ſunt futurarum nuptiarũ repromiſſiones, *c* de quibus prius dicemus, *d* deinceps ſeparatim de matrimoniis, vel de nuptiis. *e*

### Scholia.

a *Vt docet Gratianus in ca. 1. ca. ſufficiat, §. cum ergo, ca. beata, §. ſi. can. coniuges. ca. coniunx, ca. omne itaque bonum, can. qui deſponſatam, ca. ſi quis deſponſauerit, §. 1. 27. quæſt. 2.*

b *d. ca. ſi quis deſponſauerit, §. fin. ca. decreta, §. 1. c. quod autem, §. vnde apparet, § item ſi ſponſa, c. ſi quis ſponſam, §. 1. ca. ſtatutum, §. apparet, 27. qu. 2. dicuntur & ſponſalia aliquando in iure pontificio cõiugium initiatum ſponſalia de præſenti, l. nuptiæ, de reg. iur. P. ratum vero coniugium videtur dicere Gratianus copula confirmatum, in c. ſtatutum, §. quomodo, & c. cũ initiatur, 27. q. 2. item indiſſolubile.*

c *c. noſtrates, 30. q. 5. l. 1. de ſpon. P. libr. 23. tit. 1. Conſtantinus Harmenop. libr. 4. prochi. tit. 3. ſpem matrimonii vocauit Vlp. in l. ſi vxor non fuerit, 13. §. diui Seuerus, ad leg. Iul. de adult. P. libr. 48. P. tit. 5. l. ſi puellæ tutores, 6. de ſponſa. Sponſalia dicta fuerunt a ſpondendo, nam moris fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi futuras vxores, vnde & ſponſi & ſponſæ dicuntur, l. 2. & 3. de ſponſalib. Varro. 5. de lingua*

*latina. Gellius, libr. 4. c. 4. verba ſponſaliorum etiam id indicant. in c. pen. de ſponſa.*

d *Diximus de ſponſalibus nos multa. libr. 8. Syntagm. iuris vniuerſi, & quare præcedãt nuptias. c. 1. & de perſonis, quæ pro aliis contrahere ſponſalia poſſint, cap. 4. de ætat. ſponſorum, c. 5. de accidentibus, c. 6. de arrha & ſponſalitia largitate, ca. 7. de proxeneticis & oſculo. cap. 8. de ſolutione ſponſaliorum, c. 9.*

e *Quamuis de omnibus promiſcue dicatur apud Gregorium, titulo de ſponſalibus, & ſequen.*

## CAPVT II.

### *Diſtinctio ſponſaliorum.*

SPonſalia in iure in duplici ſpecie referuntur, quædam quæ fiunt per verba de præſenti, vt accipio te in virum, accipio te in vxorem. Et tunc illa ſponſalia pro matrimonio habentur indiſſolubili: quædam fiunt per verba de futuro, vt accipiam te in vxorem, accipiam te in virum. Et iſta ſunt proprie ſponſalia, *a* de quib. agimus. Et horum quędam ſunt iuramento firmata, *b* quædam ſimpliciter facta, quædam pure, *c* quædam in diem, *d* quædam ſub conditione. *e*

### SCHOLIA.

a *cap. penult. & cap. ex parte, 9. de ſponſalib. c. vnic. §. idem quoq; de deſponſat. impub. in Sexto.*

b *cap. ex literis Syluani, 10. & ca. ſicut ex literis, 12. de ſponſalib.*

c *c. 1. de ſponſalib. in Sex. ca. 2. eod. tit. apud Gregor. quando ſine aliqua conditione vel modo fiunt expreſſo, quamquam in eadem pura promiſſione quædam tacite ſubintelligantur. nempe rebus & perſonis in eodem ſtatu manentibus, vt in c. quemadmodum, de iureiuran.*

d *conuentiones matrimonii ad certum diem in dubio ſunt ſponſalia. vt in ca. de illis, 7. de deſponſat. impuber, vt ſi quando intra impuberes annos nõ apti matrimonio matrimonium contrahant, nam ea ſponſalia pendent, donec ad ætatem legitimam contrahendi peruenerint. Ante pubertatem enim reſilire quidem non poſſunt, poſtea poſſunt. Idẽ deciſum in c. a nobis, 8. eo. tit. Eſt & recepta pactio hæc, accipiã te in vxorẽ, ſi velis, intra tale tempus, nã eo lapſo tempore, qui ita promiſit, liber eſt a promiſſione, & aliam eligere poteſt, c. ſicut ex literis, 22. de ſponſalib.*

e *Velut ego te in vxorem accipiam, ſi tantum mihi donaueris, quo caſu reus periurii nõ habetur, qui eã nõ acceperit, quæ noluit ſoluere ſibi quæ petierat, niſi cum his poſtea fuerit ſecutus conſenſus de præſenti, vel carnalis copula. c. de illis autem, 3. de conditio. apposit. lib. 4. tit. 5. Idipſumque de aliis conditionibus honeſtis dicendum erit, vt ſi quis ducere promittat aliquam ſi eius pater voluerit, c. ſuper eo. eod. tit. non etiam de aliis conditionibus illicitis & inhoneſtis, vt in c. 1. & fi. de condit. appo.*

## CAP. III.

### *De conſenſu ſponſorum.*

COnſenſu coniugandorum ſponſalia contrahuntur, *a* poteſt tamen pater, filium adultum, & cuius voluntas adhuc diſcerni nõ poteſt, cui voluerit matrimonio deſtinare, *b* debetque filius, poſtquam peruenerit ad perfectam ætatem, idipſum omnino adimplere. *c* Impoſita & eſt pœna parentibus promiſſa per illos ſpõſalia non implentibus, *d* tamẽ ex honeſtate non ex neceſſitate, filii promiſſionem illam tenentur ſequi. *e*

### SCHOLIA.

a *c. 1. c. 4. ca. acceſſit, 5. de deſponſatio. impuber. c. noſtrates, 30. q. 5. l. ſponſalia ſicut nuptiæ, 11. de ſponſ. P.*

b *ca. 1. & 2. de deſponſa. impub. l. ſi pater pactum, 4. de ſponſalib. libr. 4. C. tit. 1. l. tutor vel curator, 36. l. non eſt matrimonium, 66. de ritu nupt. lib. 32. P. tit. 2.*

c *Ex honeſtate nõ ex neceſſitate, nec tenetur ſi nolit neceſſario ſeruare filius eam promiſſionem patris, c. 1. & ibi gloſ. fi. de deſponſatio. impub. c. tua ſanctitas, 2. 31. q. 2. l. filia quæ ex alio, 134. de verb. oblig. vbi & illa promiſſio dicitur cõtra bonos mores, etiam cum pœna facta, quia matrimonia libera eſſe debent, c. cũ locum, c. gemma, de ſponſalib. l. neque ab initio, 4. de nupt. C. libr. 5. tit. 4. l. filiofamilias, 13. de ſponſal. P. l. ſpõſalia, 11. eo. tit. Requiritur enim conſenſus contrahentium etiam filiorũ & filiarumfamilias. Verũ ea quæ patris voluntati expreſſe non repugnat, conſentire intelligitur. l. ſed quæ patris, eo. tit. Ad contumeliã filii pertinere putat Pamphilus, a patre ducere vxorem cogi, apud Terentiũ Aphrum, in Andria Scena 5.* Proh (*inquit*) Deum atque hominũ fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia; vxorem decreuit ſeſe dare mihi hodie, nũc oportuit præſciſſe me, nonne prius communicatum oportuit, &c. *Et honeſtum quidem eſt & ſecundum leges, deſponſationẽ fieri filiarum a parentibus, c. 14. qualis, 30. q. 5. quia & ad officium parentũ pertinere dicitur, filiis quærere conditionem matrimonii, & filias dotare, l. qui liberos, de ritu nupt. P. l. fi. C. de dot. promiſſ. Verum ex neceſſitate deſideratur tantum conſenſus contrahentium, c. ſufficiat, 27. q. 2. ſiquidem matrimonium ſacramentum eſt, & in ſacramentis patria poteſtas non conſideratur. ca. fin. de iudi. in Sex. facit in argumentum, quod conſenſus & oblatio parentum facere poſſit filiũ impuberem monachum, is tamen dum peruenerit ad adultam ætatem poteſt diſſentire ab ea oblatione, nec voto parentum, ſi noluerit obligatur. tota 20. q. 1.*

d *Nempe vt abſtineant per trienniũ a communione, ſi noluerint implere illorum promiſſionem, c. vnic. 31. q. 3.*

e *Vt proxime dictum eſt in litera, ca. & probatur, tota 31. q. 2.*

## CAPVT. IIII.

### *Quis contrahere ſponſalia poſſit.*



ET quia ex conſenſu conſtant ſponſalia, ideo præſentes per ſe, & abſentes per nuncium & literas ſine verborũ, aut ſcripturæ ſolemnitate, ea cõtrahere poſſunt, *a* dummodo ſaltem ætatis ſint ſeptem annorum, ante enim eam ætatem nihil agitur. *b* Quare ſi pubes & impubes, *c* aut duo impuberes non proximi pubertati, *d* quorum malitia non ſuppleat ætatem, ſponſalia per verba de præſenti contraxerint, & ita matrimonium cenſetur tantum iuris interpretatione ſponſalia de futuro, *e* neque ita matrimonium cõtractum, quod non tenuit ob defectum ætatis, per lapſum prædicti temporis conualeſcit, niſi per copulam ſubſecutam, vel per modum aliquem alium *f* conſtiterit euidenter, cõtrahentes ad pubertatis tempora, cum perſeuerantia voluntatis in matrimonio perueniſſe. Per dictum tamen contractum matrimonii in defectu ætatis factum, (quod quamuis non valuit, vt agebatur, tamen valuit vt potuit) publicæ honeſtatis iuſtitia inducitur. *g* Perſonæ autem, quibus interdictũ eſt matrimonium, & ſponſalia quoq; contrahere vetantur, *h* iiſdemque impedimentis, ſi modo impedimenta, quæ tempore ſponſaliorum ſint, perſeuerant vſque ad tempus nuptiarum, nec ante tolli poſſint, non aliter, *i* vt nec furioſus in ipſo furore ſponſalia, neque matrimonium contrahere poteſt, *k* quia conſenſum non habet. *l* Sic de ſimilibus collige.

### SCHOLIA.

a *cap. nec illud, 8. 30. quæſt. 5. c. ex parte, de conuerſio. coniugator. Geneſ. 24. & ſic etiam de omnibus conuentionibus, quæ conſenſu perficiuntur, reſponſum eſt. l. 2. §. 1. de act. P. libr. 44. P. tit. 7. l. 1. §. fin. de contrah. emt. P. lib. 18. tit. 1. §. 1. de obligatio. ex conſen. libr. 3. Inſtitutio. titul. 23. & in hac ſponſaliorum hypotheſi expreſſe probatur l. in ſponſalib. cõtrahendis, 18. l. ſufficit, 4. l. hæc ita, 5. l. in ſponſalib. 7. de ſponſ.*

*P. & proinde vt nuptiæ, ſic & ſponſalia
poſſunt contrahi a mutis & ſurdis, ca. cum
apud, 23. de ſponſalibus. Verba tamen ali-
quando requiruntur ad probationem con-
ſenſus, vel alia ſigna æquipollentia, ca. tuæ
fraternitati, 25. c. ſi inter, 31. de ſponſalib.*

b *c. 1. de deſponſatio. impub. in Sex. c. literas,
4. c. acceſſit, eod. tit. apud Gregor. l. in ſpon-
ſalibus contrahendis, 14. de ſponſalib. Ex-
ſtat conſtitutio nouella Leonis* 109. *ne in-
tra 7. ætatis annum, ſponſalia ineantur.
Statuerat tamen aliquando Auguſtus, ne
minor* 10. *annis ſponſa haberetur, vt ait
Dion Caſſius & Zonaras.*

c *Hæc quæ ſequuntur ſumta ſunt ex c. vnic.
§. idem quoque, de deſponſa. impub. in Sext.*

d *Aliter contra, vt in ca. veniens, de ſponſal.
c. ad id quod, c. de illis, de deſponſ. impub.*

e *d. c. vnic. §. idem, de deſponſatio. impub. in
Sex. ca. atteſtationes, & ca. fi. de deſponſa.
impub. c. ſuper eo, de condit. appoſi. Idipſum
& iure ciuili locum habet in l. quæſitum,
9. de ſponſalib.*

f *ca. fin. de ſponſalib. P.*

g *Iuſtitia publicæ honeſtatis oritur ex ſolis
puris & certis ſponſalibus, non ex illis, quæ
ſub conditione, quæ non impletur, contra-
huntur, cap. 1. in princip. & §. fin. de ſpon-
ſalib. in Sext.*

h *l. oratio, 16. de ſponſal. in P. l. ſi quis tutor,
§. quamuis, de ritu nup. P.*

i *l. ſi quis officium, 38. de ritu nuptiarum, l.
vnic. ſi rector. prouinc. vel ad eum perti-
nent. &c. lib. 5. C. tit. 2.*

k *c. neque furioſus, 32. q. 7. c. dilectus filius,
23. de ſponſalib. l. furor, eod. titul. P. l. ora-
tione, 16. §. fin. de ritu nupt. l. patre furio-
ſo, de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. P.*

l *d. l. oratione, §. fi. & c. aliquos, 15. quæſt. 1.
cum ſimil.*

## Cap. V.

*Quomodo contrahi poſſint ſponſalia.*

POſſunt, qui cõtrahunt ſponſalia, & per
ſeipſos, & per procuratorẽ idoneum
contrahere, is autem idoneus procurator
A erit, qui adhoc cum certa contrahendi ha-
bebit mandatum, non aliter. *a* formula
autem alia nulla iure quam promiſſio ſeu
ſtipulatio de futuro contrahendo matri-
monio, *b* ex more tamen regionum alia
adiici poſſunt, vt annulus pro fide digito
ſponſæ per ſponſum immiſſus, vtque pa-
cta coram inuitatis matrimonii fiant, *c* pi-
gnus amoris annulus cẽſetur, & ideo quar-
to digito ſeu medico dicto inſeritur, quod
B in eo vena quædam, vt fertur, ſanguinis ad
cor vſque perueniat. *d* Deſiderat & Ec-
cleſia in ſponſalibus ſacram benedictio-
nem. *e*

## Scholia.

a *Hæc in c. fin, de procura. in Sex. l. generali
mandato, 34. de rit. nupt. P.*

b *Si modo verba ſint conuenientia negotio,
c. ſi inter, de ſponſalibus. Stipulationum in
C ſponſalibus antiqua hæc erat formula, &
ſocer a genero ita interrogabatur*, ſpon-
des tuam gnatam vxorem mihi? *& ille
reſpõdebat*, ſpondeo, *adiiciebatur & dos
ſeu dotis promiſſio. vt apud Plautum in
Aulularia, actu 1. Scena 4. Megadorus
ab Euclione ita ſtipulatur.*

Quid nunc etiam mihi deſpondes
filiam?
E. Illis legibus, cum illa dote quam
D tibi dixi.
M. Sponden' ergo? E. Spondeo.

*Et in Trinumo actu 5. ſcena 2. Lyſiteles ita
a Chamida ſtipulatur.*

Sponden' ergo tuam gnatam vxo-
rem mihi?
C. Spõdeo, & mille auri Philippum
dotis.

*Fiebant & tabulæ nuptiales, vt in l. ſi vici-
nis. C. de nuptiis, ſeu dotales, l. cum mari-
E tus, de pactis dotalibus Pandect. leg. qui
dotem, de dote præleg. cum ſimilibus. Me-
minit diuus Auguſtinus libr. 2. de Mo-
ribus Manichæor. Tertul. libr. de Pudici-
tia, & Apol. 2. Atque poſt ſignatas vel con-
ſignatas tabulas bona ominabãtur matri-
monii*,



*monii, & conuiuia fiebant. ca. noſtrates,* A
*30. q. 5. Innuit Iuuenal. Satyr. 2.*

Signatæ tabulæ, dudum, feliciter ingens
Cœna ſedet, gremio iacuit noua nupta
mariti.

*Quæ tamen omnia non erant ex neceſſita-
te ſponſaliorum adhibẽda, vt nec alia quæ
vt plerumque accedebant ſpõſalibus, de qui-
bus diximus lib. 8. Syntagma. iur. c. 2. nam
nec tabulæ faciebant matrimonium, l. do-
nationes in concubinam, de dona. P. & illæ* B
*etiam ſolebant ſæpius ſignari poſt contra-
ctum matrimonium, vt in l. ſera, de dona-
tio. inter vir. & vxor. Probationem au-
tem inſtrumenta dotalia aliquando ma-
trimonii ſubſecuti faciebant, vt in concu-
bina in vxorem ducta, l. 5. & l. cum quis a
muliere, 11. & l. nuper, 12. de naturalib.
liber. lib. 5. C. tit. 27. & c. 8. §. reliqui igi-
tur ſunt modi, nouellæ 89. Quibus modis
natura. effic. ſui. c. hoc quoque præſenti, c. 3.* C
*nouellæ 117. vt liceat mat. & auiæ, &c. §.
fin. de nupt. apud Iuſtinia. de ſubſtantia
autem non ſunt, ca. ſi quis, 30. q. 5.*

c *ca. noſtrates, 3. 30. q. 5. nos de arrhis multa
lib. 8. Syntagma. c. 7. Subarrhatio ſignum
amoris eſt, in diſpenſatione quam probat,
vt ait ca. ſi quis vxorem, 14. & can. ſi quis
ſubarrhauerit, 27. q. 2. Arrha generaliter
ſolet interuenire ad confirmationem vel
teſtimonium contractuum perfectorum,* D
*non autem ipſa contractus firmat, l. quod
ſæpe, 35. de contrah. emtio. lib. 18. P. ti. 1. §.
1. eo. ti. apud Iuſtinia. Eadem quoque ratio-
ne arrhæ in ſponſalibus dantur, vt liquet
ex l. 3. 4. & 5. de ſponſal. & arrhis. C. Ar-
rhæ nomine non ſolum annulus, ſed etiam
alia certa ſumma dabatur; vt in l. ex emto,
11. §. his qui vina, de act. emt. lib. 19. P. tit.
1. l. fin. de lege commiſſor. lib. 18. P. titul.
3. Dabatur & pro arrhis annulus vt in l.* E
*quicũque, 5. §. itẽ ſi inſtitor, de inſtitor. actio.
lib. 14. tit. 3. & d. l. ex emto, §. is qui, verſi.* ergo illud, *de actio. emt. P. & fuit eius ar-
rhæ antiquus mos, vt refert Plinius lib. 33.
hiſtoriæ, c. 1. Ibi*, argumento (*inquit*) eſt
conſuetudo vulgi, ad ſponſiones etiam-
num annulo exiliente ab eo tempore,
quo nondum erat arrha velocior.

d *Hæc ſumta ex cano. fœminæ, dum mari-
tantur, 7. 30. q. 5. inducitur & aliquando
præſumtio matrimonii ex traditione an-
nuli facta ab ſponſo ſponſæ, tamen ea non
plane probat, c. illud, de præſumt. alii di-
cunt & traditionem annuli tantum præ-
ſumtionem pro ſponſalibus facere, niſi pro-
betur datus a ſacerdote. gloſſ. ad cano. fœ-
minæ, 7. ad verbum,* annulus, *30. q. 5. per
cano. noſtrates, eadem q. 5. niſi mos ſit re-
gionis quod annulus detur in matrimonio.
Vide quæ diximus de annulis in ſponſali-
bus, lib. 8. Syntagmat. iuris, cap. 7.*

e *Sicque Alexius Comnenus ſtatuit, non tan-
tum in nuptiis, ſed etiam in ſponſalibus, ſa-
cram eccleſiæ benedictionem interuenire
debere; in conſtitutione eius 3. in iure Ori-
entali. Quod & poſtea placuit concilio
Tridentino, ſeſſio. 24. in decreto de refor-
matione matrimo. c. 2. vbi & ſtatuit bene-
dictionem a proprio parocho fieri, neque a
quoquam, niſi ab ipſo parocho, vel ab ordi-
nario licentiam ad prædictam benedictio-
nem faciendam alii ſacerdoti concedi poſ-
ſe; quacumque conſuetudine, etiam imme-
moriabili, quæ potius corruptela, non ob-
ſtante, erit illa obſeruatio valde neceſſaria,
ad ſanctificationem futuri matrimonii,
tum etiam vt clandeſtina matrimonia vi-
tentur. ca. 1. 2. 3. 30. q. 5. Gratis autem ex-
hiberi debet illa benedictio; cum ne paupe-
res grauentur, tum etiam ne ſimonia com-
mittatur; ſicque gratis concedendam decre-
uit Alexand. 3. conſtitutione ſua parte 1.
c. 7. Innocentius 3. in 1. concilio Latera. c.
66. & prohibetur pro illis quippiam acci-
pere vel petere, niſi quod laudabili con-
ſuetudine offerri ſolet, in ca. ad Apoſtoli-
cam, 42. de ſimo.*

## Caput VI.

*De fine & effectu ſponſaliorum, & ſo-
lutione eorum.*

FInis ad quem tendunt ſponſalia, eſt matrimonium futurum, de quo fiunt promiſſiones. *a* Proinde de rigore iuris, qui ſponſalia contraxerunt, & maxime iuramento interueniente, monendi ſunt, vt matrimonium contrahant; & ſi non obtemperauerint, ſunt per cenſuram Eccleſiaſticam compellendi, *b* niſi rationabilis cauſa obſtiterit. *c* Inter autem cauſas rationales, quæ non impediunt deſponſatos cum aliis coniungi quam deſponſatis, vna B eſt, ſi deſponſati nolint ſe admittere, ne ex ea coniunctione deterius contingat, neve talem quis coactus ducat quam odio habet, impoſita tamen pœna pro periurio. *d* Poteſt & alia cauſa eſſe, ſi poſt ſponſalia contracta abfuerit & dimiſerit terram ſponſæ ſponſus, *e* imo & ex ſolo diſſenſu contrahentium diſſolui poſſunt ſponſalia. *f* Et ſi poſt ſponſalia de futuro alter ex ſponſis cum alio vel alia per verba de præ- C ſenti matrimonium contraxerit, *g* niſi forſan poſt ſponſalia prima de futuro interceſſerit copula inter ſponſos carnalis, per quam ſponſalia de futuro tranſierunt in conſenſum matrimonii de præſenti, vt diſſolui nequeant, *h* non minus quam ſi facta fuiſſent per verba de præſenti. *i* Si etiam ſponſa de futuro peccet in proprium corpus ante matrimonium, poterit ab ſponſo dimitti, qui & alteri poterit ſe im- D pune coniungere. *k* Item ſi ſponſa fuerit facta leproſa, paralytica, ſi naſum vel oculos amiſerit, vel quicquam turpius ei ſuperuenerit; *l* ſi ſponſus cum cognata ſponſæ, vel ſponſa cum cognato ſponſi concubuerit; *m* aut ſi ſponſus vel ſponſa poſt ſponſalia contracta, religionem aliquam profeſſus profeſſave fuerit. *n* Attamen conſilium datur, ſi iuramento ſponſalia E firmata ſint, de futuro matrimonio contrahendo, vt tutius ſit volenti ingredi monaſterium, religione iuramenti firmata prius contrahere, & poſtea ſi elegerit, ad religionem migrare, dummodo poſt deſponſationem copula non fuerit ſecuta

A carnalis. *o* Diſſoluet quoque ſponſalia de futuro, ſuſceptio ſacrorum ordinum. *p* Si etiam ſponſa, etſi inuita, ab alio rapta fuerit, & ſponſus eam admittere noluerit, poterit rapta alteri nubere, *q* item ſi affinitas ſuperuenerit, vel ratione copulæ carnalis, *r* vel cognationis ſpiritualis, *s* aut ſi ſectæ vel religionis ſuperueniat inter ſponſos ante matrimonium diuerſitas; vel ſi ea diuerſitas, quæ ante ſponſalia incognita erat, B poſtea cognita ſit. *t* Inducitur per ſponſalia pura de futuro, publica honeſtatis iuſtitia, quæ impedit contrahi, & dirimit contractum matrimonium, *v* non etiam ſi ſub conditione contracta ſint & fuerint reſoluta. *x* Inſtitutum porro eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim ſponſis tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus delatam. *y*

C

### Scholia.

a *Ideo diximus antea non poſſe contrahi ſponſalia inter eos, cum quibus non poteſt contrahi matrimonium.*

b *c. 2. c. ex literis, 10. de ſponſalib. vbi tamen gloſſa notat hanc compulſionem eſſe ad fines vt conſentiant qui nolunt ſtare promiſſis, non autem finalem, vt inuitus matrimonium contrahere compellatur, propter plura mala, quæ ſolent ex nuptiis per inuitos contractis ſuboriri, in c. 2. c. requiſiuit,* D *17. de ſponſalib.*

c *Dicto cap. ex literis, cauſæ ob quas diſſolui poſſunt ſponſalia, colliguntur in fine gloſſæ finalis, c. de illis, 5. de ſponſalib. per Beatum Thomam in quæſtionibus additis ad 3. partem, quæſt. 43. artic. 3. Sylueſtrum in ſumma, in verbo,* ſponſalia, *quæſt. 10. Domini. Soto, lib. 4. ſententia. diſtinct. 27. q. 2. artic. 3.* E

d *c. 2. c. requiſiuit, 17. de ſponſalib. ca. de neptis, 31. q. 2. permittitur ita diſſolutio impoſita pœnitentia ei, per quem ſteterit, quominus iuramentum vel promiſſionem impleuerit matrimonii, ad euitandum maius malum. c. de illis autem, 5. de ſponſalib. facit*



*facit c. veniens, qui clerici vel vouen. & c.* A *c. cum iamdudum, de præben. hac ratione iure etiam ciuili, alii deſponſata, renuntiare conditioni & alii nubere non prohibetur, l. 1. C. de ſponſalib. lib. 5. tit. 1. & præſente ſponſo poteſt conſilium ſponſa mutare, & nuntium ei remittere, l. 2. §. fin. de repudiis. lib. 5. C. tit. 17. Eratq́ olim formula trita neceſſaria renuntiationis in diſcutiendis ſponſalibus, ſiue præſenti ſiue abſenti fieret renuntiatio, nempe,* conditione B tua non vtar. *l. 2. §. penul. & fi. de diuor. li. 24. P. tit. 5. l. in poteſtate, 10. de ſponſalib.*

e *c. de illis, 5. de ſponſalib. iure ciuili præſens ſponſus exſpectatur per triennium ab ſponſa, l. 2. de ſponſalib. C. abſens per triennium, l. liberum, 2. C. de repud. vtrumq́ cautum libro 28. ecloga Baſilicorum tit. 1. c. 16. additur & in c. 17. ex iſta cauſa etiã, vltra quadriennium aliquando ſponſalia trahi, veluti propter valetudinem ſponſæ, vel* C *ſponſi, vel propter mortem parentum, vel ob capitalia crimina, vel ob longas peregrinationes, quæ ob neceſſitatem ſuſcipiuntur, quod & probatur in l. ſæpe iuſte, 17. de ſponſal. meminit & de his Dio Caſſius lib. 54. hiſtoriæ & Suetonius in Auguſto. Quæ annotanda ſunt, non quidem vt impediatur matrimonium intra hæc tempora contractum, ſed vt cognoſcamus, num pœna* D *adiecta pactis contra eum, qui temere reſilierit a promiſſione matrimonii, committi debeat, & num arrhæ amittantur; quæ omnia tantum locum habent contra eum, qui in culpa eſt, quominus impleuerit promiſſionem; l. mulier, 5. de ſponſalib. ſi lege permittente reſoluantur etiam ſponſalia, data vtrinque ſine damno alterutrius reſtituuntur. l. ex publico, 7. de conuerſio. coniuga.*

f *c. gemma, §. cum itaque, de ſponſ. l. Titia, de verb. oblig. P.* E

g *c. 2. de matrimonio cõtracto cõtra interdictũ eccleſiæ. c. ſi inter virum, 31. de ſponſa. c. 1. de ſponſa. duorum. Si tamen ſecunda ſponſalia facta non ſint per verba de præſenti,*

A *ſed per verba quoque de futuro vt prima, non tollunt prima, ca. ſicut ex literis, 22. de ſponſalib.*

h *c. veniens ad nos, 15. c. is qui fidem, 30. de ſponſal. attamen conatus ſolus ad copulam non ſufficit, c. fin. eo. titu.*

i *ca. 1. 2. 3. de ſponſa. duorum, ca. additur, verſ.* nec deſponſatam, *& ca. deſponſatam, 27. q. 2. ca. 1. & ſeq. 31. q. 3. nam prima tunc non diſſoluuntur facta de præſenti, etiamſi ſecunda quoque ſint de præſenti, vel habuerint copulam, c. licet, 3. de ſponſal. duorum, c. fin. eod. tit. c. ſi inter, de ſponſalibus.*

k *c. quemadmodum, 25. de iureiuran. l. mulier, 5. §. his illud etiam adiicimus, de ſponſalib. C.*

l *dicto c. quemadmodum, §. 1. & de lepra, in c. fin. de coniugio leproſorum. quæ debent etiam habere locum in ſponſo, vt poſſit ſpon-* C *ſa ex iiſdem cauſis reſilire a promiſſione facta ſponſo, ſi in talia inciderit. Tanta enim eſt in coniugii vinculo æqualitas, vt quæ in vxore locum habent, eadem & in viro, & contra, habeant. ca. apud nos, ca. Chriſtiana, 32. q. 5. ca. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeq. 32. q. 6. Illud & expreſſe in l. mulier, 5. de ſponſalib. C. Et ita diſſolutio ex iiſdem cauſis vtrinque ſponſaliorum fit, niſi ea ſint contracta per verba de præſenti, quia tunc, vt* D *matrimonium indiſſolubilia ſunt. Proinde ſi ſponſus factus fuerit prodigus, turpis, impudicus, repudiari poteſt ab ſponſa, etiam inuito patre qui eum elegit. d. l. mulier, 5. §. his illud, de ſponſal. C. l. ſed quæ patris, 12. §. tunc autem, eod. titul.*

m *c. 2. de conſangui. & affinit. c. 2. c. diſcretionem, 6. §. nos igitur, c. ex literis, 8. c. veniens, 9. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. c. præterea, 12. de ſponſalib. c.* E *duo pueri, 12. de deſponſa. impub. niſi ſponſa fuerit prima cognita, ca. fin. de eo qui cognouit conſanguineam vxor. ſuæ, vel incognita fuerit cognitio alterius, iuxta d. c. præterea.*

n *ca. ſcripſit, §. ſponſa vero, c. deſponſatam, c.*

*decreta, 27. q. 2. ca. vni. §. fin. de voto. in Sext. & in extra. vnic. eiuſdem tituli Ioannis, 22. l. Deo nobis, 56. de epiſcop. & cleric. C. c. 39. nouellæ 123. de ſanctiſſ. epiſcop. & nouella 22. de nuptiis, c. 5. ſeu §. ſecundum occaſionem. Rurſum 117. c. 12. Et apud Ethnicos olim honeſta diuertendi cauſa ſacerdotium habebatur, l. vitricus, 60. de donatio. inter virum & vxorem, P. lib. 24. titul. 1.* A

o *c. commiſſam, 16. de ſponſal. vide magiſtrum ſententiarum in 4. lib. diſtinct. 27. §. hoc autem coniugatis, & ibi Sotum, quæſt. 1. articulo 4.* B

p *Notatur in c. 1. de voto, in Sext. per extrauag. Ioannis 22. quæ incipit,* antiquæ, *& ca. ex parte, in 2. de conuerſ. coniuga.*

q *ca. raptor, 33. 27. quæſt. 2.*

r *c. 2. de conſangui. & affinita.*

s *c. veniens, de cognatio. ſpirituali.*

t *ca. non ſolum, ca. iam nunc, & ſeq. 28. q. 1. c. 2. de diuor. l. mulier, 5. §. his illud, de ſponſa. C. l. ſi legibus, 16. de epiſcop. audien. Sunt interdicta Chriſtianis matrimonia cum iudæis. l. ne quis Chriſtianis, 6. de iudæis, C. cum ethnicis & peſſimis viris. Gen. 6. Exodi 34. Deuteronomii 7. 3. Regum 11. 2. Eſdræ c. 9. 1. ad Corinth. c. 6. Concilio Laodicenſi, c. 31. Chalcedonenſi, c. 14. Carthaginenſi, c. 21. ca. caue non oportet, 28. q. 1. D. Auguſt. lib. 1. de adulterinis coniugiis, Tertullia. 2. ad vxorem Tertulliam, 3. ad Quirinum. Vide & Concilium Tridentinum, ſeſſione penul.* C D

v *c. iuuenis, 3. de ſponſal. c. vnico, eod. titul. in Sext.*

x *dicto c. vnico, §. fin. de ſponſalib. in Sexto.*

y *ca inſtitutum, 39. 27. q. 2. Ex diuo Auguſtino lib. 8. confeſſion. c. 3. nos plures alias rationes addimus lib. 8. Syntagmat. iuris vniuerſ. cap. 3.* E

# DE MATRIMONIIS ET NVPTIIS.

## TIT. XXI.

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid matrimonium, & nuptiæ.*
3 *Et vnde dictæ.*
4 *Vndeque matrimonium appellatum.*
5 *Et patrimonium.*

IN ſponſalibus matrimonium initiatur, poſt coniunctionem ratum fit; *a* a promiſſione per ſponſalia de futuro matrimonio, ad implementum peruenitur, & proinde ſequuntur nuptiæ vel mox, vel tempore accommodo exſpectato, *b* vel ſi placeat, cum ipſis ſponſalibus matrimonium per verba de præſenti ſimul contrahitur; *c* quare & Capellanus Gregorii 9. in compilatione decretalium, vnico titulo & ſponſalia & matrimonium concluſit, de ſponſalibus & matrimoniis. Nos autem facilioris inſtitutionis cauſa, ſponſaliorum titulum a matrimonii vel nuptiarum tractatione ſeiungimus. *d* 1

Matrimonium porro, aliud ſpiritale aliud carnale; Spiritale contrahitur inter eccleſiam & eius prælatum, *e* de quo non agimus. Carnale autem illud hic examinabitur, quod eſt, vt & nuptiæ, viri & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, *f* de qua iam finitione & alibi diximus. *g* 2

Nuptiæ ideo dictæ, quod pudoris gratia, puellæ cum viris traderentur, caput vel faciem obnuberent ſeu velarent. *h* 3

Et matrimonium quaſi matris munium vel munus dictum; quia proprium potius matris quam patris munus videatur filiorum nutritioni vacare. *i* 4

Vt contra patrimonium potius a patre dictum, quod magis virile & patris munus ſit filiis acquirere. *k* 5

#### SCHOLIA.

a *can. ſtatutum, 24. §. 1. & ca. ſeq. cum initiatur, 27. q. 2.*

b *ca. noſtrates, 3. 30. q. 5.*

c *cap. penul. de ſponſalib. cum ſimilib.*

d *Sic etiam in C. & P. diſtincti ſunt tituli de ſponſalibus. & de nuptiis. Agitur autem de vtriſque ſimul in decretalibus, & in Sex. Separatim etiam de nuptiis in iure ciuili. lib. 1. Inſtitutionum iuris ciuilis tit. 10. & lib. 5. C. tit. 4. de ritu nuptiarum, lib. 23. P. tit. 2. in nouellis Iuſtiniani, nouellis 2. 19. 139. 154. 157. in nouellis Leonis 24. 33. 79. 89. 90. 98. 100. apud Vlpianum in fragmentis titulorum, tit. 5. Iulium Paulum in fragmentis, lib. 2. recepta. ſententiarum iuris, ti. 19. apud Conſtantinum Harmenopulum lib. 4. & lib. 28. ecloga Baſilicorum, tit. 4. & apud nos lib. 9. ſyntagmatis iuris per totum. Tractatur vero ſub hoc titulo fere vniuerſi tituli libri 4. decret.*



e *De vtroque in ca. ſicut vir, 7. q. 1. c. inter corporalia, de translatio. Epiſcopi. Ait autem Ioannes Andreas, in ſumma libri 4. Decretalium, quadruplex poſſe conſtitui matrimonium; primũ inter Deum & humanam naturam; ſecundum inter Chriſtum, & Eccleſiam; 3. inter Deum & fidelem animam; 4. inter hominem & hominem, de quo hic; adde quintum inter prælatum & eccleſiam, vt ante dixi.*

f *In principio 27. q. 2. §. ſunt enim, & in principio 29. q. 1. & ca. beata, §. indiuidua, 27. q. 2. c. illud, 11. de præſumtio. §. 1. de patria pot. apud Iuſtinia. l. 1. de ritu nuptiar. P. nos explicamus latiſſime hanc finitionem, lib. 9. ſyntagma. cap. 2. & 3.*

g *Supra lib. 1. cap. 12.*

h *ca. nec illud, 8. 30. q. 5. ex diuo Ambroſio tractatu de patriarchis, lib. de Abraham, c. 9. exẽplo Rebeccæ, de qua Geneſ. c. 24. Sic enim verecundiæ cauſa, quæ cõuenit puellis, vultus ſuos nubentes velabant; imo & noctu nubebant, ſicut liquet ex Feſto, dum de patrimis agit.* Patrimi *(inquit)* & matrimi tres pueri adhibebantur in nuptiis, vnus qui facem præferret ex ſpina, vel pinu alba, quia noctu nubebant; duo qui nubentem tenebant. *Nubere proprium mulierum, & nuptiæ dies, quo traditur velata vxor viro; etſi apud Nonium Marcellum inuenias nubere quoque dici de viro, & Iuuenal. Satyra 2.* Quid quæris? nubit amicus, *& in ca. quod propoſuiſti, 32. q. 7. Velant & caput ſuum mulieres nubendo, vt ſe viro tunc ſubiici teſtentur, & caput earum viros eſſe, ca. eſt ordo, ca. fœminæ, ca. cum caput, 33. q. 5. Eſt & aliud ſacrum velamen quod datur virginibus & viduis Deo conſecratis, de quo & in ca. hæ vero, ca. viduas, ca. mulieres, ca. vidua, 27. quæſt. 1.*

i *cap. 2. de conuerſio. infidelium. maximum enim ac præcipuum fœminarum munus eſt concipere ac tueri conceptum. Vlpia. in l. quæritur, 14. §. 1. de ædili. edict. lib. 21. P. titu. 1. & Iuſtinianus ait, ad hoc ipſum mulieres fuiſſe genitas, vt partus ederent, & maximam eis cupiditatem in hoc conſtitutã. l. 2. de indicta viduita. tolle. li. 6. C. tit. 40. atq; D. Ambroſius lib. 1. ſuper D. Lucam ad ca. 1. & in ca. 1. 32. q. 2. Pudor, inquit, eſt fœminis, nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola cauſa, id eſt præcipua eſt nubendi, vt in ca. ſi ſolus, 8. diſtinct.*

k *Ita dictum eſt a Deo in vltionem prioris peccati, Euæ,* in dolore paries, *&c. & Adæ,* in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *&c. gloſſa 3. Atq; hæc naturalis dicitur patrum intentio, vt ſuis liberis acquirant & laborent, l. ſcripta, vnde liberi, l. cum ratio, de bonis damna. P.*

### CAPVT II.

*Nuptiarum ſeu matrimonii diſtinctio.*

MAtrimonium ſeu nuptię, aut primum contrahuntur, aut repetuntur vtræque nuptiæ, & primæ & ſecundæ, tertiæ, & vlteriores receptæ quidem, ſed non eadem ratione, repetitæ ac primæ. *a*

#### SCHOLIA.

a *exſtat titulus de ſecundis nuptiis, lib. 4. decreta. tit. 21. & lib. 5. C. tit. 9. tractatur de illis ſecundis & repetitis & primis matrimoniis, lib. 4. Magiſtri ſententiar. diſt. 42. & ecloga Baſilicorum, lib. 28. tit. 11. Secundæ nuptiæ omnes dicuntur, quæ repetitæ*

ſunt poſt primas, etſi tertio vel quarto, vel pluries repetitæ fuerint, quæ omnes non damnantur. ca. aperiant, 11. & ſeq. 31. q. 1. in quo corriguntur ciuilia iura, quæ damnabant ſecũdas nuptias. l. 1. C. de ſecund. nup. c. penul. & fi. eod. tit. conceſſa autem ſecunda & repetita matrimonia, ad vitandum periculum fornicationis, magis tamẽ probatur prima quam repetita, cano. quomodo virginibus, 10. 31. q. 1. neq; ſecundæ nuptiæ benedicuntur, primæ contra. In ca. 1. de ſecun. nup. ex concil. Lateranenſi ſub Alexan. 3. nec presbyter intereſſe debet ſecundis, ca. de his, 8. 31. q. 1. ex conc. Neocæſarienſi, cap. 3. & 7. Propter incontinentiam etiam ſecundas adire nuptias permiſerunt Apoſtoli, 1. ad Corinth. c. 7. ratione cuius incontinentiæ, etiam aliquando impoſita fuit pœnitentia ſecundo & vltra nubentibus, vt habetur in prædic. concilio Neocæſarienſi ca. 3. & 7. nuptiæ tamen repetitæ ideo damnatæ non fuerunt ab eccleſia. Vide diuum Aug. ſermone 2. 3. 4. D. Ambroſium, in ca. 17. prioris ad Corinth. D. Chryſoſtomum, in opere imperfecto in Matthæum, homilia 32. Inter Græcos & eſt conſtitutio nouella Leonis, 90. quæ meminiſſe videtur prædicti concilii Neocæſarienſis. Qui (inquit) tertiũ matrimonium contrahunt, ſacri canonis pœnæ obnoxii ſunt; & apud Gregorium Nazianzenum, τὸ πρῶτον συνοικέσιον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία, τὸ τέταρτον χοιρώδης βίος. Exſtat & in iure orientali Conſtantini Porphyrogenetæ, nouella 1. c. 2. de polygamis; qua recenſetur, prohibitum ante per imperatores, ne liceret cuipiam ſe quarto matrimonio coniungere, & eſſe quartum matrimonium omnino reiiciendum, & eum qui ad huiuſmodi cõiugium venire voluiſſet, eſſe ab omni eccleſiaſtica communione priuandum, & ab ingreſſu templi, quandiu in coniugio permanſiſſet; & ipſe imperator ibidẽ hoc probat, & vltra de tertio matrimonio ſtatuit, vt ſi quis poſt 40. ætatis annũ, ad tertium matrimonium conuolaſſet, per quinquennium ſacramẽti communione priuaretur; ſi ex aliis matrimoniis ei non eſſent liberi; quod ſi fuiſſent omnino poſt 40. annum, tertium interdixit matrimoniũ. Et ſi 30. annos natus ſuſceptis ex præcedẽtibus matrimoniis liberis, ad tertium vellet conuolare, quatuor annis a communione priuaretur; ſi vero ei non eſſent liberi, condonandum.

## Capvt III.

*Ex quibus conſtet matrimonium.*

Conſtat matrimonium ex maſculi & fœminæ coniunctione, *a* nec poſſunt duo vni coniungi, aut duæ vel plures vni hoc vinculo licite. *b* Contrahitur porro ex mutuo conſenſu eorum, qui coniunguntur puberum; iſque ſufficit pro ſubſtantia, *c* ex honeſtate tamen adhibetur & conſenſus eorum, in quorum poteſtate ſunt contrahentes. *d* Neque etiam matrimonia, per ſeruos etiam contradicentibus & inuitis dominis contracta, vlla ratione ſunt propter hoc diſſoluenda, attamen non ideo minus debita & conſueta ſeruitia dominis exhibere debent. *e*

## Scholia.

a Sic erunt duo in carne vna Geneſ. 2. D. Matthæi 19. ca. lex. diuina, 27. q. 2.

b 1. ad Corinth. 7. ca. an non. 24. q. 3. ca. is qui non habet, 4. & ca. Chriſtiano, 5. 34. diſt. ca. additur, §. viro igitur, 27. q. 2. ca. qualis, §. fin. 30. q. 5. ca. 1. ca. cum in captiuitate, ca. non ſatis, 34. q. 1. ca. Rotharius, 31. q. 2. c. gaudemus, 8. §. quia vero pagani, de diuort. c. is qui fidem, 30. c. ſi inter virum, 31. de ſponſalib. idem iure ciuili comprobatum, §. affinitatis, & §. ſocium, de nupt. l. 2. C. de inceſt. nup. cum ſimilib.

c ca. ſufficiat, 27. q. 2. ca. ſi quis, 20. q. 2. ca. final. 32. q. 2. c. cum locum, 14. de ſponſal. c. cum cauſa, 6. de raptoribus. l. ſponſalia ſicut nuptiæ, 11. de ſponſalib. P. l. 2. de ritu nup. P. Efficiens cauſa matrimonii dicitur conſenſus



conſenſus in principio, & ca. omnis, 27. q. 2. c. ſi quis ancillam, 29. q. 2. ſola forma conſenſus diſtinguuntur nuptiæ a concubinatu, l. 4. de concubin.

d ca. noſtrates, 30. q. 5. gloſſ. in ca. fin. ad verbum, parentum, 32. q. 2. per c. tuæ, de deſponſatio. impuber. nam non eſt virginalis pudoris maritum ſibi eligere, ca. honorantur, 13. (vbi ex profanis & plura citantur) 32. q. 1. Sic intellige, ca. mulier, 14. eadem q. 1. Eodemq; modo intelligi debent ſecundum ius pontificium alia iura, quæ conſenſum parentum exigunt, vt ca. ſponſus, 5. 30. q. 5. honeſte enim faciunt filii ſiliæve voluntati parentum cõſuetudo. c. 1. de deſponſatio. impuberum, quamuis iure ciuili aliud ſtatutum videatur, & improbentur nuptiæ, & nullæ dicantur initæ ſine conſenſu eorum, in quorum poteſtate ſunt qui contrahunt, l. Paulus, de ſtatu homin. P. l. 2. & l. generali mandato, 34. & ſeq. de ritu nuptiarũ, P. lib. 23. P. tit. 2. l. ſi vt proponis, C. de nup. §. 1. eod. tit. apud Iuſtinia. Atq; hodie in Gallia iuxta ius ciuile per edicta regia pœnæ diuerſæ impoſitæ ſunt iis, qui inuitis & inſciis parentibus contrahũt matrimonium, tanquã raptoribus, & conſentientibus; de quibus nos egimus fuſe lib. 9. Syntagma. c. 3. vbi & declaramus quorum conſenſus in nuptiis adhiberi debet. Vetitum tamen matrimonium ex edicto Henrici 2. & ex legibus ciuilibus, ſine conſenſu parentum contractum, verum matrimonium erit, etſi non legitimũ, vt pote contra leges contractum, vt in ca. fina. 28. q. 1. neq; enim legum diuerſitas in nuptiis contrahendis, vinculum matrimonii, ſi nõ ſeruentur, diſſoluit. c. 1. de ſponſalib. Cæterum quanquam vinculum matrimonii in his matrimoniis contra leges ciuiles pœnales prohibentes contractis non diſſoluatur, nihilominus pœnæ contra contrahentes indictæ, committuntur, vt quod filia exhæredari poſſit ante 25. annum ſine conſenſu patris nubens, in §. aliud quoq; capitulum, vt cũ de appellatio. cognoſce. nouella 115. c. 3. Vide ll. 18. 19. 20. C. de inoffic. teſta. Panorm. ad c. 1. de ſponſalib. Bartol. ad l. 2. §. quod ſi patri, ſolut. matri. Emancipatus porro filius, ſine conſenſu patris impune poterat vxorem ducere, l. filius emancipatus, 25. de ritu nuptia. & filii ſine cõſenſu matris iure ciuili. l. 20. C. de nup. nam fœminæ non habent filios in poteſtate, §. fœminæ, de nup.

e c. 1. de coniugio ſeruorum, lib. 4. tit. 9. in iure tamen ciuili ſeruorum coniunctiones nõ matrimonia, ſed contubernia dicuntur, l. 3. C. de inceſt. nup. lib. 5. tit. 5. §. ſi vero ab initio, de nuptiis in authentic. vide quæ dixi, libro ſyntag. c. 1. nu. 2. & 3. Inter Chriſtianos autẽ vt neq; apud dominum non eſt ſerui aut liberi diſtinctio, nec in ſacramentis, ad Gal. 3. quare & fiunt ſerui participes matrimonii & aliorum ſacrorum ſine præiudicio tamen dominorum.

## Capvt IIII.

*De rebus, quæ bona tria matrimonii dicũtur.*

Bona tria præcipua in nuptiis conſiderantur, fides, proles, & ſacramentum. *a* Fides duplex hic, pactionis & conſenſus, Fides pactionis eſt, dum aliquis alicui promittit fidem, quod eam ducet; fides conſenſus, dum ore & corde cõſentit eam ducere; dumq; mutuo contrahentes ſe concedunt mutuove ſuſcipiunt. *b* Proles eſt in intentione procreandi, quamuis perpetuo non ſequatur. *c* Sacramentum indiuiduam vitam & inſolubilem cauſam matrimonii demonſtrat. *d* Quamobrem & cõtra ſubſtantiam matrimonii, *e* dicuntur conditiones appoſitæ, ſi alter alteri dicat, contraho tecum ſi generationem prolis euites; *f* vel donec aliam inuenero honore vel facultatibus ditiorem, *g* aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradas. *h* Atq; ex his contractus matrimonii quantumcumque alioquin fauorabilis, caret effectu, licet alię cõditiones appoſitę matrimonio, ſi turpes aut impoſſibiles fuerint, debeãt propter eius fauorem, pro nõ adiectis haberi.

S c h o l i a.

a *ca omne itaque, 10.27.q.2.ca.ſicut omnes, 2.§.fi.32.quæſt.2.tractatur & in 4.ſententiarum patrum diſt.30.*

b *Et hæc late explicantur in ca.fin.27.q.2. in c.1.de ſponſalib. duorum per Ioannem Maiorem libr.4.ſententiarum diſt.27.q.5.& ibi ſolus,q.2.artic.4.verſic.* tertium dubium eſt, *a fide patronis potius matrimonium pendet, quam a conuentione, can. cum initiatur, 5.& ſeq. ca. coniuges, 27. quæſt.2.*

c *Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit, ca.omnis, 4.eadem, 27.q.2.l. nuptias, 39.de reg.iur.P.l.cui fuerit, 15.de conditio.& demonſtra.li.35.P.tit.1.finis ita videtur cur matrimonium contrahant homines, proles, vt præmium nuptiarum, ca. pudor, 32.q.2.vt ſequatur propagatio generis humani, ca.Deus, 31.quæſt.1.*

d *gloſſ.in dicto ca. omne itaque, 27.q.2. Richard.in 4.ſentētia diſt.26.q.2.arti.6.art.4.ait quod expreſſio conſenſus per verba de præſenti, eſt ſacramentum tantum, & mutua obligatio cauſata per conſenſum mutuum, per verba de præſenti, expreſſum; hæc enim eſt res reſpectu ſignificationis exterioris, quæ eſt per ſenſibilia ſigna. Ipſa autem caritas, eſt res tantum & non ſacramentum, obligatio vero interior, per mutuum conſenſum expreſſa, ſiue coniunctio expreſſa, eſt res & ſacramentum. Refert & Clauaſius Angelus, in ſumma in verbo matrimonium 1.numero 5.*

e *Hæc quæ ſequuntur ponuntur in c. fin. de conditio.appoſ.lib.4. tit.5.*

f *d.c.fi.de conditio appoſit.& in ca.ſolet quæri, 6.& ſeq.aliquando 32.q.2.peccat enim contra bonum prolis.*

g *d.c.fin.de conditio.appoſit. hæc quippe conditio committit contra aliud bonum ſacramenti, & contra indiuiduam vitam, non enim poteſt eſſe vxor temporalis, d.ca. ſolet, §.fin.*

h *d.c.fin.de conditio. appoſ. hæc conditio enim peccat contra bonum fidei.*

A

## C a p v t V.

*Quæ interueniant in matrimonii contractu.*

Conſenſus nuptiis adhibetur a contrahentibus vel per ſeipſos, vel per procuratorem eorum, habentem ſpeciale mādatum. *a* Hic vero exprimitur per verba de præſenti illum ſignificantia, vel per alia, quæ in confeſſo & proculdubio apparent eundem conſenſum ſignificare, quo-
B modo & contrahunt matrimonium muti & ſurdi. *b* Verborum formula inter idoneos matrimonium per verba de præſenti contrahentes, ſunt, ſi vterque dicat; *Ego te in meam accipio; & ego te accipio in meum,* *c* vel alia verba conſenſum ſimilem exprimentia; *d* nec enim tam verba inſpicimus quam ea, quibus verba accedunt; *e* & proinde quando inter aliquos ſponſalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter
C proponit, inſpiciendum eſt iudici, ſi matrimonium contracturi, ſint ad illud idonei ſcientia & ætate, quo cognito ſi aliter non intellexerit quod alter propoſuit, erit ad communem verbi intelligentiam recurrendum, & cogendus vterq; verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent recte intelligentibus generare. *f* Poſſunt & qui verba alterius per ſe non intelligunt, per interpretem intelligere; *g* per ſigna & con-
D ſenſum aliquando exprimere quis poteſt. *h* Atque ſi poſt promiſſionem de ducenda vxore, ſponſam ſuam cognouerit, & cum ea concubuerit, cenſetur facto perinde ac expreſſis verbis conſenſiſſe in matrimonium. *i*

S c h o l i a.

a *ca.honorantur, 32.q.32.c.ex parte, in 2.de conuerſ.coniuga.c.fin. de procura. in Sex. ſi modo ſpeciale adſit mādatum, & de cer-*
E *ta ducenda, & dummodo is qui mandauerit perſeuerauerit in ea voluntate; donec procurator contraxerit; ſicq; inter præſentes & abſentes contrahi matrimoniū poteſt, ſi modo poſt vnius cōſenſum alter cōſentiat ſimiliter. Et tradunt Hoſtienſis, & Ioannes Andreas,*



*Andreas, ad cap.ex literis, de ſponſal. ſuffi-* A
*cere, vt quis conſentiat prius & duret in in propoſito, donec alterius conſenſus accedat ex poſt facto, per l.1.§.ſi vero præſens interrogauit, de verborum obliga. Neque exigitur neceſſario, vt conſenſus ab ambobus ſimul & in eodem tempore præſtetur. quamquam* Panormitan.*dicat in ca.dilectus, de ſponſalib.de ſubtilitate iuris requiri. quod tamen mihi non probatur, cum et-*
*iam ſubtilitate iuris contractus, qui con-* B
*ſenſu contrahuntur, poſſint inter abſentes per nuntium, & per epiſtolam perfici, quod quidem non poteſt fieri in vno inſtanti & præſente vtroque, l.conſenſu, de actio.* P.*l.1.§.fin.de contrah.emt.*P.

b *c.tuæ fraternitati, 25.c.cum apud, 23.de ſponſalib.l.mutus, 73.de iure dot.libr.23.* P.*tit.3.l.ex facto, 43.ibi.* mutus duxit vxorem, *de vulg.lib.28.*P.*tit.6.*

c *c.ſi inter virum, 31.de ſponſalib.c.veniens* C
*ad nos, 15.eod.tit.dixi porro inter idoneos, quia ſi eſſent impuberes, qui per verba de præſenti contrahunt, verba non matrimonium ſed ſponſalia contrahunt, perinde ac ſi eſſent de futuro. c.fin.de deſponſa.impuber.cap.1.§.idem quoque, eodem titulo.in Sexto.*

d *Veluti ſi dicat, quod eam ab eo tempore pro coniuge tenebit, & ei ſicut vxori ſuæ fidem ſeruaret. Et contra mulier dicat, ſe illum* D
*pro viro a modo habiturā, & fidem ei tanquam proprio viro ſeruaturam. c. ex parte, c. mulieres, 9.de ſponſ. vel ſi quis dicat,* iure quod te habebo pro legitimo vxore. *can.9.ſi quis diuinis, 30.q.5.ex Iuliano anteceſſore, nou.74.capit.4. Quia licet verbum habebo ſit futuri temporis, tamen refertur ad præſens tempus, vt notat in d.c.ſi quis diuinis, Archidia. de Turre* E
*Cremata.& Sotus lib.4.de ſent.diſtin.27.q.2.arti.1.facit in argumentum.l.ſi quis ſtipulatus, de verbo ſignific.l.filii, ad ſenatuſcon.Trebell.*P. *Neque etiam ſufficerent verba niſi conſenſus, quem exprimere verba nata ſunt, adſit, vt dicatur contractum*

A *matrimonium, quod pertinet ad Deum, qui nouit occulta cordis, quamuis quod pertinet ad eccleſiam, verba, quæ exprimunt conſenſum, perinde intelligantur, ac ſi vere conſenſus interueniſſet, cap. tua nos duxit fraternitas, de ſponſalib. Obſeruandum tamē vt verba hæc ſerio pronuntientur, alioquin enim ſi per iocum dicta ſint, non obligant ad matrimonium, l. obligationum ſubſtantia, 3.§.fi. de actio. libr.*
B *44.*P.*tit.7, facit l.3.§.3.de iniur.*P. Nec ſpondet (*inquit Varro 5.de lingua latina*) ille ſtatim, qui dicit ſpōdeo, ſi iocandi cauſa dixit, nec agi poteſt cum eo ex ſponſu de ioco, *& in l. ſimulatæ nuptiæ, 30.de ritu nuptia.*P.*ſimulatæ nuptiæ nullius ſunt momenti ſicut nec imaginarii cōtractus habent iuris vinculum. l. contractus 54.de actio. Cæterum in matrimonio inter perſonas ei accommodatas periculo-*
C *ſum eſt talibus verbis iocari, cum pro matrimonio verba ſoleant interpretari, ſi manifeſte de contrario nōn doceatur, vt explicat late gloſſa.in ca.tua nos, ad verbum,* mulierem, *de ſponſalib.*

e *c.intelligenti, de verb.ſignif.l.ſi vno anno, loca.*P.*l.3.C.de libr.preter.l.quoniam indignum, C.de teſtam.*

f *c. ex literis, 7. de ſponſalib. vide & Alex. conſ.152.5.volum.*

D g *l.1.§.fin.de verbor.oblig.libr.45.*Pandect, *titul.1.l.an inutilis, 8.§.fi. de acceptilatio. lib.46.*P.*tit.4.*

h *Vt diximus in mutuo & ſurdo, ca.cum apud ſedem, 23.de ſponſ. Item aliud exemplum ſi quis dixerit,* Ego te accipio in vxorem, *& ſi conſentias accipe calicem & bibe, & illa nihil reſpondens biberit, videtur conſenſiſſe. referuntur enim ſigna ad*
E *præcedentia verba de præſenti: vt aliquando ad verba de futuro, ſi talia prolata prius ſint, vt notat Angelus Clauaſius in ſumma, ad verbum* Matrimonium, *2.nu.7. & num.22.ex Hoſtienſ. addit, ſi quis promiſerit tribus ſororibus, quod vnam ex illis ducet in vxorē, & poſt ea cum vna con-*

*cubuerit, cenſeatur eam in vxorem duxiſſe, & cum ea matrimonium contraxiſſe.* A

i *c. is qui fidem, 30. de ſponſalib. c. de illis, c. per tuas, de conditio. appoſit.*

## Capvt. VI.

1 *Alia quæ conſiderantur in nuptiis ſeu matrimoniis ne clandeſtina ſint & publicentur, & reprobatio occultorum.*

2 *Matrimonium quando dicitur conſummatum.*

3 *Nuptias quando non licet celebrare.* B

1 CAutum inſuper, ne vllus fidelis cuiuſcunque conditionis ſit, occulte nuptias ineat, ſed benedictione publicæ accepta nubat in domino. *a* Clandeſtina enim matrimonia interdicta ſunt. *b* Et ideo decretum, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſiis per presbyteros proponantur, competenti termino definito, vt intra illum, qui valuerit & voluerit, C legitimum impedimentum, ſi quod norit, opponat, iuſſum etiam, vt ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat, & ſi apparuerit aliqua coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documẽtis. *c* Quod ſi quis huiuſmodi clandeſtina vel alias interdicta coniugia, inierit in gradu prohibito etiam ignoranter, D ſoboles de tali cõiunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſetur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium: cum illi clandeſtine contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Et pari modo nihilominus proles illegitima cenſetur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum præter omne E interdictum etiam in facie Eccleſiæ contrahere præſumſerint. *d* Solemnitates adhibitæ dotis & aliquorum aliorum, aliquando coniugium diſtinxerunt a concubinatu perpetuo, cui ſolemnitates Eccleſiæ non fuiſſent adhibitæ, nihilominus A tamen loco vxorum iſtæ concubinæ perpetuæ habitæ. *e*

Matrimonium † conſummatũ dicitur, 1 quando ſecutus eſt concubitus, *f* dummodo illud ſit ab omni metu & coactione liberum, *g* attamen metus exceptio poterit per copulam ſpontaneam ſecuram elidi. *h*

Nuptias † non licet iure pontificio in 4 quadrageſima celebrare, *i* nec a ſeptuageſima vſque in octauas Paſchæ, nec in tribus B hebdomadibus ante natiuitatẽ ſancti Ioannis Baptiſtæ: & ab Aduentu Domini vſque poſt Epiphaniam, *k* quocunque tamen tempore poteſt matrimonium contrahi conſenſu de præſenti legitimo interueniente, *l* verum ſolemnitas nuptiarum prædictis temporibus vetita.

### Scholia.

a *ca. aliter, 1. & ca. nullus fidelis, 2. cum aliis* C *ſequentibus 30, quæſt. 5. ca. cum inhibitio, 3. de clandeſtina deſponſatio. libr. 4. tit. 3. de benedictione nuptiarum etiam in can. nulli, 35. quæſtio. 2. ca. fin. 23. diſt. niſi ſint ſecundæ nuptiæ, quæ non benedicuntur, in c. 1. de ſecund. nupt. Alexius Comnenus ſtatuit lib. 1. iuris orientalis, conſtitutione 9. nuptias alioquin non dici legitimas, aut Chriſtiana inſtitutione dignas æſtimandas, niſi etiam benedictio eos, qui coniun-* D *guntur obliget, meminit & de eius nouella Conſtantinus Harmenopulus, lib. 4. promtuarii iuris titul. 4. exſtat & conſtitutio nouella Leonis Cæſaris, 89. ne matrimonia citra ſacrã benedictionem confirmentur. Idipſum & in nouella Iuſtinia. 74. ca. 4. §. 1. & Tertullian. lib. 2. ad vxorem ait, felicitatem eſſe matrimonii, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſi-* E *gnatum Angeli renuntiant. D. etiam Ambroſius, lib. 9. epiſtola. 70. tradit ipſum coniugium velamine ſacerdotali & benedictione ſanctificari oportere. Apud Tobiam quoque. cap. 5. 7. & 8 coniugia fuiſſe precibus & benedictione firmata legimus. Inter Chriſtianos autem certius credimus*



*dimus Deum matrimonii conciliatorem,* A *vt,* quod Deus coniunxit homo non ſeparet, *capit. inter corporalia, de translatio. epiſcop. cum ſimilibus. Erant & apud Ethnicos farreationes matrimoniorũ indiſſolubilium, pro ſacris, vt ſcribit Dionyſ. Halycarnaſſæus, libr. 2. erant & myſteria adhibita aquæ & ignis, l. fin. de dona. inter virum & vxorem. P. Sed & Tridentina ſynodus, ſeſſio. penult. requirit in nuptiis, præſentiã parrochi, presbyteri, & duorum* B *aut trium teſtium.*

b *Dictis proxime iuribus, & titulo de clandeſtina deſponſatione, & nuperrime concilium Tridentinum ſeſſion. 24. de reformatione matrimonii, annullauit, & irritas fecit clandeſtinas deſpõſationes & matrimonia. Clandeſtina porro matrimonia tripliciter dicuntur. primum cum non ad-* C *hibentur teſtes, & tunc aſſerenti connubium incumbit probatio, capit. 1. de clandeſtina deſponſ. & niſi probatio adſit altero negante, eccleſia non cogit huiuſmodi coniungi aut habitare ſimul; ſi vero probatio feratur, ratum habetur, cap. 2. eod. tit. de clandeſt. deſpon. ca. ſi quis diuinis, §. his ita, 30. quæ. 3. Secundo clandeſtina dicuntur, quæ non fiunt cũ ſolemnitate conſueta, vt in ca. aliter, 30. q. 5. Tertio, clan-* D *deſtina dicuntur, quãdo denuntiatio ſeu banna non fuerint in eccleſia publicata. c. cum inhibitio, de clandeſtina deſponſa. niſi ab eadem Eccleſia fuerint remiſſa, quæ & redemta dicuntur, & niſi ab eccleſia poſtea matrimonia fuerint comprobata, c. quod nobis, 9. qui filii ſint legitimi.*

c *Hæc omnia in d. ca. cum inhibitio, denuntiationes iſtæ publicæ vulgo banna dicuntur, vt dicitur in cap. cum in tua diœceſi,* E *27. de ſponſalib.*

d *dict. cap. cum inhibitio, §. ſi quis vero, ſi tamen vnus tantum ex parentibus ſciuerit impedimentũ, alius vero neſcierit, & matrimonium fuerit ſine contradictione cuiuſque tanquã legitimũ contractum, tunc inde filii nati, etiam ſi poſtea tanquam il-* A *legitimum diſſoluatur matrimoniũ, erunt legitimi, & habiles ad ſuccedẽdum parentibus, perinde ac legitimi & naturales. cap. 2. c. ex tenore. 14. c. perlatũ, & c. peruenit, 11. qui filii ſint legit. vide c. fin. qui matrimo. accuſ. poſſ. lib. 4. tit. 8.*

e *Fuerunt antiquitus concubinæ quædam temporales, quæ inter Chriſtianos fuerunt omnino prohibitæ, etiam ſi prolis ſuſcipiendæ cauſa fuiſſent habitæ, ca. audite, 34. di-* B *ſtinct. ca. concubinæ, 32. q. 2. D. Auguſtinus. lib. 5. homiliarum, homil. 49. aliæ erãt concubinæ alterius generis quas Iuſtinianus nouella 18. c. 5. vt eſt apud Iulianum anteceſſorem, comparat vxoribus, quæ ſine dotalium tabularum ſolemnitate ductæ erant, de qua ſpecie apud Gratianum, in c. omnibus ſeruis Dei, 3. §. fi. 34. diſt. Concu-* C *bina itaque hic ea dicitur, quæ ceſſantibus inſtrumentis dotalibus vnita eſt, & quæ coniugali affectu adſciſcitur, hancq; coniugem facit affectus, lex vero concubinam nominat. Et de hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17. vt refertur in ca. is qui non habet, 4. eadem, 34. diſt.* Is qui non habet vxorem & pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit cõiunctione contentus. D *D. Auguſtin. libr. de bono coniugali, in hoc concubinatu licito, requirebat tria neceſſaria, primũ, vt vtroque eſſet ſolutus, deinde quod adeſſet fides mutua quod alteri nõ coniungerentur, neque a procreatione liberorum abhorrerent. Tertio, vt in ea vitæ coniunctione manendum ſibi proponerent, refertur in ca. ſolet, 32. quæ. 2. Et vbique D. Auguſtinus ſcribit, poſſe aliquo-* E *modo in iſta coniunctione dici ineſſe nuptias, & connubium, quamuis ſic habitam non audeat appellare vxorem, quia non interuenerint inſtrumenta & alia, quæ iure ciuili & canonico requirebantur, vt eſſet legitima vxor, vt in c. aliter, c. noſtrates 30. q. 5. facit c. cum inhibitio, de clandeſt. deſpon. atq; inter illegitime coniunctos nu-*

*merantur abſque dotali titulo atque benedictione ſacerdotali coniuncti, per Calixtum Papam epiſtola 2. ad epiſcopos Galliæ, c. 4. ex qua ſumtus. can. 4. conſanguineorum, 3. q. 4. Requirit & honeſtas iure communi, vt dos aliqua conſtituatur, putaruntq; aliqui ſine eo matrimonium non tenere. c. nullum, 30. q. 5. quãquam in rei veritate, ſi cætera, quæ ſubſtantialia ſunt matrimonii, adſint, ſine dote & inſtrumẽtis eſſe poſſit. l. imperialis, 22. §. his autem, de nupt. C. leg. cum multæ, de donatio. ante nupt. C. In dubio tamen, num vere contractum ſit matrimonium, dicemus, non præſumi matrimonium, ſi non interuenerint tabulæ dotales, aut aliæ ſolemnitates, maxime, quando coniuncti ſint imparis conditionis, hocque modo intelligitur. dict. lex imperialis, §. imo. ita & intelligendi canones. ca. aliter, ca. nullum, & ſimiles. clam enim contractum matrimoniũ non agnoſcitur ab eccleſia, quæ ignorat occulta, donec de illis ei fides fiat. facit caput quod nobis, qui matrimon. accuſa. poſſunt. Si enim conſtaret de matrimonio, & quod ſe in virum & vxorem coniuncti mutuo acceperint, omiſſio ſolemnitatum & tabularum dotalium non officit, quominus verum dicatur matrimonium, cum diſtinctionibus quæ traduntur, in capit. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſa. & concilio Tridentino, ſeſſio. 24. de reformatione matrimon. cap. 1. facit l. in liberæ, de ritu nuptiarum. Prætermittam hic tractare, quæ de concubinis docuerũt Iuriſconſulti, quæ late proſequor, lib. 10. Syntagm. ca. 19. Vnde ſiquis egeat, poterit accipere. Hoc tantum ſubiungam, prohibitũ etiam iure ciuili fuiſſe omnium concubinatum, vt liquet ex nouella 91. prohibente vt concubinam vllo modo habere non liceat, etiam ei, qui vxorem non habet, cum ei liceat vxorẽ habere, & ſublatæ ita leges quæ permittebant. in titulis de concubinis. in Pan. & C. concubina enim cum vno peccare dicitur, vt meretrix cum pluribus, vt ait Balſamon. ad c. 26. epiſtolæ Baſilii ad Amphylochium, vide & de prohibitione concubinatus Iuliũ Clarum, libr. 5. ſenten. iuris, §. fornicatio, verſic. & inprimis. Atq; in ſumma tenendum, matrimonium, de quo conſtiterit verbis idoneis inter idoneos contractum, verum eſſe & indiſſolubile, etiamſi locorum ſolemnitates in nuptiis adhibendæ, vel ſcriptura, vel dos non interuenerint, ca. noſtrates, § fi. ca. ſi quis, 30. quæ. 5. & nouella 74. §. quoniam autem, & c. 1. de ſponſalibus. Et ſine inſtrumentis etiam iure ciuili contrahi matrimonium dicitur, in leg. ſi vicinis, 9. (iuncta exceptione. §. tamen in maioribus) l. ſi donationum, 22. l. neque ſine nuptiis, 13. C. de nuptiis, leg. iubemus, 1. C. de repudiis, excepto caſu etiam authenticæ, ſed nouo iure, C. eod. tit. & aliis quibuſdam caſibus, in quibus dubitari olim poterat propter magnam imparitatem contrahentium, vt ſi ſenator ſcenicã mulierem, quæ reſipuerit duxiſſet, l. imperialis, 23. §. itaque cum iuſtum, & §. ſi vero ante, Cod. de nuptiis, aut ſi idem ſenator duxiſſet libertinam, §. cæterum, §. ſi quis libertinam, nouellæ 78. ſecuta tamen emendatio nouella, 74.*

f *Et tunc ratum, & omnino indiſſolubile dicitur, cap. 2. capit. ex publico, 7. vbi videnda gloſſ. fin. de conuerſio. coniuga. lib. 3. tit. 32. Sine coniunctione tamen, quod pertinet ad eſſentiam matrimonii, perfectum eſſe matrimonium docet Gratianus, 27. q. 2. in princip. & §. ſi. cum can. ſeq. vſque ad §. cum ergo, & in can. ſufficiat, can. beata Maria. §. conſenſus, can. omnis, can. cum initiatur, conſentiunt & iura ciuilia, leg. 15. de condit. & demonſtra. l. 6. & ſeq. de ritu nuptia. Verum omnino perfectum & conſummatũ eſſe matrimonium cum cõmixtio corporalis interceſſerit, docet idem Gratianus in eadem 27. quæſtio. 2. in ca. non eſt dubium, ca. cum ſocietatis, ca. quod autem, ca. in omni, can. quia propter, ca. ſi quis deſponſata, c. inſtitutum, ca. poteſt, cum ſequentibus.*

g *Hic*



g *Hic intellige metum, qui cadere poſſit in conſtantem virum, ca. veniens, 2. ca. conſultationis, 28. de ſponſalibus, in quo adſit mortis periculum, vel corporis cruciatus, vt notatur in l. interpoſitas, C. de tranſact. l. metum autem, de his, quæ vi metuſve cauſa fiunt. cap. cum dilecti, cap. perlatum, eod. tit. apud Gregor. can. Lotharius, 31. quæſt. 2. libera enim tam debent eſſe matrimonia, vt neque metu pœnæ pecuniariæ conſtringi poſſint, & ab omni coactione ſemota. ca. gemma, 29. c. cum locum, ca. cum requiſiuit, de ſponſalibus. l. neque ab initio, 14. de nupt. l. ſtipulatio facta, & l. Titia, de verborum obligat. P. l. libera, C. de inutilib. ſtipula.*

h *cap. ad id quod, 21. de ſponſalib. c. inſuper, qui matrimo. accuſa. poſſunt, vide Oldradum. conſ. 36.*

i *ca. non oportet, 8. ca. non licet, 9. ca. nec vxorem, 11. 33. qu. 4. ex Laodicenſi concilio, 52. ex concilio Martini Bracharen. c. 48. ex reſponſis Nicolai Papæ ad conſulta Bulgarorum, c. 48.*

k *ca. non oportet, 10. 33. q. 4. ex concilio Ilerdenſi. Idem in concilio Solegust. cap. 3. tractatur in 4. libro ſentent. diſt. 32. Hebdomadæ tres ante natiuitatem, D. Ioannis incipiunt a die rogationum, gloſſ. in d. cap. non oportet, 33. quæſt. 4. & hoc eſt explicatum expreſſe in c. capellanus, ca. 4. de feriis & dila. lib. 2. tit. 9. Nunc ex concilio Tridentino permittitur presbyteris dare benedictiones matrimoniales idoneis perſonis petentibus omnibus anni temporibus, excepto a primo die aduentus Domini vſque ad Epiphaniam, & a die Cinerum, vſque ad octauas Paſchæ incluſiue. Vide concilium Tridentinum ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonii, ca. 11. & de reformatione matrimonii, ca. 10. & in concilio Laodicenſi. c. 52.*

l *in dict. cap. capellanus, 4. de feriis vide de hoc quid poſtremo loco ſancierit cõcilium Tridentinum Seſſio. 24. de reformatione matrimonii, c. 1.*

## CAPVT VII.

1 *Qui poſſint contrahere matrimonium, & qui non.*
2 *Quibus interdictum ex prohibitione temporalis impedimenti.*
3 *De inceſtuoſis.*
4 *Homicidis vxoris.*
5 *Raptoribus ſponſæ alterius.*
6 *De procurantibus baptiZare patrẽ filium.*
7 *De homicidis præsbyterorum.*
8 *De cognoſcentibus moniales.*
9 *De contrahentibus contra interdictũ Eccleſiæ.*

Matrimonium cõtrahere omnes poſſunt, qui expreſſe non prohibentur: 1 prohibitorium namq; edictum eſt de matrimonio contrahendo, vt quicunque non prohibeantur, per conſequentiam admittantur, *a* maſculi quidem puberes, fœminæ viripotentes, *b* dummodo ſint mentis compotes, vt cõſentire poſſint ſponte, ſiquidem furioſi furioſæue, a matrimonio arcentur. *c*

Veruntamen † conſiderandum hic eſt, 2 aliquib. interdũ interdici matrimonium, quod tamen ſi de facto contractum fuerit, non ſit irritum: aliis autẽ ita prohibitum, vt ſi de facto contraxerint non obſtante impedimento, ſeparatio fiat, tãquam nullo exſiſtente, *d* de ſingulis exempla proferamus. Et primum de matrimonio cõtracto contra prohibitionẽ, quod tamen eſt indiſſolubile contractum, cui imponitur tamẽ pœnitentia ex eo, quod temere contra interdictum contractũ fuerit, vt ſi tempore feriarum, quibus cõtrahere vetitum eſt, publice contrahatur, *e* aut poſt interdictum aliud eccleſiæ vel iudicis, non inuento alio impedimento tamen. *f*

Item priuignus † qui cum priuigna ſeu 3 filiaſtra, vt dicunt ſua, ſcienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum matrimonii petere, nec filiam vnquam habere poteſt in vxorẽ, nec mortua vxore alteri vllo vnquam tempore coniungi poteſt matrimo-

nio: ſi tamen inceſtuoſi, quibus interdicitur matrimonium, cum aliis de facto illud contraxerint, tenebit matrimonium. *b*

4 Sic prohibetur iis, qui vxores ſuas occiderint, cũ aliis iterũ contrahere, *i* ſi tamen contrahãt, tenet, ſed iniuncta pœnitẽtia. *k*

5 Statutum etiam, vt ſi quis ſponſam alterius rapuerit publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe coniugii remaneat, & ſi ipſa crimini conſentiens non fuerit, licentia alteri nubendi nõ denegetur. Quod ſi poſt hæc ſe coniungere pręſumſerint, vſque ad ſatisfactionem anathematizentur, *l* matrimonium tamen valeat. *m*

6 Accedit † & prohibitio matrimonium contrahendi cum alio aliaue, ei qui quæue ex induſtria fecerit, vt filium proprium de ſacro fonte ſuſciperet, ne ſimul cum coniuge remaneret, *n* tamen contractum retinebitur, cum hodie mitius circa huiuſmodi prohibitionem agatur. *o*

7 Item conuictus † occidiſſe presbyterũ, vſque ad vltimum vitæ ſuæ tempus carere cingulo militiæ debet, & abſque ſpe coniugii manere, *p* tamen ſi illud contraxerit non dirimitur. *q*

8 Hi quoq; † qui ſanctimonialibus ſcientes matrimonio ad iniuriã Chriſti copulati ſunt, iuxta cenſuram zeli Chriſtiani ſeparari debent, & nunquã eis concedi coniugali vinculo religari, ſed debent in pœnitentiæ lamentis vehementer dum viuunt ſe afficere, *r* tamen ſi contraxerint, matrimoniũ tenet, *s* veluti ſi publice pœnitentes, quib. matrimonium contrahere eſt prohibitum, matrimonium de facto contraxerint, non dirimitur. *t*

9 Pendente etiam † de matrimonio cum aliqua lite, ſi ea cum alio contrahat, ſi primum inueniatur nullum, ſecundum valet impoſita viro pœnitentia, & intra pœnitentiæ tempus carnali commercio interdicto. *u* Eſt & tẽporalis contrahendi matrimonii prohibitio, cũ infantibus, quod conſenſum deſiderat, quo carent quandiu in ea ætate ſunt. *x*

### Scholia.

a *ca. cum apud ſedem, 23. de ſponſalib. can. poſt vxoris, 1. 30. quæſtio. 4. Idipſum dicitur de aliis prohibitoriis edictis, vt in edicto de procuratoribus. l. mutus, de procurator. de teſtibus. l. 1. de teſtibus, P. vide gloſſam hoc fuſe explicantem. in cap. inter corporalia, 2. ad verba, non inuenitur, de translatione epiſcop. libr. 1. tit. 7.*

b *§. 1. de nupt. apud Iuſtinian. probat, & ca. 2. de deſponſatio. impuber. niſi, inquit, textus,* pro bono pacis coniunctio impuberum toleretur. *Puberes porro iure canonico, quod pertinet ad matrimonium, non ex annis vt iure ciuili, ſed qui ex habitu corporis pubertatem oſtendunt, vt generare poſſint, cẽſentur, vt & puerperæ etiam illæ, quæ annis puberibus pariunt, ca. puberes, 3. de deſponſatio impub. ſupplet & malitia & poteſtas coeundi ætatem, capit. de illis, 9. ca. fin. de deſponſatio impuber. Illud tamen ſingulare, quod ſi pubes ſponte cum impubere contraxerit, quamuis impubes poſſit reſilire a contracto matrimonio, adueniente pubertate tamen, pubes ante diſſenſum impuberis non poſſit reſilire, aut nuptiis renuntiare, cap. de illis, 7. de deſponſ. impub.*

c *ca. neque furioſus, 32. q. 7. ca. dilectus, 24. de ſponſalib. quando furoris tempore vellet contrahere furioſus. gloſſ. ad dict. capit. dilectus, in interuallis enim poſſet, & contractum ſuperueniente furore non diſſoluitur, l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P. l. oratione, 16. §. ſi. de ritu nup. lib. 23. P. tit. 2.*

d *explicatur a gloſſa fin. ad ca. 2. de pœniten. & remiſſio. lib. 5. P. tit. 38. gloſſa in cap. 3. hi ergo, 27. q. 1. notatur & in capit. de pœnitentibus, 33. q. 1.*

e *ca. non oportet, 33. quæſt. 4. cap. penultim. de feriis.*

f *c. 1. 2. & 3. de matrimon. contract. contra interdictum eccleſ. libr. 4. titul. 16. vbi tamen contrahentes ſeparantur interim propter inobedientiam, pendente cognitione impedimẽto propoſiti & accuſationis ſponſaliorum: at contractum, ſi cauſa impedimenti non probetur, reſtituitur, facta pœnitentia transgreſſionis interdicti.*



g *cap. 1. & 2. c. ex literis, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. libr. 4. titul. 3. cap. qui dormierit, 32. quæſt. 7. idemque in alio inceſtu. can. ſi quis cum duabus, penult. 34. q. 2.*

h *ca. tranſmiſſa nobis, 4. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, & diſpenſatur interdum cum inceſtuoſis iuuenibus, vt poſſint contrahere, cap. in adoleſcentia, 33. q. 2.*

i *c. interfectores, 5. & c. admonere, 8. 33. q. 7.*

k *d. ca. interfectores, & can. in adoleſcentia, 14. eadem, 31. q. 2.*

l *ca. ſtatutũ, 34. 27. q. 2. refertur ex concilio Toletano & exſtat ex concilio Rhemenſi, Troſſeiano, & libr. 1. capitularium Caroli Magni, capitulari, 105. & lib. 7. ca. 83. & libr. 1, legum Longobardicarum, titul. de raptu mulierum, l. 92.*

m *c. fin. de raptorib. lib. 5. tit. 17.*

n *ca. dictum, & ca. de eo quod interrogaſtis, ca. 5. 30. qu. 1. ex concilio Moguntinenſi, can. 10.*

o *c. ſi vir vel mulier, 2. de cognatio. ſpiritua. libr. 4. tit. 12. vbi ſi mulier vel vir ſcienter filium ſuum de ſacro fonte ſuſceperit, ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia, non ſunt coniuges, ideo ab inuicem ſeparandi, multo magis ſi ex cauſa neceſſitatis, nam & hic maxime excuſabuntur nullo alio ad baptiſandum exſiſtente.*

p *c. 2. de pœnit. & remiſ. lib. 5, decret. tit. 38. ca. qui presbyterum. 17. quæ. 4. ex concilio Moguntino, ſub Rabano, ca. 24.*

q *glo. in d. c. ſi. de pœniten.*

r *cap. 13. hi ergo, 27. q. 1. & ibi eſt pœna attentantis ſacras virgines priuari ſpe matrimonii contrahendi, cui adde alias acerbiores in ca. virginibus, 14. & aliis ſimilibus eiuſdem, 25. q. 1. adiunge vltimũ ſupplicium ex legibus. in c. 7. ſi quis non dicam, 36. q. 2. in l. ſi quis non dicam, 5. de epiſcop. & cler. in C. Iuſtinia. & in C. Theodoſiano. lib. 9. tit. 25. l. 2. & in libr. 7. hiſtoriæ Tripartitæ, c. 4. vbi huius legis origo & cauſa recenſetur, diſpenſauit tamẽ Cæleſtinus 3. Sum. Pontif. cum Conſtantia filia Rogerii regis Siciliæ quam eductam ex monaſterio Panor. coniunxit matrimonio Henrico 6. Frederici Enobarbi filio, eique regnũ Siciliæ in dotẽ dedit. Platin. in Cæleſti.*

s *notat gloſſ. in d. c. hi ergo, ad verbum,* coniugali, 27. q. 1.

t *c. de his, 12. & c. antiqui, fin. 33. q. 2.*

v *c. cum in apoſtolica, 18. de ſponſalib.*

x *c. literas, c. acceſſit, de deſponſa. impub. infans dicitur, qui fari ſeu loqui non poteſt, vel puer intra ſeptennium, l. ſi infanti, C. de iure deliberandi, ſi tamen impubes hanc ætatem exceſſit, & mixtionem corporalem præſumatur expertus, valet matrimoniũ, c. iuuenis, de ſponſalib. c. 1. c. non eſt, 30. q. 2. Et ſeptennem etiam puellam cognitam tradit. c. fraternitati, 7. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vide cap. duo pueri, de deſponſ. impuber. c. continebatur, de ſponſalib. vide quæ nos diximus, libr. 8. Syntagm. iuris, c. 7.*

## Capvt VIII.

1 *De aliis prohibitionibus contrahendi matrimonium perpetuis.*

2 *Ex parte matrimonii.*

Et prædictorum quidẽ caſuum † contrahendi matrimonii prohibitiones, temporales ſunt, de aliis nũc agamus, quę habent perpetuam prohibitionem, & interdicunt matrimoniũ contrahi, & contractum de facto diſſoluunt, impedimenta autem ipſa, vel ex parte rei, nempe matrimonii, vel ex cauſa perſonarum, vel ex cauſa eorum, quę fiunt acciduntve in contrahendo oriuntur. 1

Ex parte itaq; matrimonii dabimus exempla, dehinc de reliquis. Et primum, ſi quis habens coniugem viuentẽ in alterius tranſierit nuptias, ſecundum matrimonium, conſtante primo valere non poteſt 2

ſed de facto contractum diſſoluitur. *a* Et proinde, quæ maritum habet abſentem, non poteſt cum alio contrahere, quandocunque annorum numero abſit, & donec certum nuntiũ de morte eius acceperit. *b* Nam matrimonium duorum tãtum, non plurium coniunctio. *c* Sponſam quoque conſanguinei, maxime ſi eſt nubilis vel nubili ætati proxima, nemo conſanguineorum matrimonio ſibi poteſt copulare, *d* propter honeſtatem eccleſiæ, *e* quæ diſſoluit huiuſmodi matrimonium propter publicæ honeſtatis impedimentum. *f* Sic ex ſponſalibus puris & certis, etiam ſi affinitatis, conſanguinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione ſint nulla, alio modo tamen, quam ex ratione conſenſus, oritur efficax impedimentum ad impedienda & dirimenda ſequentia ſponſalia vel matrimonia, non autem pertinet impedimentum publicæ honeſtatis ad dirimenda præcedentia. *g* Ex conditione quoque illicita contra ſubſtantiam matrimonii, impeditur matrimonium, *h* aliæ autem appoſitæ niſi impleantur, faciunt per ſe, vt matrimonium nõ cenſeatur contractum, niſi a conditionibus poſtea per ſuperuenientem conſenſum purum, aut copulam carnalem, recedatur. *i* Si libertas etiam non ſit in matrimonio, ſed adſit metus & coactio, res matrimonii deficere videtur, nempe cõſenſus. Quare tunc de facto contractũ dirimitur, niſi poſt vim aut metum reconcilietur amicitia, & ex coacta fiat ſpontanea voluntas. *k*

### SCHOLIA.

a *toto titulo. de ſponſa. duorum.*

b *ca. in præſentia, 19. de ſponſalibus. capit. 2. de ſecundis nupt. cap. 1. & ſequen. 34. quæſtio. 2. auth. hodie, de repud. quibus corriguntur leges contrariæ, vt leg. vxores, de diuortiis, ſicque & illud emendatur, in §. quod autẽ, ſiue c. 11. vt liceat matri & auiæ, nouellæ 117. emendatur & nouella, 22. de nupt. cap. 14. exſtat & nouella Leonis 33. ne captiuorum vxoribus aliis nubere liceat.*

c *vt ſupra dictum eſt.*

d *Vide fuſe. c. ſponſam, 8. de ſponſalib.*

e *c. iuuenis, 3. dict. tit. de ſponſalibus.*

f *c. literas, 4. & cap. acceſſit, 5. de deſponſat. impub. ſemper enim in coniunctionibus, non ſolum quod liceat conſiderandum eſt, ſed quod honeſtum ſit, l. ſemper in coniunctionibus, de ritu nuptiarũ, lib. 23. P. tit. 2. & l. 197. de reg. iur.*

g *Sunt hæc verba. c. vnici. de ſponſalibus & matrimon. in Sext. vbi in §. ille vero, dicitur publicæ honeſtatis iuſtitiam non oriri ex ſponſalibus conditionalibus, ante conditionis euentum. dicitur & in d. c. literas, & c. acceſſit, de deſponſatio. impub. ex ſpõſalibus contractis cum minore ſeptem annorum, non traducta, non oriri etiam publicæ honeſtatis impedimentum. De hoc porro impedimento honeſtatis, & quid ſit & vnde oriatur, vide D. Thomam in quæſtionibus additis ad 3. partem. q. 55. artic. 4. & Doctores eccleſiaſticos, ad 4. librum ſententiarum, diſtinct. 41. vide concilium Tridentinum ſeſſione 24. vide cap. ad audientiam, 4. de ſponſa.*

h *vt in c. 1. & fi. de condi. appoſ.*

i *c. de illis, capit. ſuper eo, ca. per tuas, de conditio. appoſit.*

k *c. gemma, c. cum locum, c. ad id, de ſponſalib. can. aliter, 10. quæſt. 5. quamuis agatur de filiabus aut filiis, in poteſtate paterna poſitis. l. nec filium. l. nec ab initio, in 2. C. de nup. l. ſi cogitur, l. ſi patre, de ritu nuptia. P. metus autem talis adeſſe debet in viris eo prætextu a matrimonio diſcedentibus, qui cadat in conſtantem virum, capit. veniens, in 2. de ſponſalibus, l. metum autem, quod met. cauſ. P. alioquin vani timoris, nulla eſt excuſatio. l. vani, de regul. iur. & ex metu tantum iuſto datur actio ad nullitatem, l. 1. quod met. cauſ. in P. leg. interpoſitas, C. de tranſact. Mediocris tamen vis & metus ſufficiunt pro annullando actu coacto mulieris, iuxta enim qualitatem perſonarũ res metiri & exaudire debemus, l. plenũ, §. equitii, de vſu & habitatio. l. 1. de his, quæ vi metuſve cauſ. fiũt. Inter metus legitimos ponitur, ꝙ hodie quidam domini iuridici §. principes aut reges, eo imperio vtantur, ne ſubditi illorum, niſi illis conſultis filias ſuas matrimonio elocare audeant, ſicque adimunt liberam nubendi & contrahendi facultatem, collocantes eas inuitas, inuitiſque parentibus, cum famulis ſuis vel aliis ad arbitrium. Cui tamen malo obuiam itum eſt per concilium Tridentinum, quod & principum talem auctoritatem cenſura compeſcuit eccleſiaſtica. Prohibuerunt & Cæſares in l. vnic. ſi quacunque præditus poteſtate, vel ad eum pertinentes ad ſuppoſitarum iuriſdictioni ſuæ aſpirare tentauerint nuptias, lib. 5. C. tit. 7. & l. 1. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur. lib. 5. C. tit. 8.*



## CAPVT IX.

1 *De impedimentis matrimonii ſeu nuptiarum ex parte ſtatus vel qualitatis perſonarum.*

2 *Et ratione cognationis ſpiritalis.*

1 IMpedimentum, † quod matrimonium etiam contractum de facto, dirimit, ex parte perſonarum aliquando oritur, veluti ex impotentia immedicabili cõiunctionis, quæ præceſſerit contractum matrimonii, ignorante altero ex cõiugibus, qui poteſt conqueri, & petere diſſolutionem, vt alteri iungatur, ſi velit, non autem ſi nolit, nec cogitur. *a* Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis, matrimonium non vetatur, at ſacerdotibus, diaconis, ſubdiaconis, interdictum, ratione ſacrorum ordinum, & per illos de facto contractum, dirimitur. *b* Impedit & votũ ſolemne caſtitatis præcedens matrimonium ſequi, & contractum dirimit, non ſolemne autem, contrahi prohibet, tamen ſi poſtea cõtractum ſit, non dirimit. *c*

2 Diſſoluit † & impedit matrimonium contractum, cognatio inter certas perſonas, ſiue ſpiritalis, ſiue legalis, ſiue naturalis. *d* Cognatio ſpiritalis, eſt proximitas ſpiritalis, *e* cõtracta aut per catechiſmum, aut per baptiſmum, aut per confirmationem. Verum non tam arcta illa, quæ per catechiſmum oritur, quam quæ ex aliis, ideo quamuis per catechiſmũ matrimonium contrahendum impediatur, tamen contractum non diſſoluitur. *f* Ratione porro baptiſmi regula conſtituitur generalis, vt a primo pabulo ſalis, & ingreſſu eccleſiæ, primoq; ſpiritus ſancti dono, vſque ad confirmationẽ ſancti ſpiritus per chriſma, nullus Chriſtianus commatrem ſuam in vxorem accipere debeat. *g* Contrahitur cognatio ſpiritalis inter patrem & matrem baptizati, & leuantem ſeu tenentem, *h* quæ efficax eſt ad prohibẽdum, & poſtea ad diſſoluẽdum ſubſequens matrimonium. *i* Item inter leuatum & filios leuantium, *k* inter baptiſatos, & baptiſantes *l* inter baptiſatos & filios filiaſve baptiſantis presbyteri, *m* naſcitur ſimilis cognatio ſpiritalis, quæ poſtea contractum matrimonium inter eaſdem perſonas dirimit. *n* Similiter inter baptiſatum & coniugem prius cognitam baptiſantis, inter baptiſantem, & patrem aut matrem baptiſati; *o* filii etiam duorum compatrum, per quorum alterum ventum eſt ad compaternitatem non contrahunt, *p* ſi tamẽ per neutrum eorum peruentum fuerit ad cõpaternitatem, recte contrahunt, niſi conſuetudo ſit contraria, quæ non ſeruata, poſſit habere ſcandalum. *q* Relictam compatris vxoris ſuæ nemo etiam ducere poteſt, nec duas commatres. *r* Si quis autem fortuito caſu filiam commatris ſuæ vxorem acceperit, non cogitur eam dimittere. *s* Eodem modo dicemus matrimonium interdictum eſſe, atque contractum de facto dirimi inter confirmatum & tenentem in confirmatione, inter confirmatum & patrem aut matrem tenentis in confirmatione, inter coniugem tenentis in confirmatione & confirmatum, inter filios in

confirmatione tenentis & confirmatum A
inter confirmantem & tenentem, inter fi-
lios confirmantis & confirmatam, inter
patrem & matrem confirmati & confir-
mantem. Nam in ſumma ex confirmatio-
ne ſeu frontis chriſmatione ſpiritalis co-
gnatio iiſdem modis contrahitur, quibus
in baptiſmo, matrimonia ſimiliter impe-
diens contrahi & dirimens contracta. *t*
Ex collatione vero ſeu exhibitione alio-
rum ſacramentorum, cognatio ſpiritalis B
non oritur, quæ matrimonium impediat,
vel diſſoluat. *u*

S C H O L I A.

a Puta ſi frigidus vel maleficiatus ſit vir,
aut mulier tam arcta, vt nullũ virum ad-
mittere poſſit, taleſque ſint perpetuo, iuxta
ea quæ traduntur in c. 1. & 2. & ſequen-
tib. de frigid. & malefic. lib. 4. tit. 15. can.
1. & 2. 33. q. 1. impedimentum coeundi, C
eſt vel naturale, vel accidẽtale, & in vtro-
que conſiderandum eſt, antequam ſolua-
tur matrimonium, vt probetur. probatio
autem illa, vel ex aſpectu corporis ſtatim
liquere poteſt, aut non, ſi poteſt, ſtatim ſit
diſſolutio, nullo alio exſpectato tempore, ſi
non poteſt, exſpectatur trienniũ in coniun-
ctione, vt ſciatur num tolli poſſit impedi-
mentum aliquo modo aut remedio. c. 1. c.
fraternitatis. c. laudabilis, & c. fi. de frigid. D
& malefi. §. per occaſionẽ, de nup. in auth.
nouell. 22. c. 6. l. in cauſis, 10. & auth. ſed
hodie, C. de nupt. Atque in nouell. 117. vt
liceat matri & auiæ, c. 12. ſeu §. Prædictis
itaque cauſis dicitur, matrimonium poſſe
ſine pœna diſſolui, eorum qui nõ potuerunt
ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxori-
bus, & quæ per naturam conceſſa ſunt vi-
ris, agere. Fœmina etiam tam arcta eſſe po- E
teſt, vt mulier non poſſit fieri, l. quæritur,
14. § mulierẽ ita arctam, de ædilit. edict.
lib. 21. P. tit. 1. Si quis tamen ſciuerit im-
pedimẽtum, antequam nuptias contrahe-
ret, & nihilominus contraxerit, non poteſt
petere ſolutionem coniugii, ca. conſultatio-
ni, 4. de frigid. & malefic. quemadmodum A
nec ob eadem impedimenta frigiditatis, &
maleficii, matrimonium, ſi poſtquam con-
iuges cõuenerint & ſe cognouerint, illa ſu-
peruenerint, diſſolui non poteſt. gloſſa. 1. in
cap. ex literis, de frigid. & maleficia. can.
hi qui matrimonium, 32. quæſtio. 7. vide
quæ latius de his diximus, libr. 9. Syntag.
iuris. ca. 13. num. 61. & 7. Conuenit exi-
mia deciſio nouell. Leonis 68. de pœna Eu-
nuchorum ſi vxores ducant. Tuentur & B
Doctores, ad cap. quod ſedem, de frigid. &
maleficia. quod ſpado ex vtroque teſticulo
non poteſt contrahere, alii tamen aliter di-
cunt in eo qui virgam erigit, vide Ange-
lum Clauaſ. in ſumma in verbo matrimo-
nium, impedimento. 16. num. 11. vide et-
iam de materia frigiditatis & maleficii,
in matrimonio impediendo, & diſſoluen-
do, Magiſtrum ſententiarum, libr. 4. tit.
32. & ibidem ſacros interpretes, maxime C
Diuum Thomam. quæſt. 1.
b c. vnic. de voto. in Sext. c. 1. & 2. qui cle-
ric. vel vouent. matrimonium contrahere
poſſunt. libr. 4. tit. 6. ca. ſeriatim, can. eru-
beſcant, ca. placuit, 2. diſt. can. 1. & 2. can.
diaconi. ca. quando, 28. diſtin. ca. diaconi,
27. diſt. cum ſimilib. clericis in minoribus
tantum ordinibus conſtitutis, vxorem du-
cere licet, niſi aut voto, aut profeſſione re-
ligionis impediantur. dict. can. ſeriatim, & D
in can. Apoſtolor. 25. At de prohibitione
contrahendi matrimonium conſtitutis in
maioribus ordinibus facta, tractat. in 4.
ſententiarũ diſt. 37. & ibid. per interpretes
ſcholaſticos, maxime per D. Thomam, in
quæſtionibus additis ad 3. part. q. 53. art.
3. Exſtat & nouella Leonis 79. de pœna
ſacerdotis, diaconi aut ſubdiaconi, ſi poſt
aſſumtũ ordinẽ mulieri coniungatur ma- E
trimonio, non tamẽ irritat matrimonium,
ſed priuat huiuſmodi ab omni clericali or-
dine & miniſterio. Melius ius pontificium
hoc matrimoniũ nullum facit, & de facto
cõtractum dirimit. Quare & illa nouella
corrigitur, & alia Iuſtiniani 6. c. 5. verſic.
ſi autem



ſi autem aliquis presbyter, qui retento ma- A
trimonio idiotam tantum & profanum
reddebat ſacerdotem, vel diaconum, vel
ſubdiaconũ, ſi duxiſſent vxores. Vide quæ
diximus ſupra, lib. 1. tit. 12. in ſacramento
matrimonii. Quæ tamẽ de iure eccleſiæ oc-
cidentalis potiſſimũ dicta intelligimus, non
de iure orientalis, quo permiſſum eſt etiam
ſacerdotib. habere ſeu retinere virgines v-
xores, can. quoniam in Romani, & c. fi. 31.
diſt. quod alibi explicamus. Apud nos qui B
in ſacris conſtituti ſunt ordinibus, ſi matri-
monium contrahant ſuſpecti ſunt de hære-
ſi, vt ait Simanchas, lib. catholicarum in-
ſtitutio. titu. 40. de matrimonio, & quem-
admodum, qui habet vxorẽ retenta vxore
fieri non poteſt ſacerdos, ca. aſſumi, 28. di-
ſtinct. ſic qui ſacerdotium iam adeptus eſt,
non poteſt poſtea vxorem ducere. ca. preſ-
byteros, 27. diſt. 1. can. quoniam, 28. diſtin.
vide Tiraquell. in legibus connubialibus, C
l. 15. numer. 27. & de pœna ſacerdotis du-
centis vxorem, vide canon. presbyter, 28.
diſtinct.
c ca. meminimus, 3. cap. conſuluit, 4. cap.
rurſus, 6. qui cleric. vel vouen. matrimon.
contrahere poſſ. lib. 4. tit. 6. Tractat. de hoc
Magiſter ſententiarum, libr. 4. diſtinct. 7.
& 37. & ibidem ſacri interpretes, maxi-
me D. Thomas, in quæſtionibus additis, in
tertiam partem, quæſtio. 13. artic. 1. & 2. D
Solemne porro & efficax votum quoad di-
rimendum matrimonium dicitur per ſuſ-
ceptionem ſacri ordinis ſeu maiorum or-
dinum, aut per profeſſionem aliquam ex-
preſſam aut tacitam, factam de regula ali-
qua religionũ approbatarũ, c. vnic. de voto
in Sex. Sic monachos monachaſq; profeſſas
coniungi nõ poſſe matrimonio ſed ſeparari,
pœniſq; affici docetur in tota 27. q. 1. niſi
forſan fuerit facta profeſſio coacte, can. vi- E
duas, ca. 27. q. 1. legimus autem ex diſpen-
ſatione Benedicti 8. ſummi Pontificis, Ca-
zimirum Cluniacenſem Monachũ atq;
Diaconum, rogati ea de re a Polonis anno
Domini 1041. abſolutum a religione &
coronatum regem, & matrimonium con- A
traxiſſe, huius tamẽ diſpenſationis gratia,
iniunctum equitibus Polonis, vt in diebus
ſolemnibus, faſciam lineam candidam in-
ſtar ſtolæ, qua ſacerdotes & Diaconi vt-
untur, de collo ſuſpenſam gerant, plebeiis
aũt, vt de ſingulis capitibus, quotannis ob-
olum vnum in lucernam perpetuo in æde
Diui Petri arſuram pendant, quod etiam
S. Petri munus dicitur. Omnibus deniq; B
Polonis, vt rotunda in morem monacho-
rum tonſura capillorum vtantur, nec in-
fra auriculas ritu barbarico quiſquã o-
mnino comam promittat, vt ſcribit Mat-
thias Mechouienſis, lib. 2. Chronicorũ Po-
lonicorum, c. 13. Narrat etiã Guillelmus
Neubrigenſis, libr. 2. rerum Anglicarum,
c. 10. ſub Henrico 2. rege Anglorũ, qui ſo-
lium adeptus anno 1114. illuſtrem regem
Aragonũ, cum haberet liberos, vnũ Chri-
ſto in monachũ conſecraſſe. mortuis autem C
liberis, qui ſucceſſuri ſperabantur, nepoti-
bus cõtendentibus poſt eius mortem de re-
gno, ab optimatibus & populo filium hunc
extraxiſſe poſt mortem patris violenter
de clauſtro, & ſublimaſſe in regem, & ad
procreandos liberos coegiſſe vxorem duce-
re, neceſſitatis obtẽtu excuſantes exceſſum,
eique natam fuiſſe vnicam filiam, ad cuius
annos nubiles regnum adminiſtrauit, de-
hinc vero eã deſponſaſſe filio Comitis Bar- D
cinonẽſis optimo viro, & ceſſo regno refert
in monaſterium rediiſſe. Simile refert Ro-
dericus Toletanus, lib. 6. rerum Hiſpani-
carum, ca. 2. de Ranimiro Petri Arago-
nenſium regis fratre, monacho & ſacerdo-
te, & quod mortuo fratre, a magnatibus
apud Oſcam in regni ſolio collocatus, ſoro-
rem comitis Pictauienſis in vxorẽ duxe-
rit, & ſuſcepta filia Petrona, quæ dicta fuit
Vrraca, quæ vbi facta nubilis, nupta Rai- E
mundo Barcinonenſi comiti, ſtatim rex
monach⁹ fuerit monaſterio ſuo reſtitutus.
d Cognati ex eo dici putantur, quod quaſi v-
na communiterue nati ſint, aut ab eadem
progenitore orti. leg. 4. §. 1. de gradibus.

*cogna.libr.38. P.tit.10.l.1.§.1. vnde co-* A
*gna.Pand.eod.l br.38.tit.8.*συγγενεῖς*, vo-*
*cant Græci, l.iuriſconſultus, 10. §.nomen*
*cognationis, de gradibus affinita. Ita co-*
*gnatio erit propinquitas perſonarũ, quam*
*vulgo vocant attinentiam. Cognationis*
*porro ſubſtantia, bifariam apud Romanos*
*intelligitur, nam quædam cognationes iu-* B
*re ciuili, quædam naturali connectuntur,*
*nonnunquam vtroque iure, & ciuili &*
*naturali concurrente, copulantur. Et qui-*
*dem naturalis cognatio per ſe ſine ciuili*
*cognatione intelligitur, quæ per fœminam*
*etiam deſcendit, quæ vulgo liberos peperit.*
*Ciuilis autem per ſe, quæ etiam legitima*
*dicitur ſine iure naturali cognatio, cõſiſtit*
*per adoptionem, vtroq; vero iure cognatio*
*ex iuſtis nuptiis contractis oritur. Sed na-*
*turalis tamen cognatio, ipſo eo nomine vo-*
*catur, ciuilis vero cognatio, licet ipſa quo-*
*que per ſe pleniſſime hoc nomine appelle-* C
*tur, proprie tamen agnatio appellatur, quæ*
*per mares contingit. Ita Modeſtinus di-*
*ſtinguit in l.non facile, 4.de gradibus affin.*
*Suſtulit vero in ſucceſſionibus Iuſtinianus*
*agnatorum & cognatorum differentiam,*
*nouell.118.de hæredib.ab inteſta. venien-*
*tibus.§.nullam vero volumus, ſeu cap. 4.*
*Cæterum cognatio quæ ciuilis tantum di-*
*citur iure ciuili, dicitur in iure pontificio*
*cognatio legalis, titulo de cognatio. legali.* D
*lib.4.tit.2.quia ex lege pendet, & eſt quæ-*
*dam ficta propinquitas ad ſimilitudinem*
*naturæ, per quam quis efficitur filius vel*
*nepos, vel ſimilis aliis aliquibus naturali*
*vinculo ſanguinis coniunctis, non tamen*
*omnibus, l.4.§.in adoptionẽ, & l.ſi filium*
*naturalem, de gradib.affinita.l. qui in ad-*
*optionem, 25.l.1.l.adoptio, 16.de adopt.*
*in P.lib.1.tit.7.l.2.C.eod.tit.lib.8.tit.48.*
*§.minorem, cum 2.ſequentibus. eod. titul.* E
*apud Iuſtin. duplexq; conſtituebatur ad-*
*optio. vna eorum qui in aliena eſſent pote-*
*ſtate, alia quæ arrogatio dicta, eorum qui*
*ſui iuris erant, l.1.§.ſi.de adopt.P. Quem-*
*admodũ autem lege ciuili, cognatio legalis*

A *ad imitationem naturalis recepta fuit, ſic*
*in lege diuina & pontificia adoptio & co-*
*gnatio ſpiritalis, admiſſa, quando regene-*
*ratio fit hominis in baptiſmo & renaſcitur*
*Deo ex aqua & ſpiritu ſancto, 1. Ioannis*
*cap.4. in baptiſmo præcedit catechiſmus,*
*ſequitur baptiſma, & hoc cõfirmatio. Præ-*
B *paratur baptiſma in catechiſmo, ſtabilitur*
*rurſum gratia regenerationis in confir-*
*matione, quamobrem in his tribus contra-*
*hitur cognatio ſpiritualis. Sed non omnes*
*iſtæ cognationes ſpirituales impediunt &*
*dirimunt contractum matrimonium, vt*
*mox dicemus. Catechiſmus eſt inſtructio*
*fidei, quæ fit baptiſando ante baptiſmum in*
*adultis maxime, & capacibus cognitionis,*
*conuerſis ad fidem, cap. ante baptiſmum,*
*14. & ſeq. ante 20.de conſecr.diſt.4.hodie*
*inter Chriſtianos, quia omni tempore re-*
*cens nati infantes baptizantur, fit infan-*
C *tium catechiſmus ante fores eccleſiæ, re-*
*ſpondẽtibus pro illis anodochis ſeu fideiuſ-*
*ſoribus ſeu patrimis & matrimis, vel cle-*
*rico presbyteri baptizantis, vt notat etiam*
*Panor.ad Rubricam, de cogn.ſpir.*

e *ca.ita diligenter, 30.q.3.*

f *expreſſe.in c. contracto, 5.de cognat.ſpirit.*
*c.2.eod.tit.in Sex.eſtque gloſſ.in dict. ca.*
*contracto, ſingularis & notanda, cum qua*
*& videndi ſcholaſtici Theologi in 4.libr.*
D *ſententiar.diſtin.42.maxime ibi D.Tho-*
*mas & Sotus, quæſt.1.artic.2.vide & glo.*
*latam in ca.peruenit, 1. ad verbum popu-*
*lo, 30.quæſtio.1. In quibus & docetur, non*
*contrahi compaternitatem ex his, quæ præ-*
*cedunt baptiſmum.*

g *cap.1.30.quæſt.1.*

h *Patrimus, matrimave, vt vulgo dicitur,*
*eſt, qui quaue leuat & ſuſcipit ex ſacro*
*fonte baptizatum, cap.veniens, de cognat.*
E *ſpiritu.dicuntur enim iſti quandoque hoc*
*agentes leuare aut ſuſcipere baptizatum,*
*aliquando tenere, vt c.contracto, eod. ali-*
*quando propriis manibus ſuſtinere, ca. de*
*his, ca.ad limina, 30.quæ.1. vnde quidam*
*colligunt hoc munus eſſe actum perſona-*
*lem, &*



*lem, & non poſſe aliquem per procurato-* A
*rem fieri patrimum aut matrimum, quod*
*tamen non obtinere ſed contrarium recipi*
*oſtendi ſupra.lib.1.tit.7.de baptiſmo, ca.7.*
*in gloſſ.*

i *c.veniens, 6.de cog.ſpir.c.1.eod.tit.in Sex.*
*dico autem poſtea contractum, nam ſi an-*
*te illam cognationem ſpiritualem fuiſſet*
*contractum, non diſſolueretur ex illa ſu-*
*perueniente cognatione.c.ſi vir.2.de cogn.*
*ſpiri.c.ad limina, 30.q.1. vide concilium* B
*Tridentinũ, ſeſſ.24.de reformatione ma-*
*trimonii, ca.2.quanquam aliquando olim*
*ſeparatio concubitus coniugum, ob id in-*
*dicta fuerit.ca.1.30.q.1.quod poſtea fuit*
*reformatum, ca.noſſe, 3.ca. dictum, 4. ea.*
*30.quæſt.1.*

k *c.1.de cognatio.ſpirit.in Sext.*

l *d.c.1.de cogna.ſpirit.in Sext.*

m *nihil enim prohibet, quominus qui virgi-*
*nem vxorem duxerit, & ex ea ſuſceperit*
*liberos, viduus factus ad presbyteratum*
*promoueatur tota 26.diſtinct.cum ſimili-*
*bus ibi notatis, 1. ad Timot. 3. & ad Ti-*
*tum.ca.1.*

n *cap.ex literis, 8.de cogna.ſpiritua.vide ca.*
*1.eod.titul.in Sext. & D. Thomam, in 4.*
*ſententiarum diſtin.42.q.1.art.2. & Du-*
*randum ad dict. q.1.*

o *dict.cap.1.de cognatio.ſpiritua.in Sext. c.*
*Martinus, 4.eod.tit.apud Gregorium.* D
*vide ca.ſi quis cum matre, 17.33.qu.2.ca.*
*veniens, 6.de cogna.ſpiritua.*

p *c.tua nos, 7.de cogna.ſpiritua.*

q *c.1. & c.ſuper.eo.3.de cogna.ſpiritua.ca.*
*ſuper quibus.10.q.3.per quem corrigitur*
*c.poſt ſuſceptum, eadem, 30.q.3.*

r *Tractatur.in c.1.2.3.30.q.4.*

s *ca.pen.§.ſi. & ca.ſi.10.q.3.ex concilio Tri-*
*burienſi, c.48. & notat gloſſ.ad d.§.ſi.idem* E
*eſſe ſi ex propoſito.*

t *c.1.§.ex confirmatione, de cogna.ſpiritua.*
*in Sexto.*

v *c.fin.§.ſi.de cognatio.ſpiritua.in Sext. At*
*quamuis hæc cognatio non aliunde naſca-*
*tur quam ex ſuperioribus, tamen quod*

A *pertinet ad alia, filia ſpiritalis etiam effici-*
*tur ex ſacramento pœnitentiæ, & coniun-*
*ctio ſacerdotis cum filia ſpirituali quam*
*ſacramento confeſſionis ſibi adoptauit, vt*
*adulterium, & grauiſſimis pœnis punitur,*
*in ca.ad limina, §.ſi. cum duobus ſequen-*
*tibus, 30.q.1.*

## Cap. X.

### *De cognatione legali ſeu ciuili in matrimoniis obſeruanda.*

IN cognatione legali, ſi qua mihi ſoror
per adoptionem eſſe cœperit, quamdiu
durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ
conſiſtere nequeunt. *a* Quin etiam nefas
exiſtimatur, eam quoque vxorem ducere,
quæ per adoptioné filia neptiſve eſſe cœ-
perit, in tantum vt quamuis per emanci-
pationem adoptio diſſoluta ſit, idem ius
remaneat. *b* Monent *c* & alia iura ciuilia
C plura de impedimentis nuptiarum ex cau-
ſa adoptionis, quæ hodie vix in vſu eſſe
poſſint.

### Scholia.

a *c.vnico, de cognatio.legali, libr.4.tit.12.c.*
*per adoptionem, ca.ita diligere, §.1.30.q.*
*3.perpetua itaque non eſt hæc prohibitio,*
*ſed quamdiu durat adoptio ſiquidem ali-*
*cubi hoc iure vtantur, vt & in §.ſed etſi*
*qua, de nupt.apud Iuſtinia.l.per adoptio-*
D *nem, 17.l.ſi quis, 60.§.quid ergo ſi adopti-*
*uus, de ritu nuptia.P. niſi forſan ſoluta ad-*
*optione remaneat aliud adhuc vinculum*
*proximitatis, adhibens matrimoniũ. Nam*
*& adoptio fiebat quoque eorum, qui nobis*
*erant ſanguine coniuncti, l. cum in adopti-*
*uis, C.de adoptio.ita impedimento ſublato*
*temporali, remaneret perpetuum, vide et-*
*iam de hoc magiſtrum ſententiarum, libr.*
E *4.diſt.42. & ibi D.Thomam, q.2.art.1.2.*
*3. & Durandum ibidem, q.1. Cæterum*
*adoptiuæ ſororis filiam, licitum erat duce-*
*re, quia eius filia non eſt cognata, quum*
*nemo fiat auunculus per adoptionem, &c.*
*vt ait Vlpia.in l.ſi qua mihi, 12.§.adopti-*
*uæ, de ritu nupt.P.*

b *dict.ca.ita diligere,30.q.3.l.quin etiam,55.§.2.de rit.nup.P.l.qui in adoptionem,23.§.fin.de adoptio.addit l.adoptiuus,14.de ritu nupt adoptiuum filium ſi emancipetur, eam quæ patris adoptiui vxor fuit ducere non poſſe, quia nouercæ locum habeat,item quod ſi quis filium adoptauerit, nec vxorē eius qui nurus loco eſt, nec poſt emancipationem ducere poſſe.*

c *vt in l.per adoptionem,17.§.fi.l.ſi qua,12.de ritu.nupt.P.*

## Capvt XI.

### De cognatione naturali, & impedimentis matrimonii ex ea.

1. *Conſanguinitatis propagatio, duæ lineæ.*
2. *Affines qui.*
3. *Prohibitio matrimonii inter conſanguineos & affines.*
4. *Gradus proximitatis prohibiti.*
5. *Affinitas naſcitur ex illicito coitu, & quādo diſſoluat matrimonium.*
6. *Inceſtuoſi concubitus.*

1 Cognatio † naturalis conſanguinitatis vel affinitatis habet rationem. Conſanguinitatem facit propagatio plurium perſonarum ab vno communi ſtipite, eo quod de communi ſanguine deſcendant, quarum duo ſunt ordines. Vnus eorum, qui ſunt in recta linea, quæ diuiditur in aſcendentes & deſcendētes, ab vno medio, cuius aſcendentes pater mater, auus auia, abauus abauia, & ſuperiores, vt eiuſdem medii deſcendentes, filius filia, nepos neptiſve ex filio filiave, & eorum inferiores. Alius ordo eorum eſt, qui ſunt in tranſuerſali vel obliqua linea, qui dicuntur collaterales, vt fratres fratrum filii, & eorum poſteri agnati & cognati. *a*

2 Affines vero ſunt, † a quibus & dicta affinitas, viri & vxoris cognati: ideo ita dicti, quod duæ cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, nempe viri & vxoris, per nuptias copulētur, & altera ad alterius finem accedit, nam cauſa coniungendæ affinitatis fit ex nuptiis. *b*

3 Circa hāc cognationem † matrimonii coniungendi prohibitio fuit, vt nulli in vtroque ſexu permittatur ex propinquitate, ſui ſanguinis vel vxoris vſque ad ſeptimum gradum generis vxorem ducere, vel cum inceſti macula copulari præter ea, vt quemadmodum nulli licet Chriſtiano de conſanguinitate ſua, ſic neque de conſanguinitate vxoris ſuæ vxorem ducere, propter carnis vnitatem, *c* gradus etiam aliter quam nunc prohibitionis aliquando obſeruati. *d*

4 Sed hodie placuit, † ne prohibitio copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis vel affinitatis gradū ſeu generationem de cætero excedat. *e* Et ſi quis contra hanc prohibitionem prẹſumſerit copulari, nulla annorum longinquitate defendatur, *f* cum diuturnitas temporis non minuat, ſed augeat peccatum. *g* Veruntamē de infidelibus ad fidem conuerſis, ſi ante conuerſionem ſuam ſecundum legis veteris inſtituta contra gradus conſanguinitatis a canone denotatos fuerint coniuncti, reſponſum eſt, ſeparari non debere poſt baptiſmum. *h* Obſeruantur autem iſti quatuor prohibitionis gradus, in primo genere, non in ſecundo aut tertio genere. *i* Prohibitio porro nuptiarum ratione affinitatis, eſt tantum inter virum & conſanguineos vxoris, inter vxorem, & conſanguineos viri vſque ad quartum gradum, ſicque affinitas metienda, non autem inter conſanguineos ipſos viri, & conſanguineos vxoris, quia illi inter ſe non ſunt affines. *k*

5 Cæterum † iure pontificio affinitas naſcitur non tantum ex coniunctione facta cum legitima vxore, ſed etiam ex coitu illicito, *l* ex quo & naſcitur conſanguinitas, & impeditur matrimonium cum conſanguinea eius, quam quis antea ita illicite cognouit, *m* veruntamen non ſeparabitur matrimonium ad dictum vnius vel coniugum dicentium, affinitatem præceſſiſſe, nec ad communem viciniæ rumorem, niſi idi-



ſi idipſum commune & notorium ſit, & idoneis comprobatum teſtibus. *n* Dicimus autem impediri ex affinitate matrimonium cum conſanguinea, ſi affinitas præceſſerit matrimonium poſtea de facto contractum, quod ideo diſſoluitur, *o* non autem ſi iam matrimonio contracto per copulam vel per verba idonea, ſuperueniat affinitas, quæ non diſſoluit iam legitime contractum. *p* Ratione affinitatis, priuignam aut nurum vxorē ducere non licet, quia vtraq; loco filiæ eſt, *q* neque nepotis aut pronepotis vxorem. *r*

Inceſtuoſis coniunctionibus, † quibus nec ſpes veniæ niſi a fornicatione ſeparentur, attribuuntur, *s* ſi quis relictam fratris, quæ plene eius vxor exſtiterit carnali coniunctione polluerit, *t* quod & in ſponſa fratris locum habet, ſi frater germanam ſororem in vxorem acceperit, *u* aut ſororis filiam, aut ex ea neptem, fratris filiam, aut ex ea neptem, *x* aut conſobrinam ſuam, *y* aut vxoris ſuæ. *z* Non eſt autem neceſſe admonere idipſum in abominanda patris & filiæ, matris & filii coniunctione, ſatis enim natura vltra iura id edocet. *aa*

### Scholia.

a *De his omnibus, in l.1.2.3.l.ſtemmatum,9.l.iuriſconſultus,10.de gradibus & affinibus.P. Quomodo autem computentur iſtæ perſonæ conſanguinitatis per generationes quoad matrimoniū & aliter, quam iure ciuili, in collateralibus, docetur in ca.ſeries conſanguinitatis,1.& can.ad ſedem Apoſtolorum,2.& ſequentibus.35.qu.5.& ibi frater & ſoror dicitur eſſe in primo gradu, ſeu vnam facere generationem, vt filios fratrum ſecundam, & ita ſecundum gradum, nepotes ex fratribus tertiam, pronepotes fratrum quartam: ſicque computatio graduum ibi incipit a fratrib.ipſis a primo gradu, ca.tua nos duxit,7.de conſanguin.& affin.c.ſeries,27.& ca.licet, in prin.de teſtib. Quando agitur de linea æquali vel de perſonis computādis, quæ ſunt in eodem gradu, vt frater & ſoror ſunt in linea æquali, item duo filii duorum fratrū, quemadmodum contra in linea inæquali ſunt frater & filius filiave fratris, nam frater eſt in primo gradu, filius filiaue fratris, in ſecundo: ſitq; diuerſa cōputatio lineæ æqualis & inæqualis. Siquidē in æquali ſic dicimus.* Quoto gradus vnus ex cōtrahentibus diſtat a cōmuni ſtipite vno patre vel auo, toto gradu, ſtipite demto, diſtat ab eo, de cuius cognatione quęritur, iure pontificio, non duplicato gradu, vt iure ciuili, *ca. quod dilectio, 1. de conſanguin.& affin. In linea vero inæquali, veluti ſi agatur de fratre & nepote ex fratre, ſic dicimus*, Quoto gradu remotior gradu diſtat a cōmuni ſtipite, toto diſtat ab eo, de cuius cognatione quęritur, *c.fin.de conſanguin.& affin.*

b *Verba ex Modeſtino Iuriſconſult.in l.non facile,4.§.cognationis ſubſtantia, de gradibus affinita.Pand.explicantur.in capit.porro,35.q.5.*

c *verba habentur in can.nullum, in 1.& 2. ſic incipit ca.*nec eam, *ca.ſane, ca.progeniem, cap.penultim.35.quæſtio.2.& de affinibus, in ca.qui deſponſatam, §.fin.27.quæſt.3.*

d *vt vſque ad quartam generationem.in ca.de propinquis,35.q.2.c.1.de conſanguin.& affinita.libr.4.tit.14.interdum vſque ad ſeptimam generationem, vt in ca.progeniem,6. ca.de conſanguinitate,17.can.nulli ex propinquitate,19.eadem 35.q.2. Fuit aliquando Anglis permiſſum matrimonium, in quarta & quinta generatione, ca.quædam lex terrena,20.eadem 35.q.2.quod prohibitum in c.contradicimus,21.ead.q.2.& in concilio Vormacenſi, ca.32.vnde ſumtus eſt canon, in copulatione,18.eadem 35.quæſt.2.Refert rurſum Iſidorus, lib.9.Etymologia,c 6.ex Diuo Auguſtino, lib.15.de ciuit.Dei,c.16.& in c.1.35.qu.4.vſque ad ſextum generis gradum in conſanguinitate in matrimonii pro-*

*hibitione conſtitutũ, vt ſicut ſex ætatibus, mundi generatio & hominis ſtatus finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.*

e *c. non debet, 8. de conſanguinita. & affinit. vide beatum Thomam late in 4. libr. ſententiarum diſtinct. 40. q. 1. artic. 4. Quidam hanc prohibitionem etiam veram intelligunt inter deſcendentes, vſq; ad quartum gradum tantum, vt inter collaterales, alii ex Theologis in collateralibus tantum locum habere autumant, exiſtimantes inter aſcendentes & deſcendentes prohibitionem extendi vſque ad infinitum, vide l. nuptiæ, 53. & ibi gloſſam, de ritu nuptiarum, interpretes ad dictum cap. non debet.*

f *dicto ca. non debet, in fine. Sic nulla currit præſcriptio contra matrimonium, vt olim currebat, ſicut notat gloſſa. Sicuti nec præſcriptio locum habet contra votum, can. quod Deo patri, 33. quæ. 5. c. ſicut nobis, de regula neque conſuetudo permittens matrimonium contra prohibitionem admittitur, ſed tanquam corruptela reprobatur, ca. quod ſuper, 4. de conſanguinit. neque in matrimonio excuſat, in c. fi. de ſponſa duorum. Quamuis aliquando conſuetudo, quæ perſonas alioquin legitimas ad contrahendum reddit illegitimas., ſi oriatur ex non obſeruantia eius ſcandalum, retineatur, in c. 1. & c. ſuper eo, de cognatio. ſpiritual. c. obiiciuntur, 32. quæ. 2. vbicunque enim cõſuetudo eſt rationabilis circa matrimoniũ, & non poteſt permitti ſine ſcandalo, poteſt autẽ ſeruari ſine peccato mortali, ea iuri præiudicat. dict. ca. ſuper eo, de cognat. ſpirita. & ca. quod dilectio, de conſanguin. & affin.*

g *dict. c. non debet, in fine, vbi & ratio rationis adiicitur, tanto grauiora eſſe crimina, quo diutius detinent animam alligatam, vt & in c. fi. c. quanto, de conſuetud. in ca. non ſatis, & ſeq. de Simonia.*

h *c. de infidelibus, 4. de conſanguin. & affini. c. gaudemus, de diuort.*

i *in c. 1. & in dicto ca. non debet. de conſanguin. & affinit. vbi explicatur copioſe per gloſſam ad verba,* in ſecundo, *quid ſit primum, ſecundum, tertium genus affinitatis, ſitque interim exemplum; vxor fratris mei eſt mihi in primo genere affinitatis in primo gradu, mortuo vero fratre meo, ſi vxor eius alteri nubat, ille erit mihi in ſecundo genere affinitatis, & ſi iterum mortua vxore fratris mei, ſecundus eius vir aliam ducat, erit illa mihi in tertio genere affinitatis, &c. cum quibus etiam olim conſiſtebat prohibitio contrahendi matrimonii, ca. de propinquis, cap. penultima. §. item illud Fabiani, 35. q. 3. dict. cap. non debet.*

k *capit. quod ſuper his, 5. de conſanguinit. & affinit.*

l *c. nec eam, 35. qu. 2. iure ciuili tantum ex nuptiis. l. 4. §. affines, de gradibus affinit.*

m *& in matrimoniis ius naturale & pudor inſpicitur, ita nõ licet patri naturali filiam ducere, l. adoptiuus, 14. §. ſeruiles, de ritu nuptia. nec vulgo quæſitam ſororem, & in ſumma nihil intereſt ex iuſtis nuptiis cognatio deſcendat, an non, l. & nihil intereſt, 54. de ritu nupt. P. vide Platonem, 8. de legib. & 8. de repub.*

n *cap. fraternitati tuæ, 7. cap. ex literis, 8. & ſequen. de eo qui cognouit conſanguineam vxor. lib. 4. tit. 13. Cæterum miſſus ad copulam cum emiſſione etiam ſeminis, quæ in vas mulieris non eſt ingreſſa, non facit affinitatem impedientem matrimonium, quanquam ea damnabilis ſit, cap. 11. extraordinaria, 35. quæſtio. 2. facit cap. fin. de ſponſal.*

o *ca. de illo, 3. c. ſuper eo, 5. de eo qui cogno. conſanguin. vxor. ſuæ.*

p *c. diſcretionem, 6. & can. tuæ fraternitatis deuotio, 10. eod. titul. de eo qui cogno. conſanguin. vxor. ſuæ.*

q *cap. ſicut vir, 35. quæſtio. 2. §. affinitatis, de nuptiis, idem Leuit. cap. 18. verſ. 15. l. nemini, 17. C. de nupt. libr. 5. tit. 5. l. fin. de condict. ſine cauſa. libr. 12. P. tit. 7. l. ſi adulterium*



*teriũ cum inceſtu, 38. ad leg. Iul. de adult. libr. 48. P. tit. 5.*

r *c. qui deſponſatam, 27. q. 2. dict. l. nemini. Quia appellatione nurus non tantum filii vxor, ſed etiam & nepotis & pronepotis continetur., licet aliqui has pronurus appellent, l. adoptiuus, 14. §. nurus quoque. de ritu nupt. lib. 23. P. tit. 2.*

s *In concilio Agathenſi. ca. 61. in Arelatenſi 3. c. 2. in Epanenſi, capit. 30. in Turonico 2. cap. 2. in capitularibus adiectis, ca. 200. in c. 8. de inceſtis 35. q. 2. §. inter eas quoque perſonas, de nupt. apud Iuſtinian. l. nemini, 17. C. de nupt. Inceſtum generaliter dicitur committere, qui ex his, quas moribus prohibemur vxores ducere, acceperit, l. ſorores, 39. §. 1. & l. final. de rit. nupt. iure gentium vero inceſtum cõmittit, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium vxorẽ duxerit, vel ex latere vetitam vel affinem. Cur autem lege diuina aliquando fuit permiſſum nubere proximis, & inceſtus non fiebat, vt in ca. 36. numerorum, non nunc, vide rationes apud D. Auguſtinum, libr. 15. de ciuita. Dei. c. 16. & in c. 1. 36. q. 1. Cauſas etiam alias cur legibus Romanis vetitum fuerit conſanguineas ducere, refert Plutarchus in problematibus.*

t *dict. ca. de inceſtis & Leuitici* 18. *verſ.* 16. *& ſequen. & ibidem quoque verſ.* 8. Sororem (*inquit*) vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies. *Et in l. fin. & l. fratris vxorem, 5. C. de inceſt. nupt. libr. 5. tit. 5. fratris vxorem ducendi, vel duabus ſororibus cõiungendi licentia ſubmouetur, & improbatur mos contrarius Ægyptiorum in leg. licet, 8. eod. tit. videnda epiſtola D. Baſilii ad Diodorum de eo, qui duas ſorores duxerit, & ca. 18. Apoſto. Qui duas ſorores vel conſobrinas vel conſobrinam duxerit, clericus fieri non poteſt, nouella vero Siſinnii & Xiphilini in iure orientali vetat, ne quis ſororem ſponſæ ſuæ ducat. Permiſſum tamen quis dixerit, imo iuſſum populo Iſraelitico, vt frater ſuſcitaret ſemẽ fratri ſuo in vxore eius relicta. Deut. 25. verſ. 5. & ſeq. Ruth. c. 4. verſ. 7. verum lex illa habebat a Deo neceſſitatis impoſitam cauſam, de qua diſputatur in principio, 35. q. 1. Et ideo in c. fi. de diuort. libr. 4. tit. 19. ex diſpenſatione, Liuonienſibus de nouo ad fidem conuerſis propter infirmam fidem gentis, conceſſum fuit, vt matrimoniis iam contractis, cum relictis fratrum vterentur, ſi ſine prole fratres deceſſiſſent, in poſterum tamen tali copula inhibita.*

v *ca. ſi quis deſponſauerit, 27. q. 2. ca. ad audientiam, 4. de ſponſalib. can. vna tantum, §. Ioannes, 26. diſtinct.*

x *dict. ca. de inceſtis, 35. q. 2. Leuit. cap. 18. & 20. D. Matthæi, c. 14. vt nefandum ſcelus coniunctionem fratris & ſororis ſub grauiſſima pœnæ interminatione damnatum dicitur, in l. 2. Si nuptiæ ex reſcript. petantur, libr. 5. C. tit. 8. l. libertinus, de ritu nuptia. P. l. neminem, 17. C. de nuptiis, cap. 2. de nupt. apud Iuſtinia. l. ſi ſtipulor, 35. §. item quod legis, de verbor. obligat. libr. 45. Pandect. tit. 1. Sic & in epiſtolis Ouidii Canace de fratre Machario conqueritur.*

Cur vnquam plus me frater quã frater amaſti,
Et tibi, non debet quod ſoror eſſe, fui?

*Inter Ægyptios duxit vxorem ſororem ſuam Arſinoem Ptolomæus. Sed Herodianus ait, id factum fuiſſe contra Græcorum & Macedonum leges. Sed & Perſæ, qui permittebant connubia cum ſororibus & parentibus reprehenduntur ab Ariſtotele, libr. 2. Politico. & libr. 9. de hiſtoria animal. capit. 47. a Chryſoſtomo homilia, de Pentecoſte in fine. a D. Auguſtino. q. 61. in Leuit. 1. a Tertulliano in Apologetico, c. 9. Suetonius inter flagitia Caii Imperatoris in eius vita refert, quod ſororẽ Donſillam vxoris loco habere voluerit. Eadem prohibitio ducendi ſororem extenditur ad ſororem vulgo quæſitam, in l. & ni-*

nihil intereſt, 54. de ritu nupt. deteſtatur A
& hanc coniunctionem Plato 7. de legib.
y Prædictarum perſonarum coniunctiones
prohibentur in d. l. nemini. de nupt. C. de
fratris & ſororis filia etiam in l ſi. C. de in-
ceſt. nup. in l. 2. ſi nuptiæ ex reſcri. petan. C.
lib. 5. tit. 8. l. etiam ſi, 56. de ritu nuptia. &
de ſororis pronepte non ducenda in l. ſoro-
ris, 39. de ritu nuptia. §. 3. de nuptiis. apud
Iuſtinia. quidam & exiſtimarunt iure ci-
uili aliquando permiſſum fuiſſe matrimo- B
nium cum fratris filia, vetitum cum ſoro-
ris filia, etiam ſi frater & ſoror in eodem
gradu ſint & filii eorum, vt Vlpiani frag-
mentum in titulos. tit. 5. §. 6. exprimit, ſic-
que obſeruarũt. l. 38. §. 1. de adulteriis, P.
& l. 39. & 56. de rit. nup. P. de ſororis filia
nepte & pronepte loqui, & l. ſi. de condict.
ſine cauſa. & l. 1. §. 1. de ritu nupt. loqui de
auunculo non de patruo. Erant & permiſ-
ſæ cum fratris filia nuptiæ ante Conſtanti- C
num magnum, vt liquet ex concilio Tau-
to. libr. 2. Prohibuit & Nerua, vt ſcribit
Xyphilinus ex Dione, ne quis fratris filiam
duceret. Attamen inter collaterales in ter-
tio gradu matrimonium prohibitum, in l.
nemini, 17. de nupt. C. & iure pontificio,
vſque ad quartum, quarto incluſo. dict. c.
non debet, de conſanguinit. & affinita. ca.
literas, de reſtitut. ſpolia. quia intra quar-
tum gradum ſunt huiuſmodi, intra quem D
matrimonium prohibetur. in dict. cap. non
debet, de conſanguin. & d. ca. literas, de re-
ſtitu. ſpol. ita duorum fratrum filii & filiæ
inter ſe coniungi non poſſunt, ſicque in l. 1.
de inceſt. nupt. in C. Theodoſiano & Caius
libr. 1. Inſtitut. tit. 4. de matrimoniis fra-
tris dicunt amitimos & conſobrinos, nul-
la ratione permitti coniungi, in inſtitutio-
nibus quoque Theophili, lib. 1. tit. de nupt. E
δύω ἀδελφῶν cum negatina ſic ſcribitur. δύω
ἀδελφῶν ἀῤῥένων ἢ θηλύων παῖδες, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ
ἀδελφῆς, ἀλλήλοις οὐ δύνανται πρὸς γάμον συνά-
πτεσθαι, id eſt, duorũ fratrũ vel ſororum,
vel fratris aut ſororũ liberi nõ poſſunt
mutuo nuptiis coniungi. Qui locus ma-
le conuertitur per interpretem Latinum,
per affirmatiuam, dum ait, poſſe inter ſe
nuptiis coniungi, vertit autem affirma-
tiue propter §. duorum autem fratrum, de
nuptiis apud Iuſtinia. vbi Tribunianus af-
firmatiue permittit duorum fratrum vel
duarum ſororũ filios matrimonio ſibi con-
iungi, vt & permiſſum in l. celebrãdis, C.
de nupt. & in exemplo legis Lucius Titius,
§. filiam, ad ſenatuſcon. Trebell. & leg. qui
ex fratribus, de condi. inſtit. vt & in ſacra
pagina hæc coniugia videntur, aliquando
probata conſobrinorum, veluti quãdo Ia-
cob duxit Rachelem & Liam filias auun-
culi ſui Laban. Erat enim Laban frater
Rebeccæ matris Iacobi. Verũ hodie iuſtis
rationibus, vt dictum prohibita coniugia
fuerunt iure pontificio conſobrinorum, vt
in ca. Apoſtol. 8. Qui conſobrinam quam
vocat ἀνεψιάν, uxore duxerit, clericus eſſe
non poteſt, vide D. Auguſt. lib. 15. de ci-
uit. Dei, c. 16. Prohibetur & expreſſe in c.
de inceſtis, 35. q. 2. vxorem conſobrinam
accipere, & in concilio Agathenſi, ca. 61.
z de conſobrina vxoris nõ ducenda cauetur,
in c. iuuenis, de ſponſal. & dicetur poſtea.
aa Exiſtimatur abominabilis cõiunctio pa-
tris & matris cum filiis, & inter eas perſo-
nas, quæ parentum liberorumque locum
tenent, §. ergo non omnes, de nupt. apud Iu-
ſti. l. nuptiæ, 53. & l. ſi. de rit. nup. P. l. ne-
mini, C. de nup. etiam ſi ſit filia vulgo quæ-
ſita, l. adoptiuus, 14. §. vnde nec vulgo, & l.
nihil intereſt, 54. de rit. nuptia. vide qua-
dam ſingularia quæ hac de re tradidimus
lib. 9. Syntagma. iuris c. 11. vbi de nefariis
coniunctionibus & diuinis pœnis earum
egimus.

## Caput XII.

*De diſpenſatione in prohibitione matrimonii.*

CÆterũ in prohibitionibus matrimo-
nii, diſpenſatio in cõtrarium aliquan-
do a ſummo pontifice impetratur, per quã
inter conſanguineos & affines ex vera &
legitima



legitima cauſa, ſingulari iure matrimonia A
permittuntur & tolerantur. a

### Scholia.

a Exempla ponuntur. in c. gaudemus. 8. de
diuor. cap. quod dilectio, de conſan. & cap.
quædã lex, §. ſed idem, q. 35. 2. c. ad ſedem,
§. hanc computationem, 35. quæ. 5. verum
quæritur in quoto gradu poſſit diſpenſare
ſummus Pontifex inter cognatos, itaque
inter deſcendentes & aſcendentes non poſ- B
ſe diſpenſare in linea recta in nullo gradu,
abſolute putant, vt Hoſtien. Ioannes An-
dreas ad dict. cap. non debet, de conſangui.
& affin. quod proculdubio iure ciuili Ro-
mano probatur, in l. nuptiæ, de rit. nup. alii
inter Theologos diſtinguunt. In collatera-
libus vero quidam dicunt, nec ſummum
pontificem diſpenſare in primo vel ſecundo
gradu poſſe, gloſſa ad ca. propoſuit, de con-
ceſſio. præben. gloſſa ad cap. literas, de reſti- C
tutio. ſpoliator. latius gloſſ. in ca. pictatium,
30. q. 3. qui non poſſit ſummus pontifex in
gradibus iure diuino prohibitis diſpenſa-
re. dict. ca. literas. Leuitico autem. c. 18.
ver. 9. & ſeq. prohibebatur. Non reuelabis
turpitudinem ſororis tuæ ex fratre, ſiue ex
matre quæ foris vel domi genita eſt. Dicũt
autem etſi nihil ibi additũ fuerit expreſſe
de filia ſororis, tamen filiam ſororis, appel-
latione ſororis cõtineri, c. quæritur cur Pa- D
triarcha, 22. q. 2. In tertio autem gradu a-
iunt, non fuiſſe prohibitũ iure diuino ma-
trimonium, & ideo diſpenſaſſe Gregorium
in eo, in c. quædam, 33. q. 3. affert glo. ad d.
ca. pictatium, ſcriptum eſſe in Leuit. c. 18.
Non reuelabis turpitudinẽ ſororis tuæ &
filiæ eius. Quod tamen falſum eſt, neque
ita ſcriptũ inuenitur de ſororis filia. Quã-
obrem alii vi dictæ gloſſ. c. propoſuit, & ca. E
pictatium, dicunt, veriuſq; putant in Le-
uitico quidem fuiſſe prohibita coniu-
gia inter aſcendentes & deſcendentes, non
inter collaterales, & ideo poſſe Papam in
ſecundo gradu inter collaterales diſpenſa-
re, ſicq; tradunt in c. quæritur, 22. q. 3. eam
ductam fuiſſe, cum qua diſpenſatum fuiſ-
ſet in ſecundo gradu, faceſſit tamen. c. lite-
ras, de reſtitutio. ſpoliat. vbi aſſeritur non
poſſe Papam, in 2. gradu diſpenſare. Sed
explicant illa verba, non poteſt, id. non
vult, vel non expedit, vel non poteſt de
facili, vt notat ibi glo. ad verb. non poteſt,
& in c. ſi Paulus, 32. q. 5. in gloſſ. ad verbũ,
ſuſcitare. Eo quod ſummus Pontifex ſi ve-
lit poteſt diſpenſare ſupra ius ex plenitudi-
ne poteſtatis in his, quæ non ſunt contra ar-
ticulos fidei, & quæ non lædunt generalem
ſtatum eccleſiæ, capit. propoſuit, de conceſ-
ſio. præbend. accepta a Deo poteſtate, cle-
men. paſtoralis. §. fin, de ſententia & re iu-
dica. D. Matt. ca. 6. Et quamuis aliquid
dicatur nõ poſſe ex ſua perſona, poteſt tan-
quam Vicarius Dei, vt dicitur in ſimili.
in cap. inter corporalia, de translation. epi-
ſcop. Erant olim gradus prohibitionis ma-
trimonii vſq; ad ſextum & ſeptimũ reſtri-
cti, hodie vſque ad quartum. c. non debet,
de conſang. quo fit, vt quia ſummus ponti-
fex potuit reſtringere, quod poterit & in
illis diſpenſare, quia eius eſt interpretari,
cuius eſt & cõdere. l. 1. & ſi. C. de legib. neq;
per conciliorũ vel canonum decreta, a præ-
deceſſoribus pontificibus conſtituta cenſe-
tur ademta poteſtas ſucceſſori pontifici di-
ſpenſandi, c. innotuit, 20. de electio. Sed &
in ſecundo gradu collateralium diſpenſa-
tum inuenimus ex cauſa in capit. gaude-
mus, de diuor. c. de infidelibus, de conſan-
guin. & affinit. c. ſi. qui filii ſint legit. in ca.
quædam, 35. q. 3. Refert Martia. in leg.
qui in prouincia, 57. §. de rit. nupt Mar-
cum & Lucium Imperatores diſpenſaſſe in
matrimonio Flauiæ Tertulliæ, quæ auũcu-
lo nupta erat, quia ignara iuris abauia
huic matrimonio iuncta erat, & cũ eo per-
manſerat 40. annos, & ab eo liberos ſuſce-
piſſet, atq; filios legitimaſſe inuenitur & di-
ſpẽſatio facta a Cæſarib. in l. ſi. ſi nup. ex re-
ſcrip. petant. Diſpenſatum & per illos iniu-
ſtis matrimoniis. in l. ſi ſenatori. de rit. nup.
Hodie autẽ diſpenſatio impetratur a ſolo

ſummo Pontifice in gradibus prohibitis, A quia hæc cognitio eſt iuris eccleſiaſtici, vt contra interdictum eccleſiæ & ſacrorum canonum contracto matrimonio, in concilio Triden. ſeſſio. 24. cap. 12. Si tamen ageretur de pœnis ciuilibus impoſitis a iure ciuili, matrimonium interdictum contrahentibus, in caſib. in quibus matrimonium quidem nihilominus cõtractum tenet, ſed pœnæ ciuiles non euitantur, vt in cap. 1. de ſponſalibus, tũc diſpenſatio in his eſſet quo- B que a principe ſeculari impetrãda, & non a ſummo pontifice, vt in l. ſi tutor. C. de interd. matrimon. Poſſet & proponi exemplum in matrimoniis contractis a filiisfamilias inſciis & inuitis parentibus contra edictum Henric. 2. eius nominis, Regis in Gallia, ad euitandas enim eius pœnas adeundus eſſet princeps. Idipſum ſi de legitimatione filiorum, quod pertinet ad bona temporalia ageretur, cap. per venerabilem, C qui filii ſint legitimi, l. qua in prouincia, 5. D. de ritu nupt. P. Notat Panorm. ad ca. propoſuit, numer. 16. de conceſſio. præbend. quod Papa nunquam poſſit diſpenſare inter aſcendentes & deſcendentes, in ſecundo gradu, inter exſiſtentes vero in linea collateralium æquali diſpenſare in ſecũdo gradu, nõ ſi ſint in linea inæquali, vt ecce cum filiis duorum fratrum, vel cum conſobrinis poterit, quia ſint in ſecundo gradu in D linea æquali, at cum patruo & nepte, quæ eſt fratris filia, non poteſt, quia ſunt in linea inæquali, & frater eſt in primo, neptis in ſecundo gradu. Vide Ancharan. conſil. 374. & notata in ca. literas, de reſtitutio. ſpolia. in ca. gaudemus, de diuor. & de intellectu. ca. gaudemus Sotus, lib. 4. ſententiarum, diſt. 40. quæſt. 1. artic. 4. Notatur, vt impius Heraclius Imperator, a Sabellico, lib. 6. Ennea. 8. & a Pomponio Læto, quod filiam ſororis in vxorem duxerit, E item & a Cornelio Tacito, libr. 12. Annalium Claudius Cæſar, quod neptem Agrippinam duxerit. Sic enim ſcribit, pactum inter Claudium & Agripinam matrimonium, iam fama, iam amore illicito firmabatur, necdũ celebrare ſolemnia nuptiarum audebat, nullo exemto deducta in domũ patrui fratris filia. Quin & inceſtus, ac ſi ſperneretur, ne in malum publicũ erumperet, metuebatur. Et paulo poſt refert Vitellium vt Senatum inclinaret ad conſenſum eius matrimonii dixiſſe, vt ſtatueretur documentum, quo vxorem imperator acciperet. At, inquit, noua nobis in fratrum filias coniugia, ſed aliis gentibus ſolemnia, nec vlla lege prohibita, & ſobrinorum diu ignorat tempore addito percrebuiſſe. Subiicit deinceps decretum factum fuiſſe in eius gratiam a Senatu, quod erat veluti diſpenſatio, quo iuſtæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in poſterum ſtatuerentur, verum non eſſe repertum, niſi vnũ, talis matrimonii cupitorem, Taledicum Seuerum equitem Romanũ, quem plerique Agrippinæ gratia impulſum ferebant. Diſpenſatur ipſo iure cum filiis natis ex inceſtuoſo concubitu, vel ex illegitimis nuptiis, vt perinde ac ex iuſto & legitimo matrimonio nati eſſent, habeãtur, ſi matrimonium quod poſtea diſſoluitur ob impedimentum deinde cognitum, publice ex more eccleſiæ fuerit contractum, nullo obiecto impedimento, aut cognito a contrahentibus, ſaltem ab vno illorum, c. 2. c. ex tenore, ca. referente, qui filii ſint legitimi. Cæterum vbi impedimentum cognitum eſſe cœperit, debent a coniunctione ſeparari, qui tale matrimonium contraxerint, vel diſpenſationem pro retinẽdo matrimonio impetrare, quæ aliquando ex graui cauſa conceditur. Alioquin ſi clandeſtine matrimoniũ fuerit contractum inter conſanguineos, vel alioquin prohibitos, quamuis neſciuerint impedimentum, tamen præſumuntur ſciuiſſe, & ideo ita cõtracto matrimonio non poſſunt dici legitimi filii inde nati, etiam ante obiectionem impedimenti, ca. cum inhibitio, de clandeſtin. deſponſ. gloſſa. in ca. referente, qui filii ſint legitimi. Ideo legitimatione



matione egent, & matrimonium diſpenſa- A tione. In diſpenſatione quoque & prohibitione matrimonii ratione cognationis ſpiritalis, obſeruandum in primis erit concilium Tridentinum ſeſſio. 24. de reformat. matr. ca. 3. quod abrogauit prohibitionem inter baptizatũ & filiam patrimi ſui, interque matrimæ filiam & baptizatum, & voluit iuxta ſacrorum canonum inſtituta inter ſuſcipientes a baptiſmo & baptizatum, baptizatique patrem & matrem B contrahi tãtum cognationem ſpiritualem: quo pertinet ca. ſuper quibus, c. pictatium, ca. fi. 30. q. 1. c. ſuper eo, & fere totus titulus de cognat. ſpirituali. Poſſunt etiam hodie iungi matrimonio patrimus & matrima vnius ſuſcepti, ita maritus & vxor ſimul vnum ex fontibus leuare poſſunt, facit textus cum gloſſa. in c. fin. 30. q. 4. Refert & Papus l. Tomo 3. Notariorum, libr. 4. tit. des lettres & deſpences de Mariage, Se- C natũ Pariſienſem 28. Aprilis cõtra quendam ſenatorem, qui ſub prætextu futuri matrimonii imprægnaſſet quandam viduam, & voluit aduerſus matrimonium excipere, quod vnum ex filiis eius leuaſſet in ſacro baptiſmate, ſtatuiſſe, non obſtante exceptione, quod is adiret ſummum pontificem, & obtineret diſpenſationẽ eam ducendi. Maritus & vxor affines inter ſe non ſunt, ſed ſunt principium affinitatis, l. D non facile, §. affines, de gradib. affin. c. 1. de ſponſalib. & matrimo. In diſpenſatione aliorum impedimentorum recte Angelus Clauaſius, in verbo matrimonium, 3. in 18. impedimento reſoluit, quod quædam ſunt impedimenta, quæ remouent conſenſum, ſicut eſt impedimentum erroris perſonæ & ſtatus libertatis, metus coactionis, priuationis mentis, & ſenſus, in quib. quẽadmodũ ſummus pontifex non poteſt ſup- E plere conſenſum, ſine quo nõ eſt matrimonium, ſic nec in ipſis poteſt diſpenſare, vel ipſa impedimenta tollere. Alia vero ſunt impedimenta ex ſtatuto eccleſiæ, cuiuſmodi ſunt interdictum feriarum, voti, cafilitatis, agnationis ſpiritalis vel legalis criminis, diſparitatis cultus, ordinis, publicæ honeſtatis, impotentiæ coeundi, conſuetudinis, conſanguinitatis, affinitatis, in quibus ſummus Pontifex poteſt diſpenſare.

## Capvt XIII.

1 De ſeparatione matrimonii contra prohibitionem contracti ob cognationem.
2 Ob cultus diuini diſparitatem.
3 Ob adulterium.

SI quando *a* coniuncti ſe ſeparari propter cognationẽ propinquitatis petierint, duobus vel tribus teſtibus, qui de eadem cõſanguinitate ſuperſint, vel totidem ſenioribus vel meliorib. viris loci eiuſdem, idipſum debet comprobari. Probatio autem teſtium debet fieri duplici adhibito iuramento. Primum, vt iurẽt *b* ſe non priuato odio, neque amicitia, neque pro aliquo commodo quod habuerint, vel quod habent, vel habituri ſint ad hoc iurandum ſe inductos, ſed ſicut ipſi dicunt rei veritatem accepiſſe a maioribus ſuis, & credere ita eſſe. Admittebatur & hoc ipſum teſtimonium antiquitus de auditu, quando ad ſeptimum vſque gradũ prohibitio matrimonii extendebatur, cum propter hominum breuem vitam teſtes, de viſu deponere non poſſent. *c* Poſtquam tamen prohibitio reducta eſt ad quartum tantum gradum, *d* hoc genus teſtimonii reiectũ fuit, de auditu, in cõſilio generali. *e* Niſi forſan perſonæ graues exſtiterint, quibus merito ſit fides adhibenda, & ante litem motam teſtificata didicerint ab antiquioribus ſuis, non vtique ab vno ſolum, *f* quia is non ſufficeret ſi viueret, ſed duo ad minus exigerentur, nec etiam ſe didiciſſe ab infamibus & ſuſpectis, ſed a fide dignis omni exceptione maioribus ſufficit dicere, cum ſatis abſurdum videretur eos admitti, quorum repellerentur auctores. Subinde poſtquam iurauerint, quod non odio amore, vel lucro ad teſtificandum accedunt, debent *h* deponendo perſonas expreſsis no-

minibus vel demonſtratione vel circumlocutione ſufficienti deſignare, & ab vtroque latere ſingulos gradus data computatione diſtinguere, & deponere, ſe vidiſſe perſonas, vel ſaltem in vno prædictorum graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra ſtatuta domini ſeparare.

2 Facit & cultus diuini diſparitas, † ne Chriſtiani nominis perſona, poſſit cõiungi Iudæo, pagano, ſeu gentili. *i* Et ſi quando ex gentilibus coniugatis, vel Iudæis, alter velit amplecti fidem Chriſtianam, alter nolit, neque poſſit etiam habitare cum fideli ſine contumelia Dei, aut ſi infidelis velit trahere fidelem ad peccatum mortale, poterit tunc, qui ad fidem conuerſus eſt, non aliter, cum alio aliave matrimonium contrahere. Si tamẽ antequam cum alio aliave contraxerit, relictus in infidelitate conuertatur quoque ad fidem, tenetur eius matrimonium retinere. *k* Cæterum ſi vnus ex fidelibus coniugibus labatur poſt contractum matrimonium in hęreſin, vel in infidelitatem, non ideo tamen diſſoluetur matrimonii vinculum, quamquam remanente vinculo poſſint aliquãdo ſeparari, quoad thorum. *l* Diuerſitatis ratio eſt, quia licet inter infideles matrimonium verum ſit, tamen non eſt ratum, & diſſolubile eſt. At inter fideles contractum, verum & ratum eſt, & ideo poſtea inſolubile. *m*

3 Meretricem quoque † ducere, quam nullo pacto a luxu carnis ſuę reuocare non valeas, & ita fidem coniugii ſeruatura non ſit, prohibitum fuit: *n* eam vero, quæ ad frugem melioris vitæ, coniugio properat nubere, ducere, meritum eſt, & inter opera caritatis, & proficit ducenti ad remiſſionem peccatorum, *o* verum per adulterium non vinculum diſſoluitur matrimonii, quamuis thorus & cohabitatio ſeparetur, donec iuſta fiat reconciliatio. *p*

S c h o l i a.

a *Hæc quæ ſequuntur ſunt ad verbum in ca. quoties, 5. de teſtibus, libr. 2. titul. 20. ſimile in cap. 1. 2. 3. & can. de parentela, 5. ca. epiſcopus, 7. ca. ſequen. 8. de parentela, 35. quæſt. 6.*

b *dict. cap. quoties, & cap. licet, 47. §. fin. de teſtibus.*

c *dict. cap. licet. & l. non facile, de gradibus affinita.*

d *dict. cap. licet, & cap. non debet, de conſanguin. & affin.*

e *quod ponitur in dict. c. licet, 47. de teſtibus quodq; ibi explicat Guido Papæus & Dominicus in ca. priſcis, 55. diſt.*

f *Vnius teſtimonium non probat hic, vt & in can. 4. ſi duo, 35. q. 6. c. licet vniuerſis, 21. de teſtib. & in aliis negotiis, l. iuriſiurandi, 9. §. 1. de teſtibus. C. lib. 3. tit. 20. l. maritus, 20. de quæſtionibus lib. 48. P. tit. 18. niſi matrimonium nõ eſſet perfectum, nam tunc vnius teſtimonium impediret contrahi, quamuis perfectũ non dirimat, ca. ſuper eo, 22. de teſtibus. ca. cum in tua diœceſi, 27. de ſponſal.*

g *l. vbi numerus, de teſtib. P. c. licet vniuerſis, 23. eo. Matth. 18. Luc. 17. in ore duorum vel trium, ſit omne verbum.*

h *hæc quæ ſequuntur ponuntur in d. ca. licet, 47. §. fin. de teſtibus.*

i *ca. omnes, ca. caue, 15. & ſequentibus, 28. q. 1. ex concilio Agathenſi, c. 40. & 67. & diuo Auguſtino 1. de ciuita. Dei. c. 12. 13. 14. ex concilio Laodicenſi, capit. 31. Aruernenſi, cap. 6. Aurelianenſi, 2. c. 19. Nec obeſt quod Moſes duxit Æthiopiſſam. §. item obiicitur, 2. quæſt. 7. quia illud fuerit factum in figuram, quod Chriſtus ſibi copulaturus eſſet eccleſiam ex gentibus, §. his itaque 2. quæ. 7. & ideo nec licuit poſtea 3. Eſdræ, c. 8. & 9.*

k *c. quanto, c. gaudemus, de diuort. vbi hæc latius explicantur, can. 1. & 2. & c. idololatria, 5. & aliis ſequentibus, 28. qu. 2. ca. ſic enim, 28. q. 1. c. ſi infidelis, 7. & ca. iam nunc, eadem 28. q. 1.*





l *in d. c. quanto, & c. 2. de diuort. vide concilium Tridentinum, ſeſſion. 24. de ſacramento matrimo. c. 5.*

m *in dict. c. quanto, c. omnes, 14. §. item cum dicitur, 28. q. 1. dicitur non eſſe veram pudicitiam hominis infidelis, cum coniuge ſua, quantum ad effectum ad præmium videlicet æternæ ſalutis.*

n *ca. apud miſericordem, 10. §. fin. ca. non enim, 11. & ca. integritas, 13. §. fin. 32. q. 1. cap. inter opera, 20. de ſponſal. Hieron. in Oſeam, lib. 1. c. 1.*

p *cap. 3. & fin. de adulteriis cum ſimilib. de quibus dicemus Deo fauente infra, ca. 15. in gloſſa l.*

## C a p v t. XIIII.

*De aliis prohibitis matrimoniis ſeparandis.*

SEparatur & de facto contractum matrimonium, in quo error interuenerit in perſona, *a* & in conditione ſtatus libertatis. *b* Sed & ſi quis alterius vxorẽ viuente marito per adulterium polluerit, & ei viuente viro iurauerit, de ea ducenda in vxorem poſt mortem eius, prohibetur ei tale matrimonium, *c* vt neque licet contrahere matrimonium cum ea quam quis ſibi de facto viuente propria vxore matrimonium contraxit. Si adultera eſt quippiam in mortem vxoris eius machinata, ſiue fidem dederit aut non dederit, quod ea mortua ei eſſet nuptura, hæcque prohibitio ex canonibus perpetua eſt, *d* aliquando etiam prohibitum fuit raptæ raptori ſe coniungere, fuitque hoc matrimonium anathematizatum, *e* poſtremis tamen temporibus permiſſum, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtea in conſenſum, niſi ſi aliud impedimentum aliunde prohiberet. *f*

S c h o l i a.

a *Veluti ſi quis putans cum certa contrahere altera ei ſupponatur, vt quando pro Rachele ſuppoſita eſt Lia Iacobo, Geneſ. capit. 29. quia errans non conſentit. cap. cum locum, de ſponſalibus. l. ſi quis per errorem, de iuriſ. omnium iudic. Perſonæ itaque error debet eſſe, quando altera vel alter pro alio aliove, in quam quemue quis conſentit tantum ſubiicitur, in can. in aliquibus, 28. quæ. 2. & hic error dirimit matrimonium, non autem ſi error ſit circa qualitatem perſonæ, vt in dignitate, vel in virginitate, vel corruptione, vel bonorum eius, vt docetur in principio 29. q. 1. vbi hæc explicantur. Quando tamen repudiũ liberum erat tempore Moſis, Deut. 22. verſ. 14. qui deſpondiſſet ſibi in vxorẽ virginem, ſi talem non inueniſſet, poterat eam dimittere.*

b *vt ſi inuenerit coniugem ſeruilis conditionis, quam exiſtimauerat liberam, dummodo poſtquam eam conditionem reſciuerit, nec verbo nec facto in coniugem poſtea conſenſerit. c. ſi. de coniugio ſeruorum. libr. 4. tit. 9. nam qui poſtquã ſciuerit ancillam vxorem quam putauerat contrahendo liberam, ſi eam cognouerit, non ſoluetur matrimonium, quod iure hoc valet etiam inter ſeruos & ancillas, ſeu inter liberos & ſeruos, c. 1. & 2. eod. tit. vide Sotum libr. 4. ſententiarum, 35. diſt. quæ. 1. art. 2. can. ſi quis liber, c. ſi quis ingenuus, 4. ca. ſi fœmina, 3. 29. q. 5. Si autẽ tempore nuptiarum ambo coniuges fuerint liberi, & alter illorum poſtea malitioſe ſeruum vel ancillam ſe fecerit, non ſoluetur matrimonium ante contractum, c. penult. 29. q. 2.*

c *can. relatum, 4. 31. q. 1. Ideo ſeparatur hoc matrimonium, c. ex literarũ, c. 4. cum haberet, 5. de eo qui duxit in matrimo. quam prius pollu. per adul. lib. 4. tit. 7. c. in primis, 2. q. 1. c. de coniugali, 27. q. 2. Requirũtur autem antequã matrimonium cõtractum cum adultero vel adultera ſeparetur, primum q; eius maritũ, cum qua contractum eſt viuẽte illo, is qui cõtraxit, viuere ſciuerit nõ aliter. c. 1. de eo qui duxit in matrim. quã prius polluit per adul. Secundo requiritur, vt cum datione fidei de alia ducẽda quæ ſciret viuere aliã prima, coniunctũ ſit*

*adulterium, alioquin ſola datio fidei ſine* A
*adulterio non conſtituit impedimentum,*
*c. ſignificaſti, 6. & ca fin. de eo, qui dux. in*
*matrimon. quam prius poll. per adult. cap.*
*1. 31. q. 1.*

d *c. ſuper hoc, 3. de eo qui duxit in matrimo.*
*quam polluit per adult. vide beatum Tho-*
*mam, in 4. ſententia. 37. d. q. 2. art. 2. ca. ſi*
*quis viuente, 31. qu. 1. quibus in locis duo*
*obſeruantur concurrere debere, in reſolu-*
*tione propoſita, primum vt machinatio in* B
*mortem coniugis prædefuncti facta fuerit*
*ab eo vel ea, qui quæve priore coniuge vi-*
*uente de facto matrimonio coniungitur, &*
*deinceps, vt reipſa cõiugis mors ſecuta fue-*
*rit, cum illa machinatione. nam ſi ſine illa*
*machinatione matrimonii futuri cauſa,*
*aliunde maritus vel vxor forte fortuna*
*moriatur, vel occidatur, non ſoluetur ma-*
*trimoniũ, vt probatur ex concilio Tribu-*
*renſi. c. 40. & c. 51. cap. 1. de conuerſio. in-* C
*fidelium, lib. 3. tit. 34. in concilio Meldenſi,*
*c. 69. Nec hic officit obiectio, quod David*
*machinatus ſit in mortẽ Vriæ mariti Beth-*
*ſabeæ cum qua commiſit adulterium, &*
*nihilominus eam duxerit mortuo Vria. 2.*
*Regum 11. c. & can. ſi poſt ordinationem,*
*12. §. econtra, 50. diſt. Nam in veteri te-*
*ſtamento multa permittebantur, quæ in*
*perfectione euangelica expuncta ſunt, ca ſi*
*qua fuerit, 7. § ſed obiiciuntur, 31. qu. 1. Sed* D
*& tunc permiſſum, quia eccleſia nondum*
*prohibuerat, vt in aliis plurib. obſeruatum*
*eſt. c. obiiciuntur, c. dominus, 2. q. 4.*

e *ca. ſtatutum, 34. ca. Atho, 47. & c. raptus,*
*27. q. 4. idque docetur tota, 36. qu. 2. nomi-*
*natim in c. de puellis, 4 ea. q. 2. l. vnic. §. &*
*ſiue nuptiæ, de rap. virg. lib. 9. C. tit. 13. no-*
*uell. 43. de muliere raptum paſſa, & nouel.*
*150. de ea quæ raptori ſuo nubit, & nouel.*
*Leonis, 35. niſi ante raptũ de nuptiis cum*
*raptore fuiſſet actum, c. lex illa, 27. q. 2. c.* E
*cum eam, 6. de rapt. quod tamen lex ciui-*
*lis vnica, de raptorib. C. non admittit, imo*
*prohibet & punit etiam in eo qui ſponſam*
*ſuam rapere auſus fuerit. Pontificium ius*
*contra, quod & permittebat cum rapto-*
*re matrimonium, ſi is de raptu pœniten-*
*tiam egiſſet, c. nullus, §. ſi. cum ſeq. c. ſi au-*
*tem, § hac auctoritate, & ca. fin. § legitime*
*igitur. 36. q. 2.*

f *c. ſi. de rapt. lib. 5. tit. 18. videndum conci-*
*lium Chalcedonenſe, 27. Wormacenſe, ca.*
*67. & quod nouiſſime definiuit concilium*
*Tridentinum, ſeſſ. 24. de reformat. matri-*
*monii, c. 6. Beat. Thomas 2. 2. q. 154. art.*
*7. videtur conforme ius diuinũ. Deut. 22.*
*verſ. 29. atque ita explicat D. Hieron. in c.*
*8. tria legitima, 36. quæſtio. 2. D. Am-*
*broſius in Apologia Dauidis, capit. 8. vn-*
*de ſumtus eſt. capit. 9. denique, eadem 36.*
*q. 2. Admiſit & hoc matrimonium conci-*
*lium Meldenſe. c. 65. ſed poſt pœnitentiam*
*peractã raptus, in c. ſi autem, 10. in princ.*
*& §. hac auctoritate, 36. quæ. 2. conſentit*
*can. Apoſtolorum, 66.* Si quis (*inquit*) vir-
ginem ſibi non deſponſatam admota vi
detinet, a cõmunione ſuſpenditor, non
licitum autem ei eſto aliam ducere, ſed
eam detineto, quã ſolicitauerit, quam-
uis paupercula ſit. *Videndus & Photius*
*9. nomoca 30. de his, qui matrimonii cau-*
*ſa puellas rapiunt, & c. 93. ſynodi in Trul-*
*lo, & c. 7. ſynod. Chalcedonen. Romani et-*
*iam initio vrbis conditæ, a Sabinis ſibi v-*
*xores rapuerunt, & tandem conſentientes*
*parentes in ſocietatem ſibi coniunxerunt,*
*vt ſcribit Liuius, in 1. Plutarch. in Romu-*
*lo. Oroſi. lib. 2. c. 4. Dionyſ. Halicarnaſ. in*
*2. Plin. libr. 15. ca. 29. Ouid. libr. 3. Faſto-*
*rum. Virgil. lib. 8. Æneid. Auguſt. libr. 2.*
*de ciuit. Dei, c. 17. & libr. 3. c. 3. Hincque*
*poſtea inſtitutum a Romulo videtur, vt in*
*poſterum, non quidem vero, ſed ſimulato*
*quodã raptu omnis legitimi connubii ri-*
*tus peragеretur. Explicat vero ritus illos*
*Apuleius. lib. 4. de Aſino aureo. Porro de*
*raptu ſponſæ alterius, vide ca. 22. Deut. &*
*canonem 11. & 12. ſynodi Anchiranæ, &*
*epiſtolam Gregorii Taumaturgii.*

## Cap. XV.

1 *Effectus matrimonii contracti.*

*2 Qua-*



2 *Quatuor, in quibus diſſoluatur etiam le-* A
*gitimum.*
3 *Quãdo vxor vel maritus poſſit repeti vel*
*non inuitus.*
4 *Solutio matrimonii aut thori quando.*
5 *Donationum inter coniuges & dotis re-*
*uocatio.*

1 Ex vero legitimo, † nullove modo im-
pedito matrimonio, ſequitur indiſſo-
lubile vinculum a Deo iniectum, quodq;
Deus coniunxit homo nõ ſeparet. *a* Quod B
enim antea diximus ſeparari matrimoniũ
ex certis impedimentis, non ad ius matri-
monii, ſed ad factum *b* referri par eſt. Diſ-
ſolui enim proprie non dicitur, quod non
fuit ligatum. *c*

2 Cæterũ aliquando † matrimonium et-
iam nuptiis contractis copula tamen non
ſecuta, diſſoluetur ingreſſu religionis alte-
rutrius ex coniugibus, etiam altero inui-
to, atque ei qui in ſeculo remanet ſi com- C
monitus continentiam ſeruare noluerit,
licitum eſt alteri matrimonio ſe coniun-
gere. *d* Quod ſi commixtio ſecuta ſit nu-
ptias, non licet alterutri coniugum inui-
to altero, & niſi ex eius conſenſu, religio-
nis ingrediendæ prætextu matrimonii fœ-
dera diſſoluere. *e* Quin etſi conſenſus ac-
cedatis, qui relinquitur in ſeculo, qui con-
iugem ingredi religionem conſenſit, ca-
ſtitatem ſeruare debet, neque aliis nuptiis D
viuente coniuge religionem ingreſſo, po-
teſt coniungi, aliter reuocatur a religione,
qui ingreſſus eam eſt. *f* Quare quãdo con-
iuges religionis cauſa iuribus matrimonii
mutuo ſibi renuntiant, adeſſe debent te-
ſtes, & auctoritas eccleſiæ. *g* Quia & ea cõ-
ſtituenda eſt regula generalis, ſeparatio-
nem matrimonii fieri debere ex iudicio
eccleſiæ ſeu auctoritate epiſcopi, non
propria. *h*

3 Et ſi quando † temere vxor ſe ſeparet a E
marito, aut propria auctoritate diſcedat,
debet ante omnia petenti marito reſtitui,
vt contra maritus vxori, *i* niſi in certis ca-
ſibus. *k* Vt ſi vxor, quæ repetit virum,
ſit publice adulterata, *l* ſi timeatur de ni-
mia viri vxorem repetentis in eam ſæui-
tia, *m* ſi dicantur & probentur coniuges
conſanguinei in gradu indiſpenſabili, nam
reſtitutio cohabitationis non cogit tunc
ad commixtionem, *n* votum vltra mari-
num ad liberandam terram ſanctã, etiam
inuita vxore permittit abire. *o*

Soluetur autem † matrimonii vincu- 4
lum proculdubio morte alterutrius con-
iugum. *p* Cæteræ porro cauſæ, quæ iure
ciuili diuertere permittunt & matrimo-
nii fœdus diſſoluere iure Pontificio, quod
diuinum ſequitur, *q* non admittuntur,
& fit intus tantum ſeparatio thori non
vinculi, vt in hæreſi coniugis, *r* furto, ho-
micidio, alioue crimine, quantumuis gra-
ui, *s* in mutua abiuratione, *t* ſuperuenien-
tia mutationis ſtatus, *u* ſi coniunx coniu-
gem ad peccandum incitet. *x* Atque iure
hoc extra cauſas iuſtas ſeparationis thori,
propter vinculum & coniunctionem in-
diſſolubilem, coniuges debitum ſibi con-
iunctionis inuicem exigenti præſtare te-
nentur. *y* Et ſine cauſa diuertens excom-
municatur, *z* niſi iracundia diuertens ſta-
tim redierit. *aa* Reconciliationis autem
iuramentũ hoc erit, *bb* ab iſto die in iſtam
N. coniugem tuam, quam antea dimiſe-
ras, ita tenebis, ſicut per rectum maritus
ſuam debet habere coniugem in dilectio-
ne & debita diſciplina, nec eam per vllum
malum ingenium ſeparabis, neque ea vi-
uente aliam accipies, ſic te Deus adiuuet,
& iſtæ ſanctorum reliquiæ. *cc* Cæterum
mulieribus, cum pro aliqua licita cauſa a
propriis viris fuerint ſeparatæ totam do-
tem reddi debere ſtatutum eſt, *dd* vt con-
tra viris, donata propter nuptias, *ee* vxor
dotem viro dare, vir vxori donationem
propter nuptias facere dicitur ſecundum
legitimas ſanctiones. *ff* Si tamen vxor ob
cauſam fornicationis iudicio eccleſiæ aut
propria voluntate a viro receſſerit, nec ei
poſtea reconciliata nec dotem nec dotali-
tium repetere poteſt. *gg*

Donatio porro, † quæ conſtante matrimonio inter coniuges fit, ex qua alter locupletior, alius vero pauperior efficitur, non habetur firma priuſquam donatoris præmorientis obitu confirmetur, quæ tamen penitus euaneſcet, ſi reuocetur ante, tacite *hh* vel expreſſe, aut ſi qui donatū accepit, præmoriatur donanti. *ii* Sane tamen ſoluto matrimonio, ſicut dos ad mulierem, ſic donatio propter nuptias redit ad virum, niſi de conſuetudine aliter obtineat, *kk* vel appoſitum ſit pactum de lucranda dote, *ll* vel ex donatione propter nuptias quod æquale dotis lucro ſit: quia hinc inde æqualitas in his metienda. *mm*

## Scholia.

a *Diui Matthæi, capit. 19. can. an quod in ſubditos, 2. can. quod Deus, 18. 33. quæſt. 2. ca. inter corporalia, 2. de translatio, epiſcop. lib. 1. tit. 7.*

b *c. nuper, 4. de bigamis, lib. 1. tit. 21.*

c *cap. ad diſſoluendum, 13. de deſponſation. impuber. libro quarto, tit. 2. priuatio præſupponit habitum; leg. decem, de verbor. obligatio. Pandect. leg. Iulianus, de diuor. Pandect.*

d *c. verum, 2. ca. ex publico, 7. de conuerſio. coniuga. lib. 3. tit. 32. vide Sotum libr. 4. ſententia. diſtin. 27. qu. 1. artic. 4. de Turrecrema. ad ca. ſeriatim, 32. diſt. Ponuntur exempla Macarii & Alexii, in can. ſcripſit, 26, §. ecce quod coniugati, 27. q. 2. explicatur & firmatur in c. vnico, de voto, in extrauag. Ioan. 22. tit. 6.*

e *canon. ſunt qui dicant, 19. cum ſequentibus pluribus, 27. quæſtio. 2. canon. mulier, canon. quod Deum, can. manifeſtum, 33. quæſtio. 5. can. 1. 10. diſtin. c. 3. & 4. cap. ſane, 6 de conuerſ. coniuga. ca. cum cauſa, §. præterea, de raptori. quibus iurib. emendantur iura ciuilia, quæ permittebant ſolutionem matrimonii per ingreſſum religionis, §. diſſoluuntur, nouella 23. §. prædictis, nouella 117. §. quod ſi conſtante, nouella 123.*

A f *can. quia Agatho, 27. quæſtio. 2. cap. qui vxorem, 33. quæſtio. 5. capit. 1. ca. cum ſis prædictus, 4. ca. coniugatus, 5. ca. ſane ſi coniugali, 6. c. vxoratus, 8. ca. cariſſimus, 11. c. ad apoſtolicam, 13. c. ſignificauit, 8. de conuerſ. coniug. vide tamen ca. dudum, 20. eiuſd. tit.*

g *ca. veniens, 9. de regularib. lib. 3. tit. 39. c. dudum, 20. de conuerſ. coniuga. Requirit in hoc epiſcopi conſcientiam, ca. 23. ſi vir, 27. quæſtio. 2. ex ſynodo Romani Eugenii Pap. 2. c. 36.*

B

h *ca. 10. multorum, 35. quæſt. 6. ca. 1. & 2. 33. q. 2. ex concilio Carthaginenſi, cui interfuit D. Auguſtinus, ca. 30. Secundum Gratianum & Iuonem parte 8. decretorum, c. 348. & in concil. Agathenſi, c. 25. & c. 7. & 305. neque cuiuſque eſt cognoſcere de cauſis matrimonii, ſed perit. canonum, c. 1. §. final. de conſang. & affin. & ad epiſcopum & eius officialem, nec ad abbatem vel alium hæc cognitio ordinario iure differenda, cap. accedentibus, 12. de exceſſib. prælat.*

C

i *ca. hiſtoria eccleſiaſtica, 3. c. ſiue de coniugii, 33. quæſt. 2. cap. fin. 31. quæ. 2. ca. puto. ca. cum enim Iudæi, ca. horrendus, ca. præcepit, eod. is tamen, qui a ſe expulit, non poteſt petere reſtitutionem poſtea ſecūdum aliquos, quia ſeipſum ſpoliauit, can. Agatho, 27. q. 2. argumen. l. ſi coloni, de agricol. & cenſit. lib. 11. C. ſed contrarium verius eſſe ait gloſſa ad ca. literas, 13. ad verbum diuerit, de reſtitut. ſpolia.*

D

k *quibus alios addit gloſſ. in prin. 33. q. 2. ad verba ſed quæritur.*

l *nam maritus non tenetur admittere adulteram, nec vxor adulterum & licite thorum ſeparat, quamuis vinculum matrimonii remaneat, capit. quemadmodum, de iureiuran. c. ſignificaſti, 4. de diuort. lib. 4. tit. 9. cap. diſcretionem, 6. §. nam etſi, de eo qui cognouit conſanguin. vxor ſuæ, ca. dixit, 32. quæſt. 1. cum ſimilib. Nam neque ſi velit maritus poterit impune retinere adulteram impunitā in marimonio, quam* E

*& ac-*



*& accuſare poteſt ex ſola ſuſpicione criminis, c. 3. de adulteriis, lib. 5. tit. 16. ca. ſi quis vxorem, 32. q. 1. l. 2. C. de adulteriis, ſi tamen ſeparato matrimonii thoro ob adulterum vxoris, vir poſtea quoque fornicetur redintegrabitur, ca. ex literis, 5. de diuort. cap. intelleximus, 6. & cap. fin. de adulter. can. nihil iniquius, can. iniquum, can. indignantur, 32. quæſt. 5. Admonemur autem hic non contineri mulierē adulterium committentem per raptū compulſam cum ob inuoluntarium factum immunis ſit a pœna, in princip. 32. q. 5. c. 1. & c. reuera, can. propoſito, §. illæ autem, §. cum ergo, eadem 32. q. 5. l. vim paſſam, 9. ad l. Iuliam, de adult. libr. 48. P. tit. 5.*

m *ca. ſiue, 33. quæſtio. 2. cap. ſignificaſti, de diuor. cap. ex tranſmiſſa, 8. de reſtit. ſpolia. lib. 2. tit. 3.*

n *c. literas. de reſtit. ſpolia.*

o *ca. ex multa, 9. §. in tanta, de voto & voti redemt. lib. 3. titul. 33. in quo eſt ſingularis caſus, in quo vir poteſt emittere votū præter conſenſum vxoris, cum tamen contrarium conſtituatur pro regula c. quod Deo, 33. q. 5. c. ſi tu abſtines, 27. q. 2.*

p *ca. penult. & fin. de ſecund. nupt. l. 1. de diuort. P. §. quod autem ſuper, verſ.* nuptiarum finem, *nouel. 22.*

q *quod eſt*, quod Deus coniunxit homo nō ſeparet, *c. inter corporalia, de translat. epiſcopi, cum ſimilib. antea citatis.*

r *c. quæſiuit, 2. c. quanto, 7. de diuor. c. ſimili modo, c. vxor legitim. c. ſi infidelis, 18. q. 1. cum ſimil.*

s *dict. c. quæſiuit, de diuor. ca. 2. de his qui filios occider. c. in coniug. 32. q. 1. ſic emendātur iura ciuilia. vt l. conſenſu, 8. l. iubemus, 1. §. inter culpas, de repud. §. mittores, & ſeq. vſq. ad §. ſi vero altera, & §. has itaque, nouel. 22. & §. quoniā vero. nouel. 117.*

t *c. veniens, 19. de regul.*

u *c. cuius rei, 29. q. 2. ca. ſi quis, §. ſi. & c. ſeq. 33. q. 2. quib. corrigitur. l. 1. de diuor. P. §. quod ſi iudicis, nouel. 22. l. 5. de bonis dam. l. 1. C. de repud. & alia iura ſimilia.*

A x *cap. vxor. can. idolatria, 28. q. 1.*

y *ca. noſſe, 30. quæſtio. 1. ca. ſicut, §. inde apoſtolus, ca. quicquid, 32. quæſtio. 2. cap. 1. ca. ſecundum verba, 33. quæſtio. 5. Nempe ſi matrimonium iuſtum ſit: nam in iniuſto hoc locum non habet, ſi liqueat aut conſtet tale eſſe, capit. inquiſitione, 44. de ſenten. excommun. cap. literas, 13. §. horum autem, §. qui conſanguinitatis, de reſtitutio. ſpoliat. exemplum proponetur in matrimonio inceſtuoſo, in prædictis iuribus, & ſi qua marito abſente alteri nupſerit, quem dubitat num mortuus ſit, an viuat, nam tunc debitum a marito nō exigit, c. 2. de ſecund. nupt. Et prohibetur peti & denegari poteſt ei debitum coniunctionis ex aliquo ſuperueniente caſu, veluti ex inceſtu commiſſo. can. qui dormierit, 27. q. 2. c. qui dormierit, c. concubuiſſe, 32. q. 7. adhibita diſtinctione: ca. tranſmiſſæ, 4. de eo qui cognouit conſanguineam vxor. ſuæ. & ca. ſi virgo. §. ſi. cum c. ſeq. 34. q. 2. Atque ex ſuperioribus poſſunt aliæ addi exceptionis, in quibus vel dirimitur matrimonium de facto contractum, vel ſeparatur thori coniunctio, vt ex adulterio, ingreſſu religionis cum conſenſu coniugis, cap. lex continentiæ, canon. omnino; canon. Nicæna, 31. diſtinct. Illud tamen notandum in pluribus iuris locis iuberi abſtinendum a commixtione, & debiti coniugalis exactione, alia cauſa, nempe vel propter honeſtatem vel mūditiam, vt ſi mulier ſit menſtruoſa, ſi lactans, ca. ad eius, 5. diſtin. ca. ſi cauſa, 31. quæ. 4. item propter reuerentiam ſacramēti Euchariſtiæ ſacroſanctæ ſumendæ, c. 1. 13. q. 4. ex D. Hieronymo, in vigilia Paſchæ, de vſu agni, in ſanctorū feſtiuitatibus. c. 2. c. ſi cauſa, 33. q. 4. ex D. Auguſtin. §. de tempore, de ſecunda dominica aduentus. In dieb. ieiuniorū & proceſſionis. c. fratres, c. 35. q. 4. in c. ſi cauſa, 5. canon. Chriſtiano, 6. c. 33. quæſt. 4. ex cauſa, quoque orationis, aliiſque quibuſdā conſilium datur abſtinendi a complexib. coniugalibus, quod tamen non vſque adeo obli-*

gat, vt ſi contra fiat, peccetur ideo, imo A
quamuis aliquando peccet venialiter, qui
exigit debitum illis temporibus ex conſilio
prohibitis, extra cauſam prolis vel reme-
dium fornicationis, in quibus non dicitur
peccatum, tamen qui reddit debitum pe-
tenti coniugi nullo modo peccat, vt notant
gloſſæ in principio, 33. q. 4. & in prædictis
iuribus, quin contra peccaret, ſi non red-
deret exigenti. c. 14. ſi tu abſtines, 27. q. 2.
ca. quid culpatur, 23. q. 1. neque prætextu B
orationis voluit Apoſtolus, niſi ex conſenſu
ſe fraudare inuicem debito, c. Apoſtolus,
12. 33. q. 4. Ex Diuo Auguſtino, lib. 1. de
adulterinis coniugiis, cap. 2. canon. beata,
§. penult. canon. lex diuina, §. final. & ſe-
quenti. 7. q. 2.

z Canone ſi qua mulier, 30. diſtinct. ca. præ-
ceptum, 32. q. 5.

aa can. diuortium, de pœniten. diſt. 1. l. 33. de
ritu nupt. P. l. 3. de diuor. l. 48. de reg. iur. §. C
certe ſi qui, nouella 114.

bb Hoc iuramentum ad verbum tranſcri-
ptum fuit, ex c. ſi, 35. q. 6.

cc Formula hæc, ſic te Deus adiuuet, &c.
ponitur imperfecte in d. 55. q. ſi. & c. illud
ſacramentum, 5. q. 6. ſed impletur in ca. ab
iſto die, 9. & c. 5. de parentela eadem, 35.
q. 6. c. ſi peccatum, 22. q. 1. Iurabatur au-
tem tẽpore antiquæ legis viuit Dominus,
ca. & iurabunt, 22. q. 1. In primitiua Ec- D
cleſia, teſtis mihi Deus, & teſtis cõſcientia
mea. ca. ſi peccatum, eadem, 22. q. 1. Alia
formula iurandi, in c. 9. quoties, 1. q. 7.

dd ca. 1. 2. & 3. de donat. inter vir. & uxor.
lib. 4. tit. 20. Pone exemplum, ſi matrimo-
nium fuerit conſanguineorum ſeparatum,
initum per ignorãtes vtroſque, vel propter
aliud impedimentum ignoratum, vt in c.
propoſuit, de cõiugio ſeruorũ. Nam ſi ſcien-
ter vetitum coniuges contraxerint matri- E
monium, tunc coniuges priuarẽtur iis, quæ
ſibi mutuo dediſſent, (niſi aut minori ætate
alioue errore excuſentur) & fiſco deferen-
tur. c. etſi neceſſe, de dona. inter vir. & vxo.
l. qui contra. C. de inceſt. nup.

A ee c. etſi neceſſe ſit, 5. de donat. inter virum &
vxor.

ff cap. nuper a nobis, 6. § fin. eod. tit. de dona.
inter vir. & vxor. l. 1. §. ſi. §. ſancimus, C.
de dona. ante nupt.

gg Hæc ſunt verba. c. plerunque 4. de donat.
inter vir. & vxor. de quibus & videndus
Couarruuias, lib. 4. decretor. part. 2. c. 7. §.
5. & Palacius Rubeus, in repetitio. rubri-
ca. de dona. inter virum & vxor. §. 78. hoc
autem conſtitutum eſt in pœnam adulte-
rii, ſi per pœnitentiam actam non fuerit v-
xor viro reconciliata. nam ad reconcilia-
tionem poſtea maritus quidem monetur,
verum ad eam recipiendam cogi non po-
teſt, ca. admonere, 32. q. 2. c. gaudemus, de
conuerſio. coniug. Quod ſi reconciliatio ſe-
cuta ſit, non amittet dotem, quia maritus
iniuriam remiſiſſe videatur. poteſt autem
remittere, c. 3. de adulteriis, lib. 5. tit. 6. c.
quemadmodum, de iureiuran. c. quod au-
tem, ca. non erit. 32. q. 1.

hh Hæc quæ ſequuntur ſumta ſunt ex c. ſin.
de donat. inter vir. & vxor. vbi videnda
gloſſa ad verbum locupletior, hæc eadem
explicantur iure ciuili, de donat. inter cõ-
iuges inualida, quæ fiat pendẽte matrimo-
nio, & de confirmatione eius per mortem
donantis, in l. donationes quas parentes, de
donat. inter virum & vxor. C. rationes re-
probationis ponuntur. in l. 1. 2. & 3. de do-
na. inter vir. & vxor. P.

ii vt ſi diuortium ſequatur, l. ſed interim, §.
ſi maritus, l. cum hic ſtatus, §. ſi diuortium,
de donat. inter virum & vxorem. Pan. l. a
marito, C. eod. tit.

kk d. c. ſi. de dona. inter vir. & vxor. & dict.
l. a marito, C. eod. & d. l. cum hic ſtatus, §.
ſi ambo, eod. tit. P.

ll dicto c. ſi. de dona. inter vir. & vxor. Sicut
conſuetudo ſeruatur in natali ciuitate no-
ſtra Tholoſana, vt præmortua vxore ma-
ritus ſuperſtes lucretur dotem, & ſi mari-
tus vxori præmoriatur, vxor dotem repe-
tat integrã, & lucretur vltra tantũdem ex
bonis mariti, quantũ media pars dotis eſt,
vocamus



vocamus illud augmentum ſeu incremen- A
tum dotis, quanquam ſit inæqualitas cum
lucro dotis, quæ tamen & ante ius nouella-
rum probatur vbique, l. ex morte, 9. C. de
pact. conuent.

mm d. c. ſi. de don. int. vir. & vx. d. l. ex mor-
te, auth. æqualitas, de pact. con. C. §. hoc i-
gitur, de æqua. dotis, nou. 97. l. vnica, §. illo
proculdubio. de rei vxo. actio. C.

nn Æqualitas dotis & donationis propter
nuptias debebat eſſe in lucro, dict. auth. æ- B
qualitas, & l. lege Leonis, 10. de pact. con-
uent. C.

# DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

## TIT. XXII.

### CAPVT I.

*Continuatio.*

EXpeditis contractibus, ſupereſt vt aga-
mus de teſtamentis & vltimis volunta-
tibus, & de ſucceſſionibus delatis ex illis;
& dehinc de delatis ab inteſtato, tanquam
de obligatione nata ex quaſi contractu;
quia eo modo, adeundo hæreditatem hæ-
res obſtringitur; *a* pauca tamen delibabi-
mus, quæ magis iure pontificio tractantur,
reliqua enim ex iure ciuili eiuſque legibus
haurienda erunt, ſi egeamus, vbi copioſe
enarrantur. *b*

### SCHOLIA.

a §. hæres quoq; de obligat. quæ ex quaſi con-
tract. naſcunt. l. ex maleficiis, §. hæres quo-
que, de act. P. l. apud Iulianum, §. ſi. quib.
ex cauſ. in poſſeſ. eatur.

b vt in P. lib. 28. tit. 1. de teſtamentis, lib. 6.
C. tit. 23. & lib. 2. inſtit. tit. 10. in nouel.
103. & in iure pontif. lib. 3. tit. 26. in de-
cret. & lib. 3. Sext. ti. 11. lib. 3. clem. tit. 6. E
& 12 q. 3. & 5. in decreto Gratia. & a no-
bis lib. 42. Syntagm. iur. & 43. vt de ma-
teria inteſtati. lib. 44. 45. adde de inoffic.
teſt. in P. & Cod. & nouella de teſt. imper-
fectis, &c.

### CAPVT II.

1 *Finitio.*
2 *Et diuiſio teſtamenti & ſubdiuiſiones.*

TEſtamentum generali acceptione, eſt 1
mentis ſeu volũtatis noſtræ teſtatio. *a*
Teſtamentum aut diuinum aut huma- 2
num inuenitur; diuinũ antiquum, nouum
æternum. *b* Humanum & variabile, vo-
luntas nouiſſima cuiuſque hominis iuſta,
B de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri
voluit. *c* Et iure ciuili hoc, vel paganicum,
vel militare eſt. Paganicum a quocunque
non milite factum, quod vel ſolemne, aut
nuncupatiuum dicitur. Solemne adhibita
ſcriptura & aliis certis ſolemnitatibus fit.
*d* Nuncupatiuum vero, fit etiam ſine ſcri-
ptura, declarata voluntate eorum ſeptem
teſtibus. Militare a ſolo milite fit, quod
quomodocunque fiat, ſiue cum ſcriptura
C aut ſine ea, valet, dummodo de eo conſtet.
*f* Sunt & appendices teſtamenti, vel loco
eius codicilli, veluti parui codices, volun-
tatis. *g* Videtur & is teſtatus, qui vltimam
voluntatem in alterius diſpoſitionem
committit. *h*

### SCHOLIA.

a §. 1. de teſta. ordina. apud Iuſtinia. vide
Gellium lib. 6. ca. 12. Vlpia. in fragment.
D tit. 20.

b de vtroq; in c. cum Marthæ, de celebra.
Miſſa. Differt antiquum a nouo diuino,
in pluribus, vt in veteri pœna & terror; in
nouo venia peccato promittitur, c. hæc au-
tem, §. proximo, 23. q. 4. Dehinc differunt
in matrimonii coniunctione, 35. q. 1. §. 1.
Tertio in permiſſione plurium vxorum &
concubinarum, vetita in nouo. ca. recur-
rat, §. his ita, 32. q. 4. Quarto in præcepto-
E rum ceremonialium obſeruatione, & an-
tiquatione, §. 25. diſt. can. non eſt pecca-
tum, §. his ita, 6. diſt. Quinto vetus teſta-
mentum virginitatem non probat, nouum
commendat. dict. c. recurrat, §. his ita, 34.
q. 4. Concordant tamen in moralium præ-

ceptorum obſeruatione & decalogo, can. A
meretrices, 32. q. 3. & in aliis quibuſdam.

c in c. cum Marthæ, 6. §. cæterum, de celebra.
Miſſa. Explicatur & teſtamenti huma-
ni ſinitio in l. 1. de teſtam P. lib. 28. tit. 1.
& per nos lib. 42. Syntag. c. 2. nouiſſima
voluntas, quæ tempore mortis poſtrema in-
uenitur, c. licet, de conſtitut. in Sext. can.
vlt. voluntas, 13. q. 2. nam eam vſque ad
tempus variare licet & mutare teſtamen-
ti diſpoſitionem, quæ morte tantum confir- B
matur d. c. cum Marthæ, & l. 1. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. l. cum hic ſtatus, §. pœni-
tentiam, de donatio. inter vir. & vxor. P. l.
ſiquis in principio, de leg. 3. l. 4. de adimen.
lega.

d Ponuntur ſolemnitates vt teſtamentum v-
nico contextu fiat & ſcribatur, ſi ſolemne
teſtamentum, in ſeptem teſtium præſentia,
nomen hæredis manu teſtatoris vel teſtiū
ſcribatur, ſignetur quoq; & ſigilletur a te- C
ſtibus. l. hæredes palam, de teſtam. P. §. ſed
cum paulatim, de teſtam. ordinan. P. l. iu-
bemus, C. de teſtam. §. quia vero, nou. 119.

e § ſi. de teſtam. ordina. apud Iuſtinia.

f §. 1. de militar. teſta. apud Iuſtinia. lib. 2. ti.
11. toto titulo P. & C. de militari teſtamē-
to, & teſtam. militis. Nos de hoc etiam in
lib. 42. Syntagm. iur. c. 6. Milites Paganis
opponuntur, l. 36. §. 1. de mili. teſta. P. &
dicti pagani omnes, qui milites non ſunt, vt D
in l. ius noſtrum, de reg. iur.

g §. 1. de codicill. lib 2. Inſtitutio tit. 25. &
toto titulo C. de codicillis, & in P. de iure
codicillorum, vide quæ diximus lib. 43.
Syntag. iuris, c. 1 differunt tamen in mul-
tis teſtamentum & codicilli. l. ſi idem, C. de
codicill. de quibus vide Angelum Clauaſ-
ſium in ſumma, in verbo, teſtamenti, num.
7. larga tamen appellatione, codicilli etiam
dicuntur teſtamentum, quia ſunt mentis E
teſtationes, ca. placuit, §. ſed aliud, 13. q. 2.
l. conficiuntur, l. ab inteſtato, de iure co-
dicill. P.

h c. cum tibi, 13. de teſtam. lib. 3. ti. 26. Quod
tamen de benignitate canonica intelligen-
dum eſt, vltimarum porro voluntatum
ſpecies ponuntur octo a Guidone Papæo de-
ciſ. 543. prima teſtamentum in ſcriptis, ſe-
cunda teſtamentum nuncupatiuum, leg.
hac conſultiſſima, C. de teſta. l. hæredes pa-
lam, eo. ti. P. Tertia Codicilli, l. ſi. & toto ti-
tulo de codicillis. Quarta patris diſpoſitio
inter liberos, leg. hac conſultiſſima, §. hoc
inter liberos, de teſt. l. parentibus, C. de in-
officio. teſt. Quinta teſtamentum militis,
l. milites, de militar. teſta. l. diuus, eo. tit.
Pand. Sexta ruſtici. l. final. C. de teſtam.
Septima donatio cauſa mortis, leg. final.
Cod. de donat. cauſa mort. quando videli-
cet producta eſt in eſſe, alioquin contracti-
bus æquipararetur, vt ait Iaſon ad l. ſeni-
um, C. qui teſta. facere poſſunt. Octaua
epiſtola, l. miles ad ſororem, & l. cum pater,
§. donationis, de leg. 2. l. & in epiſtola, C. de
fideicom. Sed proprie ſi teſtator nomen hæ-
redis non expreſſerit, non videtur teſta-
mentum condidiſſe, l. iubemus, §. quod ſi
non fuerit obſeruatum, C. de teſt. l. proxi-
me, de his qui in teſt. delent. P. quia hære-
dis inſtitutio totius teſtamenti eſt funda-
mentum, §. ante hæredis inſtitutionem, de
lega. apud Iuſtinia. vide tamen de his la-
tius gloſſam ad cap. cum tibi, ad verbum
diſpoſitionem, de teſtam & quæ tradit l.
illa inſtitutio, 32. de hæred. inſtit. lib. 28.
P. tit. 5. l. 43 §. 2. de lega. 1. l. 52. in fine, de
conditio. & demonſtra. P.

## Capvt III.

1 *Quæ complectatur vltima voluntas ſeu teſtamentum.*
2 *Inſtituti qui, & ſubſtituti qui.*
3 *Subſtitutionum ſpecies & quæ.*
4 *Legatum quid.*

IN teſtamento ſeu vltima voluntate, cō- 1
tinentur inſtitutiones, & ſubſtitutiones
hæredum, *a* & legata. *b* Vnde inſtituti, ſub-
ſtituti, & legatarii dicti.

Inſtituti in primo gradu dicuntur: ſub- 2
ſtituti in ſecundo & reliquis ſequentibus
ſcripti. *c*

Subſtitutio-



3 Subſtitutionum *d* quædam ſunt dire- A
ctæ, quædam obliquæ. *e* Directæ ſunt vul-
garis, pupillaris, exemplaris, compendioſa,
reciproca. Vulgaris quæ a quolibet cuili-
bet fieri poteſt, in locū hæredis ſibi inſtitu-
ti, ſi is non ſit, vel noluerit eſſe hæres. *f* Pu-
pillaris, per quam pupillo in ſacris patris
conſtituto, datur a patre hæres, caſu quo in
pupillari ætate eum cōtingeret mori. *g* Ex-
emplaris, quæ fit furioſis vel mutis, ad ex-
emplum pupillaris, ſi in furore vel impe- B
dimento illo *h* moriantur. Compendioſa,
quæ fit filiis vel aliis ſub compendio ver-
borum, quandocumque filius meus deceſ-
ſerit, talis ſit hæres. *i* Reciproca, quando
plures inſtituti inuicem ſubſtituuntur. *k*
Obliqua vna eſt, quæ & fideicommiſſaria
dicitur, quando hæres inſtitutus, qui & fi-
duciarius dicitur, rogatur de reſtituenda
hæreditate alicui poſt mortem ſuam, vel
ante. *l* C

4 Legatum, eſt ex hæreditate alicui reli-
cta donatio. *m*

### Scholia.

a vt in cap. Raynutius, cap. Raynaldus, de te-
ſtam. c. 1. eo. tit. in Sex.

b in titulis de legatis, in P. C. & inſtitutio.

c l. 1. de vulg. P. lib. 28. tit. 6. Subſtituti illi
dicuntur, qui vocantur in locum inſtitu-
torum, caſu quod non ſint hæredes, vel no- D
luerint eſſe, vel quando poſt mortem hære-
dum, vel alio modo, vocantur in eorum
locum.

d vide de ſubſtitutionum diuiſione & exem-
plis earum gloſſ. in §. qua ratione, de pupil.
glo. ad c. Raynutius, ad verb. ſi abſque li-
beris, de teſta. & quæ nos diximus lib. 42.
Syntagm. c. 10. 11. & 12.

e c. 1. de teſtamentis. in Sex.

f d. l. 1. de vulga. & ibi gloſ. l. vnic. in prin- E
cip. de caduc. tollen. C. tit. de vulgari, apud
Iuſtin. hæc exſpirat adita hæreditate per
inſtitutum, l. poſt aditam, C. de impub. nos
de illa lib. 42. Syntag. cap. 12. & ſequentib.
vſque ad 17.

g l. 2. de vulga. P. toto titulo de pupill. apud
Iuſt. Pars teſtamenti patroni eſt pupillaris
ſubſtitutio, vt ibidem, & l. patris, de vulga.
P. c. 1. §. ſi. de teſtament. in Sex tractamus
& nos de hac pupillari, lib. 42. Synt. c. 17.
Hæc exſpirat cum ætate pupillari, nempe
anno 14. in maſculis, in fœminis, 12. §. ma-
ſculo, de pupilla l. in pupillari, de vulga. P.

h de hac exemplari, & quomodo ſana mente
adueniente exſpiret, & de his qui poſſunt
furioſo ſubſtituere, ſubſtituiue, tractatur
in l. humanitatis, C. de impub. in §. qua ra-
tione, de pupil. apud Iuſti. de ea etiam nos
tractamus lib. 42. Syntag. iuris, c. 24.

i l. precibus, C. de impuber. nos de compendio-
ſa tractamus, lib. 42. Syntag. c. 26.

k l. iam hoc iure, & l. Lucius, de vulga. mul-
ta de hac reciproca gloſ. ad c. 1. ad verb.
abſque deductione, de teſta. in Sex. nos
lib. 42. Syntag. c. 27.

l in l. precibus, de impub. C. §. fin. de pupillar.
ſubſtitutio. tit. de fideicommiſſ. hæredita-
tib. tractatur & de ea in c. Raynutius, &
cap. Raynaldus, de teſtam. l. cohæredi, §.
cum filia, de vulga. & in lib. 42. Syntagm.
iur. c. 28. & ſeq.

m accipitur enim legatum ex hæreditate, &
ſingularium rerum donatio eſt, in teſta-
mento vel alia voluntate vltima facta. l.
legatum, 116. de lega. 1. §. 1. de lega. l. lega-
tum, 36. de lega. 2.

## Capvt IIII.

*Qui teſtari, & de quibus poſſint.*

REgula generalis in vtroque iure eſt,
omnes, qui ſpeciali nota non prohi-
bentur, poſſe teſtamentum cōdere. *a* Pro-
hibentur autem, aut natura, aut lege ciuili
vel canonica. Natura prohibentur, qui
nec voluntatem, aut ſanam mentem ha-
bent; *b* vt infantes impuberes, *c* furioſi,
mente capti, *d* prodigi. *e* Lege & canone
prohibentur, qui incapaces ſunt eorū, quę
iuris ciuilis ſunt, vt ſerui, *f* captiui hoſtium,
*g* deportati, *h* vltimo ſupplicio damnati,
*i* filiusfamilias, *k* niſi maior diſponat

de peculio caſtrenſi vel quaſi, *l* item ii, quorum bona omnia fiſco addicta ſunt, ipſo delicto commiſſo. *m* Regulares, profeſſi, propter votum abdicationis proprietaris rerum & paupertatis emiſſum, etiam ſi ſint abbates. *n* Eremitæ tamen, qui nulli monaſterio & regulæ ſe dedicarunt, teſtari poſſunt. *o* Sed neque teſtamenta manifeſtariorum vſurariorum valent, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel cautionem idoneam de ſatisfaciendo dederint. *p* Epiſcopi de rebus propriis & acquiſitis ex illis, hæredes ſi velint habere poſſunt teſtādo; quicquid vero de prouiſione ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia in iure eccleſiæ reſeruare debere ſtatutum eſt, *q* quod & in aliis beneficia habentibus placuit ſeruari. *r* Niſi ex priuilegio, conſuetudine, vel alia cauſa rationabili, fructus pertinerent ad beneficiatum. *s* At generaliter inhibita eſt, in eccleſia, hæreditaria beneficiorum ſucceſſio; neque cuiquam permiſſum eſt, ſibi in beneficio quod poſſidet, eligere ſucceſſorem. *t*

## SCHOLIA.

a *Eſt enim edictum de teſtamentis prohibitorum, omnibus alioquin permiſſum de rebus ſuis libere teſtari & in vita diſponere, l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in re mandata, C. manda. l. nemo exterus, C. de iudicib. cum ſimil. quia & iure gentium, dominia rerum diſtributa ſingulis libera conceſſa, l. ex hoc iure, C. de iuſtit. & iur. Prohibetur autem diſpoſitio ſeu teſtādi facultas, vel ex parte qualitatis perſonæ diſponere volentis, naturalis, vel ciuilis, cui non poteſt congruere teſtandi ius, voluntatis conſideratio, iuris gentium eſt, ſolemnitatū vero, iuris ciuilis, quo forma diſponendi traditur, leg. 3. de teſtamen. P. ti. 1. ad leg. Falcid. l. 1. de iniuſt. rup. P. vel ex parte rerum, vel aliunde procedit, vt ex inferioribus patebit latius.*

b *in teſtamentis condendis, ex tempore quo fiunt integritas mentis exigitur in teſtante, l. 2. de teſta. P. l. 3. C. eod. titul. Præſumitur autem quilibet mentis fuiſſe integræ, cum condidit teſtamentum, maxime ſi notarius, qui excepit teſtamentum, talem fuiſſe retulerit, niſi de contrario doceatur, l. 4. C. de codicil.*

c *in maſculis ætas idonea ad condendum teſtamentum eſt 14. annorum; in fœminis 12. nempe pubertas, l. qua ætate, 5. de teſta. P. §. præterea teſtamentum, quib. non eſt permiſſ. facere teſta. apud Iuſtinia. lib. 2. titul. 12. Impuberibus prohibetur autem, quod nullum animi inſit eis iudicium, l. cum prætor, de iudic. P.*

d *c. 1. de ſucceſſio. ab inteſta. l. in aduerſa, 17. de teſt. P. §. furioſi, quibus non eſt permiſſ. facere teſt. l. furioſum, C. qui teſtam. fac. poſſunt.*

e *is cui bonis interdictum eſt, ſecundum ius Pandectarum, teſtamentum facere non poteſt, & ſi fecerit, ipſo iure nō valet. Quod tamen interdictione habuerit vetuſtius teſtamentum, hoc valebit. l. is cui lege, 8. de teſtam. P. §. item prodigus, quib. non eſt permiſſ. facere teſt. quia inſtar furioſi, ſi exitus negotiorum inſpiciamus, habetur. l. 1. de cura. furioſ. atque ei interdicta eſt bonorum adminiſtratio, & alienatio, l. is cui, de verbor. obliga. Attamen Leo nouella 39. tit. vt prodigus quæ ex re ipſius ſint, facere poſſit, non inhibet abſolute prodigis teſtamentum, & admittit, ſi per eum diſpoſita redoleant animi ſani iudicium, vt puta ſi proximis & amicis pauperibuſque bona ſua diſtribuat, ſi ſeruos libertate donauerit, neque, inquit, prodigus dicitur qui rebus recte vtitur.*

f *c. illud, 13. q. 2. l. ſi filiusfamilias, de teſtam. in P. quia quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habetur, l. quod attinet, de regu. iur. Statuit tamen Leo imperator, nouella 38. vt ſerui Imperatoris, de rebus ſuis quomodo velint diſponere poſſint Et interdum quoq; alii humaniores domini, ſeruos teſtari permittebant, ſed inter domeſticos tantum. Plinius lib. 8. epiſtol. 16. In fragmentis*



*etiam Vlpiani, ſiquidem Vlpiani ſunt tituli, tit. 20. in fine ſeruus publicus, prætoriſve teſtamenti faciendi habuiſſe facultatem, dicitur in parte bonorum dimidia.*

g *l. eius qui apud hoſtes, 8. de teſta. P. l. 10. de milita. teſt. P. §. ſi. quib. non eſt permiſſ. facere teſta. Poſtea autem permiſit & ſtatuit valere captiui teſtamentū, Leo nouel. 40.*

h *d. l. eius qui apud hoſtes, §. 1. & 2. de teſt. P.*

i *l. qui vltimò ſupplicio, de pœn. P.*

k *l. filiusfamilias, & l. ſi filiusfamilias, de teſtam. P. §. 1. quib. nō eſt permiſſ. fac. teſta. l. 3. qui teſta. facere poſſ. lib. 6. C. tit. 22.*

l *c. licet, 4. §. fi. de ſepultur. l. ſcimus, & l. fi. de inoff. teſta. C. dic. §. 1. quib. non eſt permiſſ. facer. teſta. l. penul. & fi. C. qui teſta. facere non poſſ. nam in caſtrēſibus & quaſi, filiifamil. pro patribusfamil. habentur l. 3. ad ſenatuſ. Macedonia. P. Caſtrenſe peculium dicitur, quod in caſtris vel conuerſione caſtrorum ſeu militiæ quæſiuit filiusfamilias, nec alioquin eſſet acquiſiturus niſi militaſſet, l. caſtrenſe, de caſtrenſ. pecul. P. Quaſi caſtrenſe, quod filiusfamilias ex non armata militia & quaſi ex militia, proprio labore acquiſiuit, vt ex aduocatione forenſi, in l. fori tui, de aduocatis diuerſorum iudicum. C. militant namq; cauſarum patroni. & c. l. aduocati, C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum. Ea ratione clerici ex quæſitis labore, vt ex quaſi caſtrenſi peculio teſtantur, authen. presbytero, C. de epiſco. & cleric.*

m *exemplum in hæreticis, in c. cum ſecundum leges, de hæret. in Sex. in crimine læſæ maieſtatis, can. ſiquis cum militibus, 6. q. 1. leg. quiſquis, ad l. Iuliam, maieſt. & in eo qui accelerata morte iudicium pœnæ ſibi imponendum anteuertit, l. 2. C. qui teſtam. facere non poſſ.*

n *c. non dicatis, 12. q. 2. c. 2. de teſtam. qui ingrediuntur monaſteriū & ſe ſua Deo & monaſterio dedicant, ideo de his teſtari nequeunt, can. 7. quia ingredientibus, 19. q. 3. authen. ingreſſi, de epiſco. & cleric. cod.*

o *& ita, quia proprium habent, teſtantur, can. perlatum, § proximo, 19. q. 2.*

p *c. fin. de vſur. in Sexto.*

q *& ita deciſum ex cōcilio Agathenſi, c. 48. in can. epiſcopi de rebus, 19. 12. q. 1. quæ intelliguntur non tantum de fructibus non perceptis & pendentibus tempore mortis beneficiatorū, ſed etiam de aliis perceptis, de quibus beneficiati nequeunt teſtari aut libere diſponere, can. quia nos admonet, de teſtam. ſic clerici in vltima voluntate, nihil poſſunt de rebus eccleſiæ mobilibus dare, niſi forſan conſuetudo talis ſit quædam modica, non aliter, c. ad hæc, c. relatum, de teſtament.*

r *clericus beneficiatus de fructibus ab eccleſia perceptis eleemoſynæ cauſa donare poteſt moderate, c. cæterum, de donatio. c. ad hæc, de teſtam. teſtari autem non poteſt, c. cum in officiis, eodem ti. de teſta. vide gloſſam ad c. præſenti, 9. ad verbum* reſeruari, *de offic. ordinar. & quæ nos diximus alibi ſupra in donationum titulo 19. c. 2.*

s *dicto c. præſenti, §. porro, de offic. ordina. in Sex. Ioannes etiam 22. in extrauag. poſtulaſti, 10. §. fi. de præb. in extrauag. commun. refert quoſdam imperitos pro ſolutione decimarum, ſe excuſare, quod licet per multos mēſes poſſediſſent beneficia ſeu eccleſias, nihil tamen percepiſſent ex his, quod iuxta conſuetudinem patriæ prædeceſſores eorum teſtati fuiſſent de bonis illarū. Permiſſum etiam fuit ex priuilegio curialibus ſeu curiam Romanam ſequentibus, archiepiſcopis, epiſcopis, cardinalibus, beneficiatis, & aliis curialibus laicatis vel eccleſiaſticæ qualitatis, diſponere teſtamento, de palatiis, domibus, caſalibus, ædificiis vrbanis, aut ruſticis, cenſibus, nummis immobilibus, iuribus, quæ emerint in vrbe Roma, vel extra prope ad decem miliaria, & ſi de his teſtati non fuerint, permittitur ſucceſſoribus eorum ab inteſtato bona capere, quod conceſſit Pius 4. conſtitutione 4. incipiente,* & ſi vniuerſis. *firmauit Paulus 2. conſtitutione 7.* licet. *Leo 10. conſtitutio 13.*

inter, *Pius 4.conſtitutio.* 31. Romanus. *In Bullario Cherubini. Reſtricta autem fuit hæc poteſtas per Pium 5.conſtitut.*120. *incip.* quæ ordini, *ubi reuocatio ſit facultatum teſtandi, & quouis modo diſponendi de acquiſitis ex bonis eccleſiaſticis, & de aliis rebus etiam proprio labore partis ad commodum illegitimorum etiam legitimatarum perſonarum, eccleſiaſticarum, non tamen ſi in fauorem hoſpitaliorum orphanorum & expoſitorum puerorũ relinquatur, atq; ibidem fit abrogatio poteſtatis datæ illegitimis ſuccedendi, in illis prædictis bonis ab inteſtato & ex teſtamẽto, &c. annullanturq; contrariæ diſpoſitiones, & legitimandi quoq; ad effectum ſuccedendi ademta ibi facultas. Declarauit & ſanciuit idipſum Pius 5.cõſtitutio.*152. *incipiente*, ad Romanum. *Reuocauit & has poteſtates teſtandi & ſuccedendi datas curialibus idem Pius 5.conſtitutio.*31.*incip.* Romanus Pontifex, *& eadem bona addixit cameræ eccleſiæ Romanæ, excipit tamen curialis & quibus ex priuilegio ius teſtandi & diſponendi datum ſit. Clemens 7 conſtitutio.*12.*incip.* conuenit æquitati, *poſtquam conceſſit capellanis auditorum rotæ poteſtatem tenendi quatuor beneficia incompatibilia, ſine alia diſpenſatione dedit quoq; eis poteſtatem diſponendi de acquiſitis ex beneficiis vbicumq; eſſent. At Paulus 3.conſtitutio. 3. incipiente* Romanus Pontifex *ſtatuit, ne prælati & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ non habentes teſtandi a ſede apoſtolica poteſtatem, vltra* 10.*partem bonorum poſſent etiã locis piis relinquere, aut iure legati concedere. Iulius vero 3. conſtitutione 3. incip.* cupientes, *priuilegium dedit curialibus, epiſcopis, archiepiſcopis, & aliis cuiuſcumq; ſtatus & ordinis & regularibus, & aliis eccleſiaſticis, diſponendi de omnibus bonis quæſitis ex fructibus beneficiorum quorumcumq; regularium, ſecularium, dignitatum vel ordinum per teſtamentum, donationem, legata, fideicommiſſa & aliam quamcumque diſpoſitionem in fauorem quarumcũque perſonarum etiã extraneorũ & filiorũ ſuorum illegitimorum, vtq; & ab inteſtato proximi ſuccedere poſſent, excluſa camera eccleſiæ, quæ illis non exſtantibus capit eorum ſpolia. Confirmata & illa conſtitutio per Paulum 4.conſtitutio.*41.*incip.* iuxta ordinem *ſecundum ordinem ſeruatum in Bullario ſummorum Pontificum edito per Laertium Cherubinum de Nurſia. Cæterum idem Iulius 3. conſtitutio 9. incip.* cũ ſicut *die 26. Iunii anno* 1550. *beneficiorum fructus tempore mortis beneficiatorum non exactos, ad ſucceſſores beneficiorum pertinere ſtatuit, & vt ornamentum Cardinalis defuncti eius hæredes capellæ apoſtolicæ ſoluere teneantur. Facta & prohibitio diſponendi in vltimis voluntatibus de reditibus eccleſiaſticis abſq; licentia ſedis apoſtolicæ per Pium 4. conſtitutio.* 1. graue nobis, *in dicto Bullario.*

t *can. apoſtolicæ, 8. q. 1. c. præſentium, c. conquerẽte ex tranſmiſſa, de filiis presbyteror. c. ad hoc, de decimis. c. ad decorem, de inſtitutio. c. conſuluit, de iure patrona. tũ quia beneficia viuentium promitti non poſſunt, cap. 1. 2. de conceſſio. præbend. cum ſimil. Tum etiam quod beneficiarius cenſeatur vſuarius vel ad ſummum vſufructuarius dict. cap. præſenti, de offic. ordina. in Sex. cum ſimil. alibi a nobis ſæpe citatis. Et proinde de ſubſtantia vel proprietate rei nihil imminuere debet, iuxta finitio. leg. 1. de vſufruct.*

## Caput V.

*Teſtandi modus.*

IVs ciuile, in ſolemnibus teſtamentis quaſdam iubet neceſſario ſequi ſolemnitates vt ſcripturam, ſeptem teſtium rogatorum præſentiam, eorum ſigilla, & alia quædam, *a* in teſtamento vero nuncupatiuo, iubet adhiberi, vt communiter ſeptem etiam teſtes rogatos, coram quibus voluntatem ſuam pronuntiet moriturus, *b* iure tamen ſpeciali ſecundum locorum conſuetudinem teſtamẽta facta rata ſunt. *c* Iure hoc pontificio, valet teſtamentum factum coram preſbytero parochiæ, & duobus teſtibus, *d* & ad pias etiam cauſas cum duobus teſtibus. *e* In omnibus autem illud ſeruandum, ne contra leges ſeu canones diſponatur, nihil enim hoc modo ageretur. *f* Militare porro teſtamentum, ex legibus ciuilibus liberam conſequitur facultatem, ſine ſolemnitate, a quibus & dicere eius formam licet. *g*

### Scholia.

a *l. iubemus, & l. hac conſultiſſima, 21. c. de teſta. vide quæ diximus de teſtamento ſolemni, in lib. 42. Syntag. c. 4.*

b *dicta l. iubemus, & l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, C. de teſta. l. hæredes palam, eo. tit. P. Vide quæ dixi de teſtamento nuncupatiuo, lib. 42. Synt. tit. 5. dixi vero communiter, eo quod ex quibuſdam cauſis, vel plures, vel pauciores interuenire poſſunt. Nam in teſtamento cæci, ſunt neceſſarii iure ciuili Romano 8. teſtes ſubſcripti, ſi tabularius ſeu notarius non adſit, l. hac conſultiſſima. 8. C. qui teſtament. facer. non poſſ. in teſtamento ruſtici, ſufficiunt quinq; l. ſi. C. de teſta. & tempore contagionis peſtis, totidem, l. caſus maioris, 8. C. de teſta. in teſtamento inter liberos, quinq; l. hac conſultiſſima, §. ſi. de teſta. C. in teſtamento militis, duo, ſi in exercitu & in procinctu ſit, l. milites, C. de militari teſta. quia quamuis militibus remittantur teſtamenti condendi iuris ſolemnitates, tamen oportet probationem fieri, quod ita diſpoſuerint: probatio autem non fit per vnum teſtem ſed ſaltem duo requiruntur. l. vbi numerus, de teſtib. P. cum ſimil. Statuit & Leo Imperator nouella 41. vt in ciuitatibus quinq;, in itineribus vero & agris, tres ad teſtamentorum fidem ſufficiant. Sufficiebant & per legem 12. tabularum in teſtamento quod fiebat per æs & libram, per emancipationem, & imaginariam venditionem quinq; teſtes, adhibito libripende, §. 1. de teſta. ordinan. viſum quoq; quinq; ſufficere in codicillis condendis, l. fin. C. de codicill. vt & ibi in omni alia vltima voluntate. Sed & coram principe etiam ſolo, teſtamentum factum, obtinet perinde vim ac ſi omnes fuiſſent adhibitæ ſolemnitates, leg. omnium, C. de teſtam. Statuit & Leo Imperator conſtitutio. 42. vt ſufficiens numerus teſtium teſtamentum ratum faciat, tametſi illud neq; illorũ ſubſcriptiones, neq; ſignacula habeat; & in nouella 43. vt per ſcribendi ignaros teſtamenta etiam confirmentur, abrogato eo quod antea cautum erat, vt literati teſtes pro illiteratis ſubſcriptionem interponerẽt, l. fin. §. ſin autem duo, C. de teſta. Suſtulit & idem Leo antiquam ſolemnitatem nouella. 44. tit. a quibus teſtamenta obſignari oportet; per quam olim a magiſtro cenſus, vt poſtea a quæſtore, teſtamenta obſignari debebant, l. 23. C. de teſta. vide & nouellam Iuſti. 44. c. 1. §. 4. leg. 17. §. 2. de ſacroſanct. eccleſ.*

c *l. ſi non ſpeciali, 9. C. de teſtam.*

d *c. cum eſſes, 10. de teſt. ibi Panor. ait hoc verum eſſe in foro animæ & in diſpoſitis ad pias cauſas, ſi tamen ſuſpicio fraudis ſit requiri alias ſolemnitates iuris ciuilis. Verum melius dicemus, illud locũ habere in terris eccleſiæ, vt & c. relatum, 11. de teſta. Sicq; Guido Papæus deciſ. 543. ait extra terras eccleſiæ, dictũ c. cum eſſes, non habere locum, niſi in maxima infirmitate, in qua immediate mors ſequatur, non autem ſi de ea poſtea conualuerit teſtator, & per annũ vixerit, exemplo militaris teſtamẽti, quod non valet niſi duobus concurrẽtibus, nempe quod in militia fiat, & quod teſtator in conflictu moriatur. l. milites, C. de teſtam. milit. nec valet vltra annum, l. ex teſtamento, C. de teſta. milit. l. quod dicitur, l. teſtamenta, de milita. teſta. P.*

e *c. relatum, 11. de teſta.*

f *c. requiſiſti, 15. de teſtam. in teſtamenti diſpoſitione & exſecutione, conſuetudo terrarum vel ciuitatum præualet etiam iuri ſcripto, capit. Raynutius, de teſta.*

g *In d. l. milites C. de teſtam. mili. & toto titul de militari teſtamento; vide quæ paulo ante dixi in litera* b, *& litera* d. A

## Capvt. VI.

*De quibus rebus quis teſtari poſſit.*

IVre ciuili, teſtator non ſolum ſuam rem, ſed etiam alterius legare poteſt, quam hæres emere ſeu redimere a domino tenetur ſi poſſit: ſin minus æſtimationem legatario dare. *a* At ius pontificium rei alienæ legatum reſpuit. *b* B Licet autem clerici, de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut proprio artificio, ſunt adepti, aut dono conſanguineorum aut amicorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, peruenerũt ad ipſos, libere diſponere valeant; de his tamen quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure facere poſſunt teſtamentum. *c* Teſtator habens filios aut filias, non poteſt eos C in teſtamento priuare legitima ſine cauſa, *d* vel eos in ea de illa reſtituenda grauare; *e* pupillariter tamen in ea, vt in aliis illorum bonis, ipſis ſubſtituere poteſt. *f* Eccleſia etiam nec ipſas morientium hæreditates recipit relictas, ſi omnino filii non inſtituantur. *g*

### Scholia.

a *ſi modo teſtator ſciens rem alienam, eam legauerit, non aliter niſi coniunctæ perſonæ leget, §. non ſolum, §. quod autem de lega. apud Iuſtinia. leg. eum alienam, C. eo. tit.* D

b *l. filius, 5. de teſta. P.*

c *in c. quia nos, 9. vbi hæc verba, c. relatum, 12. §. ceterum, c. requiſiſti, §. illud, de teſtamen. c. 1. & 2. 12. q. 3. ca. epiſcopi, 12. q. 1. & per totam q. 2. & can. nulli, & ca. ſequent. 12. q. 5. & hoc de iure, quid autem ex priuilegio & conſuetudine dicendum ſit, vide quæ paulo ante ſupra diximus qui teſtari & de quibus poſſint, litera* s. E

d *filius non poteſt exhæredari ſine cauſa in teſtamento patris, auth. non licet. & authen. ex cauſa, de liber. prætori. (. nouella 11. vt cum de appella. cognoſc. c. 2. & 3. l. ſi quis ſuo teſtamento, 33. de inoffic. teſta. lib. 3. C. tit. 28. ponuntur autem iuſtæ exhæredationis cauſæ a Iuſtinia. d. c. 3. §. aliud quoque capitulum & ſequentib. §§. vt cum de appella. cognoſc.*

e *omne grauamen & onus ſubmouendum a legitima, l. quoniam in prioribus, 32. l. ſcimus, 36. de inofficio. teſta. C. nouella 18. c. 1. nouella 22. c. 48. nouella 39. c. 1.*

f *nam in ſubſtitutione pupillari ſubſtitutus ſit hæres pupilli, perinde ac ſi ipſe pupillus teſtatus fuiſſet, & teſtamentum filii in eo dicitur, quamdiu impubes eſt, l. 2. l. patris & filii, de vulgari. P. leg. Papinianus, §. ſed nec impuberis, de inoffic. teſta. P. §. 1. §. igitur, de pupillari ſubſtitut. apud Iuſtinia. ca. 1. §. fi. de teſtament. in Sex.*

g *ca. ſi quis iraſcitur, 8. 13. q. 2. quare ſi hoc contingat filiis, vel partem vel totam hæreditatem reſtituit, ca. fi. 17. q. 4. Si tamen legitima pars relicta ſit filiis, totum reliquum relinqui poteſt eccleſiis, ca. ſunt qui opes, 17. q. 4. vt & aliis, §. aliud quoque capitulũ, vt cum de appella. cogno. in authen.*

## Cap. VII.

1 *Effectus voluntatis vltimæ.*
2 *De quartis ſeu portionibus hæreditariis.*
3 *De exſecutoribus voluntatis.*
4 *De portione debita ex mortuariis eccleſiæ parochiali.*

VLtimæ hominum voluntates, quæ a iure non reprobentur, *a* omni ſtudio conſeruandæ ſunt; *b* & quod quiſque moriens etiam nudis verbis dari fierive iuſſerit. *c* Quare ſi hæredes iuſſa teſtatoris non impleuerint, iuſſi implere, intra annum, *d* omnis res quæ eis relicta eſt, ab epiſcopo illius loci interdici debet cum fructibus & omnibus emolumentis; vt vota defuncti adimpleantur, *e* poteſt & ad id faciendum diœceſanus epiſcopus, *f* nedum vero hæredes, ſed & qui exſecutores voluntatis defuncti erunt, poſt mandatum ſuſceptum, compellere. *g* Pari modo inſtitutus grauatus de reſtituenda hæreditate, 1



ſi ſine liberis vel alio modo decederet, adueniente conditione, compellitur reſtituere. *h* A

2 Verum ſi is ſit filius teſtatoris, partem ſibi debitam, iure naturæ retinet tanquam filius, & tanquam extraneus Trebellianicam quartam. Quod ſi filius non ſit, Trebellianicam tantum. *i* Cæterum quartarum harum deductio in fideicommiſſariis ſubſtitutionibus, non in directis locum habet. *k* B

3 Volũtatis porro defuncti propriæ exſecutor hæres eſt; *l* poteſt tamẽ & alius a teſtatore dari vnus, & plures, quorumque vno mortuo vel exſequi nolente, alius vel reliqui exſequi poſſunt. *m* Clauſtrales tamen monachi, non poſſunt eſſe vltimarum exſecutores abſque licentia petita & obtenta ſuperiorum. *n* Sequetur autem exſecutor etiam in legatis piis, voluntatem teſtatoris, *o* & iuris ordinem. C

4 Atque pro cereis, ornamentis, fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, anniuerſario, vigeſimo trigeſimoque die, ſeu aliis ad perpetuum cultum diuinum eccleſiis reliquiſque piis locis, quæ legata erunt, dummodo id non fiat in fraudem epiſcopi, aut eccleſiæ parochialis, canonica porro eccleſiæ parrochiali vel epiſcopo non debetur. *p* Quemadmodum non fit eius portionis deductio de equis & armis D fauore terræ ſanctæ, remanentibus penes milites Hieroſolymitanos, apud quorum eccleſias electa fuerit ſepultura. *q* Alioquin ex relictis piis eccleſiis, monaſteriis, epiſcopo vel parochiali eccleſiæ portio debetur, *r* quæ ſecundum diuerſas locorum conſuetudines erit præſtanda. *s*

### Scholia.

a *§. his igitur, de hæredib. & Falci. in nouell. l. 27. de conditio inſtitutio. improbæ voluntates & quæ contra ius ſunt, implendæ non ſunt. l. ſi quis inquilinos, de lega. 1. l. nemo poteſt, de lega. 1. vt ſi quis iubeat iactari corpus ſuum in mare, l. quidam ſuo, de conditio. & demonſtra. P.* E

b *ca. vltima voluntas, 4. 13. q. 2. ca. admonere, 16. q. 1. §. 1. de hæredi. & Falci. in nouel. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. intereſt reipub. ſuprema hominum iudicia ſortiri effectum, l. vel negare, quemad. teſta. aperian. P. & quẽadmodum in publicis nihil grauius lege, ſic in priuatis firmiſſimum eſt teſtamentum, vt ait Cicero Philip. 3. quare in vna teſtamentorum vi atque auctoritate, Graciæ populi alioquin inter ſe moribus diſſidentes, & inſtitutis, conuenerunt, vt ait Iſocrates in Æginetico. Et hinc eſt quod ex iuriſgentium fontibus originem habuiſſe teſtamentum dicit Theophilus, in paraphraſi inſtitutio. in tit. de teſtamentis.*

c *in c. indicante, 4. de teſta. nudis quippe verbis legatum etiam factum, valet, l. fi. C. de lega. vt & per verba nuda quis obligatur, c. 1. de pact. l. vnic. C. de ſuffrag. can. quacunque, can. iuramenti, 22. q. 5.*

d *in c. 3. de teſta. & aliis bona deferuntur negligentis, quibus autem traditur in c. 1. §. his igitur, de hæredib. & Falci. nouel. 1. auth. hoc amplius, C. de fideicom. libr. 6. tit. 32. §. ſi quis ædificatione, de eccleſiaſticis tit. in nouel.*

e *c. ſi hæredes, de teſta. antiquitus tamen hæres non implens voluntatem teſtatoris, priuabatur omni ſucceſſione, ca. Sylueſter, 11. q. 1. l. fi. C. de fideicom. vt & in c. licet, de voto. Hodie iure ciuili diſtinguitur inter hæredes, vt filius hæres non implens contumax poſt annum voluntatem patris, non omnino priuetur, nempe non priuetur portione iure naturæ debita, aliis contra; extranei omnino, ſi inſtituantur. §. 1. de hæred. & Falcid. in nouel. dict. auth. hoc amplius, C. de fidei. l. 25. C. de lega.*

f *c. nos quidem, 3. & c. ſi hæredes, 6. de teſtamentis. quando de piis legatis implendis agitur, l. nulli, C. de epiſco. & cleric. & ita principali & pontificali auctoritate, poteſt compelli hæres ad implendam voluntatem defuncti piam, l. hæreditas, § ſi defuncto de petitio. hæred. Pand. quod & locum habet, quamuis teſtator vel donator interdixerit*

*epiſcopo, vel eius œconomo eius rei diſpen-* A
*ſationem ſeu curam, auth. licet, C. de epi-*
*ſco. & cler. c. 11. nouellæ 131. §. ſi quis ædifi-*
*cationem, de eccleſiaſtic. tit.*

g *cap. Ioannes, 19. de teſtamen. c. tua nobis,*
*17. de eo. tit. ante mandatum viro ſuſce-*
*ptum, cogi non poſſunt. Mandatum enim*
*ſuſcipere nemo cogitur, cum tamen ſuſce-*
*ptum implere cogatur, l. in commodato, §.*
*ſicut commoda. l. ſi quis alicui, §. qui man-*
*datum, manda. P. l. inuitus, C. de procu-* B
*ratorib l. 3. §. 1. de arbitr. P.*

h *c. Raynutius, 16. & c. Raynaldus, 18. de*
*teſtam. Grauatus de reſtituenda hæredi-*
*tate, cogitur adire & reſtituere, l. nam*
*quod, 4. §. fin. ad ſenatuſconſ. Trebellia.*
*lib. 36. P. tit. 1. l. ſi eius, l. ſi poſtulante, eo.*
*tit. Rogatur autem non tantum hæres, ſed*
*etiam ſucceſſor eius qui reſtituit, ſiue Pe-*
*gaſianum ſiue Trebellianum ſenatuſcon-*
*ſultum ſpectemus, l. quamuis, l. poſtulante,* C
*ad ſenatuſc. Trebel.*

i *dictis cc. Raynutius, & Raynaldus, de te-*
*ſtament. vbi filius qui habet quartam par-*
*tem ſeu legitimam in bonis patris, matris,*
*aui, auiæ, in illa grauari non poteſt, & ideo*
*ſi fuerit ab illis inſtitutus & grauatus de*
*reſtituenda hæreditate, puta ſi ſine liberis*
*decederet, vel alio modo, detrahet vel hæ-*
*res eius duas quartas ſeu portiones ex illis*
*bonis reſtituendis, vnam tanquam filius,* D
*nempe legitimam iure naturæ debitam*
*portionem; aliam nempe Trebellianicam,*
*tanquam ſi eſſet hæres extraneus inſtitu-*
*tus, in quam computantur fructus poſt li-*
*tis conteſtationem percepti. Additur & in*
*c. Raynaldus, filium qui eas quartas detra-*
*hit, poſſe libere diſponere de illis, & hære-*
*dem in illis inſtituere, legataque de his fa-*
*cere. Pro quorum capitum & ſimilium e-*
*lucidatione notabit tyro iuris, hæreditates* E
*pati poſſe tres deductiones portionum, non*
*obſtante voluntate defuncti, de reſtituen-*
*do vel dando. Prior deductio fit a filio hæ-*
*rede inſtituto, quæ variis nominibus dici-*
*tur in iure aliquando legitima, vt in dictis*
*cc. aliquando, ſed improprie, Falcidia, vt in*
*l. quiſquis, §. ad filias, ad leg. Iul. maieſta.*
*Cod. authen. vnde & ſi parens, C. de inoffi-*
*cio. teſta. eo quod in plebiſcito, cuius au-*
*ctor fuit C. Falcidius, Tribunus plebis, ſub*
*Auguſto, & de quo meminit Euſebius in*
*Chronicis, & Dion lib. 48. caput fuit quo-*
*que appoſitum, vt quarta pars filiis relin-*
*queretur, quemadmodum & hæredibus,*
*quorum hæreditas eis relicta fuiſſet ex-*
*hauſta legatis, factis a teſtatore ſupra do-*
*drantem. Correxit tamen Iuſtinianus poſt-*
*ea eam quartam ſeu legitimam debitam*
*liberis, & voluit eſſe trientem nouella 18.*
*vbi vocat illud plebiſcitum legem anti-*
*quam, & ita ſe intelligere illius Falcidiam*
*pro quarta legitimæ docetur ex nouella*
*92. Dicitur & aliquando debitum bono-*
*rum ſubſidium, vt l. 5. C. de inofficio. dona-*
*tio. aliquando debita portio. vt l. 8. §. vnde,*
*C. de inofficio. teſtam. aliquando ſimplici-*
*ter debitum, vt in principio nouellæ 18. &*
*portio legitima. l. humanitatis, C. de im-*
*pub. l. quæ nuper, l. ſi quis, C. de inoffic. teſta.*
*Et quota pars eius portionis, quæ debetur*
*filio ex bonis patris, ſi is ab inteſtato more-*
*retur; non autem quota pars hæreditatis, l.*
*2. §. ſi quartæ. famil. erciſc. P. l. cum quæri-*
*tur, C. de inofficio. teſtam. Relatio autem*
*fit quotæ debitæ ad portionem, quam habi-*
*turus eſſet ab inteſtato filius per Iuſtinia.*
*nouella 18. de triente & ſemiſſe, vt ſi qua-*
*tuor ſint liberi vel pauciores, pro legitima*
*portione inter eos diuidenda ſit triens, id*
*eſt, quatuor unciæ ex 12. quæ conti-*
*nent vniuerſa bona defuncti patris,*
*& quæ bona æqualiter fuiſſent di-*
*uidenda inter liberos, ſi pater non fuiſ-*
*ſet teſtatus; quod ſi ſex aut plures fue-*
*rint relicti filii, ſemis, id eſt, media pars to-*
*torum bonorum pro illa portione ſit, c. 1. §.*
*hæc nos mouerunt, nouellæ 8. Sicque paren-*
*tes, dum teſtantur, tenentur velint nolint,*
*trientem vel ſemiſſem pro modo numeri li-*
*berorum, filiis non ingratis relinquere iu-*
*re legitimæ portionis, conceſſis reliquis bo-*
*nis*



*nis liberæ illorum diſpoſitioni, §. 1. eiuſd.* A
*nouellæ 8. Auth. nouiſſima, de inoffic. te-*
*ſtam. §. fi. §. illud quoque, ſeu c. 48. de nu-*
*ptiis. nouella 22. §. quamobrem, ſeu ca. 1.*
*nouellæ 39. de reſtitutio. & ea quæ parit in*
*vndecimo menſe. Porro hæc liberorum por-*
*tio legitima dicitur, quia a legibus ſit in-*
*troducta, & ita etiam ex legibus deberi di-*
*citur l. 6. §. ſin autem, de ſecund. nupt. C. eo*
*quod leges quantitatem & modum eius*
*diffinierunt, l. ſancimus, §. cum autem, de* B
*inoffic. teſta. & iubent parentibus volenti-*
*bus alios inſtituere, vt ſaltem non ingratis*
*hanc portionem relinquant, l. ſi totas, C. de*
*inofficioſ. donatio. l. parentibus, C. de inof-*
*ficio. teſtam. §. aliud quoque capitulum,*
*vt cum de appella. cognoſcit. idque ſine o-*
*nere, aut detractione vlla vſufructus in*
*proprietate & vſufructu, l. omnino, C. de*
*inofficio. teſta. vide quæ nos tractamus de*
*legitima libr. 44. Syntagm. iur. ca 5. Tre-* C
*bellianica originem habuit a ſenatuſcon-*
*ſulto facto temporibus Neronis Anneo Se-*
*neca, & Trebellio Maximo conſulibus, l.*
*1. ad ſenatuſconſ. Trebellia. P. §. ergo ſi-*
*quidem, de fideicommiſſ. hæreditatib. lib.*
*2. titul. 23. vbi ſi quis plus quam dodran-*
*tem (id eſt, plus quam nouem vncias ex 12.*
*quæ faciunt totam hæreditatem) ex hære-*
*ditate ſcriptus hæres rogatus fuiſſet reſti-*
*tuere, reſtituebatur hæreditas ex ſenatuſ-* D
*conſulto Trebelliano, in vtrumque tamen*
*hæredem & reſtituentem & eum, cui re-*
*ſtitutio fiebat, dabantur actiones pro parte*
*rata, in hæredem quidem reſtituentem iu-*
*re ciuili; in eum vero, cui reſtituebatur hæ-*
*reditas ex ſenatuſconſulto Trebelliano,*
*tanquam in hæredem; at ſi plus quam do-*
*drantem hæreditatis, vel etiam totam hæ-*
*res reſtituere rogatus eſſet, locus erat ſena-*
*tuſconſulto Pegaſiano, quod induxit dedu-* E
*ctionem quartæ partis hæreditatis, nempe*
*trium vnciarum ex 12. a Trebelliano ſe-*
*natuſconſulto omiſſam. Confudit autem*
*Iuſtinianus vtriuſque ſenatuſconſulti ap-*
*pellationem, & nomen Trebellianicæ et-*
*iam huic parti quartæ indidit, quamuis*
*ex Pegaſiano fuiſſet ſenatuſconſulto indu-*
*cta, correctis quibuſdam, quæ a ſenatuſ.*
*Pegaſiano erant introducta, & aliis reten-*
*tis, quæ conſtituerat Trebellianum ſenatuſ-*
*conſ. Detrahitur hæc quarta ex vniuerſa*
*hæreditate defuncti, ſit tamen computatio*
*quartæ comprehenſis legatis, donationibus,*
*& aliis, quæ hæres ipſe a teſtatore percepit,*
*l. in quartam, ad leg. Falci. vide quæ dixi-*
*mus de Trebellianica quarta in 42. Synt.*
*iur. ca. 31. Inuenitur & alia quarta hæ-*
*reditatis detractio in iure, quæ Falcidia*
*dicitur, per quam modus eſt impoſitus le-*
*gatis, & cautum, ne cui plus liceat legare*
*ex hæreditate, quam dodrantem; & ſi plus*
*legatum ſit, liceat hæredi inſtituto retinere*
*ſeu defalcare aut deducere ex omnibus le-*
*gatis, quatenus ſibi quarta pars relinqua-*
*tur, §. 1. de lege Falci. apud Iuſtinia toto tit.*
*ad leg. Falc. in P. & C. vide quæ diximus*
*de falcidia, lib. 43. Syntag. iur. c. 34.*

k *c. 3. de teſta. in Sext.*

l *c. Raynutius, de teſtam. adeundo enim hæ-*
*reditatem, hæres obligare ſe videtur ad ſa-*
*tisfaciendum voluntati defuncti, quam a-*
*gnouit, §. hæres quoq; de obligatio. quæ ex*
*quaſ. contra. naſcuntur. l. 1. & 2. C. de iure*
*delibera. cum ſimil.*

m *cap. final. §. final. de teſtament. in Sex. &*
*ibi gloſſ. adfert rationes & diſtinctiones.*

n *d. c. fi. & c. 1. de teſta. in Sex.*

o *d. c. fi. §. fi. de teſtam. in Sex. ibi niſi aliud*
*teſtator expreſſerit. voluntas enim teſtato-*
*ris primum locum tenet, l. in conditioni-*
*bus, 19. de conditio. & demonſtra. l. in le-*
*gatis, C. de lega. cum ſimilib.*

p *cap. de his, 20. de teſtament. cap. ex parte,*
*de verbor. ſignif.*

q *c. in noſtra, 10. de ſepultur.*

r *c. officii, 14. de teſta. dicto c. in noſtra, &*
*cap. cum ſuper, 8. de ſepultur.*

s *cap. requiſiſti, 15. de teſtamen. cap. certifi-*
*cari, 9. de ſepultur. vbi videnda gloſſ. adhi-*
*benda & voluntas teſtatoris, ſi prohibeat*
*deduci, iuxta d. c. officii, de teſta.*

## DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

### TIT. XXIII.

### CAPVT I.

*Continuatio, & de ſucceſſione clerici.*

A TEſtamento non exſiſtente, vel eo inutili, ſucceditur defuncto ab inteſtato, per proximiores ſanguine coniunctos. *a* At in clericis, preſbyter, qui nihil habuerit tempore promotionis ad eccleſiaſticum ordinem, quæſita ex eccleſiæ fructibus, vel occaſione eccleſiæ, tenetur eccleſiæ relinquere; *b* ſi tamen aliunde acquiſierit, conſanguineis relinquuntur.* *c* Beneficia autem & alia bona eccleſiaſtica, nullo iure conſanguinitatis ad proximos deferuntur. *d* Et hæc de ſucceſſione inteſtati quod pertinet ad ius pontificium ſufficiant, reliqua poterunt de aliorum ſucceſſione ex iure ciuili mutuari. *e*

### SCHOLIA.

a *c.1. de ſucceſſione ab inteſta. lib.3. tit. 27.*

b *c.1.2.3.4. de peculio clericor. lib.3. tit.26. c. quia nos, c. requiſiſti, de teſta. ca. fina. 12. q.4. c.1. de ſucceſſio. ab inteſta. quia præſumuntur de rebus eccleſiæ quæſita, ca.1. 12. q.1. vt dicitur de emtis a muliere tempore matrimonii, quæ præſumuntur ex bonis mariti quæſita, l. etiam, C. de donatio. inter vir. & vxor. l. Quintus Mutius, eo. ti. P.* B *Contra hanc præſumtionem tamen admittitur probatio, can. ſint manifeſtæ, 12. q.1. can.1. & 2. 12. q.4.*

c *ca.1. 12 q.4.*

d *c.1. de præbend. lib.3. tit.5. ca. apoſtolica, 8. q.1. cap. præſentium, c. conquerente, c. ex tranſmiſſa, de filiis presbyter.*

e *vide quæ nos diximus in Syntag. iur. lib. 44. & 45.*

C

Finis libri tertii.

# INSTITVTIONVM IVRIS PONTIFICII LIBER QVARTVS.

## DE CRIMINIBVS IN GENERE.

### TITVLVS PRIMVS.

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Diſpoſitio futuræ tractationis.*

1 POST tractationem obligationum, quę ex conuentionibus & conſenſu expreſſo vel tacito obligatorum naſcuntur, dicēdum eſt de obligationibus ex delicto vel quaſi ortis, ſeu de delictis & pœnis illorum; maxime in quantum exigit ius pontificium, habita ratione perſonarum & actionum eccleſiaſticarum. de reliquis enim, quæ inter laicos conſiderantur alibi fuſiſſime ex iure ciuili diſputatum eſt. *a*

D Methodi autem facilioris gratia, & vt memoriæ conſulamus promtiori, totam futuram tractationem ſic paucis concludemus. 2 Clerici, aut delinquunt, aut quaſi delinquunt pœnamque merentur, aut in ordinibus ſuſcipiēdis, aut poſt ordines ſuſceptos; In ordinibus ſuſcipiendis peccāt, vel quia ipſi ex ſua perſona non ſunt idonei ad ſuſcipiendum, *b* vel quia a perſona accipiunt ad conferendum non idonea; E *c* vel quia non bene ordinantur. *d* Poſt ordines vero ſuſceptos delinquunt, vel in cura & ſolicitudine accepti ordinis & miniſterii; *e* vel in omiſſione officii iniuncti ordini;



ordini, vel indigne & cum abuſu illud exercendo, *f* aut in poſſeſſione, cura & cauſa beneficiorum eccleſiaſticorum; *g* vel peccant extra conſiderationem ipſius miniſterii, in modo viuendi profano, *h* aut criminoſo, *i* de quibus dicemus Deo iuuante ordine adiiciendo pœnas canonicas; exponentes pariter, quando etiam ad laicos pertinere poſſint.

### SCHOLIA.

a *nos tractamus de criminibus ſingulariter in Syntagma. iuris vniuerſ. lib. 33. & 34. & ſequentib. libris vſq; ad 40. & de pœnis in genere & ſpecie lib. 31. & 32. de accuſationibus & earum formulis.*

b *de his tractabimus tit. 2.*

c *de quib. agetur tit. 3.*

d *de quib. tit. 4.*

e *de quib. tit. 5.*

f *de quib. tit. 6.*

g *de quib. tit. 7.*

h *de quib. tit. 8.*

i *de quib. a tit. 9. vſque ad finem libri 4.*

## DE DELICTIS IN SVSCIPIENDIS ECCLESIASTICIS ordinibus, commiſſis.

### TIT. II.

### CAPVT I.

1 *De illegitimis non ordinandis aut beneficiandis.*
2 *Quare.*
3 *Niſi cum diſpenſatione.*
4 *Pœna illegitimi ordinati.*

1 LOcuti ſumus in primo libro harum Inſtitutionum, *a* de ſacris & eccleſiæ ordinibus, nunc admonebimus, quo pacto in his ſuſcipiendis peccetur. Ex parte ſuſcipientis primum itaque peccatur, ſi illegitime natus, id eſt, non natus ex matrimonio legitimo, ſe ad illos ſuſcipiendos ingerat. *b* Ius quippe prohibet illegitimos ad ordines promoueri, *c* aut ad beneficia eccleſiaſtica. *d*

A Intemperantes enim præſumuntur ex cauſa & vitio parentum filii ſpurii. *e* Atque inhoneſte & cum malo exemplo, in eccleſia Dei miniſtrarent. *f* 2

Niſi cum diſpenſatione vtrumque concedatur ſpuriis ob probos mores, vel religionem, vel auctoritatem ſuperioris, *g* qui in minoribus ordinibus & beneficio, quod non habet curam animarum, dicitur eſſe epiſcopus proprius, in aliis, ſummus Pontifex. *h* 3

B Et proinde illegitimus ſine diſpenſatione ordinatus, licet recipiat characterem, tamen non habet ordinum ſuſceptorum exſecutionem, donec fuerit ab eo delicto abſolutionem conſequutus. *i* Atque a beneficiis ad quæ indiſpenſatus fuerit promotus, remouetur. *k* 4

### SCHOLIA.

C a *lib.1. c.13.*

b *can. fin. 56. diſt. ibi*, Peccatum confeſſus es, *& poſtea*, ab huius peccati vinculo abſolutum, &c. *agit enim de epiſcopo, qui confeſſus eſt, ſe illegitime natum peccaſſe, acceptando epiſcopatum.*

c *c.1. & 2. 56. diſt. c.1. c. ad hæc. 12. de filiis presbyter. lib.1. tit.17. c. conſuluit, 5. de ſeruis non ord. li.1. ti.18. c. de inceſtis, 35. q.3.*

d *ca. cum in cunctis, de elect. ca.1. de filiis* D *presbyter.*

e *ca. ſi gens Anglorum, 56. diſt. facit l. quiſquis, §. filii, ad leg. Iul. maieſta. C.*

f *c. cum decorem, 15. de filiis presbyter.*

g *c.1. cum 4. ſequentibus, & c. niſi, & ſequentibus, 56. diſt. & fere per totum titulum de filiis presbyter.*

h *c.1. de filiis presbyter. in Sex.*

i *can. fina. & ibi Præpoſitus. 56. diſtin.*

k *c. conſtitutus, & c. ſi. de filiis presbyter. cum ſimilib. niſi poſtea cum ipſo* E *diſpenſetur a ſummo Pontifice, in c. 3. 4. 5. & gloſſ. ibidem, de filiis presbyter.*

### CAPVT II.

1 *De ordinatis ante ætatem legitimam pœnaq; ordinantis & ordinati.*

2 *Ætates ordinandorum.*

3 *Num ordinatus ante tempus ſuſpenſus ſit ipſo iure.*

PEccatur etiam *a* ab his, qui promouent ſcienter minores, ante ętatem ſtatutam ordinationi per iura. *b* Quocirca Epiſcopus, qui ita ante ætatem legitimam ordinauerit, ſuſpenditur a collatione ordinum: *c* is autem, qui præcociter & ante tempus ordinatus eſt, ſuſpenditur ab ordinis ſuſcepti exſecutione, donec ætatem requiſitã attigerit, idque in iniuriam conferentis, *d* & defectum ætatis, quæ repugnat ordini. *e* Meretur & aliam pœnam, qui ordinẽ ante ætatem ſuſcepit, ſi ex malitia fuerit mẽtitus ætatem maiorem, & ſic deceperit ordinantem. *f* Erat & in ſynodo ſexta ſtatutum, *g* vt ſi quis in aliquo ordine ſacerdotali, præter conſtituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

SCHOLIA.

a *c. vel non eſt compos ſui, 14. de temporib. ordinatio.*

b *Iura ſingulis ordinibus eccleſiaſticis conſtituerunt certam ætatem, antequam non debeant ad illos promoueri, vt 20. annos pro ſubdiaconatu. ca. de his, 28. diſtinctio. ca. in ſingulis, ca. quicunque, ca. ſubdiaconus, 77. diſtinct. 25. pro diaconatu, ca. placuit, ca. in ſingulis, ca. quicunque, 77. diſtin. viginti in monacha ordinanda, can. placuit, 40. q. 1. Ex iure nouo ſufficiunt 7. anni ad primam tonſuram, c. fi. de temporib. ordinatio. in Sex. 18. pro ſubdiaconatu, 20. pro diaconatu, 25. pro presbyteratu, c. fi. de ætate & qualitate ordinan. in Clemen. vbi gloſſa penultima exiſtimat, epiſcopum non poſſe in illa ætate diſpenſare; ſunt & aliæ diffinitæ ætates in aliis ordinibus, vide concilium Tridentinum ſeſſio. 23. de reforma. c. 12.*

c *d. c. vel non eſt, de temporib. ordina. vt in quo peccauit punietur, ſicut & in c. dilectus, 15. eo. ti. c. qui & humanis, ca. de viro, 12. q. 2. facit l. ſi fugitiuus, C. de ſeruis fugitiuis.*

d *d. c. vel non eſt ſimilis ſuſpenſio, in c. ex ratione, de ætate & qualitate ordinand. & quod ad iniuriam conferentiæ fiat quoque ſuſpenſio, ſimile dicitur in ca. 1. 71. diſtinctio. ca. decernimus, 16. q. 7.*

e *Hic animaduerte quoſdam exiſtimaſſe, ordinatos ante legitimam ætatem eſſe ſuſpenſos ab exſecutione ordinis ipſo iure, tamen communior eſt ſententia, non ipſo iure eſſe ſuſpenſos, ſed ſuſpendendos, & interdicendam eſſe exſecutionem ordinis ante legitimam ætatem; atque interdictione facta, ſi vtantur ordine, eſſe irregulares, non etiam, ſi ante legitimam ætatem ordinati non interdicti exerceant; vt ait Archidiaconus in Roſario, diſtinct. 77. Bernardus ad c. 1. de clerico per ſaltum promoto. Antonius Butrigarius, ad c. vel non eſt, de temporib. ordinatio. Paulus de Leazar & Franciſc. de Zambr. ad clementinam generalem, de ætat. & qualitate. Et Antonius archiepiſcopus Florentinus eius ſententiæ videtur eſſe, in 3. parte ſummæ maioris, tit. 28. c. 1. §. 1. de ſubdiaconatu, in fine. Hodie tamen ex extrauagante Pii ſecundi, quæ incipit, cum ad ſacrorum ordinem, dicitur, ſuſpenſus huiuſmodi ipſo iure, & celebrans ſeu exercens ordinem ante tempus efficitur irregularis, & poteſt priuari ipſo iure beneficiis, & a ſum. Pontifice ſolo abſoluitur. meminit & de illa extrauagante, ſumma Syluestrina in verbo, irregularitas, §. decimo quæritur, vbi & allegat regulas Innocentii, 8. & Alexand. 6. vide Bernar. Diaz in practica canonum, c. 22. Alioquin communis opinio, vt non ſit ipſo iure ſuſpenſus, probabilior mihi videretur, ex eo maxime, quod minor promotus ante tẽpus ſuſcipiat ordinis characterem, & diſpenſari poſſit ſuper ætate a ſummo pontifice, quod non fieret ſi minor ratione ætatis minoris eſſet omnino ordinis incapax. Conſtat & ante legitimam ætatem ordinatos ſponte, ſi ſuſceperint ordinem, qui cõtinentiæ votum habeat, debere continere, nec poſſe ab eo reſilire, vt neq; etiam coacti, ſi ante legitimam ætatem non reclamauerint, vt notat gloſ. ad cap. vnicum, ad verbum diſcretionis, de clerico per ſaltũ promoto lib. 5. ti. 29. Coacte tamen ordinatus non reciperet ordinis characterẽ, ideo poſſet matrimonio iungi, per c. maiores, §. fin. circa finem de baptiſm. Quod tamen non eſt ſine cõtrouerſia, quia Nicolaus de Milliis in ſuo repertorio, in verb.* clericus promotus, *refert ex Innocentio & Hoſt. ad c. pueri, de temp. ord. & ſecundum Compoſtellanum & Ioannem Andream, ad c. vnicum, de clerico per ſaltum promoto, & ex Archidiacono ad ca. pueri, 1. q. 1. quod promotus ante pubertatem inuitus, vt coactus poteſt contrahere matrimonium per dictam gl. ad c. vnic. de cler. per ſaltũ promot. & quod idem eſt, ſi nõ fuerit coactus, dum tamen infra pubertatem contradicat, vel ſtatim dum cœperit venire ad pubertatem, & quod illud ſtatim intelligitur intra triduum, aliter non auditur, licet gl. ad d. c. vnicũ, & ad d. c. pueri, aliter teneãt.*

f *argumento l. 2. ſi minor ſe maiorem dixerit, lib. 2. C. tit. 43. non ſi falſo errore ductus, l. fi. C. eo. ti. Poterit itaq; epiſcopus huic ex arbitrio pœnitentiã imponere; exemplo eius qui furtiue ordines ſuſcepit, c. 1. de eo qui furtiue ordines ſuſcep. lib. 5. ti. 30. Atq; iuxta poteſtatem datam epiſcopis abſoluẽdi irregularitatem etiam eius facti, cuius abſolutio reſeruata eſt ſummo Pontifici per concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 6. hic irregularis poterit abſolui ab epiſcopo; & is qui mẽtitus eſt ætatem epiſcopo & ita ordinatus fuit.*

g *in 6. Synodo, c. 15. & in ca. ſubdiaconus, 4. §. 1. 77. di.*

CAPVT III.

1 *De ſeruo ordinato.*

2 *Aut originariis & libertis.*

3 *Pœna eorum ordinatorũ & ordinantium.*

1 NOn ſunt ordinandi ſerui ſine conſenſu dominorum, & priuſquam ab illis libertate donentur. *a*



Nec liberti ſine conſenſu patroni, *b* nec originarii ſuis dominis & alicui conditioni obligati, ſine dominorum volũtate. *c* 2

Quare ſi ſeruus fugiẽs etiam dominum ſuũ, qualibet calliditate vel fraude ad gradus peruenerit eccleſiaſticos, ignorãte epiſcopo; decretũ eſt, vt deponatur & dominus eum recipiat, *d* & poſtquam gradu ceciderit, eius conditionis fiat, cuius erat antea. *e* Adhibetur & diſtinctio, vt ſi ſeruus ordinatus ſit, non aſſecuta libertate contradicente domino, & factus fuerit diaconus, preſbyter vel epiſcopus, fiat ingenuus quidem, ſed vicarium dare teneatur ſuo loco, peculii ſui amiſſione multatus. *f* In aliis autem ordinibus, inuito domino ſeruus nequit ordinari, *g* quod ſi ſciente nec contradicente domino ordinetur, ingenuus remanebit & in ordine. *h* At ſi domino neſciente, ſciẽte autem epiſcopo vel præſentante ad ſacros ordines, ordinẽtur, duplum valoris ſerui ordinans vel præſentans, præſtare debent domino. *i* 3

SCHOLIA.

a *ca. 1. 2. 3. & fere ſequentibus omnibus, 54. diſt. in ca. 81. Apoſt. c. 1. 2. 5. de ſeruis non ord. Ratio prior, ne quando voluerint domini ordinatorum fiant ex clericis ſerui, ca. quicunque, 54. diſt. vt per ingratitudinem. ca. epiſcopus ſacerdotibus, 15. q. 7. Alia, quia nihil perire creditur eccleſiaſticis vtilitatibus, ſi quæ ſint, aliena reddantur; ca. generalis, 12. §. fin. 54. diſt.*

b *ca. quicunq; libertatem, 5. ca. fin. 54. diſt.*

c *ca. generalis, 12. ca. ſi quis obligatus, 7. & can. 21. admittuntur, 54. diſt. de adſcriptitiis idipſum, quod de ſeruis aliquando ſtatutum, ne ſine conſenſu dominorum glebæ, cui adſcripti eſſent, ordinarẽtur. l. iubemus adſcriptitiorũ creationes, 37. de epiſco. & cleric. C. Iuſtinianus tamen poſtea hoc emendauit, & permiſit præter eorũ voluntatẽ ordinari, §. ſi ſeruus ſciente, de ſanctiſſ. epiſcop. c. 17. nouellæ 123. dummodo adſcriptitius in poſſeſſionibus, clericus factus, impoſitã ſibi agriculturã adimpleat. Et vt*

authen. adſcriptitios, de epiſcop. & cler. C. ſubrogato aliquo, quem maluerit; quæ tamen verba, non ſunt in nouella, neq; apud anteceſſorē Iulianum leguntur, cuius verba Latine translata ſunt, c. 455. hoc modo: Adſcriptitius in ipſis tantum poſſeſſionibus, in quibus cenſitus eſt, clericus fiat, quamuis inuito domino hoc fuerit factum; ſic tamen vt clericus factus impoſitam ſibi culturam impleat. *Verum ſupplementum d. authenticæ, adſcriptitios, ſumtum fuit ex lege Cæſarum Theodoſiani & Honorii, relata in l. quiſquis cenſibus, de epiſcop. & cleric.* Quiſquis (*inquit*) cenſibus fuerit annotatus, inuito agri domino temperet ab omni clericatu. Adeo etiam, vt ſi in eo vico, in quo neſcitur manſitare, clericatus fuerit; ſub hac lege religioſum accipiat ſacerdotium, vt & capitationis ſarcinā per ipſum Dominum agnoſcere compellatur & in ruralibus obſequiis, quo maluerit ſubrogato, vtatur, ea certe immunitate indulta, quæ certæ capitationis, venerandis eccleſiis relaxatur. *Videtur & illa ſubrogatio iure pontificio probata, ca. ex antiquis, 9. 54. diſtinct. Loquuntur autem prædicti Cæſares Theod. & Honorius in d. l. quiſquis, de cenſitis, qui & capite cenſiti dicuntur a Iuliano anteceſſore in nouellis, cenſibus quaſi adſcripti & annotati; qui quidem, veluti ſerui, diuerſi ſunt a colonis, qui liberi ſunt, & ipſi quaſi domini terræ, pro ſolo domino ſoli penſiones ſoluentes in pecunia vel aliis rebus. Et coloni originarii ſunt, qui in locis ſeu fundis certis, cenſiti ſunt. l. hi penes quos, 14. de agricol. & cenſit. lib. 11. C. tit. 47. nec poterat terra vendi ſine originariis cenſitiſq; ſeruis, l. quemadmodum, 7. l. 3. eo. ti. de agricul. & cenſit. Neq; excuſantur vlla dignitate vel priuilegio aut reſcripto, originarii coloni, quin fundis propriis reddantur. l. originarios, 11. eod. tit. Seruos viro & adſcriptitios, ſimiles facit Iuſtinia. in l. ne diutius, 21. eo. tit. Qui adſcriptitii erant, ſe ſubiiciebant culturæ agrorum in perpetuum, & ex illis nati, originarii dicti; qui iiſdem conditionibus obligati remanebāt, quamquā & ii eſſent liberi vt parētis l. penul. & fi. C. eod. ti. vocatur hodie hæc originaria & natiua conditio,* manus mortua. *Cuius ratione corpori perſoniſq; nō minus quā rebus patroni ſeu domini qui hoc ius habēt dominantur; de qua Guido Papæus, deciſ. 361. Hoſtienſis in ſumma tituli de natis ex libero ventre, verſ. vltimo. æquiparatur enim qui eo iure tenetur, ſeruis adſcriptis glebæ, & originariis colonis, qui & ſeruiles operas debēt patronis ſeu dominis & ſeruilis conditionis habētur, tanquā pars prædii dominici; nempe in caſu cōſtituti, quemadmodū & res eorū, dicti & homines Talliabiles a Guido Papæo, deciſ. 312. & 314. perpetui coloni, de quib. in l. vni. de mendica. valid. lib. 11. C. Neq; certe eſt huiuſmodi diſputatio ſuperflua hominū adſcriptitiorū, & manus mortuæ, qui ad ſacerdotiū promoueri poſſunt quidē, inuitis dominis, verum ſecundū conſuetudines ſacerdotiū non liberat a cōditione ſeruili manus mortuæ, vt notat Chaſſanæus ad §. 10. & ad verba,* l' homme de main morte, *nu. 55. & 56. tit.* de mains mortes. *In conſtitutionibus regni Neapolitani li. 3. ti. 2. exſtat lex, quæ de adſcriptitiis primo cauet, ne ſine voluntate & aſſenſu eorū quorum iuri, & poteſtati ſubditi ſunt, vllus epiſcoporū ordinare præſumat. Secūdo, ne ii quorum adſcriptitii ſunt, præmium aliquod ob licentiam ordinandi vel conſecrandi ſuſcipiant, & ſi fecerint, ius adſcriptitium perdant, & qui dederit pecuniam ab ordine motus fiſco regio cum omnibus ſuis bonis vindicetur. 3. Quod ſi forte in rure vel vico eccleſia conſtituta aſſignatos habuerit ſacerdotes, quibus decedentibus ſint aliqui ſubrogandi; & pertinaces domini ruris vel vici, ſuper adſcriptitiis fieri ſubrogationē negauerint, ſi idonei ſint, ad id dicti adſcriptitiorū domini cogātur; filii vero adſcriptitii ordinati, ad adſcriptitiorum conditionē redirent*

*omni*



*omni occaſione remota. Et poſtea in tit. 3. eiuſdē, libr. 3. Rogerius rex ſtatuit, & declarat, eos tantum villanos prædicta conſtitutione eſſe prohibitos clericari, qui perſonaliter intuitu perſonæ ſuæ ſcilicet, ſeruire tenentur, ſicuti ſunt adſcriptitii & ſerui glebæ, & huiuſmodi alii. eos autem qui ratione tenementi alicuius beneficii ſeruire debent, ſi voluerint, ad clericatus ordinem poſſe accedere ſine voluntate etiam dominorum, prius tamen his, quæ tenent a dominis ſuis, in manibus eorum reſignatis. Seruitium illud renuntiati beneficii, videtur eſſe ratione feudi, vt amittat feudū quis ex eo, quod clericus effectus ſit. §. qui clericus efficitur, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominū & agnatos vaſalli, lib. 2. tit. 26. quamquam ſine conſenſu domini poſſet effici clericus.*

d *cap. 2. de ſeruis non ordinat. libr. 1. titul. 18. ex concilio Toletano. ca. de ſeruorum, 6. 54. diſtinct.*

e *ca. 54. diſt. nouella Leonis, 9. de ſeruo qui ignorante domino clericus factus eſt: & nouella 11. de ſeruo qui ignorante domino epiſcopus factus eſt. Vbi & idem ait de ſeruo epiſcopo inſcio domino facto, vt a gradu deiectus domino reſtituatur, cui tamē repugnat. cap. 4. nouellæ Iuſtiniani, 123. & Authē. epiſcopatus ordo, de epiſcop. & cleric. C. vbi epiſcopalis ordo liberat a fortuna ſeruili & adſcriptitia.*

f *ca. ex antiquis, 9. can. ſi ſeruus ſciente, 20. 54. diſtinct.*

g *ca. de rebus, 8. §. 1. eadem 54. diſtin.*

h *Dict. ca. ſi ſeruus ſciente, 54. diſt.*

i *cap. 1. ſi ſeruus abſente, 19. 54. diſtinct. ex concilio Aureliacenſi, 1. ca. 10. vide latiorem diſtinctionem in gloſſ. fi. c. 2. de ſeruis non ordina.*

## CAPVT IIII.

*De illiteratis ordinatis, pœnaque eorum & ordinantium.*

EXſtat quoq; prohibitio canonum*a*, ne prorſus illiterati ordinentur, *a* imo ne ad primam etiam tonſuram admittantur, *b* quia eccleſia viris literatis eget, & peritis, *c* ſaltem pro maioribus eccleſiæ miniſteriis obeundis, ſecundum cuiuſq; ordinis munus & onus. *d* Ideo qui illiteratos ordinauerint ad tonſuram, peccant & puniuntur, vt per annum remaneant a clericalis tonſuræ collatione ſuſpenſi, *e* & illiteratus tanquam indignus a beneficio quod conſecutus fuerit, deponendus ſit. *f* Excuſabit tamen ordinantem & ordinatum, mediocris ſcientia ordinati, etſi maior haberi poſſit, maxime deſideretur. *g* Neque tamen dubitatur ordinatum inſufficientem & illiteratum, nō ſecus quam laicum ſuſcipere ordinis characterē, *h* at ſuſpendi debet ab exſecutione, donec ſe idoneum reddiderit. *i* Exſtat & decretum concilii Lateranenſis, vt qui de cætero rudes & ignaros ordinare præſumſerint, cum ordinatis graui ſubiaceant vltioni. *k* Notandum autem, quod Epiſcopus, qui non ſufficienter literatos ordinauerit, non poteſt a ſe ordinatis, illam inſufficientiam obiicere, niſi poſt ordinationem reddiderint ſe indignos. *l*

### SCHOLIA.

a *ca. 10. præcipimus, 34. diſtinct. cap. illiteratos, 1. 36. diſtinct. cap. cum in cunctis, 7. ca. congregato, 53. de electio. ca. non confidat, 50. diſtinct.*

b *ca. fin. de temp. ordina. in Sext. & tradunt interpretes, nec ex diſpenſatione Epiſcopi fieri poſſe. Sed & Iuſt. No. 123. cap. 12. §. clericos, de ſanctiſſ. Epiſcop. clericos non aliter ordinari permittit, quam ſi literas ſciant & rectam fidem, vitamque honeſtam habeant. item nouell. 6. c. 4.*

c *cap. cum ex eo, de elect. in Sext. cap. fin. de magiſtris.*

d *c. cum in cunctis, de elect. & liquet ex tota, 38. diſtinct. eligendi enim ſunt artifices idonei operi faciundo, l. 1. C. de nouo codic. faciend.*

e *capit. final. de tempor. ordin. in Sext. vt pu-*

*V un*

*niantur in quo peccarunt, & ſic de aliis ordinibus.*

f *vt in c.fin.de ætat. & qualit.ord.c.niſi cum pridem,§.pro defectu,de renunt. c. omnes, 38.diſtinct.*

g *ca.cum nobis olim, de elect.l.ſciendum,§. illud, & leg.ſi quod venditor,de ædilit.edi. Pand.*

h *Notat gloſſa 1. ad c.illiteratos, 36.diſt.per canonem 18.ventum eſt, 1.q.1.gloſſ.ad c. ſicut viri, 8.ad ver.* clericatus, *40.diſt.* B *& gloſſ.in c.vnic. 52.diſt.*

i *Vt in aliis, in cap. vnico, de clerico per ſaltum promoto.capit. 2.de ætat. & qualitat. ordinand.*

k *in concil.Lateran.c. 27.relato.in c.pen.de ætat. & qual.ord.*

l *c.accepimus, 3.de ætat. & qualitat. qui ſemel enim approbauit, reprobare non poteſt ex eiſdem cauſis, c.nulli, 8.de elect. in Sex. c.in præſentia, de ſenten.excomm.l.ſi vxor,* C *ad leg. Iul. de adult. Pandect.l. qui ſciens, de libera.cauſa.P.cum ſimil.ca. dilectiſſimi, 8.q. 1.*

## CAPVT V.

*De ſolemniter pœnitentibus ordinatis, pœnaque ordinatorum & ordinantium.*

EX pœnitentibus publica pœnitentia, nemo ordinari debet clericus. *a* Et ſi D per ignorantiam epiſcopi aliter factum fuerit, ordinatus debet a clero deponi, *b* quia ſe ordinationis tempore non prodidit eſſe pœnitentem. Et ſi ſciens talem eſſe epiſcopus ordinauerit, ordinandi poteſtate in epiſcopatu ſuo eſt priuandus. *c* ſi autem neceſſitas, aut vſus Eccleſiæ exegerit, tales pœnitentes inter oſtiarios aut lectores deputari poſſunt, ita tamen, vt ſi ordinati ſint diaconi, inter ſubdiaconos habeantur, E vt eo modo manum ſacris non imponant, nec ſacra contingant, Euangelia aut epiſtolam in Miſſa non legant, *d* atque ſi in tali ordine, ad quod irrepſerunt ita permittatur ex diſpenſatione remaneA re, magno debent deputare beneficio, ademta omni ſpe promotionis ad alium, *e* verum lapſi in ordine ſacerdotali, vel clericali, pœnitentia, alia tamen quam ſolemni quam non agunt, peracta, reſtitui ordinibus, à quibus ſuſpenſi fuerũt, & ad altiores conſcendere poſſunt. *f*

### SCHOLIA.

a *Hæc omnia quæ ſequuntur habentur in capit. 55. ex pœnitentibus, 50.diſtinct. Et* B *canones Nicenæ ſynodi, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt, can.canones, 60. & cap. 59. non confidat, diſtinct.ca.non.promoueantur, 61.diſtin. ca.1.de bigamis. Quod de pœnitentia publica & ſolemni intelligi debet, quæ ſemel tantum in vita regulariter imponebatur, can.ſi quis poſt remiſſionem, 61.cum tribus ſequentibus, 50. diſtinct. quæ a priuata, & reconciliatione eius diſtat, ca. mini-* C *ſtrare, 3.§. 26.quæſtio. 6. Sic in can.placuit, 68.§.fin.eadem 50.diſtin.* Eum pœnitentem (*inquit Toletanum concilium, 1.cap.2.* dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus grauiſſimiſque peccatis, publicam pœnitẽtiam gerens ſub cilicio, diuino fuerit reconciliatus altari. *Vt* D *autem clericis publicam vnquam agere non conceditur pœnitentiam, ſic neque ex publicis pœnitentibus quiſquam ad clericorum ordinem vocatur, ca.66.illud quoque, 50. diſt.*

b *dict. cap. ex pœnitentibus, etiamſi presbyter ordinatus fuerit, ca.ſi ille qui, 68. eadem 50.diſt.*

c *dict.c.ex pœnitentibus.*

d *in c.68.placuit, 50. diſtinct. ſic non miniſtrant in officio ſed tantum habent nomen ſubdiaconatus, & locum ſubdiaconorum* E *in choro, & in cibo, vt ibi notat gloſſa, per can.qui admiſit, & can.ſi quis presbyter, 15.quæ.8.*

e *can. 56. quicunque, 50.diſt.*

f *can.hi qui altari Dei, 52. & ſeq. 50.diſt.*

Cap.



## CAP. VI.

1 *De rebaptizatis.*
2 *Et bigamis ordinatis & pœnis ordinatorum & ordinantium.*

1 QVi bis ignoranter baptizati ſunt, † opus non eſt eos ideo pœnitere, tamen ſecundum canones ordinari nequeũt, niſi aliqua magna neceſſitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati ſunt, quaſi iterum crucifixerunt Chriſtũ, & per ſeptem B annos debent pœnitere tertia & ſexta feria, & per tres quadrageſimas ieiunare. *a* Et qui ordinauerint ſcientes tales vt ordinati, honoris periculo ſubiacent. *b*

2 Si quis viduam † aut ab alio dimiſſam duxerit, non admittitur quoque ad clericatum, *c* quod ſi irrepſerit, deiicitur, *d* ordinatores etiam, vt ordinati, officio ordi- C nandi, priuandi. *e*

### SCHOLIA.

a *ca. qui bis, 117.de conſecr.diſt. 4.ca.qui in aliquo, 31. diſt.*

b *ca.fin.§.fi. 51.diſtinct.*

c *cap.curandum, ca.præcipimus, cum ſeq. 34.diſtinct.cap.1. 2. & ſequen.de bigam. non ordin.lib.1.tit.21.& 1.ad Timoth.c. 3.niſi ex diſpenſatione ſummi pontificis, de* D *qua.in c.lector, 18.& ibi glo. 34.diſtin.in minoribus, non in maioribus, in quibus nec diſpenſare poſſe ſummum Pontificem, nec contra Apoſtolum dixit, c. 2.& ca.nuper, 4.in fine, & ca. a nobis, 7. de bigamis. Cæterum quamuis ibi prohibeatur diſpenſatio, tamen Lucius Papa diſpenſauit cum Archiepiſcopo Panormitano, vt notat gloſ. ad dictum c.lector, 34. diſt.*

d *ca. 8.ſi quis viduam, 50. diſt.*

e *c.2.de bigam.non ordinan.*

## CAPVT VII.

*De excommunicatis ordinatis & eorum pœna.*

EXcõmunicati pro violenta manuum iniectione in clericos, Eccleſiaſticos A ordines ante abſolutionem a ſummo Pontifice habitam, accipientes, ſi clerici ſunt, a ſuſceptis ordinibus ſunt in perpetuum deponendi, niſi diſpenſetur a ſolo ſummo pontifice, ſi regulares ſunt, ab exſecutione ſuſceptorum ordinum ſunt ſuſpenſi. *a*

### SCHOLIA.

a *cap. cum illorum, 32. de ſententia excom-* B *munic.*

# DE DELICTIS CLERIcorum in ordinibus ſuſceptis ratione perſonæ, a qua ſuſcipiuntur.

## TITVLVS III.

## CAPVT I.

1 *De ordinatis a non ſuo prælato.*
2 *Clericus huius eccleſiæ in alia non ordinetur.*
3 *Furtiue ordines ſuſcipere quid & pœna ita ordinati.*
4 *Monachus ſine ſuo prælato ordinari alibi nequit.*

D PEccatur † pluribus quoque modis ex 1
perſona concedentis ordines, quod nec inultum iura ſinunt. Quare ei, qui ab alieno, id eſt, ab epiſcopo, non ſuo, & ſine eius licentia, ad eccleſiaſticos promouetur ordines, interdicenda eſt ſuſcepti ordinis exſecutio, *a* vacuaque & non rata habetur ordinatio, *b* poteſt tamen proprius epiſcopus, ſi ratam habuerit, & ordinatos recipere. *c*

E Sic etiam clerici † in vna Eccleſia or- 2
dinati, ſi in alterius ciuitatis eccleſia ordinentur, & ſi epiſcopus clericum ad alium epiſcopum pertinentem ſuſceperit, & qui ſuſceperit, & ſuſceptus tandiu excommunicati remanere debent, donec ipſe clericus ad eccleſiam propriam reuertatur. *d*

3 Furtiue etiam † dicitur ſuſcipere ordinem, qui ordinatur ſine conſcientia ſui epiſcopi, ideo & ſuſpenditur ab exſecutione ſuſcepti, donec cum eo diſpenſatũ fuerit, & ſi nihil aliud, vel alia prohibitio non impedierit, huiuſmodi promotionem. Quod ſi prohibitio ſub pœna excommunicationis præceſſerit, non poterit in ſuſcepto miniſtrare, vel ad altiorẽ conſcendere, ſine diſpẽſatione ſummi Pontificis. *e*

4 Si quis † de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem monaſterii cõſtituere, Epiſcopus, qui hoc fecerit a cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ tantum plebis cõmunione contentus ſit, & ille neque clericus, neq; præpoſitus perſeueret.

SCHOLIA.

a *ca. quod translationem, 11. de temp. ordin. hodie in extrauagante Pii 2. quæ incipit,* cum ad ſacrorum ordinem, *ipſo iure dicitur ſuſpenſus, ita ordinatus ab exſecutione.*

b *ca. 1. & ca. nullum epiſcoporum, 6. & ſequen. 9. quæſt. 2. cap. 1. & 3. 71. diſtinct. Siquidem prohibitum eſt, ne quis alienæ diœceſis clericum ordinet ſine proprii epiſcopi licentia vel literis, quas vocant dimiſſorias, cap. 1. 2. 4. ca. primatus, 6. 71. diſt. c. 1. & 2. 71. diſt.*

c *in ca. fin. 9. q. 2. c. Salomitana, 63. diſt.*

d *c. 4. clericos, 63. diſtin.*

e *ca. 1 2. 3. de eo qui furtiue ordinem ſuſcepit, lib. 5. tit. 30.*

f *Hæc eſt pœna epiſcopi ordinantis in clericum monachum ſine conſcientia, conſenſu & licentia ſui Abbatis, vel Præpoſiti. in c. fin. 58. diſtinct. Prohibetur & in c. 1. eiuſdem 58. diſt. ne ordinetur Monachus, niſi quem Abbas loci monitu propria voluntate obtulerit epiſcopo.*

CAPVT II.

1 *De ordinatis a ſchiſmaticis & excommunicatis.*

2 *Inuadente epiſcopatum viui, & hæreſiarchis, & pœnis eorum.*

1 IRritę & fiunt ordinationes, † quod pertinet ad exſecutionem ordinis ſuſcepti, quæ fiunt a ſchiſmaticis. *a* Poteritque a ſchiſmatico ordinatus ab officio incunctanter repelli, niſi probauerit ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum, ab eaque perſona, quæ ſuper eo poteſtatem habuerit diſpenſandi. *b*

2 Sic etiam ordinationes, † quæ ab hæreſiarchis nominatim excõmunicatis fiunt, & ab his, qui catholicorum adhuc viuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt, irritę iudicantur, niſi ordinati probauerint ſe cum ordinarentur, neſciuiſſe eos eſſe damnatos. *c* Quare & cum clericis, qui ab excommunicato epiſcopo ignoranter ordines acceperunt, poterit per ſuos epiſcopos diſpenſari. *d*

SCHOLIA.

a *ca. 1. de ſchiſma. lib. 5. tit. 8. c. 5. ordinationes, 9. q. 1.*

b *c. 2. de ſchiſma. c. quia diligentia, 5. de electio. Quis autem poſſit diſpenſare quærit gloſſa fin. ad d. ca. 2. atque diſpenſari, & a ſummo pontifice & ab epiſcopo non ſchiſmatico docet. Traditur & ibidem, & in gloſſ. fin. cle. . eius tituli, de ſchiſmaticis, & a glo. c. quia diligentia, de elect. a ſchiſmaticis, vt ab hæreticis in forma eccleſiæ ordinantibus, conferri ordinem, quia ipſi non amittunt ordinem ante ſchiſma vel hæreſin ſuſceptum, non tamen exſecutionem ordinis dare quem ipſi non habent, & ideo dare non poſſunt. can. Daibertum, 1. q. 7. l. ſi vniuerſæ, C. de lega. De hoc videndus Magiſter ſententiarum, libr. 4. diſt. 13. & D. Thomas, 2. 2. q. 82. art. 7.*

c *ca. ordinationes, 9. q. 5. vbi gloſſ. ad verba.* niſi probare, *notat irritas eſſe ordinationes, ſi more eccleſiæ Catholicæ factæ ſint, tantum quod pertinet ad exſecutionem, alioquin vere ordines eſſe collatos. Siquidem epiſcopi hæretici facti, depoſiti, ſuſpenſi, interdicti,*



*interdicti, degradati, cum non amittant characterem, verum Chriſti corpus conficiunt & dant veraciter, ſi veram formam ſeruẽt eccleſiæ, quamuis, quod pertinet ad ipſos peccent illud agendo. ca. oſtenditur, de conſecrat. diſt. 4. can. dominus, ca. quod quidem, 1. q. 1. tamen ordinati. vt dixi, ab ipſis non habent exſecutionem ordinis, vnde quod pertinet ad illã, dicitur irrita ordinatio. c. 1. de ſchiſma.*

d *in c. fin. de ordin. ab epiſcop. qui renuntiauit epiſcopatui, libr. 1. titul. 13. can. ab excommunicatis, 9. qu. 1. Si vero qui ſcienter aut ex craſſa ignorantia ab excommunicato ordines receperit, non poſſet diſpenſare epiſcopus, ſeu adeundus eſſet ſummus Pontifex, vt notat dicta gloſſa finalis, de ordinatis ab epiſcop. qui renuntiauit epiſcopa. per c. 1. §. ſi. eiuſdem tit.*

CAP. III.

1 *De ordinatis ſimoniace.*

2 *Et ab eo qui renuntiauit epiſcopatui.*

3 *De Monachatu ſimoniaco.*

1 SImoniaci ſimoniace ordinati, † vel ordinatores ſecundum Eccleſiaſticos canones a proprio gradu cadere debent, ſimoniaci quoque ſimoniace a non ſimoniacis ordinati ab officio male accepto remouendi. Simoniaci autem non ſimoniace a ſimoniacis ordinati, miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedũtur permanere, etſi ordinati ignorabant ordinantes eſſe ſimoniacos. *a* Qui vero ſcienter ſe a ſimoniacis conſecrari vel verius exſecrari permiſerint, ex decreto, habẽt ſuam conſecrationem omnino irritam, *b* atq; vterque conſecratus & conſecrans depoſitus pœnitentiã agere debet, & priuatus propria dignitate perſiſtere. *c*

2 Sicut † qui ſcienter etiam ſacros ordines acceperit ab epiſcopo, qui renuntiauit epiſcopatui, & loco, quia indignum ſe fecit, exſecutionem officii non habebit: vbi autem non ſcienter, poterit, niſi craſſa ſupina fuerit ignorantia, diſcretus pontifex diſpenſare. *d* Id autem, niſi ſimoniacus alia forma, quam eccleſiæ ordinaſſet, quo caſu nihil conferretur ordinato. *e*

3 Accedit ordinationi ſimoniacæ † receptio in monachum vel monialem ſimoniaco pretio tantum accedente, facta obtentu paupertatis; atque ſtatutum, vt tali prauitate recipiens & recepta monialis, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſiue ſpe reſtitutionis, de tali monaſterio expellatur in locumque arctioris regulæ detrudatur ad agendam pœnitẽtiam, quod & de monachis aliiſque regularibus conſtitutum. *f* Sunt & prælati vltra donec condignã peregerint pœnitentiam, a ſacrorũ ordinum exſecutione ſuſpendendi. *g* Id autẽ quando per viã inquiſitionis apparuit de ſimoniaca receptione; alioquin enim, ſi accuſati & cõuicti de hac ſimonia fuerint, condemnandi ſunt iudiciali ſeueritate, tam dantes quam accipientes. *h*

SCHOLIA.

a *Verba prædicta ponuntur, in c. 107. ſtatuimus, iuncto c. ſeq. 1. q. 1. quamuis enim ordo conferatur a ſimoniacis, tamen exſecutio non datur niſi diſpenſetur, vt notat glo. ad d. c. ſtatuimus, & fuſe gloſſ. 1. in c. ſi qui a ſimoniacis, 108. q. 1.*

b *d. c. ſi qui a ſimoniacis.*

c *in c. de cætero, 109. 1. q. 1.*

d *c. 1. § ſi. de ordinatis ab epiſcopo, qui renũtiauit epiſcopatui. lib. 1. tit. 13. ita ſuſpenſus eſt ab ordine, qui a ſuſpenſo accipit, & renuntiatio non adimit poteſtatem conferendi, vt ibi notat gloſſ.*

e *c. Daibertum, 1. q. 7.*

f *c. quoniam ſimoniaca, 40. de ſimo.*

g *c. dilectus, 30. in fi. & c. accuſatũ, de ſimo.*

h *dict. c. dilectus.*

DE DELICTIS CLERICORUM CIRCA MODUM CONSECRATIONIS ORDINUM.

TITVLVS IIII.

## CAPVT I.

*De clerico non ordinato miniſtrante & pœna eius.*

CVm non ſufficiat bona agere, niſi & bene fiant, *a* peccant clerici in ordinibus eccleſiaſticis ſuſcipiendis, cum non eos conſequuntur iuxta eccleſiæ decreta. Veluti, ſi antequam ordinem conſequantur aliquem, tanquã ordinati miniſterium eius ordinis exſequãtur, quo caſu propter temeritatem deiiciuntur ab eccleſia, & nunquam ordinantur. *b* Sic qui diaconus *c* eſt tantum, ſi miſſarum celebrationem vſurpare *d* præſumat, non poteſt ad ſacerdotis officium promoueri, *e* & a diaconatu biennio vel triennio ſuſpenditur, de beneficio autem eccleſiaſtico, ſi aliquod poſſideat, cum eo miſericorditer agendum, *f* ne ſuſtentatione priuatus, ad ſeculi negotia reuertatur. *g*

### SCHOLIA.

a *ca. non ſatis, 14. 86. diſt.*

b *ca. de clerico non ordinato miniſtrant. lib. 5. titul. 28. Et puniuntur in eo, in quo peccarunt, quæ pœna communis in iure, vt in c. fi. de immu. eccleſiarum cum ſimilibus ibi nota.*

c *Hæc quæ ſequuntur probantur. in ca. 2. de cleric. non ordina. miniſtran.*

d *Hæc eſt vſurpatio ſacrilega. Nam qui ſine poteſtate & ordine ſacerdotali eſt, non cõſecrat, ſicque occaſionem dat idololatrandi populo, dum adorat hoſtiam tanquam conſecratam, & vt verum Chriſti corpus, quod tamen ibi non eſt, cum nemo quam ſacerdos rite ordinatus, poſſit conficere ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus, capit. 1. §. vna, de ſumma Trinitate & fid. catholica. cap. ecce ego, 95. diſtinct. ca. abſit, 31. quæſt. 3. atque hic dignus ideo eſſet de rigore iuris, affici pœna, qua merito puniũtur, qui ad idololatriam inducunt. Peccaret & multo grauius, qui multo ordine ſacro initiatus hæc ſacroſancta myſteria tractaret, maiorique pœna eſſet puniendus. Quemadmodum & Dñs iratus in Oziam eum ſubito necauit, quod arcam teſtamenti quamuis nutantem, & collabẽtem bono zelo, ne laberetur manu tenuit, 2. Regum capit. 6. & 1. Paral. capit. 13. & Oziam regem lepra percuſſit, quod incenſum Deo in altari voluiſſet offerre & ſacerdotis officium agere, 2. Paralipom. c. 26. Balthazar quoq; rex percuſſus morte a Deo, quod vaſa templi profanaſſet Daniel. 5. c. veſtimenta, 42. de cõſec. diſt in. 1. Grauius etiam peccat, qui ſimulat conficere & non conficit ſeu nõ conſecrat, quam is, qui conſecrat in peccato mortali, capit. de homine, 7. de celebrat. miſſa.*

e *Sine diſpenſatione ſcilicet. nam cum ea poterit gloſſ. ad c. fin. ad verbum,* promoueri, *de cleric. non ordin. miniſtran.*

f *Sic ſuſpenſo ab officio presbyteri ob homicidium, reſeruatur eadẽ ratione beneficium, in ca. 39. ſtudeat, 50. diſt. item in ca. preſbyterum, 28. diſt.*

g *Mendicitas clericorum retorquetur in opprobrium totius cler. c. diaconi, 93. diſt.*

## CAPVT II.

*De ordinatis extra tempora.*

SImiliter qui ordinantur, & qui ordinant extra tempora ordinandi delinquunt. Quocirca epiſcopus, qui ordine, quo non debuit, ordines celebrauerit, canonica diſciplina eſt corrigendus, & ordinandi tamdiu a ſuſceptis ordinibus debẽt reddi expertes, donec a ſummo Pontifice reſtitutionis gratiam conſequantur, ſi ſibi reſeruat. *a* Neq; excuſabit contraria conſuetudo ordinandi. Verumtamen, qui extra ſtatuta tempora receperunt ordines ſacros, characterem non eſt dubium recepiſſe; *b* & proinde prius pro tranſgreſſiona impoſita pœnitentia competenti, poterunt in ſuſceptis ordinibus ab archiepiſcopo ſuſtineri. *c* Epiſcopus, vero, qui contra canones duos ſacros ordines vno die contulerit, a collatione ordinum diaconatus &



tus & presbyteratus, ordinatus autem ab exſecutione officii ſacerdotalis, tandiu debent manere ſuſpenſi, donec aliter a ſede apoſtolica diſponatur, *d* nec ordinatum excuſat ſuperioris archiepiſcopi mandatum, cum etiam idipſum ſit prohibitum. *e*

### SCHOLIA.

a *cap. cum quidam, 8. de temporibus ordinatio. ſic ordinantes priuantur auctoritate ordinandi, & ordinati deponuntur ab exſecutione, in capit. 2. de tempor. ordinat. Explicat autem diſpenſandi poteſtatem penes epiſcopum eſſe, ſi ſibi ſummus Pontifex non reſeruauerit, gloſſa final. in capit. penultim. per illum textum, de temporibus ordinat.*

b *c. 2. de temporib. ordinat.*

c *cap. conſultationi, 16. de temporibus ordinat. Tempus enim non eſt de ſubſtantia ordinis. Ideo character, eo commiſſo imprimitur, & pœna ſuſpenſionis pro tranſgreſſione canonis imponitur, vt in cap. vel non eſt, eod. tit.*

d *c. literas, 13. de tempor. ordin.*

e *c. dilectus filius, 15. eod. tit.*

## CAPVT III.

1 *De promotis per ſaltum.*
2 *Aut furtiue, pœniſque illorum.*
3 *De examinatione ordinandorum.*

1 QVi præpoſtere † maiorem ordinem ante minorem acceperint, puta diaconatum ante ſubdiaconatum, præsbyteratum ante diaconatum, ſuſpenduntur ab exſecutione ſuſcepti, donec impoſita pœnitentia ad omiſſum ordinati fuerint. *a*

2 Vt hi autem delinquũt, † ſic & qui furtiue ordines ſuſcipiunt, *b* cum diſtinctione pene ratione circumſtantiæ. Nam qui ab epiſcopo vel aliquo eius archidiacono aliove prælato, non ante prohibitus ſub anathematis interminatione promoueri, furtiue fuerit promotus, non poteſt ſine diſpenſatione ſui prælati, & niſi impoſita pœnitentia, promoueri ad maiorem gradum, ſi vero præceſſerit prohibitio cum interminatione anathematis, imponitur pœnitentia monaſterii, & clandeſtine ordinati in ſuſceptis ordinibus miniſtrare prohibentur ſine diſpenſatione ex iuris rigore. *c*

Inter furtiue ordinatos † annumerantur, qui curarunt ſe ordinari ſine examinatione, *d* quare & ii deponi debent. *e* Examinat autem vel ipſe epiſcopus ordinans, vel eius archidiaconus. *f* Sufficeret tamen ſine alia examinatione ordinãtis, teſtimonium epiſcopi proprii ordinati, *g* vel abbatis ſui, quod & ſufficit pro examinatione monachi ſui ſine alia ordinantis. *h* 3

### SCHOLIA.

a *c. vnic. 52. diſt. ca. 1. de cleri. per ſaltũ promoto, lib. 5. tit. 29. hæc pœnitentia arbitraria cenſetur, quia non eſt definita, ca. non ſatis, de offic. delegati. l. 1. §. fi. de iure deliberan. P. quomodocumque enim ordo conferatur ab eo, qui poteſtatẽ habet ordinandi, ſiue per gradum, ſiue per ſaltum, confertur character, non tamen exſecutio, niſi ſecundum iuris regulas conferatur, vt dicunt Hoſtienſ. & Panor. ad c. vnic. de clerico per ſaltum promoto. Notant tamen Dominicus, Præpoſitus, Hugo & Archidiaconus, ad ca. ſolicitudo; quod ſi quis faceret ſe ordinari per ſaltũ vel ambitionem, vel ſuperbiam, debeat omnino deponi, nec ſecum diſpenſaretur, vel ſaltem non de facili, neque cum eo epiſcopus tunc, ſed ſummus Pontifex diſpenſat. Hoſtienſ. ad cap. vnic. de cler. per ſaltum promot.*

b *c. 2. de eo, qui furtiue ordines ſuſcepit.*

c *cap. 1. 2. & 3. eo. tit. de eo qui furti. ordines ſuſce. ſic in c. 24. Salomitanæ, 63. diſt. ſuſpenditur presbyter a presbyteratu & celebratione miſſarum, qui ſine ſcientia epiſcopi ordinatus fuerit, donec cum illo diſpenſatum fuiſſet.*

d *c. ext. conſcientiã, 64. diſt. c. quãdo, 24. diſt.*

e *c. ſi quis presbyter, c. fin. 24. diſt. c. ex pœnitentibus, 50. diſt.*

f *Vel alii, quibus epiſcopus cõmittit. c. vnico, de ſcrutinio in ordine facien.*
g *c. ſi quis, 16. q. 1.*
h *c. monachi, 16. q. 1.*

### CAPVT. IIII.

1 *De ordinatis ab intruſis.*
2 *Et ſimoniace.*

1 ORdinati inſuper ab intruſis vel vitioſe electis prælatis, pro nõ ordinatis habentur, *a* quemadmodum & beneficia amittunt, qui ea acceperint a ſuſpenſo, qui non ſeruauerit ſententiam interdicti ſummi Pontificis. *b*

2 Ordinans autem † per pecuniam ſimoniace deponẽdus, ordinatus vero, dignitate carere debet, & mediator ſeu proxeneta talis ordinationis, ſi clericus ſit, proprio gradu cadere, ſi monachus aut laicus, anathematizari debet. *c*

### SCHOLIA.

a *ca. fin. 19. diſtin. quicquid enim ab illis fit, omnino caſſatur, can. alienationes, 12. q. 2. ca. omne, 25. qu. 1. Quando videlicet qui ordinant, deteguntur non fuiſſe epiſcopos, quia tunc conſtat nullum potuiſſe ab illis infigi characterem, ca. Daibertum, 1. queſtion. 7.*

b *c. fi. de exceſſib. prælator. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben.*

c *c. 8. ſi quis epiſcopus, 1. q. 1. Quamuis enim proxenetæ in aliis negotiis non improbentur, vt in l. fin. de Proxenet. lib. 50. P. tit. 14. tamen in ſpiritualibus, proxenetæ, & interceſſores reprobantur, cum oritur ſuſpicio ſimoniæ.*

## DE DELICTIS, QVÆ committuntur a clericis poſt ſuſceptos ordines in miniſterio & exſecutione eorum.

## TITVLVS V.

### CAPVT I.

1 *De cuſtode eccleſiæ peccante.*
2 *Caſtigatio clericorum & monachorum cuius ſit.*
3 *De cuſtodia euchariſtiæ & chriſmatis.*

POſt ſuſceptos ordines, † clerici in illis pluribus modis peccare poſſunt & puniri, veluti cuſtos eccleſiæ, ſi negligens in officio ſit, ab Archidiacono coercetur, vt ſe emendet, & ſi indomitus remanſerit, denũtiatus epiſcopo, ab eccleſia deiiciendus eſt, & alius in locum eius ſubrogandus. *a*

Caſtigant † & libere magiſter clericorum, inter ſe delinquentes clericos, & abbates ſibi ſubditos monachos. *b*

Cum chriſma autẽ † & euchariſtia debeant ſub firma cuſtodia clauibus adhibitis conſeruari, ne poſſint ad illa temerariæ manus extendi ad aliqua horribilia, aut nefaria exercenda, ſi is ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus mẽſibus debet ab officio ſuſpendi, & ſi per eius incuriam aliquid nefandum contigerit, grauiori debet ſubiacere vltioni. *c*

### SCHOLIA.

a *c. 1. de offic. cuſtod. lib. 1. tit. 27.*

b *cap. 1. & 2. de ſentent. excommun. cum ſimilib.*

c *c. 1. de cuſtodia euchariſtiæ, lib. 3. tit. 44.*

### CAPVT. II.

*De ſacerdote detegente confeſſionem.*

PEccat ſacerdos detegendo confeſſionem ſibi factam, quamobrem ſi eius, qui ſibi confeſſus eſt, peccata recitet aut propinquis aut extraneis, deponi debet, & omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinari, *a* & hodie in arctum monaſteriũ ad agendam pœnitentiam detrudi. *b*

### SCHOLIA.

a *cap. ſacerdos, 2. de pœniten. diſt. 6. idipſum & in c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſio. vbi & additur, pœnam eandem inferri presbytero non tantum ſi verbo, ſed etiam ſi ſigno detegat confeſſionem.*



b *dict. c. omnis vtriuſque, §. fin. de pœnitent. Ratio, quia ſacerdos non dicitur ſcire peccata confeſſa tanquam homo, ſed tãquam Chriſtus, cuius vices gerit. c. ſi ſacerdos, de offic. ord. c. ſignificaſti, de adulte. Et quia ſecreto ſibi ea commiſſa ſunt, nõ debet propalare, ſed celare, ca. de forma, 2. quæ. 5. Et proinde etiam ſi ſub ſententia excommunicationis iniungatur ab epiſcopo, vt quicunque tale crimen ſciuerit, reuelet, non tenetur is qui ſub ſigillo ſcit confeſſionem reuelare, vt notat gloſſ. ad ca. ſacerdos, de pœnitent. diſtin. 6. quia qui ita ſcit non debet dici ſciens. ca. presbyter, 15. q. 5. Innocentius tamen ad dictum c. omnis vtriuſque, de pœniten. & remiſſio. notat poſſe ſacerdotem reuelare peccatum ſibi confeſſum, ſi illud ſit committendum, & hoc vt peccato obuietur, pro quo & gloſſ. in ca. verum, 13. diſtinct. etiam ſi inquit iurauerit tenere ſecretum, quod tamen non poſſet facere in delicto iã conſummato, ſic gloſſa ad c. tua nos, 26. ad verb.* qualiter, *de ſponſ. innuit, poſſe confeſſorem præbere teſtimonium de confeſſione pro impedimento matrimonii, quod alioquin contraheretur. Notat & Iaſon. ad leg. 1. §. huius ſtudii, quod ſi quis confiteatur ſacerdoti, ſe deſponſaſſe quandam mulierem per verba de præſenti, quod is poterit reuelare, vt matrimonium cõſummetur, quod ipſe denegabat cõſummare, idq; vt euitetur peccatum.*

### CAP. III.

1 *De delictis presbyterorũ in nuptiis ſecundis benedicendis.*
2 *Prohibitis admittendis.*

1 SVſpenditur † & ab officio & beneficio, mittique debet ad ſedem apoſtolicam, ſacerdos, quem cõſtiterit benedictionem nuptiarum cũ ſecunda vxore celebraſſe. *a*

2 Suſpenditur † & parochialis ſacerdos, qui poſt impedimentum obiectum, prohibitas coniunctiones reiicere contempſerit, & regularis quilibet, qui eis præſumſerit intereſſe, ſuſpendetur per triennium ab officio, grauius & puniendus, ſi culpę qualitas poſtulauerit; is quoque, qui taliter permiſerit in gradu etiam conceſſo clandeſtine copulari, pœnitentia condigna debet caſtigari. *b*

### SCHOLIA.

a *cap. 1. de ſecundis nupt. libr. 4. tit. 21. quod tamen qui recte illud explicant intelligũt, de eo, qui benedixit vel coniunxit cum ſecunda vxore eum, qui iam aliam habebat prima viuẽte. Alioquin enim quamquam peccent, qui benedixerint ſecundas nuptias contra c. 3. de ſecund. nupt. tamen non ita grauiter peccant, vt ab officio & beneficio ſuſpendi debeant, & mitti ad ſummũ pontificem, ſed alia pœna, quæ erit epiſcopo arbitraria, cum alia certa non ſit iure in eos definita, erũt puniendi, quamuis Hoſtienſis teneat contrarium, & ei videatur ſubſcribere Panormitan. ad capit 1, de ſecun. nupt. quam ego non ſequerer, ſed ad mitiorem inclino ſententiam, cum in interpretatione legum pœnæ ſint potius molliendæ quam exaſperandæ, & maxime in dubiis. l. interpretatione, l. reſpiciendum, de pœnis. P.*

b *Hæc omnia probantur in c. fi. §. fin. de clandeſtina deſponſa. lib. 4. tit. 4. ſubuenitur tamen hodie clandeſtinæ deſponſationi per diſpenſationem epiſcopi, concilio Tridentino permittente ex cauſa.*

### CAPVT IIII.

*De non baptizante commendatum.*

QVicunq; presbyter in prouincia propria vel in alia, vel vbicunque inuentus fuerit, commendatum ſibi infirmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua alia excuſatione, & ſic ſine baptiſmo moriatur, deponi debet. *a*

### SCHOLIA.

a *Ex concilio Martini, in can. quicunque, 22. de conſecr. diſt. 4.*

## Capvt V.

*De accipientibus oblationes prohibitas, & de ſepelientibus prohibitos ſepeliri.*

CLericus, qui a manifeſtis vſurariis oblationes acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, quæ acceperit reſtituere cõpelli debet, & donec ad arbitrium epiſcopi ſui ſatisfecerit, manere ab officii ſui exſecutione ſuſpenſus. *a* Indicta & pœna ſimilis pro raptore impœnitẽte, & non reſtituente rapta, ne eccleſiaſtica perſona eius ſepulturæ intereſſe, vel eius eleemoſynas accipere audeat, & ſi fecerit ordinis ſui damnum, irrecuperabiliter patiatur, & eccleſiaſtico beneficio careat. *b* Sed & generaliter in concilio Viennẽſi, hi qui propriæ temeritatis audacia defunctorũ corpora, non ſine contemtu clauium eccleſiæ, in cœmiteriis interdicti tempore, in caſibus non conceſſis a iure, vel excommunicatos publice, vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacent, a qua non abſoluuntur, priuſquam ad arbitrium diœceſani epiſcopi, eis quibus fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem, non obſtante quocunque priuilegio. *c*

### Scholia.

a *ca. quia in omnibus, 3. de vſur. libr. 5. tit. 19. reſpicit enim eccleſia eleemoſynas ex alieno: ſunt & aliæ rationes de quibus diximus, libr. 1. ſupra, de oblationibus, tit. 23. nec debemus accipere eleemoſynas ab illis, cum quibus viuis non communicamus licite, ca. 3. 24. quæ. 1. Item ne eccleſia accipiendo, videatur peccatum vſurarum, ex quibus oblatio fit, approbare, quas contra reiiciendo deteſtatur, quemadmodum de eo, qui ab eccleſia eripuit hominẽ, dicitur, in ca. 8 miror, 17. quæ. 4. reiicienda etiam cenſet a ſacerdotibus eccleſia, munera, quæ ab oppreſſoribus pauperum ſiunt, ca. oblationes, 2. §. . 90. diſtinct. Itaque, nec mortuaria ab iiſdem accipi debẽt, niſi is, a quo prohibentur accipi, pœnitens mortuus fuerit, vt ait Hoſtienſis. in cap a nobis, in 2. ſic incipiente, 28. de ſenten. excommun. quia & pro ipſo ſit orandum. cap. 2. 24. quæſtio. 1. cap. quæcunque, 11. quæſtio. 3. contra ſi non fuiſſet pœnitens. capit. fin. 86. diſtinct. vide gloſſam ad clem. 1. ad verba,* eis quibus, *de ſepultur. Rurſum quod pertinet ad prohibitionem ſepulturæ vſurarii manifeſti, ſic conclude, vſurarius manifeſtus excommunicatus eſt, & excommunicatis ante abſolutionẽ ſepultura denegatur eccleſiaſtica, c. ſacris, 12. de ſepultur. libr. 3. tit. 28. dicimus autem & quibus denegetur ſepultura eccleſiaſtica, ſupra. lib. 1. tit. 15. de ſepulturis ſub finem. Denegatur autem pluribus ſepultura ad exemplum, & emẽdationem aliorum vtque a talibus criminibus committendis in poſterum reuocentur, vt notat glo. ad c. 2. de raptorib. gloſſ. ad c. 1. de torneamentis.*

b *c. 2. de raptorib. libr. 5. tit. 17.*

c *Exſtat decretum concilii Viennenſis, in clem. 1. de ſepultur. libr. 3. tit. 7. Ibi tamen gloſſa ad verbum,* ſcienter, *requirit, antequam ipſo facto ob prædicta quis ſit excõmunicatus, vt ſciuerit interdictũ vel excommunicationem, vel manifeſtos eſſe vſurarios, quos ſepeliit. facit & c. ſignificauit, & c. cum deſideres, de ſentent. excommun. c. 2. de hæret. in Sexto.*

# DE DELICTIS CLERIcorum circa celebrationem Miſſæ.

## TITVLVS VI.

## Capvt I.

*De presbytero interdicto, ſuſpenſo, vel excommunicato miniſtrante.*

PEccant † in miniſterio ſacerdotii preſbyteri in ſacroſancti ſacrificii miſſę celebratione, ideo & diſtinctæ pœnæ illis 1



pro delicti diuerſitate impoſitæ. Quare ſi presbyter, diaconus vel alius clericus, ab officio pro certis criminibus ſuſpenſus, per ſuperbiam aliquid de miniſterio ſibi interdicto agere præſumſerit, & a ſuo epiſcopo correptus perſeuerauerit, eſt excõmunicandus. *a* Interdicti vero vel excommunicati celebrantes ante abſolutionem deponi debent ab officio ſacerdotali, *b* niſi propter multitudinem mitigetur pœna, *c* poſſunt & beneficiis priuari. *d* Sic quoque depoſitus epiſcopus, presbyter, aut diaconus, pro certis criminibus, ſi auſus fuerit attrectare miniſterium, dudum ſibi commiſſum, ab eccleſia debet abſcindi. *e* Imponitur & pœnitentia per tres continuos annos presbyteris excommunicatis celebrantibus, *f* ſi maiori excommunicatione teneantur, verum ſi minori excommunicatione tantum ligatus, celebrauerit, licet grauiter peccet, attamen nullius irregularitatis notam incurrit; peccat & cõferendo eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ab eo collata non carent effectu: quia non videtur a collatione, ſed a participatione ſacramẽtorum, quæ in ſola conſiſtit perceptione, remotus. *g*

### Scholia.

a *ca. ſi quis presbyter, 2. de clerico excommu. depoſito, interdicto, miniſtrante, lib. 5. tit. 27. idque perpetua excommunicatione. in c. 10. accedens, 50. diſt.*

b *ca. 1. 3. & 4. de clerico excommunica. miniſtran.*

c *dict. c. 4. de cler. excommun. facit multitudo, vt pœna remittatur, neve in omnes ſæuiatur, ſed tãtum in præcipuos delicti auctores, vt ibi dicitur. Propter cladẽ & ſcãdalum, quod ex punita multitudine oriri poſſet. c. comeſſationes, 44. diſt. c. vt conſtitueretur, 50. diſt. ca. ordinationes, 9. q. 1. c. 2. de temp. ordin. cum ſimul. Si tamen ſine ſcandalo multitudo plecti poſſet, & diſciplina eccleſiæ expoſtulet, puniri debet, ca. non poteſt, 23. q. 3. c. ſi. de pœniten. diſt. 6.*

d *ca. fraternitati, 6. de clerico excommun. miniſtrant.*

e *ca. 1. eo. tit. de cleric. excommun. Diſpenſari tamen poſſe, & ab epiſcopo in aliquibus ſuſpenſis miniſtrantibus, innuit c. 2. de clerico excommunic. ibi,* moniti, &c. *Sed & in depoſitis diſpenſatur a ſummo pontifice, vt diſputat gloſſ. ad c. clerici, 3. eod. tit. & gloſſ. in c. penult. 1. q. 3. ad verbum,* ſtatuerunt, *per illa verba,* vt non ab alio diſpenſari poſſit, *can. quanto, 2. q. 5. ca. eſt iniuſta, 22. q. 4.*

f *De pœna & formula ieiunii, in ca. fin. 11. quæſtio. 3. presbyteri excommunicati pro ſuo neglectu, celebrantes, ipſi in ſe ſententiam damnationis proferunt. cap. placuit, 11. q. 3.*

g *Verba præcedentia expreſſe ponuntur, in cap. ſi celebrat. capit. fin. de clerico excommun. miniſtrant.*

## Capvt II.

1 *De non ieiune.*

2 *Et ſæpius celebrante.*

NVllus poſt cibum † aut potum quantumlibet minimum ſumtum, & niſi 1
ieiunus miſſas facere debet. *a* Et ſi temerarie contra præſumſerit, eſt excommunicandus. *b* Et ſi ebrius poſtquam pernoctauerit in taberna, ſequente die nulla dormitione interpoſita, miſſam celebrauerit, indignus eſt beneficio eccleſiaſtico. *c*

Sicut & † qui pro pecuniis & adulatio- 2
nibus ſeculariũ, vna die plures præſumunt facere miſſas, non euadent æternam damnationem. *d*

### Scholia.

a *c. nihil contra, 7. q. 1. c. liquido, 54. de conſecrat. diſtin. 2. c. vt ieiuni, & ſeq. de conſecrat. diſt. 5. c. ſacramenta, 49. de conſecr. diſt. 1. Imo non licet poſt ſumtionem aquæ calidæ miſſam celebrare, c. ex parte, de celebra. miſſar. multo minus & pranſo licet, c. liquido, de conſecr. diſt. 2.*

b *in c. 16. nihil contra, 7. q. 1.*

c *ca. ſi conſtiterit, 12. de accuſat. ſic enim intelligi debet illud caput de ebrio celebrãte, alioquin ſumtio ſola poſt cibum, non eſſet depoſitione a beneficio mulctanda.*

d *c. ſufficit, 53. de conſecratio. diſtinct. 1. Ibi tamen circumſtantiæ canonis ſunt obſeruandæ circa prohibitionem celebrandi vno die plures miſſas, nempe, ſi ob adulationem, vel ob pecunias, & quod damnatio imponatur, nec alia pœna ſit expreſſa a iure, & proinde ſi ſacerdos de pluribus dictis miſſis accuſetur, arbitrio epiſcopi vel iudicis erit pœna imponenda. Alioquin ex neceſſitate & ex aliis cauſis licitis in iure expreſſis, licebit ſacerdoti duas vel tres miſſas in vno die celebrare, vt liquet ex ca. conſuluiſti, & c. ter referente, de celebrat. miſſa. c. quomodo, 31. q. 1.*

## Capvt. III.

1 *De conſecrante ſine debita materia & rebus neceſſariis.*
2 *Aut ſine orario.*
3 *Aut in loco non permiſſo.*
4 *De dicente miſſam defunctis deſtinatam pro viuis, aut quippiã in Eccleſia contra eorum ſalutem agente.*

1 CONſecrans † vel miſſam celebrans in pane fermentato, aut in calice ligneo, aut ſine igne & aqua, propter malitiam apertam & nimiam deſipiſcẽtiam peccans, D officio & beneficio in perpetuum priuari debet. *a*

2 Et qui ſine orario eo modo † ſibi impoſito, quo fuit in ordinatione cõſecratus, miſſam celebrauerit, excommunicationi debitæ ſubiacet. *b*

2 Non ſecus quam presbyter, † qui celebrare miſſas præſumſerit in aliis locis, quã conſecratis ab epiſcopo, abiiciendus eſt a ſacerdotio. *c* id enim nõ licet, niſi ex per- E miſſione epiſcopi, *d* vt neque aliud altare non conſecratum erigere, vel eius conſecratione fingere, nam qui hoc fecerit, ſi clericus eſt, degradandus, ſi laicus, anathematizandus. *e*

A Sed multo ſceleſtius peccant, † qui miſſam pro defunctis ſolitam in eccleſia dici, fallaci voto pro viuis ſtudent dici hominibus, non alia ratione, quam vt is, pro quo illud offertur ſacrificium, mortis incurrat periculum. Quare & qui talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprii ordinis deponi debet gradu, & tam ipſe ſacerdos, quam ille, qui ad talia peragẽda eum incitaſſe perpenditur, perpetuo exilii ergaſtulo religa- B ri. *f* Sic & quicunque ſacerdotum vel miniſtrorum, cauſa cuiuſlibet amaritudinis vel doloris permotus, in perniciem ſuorum inimicorum, aut altare diuinum veſtibus ſacris exſuere præſumſerit, aut veſte lugubri accinxerit, ſi nõ ſe purgauerit pœnitentia ſuperioris, dignitate & honore eccleſiæ priuatur. *g*

## Scholia.

C a *ca. fin. de celebra. miſſa. vbi delictum dicitur eſſe conſecrare in pane fermẽtato, nempe in eccleſia latina vel occidentali, quanquam in Græca ſeu orientali conſecratio fiat in pane fermentato. ca. in ſacramento, de conſecratione. diſtinctio. 2. In ligneo calice prohibitum conſecrare, in ca. vaſa, & ca. vt calix, 45. de conſecrat. diſt. 1. Item in eo peccatum ſine igne celebrare, quia ignis in altari perpetuo ardere debebat, Le- D uit. 6. & ca. ſicut eunuchus. 1. quæſt. 1. Dehinc & peccatum conficere Sacramẽtum ſine aqua, quia ea vino miſceri debet, quod ex latere Domini exiuerit ſanguis & aqua, cap. in quadam, de celebrat. miſſa. ca. 1. & 2. de conſecrat. diſt. 2. Proinde debet qui tot commiſit peccata in conſecratione deponi, cũ ſi malitioſe fecerit videretur ob id inclinare in hæreſin & errorem hæreticorum, de quo meminit ca. omne crimen, de conſecratio. diſtinct. 2. cap. cum Marthæ, §. quæſiuiſti, & ſequentibus §§. de celebrat. miſſar. Cæterum non ideo minus conſecrat vere, aut conficit verum corpus Chriſti, qui in fermentato, calice ligneo, & ſine lumine cõſecrauerit cum intentione, &*



*ne, & forma eccleſiæ. In quo reprehenſus* A *eſt Hugo antiquus interpres, qui hoc negauerat. in ca. fin. in verb.* fermentato, *de celebra. miſſa. Videndus Beatus Thomas, in 3. part. quæſtio. 74. artic. 4. quanquam qui ita conſecrant grauiter peccent. Arbitrarer & ego presbyterũ, qui ex negligentia aliquando, ſine contemtu eccleſiæ, vel ex neceſſitate conſecrat in calice ligneo, & ſine igne, non eſſe deponendum, ſed arbitrio epiſcopi vel eius officialis aliter caſti-* B *gandum. Nam ca. fin. de celebratione miſſarum, quod imponit pœnam depoſitionis, de eo loquitur expreſſe, qui ex malitia aperta, vel ex nimia negligentia ita male ſacrificabat. Fuerunt & aliquando etiam recepta in magna penuria eccleſiæ vaſa & calices ex vitro & ligno, quo tempore erant præpoſiti aurei & argenti, c. vaſa, 44. de conſecrat. diſtinctio. 1. Vereor autem ne nũc in pluribus eccleſiis vaſa quidem con-* C *tra ſint aurea & argentea, præpoſiti vero lignei & terrei, quod peius eſt & vitrei. Superioribus adiũgere potes ea, quæ diximus de euchariſtia, lib. 1. ſupra tit. 9.*

b *in ca. 9. eccleſiaſtica, 23. diſtinct. Puniendus etiam eſſet ſacerdos, qui ſine aliis ornamentis ſacerdotalibus celebraret, vt ſine caſula & aliis, ſed quia pœna non eſt certa impoſita, erit relinquenda arbitrio epiſcopi vel ſuperioris, ex circumſtantiis* D *imponenda, quemadmodum & quimitius agunt contra presbyteros negligentes, qui aliquando conſecrauerint ſine ſtola ſeu orario, nõ excommunicationem maiorem, ſed ſuſpenſionem imponi dicunt ex arbitrio epiſcopi ad tempus, quæ probabilior eſt ſententia vt mitior.*

c *cap. nullus presbyter, 15. de conſecratio. diſtinct. 1.*

d *c. ſicut non alii, 11. & c. miſſarũ ſolemnia,* E *12. de conſec. diſt. 1. iuxta ca. 12. Deuter.* Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. *Ex neceſſitate autem permittitur in loco nõ conſecrato celebrare, dicto ca. ſicut non alii, propter quam & in tentoriis, & ſub dio, & in domib. & oratoriis permittitur, ca. concedimus, ca. vnicuique. de conſecrat. diſtinct. 1.*

e *c. nullus presbyter in eccleſia, 25. de conſecratio. diſtinct. 1. Neque licet altaria per ſomnia, aut per inanes reuelationes, aut ex arbitrio ſine reliquiis martyrum, & conſecratione epiſcopi erigere. can. placuit, vt altera, 26. & ſequen. de conſecrat. diſtinction. 1.*

f *ca. quicunque ſacerdotum, 13. 26. quæſtion. 5.*

g *dicto ca. quicunque, & cap. epiſcopi, 12. §. fin. 26. q. 5. Hic enim eſt abuſus ſacrarum rerum, vt ibidem, exſtinguere lumina eccleſiæ in alicuius indignationem & malum, vel celebrare miſſas ſuper rebus aptis ad ſortilegia faciẽda, & adhibitis nefariis precibus, & verbis ſuperſtitioſis, quod malum certe vel impietas alicubi nimiũ ſerpit & latius propagabitur, niſi ſeuera vindicta obuiam eatur. Superſtitio enim facit, vt facile quis ſub prætextu religionis ſacra contaminare attentet. Quare qui ſciẽter has preces ſuper his rebus adhibent, merentur depoſitionem, vt diximus, de miniſterio eccleſiæ abutentibus in perniciem alterius, in d. cap. quicunque, epiſcopus tamen cautius aget, vt eos admoneat & ſuſpendat ad tempus pro prima vice, pro ſecunda ſeuerius vindicet, habita ratione cauſarum, ob quas illæ preces fiunt ſuper rebus ſuppoſitis altari, & conſideratis perſonis presbyterorum, num ſimplices ſint, an vero ex certa ſcientia & participatione ſortilegii id egerint.*

## Capvt. IIII.

1 *De effundentibus ſanguinẽ conſecratum.*
2 *De non communicantibus celebrando.*
3 *Et de fingentibus ſe conſecrare, cum non conſecrent.*
4 *De vomente euchariſtiam.*

PEccant & ſacerdotes in ipſa conſecratione corporis & ſanguinis Domini, ſi

quid per negligentiam eorum ex illis de- A ciderit. Ideo ſi quid ſanguinis deciderit in terram, quadraginta diebus debet ſacerdos pœnitere & lingua lambere, ſi ſupra linteum altaris, primum debet ſorbere, & tribus diebus pœnitere, ſi ad ſecũdum linteũ peruenerit, quatuor diebus, ſi ad quartum, viginti. *a*

2 Sed qui pluries † in die celebrantes, ſe in aliquibus oblationibus a communione ſuſpendunt, id eſt, qui non communicant B quoties celebrant, a communione per annum vnum ſuſpenduntur. *b*

3 Peccant enim † quemadmodum & illi, qui miſſam celebrantes, ſcientes ſe in peccato eſſe, non conſecrant, ſed fingunt ſe conſecrare, vt ſatisfaciant populo. *c*

4 Et qui ſumtam euchariſtiã, † per ebrietatem aut crapulam euomunt, qui ſi laici ſint, debẽt pœnitere quadraginta diebus; C ſi monachi, aut clerici, aut diaconi, aut presbyteri, ſeptuaginta, ſi epiſcopi, nonaginta. *d*

### Scholia.

a *ca. ſi per negligentiam, 27. de conſecratio. diſtinct. 2. pœnæ tamen hæ ſunt potius pœnitentialis fori, quam iudicialis, cæterum nihil prohibet quin ex arbitrio ſuperioris iſtæ vel aliæ imponantur in foro iudiciali.*

b *c. relatum eſt, 11. de conſecrat. diſt. 2.* D

c *c. de homicid. 7. de celebrat. miſſar. in hoc tamẽ caſu, vt in ſuperiori, in forenſi iudicio, crimine per accuſationem delato, pœna erit ex arbitrio ſuperioris iudicis imponenda.*

d *in c. ſi per ebrietatem, 28. de conſecration. diſtin. 2. Conſideratur autem in vomitu, num ſpecies ſacramenti appareant, an vere digeſtæ ſint. Nam in primo caſu, pœna* E *locum habet. Quia quamdiu ſpecies incorruptæ Sacramenti apparuerint, ſub illis eſt corpus Domini, quod illa vomitione valde contemnitur. Eoque caſu, quo diſcerni poſſunt tolluntur ex fecibus, & cum vino exſiccantur, & ſi ſumi poſſunt per ſe,* A *ſumuntur per ſe vel cum vino, & ſi nõ ſint ſumtibiles, reponuntur in aliquo loco honeſto iuxta altare, vt ait Cardinalis de Turrecremata ad dictum ca. ſi per ebrietatem, de conſecrat. diſtinct. 2.*

## DE CLERICIS DELINquentibus circa beneficia Eccleſiaſtica.

## TITVLVS VII.

### Capvt. I.

*De cogentibus beneficia renuntiare & detinentibus venire in curiam Romanam debentes.*

Qvi viros eccleſiaſticos capere, captoſque, donec ſua reſignẽt beneficia, aut ne citati ab apoſtolica ſede, vel ab homine, vel a iure, venire ad ipſam valeant, auſu ſa- C crilego non verentur retinere, prçter ſententiam excommunicationis canonis, qui id fecerint; vel facere procurauerint, ſi fuerint prælati, a perceptione fructuum eccleſiarum ſuarum ipſo iure per triennium ſunt ſuſpenſi, ſi inferiores, eo ipſo beneficiis obtentis ſunt priuati. *a*

### Scholia.

a *Clem. multorum, 2. de pœnis. Sic pœna duplex, canonis ſcilicet, ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. c. nuper, de ſenten. excommu.* D *Et ſuſpenſio vel priuatio beneficiorum obtentorum, pro duobus criminibus, nempe ſi quis incarcerauerit aliquẽ ad renuntiandum beneficium, aut ne Romam adiret, in quo caſu etiam, qui curauit ſe detineri ne veniret, eadem pœna per eandem clementinam punitur. Explicat vero illam clementinã Cardinalis poſt Zenzellinum, in 6. q. requiri in pœna propter incarcera-* E *tionem ad renuntiandum, vt beneficium ideo fuerit renuntiatum in effectu, alias non ita ſeuere puniendum. Item in ſecundo caſu exigit quod ea captio fuerit impedimento, quo minus citatus Romã captus potuerit venire. Sed & notat gloſſa ad dictam*



*ctam clemen. 2. ad verbum* obtentis, *pri-* A *uatum ob prædicta crimina beneficiis obtentis, non cenſeri factum ideo inhabilem ad alia de nouo obtinenda.*

### Capvt II.

1 *De conſequentibus beneficia per laicos.*
2 *De intruſis.*

1 Clerici † qui occaſione laicæ recognitionis, non requiſita epiſcopi audientia, eccleſiaſtica beneficia ſibi præſumunt B vindicare, ſi commoniti ea non reſignauerint, aut epiſcopali conceſſione muniti non fuerint, reddi debent a beneficio & officio alieni, *a* mitius etiã cum illis agendo, quã in eos ſtatuerint antiqui canones. *b* Quiſquis etiam electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſenſerit, electionis commodo caret & ineligibilis fit, ad quamcunq; dignitatem, abſque diſpenſatione. Qui vero eam electionem fe- C cerint, ab officiis & beneficiis ſunt ſuſpendendi per triennium, & tunc eligendi etiam poteſtate priuati. *c*

2 Quia propria etiam † auctoritate beneficii curam animarum habentis, etiam ſibi legitime conceſſi, nanciſcitur poſſeſſionem, aut vi altero de facto poſſidente iure, quod in eo habet priuatur ipſo iure tanquam intruſus, & ſimili alio beneficio, ſi tunc habeat. *d* Multo magis, qui ſine titu- D lo ſe in eccleſiam, quamuis ſit ſuę collationis, intruſerit. *e*

### Scholia.

a *in cap. relatum, 21. de iure patrona. libr. 3. tit. 38. vbi ratio, quã nõ intrãt per oſtium, qui a laicis inſtruuntur, & beneficium ſine canonica inſtitutione obtineri non poteſt, c. beneficium, de reg. iur. in Sext.*

b *Ius antiquũ etiam ſtatuebat depoſitionem* E *& excommunicationem ei, qui per laicalem poteſtatem & abuſum, beneficium obtinuiſſet, ca. ſi quis deinceps, ca. ſi quis epiſcopus, c. ſi quis clericus, & ſeq. 16. q. 7. Refert & Ioan. Bernar. Diaz. in practica cri-* A *minali canonum, c. 46. ex concil. Latera. ſub Leone 10. celelebrato, in ſeſſ. 10. in bulla contra exemtos edicta. § & quia, quod hodie, vt ſæpius alias depoſitum collationes beneficiorum facta a domicellis, principib. & nobilibus, ſub colore iuris patronatus quod habere ſe confingunt in beneficiis eccleſiaſticis nullo priuilegio Apoſtolico ſuffulti, ſine ordinariorum collationibus & literis & abſq; aliquo ſaltẽ colorato titulo, nullæ* B *& irritæ decernuntur, & ſtatutum, vt illis vtentes reddãtur inhabiles ad alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda, donec eis ſuper hoc per ſedẽ apoſtolicã fuerit diſpenſatum.*

c *in c. quiſquis electioni, 45. de elect. Abuſus electionis ratione poteſtatis laicæ, eſt, vt ſi laicus interſit & eligat, vt in c. cum terra, c. quod ſicut, de electio. quia hoc eſt contra eccleſiaſticam libertatem, vt in dictis iuribus dicitur. verendum enim eſt, ne ideo in* C *futurum ſibi vſurparent poteſtatem imperandi in electionibus, quæ ideo non eſſent libera contra illarum naturam, c. dilectiſſimi, 8. quæſtio. 2. ideo & nulla electio, vt nec facta contra libertatem eccleſiæ, capit. Maſſana, cap. Sacroſancta, de elect. Digni & pœna electores qui laicos tales in electione ſponte admiſerint, non etiam, ſi coacte. ſufficeret enim tunc electiõnem ſolummodo irritare ſine pœna illorum, vt in cap. cum Vintonienſis, de electio.* D

d *c. eũ qui, 18. de preb. in Sex. l. exſtat, quod metus cauſa. in P. l. creditores, ad leg. Iul. de vi priuat. in P. l. ſi quis in tantã, C. vnde vi, l. .C. de ſuffrag. cum ſimilib.*

e *c. 3. de exceſſib. prælator. lib. 5. tit. 31. Nemo enim ſeipſum inſtituere poteſt. & inter dantẽ & accipientẽ, conſtitui debet differentia, c. fi. de inſtit. nec collator ſibi beneficium retinere poteſt. c. vnic. vt eccleſiaſtica benefic. ſine vlla dimin. confera. Quia* E *collationũ diſtributiones conceſſæ ſunt epiſcopis, quod ipſi ſoli omnib. ſufficere nequirent, & ideo eligunt ſibi coadiutores miniſterii, diſtribuẽdo illis, & beneficia & munera. c. fi. de offic. archipresbyteri.*

### Capvt. III.

*De impetrantibus beneficia vi-*
*uentium.*

QVi beneficia viuentium ſcienter im-
petrant, valde peccant, & eo ipſo ſunt
ab eccleſiaſtica communione pellendi: *a*
& ſi ea epiſcopatus ſunt, adhuc cum depo-
ſitione fiunt infames. *b*

#### Scholia.

a *cap. 1. de conceſſio. præbend. explicare vi-* B
*detur illum textum, c. eum qui contra, 40.*
*7. quæ. 1. in quo hic ordo ſeruatur, vt pri-*
*mũ is, qui conſenſit ſe promoueri in locum*
*Archidiaconi viuentis, ab eiuſdem archi-*
*diaconatus honore deponatur, & ſi vlte-*
*rius in eodem loco miniſtrare præſumſerit,*
*participatione communionis priuetur, ni-*
*ſi quãdo, vt ibi ait gloſſa, ſe excuſaret, qui*
*illud fecerit auctoritate maioris, quæ ali-*
*quantum minuit pœnam & poteſt indu-* C
*cere ad diſpenſationem, argu. ca. dixit do-*
*minus, 14. q. 5 6. c. diaconi, 28. diſtinct. &*
*gloſſ. in c. & ibi Panorm. de conceſſ. præb.*
*dicit verba,* deponendum vltra ordina-
tum in viui beneficium, *debere intelligi*
*de depoſitione ab illo beneficio ita impetra-*
*to, non ab aliis, vel ab officio. Quod tamen*
*in male ordinato in locum viui epiſcopi,*
*retinetur, per rationem mox explicãdam.*
b *ca. audiuimus, 3. quæ, 2. c. in primis, 2. q. 1.* D
*Ratio vero cur potius depoſitio imponitur*
*ſubrogato in locum epiſcopi viuẽtis, quam*
*ſi de alio beneficio agatur, eſt quod inter*
*prælatum & eccleſiam contrahatur ma-*
*trimonium ſpiritale, c. inter corporalia, de*
*tranſlatione epiſcopi, non inter alios benefi-*
*ciatos & eorum eccleſias, & proinde adul-*
*terium ſpiritale videtur committi in ſub-*
*rogatione in locum viuentis mariti epiſco-* E
*pi, & grauiori pœna id puniendum. dict. c.*
*audiuimus, 3. quæ. 2. c. ſicut vir, 11. c. ſicut*
*alterius, 39. 7. q. 1.*

### Capvt IIII.

1 *De beneficiato non ꝑmoto ad presbyteratũ.*
A 2 *De pluralitate beneficiorum.*
3 *De poſſeſſore beneficii paterni.*
4 *De non reſidentibus.*

BEneficium † cum cura animarũ con- 1
ſecutus, ſi a die pacificæ adeptæ poſſeſ-
ſionis non curauerit ſe promoueri intra
annum ad ſacerdotiũ, nullo legitimo im-
pedimento prohibitus, ipſo iure benefi-
cio priuatur. *a*
Delinquunt † & qui duo vel plura be- 2
B neficia poſſidere nituntur, *b* extra caſus in
iure expreſſos. *c* Ideo vel alterutro priuan-
tur. Et ſi vtrumq; retinere contenderint,
vtroque *d* & reputantur inhabiles ad ſuſ-
cipiendos ſacros ordines. *e*
Peccare videntur † & qui beneficia te- 3
nent, quibus immediate patres eorũ præ-
fuerunt vel legitimi vel illegitimi. Ideo ab
iis, niſi diſpenſetur, remouentur. *f*
Quemadmodũ † qui in beneficiis con- 4
C ceſſis reſidere contemnũt, vocati & con-
tumaces, nulla diſpenſatione aut cauſa ex-
cuſationis de non reſidendo legitima ſuf-
fulti, illis priuari poſſunt. *g*

#### Scholia.

a *cap. licet canon, & c. commiſſa, de elect. in*
*Sext. quod in aliis beneficiis curã anima-*
*rum non habentibus, locum nõ habet. Ro-*
*ta deciſ. 520.* nota quod tenens capella-
niam, *in antiq.*
D b *Mortaliter peccare dicuntur, qui duo be-*
*neficia poſſident, quãdo alterum per ſe ſuf-*
*ficit. Panorm. ad c. conquerente, de cleric.*
*non reſidentibus. gloſſ. ad ca. dudum, in 4.*
*ad verbum* intitulatum, *de elect. Atq; D.*
*Thomas in quotlibetico 9. art. 15. Ioannes*
*maior in 4. ſententiarum, diſt. 23. qu. 6. &*
*7. notant, tenentem plura beneficia cum*
E *diſpenſatione, in qua non eſt rationabilis*
*cauſa diſpenſandi, non eſſe in ſtatutis ſalu-*
*tis. Ait etiã Gabriel in expoſitione canonis*
*in lectione 28. diſt. in duabus vltimis colu-*
*mnis, diſpenſationẽ Papæ in hoc nõ ſuffra-*
*gari, niſi fiat ob vtilitatem vel neceſſitatem*
*eccleſiarum, non autem ſi in vtilitatem*
*perſonæ*



*perſonæ beneficiati. Nam connumerari ra-* A
*tione proprii commodi in duabus vel plu-*
*ribus eccleſiis, eſt inſtar negotiationis &*
*turpis lucri, ideo & prohibitum in can. 1.*
*21. q. 2. & pluralitas beneficiorum canoni-*
*bus ſacris eſt inimica ca. ſanctorum, 70.*
*diſt. ca. 1. & tota 21. q. 5. c. quia in tantũ,*
*de præb. vbi & ex radice cupiditatis, am-*
*bitionis & auaritiæ, hæc poſſeſſio dicitur, &*
*in cap. cum iamdudum, 18. de præb. Mul-*
*tomagis deteſtabilis eſt auaritia & ambi-* B
*tio quorundam nobilium, qui vt aliquan-*
*do poſſint eligi a capitulis in archiepiſcopos*
*vel epiſcopos, procurant ſibi dari in iiſdem*
*eccleſiis canonicatus, & ſæpe in quatuor*
*vel pluribus eccleſiis eos adipiſcuntur, vt*
*veluti hamo iniecto & poſtea ineſcatis ele-*
*ctoribus baculum paſtoralem ad ſe trahere*
*poſſint, quod & meretur in eccleſia emen-*
*dationem & puniendi eſſent huiuſmodi*
*piſcatores epiſcopatuum.*
c *Sunt illi caſus vel ad vtilitatem, aut neceſ-*
*ſitatem eccleſiæ, interdum fauore perſona-*
*rum, vt in c. de multa, 28. §. fin. de præb. &*
*in extraua. Ioannis 22. exſecrabilis, de*
*præb. ca. 1. & 5. 21. q. 1. can. paſcis, 55. diſt.*
*Item in caſu, quo vnam in commẽdam ec-*
*cleſiã, aliam in titulum quis habere poteſt,*
*ca. 3. qui plures eccleſias, & cap. fi. 21. q. 1.*
*diſpenſatio autem pluralitatis ex cap. de*
*multa, hodie reſeruatur ſummo pontifici,* D
*ademta epiſcopis.*
d *c. conquerẽte, de cler non reſiden. c. de mul-*
*ta, de præb. ſiue ſine cura ſint, vt ibi dicitur,*
*animarum, ſiue eis fuerit ea coniuncta, ſiue*
*ſint regulares dignitates c. cum ſingula, de*
*præb. in Sext. vel prioratus, clem. 1. de ſup-*
*plen. negligen. prælat. vel vicariæ perpetuæ*
*clem. vnica, de officio vicar. vide extrauag.*
*Ioannis 22. exſecrabilis, de præb. & caſſa-*
*tur electio eius, qui iam habet plures præ-* E
*bendas in c. cum iamdudum, 18. de præb.*
*c. dudum, in 2. de electio.*
e *dict. extrauag. exſecrabilis.*
f *c. quoniam, c. ad exſtirpandas, c. ad præſen-*
*tiam, de filiis presbyter. Eſt enim in iure*
A *exoſa in beneficiis eccleſiaſticis hereditaria*
*ria ſucceſſio, ca. apoſtolica. 8. quæſt. 1.*
g *c. 2. c. conquerente, c. ex tuæ, de cler. nonre-*
*ſid. arg. ca. ſicut autem, & can. abſit, 11. q.*
*3. Quod ſi beneficiatus, vagus ſit, nec ſcia-*
*tur vbi ſit, citandus erit edicto publico in*
*ſua eccleſia, & poſtea non comparens, pri-*
*uari poteſt beneficio, d. c. ex tuæ, de cler. nõ*
*reſiden. ca. non oportet, cum ſequentibus,*
*7. q. 1. gloſſa. in canon. non oportet, de con-*
B *ſecratio. diſtinct. finali.*

### Capvt V.

*De delictis circa adminiſtratio-*
*nem beneficiorum.*

QVi eccleſiam ſuam pro alienis obli-
gat meritis, vel conſentit vt obli-
getur, eccleſia in primis non tenetur, & ip-
ſe ad adminiſtratione ſpiritalium & tem-
poralium eius, ſubmouetur, ipſo iure, *a* &
C anathemate, ſi alienauerit vel conſenſerit
cum indemnitate eccleſiæ, vinciendus, *b*
& ab honore deponendus, *c* niſi cum ſo-
lemnitatibus iure requiſitis id fecerit. *d*
Multo magis & præfecti beneficiorum
ſuſpendendi vel remouendi ſunt ab admi-
niſtratione, ſi dilapidatores eorum ſunt. *e*

#### Scholia.

a *c. 2. de ſolutio.*
b *cap. ſiquis presbyterorum, de rebus eccleſ.*
D *non alien.*
c *ca. diaconi, 35. & can. monemus 12. q. 2. l.*
*iubemus, §. œconomus, C. de epiſco. & cleri.*
d *ca. ſine exceptione, 12. q. 1.*
e *c. 2. in fine, de ſtatu monachor. ca. fina. 3. q.*
*2. probata tamen dilapidatione & ſuſpici-*
*one manifeſta, c. licet Hely, c. per tuas, de*
*ſimonia, c. venerabilis, de offi. deleg. Pote-*
*rit tamen diſpenſare epiſcopus, vt in ca. 22.*
*ſiquis presbyter, 50. diſt. verum hic diſtin-*
E *guendum, an fuerit actum contra dilapi-*
*dationem criminaliter, vt ſi conuictus fue-*
*rit, poſſit deponi ab ordine. Archidiaconus*
*in ca. vobis, ca. Vulterranæ, 12. q. 2. per. c.*
*licet Hely, de ſimonia, facit textus in cap.*
*apoſtolicæ, & ca. monemus. 12. q. 2. Præpo-*

ſitus ad d. can. vobis. aut fuerit actum ci- A
uiliter, & debet ſolum remoueri a beneficio
ad quod alius eſt promouendus per di-
ctum cap. licet Hely, & ſi non communi-
catur, debet tamen conuentus ſe purgare
infamatus de dilapidatione, dicto cap. licet
Hely, vbi de hac quæſtione fuſe Panorm.
Quod ſi de ſuſpicione probetur, dabitur ei
coadiutor. d. c. venerabili, de officio delega.
At hæc maxime locum habent, dum de
dilapidatione rerum eccleſiæ agatur, non B
ſi de fructibus. Quia pro debitis prælatis
non tenetur eccleſia, nec ſucceſſor eius in
ea. c. 1. de ſolutio. Atq; hodie in hac quæſt.
puniendi dilapidatorem bonorum eccleſiæ,
arbitrium iudicis erit poſtulandum, vt no-
tat Panor. ad dictum c. licet Hely.

# DE DELICTIS CLERI-CORVM CIRCA MORES & modum viuendi.

## TIT. VIII.

### CAPVT I.

*De ebrietate & crapula clericorum.*

CLerici poſſunt puniri vt delinquere, in
victu & ornatu exteriori, in profeſſio-
ne ſeu artificio, & in crimine publico. de
ſingulis ordine dicemus, Deo fauente. Pri- D
mum in victu, vt ſi in crapula & ebrietati-
bus viuant, quæ deteſtanda in omnibus,
maxime in clericis ſeu perſonis eccleſiaſti-
cis. *a* Quare hi monendi vt deſinant, & ſi
non deſiuerint, damnandi. *b* Et ita quem
ebrium fuiſſe conſtiterit, aut 30. diebus a
communione ſubmouendus, aut corpo-
rali ſubdendus ſupplicio, *c* ſi non deſinat
deponendus ab officio. *d* Atque ſi clerici
ſibi a vino non temperent, vel ſi ad potus E
æquales ſe incitent & obligent more po-
tatorum, quorum iudicio plus laudatur
qui plures inebriauerit, & fœcundiores
calices exhauſerit, & ſuper his culpabiles
redditi, niſi ſatisfecerint a ſuperiore com- C
moniti, ab officio & beneficio ex concilio A
generali debent ſuſpendi. *e* Aliunde & cle-
ricis prohibitum, ne edendi vel bibendi
cauſa, tabernas ingrediantur, niſi neceſſi-
tate peregrinationis compulſi. *f*

SCHOLIA.

a *in can. Apoſtolorum, 42. & 43. & in ca. 1.
35. diſt. vide Hieron. 83. diſt. Exigit &
in ordinando D. Paulus 1. ad Tim. 3. vt ſit
ſobrius non vinolentus. Prohibitum & a* B
*Deo antiquitus miniſtris templi, vinum
aut ſiceram bibere, & ea quæ inebriare
poſſent, Leuitici 10. vinolentus autem di-
citur, qui non ſemel ſed ſæpe vino repletur.
in princip. 35. diſtinctionis. Confuſio &
ignominia eſt clericis* IESVM *crucifi-
xum, magiſtrum, pauperem atq; eſurien-
tem, fartis prædicare corporibus; ieiunio-
rumq; doctrinam rubentes buccas, tumen-* C
*tiaq; ora proferre. ca. 4. eccleſiæ principes,
31. diſt. vinolentum ſacerdotem & Apo-
ſtolus damnat, & vetus lex prohibet, ca. 6.
vinolentum, 35. diſt. vide quæ nos dixi-
mus lib. 39. Synt. iur. c. 7. & de ebriis & e-
brietate eodem lib. c. 8. & libr. 40. Synta-
xeon artis mirabilis, c. 19. & ſeq.*

b *Moneri primum debere vt deſiſtant, an-
tequam damnentur clerici vinolenti, do-
cetur in ca. 43. Apoſtolorum, & ca. 1. 35.
diſt. ibi,* Epiſcopus aut preſbyter, aut D
diaconus, ebrietati deſeruiens, aut deſi-
nat (*ibi monitio*) aut damnetur. *Nec
ſtatim acuendum ferrum in delinquentes;
fragilitate enim naturæ multa commit-
tuntur, vindicanda quidem, ſed non ita ſe-
uere, ac quando clerici ſunt incorrigibiles,
c. at ſi clerici, de iudic.*

c *ex concilio Agathenſi. c. 41. in ca. ſi. 35. diſt.*

d *ſic enim habet canon 43. Apoſtolorum,* aut E
deſinito, aut deponitor, *de quo & Pho-
tius nomocan. c. 35. & 29. & in ſynodo in
Trullo, cap. 9.*

e *ex concilio generali Lateranenſi habito ſub
Inno. 3. c. 15. relato in cap. a crapula, de
vita & hon. cleric. Exſtat & in concilio
Nannenſi,*



*Nannenſi, c. 10. prohibitio, ne preſbyteri* A
*conuocati ad conuiuia defunctorum, ſe in-
ebrient. Nec precati in amore ſanctorum
vel alicuius animæ bibant, aut alios ad bi-
bendum cogant, ne plauſus riſusve ibi in-
conditos referant, &c. vt habetur relatum
in ca. 7. nullus presbyterorum, 44. diſt. &
in ca. 35. de conſecr. diſt. 5. bibere in amore
Sanctorum aut alicuius animæ eſt, quod
vulgo dicitur,* boire a l' honneur du
Sainct ou au repos de l'ame de quelque B
treſpaſsé, *dumq; quæritur aliquis, qui pro
eo cui propinatur iterum bibat. Quemad-
modum etiam nunc eſt Ruſſenorum vel
Ruthenorũ religio, in cœna funebri quam
faciunt pro defunctis, omnibus conuocatis
bibere pro ſalute ſui regis, pro beatitudine
mortui, pro felicitate affinium, & cogna-
torum plenis cantharis; vnde & fit fere, vt
ex omnibus conuiuis pauci & vix duo vel
tres ſobrii domum repetant.* C

f *ca. clerici, 4. 44. diſt. ex concilio Carthagi-
nenſi 3. c. 27. & Aquiſgranenſi cap. 90. c.
clerici, 15. de vita & hon. cler. Imponit au-
tem canon 53. Apoſtolorum illis pœnam
his verbis.* Si quis clericus in caupona ci-
bum capere deprehenſus fuerit, a com-
munione excluditor; excepto tamen
eo, qui neceſſario in itinere in commu-
ne diuerterit hoſpitium. D

### CAPVT II.

*De veſtimentis & ornatu prohibitis clericis.*

IN veſtitu peccant clerici, qui ſui ordinis
veſtem non deferunt. Proinde ſi non
deferant, rationabili cauſa excuſationis
ceſſante, profeſſorum illius ordinis cen-
ſentur prærogatiua indigni. *a* Epiſcopi,
preſbyteri, diaconi, ſecularibus indumen-
tis vti non debent; ſed vt condecet tunica
ſacerdotali a patribus inſtituta. Quod ſi
moniti aliter faciant, communione priua- E
ri debent donec ſatisfaciant. *b* Et cum o-
mnis iactantia & ornatus ad voluptatem
corporis, a ſacrato ordine aliena ſint, epi-
ſcopi & clerici, qui ſe claris veſtibus or-
nant, emendari debent, quod ſi in hoc per-
manſerint, epitimio, quod eſt pœna ſuſ- A
penſionis vnius hebdomadę, tradi debent.
*c* Similiter & illi, qui vnguentis inungun-
tur. *d* Clericus *e* qui virgata *f* vel partita
*g* veſte publice vtitur, niſi cauſa rationabi-
lis ſubſiſtat, *h* ſi beneficiatus exſtiterit, per
ſex mẽſes a perceptione fructuum benefi-
ciorum, quæ obtinet, eſt eo ipſo ſuſpenſus;
ſi non ſit beneficiatus, citra ſacerdotium
conſtitutus, per idem tempus redditur eo
ipſo inhabilis ad eccleſiaſticum benefici- B
um obtinendum; idem & ſtatutum eſt de
clericis veſtes tales ſimul & tonſuram pu-
blice *i* deferentibus clericalem. Prohibi-
tum quoque preſbyteris, habentibus di-
gnitatem, & monachis, ne tales veſtes fe-
rant, non infulam ſeu pileum lineum pu-
blice geſtent in capite; *k* alioquin autem,
ſuſpendi debent beneficiati a perceptione
fructuum beneficiorum quę obtinent, per
annum, ſacerdotes & monachi redduntur C
per id tempus inhabiles ad beneficium
obtinendum. Prohibitum & illis vti epi-
togio *l* ſeu tabardo foderato, & ita breui
quod veſtis inferior videatur; iuſſumque
clericis qui regulares non ſunt, illud epi-
togium largiri pauperibus; religioſis au-
tem, vt dent ſuperioribus. Adiectum inſu-
per ne clerici præſertim beneficiati, caligis
ſcacatis, *m* rubeis aut viridibus, *n* publice D
vtantur; item prohibitum clericis, *o* vti ma-
nicis, *p* aut ſotularibus *q* conſutitiis, cappis
manicatis, *r* frenis, ſellis, pectoralibus, cal-
caribus deauratis, aut aliam ſuperfluita-
tem gerentibus, *s* fibulis, corrigiis auri vel
argenti, ornatum habentibus, *t* annulis, ni-
ſi quibus ex officio dignitatis conceſſum,
*v* aut vti in publico palliis diſibulatis, & ni-
ſi ante pectus vel poſt collum hinc inde
connexos. E

SCHOLIA.

a *Clem. 2. de vita & hon. cler. quod eſt val-
de notabile. Solent enim & in curiis ſu-
premis Parlamentorum Galliæ, priuari
beneficiis qui non ferunt ordinis beneficii
habitũ. Quemadmodũ & quæ nõ fert ha-*

*bitum matronæ ſed meretricis, ſi iniuria* A
*afficiatur, non vindicatur perinde ac facta*
*pudica l. item apud Labeonem, §. ſiquis*
*virgines, de iniur. P. facit c. in audientia,*
*25. de ſententia excom. Præſumitur &*
*laicus, qui reperitur in habitu laicali, do-*
*nec de clericatu appareat, & ita inuentus*
*in laicali habitu clericus prehendi a iudice*
*ſeculari pro crimine poteſt, c. ſi Iudex lai-*
*cus, de ſententia excomm. in Sext. neq; cle-*
*ricus coniugatus gaudet priuilegio cleri-* B
*cali, quo alioquin vteretur, quod pertinet*
*ad forum & priuilegium iniuriarum, ſi*
*non deferat veſtes & tonſuram clericalem,*
*c. vnico, de cler. coniugatis, in Sex. Et cle-*
*rici, qui nec habitu nec tonſura vtuntur*
*pro laicis reputati poſſunt deprehenſi a do-*
*minis laicis territorii in delicto puniri, non*
*obſtante quod poſtea, vt eludant iuriſdi-*
*ctionem, acceperint veſtem & tonſuram*
*clericalem, c. ex parte tua, 27. de priuil.* C
*Qui commodis & priuilegiis alicuius or-*
*dinis vult gaudere & vti, debet ſe regulis*
*& veſtibus eius conformare, c. recolentes,*
*de ſtat. monach. lib. 3. tit. 35. Imo vltra*
*monachus, qui fert quidem habitum reli-*
*gionis, ſed eum occultat alio habitu ſecula-*
*ri, cenſetur a regularibus apoſtata, c. pen. de*
*apoſta. c. in nonnullis de iudæis, ſic & tra-*
*dit gloſſ. in clem. 2. ad verbum,* extrinſeci,
*de vita & honeſt. cler. Quid ſibi vult, in-* D
*quit D. Bernardus li. 3. de conſideratione*
*ad Eugenium, quod clerici aliud eſſe, aliud*
*videri volunt? id quidem caſtum minuſq;*
*ſyncerum, nempe habitu milites, quæſtu*
*clericos, actu neutrum exhibent; nam neq;*
*vt milites pugnant, neq; vt clerici euange-*
*lizant. Cuius ordinis ſunt, cum vtriuſq; eſ-*
*ſe cupiunt? vtrumq; deſerunt, vtrumque*
*confundunt? Vnuſquiſq; inquit D. Paulus*
*1. ad Cor. c. 15. in ſuo ordine reſurget; iſti,* E
*in quo? an qui ſine ordine peccarunt, non ſi-*
*ne ordine peribunt.*

b *c. epiſcopi, & c. ſine ornatu, 23. q. 4. Quam-*
*uis enim veriſſimum ſit, habitum non fa-*
*cere monachum ſed profeſſionem regula-*
*rem, neq; clericum ex habitu eſſe, c. ſi iudex*
*laicus, de ſententia excom. in Sex. c. porre-*
*ctum, de regularib. & tranſeun. ad religio.*
*Et quamuis multi gerant vere habitum*
*religionis, in religione omnino vacui, vt*
*ait extrauag. 2. de regularib. in commu-*
*nib. tamen iudicium clericaturæ & mona-*
*chatus facit primo obtutu habitus conue-*
*niens, etſi is non ſit ſolum inſpiciendus, vt*
*crines & habitus philoſophiæ ſolebant eſſe*
*indicio philoſophis, vt ait Symmachus lib.*
*2. epiſt. 4. & nihilominus quidam fuerunt*
*nebulones pallio tenus philoſophi, qui diſci-*
*plinas ſapientiæ contaminarent, reprehenſi*
*a Gellio lib. 9. c. 2. & in l. 8. C. de profeſſo-*
*rib. & medicis. li. 10. C. ti. 2. & ab Apuleio*
*li. 1. Floridorum. Et Sidonius Apollinaris*
*li. 9. epiſt. 9. laudat Fauſtum, quod non pa-*
*ſceret cæſariem, neq; pallio aut claua, ve-*
*lut ſophiſticis inſignibus gloriaretur, aut*
*quod is affectaret de veſtium diſcretione*
*ſuperbiam. Ideoq; & punitur clericus, qui*
*veſte profana cum clericali ſigno, ſcilicet*
*cum tonſura, vtitur, nam eo deturpare vi-*
*detur ſuum ordinem quem prodit. Alio-*
*quin ſine tonſura ferens veſtem prohibi-*
*tam, non punitur ex iuris ſeueritate, gloſſ.*
*ad clem. 2. de vita & honeſt. cler. ad ver-*
*ba,* & tonſuram. *Cæterum clerici & per-*
*ſonæ eccleſiaſticæ debent vti modeſto orna-*
*tu recepto & tali habito in ea regione vbi*
*degunt, & qui non abhorreat a more re-*
*gionis, maxime inter probos eccleſiaſticos,*
*& ſic videtur concludere gloſſa in c. cleri-*
*ci, 15. ad verbum* de auratis, *de vita &*
*honeſt. cleric. & eſt textus expreſſus in ca.*
*ſiquis virorum, 15. 30. diſt. ex concilio*
*Gangrenſi, c. 12. neque enim vile veſti-*
*mentum probatur, neque delicioſum, ſed*
*mediocre, honeſtum, ſublato exceſſu ſecu-*
*lari, & retenta dignitate eccleſiaſtica, ne*
*vileſcat, cano. 5. parſimoniam, 4. diſt. ex*
*eodem concilio Gangrenſi, c. ſi. Neq; enim*
*affectatæ ſordes, neque exquiſitæ deliciæ,*
*conueniunt Chriſtiano, vt ait Hierony-*
*mus ad Euſtachium de cuſto. virginum,*
*& in*



*& in princip. 41. diſt. imo ſordes gloriolam* A
*redolent, ornatus, delicias; quare illa extre-*
*ma affectata vitanda, ſecundum Hiero-*
*nymum ad Nepotianum. Neque etiam*
*confundi debent habitus diſtincti, vbi di-*
*ſtincti ſunt; vt in monaſteriis, in quibus*
*habitus profeſſorum, nouitiorum, conuer-*
*ſorum, vt plerumque diuerſi, in c. 1. de reg.*
*& tranſeunt ad religionem, in ſex. diſt.*
*exſiſtente interdum in forma, interdum in*
*colore, aliquando in ſciſſura, cle. 2. de reg.* B
c *ca. 1. 21. q. 4. ex 7. Synodo c. 16. vbi perpul-*
*cre docetur, omne veſtimentum, quod non*
*propter neceſſitatem, ſed propter venuſta-*
*tem accipitur, electionis habere calumni-*
*am, iuxta ſententiam Baſilii Magni in re-*
*gulis breuioribus cap. 49. neceſſitas tamen*
*debet conſiderari, vt congruat etiam ho-*
*neſtati ſacerdotali & clericali, iuxta ma-*
*iorum & canonum inſtituta, vide Clemẽ-*
*tem Alexandrinum de veſtitu in pædago-* C
*gia lib. 3. c. 2. & 3. & li. 2. c. 11. de calcea-*
*mentis & c. 8. an vnguentis & coronis ſit*
*vtendum. Porro quod epitimium dicitur*
*in prædicto ca. 1. 21. q. 4. alibi dicitur pœ-*
*na ſuſpenſionis vnius hebdomadæ, in ſyno-*
*do 6. c. 27. & in ca. nullus eorum, 21. q. 4.*
*tamen ſeparatim & abſolute in d. ca. 1. 21.*
*q. 4. epitimium, non mihi videtur eſſe pœ-*
*na ſolum vnius hebdomadæ, ſed potius pœ-*
*nam ſuſpenſionis hebdomadæ, eſſe ſpeciem* D
*epitimii; neq; tamen idem epitimium &*
*epitimia in ſingulari apud Græcos. Siqui-*
*dem apud Græcos, ex quorum idiomate il-*
*le canon ſumtus eſt,* ἐπιτιμία, *eſt bona ex-*
*iſtimatio, bona fama, vt* ἀτιμία, *infamia,*
*vt in l. ſcire oportet, 21. §. 1. de tutoribus*
*& curatorib. datis ab his, qui ius dandi*
*habent, & c. lib. 26. P. tit. 5. Modeſtinus*
*Græce ſic reſpõdit de creando tutore, quem*
*pater eſſe vetuit,* κωλύεσθαι αὐτὸν ἐπιτρο- E
πεύειν μενούσης τῆς ἐπιτιμίας, *prohiberi eum*
*eſſe tutorem, manente epitimia, id eſt ſalua*
*exiſtimatione, ſeu ſine infamia, ex quo pro-*
*hibetur ex ea cauſa eſſe tutor, cum tamen*
*remoti alioquin a tutela infames eſſent. leg.*
*1. de his qui notan. infamia P. Sed neq; in*
*dicta ſynodo Græca 7. neq; in ca. 1. 21. q. 4.*
*eſt epitimia, ſed epitimion.* τὸ ἐπιτίμιον *au-*
*tem, apud Græcos eſt pœna multa, vt apud*
*Demoſthenem de corona, & Æſchinem*
*contra Cteſiphontem. Et ideo apud Græ-*
*cos in plurali,* τὰ ἐπιτίμια, *ſupplicia dicun-*
*tur ſæpe, quare cum ſynodus 7. c. 16. ait, ſu-*
*perfluis veſtibus vtentem, epitimio ſeu pœ-*
*næ tradi, ſe refert ad ſynodum 6. præceden-*
*tem, cuius pœna ſeu epitimium, eſt ſuſpẽſio*
*per hebdomadam. In ſumma clerici pudo-*
*rem verecundiamq; mentis ſimplici habi-*
*tu & inceſſu oſtendere debent. c. his igitur,*
*23. diſt. Et Pius 4. conſtitutio. 153. inci-*
*piente,* nos pro paſtoralis, *& c. ordinauit*
*vt omnes & ſinguli clerici, qui dignitates,*
*canonicatus, aut perſonatus, parrochiales*
*eccleſias, aut alia quæcunq; beneficia eccle-*
*ſiaſtica obtinerent, vel eſſent in ſacris ordi-*
*nibus conſtituti, in vrbe Roma morantes,*
*habitum clericalem induerent, cum con-*
*grua tonſura, & veſtes exteriores talares,*
*& interiores infra genua ſe extendentes, vt*
*a ſagis laicorum differrent, geſtarent, ſub*
*pœna excommunicationis, aliiſq; pœnis,*
*atq; creſcente eorum malitia ſub pœna pri-*
*uationis beneficiorum. Videtur D. Ber-*
*nar. lib. 4. de conſideratione ad Eugenium*
*Papam, & in ipſo ſummo pontifice repre-*
*hendere faſtum nimium veſtium. Inter*
*hæc, inquit, tu paſtor Eugeni, põtifex ſum-*
*me, procedis deauratus tam multa circun-*
*datus varietate, oues quid capiunt? Si au-*
*derem dicere dæmonum magis, quam oui-*
*um paſcua hæc, ſcilicet, ſic factitabat Pe-*
*trus, ſic ludebat Paulus. Quod credo Ber-*
*nardum dixiſſe de aliis ornamentis quam*
*pontificialibus, quæ regiæ & imperatoriæ*
*ſunt conceſſa dignitati a Conſtantino Ma-*
*gno honoris Dei cauſa, vt pluribus docetur*
*in can. Conſtantinus, 14. §. beato Sylueſtro,*
*96. Innoc. parte 5. decret. c. 49. & in pa-*
*normia lib. 4. c. 1.*

d *in d. c. 1. 21. q. 4. quando videlicet vnguẽ-*
*ta odoris & voluptatis cauſa deferuntur*

ſine aliqua neceſſitate naturæ vel ad me- A
dicamentum. Videndus & pro hac diſtin-
ctione Clemens Alexan. li. 2. Pædagogiæ c.
8. Sunt enim diuerſæ ſpecies vnguẽtorum;
nam aliqua ſunt, quibus vngitur quis vo-
luptatis cauſa, alia quæ valetudinis, qua-
lia commagena, glaucina, &c apud Pom-
ponium Iuriſconſultum in l. in argento, 21.
§. 1. de auro & argent. lega. lib. 24. P. ti. 2.
Veſpaſianus Cæſar ſenatu mouit ſenatorẽ
qui vnguenta olebat, dicens, malle vt ole- B
ret allia, vt refert Suetonius in Veſpaſiano,
c. 8. hoc magis odioſum erit in clericis qui
præſtantiores ſunt ethnicis, vt multo magis
erunt deteſtabiles illi qui more cinædum
pingunt ſibi oculos, fucant faciem, fœminis
pudicis inferiores, quæ hoc ipſum deteſtan-
tur, ca. fucare, 38. de conſecr. diſt. 5. ex D.
Auguſtino epiſt. 73. ad Poſſidonium, ſimi-
les meretricibus nihil præter hircum redo-
lentes in Venerem putres, &c. C

e hæc quæ ſequuntur, ſumta ex Cle. 2. de vita
& hon. cle. vbi prohibitiones veſtiũ, pileo-
rum, & caligarũ ſunt ex cõcilio Viennen-
ſi, de veſtitu monachi & monialis & cleri-
corũ. videndus Athanaſ. lib. de virginita-
te, Auguſtinus epiſt. 199. ad Ediciam,
Theodoretus in Maſyma, Ambro. de inſti-
tutione virginum & epiſt. 36. & lib. 1. de
virginitate. Optatus Mileuitanus lib. 2. D
contra Parmenionẽ, Gregorius Nazian-
zenus in exhortatione ad virgines, Hiero-
nymus in Hilarione, Greg. 1. in benedict.
Dionyſius Areopagita in eccleſiaſtica hie-
rarchia, Palladius in Lamſiaca Hiſtoria c.
41. Ioannes Damaſcenus, de ſanctis Bar-
laam & Ioſaphat, Chryſoſtomus homil.
69. in 21. cap. D. Matthæi.

f virgata veſtis, ſecundũ Ioannem Bernar-
dum Diaz in practica criminali canonũ,
c. 69. dicitur, cuius pannus eſt diuerſorum E
colorũ mixtorum vel quãdo ſupra pannũ,
alii diuerſorũ colorum aſſuuntur, in mo-
dum virgæ, nos diceremus, vn accouſtre-
ment où il y a pluſieurs bandes deſſus
couſues ou qu'eſt faict & tiſſu de laine
de diuerſes couleurs en forme de ban- A
des ou rayes. Perotus Sypõtinus epiſcopus
in copiæ cornu, ad epigramma 3. Martia-
lis. Item, inquit, a vi, virga, quod vim ge-
rat ligando verberandóve, a quo virgu-
la diminutum, quod modo paruam vir-
gam ſignificat, modo lineam, vnde vir-
gatam ſeu virgulatam veſtem dicimus
lineis quibuſdam quaſi virgis diſtinctã.
Poſſumus iſtas lineatas virgataſq; veſtes,
intelligere ex diſtinctione colorũ, materiæ B
mixtæ, ordine & opere, vt apud Iulium
Pollucem ῥαβδωτὸς veſtis virgata eſt, cui
intexebantur virgæ purpureæ, id eſt lineæ
quas Græci παρύφας dicunt. Meminit Sili-
us Italicus li. 4. veſtes, inquit, virgatæ au-
ro, &c. id eſt virgis ſeu lineis aureis di-
ſtinctæ & Virgilius 8. Æneidôn,

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis,
Virgatis fulgens ſagulis, &c. Virgæ interdũ C
& pictæ acu ex Phrygum more vt Plinius
ait, veſtes & ſunt ſericei panni holoſerica,
villis interciſis, quibus interdum aurum
fuit intextum ex inuentione Attali regis
in Aſia, vt ait Plinius lib. 8. c. 48 vnde &
panni illi dicti Attalici. Probibuerunt au-
tem aliquando Cæſares non tantum cleri-
cis, ſed etiam aliis priuatis auratas, aut ſe-
ricas paraganeas auro intextas viriles pri-
uatis vſibus intexere, l. 1. & 2. de veſtibus D
holoſericis & auratis, lib. 11. C. tit. 8.

g Partitã veſtẽ dicunt nunc diuiſam aut cõ-
ſtantẽ diuerſis coloribus, aut minutim in-
ciſam ſeu interſectã ferro vel acu depictã,
dicũt decoupee ou debrodee. Segmẽta-
ta quoq; dici poſſunt veſtes ex ſegmẽtis &
fruſtis factæ diuerſorũ pannorũ aut colo-
rũ, auri & argenti interdũ bracteolis adie-
ctis, interdum acu, variatione illa facta,
veluti opere Phryſio, de quo meminit Plin. E
lib. 8. c. 48. vocãt illud opus Itali ricamo,
vnde Galli mutuãtur ſuam vocẽ recanée,
meminit Ouidius de arte aman. lib. 3.

Quid de veſte loquar nõ iã ſegmẽta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Conceſſum aliquãdo mulierib. vt ſegmẽta
aurea



aurea geſtarent. Erat & laticlauiũ orna- A
mẽtum ſenatorũ, veſtimentum clauis pur-
pureis intertextũ, dicunt Galli chamar-
rure des Senateurs brochée de pour-
pre. Hinc intelligitur ꝙ paulo poſt addi-
tur in textu, prohibitum clericis ne rubeis
vel viridib. ſcacatis caligis vtãtur. Putoq;
ibi ſcacatas caligas dici, quod Gallis de-
ſchiquetees a vulgari Italico nomine
ſquarciare, id eſt lacerare per partes, vnde
& Gallice eſquarteller, mettre par quar- B
tiers, & pieces. Et certe non ſolum clericis
ſed aliis omnibus prohibendæ illæ inciſuræ,
quod perditionẽ inferant materiæ ſeu pan-
ni veſtimenti, & habeant inaniſſimam
per rerũ abuſum oſtentationem, ſed multo
magis clericis, qui tegumẽto ſimplici & ne-
ceſſario cõtenti eſſe debent. Pari & repre-
henſione ſunt clerici digni, qui leuiores cal-
ceos, quos vocant ſcarpos, multiformi in-
ciſione corrumpunt curioſe & vaniſſime, C
quod reprehẽditur in clericis, vt notat gloſ-
ſi. ad clem. 2. de vita & hon. cler. Prohibuit
& Deus c. 22. Deut. verſu 1. nõ indueris
veſtimento ꝙ ex lino lanaq; cõtextũ eſt.

h Ob neceſſitatem interdum permiſſa eſt ve-
ſtium ſimulatio, & habitus ad tempus mu-
tatio, dicta cle. 2. de vita & honeſt. cleri. c.
clerici, 15. eo. tit. apud Gregor. ibi, niſi iu-
ſta cauſa timoris exegerit habitum trãſ-
formari, ſicut contra per metum ſuſceptus D
habitus monachalis, nihil præiudicat acci-
pienti, c. perlatum, quod metus cauſa.

i Publice ferentibus prædictas veſtes vetitas,
pœnæ prædictæ impoſitæ ſunt in Clem. 2. de
vita & honeſt. cler. propter ſcandalum, &
propter contemtum, qui inde clericis oriri
poſſet. Exiſtimauit itaq; Ioan. Bernardus
Diaz in praxi criminali canonũ, c. 69. poſt
Ancharanum, ad clementinam 2. de vita
& hon. cler. Zenzelinum & Imolam, cle- E
ricum, vtentem veſte aliqua ex prohibitis
ſecreto & ſubtus alias veſtes, ita vt non ap-
pareat, nõ incurrere prædictas pœnas. Ideq;
eſſe, ſi vtatur talibus veſtibus domi, puta
in ſtudio, vel loco ſimili, vel ſi non perpetuo
portet, ſed ad momentum, vt propter feſtũ A
ſocii qui doctoratur, vel ſit rector, aut mi-
les, aut ducit vxorem; vel ſi deferat propter
paupertatem, quia non habet vnde alias e-
mat. Vide deciſionem capellæ Tholoſ. 52.
& ibi Stephanum Auferium.

k hic prohibentur capitis ornatus prophani,
quique cum ſuperbia & cultu nimio ſu-
muntur, quamobrem idipſum dicemus de
pileis ſericeis, rotundis, alteriuſque formæ
non conuenientibus grauitati morum & B
ſimplicitati eccleſiaſticorum de galeris ſe-
riceis & ſimilibus, epitogium ſeu tabar-
dum, Italis Tabarro, pro eodem veſtimẽ-
to nempe pro penula pro pallio longo, ꝙ ſu-
perinduitur veſtib. aliis præcinctis, quod-
ve cõmune eſt in Italia eccleſiaſticis per-
ſonis, cuius loco alibi eſt veſtis talaris &
longa. ca. ſiquis virorum, 30. diſt. ſicq; in
concilio Martini c. 41. & can. non liceat,
32. 23. diſt. non oportet (inquit) cleri- C
cos comam nutrire & miniſtrare, ſed
attonſo capite patentibus auribus, &
ſecundum Aaron talarem veſtem in-
duere, vt ſint in habitu ornato.

l id eſt, inciſis, laceratis, vt dixi ſ. litera g.

m Colores iſti virides & rubei in pannis &
veſtimentis eccleſiaſticorum vel clerico-
rum prohibentur, ne ad voluptatem vſur-
pentur, in concilio Viennenſi in d. clem. 2.
de vita & honeſt. cleric. & in c. clerici, eo. D
tit. apud Greg. Alii etiam colores diuerſi &
ſectiones prohibentur religioſis in eorum
veſtibus, in c. ſi. 20. q. 1. Refert Tertull. in
libro de cultu virgi. Romanis legibus im-
pudicas mulieres a matronis per ornamen-
ta diſtinctas, quod & indicat Vlpian. in l.
apud Labeonẽ, 15. §. ſiquis virgines, de in-
iur. li. 47. P. tit. 10. Idipſum & apud reli-
quas nationes fere ſeruatũ, vbi legib. bonis
temperati mores fuerunt. Et apud Athe- E
niẽſes quidẽ veſtis florida erat meretricia,
vt ait Suidas in verbo ἑταιρῶν, apud Thurios
varia, vt idem ſcribit in Zaleuco. Apud
Romanos variegata, eaq; ſubductior quã
cæterarũ mulierũ, vt ait D. Hieronymus,

*in Heluidium, vt merito idcirco talis or-
natus diſplicuerit etiam viris caſtitatis a-
matoribus, ne participes ingenii meretri-
cum eſſe videantur; quæ illis oculos paſcũt,
& ineſcant amatores perditos. Cæterum
color rubeus Cardinalibus in vſu permiſ-
ſus, & quotidianus cœpit eſſe anno Domini
1240. ſub Innocentio 4. ſum. pontif. quo
tempore concilium vniuerſale Lugdunẽ-
ſe contra Fredericum 2. Imperatorem fuit
celebratum & primum cõceſſus pileus ru-
beus & purpura, veluti inſignia, quibus
monerentur pro republica & fide chriſtia-
na ſemper ſe paratos eſſe debere ſanguinem
fundere, & tunc conceſſum in vrbe equo
vehi & ferre rubeum galerum, vt ait Pla-
tina in Innoc. 4. Gaguinus lib. 7. Hiſtoria
Francicæ, Paulus Æmilius lib. 7. Cum
purpura etiam prætexta ſolebant antiqui
Romani pingi & corona, vt ait Dion in
Marco Vlpio Traiano, vt & olim reges
Albæ, & Romani induebantur vt plerũ-
que veſte purpurea, teſte eodem Dione lib.
43. atq; Auguſtus eodem auctore lib. 49.
cum vidiſſet purpuram iam in vſu com-
muni vſurpari, ſanciuit, ne quiſquam niſi
ſenatorum, quiq; in magiſtratu eſſet, pur-
puram geſtaret. Statutum & ſubinde, ne
priuati purpuram tingere, deferre, aut
vendere poſſent, niſi quibus Imperator per-
miſiſſet, cum ille color eſſet reſeruatus vſi-
bus principis, l. 3. 4. & 5. de veſtib. holoſer.
libr. 11. C. tit. 8. l. 1. & 2. quæ res venire
non poſſ. lib. 4. C. tit. 40.*

n *hæc quæ ſequuntur ſumta fuerunt ex c.
clerici, 15. de vita & honeſt. cleric.*

o *manicæ conſutitiæ hic mihi videntur eſſe,
quas olim vocabant Galli* manchons,
*quæ ex diuerſo panno vel ſerico ſagis adde-
bantur, & detrahebantur ex arbitrio. Sed
& manicæ non conſutitiæ dicuntur quæ
non habent clauos in extremitate, ſeu vt
dicunt ſunt ſine botonis, in cle. 1. de ſtatu
monach. apud Virgilium 9. Æneidos ex-
probatur, vt molle veſtimentum & non
virile manicatum & pictum.*

A Vobis picta croco, & fulgẽti murice veſtis,
Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choræis,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula
mitræ.

*Et apud Plautum quidam cultu punico
velut auis exotica ridetur propter mani-
cas, aut angulos alarum inſtar vtrinque
propendentes atque exſtantes. Vſi Theſſali
hoc genere veſtimenti ad luxum, vnde ab-
iit in prouerbium,* θετταλικαὶ πτέρυγες, *id
B eſt, alæ Theſſalicæ, de quo vide Pollucem,
Heſychium, Euſtathium, Suidam. Sunt
& ibi* πτέρυγες *ſeu alæ, in veſtimentis, ſeu
anguli alis ſimiles, in Gallia etiam thoraci-
bus vel ſagis conſuuntur quidam appen-
dices, qui vulgo dicuntur ea ratione* aiſle-
rons, *a vocula* aiſles, *alæ.*

p *Sotulares quoq; hic dici puto calceos, qui
non debent eſſe conſutitii, vocantur & æ-
ſtiuales largi, in clem. 1. §. etiam, de ſtatu
C monachor. & in eadem clementina, §. ſi-
quis autem. Sotulares non corrigiati, di-
cuntur calcei, conſutitii aliter, & corri-
giati, contra, qui lati ſunt non ſtricti. Sotu-
lares dicuntur a vulgari voce* ſouliers, *at
vox* ſouliers, *a fece & luto, quod vulgo di-
citur* ſoulieure, *vel* ſouliers *a ſolo, quo i-
tur pedibus.*

q *Cappæ manicatæ prohibentur intra eccle-
ſiam, & in diuinis officiis vt in c. clerici, de
D vita & honeſt. cleri. Sed & alibi iis, qui
ſunt in ſacerdotio & perſonatibus conſtitu-
ti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habi-
tum transformari. In concilio Matiſco-
nenſi, 1. c. 5. ſancitum eſt clarius, vt nullus
clericorum ſagum aut veſtimenta, aut cal-
ceamenta ſecularia, niſi quæ religionem
decent, induere præſumat, aliter cum inde-
centi veſte, aut cum armis inuentus iu-
betur a ſeniori ita coerceri, vt 30. die-
E rum incluſione detentus aqua tantum &
modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur. Et
in concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 43. titul. de
vita & honeſt. cleric. diffinitur, abolen-
dum eſſe penitus, quod clerici & perſonæ
eccleſiaſticæ deferant manicas ad cubitum
pendentes,*



*pendentes, & veſtes cum foderaturis, id eſt,
duplicationibus vltra oram excedentibus
in fiſſuris, ſtatutumq; inſuper, vt ſi etiam
cum talibus interſint in eccleſiis cum ſu-
perpliciis aut aliis veſtibus ad cultum &
officium eccleſiaſticum ordinatis, maxime
intra eccleſias, in quibus ordinati exſiſtũt,
puniantur, vt tranſgreſſores canonum, &
vt pro qualibet vice, qua in tali habitu ec-
cleſiis interfuerint diuinis officiis, a parti-
cipatione prouentuum eccleſiaſticorum
per menſem ſint ſuſpenſi, fructusq; illi eccle-
ſiæ illius fabricæ applicentur. Colligimus
itaq; in ſumma, ex ſuperioribus prohibitio-
nibus, veſtimentorum duas ſpecies exterio-
rum permiſſas clericis; nempe pallium ſeu
penulam quæ imponitur aliis veſtibus in-
terioribus ſine manicis, dictam & cappam.
Item veſtem talarem longam manicis in-
dutis non pendentibus, quæ veſtis proprie
eſt clericalis, ſicut videtur Tertullianus li-
bro de pallio innuere, dum ait, Chriſtianos
veteres pallio potius, quod eſſet magis fru-
gale & ſimplex quam toga vſos; & ſi eſſent
togati, cum nomẽ Chriſtianæ religioni da-
rent, pallium induiſſe, indeq; ortum dicte-
rium a toga ad pallium. Pacis habitus to-
ga, vt belli, ſagus. Balduinus ad legem* 10.
*Romuli ſcribit, vnam eius hanc legem fu-
iſſe;* Quiſque demiſſam ad talos togam
in vrbe habeto. *Adrianus & Imperator
Romulum ſequutus, aliquando edixit te-
ſte Spartiano, vt Senatores ſaltem & equi-
tes Romani, ſemper in publico togati eſſent,
niſi e cœna reuerterentur. Refert & Gelli-
us libr. 7. antiquitus Romanos ſine tunicis,
toga fuiſſe contentos. Atq; in leg. 1. de ha-
bitu, quo vti oportet intra vrbem, lib. 4. C.
Theodoſia. tit. 19. Senatoribus prohibetur
habitus militaris, & togatos conuentui in-
tereſſe iubetur. Caſſiodorus quoq; vocat to-
gas, ciuiles veſtes, in formula comitiuæ pro-
uinciæ lib. 7. varia. epiſt. 1.* Quamuis (*in-
quit*) omnium dignitatum officia, a ma-
nu ſecludantur armata, & ciuilibus ve-
ſtibus videantur induti, qui deſtrictio-
A nem publicam videntur operari, tamen
dignitas a terroribus ornatur, quæ gla-
dio bellico etiam pacatis accingitur. *V-
ſus togæ Romanæ ciues Romanos oſtendiſſe
docet l. ſed ſi accepto vſu togæ, 32. de iure
fiſci. lib. 49. P. tit. 14. toga a tegendo. l. 180.
§. fi. de verb. ſigni. P.*

r *pectorale equorum hic dicitur, auerta ſeu
antilena equi,* le poictral, *quæ ſæpe inani-
bus clauis auri vel argenti vna cum freno
B & calcaribus exornatur, cum magno cleri
opprobrio, & pauperum Chriſti, quorum
bona transferuntur, nece & iniuria. Iam
& Imperatores antea in laicis hoc ipſum
fuerunt vt inaniſſimum deteſtati, & pro-
hibuit Leo imperator in l. vnica, nulli lice-
re in freno & equeſtribus ſellis, &c. lib. 11.
C. tit. 11. ne priuatus equeſtribus ſellis, fre-
nis, baltheis, ſmaragdos, hyacinthos, marga
ritas aptaret; niſi pro ornatu imperatorio,
C permittens tamen iiſdem priuatis aptare
alias gẽmas equis præterquã in cucurmiis,
id eſt in illis partibus freni, quæ os equi con-
tingunt. Poſtquam tamen Conſtantinus
Magnus conceſſit regia ſummo pontifici,
permiſit & cardinalibus, vt clericis ſanctæ
Romanæ eccleſiæ, vti mapulis (ſic enim le-
gendum non manipulis) & linteaminibus,
id eſt, candidiſſimo colore, decorare equos,
& [illegible]utare, vt habetur in eius edicto poſt
D concilium Neocæſarienſe poſito. & in ca.
14. Conſtantinus Imperator, 96 diſt. quod
priuilegium concedi non poſſe aliis alia-
rum eccleſiarum clericis defenderunt car-
dinales in ca. 22. Illud autem eadem 93.
diſt. ex epiſtola Gregorii Ioanni Rauen-
nati epiſcopo ſcripta, lib. 2. epiſtolarum, e-
piſtola 54. ſeu 93. & notat gloſſa ad c. non-
nulli, §. compage, 93. diſt. quod mappail-
la dicitur linteus, quo cooperitur equus
E cardinalis cum proceſſio cardinalium fit,
& puto a ſimilitudine mappæ, quæ menſis
aptatur vel manibus tergendis ſeruit, di-
ctum hoc velamẽ ſiue ephippium aut ſtra-
gulum ſellæ, quæ Gallis dicitur* vne houſ-
ſe. *Forſan & a certamine equorum map-*

*pam ad equos inſigniores pertinere dixerunt. Nam & in certaminibus Circenſibus, mappa pro ipſo ſpectaculo ſeu certamine equorũ vſurpabatur, vt in §. quantumcunque, ſeu in c. 1. nouel. 105. titulo de conſulibus, cuius rationẽ explicat Caſſiodorus lib. 3. variarum epi. 51. dum ait:* Mappa vero, quæ ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet & celebritatẽ, vt aſſolet, auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manib. vtebatur, iuſſit abiici per feneſtram, vt libertatem daret certaminis poſtulandi. Et tractum eſt, vt oſtẽſa mappa, certa videretur eſſe promiſſio Circenſium futurorum.

s *iiſdem rationibus prohibentur vani & ſuperflui ſumtus in fibulis & corrigiis, quibus dictum eſt, improbari circa equos & calcaria. Quod ſi etiam prohibitum ſit Deo dicata in bonos profanos vſus conuerti hominum, vt in c. ligna, de conſecra. diſt. cum ſimilib. ibidem notatis, & in regula ca. ſemel Deo dicatum, de regul. iur. quanto magis prohibitum erit eadem in equorum ornamenta, vilia calcaria & fibulas conuertere, patrimonioq́ Dei ita abuti, & illud profundere? Chriſti enim patrimonium ſunt reditus eccleſiarum, vt ipſa bona, cap. cum ex eo, de electio. item & pauperum, c. aurum. 12. quæſt. 2. cum ſimilib.*

t *annulos deferre, hic prohibitum eſt clericis, maxime miniſteriis ordinũ maiorum addictis. Nam & hodie annulus videtur eſſe ſymbolum vxorati vel eius, qui fidem de aliqua ducenda dedit. cap. illud, de præſumt. can. noſtrates, ca. fœminæ, 30. q. 5. Epiſcopis vero & prælatis licet annulum deferre, quia inter prælatum & eccleſiam, videtur ſpiritale matrimonium contrahi, c. inter corporalia, de translat. epiſco. c. ſicut vir, 7. q. 1. Quid autem ſignificet delatio annuli in Epiſcopo, docet Durandus in 3. lib. rationalis diuinorum officiorum.*

## CAPVT III.

*De religioſorum habitu, veſte & almutiis.*

PRohibitum religioſis quamcunq; religionem profeſſis tacite vel expreſſe, in ſcholis vel alibi, habitum temere ſuæ religionis dimittere, alioquin enim ipſo facto excommunicationis incurrunt ſententiam. *a* De monachorum ornatu & veſtitu, ſtatutum in concilio Viennenſi, *b* vt ſuperior veſtis ipſorum habitui proxima, *c* nigri, bruni, *d* aut albi coloris exſiſtat, iuxta morem ſeruari ſolitum in loco vbi degunt, *e* ne in qualitate panni quæratur quod pretioſius & ſubtilius, ſed quod & vilius, vt ſint veſtes rotundæ per circuitum, non ſciſſæ, nec longitudine nimia aut breuitate notandæ, cum largis manicis vſque ad pugnum protenſis, *f* non ſint conſutitię vel quodammodo botonatæ *g*, vtq; almutiis, *h* de panno nigro aut pellibus caputiorum loco, *i* cum caputiis habitus quem geſtauerint, ſint contenti. Iuxta tamen diſpoſitionẽ abbatis ſciſſis ſuper humeros, & honeſtis caputiis, vti poſſint. In veſtibus item ſuis, ne ſendatum *k* pro foderaturis *l* portẽt, æſtiualibus largis, *m* aut botis *n* altis, pro calceamentis vtantur, vt nullus zonam, cultellum, calcaria, cum ornatu deferre, aut cum ſella clauorum decorata ornatu ſuperfluo, vel nimis alia ſumtuoſa, ſiue cum freno ferraturam ad ornatum habente, *o* equitare *p* præſumat. Rurſum quod in locis, in quibus fuerit congregatio 12. monachorum aut ſupra, intra ſepta monaſterii abbas prior aut alius præſul portet floccum, *q* de panno in ipſis monaſteriis pro floccis aut cucullis *r* conſueto. Monachi etiam ſi ſoliti ſint, debent deferre, in aliis monaſteriis, vbi tot non ſunt monachi, cucullas ferant clauſas & honeſtas. Si autem prædictos extra monaſterium proficiſci contigerit, floccum, cucullam aut cappam *s* clauſam habeant: & ſubtus cappam, ſi eam portauerint cucullam deferant: aut ſi malint, ſcapulare.

*s* Cum



*s* Cum autem ad ſeruiendum in diuinis officiis erunt, albis vel ſacris veſtibus vtantur: aut cum occupabuntur in operibus, vti liceat ſcapulari. Quod ſi quis præmiſſorum temerarius exſtiterit violator, *v* ſtatutum, vt primum regulari ſubiaceat diſciplinæ. Et vt is, qui ſotulares non corrigiatos & altos, aut caputia non fiſſa portare præſumſerit, ſi ſit abbas, vel prior non habens proprium abbatem, per annum ſit ſuſpenſus a collatione beneficiorum, ſi alius, ab adminiſtratione ſi quam obtinet: & ſi non habeat, ſit inhabilis ad adminiſtrationem & aliud beneficium obtinendum.

### SCHOLIA.

a *ca. 2 ne cleric. vel monach. ſeculari. negotiis ſe immiſceant. lib. 3. Sexti tit. 24.*

b *Clem. 1. § ſtatuimus, de ſtatu monach. lib. 3. cle. tit. 10. vltra quod conſilium in ca. cum ad monaſterium, 6. de ſtatu monachor. apud Gregorium ſtatuit, ne monachi lineis vtantur camiſiis, quæ tamen prohibitio non ſeruatur perfecte, vt neq; aliæ leges de veſtitu per regulas ordinum præſcriptæ, verum tranſgreſſionis huius correctio expreſſa in canonibus iuris non mihi occurrit adhuc, ideo relinquenda eſt ſuperioris ordinum cenſuræ.*

c *iura non dicunt quaslibet veſtes monachis conceſſas, proprium earum habitum, ſed tantum floccum, cucullam, vel ſcapulare.*

d *color brunus, Latinis dicitur fuſcus, vel bethicus.*

e *monachi debent ſe conformare in coloribus veſtimẽtorum locis, in quibus degunt, vt ſecundum obſeruatam hactenus conſuetudinem ſine ſcandalo & modeſte a bonis eius ordinis, iiſdem vtantur, non vtentes tamen floridis, qui illiciunt potius ad voluptatem, quam ad religionem ſeu deuotionem, ſpectantes. Sicque colores viridis & rubeus, aliis etiam clericis prohibentur, can. clerici, 15. de vita & honeſta, clericorum, c. ſi quis virorum, 30. diſt. In ſumma quod neque contra fidem neq; contra bonos mores iniungitur, indifferens eſt habendum, & inter adiaphora dicta: idq; pro eorum more, in quorum ſocietate viuitur, ſeruandum eſt. can. 11. illud 12. diſt. ex D. Auguſtino ad Ianuarium epiſt. 118. c. 1. facit canon quæ contra, 8. diſt in. can. quiſquis, 41. diſt. ca. vtinam, 76. diſt.*

f *ad pugnum & vltra metacarpum manicæ veſtis clericalis extendi debent, nulla inciſura facta, qua pendere educto brachio poſſint, ne vllo modo brachium vel manus præter ſummos digitos vltra procedant & appareant. Sic illæ manicæ clauſæ vno contextu indui debent, & coniungi veſti, nec debent ſeparari, & hoc eſt quod dicitur, ne ſint conſutitiæ vel botonatæ.*

g *botoni a vulgo dicuntur, qui claui Latinis dicti, quibus aliquando manicæ pendentes iunguntur in ſuperiori parte, qua brachiũ educi poteſt a veſtibus vel iuxta metacarpum in fiſſura poſtrema, iuxta imam partem brachii ſeu manus, quam partem qui ſeculariter viuũt arctiorẽ faciunt, vt manus & extremas brachii partes exſerant liberius & expeditius. Claui botoni dicũtur, quod exſerant caput in modũ clauorum ferreorum, clauus autem a claue vel a cludo, claudo, figo, quod defixione eorum rimæ claudantur. Sic apud Varronẽ lib. 8. de lingua latina;* ſi quis tunicam, *inquit,* ita in vſu conſuit, vt altera plagula anguſtis clauis, altera laris, vtraque pars careat analogia. *Prohibet igitur clem. 1. de ſtatu monachorum, monachis habere manicas metacarpo breuiores vel fiſſas, vel clauſas clauis vt aperiri poſſint.*

h *Almutiæ dicuntur* aumuſſes.

i *Caputium dictum quod caput tegat, non proprium monachis ita in genere, ſed & ante monachos & præter monachos a ſecularibus vſurpatum, vt in palliis Hiſpanorum & Bearnenſium, vocãt* cappes Eſpagnoles, & cappes de Bearn, *verũ & monachi ſua caputia ſed diſtincta ab aliis habẽt, & in forma aliquãdo & in colore, nẽpe*

*conuenientia ordinibus regulæ quam profeſſi ſunt, nam quidam ferunt caputium acuminatum vt Carthuſiani, quod videtur referre ſacci extremam partem inciſam & ſuperiniectam capiti; quidam rotundum & iuxta capitis magnitudinem ſtrictum, rotundum quoq; ſuper pectus, in ſcapulis acuminatum, vt ferunt prædicatores minores Auguſtiniani, Carmelitæ; quidam & ante pectus & inter ſcapulas habent acuminatum, qualem ferunt qui Bequini dicuntur Tholoſæ, dicti & tertii ordinis Minoritarum; ideoq; Bequini dicti, quia vulgus noſtrum vocat roſtrum anis, vel quod ad ſimilitudinem roſtri factum eſt,* vn beq. *Vnde & quia illorum caputia ita ante & retro reſtricta ſunt ad diſtinctionem aliorum Minoritarum, Bequini dicti ſunt. Sed breuiter in diſtinctione caputiorum, inſtitutionis cuiuſque ordinis forma ſequenda erit.*

k *Sendatum hic dicitur ſericatum, quod ex panno ſerico eſt; quo nomine & in eadem quæſtione vtitur c. clerici, de vita & honeſta. clericor. Sericum vulgo* Soye *a vermiculo* σὴρ, *qui, vt ait Pauſanias, ſericum producit. Vide quæ dicemus proximo capite de ſericeis.*

l *foderaturæ hic dicuntur panni duplicationis cauſa adiecti veſtibus, vt enim veſtimentum ſine adiectione, ſimplum dicimus; ſic duplicatum, diploidem cum alio conſutum.*

m *Quod æſtiuales largos dixit Clemens in clem. 1. §. in veſtibus, de ſtatu monachor. poſtea in §. ſiquis autem, eius clementinæ dixit ſotulares non corrigiatos, id eſt, calceos tam largos non ſtrictos qui in ſuperiori parte, poſtquam impoſiti ſunt pedibus corrigia vel fibula conſtringuntur. Eo pertinent duo exempla vel ſcommata relata per Cæſarium in Heiſterbac. Ciſterc:enſis ordinis, in opere de viſionibus & miraculis diuerſis ſuo tempore factis, & per ſpeculum exemplorum parte 6. exemplo 32. & 33. vnum eſt de quodam monacho ordinis nigrorum; qui cum conquereretur apud Regem Galliæ nomine monaſterii, contra nobilem quendã, qui illud ſpoliauerat, & dixiſſet omnia monachis rapuiſſe, nec quicquam diuiſiſſe, bene reſpondit Rex, & hoc apparet in calceis veſtris, nam is nobilis aliquid vobis dimiſiſſet corii, calcei veſtri non eſſent tam ſtricti. Aliud ſimile exemplum refertur de Philippo rege Romanor. qui conſiderans calciamenta ſtricta abbatis, qui eum adiiſſet pro neceſſariis monaſterii ſui, & eum interrogaſſet vnde eſſet, & abbas reſpondiſſet ſe eſſe ex paupere domo, bene, inquit Rex, apparet in calceis veſtris, quod domus veſtra pauper ſit, nam corium ibi carum eſt, quo verbo imperator & ſuperior Rex, notauit monachorum calceos ſtrictos non conuenientes religioni.*

n *botæ altæ, pro ocreis accipiuntur, quibus equites peregre profecturi vtuntur, Gallis etiam* botes & hoſeaux, *tamen hic puto botas altas accipi pro calceis qui altius ſupra talum tolluntur ad tibiam.*

o *hæc ornamenta frenorum & aliorum ſuperflua prohibita regularibus fuerunt in clem. 1. de ſtat. monachor. antea etiam vniuerſis clericis, in c. clerici, de vita & honeſt. cler.*

p *monachis equitare permiſſum ſine ſuperfluo tamen ornatu equeſtri, ſunt tamen aliquorum monaſteriorum regulæ, quæ monachis ſuis prohibent equitare, & iubent pedibus ire, vt regula ſancti Franciſci.*

q *hæc in dicta clem. 1. §. rurſus, de ſtat. monach. Atque in eadem clementina, §. verum, dicitur nomine flocci intelligi habitum qui longas & largas habet manicas.*

r *cucullæ nomine, intelligunt pontificis habitum longum & amplum, ſed manicas non habentem, clem. 1. §. verum, de ſtat. monach. meminit de cuculla monachali, per quam initiatur monaſtica vita, can. præſens, 20. q. 3. ca. 2. 19. q. 3. c. intelleximus, de ætat. & qualita. ordina.*

s *cappa proprie dicitur, quod & caput & corpus*

*pus te-*



*pus totum legit; & vt gloſſa ait in clementi. 1. §. rurſus, ad verbum* cappa, *de ſtatu monach. Cappa differt a palliis, quæ dicuntur* rondelli, *id eſt pallia rotunda, quæ ſine caputio ſunt.*

t *Scapulare, eſt quod a collo pendens inter ſcapulas retro & ante pectus demittitur.*

v *Pœnæ ſequentes ponuntur in dicta clem. 1. §. ſiquis autem præmiſſorum, de ſtatu monachor.*

## Capvt IIII.

### *De Monialium habitu, & ornatu prohibito.*

Monialibus vt clericis quoque veſtes honeſtæ, *a* & ornatus eſt religioſus impoſitus, ſecundum quem viuere a præpoſitis ſuorum ordinum compelli debent via ordinaria; & ex delegatione ſummi pontificis, a ſuis epiſcopis, a quibus alioquin exemtæ ſunt. *b* Prohibitumque illis vti *c* pannis ſericeis, *d* variorum foderaturis, *e* ſandalitiis, *f* comatis & cornutis cirinibus, *g* ſcacatis & virgatis caputiolis, *h* feſta ſecularium proſequi, die noctuque per vicos incedere, *i* multoque magis reprehenſibile mulieribus Deo dicatis, faciem fucare pigmentis, quo rubicundiores & pulcriores appareant adulterina fallacia, quæ etiam in nuptis placendi maritis ſtudio facientibus improbantur. *k*

### Scholia.

a *Moniales veſtibus ſui ordinis vti debent, ca. vidua. ſi. 20. q. 1. Prohibentur itaque illis ſeculares veſtes, & auro argentoque ornatæ, vt infra ſericeæ molles. Nam verus ornatus Chriſtianorum, & Chriſtianarum non fucus mendax, non auri veſtiſve pompa, ſed mores boni ſunt. Exſecranda etiam ſuperſtitio ligaturæ, & alia quæ non ad placendum ſed ad ſeruiendum hominibus adhibentur ca. 38. fucare, de conſecratio. diſtin. 5. Prohibitum & generaliter fœminis veſte virili vti, quia & hoc abominabile & damnabile apud Deum, Deuter. 22. verſ. 5. Et hoc prætextu fertur aliquando damnata a factione Anglicana Ioanna Galla, quæ diuinitus opem Carolo Regi contra Anglos tulit, vt eſt in proceſſu eius criminali, cuius exemplum diu habui apud me. Inuenitur tamen in c. 2. de teſtamentis quandam abbatiſſam Gabinam nomine, vere pro religioſa ſeu regulari habitam, & ideo teſtari prohibitam, quæ tamen vſq; in diem obitus ſui, non induiſſet habitum monachalem, ſed in veſtibus quibus vtebantur eius loci presbyteri, remanſerat, ſicut & illa quæ ante illam fuerat abbatiſſa. Inueniuntur & inter ſanctas & Deo placentes relatæ, quæ ſexum celarunt habitu virili, vt Sancta Theodora Alexandrina, quæ vſq; ad mortem in monaſterio viuorum pro monacho ſexum celauit habitu monachi induta, vt refert M. Marullus lib. 5. de religioſe viuendi inſtitutione.*

b *proponuntur leges de reformatione habitus & ornatus monialium in clement. 2. de ſtatu monachor. daturq; ibidem formula & poteſtas viſitandi & reformandi. Tradidit & Speculator capitula formulæ viſitationis monaſteriorum, titulo de inquiſitione, §. nunc tractemus, verſi. licet autem, referam ſententiam Athanaſii lib. de virginitate, de ornatu & vita virginum Deo dicatarum, ô virgo, inquit, Deo dicata, materia tuarum veſtium, ne ſit pretioſa; indumentum tuum fuſcum ſit, non tinctum, ſed natiui coloris, aut ſaltem album, amiculum fimbriis careat, eiuſdemq; coloris ſint manicæ laneæ obtegentes brachia vſq; ad digitos manuum; capilli circumtonſi, crinalis vita ex lana ſit caput conſtringens, cuculla & ſuperhumerale lacinias non habeat. Si occurras homini, facie cõnudata & cernua eſto, neq; attollas vlli vultum niſi duntaxat Deo tuo, cum ſteteris in oratione, pedes calceis obductos habeto. Nunquam ad nudum te exueris, ſiue die ſiue nocte; nec talem nudam ſine neceſſitate vllus te videat, nec te ipſam depoſita*

veſte conſideres. Nec ibis ad balneum, niſi neceſſitate cogẽte: ne immerſeris totũ corpus in aquas, quoniã domino conſecrata es: faciem tantũ & manus & pedes laua, nec faciem ambabus manibus, ſed tantũ vna. Nõ expolineris genas faciei pharmaco vel nitro. Non recedat ab ore tuo verbũ Dei, mediteris perpetuo in lege, ab oriente Pſalmos diſce, decanta vſque ad 6. horam cum lacrymis, quia tũc paſſus Chriſtus: hora 9. ad hymnos redi: poſtea ſume cibum, benedic, ſumto gratias age, non cœnes cum fœminis ſuperbis, ſubſis regulæ, alias virgo ſine regula, ſimilis naui ſine gubernatore.

c dicta clem. 2 de ſtat. monach.

d dict. clem. 2. de ſtat. monach. idipſum omnibus clericis prohibitum eſt, vt diximus ſupra, & monachis, cũ omnis iactantia & corporalis ornatus debeat eſſe alienus a ſacro ordine. can. omnis iactantia 21. quæſt. 4. ſericeos pannos ſendatos dixit, clem. 1. de ſtatu monach. Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, non in eccleſia. D. Matthæi c. 11. verſ. 8. Atq; aliunde aliquando prohibitum fuit aliis quam domeſticis principis, ſericeis vti. l. 1. & 4. de veſtibus holoſericis lib. 11. C. tit. 8. Cautum & decreto, Octauio Frontone prætura functo, ne veſtis ſerica viros fœdaret, vt auctor Cornelius Tacitus 2. Annalium, ſic in c. fi. 20. quæſt. 1. mulier quæ ſanctæ religionis obtinere propoſitum voluerit, accepta a ſacerdote vel miniſtro apta religionis profeſſioni veſte ſeu in lectulo quieſcens, ſeu quocunque alio loco conſiſtens, conſtanter ea vti debet, neque eadem diuerſi coloris aut diuerſæ partis debet eſſe notabilis, ſed religioſa & non ſuſpecta. conſentit ca. 24. ſanctimonialis, 23. diſtinct. ex concilio Carthaginenſi, 4. c. 11. vbi & ſanctimonialis virgo, cum ad conſecrationem ſuo epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicari debet, qualibus ſemper vſura eſt profeſſioni & ſanctimoniæ aptis, vt cõtra vetitum eſt mimis, & quæſtum ludibrio ſui corporis facientibus, virginum, quæ Deo dicatæ ſunt, veſtibus vti. l. mimæ, 4. C. de epiſcopal. audien. §. fi. nouel. 123. de ſanctiſſimis epiſcopis. Et inter leges probas mulierũ hæc eſt Ariſtoteli li. 2. œconomicorum, ca. 1. vt veſtitu, ſumtu ac apparatu minori vtantur quam etiã permittant ciuitates, quod multo magis obſeruandum a regularibus. Fuit & Poſthumia Veſtalis aliquando inceſtus accuſata, ob ſuſpicionem amœnioris cultus ingeniiq; quam deceat virginem liberioris, vt ſcribit Liuius in 4. & Minutia alia Veſtalis primum etiam eiuſdem criminis inſimulata, propter iuſto mundiorẽ cultum, poſteaq; damnata & viua defoſſa, vt refert idem Liuius lib. 8. Oroſius in 3. c. 4.

e variorum foderaturæ dicuntur, duplicationes pannorum variæ, ratione colorum vel diuerſæ materiæ, in quibus varietas habet voluptatis, curioſæq; ſuperfluitatis ſpecimen, quod eſt alienum a religione & a mulieribus, quæ ſeculo & pompis eius vale ſe dixiſſe, profeſſæ ſunt. d. c. fi. 20. q. 1.

f Sandalitiis ſcilicet calceamentis, quo nomine exiſtimo prohibita fuiſſe delicata & mollia calceamenta, quæ ſecularib. ad voluptatem & ornatum ſunt, σανδάλιον, ſandalium, vel σάνδαλον, calceamentum muliebre dicitur Heſychio. Atq; eidem ſandalia idem ſunt ac ἐμβάδες & κρηπῖδες crepidæ, quæ vna ſolea ſubtus conſtabant olim, & ſupra paruis corrigiis & cingulis ligabantur. Hodie petits patins, ou petites & mignardes pãtouffles, Italis, pianelle. Sic in hiſtoria Iudith, ca. 10. verſ. 4. cum deſcribitur Iudith ſe ornans veſtib. iucunditatis ſuæ & deliciarũ, additur, induitq; ſandalia pedibus ſuis, aſſumſitque dextraliola, & lilia & inaures, &c. Tribuuntur & aliquando ſandalia viris, vt liquet ex cap. 12. Actor. dum Angelus diuo Petro dixit: ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Exiſtimarũt aliqui ſandalia appellari compagos a D. Gregorio lib. 7. epiſtola 28. Ioanni epiſcopo Syracuſano ſcripta, vbi prohibetur ne diaconi Catinenſis eccleſiæ excalceati cum compagis procedere præſumant, cum in tota Sicilia nullis aliis fuiſſet datum ex priuilegio apoſtolico, quam diaconis Meſſanenſis eccleſiæ. & refertur in c. 21. peruenit ad nos, 93. diſt. & a Gratiano in ca. nõnulli, 27. §. compagis, eadem 93. diſt. vbi gloſſa ad verbum compagis, tradit compagum in ſingulari, & compagos ſandalia eſſe, quæ clero ſanctæ Rom. eccleſiæ conceſſit Conſtantinus magnus nempe clericis Cardinalibus, vt opinor, ferre calceamẽta Imperatoria, quemadmodum habetur in edicto Græco Conſtantini poſt conciliũ Neocæſarienſe, ex quo ſumtus c. 14. Conſtantinus Imperator, 96. diſtinct. Sicut inquit noſter ſenatus vtitur calceamentis cum vdonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic vtantur & clerici, vt ſicut cœleſtia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur, & in Græco prototypo, καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματ' ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γήϊνα πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ. id eſt, & quemadmodum ſenatus noſter fert calceos ſeu ſandalia cum linteis albis, ita cœleſtia ſicut terreſtria ad Dei laudem. Sed nec hæc ſandalia ſimilia puto fuiſſe fœmininis, vt neq; ſandalia, quæ deferũt Epiſcopi, non ſunt eius ornamenti, cuius ſunt quæ ſunt cardinalium, & videntur dici ſandalia epiſcoporũ compagi. Cur autem ſandalia ſolis epiſcopis non aliis presbyteris dentur ſcribit Durandus lib. 3. rationalis diuinorum officio. c. 3. erant forſan vdones ſenatorum lunati calcei, qui erant pro inſigni cum laticlauio ſenatorum Romanorum, vt innuit Iuuenal. ſatyr. 7.

Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

g Moniales non debent nutrire comam, aut ornatu eius vti, quod & admonuit diuus Paulus non decere quaſcunque mulieres Chriſtianas 1. ad Timoth. 2. verſ. 9 Similiter (inquit) volo mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornãtes ſe nõ intortis crinibus, aut auro aut margaritis, aut veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittẽtes pietatem per opera bona. Repetitum apud diuũ Petrum epiſtola 1. c. 1. dum deſiderat mulieres, vt conſiderent ſanctam conuerſationem ſuam in timore, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.

h hæc eadem & virgata capitiola vel picta acu, quæ nos dicimus repointees, piquees, ou ouurées, non conueniunt clericali vel religioſæ vitæ, c. quoniam, de ſtatu monachor.

i hæc omnia prohibita in d. clem. 2. de ſtatu monach. vtpote quæ potius ad ambubaiarum collegia, vagas & impudicas mulieres, non dicam religioſas pertineant. Proprium quippe mulierum non intereſſe conſortiis hominũ, propter ſexus pudicitiam, §. neceſſario enim, vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruator. in nouel. §. 1. verſ. ſi vero mulier, vt litigantes iurent in exordio litis, &c. in nouel. l. neque impuberes, de in ius vocan. P. l. 2. C. de iureiurand. propter calumniam dando. facit l. 1. iuncta authent. ſed hodie, C. de offic. diuerſorum iudic. vitare ideo & debebunt conuiuia, etiam nuptias & choreas & ſpectacula publica, & priuata, ex ratione c. pen. 34.

k c. fucare, 8. de conſecra. diſt. 5. ex epiſtola diui Auguſtini ad Poſſidonium.



## Capvt V.

1 De delicto clericorum in nutritione comæ.
2 Et non gerente tonſuram.

NOn oportet etiam clericos comam nutrire, & miniſtrare; ſed attonſo capite, patentibus auribus. a Quod ſi quis ex clericis comam relaxauerit, anathema fieri poteſt, & detonderi inuitus a ſuo archidiacono. 1

Atque ſi clericus monitus, noluerit clericalem deferre tonſuram, priuilegiis clericaturæ priuari poteſt. d 2

S c h o l i a.

a *ca.penul.§.fi.ca.prohibere, 23. diſtinct. vt in concilio Carthaginenſi, 4.c.44. cap. clericus, 5. de vita & honeſta. clericor. clericus neq; comam nutriat, neq; barbam. In Armenia clerici ferunt coronas latas & rotundas; laici vero ſunt capitibus tonſis in modum crucis. Bernard. LutZemburgenſ. in hæreſibus in Armenis.*

b *cap. ſi quis ex clericis, 4. eod. tit. de vita & honeſta. clerico. Id autem fit per ſententiam;*
B *nam aliter ipſo iure non eſt excommunicatus, vt ibidem notat gloſſa.*

c *c. clericis, 7. de vita & honeſt. cler.*

d *c. ſi vero aliquis, c. in audientia, c. contingit, de ſententia excommunica. c. Ioannes, 7. de cleric. coniuga.*

## C a p v t. VI.

1 *De delictis clericorum in profano opere, in ſpectaculis & ludis.*
2 *Si hiſtriones.*
3 *Adulatores ſcurrilis ſermonis.*
4 *Si in ſcenam prodierint.*
5 *Si aleatores.*

1 DElinquunt rurſum clerici in artificio vel opere; profanis vel laicalibus negotiis ſe immiſcentes. Vt enim clericorum nomen a laicis ſeparatur, ſic & viuendi modus & functiones, *a* & in his debent, vt loco ſic religione laicis præſtare, *b* ſed vt
D melius & diligentius diuinis ſeruire poſſint & vacare, a ſecularibus abſtinere debent. *c* Neque oportet miniſtros altaris vel quoſlibet clericos, ſpectaculis quibuſcunque, quæ vel in nuptiis aut ſcenis exhibentur, intereſſe; ſed antequam Thymelia ingrediantur, ſurgere de conuiuio & abire. *d* Peccabũt multomagis, ſi ludos theatrales, & ludicra ſpectacula, aut laruas in ecclesiam admittant;
E & multomagis rurſum, ſi ipſi hæc eadem peragant, niſi quatenus ſacræ hiſtoriæ ſummaria quadam exhibitione repræſentãtur. Repræſentationes quippe iſtæ non minus quam ipſæ imagines permittuntur. *e*

A Alioquin clerici hiſtriones ſeu ioculatores, ſi per annum illam ignominioſam 2
artem exercuerint, *f* ipſo iure priuantur omni priuilegio clericali; & breuiori tempore, ſi ter intra illud moniti, non reſipuerint. *g*

Sed & clericum ſcurrilem & verbis 3
turpibus ioculatorem, ab officio retrahẽdum cenſuit concilium Carthaginenſe. *h*

Ille quoque, qui in ſcena luſiſſe digno- 4
B ſcitur, ad ordines non debet conſcendere ſacros. *i*

Vetitum quoque clericis ad aleas vel 5
taxillos ludere, aut ludentibus intereſſe. *k* Quod ſi epiſcopus aut preſbyter, aut diaconus, aleæ deſeruiat; aut deſinere debet, aut deponendus eſt. *l* Neque clerico publico aleatori valebit facta beneficii collatio. *m*

C

S c h o l i a.

a *c. cleros, 21. diſt. c. clericus, c. duo ſunt, 12. q. 1. nihil commune clericis cum publicis actionibus eſſet debet, l. placet, 17. C. de epiſco. & cler. can. ſicut ſacerdos, 2. q. 7.*

b *c. ſtatuimus, cum duob. ſequentib. 4. diſt.*

c *ca. maleitiis, cum 2. ſequentib. 21. q. 1. can. te quidem, 11. q. 1. ca. clerici ab indignis, 14. q. 4. ca. peruenit, 86. diſtinct. & tota 88. diſtinct. tit. ne clerici vel monachi ſe-*
D *cularibus negotiis ſe immiſceant.*

d *ca. non oportet miniſtros, 37. de conſecra. diſtinct. 5. & ibi ſpectacula connumerantur voluptatis, a quibus arcentur clerici, ſiue ea priuata ſiue publica ſint; probibentur & ſpectaculis & pompis ſecularibus clerici intereſſe, in can. his igitur, 23. diſt. nec eſt hic prætereunda ſilentio pulcerrima deciſio concilii Agathenſis, c. 39. relata in c. penul. 34. diſtinct. cuius verba hæc.*
E Preſbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxorem facultas non eſt, etiã alienarum nuptiarũ euitent cõuiuia, nec his cœtib. miſceãtur, vbi amatoria cãtãtur & turpia, & vbi obſcœni motus corporũ choreis & ſaltationibus efferuntur;



efferuntur, ne auditus & obtutus ſacris A
myſteriis deputati, turpium ſpectaculorum ac verborũ contagione polluantur. *Exſtat & probibitio, ne adſint clerici ſpectaculis. in leg. placet, 17. C. de epiſcop. & cleric. Puto autem & hic arbitrio ſuperioris pœnam relinquendam, quia certa a iure diffinita non ſit Pontificio, quamquam ciuili ſit impoſita a Iuſtiniano. in ca. 10. §. vt autem, verſ. interdicimus, nouellæ 123. per quam a venerabili miniſterio, qui* B
*interfuerit ſpectaculis, prædictis probiberi debet, & in monaſterium redigi, permiſſa tamen facultate ſacerdoti imponenti pœnitentiam, minuendi tempus, ſi eam intra illud tempus cognouerit conuenientem agi. Idem in authent. interdicimus, de epiſcop. & cleric. leges tamen ſeculares non ligant perſonas eccleſiaſticas in pœnis, maxime in iudiciis, c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitution. c. bene quidem, 96. diſtin.* C
*c. cum laicis, de reb. eccleſ. non alien. c. at ſi clerici, de iudic. ca. decernimus, nominantur ſpectacula voluptatis, in l. 1. C. de ſpectacul. libr. 11. tit. 40. l. 3. de ſcenicis, in C. Theodoſia. l. 1. de expenſis ludor. C. Inde & tribunus voluptatum, qui procurabat ſpectacula, l. fin. de ſpectacul. in Cod. Theodo. fit & mentio de eo tribuno apud Caſſiodorum, libr. 5. varia. epiſtola. 2. & libr. 6. in formula 19. Meminit & de propria eius* D
*tribunatus voluptatum formula, libr. 7. c. 10. vide quæ nos tractauimus de ſpectaculis, libr. 39. cap. 5. Sic qui ita voluptates dare & edere populo dicuntur, probibentur ordinari, & ordinati deponuntur, in c. aliquantos, 51. diſtinct. Cæterum multo maiori pœna digni erunt clerici, qui intererunt cruentis ſpectaculis gladiatorũ vel taurorum, vel torneamentorum, quibus* E
*ſanguis bumanus effunditur, c. 1. & 2. de torneamentis, tum quod a ſanguinis fuſione alienus ſit clericatus. in cap. ſententiam ſanguinis, & c. clericis, ne cleric. vel monach. c. in archiepiſcopatu, de raptoribus, tum etiam quod conuenta ſpectacula ſint odio, & in ciuili & domeſtica pace nõ placent, vnde & gladiatores probibiti. in l. vnica, de gladiatoribus penitus tollen. libr. 11. C. tit. 43. titulo de torneamentis.*

e *Hæc omnia in capit. cum decorem, 12. de vita & hon. cler.*

f *Themethlici biſtriones, qui in ſcenis quæſtus cauſa ſui ſpectaculum populo præbent, qui artis ludicræ pronuntiandique cauſa priuatim aut publice prodierint, infames ſunt, leg. 1. & 2. § fi. l. athletas, 4. de his, qui notan. infamia. lib. 3. P. tit. 2. c. definimus, 4. qu. 1. dicuntur inboneſtæ & viles perſonæ, pantomimi, biſtrones, in l. 4. de ſpectaculis, libr. 11. C. & ſine honore, in l. ſenatoris filia, 47. de ritu nuptiarum, quibuſque probibitũ vti habitu Deo dicatorum, aut clericorum, l. mimæ, C. de epiſcop. audient. §. fi. nouellæ 123. Imo & biſtriones, quamdiu in ea arte perſeuerant, dicuntur eſſe in peccato mortali, vt etiam eis denegetur eucbariſtia, ca. pro dilectione, de conſecratio. diſt. 2. atque pro peccato immani & mortali babetur, pro ea arte donare. can. donare, 86. diſtinct.*

g *c. 1. de vita & honeſta. clericor. in Sex. vbi vocantur buffones, & Goliardi. Poterit tamen cum buiuſmodi hominibus poſtea pœnitentibus & reſipiſcentibus ab epiſcopo diſpenſari, alioquin vt infames dignitate clericatus priuandi, dict. c. 1. de vita & boneſta. clericor. in Sext. dignitas enim ibi clericatus dicitur, vt & in c. deniq; 4. diſt. c. 3. de cleric. non reſident. ita priuilegium clericatus non perſonæ ſed dignitati clericali concedi dicitur, in c. ſi diligenti, de foro competen. Portæ autem dignitatum non patent infamibus, l. 2. de dignitatibus, lib. 1. C. tit. 5. l. vnica, de infamibus, libr. 10. C. titul. 57. l. vnic. de bis, qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. eod. libr. 10. C. tit. 54.*

h *Concilio Carthaginenſi, 4. c. 60. relatum, in can. 6. clericum ſcurrilem, 46. diſt.*

i *ca. 2. maritum, 33. diſtinct. Siquidem in cunctis eccleſiæ ſacris ordinibus, inter ca-*

*tera & morum grauitas exigitur, capit. cum in cunctis, 7. de election. cum incompoſitio corporis arguat incompoſitionem mentis, ca. fi. 41. diſt.* A

k *cap. clerici, 15. de vita & honeſta. clericor.*

l *c. 1. Epiſcopus, 35. diſt. vbi verba,* aut deſinat aut damnetur, *ratione cuius verbi damnetur, Ioannes Bernardinus Diaz, in practica canonum, c. 64. tradit, ex eo verbo, non eſſe depoſitionem impoſitam, & pœnam relinqui arbitrariam.* B *Sed Prepoſitus & Dominicus in eo textu intelligunt,* damnetur, *de depoſitione & bene, meo quidem iudicio, nam is canon ſumtus eſt ex c. 41. Apoſtolorum, vbi loco eius verbi poſi- apud Gratianum ponitur* αὐθαιρέτως, deponatur. *Pœnam etiam grauem ludentibus ad aleas & tabulas, & inſpicientibus ludentes, clericis, diaconis, presbyteris, & epiſcopis & cæteris Iuſtinianus imponit,* C *vt per tres annos a miniſterio ſuſpendantur, & pœnitentiæ cauſa in monaſterium detrudantur, nouella 123. capit. 10. §. vt autem omnes, verſic. interdicimus, de ſanctiſſim. epiſcop. authentica interdicimus, de epiſcop. & cleric. firmauit Leo nouella 87. cum ratione ne reuocentur clerici a ſacris cogitationibus, iuuenilibus luſibus intenti, poſſent & aliæ addi rationes ab impietatibus, blaſphemiis, iactura tempo-* D *ris, quæ ex aleæ luſu & tabularum oriuntur. vide Photium 9. nomoca. c. 27. & quæ nos tradidimus, lib. 39. ſyntagm. ca. 3. quæ omnia locum habere poſſunt in ludentibus ad ſchacos, vbi maior iactura temporis, & diſcuntur doloſi inceſſus, alieni ab exercitio & cultu clericali.*

m *c. inter dilectos, 11. de exceſſib. prælator. lib. 5. tit. 31. vbi tamen gloſſ. ait, non ideo ſtatim clericum aleatorem a beneficio eſſe deponendum, quia facilius quis prohibea-* E *tur peruenire ad beneficium quod non habet, quam priuetur eo, quod iam habet. argumento l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien iuris. P.*

## Caput VII.

### *De clerico caupone & lanione.*

Nulli etiam clerico licet cauponariam tabernam habere, aut in ea miniſtrare. Qui autem exercuerit, aut ceſſare debet, aut deponi. *a* Idipſum dicitur de clerico macellarii ſeu carnificis vel lanionis publice & perſonaliter officium exercente, qui ſi ter monitus, in tempore ad reſiliendum idoneo conceſſo, non deſtiterit, clericali quoque priuilegio exſuitur. *b*

### Scholia.

a *Ex ſexta ſynodo, cap. 9. relata in ca. 3. nulli clerico, 44. diſtinct. vbi ratio, quia ſi prohibitum ſit clericis ingredi tabernas, multo magis eas exercere. Explicat hunc canonem concilium Viennenſe, in clem. 1. de vita & honeſt. clericorum, in quo clericus officium tabernariorum publice & perſonaliter exercens, ſi ter monitus per tempora arbitrio ſuperioris conſtituta non deſiſtat, priuilegium clericale iubetur amittere. Cui non inconueniens erit ratio, quod ſæpe in iſtis cauponis detur delinquendi occaſio, ex vino ſubminiſtrato, leg. quæ adulterium, 29. ad legem Iuliam de adulteriis, libr. 9. C. titul. 9. & cenſetur quodammodo proſtituta, quæ in caupona miniſtrãdi cauſa ponitur, l. fi. C. ſi mancipiũ ita fuerit alienatum, ne proſtituatur, lib. 4. C. tit. 56. l. 4. §. ait prætor, de his qui nota infam. P. lib. 3. tit. 4. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas: omnis qui cum his miſcetur non erit ſapiens, Prouerbiorum, ca. 2. & rurſum, cap. 3. luxurioſa, 35. diſt. Et dicebat diuus Hieronymus in Micheam, ad ca. 2. eccleſiæ principes, qui delitiis affluunt, & inter epulas atq; laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus ſermo deſcribit, quod eiiciendi ſint de ſpatioſis domibus lautiſq; cõuiuiis & multo labore cõquiſitis epulis, & eiiciendi propter malas cogitationes & opera ſua. relatum in can. eccleſiæ principes, 4. eadem 35. diſtin.*



*diſtin. venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. c. venter, & ſeqq. 35. diſt.* A

b *dicta clem. 1. de vita & honeſta. clericor. vbi gloſſa aut laionum ſeu macellariorum artem, propter horrorem, deteſtanda clericis, qui a ſanguinis fuſione debent eſſe alieni. cap. ſententiam, & c. clericis, ne cleric. vel monachi ſecula neg. &c. ca. in Archiepiſcopatu, de raptor. Quare dicta clemen. 1. de vita & honeſta. clericor. in §. fi. alios clericos, alias profanas artes exercen-* B *tes, non eadem pœna amiſſionis priuilegii, vt dictos macellarios & tabernarios, punit, ſed relinquit aliis canonibus obnoxios. Ideo ſi viliorem artem, quam tabernariorum exercuerint, aut macellariorum, quia pœna non eſt expreſſa, eadem pœna non punientur, ſed erit penes ſuperiorem, cauſa cognita, quam voluerit conuenien-* C *tem imponere.*

## Caput. VIII.

### *De clerico venatore.*

Est & prohibitum *a* epiſcopis, presbyteris, diaconis, aut aliis clericis, & monachis venari, aut canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere. Quod ſi quis talium perſonarum, in hac voluptate ſæpius detentus fuerit: ſi epiſco- D pus eſt, tribus menſibus debet a communione ſuſpendi, ſi presbyter, duobus, ſi diaconus vero, ab omni officio & cõmunione. *b* Quod ſi monachi venationi aut aucupationi clamoſæ, aut alias cum canibus aut auibus ex propoſito interfuerint, ſi abbas vel prior fuerit, per annum eſt a collatione beneficiorum ſuſpenſus, quorum collatio interim ad priorem clauſtralem & capitulum pertinebit; ſi alius ſit, E quam prior aut abbas, per annum erit ab adminiſtratione, ſi quam obtinet, ſuſpenſus, ſi autem nullam habeat, reddetur per annũ ad adminiſtrationẽ vel beneficium obtinendum inhabilis. *c* Ars venationis dicitur nequiſſima, & peccatum donare ob eam venatori. *d* Et qui vident venatorem & delectantur, videbunt ſaluatorem & contriſtabuntur. *e* Exceptis quibuſdam quietis piſcationibus & venationibus, quæ aliquando aliquibus, non tamen omnibus perſonis Deo dicatis, permittuntur. *f*

### Scholia.

a *Venationes omnes ſyluaticæ cũ auibus, accipitrib. & falconibus, prohibitæ perſonis eccleſiaſticis, in concilio Aureliacenſi, capit. 4. Agathenſi, cap. 55. Epaunenſi, capit.* B *3. can. epiſcopum, 2. cum ſequentibus omnibus, 34. diſtin. Venatorem nunquam fuiſſe ſanctũ legimus, nempe quamdiu venator fuit, vt ait D. Hieronymus in Micheam, c. 5. can. Eſau, 86. diſtin. & c. 1. ne cler. vel monach. ſecular. nego. ſe immiſc. libr. 3. tit 50. prohibitum clericis canes & aues ſequi ad venandum.* C *Rurſum in concilio Lateranenſi ſub Alex. 3. epiſcopis & archiepiſcopis viſitantibus prouincias, prohibitum eſt cum canibus venatoriis & auibus proficiſci, c. cum Apoſtolus, 6. de cenſib. lib. 3. tit. 39. Eadẽ prohibitio facta eſt cum diſtinctione, monachis, in clem. 1. §. porro, de ſtatu monachor. cuius hæc verba.* Porro a venationibus ſeu aucupationicus, omnes (*ſcilicet religioſi, de quibus a-* D *git*) abſtineant, nec eis intereſſe aut aues, aut canes venatores per ſe vel alios tenere præſumant, nec a familiaribus ſecum morantibus, niſi ſaltus vel viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in aliis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forſan eſſent, quo caſu hoc eis permittitur, dum tamẽ infra monaſteria ſeu domos, quas inhabitãt canes nõ teneant, nec venationi præſentiã exhi- E beant perſonalẽ. *Hæc ibi in quib. poſtremis verbis, nec ex neceſſitate permittitur religioſis venationibus intereſſe. Conuenit hæc venationis ſpecies potius laicis, maxime militib. & nobilib. quia militaris audaciæ eſt ſpecimen, robuſtaq; corpora facit & laboribus aſſueſcit, vt ſcribit Iulius Pollux, lib. 5. Onomaſticon, Xenophon li. 1. Cy-*

A ropediæ, Athenæus. libr. 1. Dipnoſophiſton, cap. 20. vide & hac de re plura, quæ tradimus libr. 29. Syntaxeon artis mirabilis, c. 1. & ſequentibus. Venatoria exercitia athletica ſunt & militaria, quæ procul, vt militia & vita inquieta, abeſſe a cœleſti militia debent, cum nec clericis militare permittatur, vt dicemus, quin neq; valde probata inter ſeculares fuit venatio in ſacris literis, vtpote quæ reddat homines B crudeles, temerarios, & ad latrocinia pronos, quare & in illis male audierunt Cain, Lamed, Nembrot, Iſmael, Eſau qui inter venatores ordinarios & robuſtos referuntur. Ibi inſidiæ in belluas, crudelis audacia, facit facile præludium & habitum, vt eadem audeant doloſe aſſueti in homines. Accedit iactura temporis, contemtus negotiorum, & ſuorum etiã domeſticorum, vt liquet ex Horatio ode. 1. lib. 1. ibi.

C —Manet ſub Ioue frigido
Venator teneræ cõiugis immemor, &c.
Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus
Et rupit teretes Marſus aper plagas.

Sequitur & inde artium vitæ vtilium neglectus, quæſitorum vel a maioribus relictorum conſumtio, pauperum contemtus, translatis granis in alimoniam canum & auium, vt non ineleganter finxerint antiqui, Actæonem magnum venatorem fuiſſe in ceruum conuerſum, nempe quod D canes eius ſubſtantiam deuorauerint & venatores, & ita fame necatus ob defectum bonorum, quæ canes & venatio abſumſerant, ſic enim narratur apud Ouidium, lib. 3. Metamorphoſ. & Fulgentium, & in commentariis Apollonii, lib. 4.

b ca. 2. & 3. ſub. 34. diſt. ca. 1. & 2. de clerico venatore, & Nicolaus Papa ad Albinum Epiſcopum ſcribens, in c. 1. 34. diſt. recenſet vitium hoc venationis, plurimos de E laicali catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos, irreuerenter implicare, eiq; iubet, vt congreget ſuffraganeos ſuæ prouinciæ, eorumque conſilio præcipere epiſcopo eiuſdem prouinciæ, ſummopere dedita venationibus, vt ab omni beſtiarum & volucrum venatione abſtineret penitus, & ſi non abſtineret, excommunicaret, & tandem vt contumacem a miniſterio ceſſare. Germanorum autẽ nobilitas maxime addicta ex eo venationibus, quod ea natio abundet nemoribus & ſyluis, & reditus maximos ex illis colligat, vt ideo etiam arceant ſyluarum dominos ipſos ignobiles a venatione in prædiis propriis, imo & prohibeant, ne arbores earum ſuccidãt, quo deterior venatio fieri poſſit. Sicque etiam iure feudi, vel conſuetudinis nobiles ſibi vindicãt ius venãdi in alienis prædiis, de quo fuſe vide tractatũ a Franciſco Zoannecio de emtione & venditione. numer. 148. & Vldaricum Zazium ad §. æque, nu. 24. de actionib. apud Iuſtin.

c in clem. 1. § porro & §. ſi quis autẽ, de ſtat. monachor.

d l. qui venatoribus, 9. & can. Eſau, 11. 86. diſt. nec prodeſt quicquam clericis ieiunare, & venationibus intendere, in cap. quid prodeſt, 12. & ſequen. an putatis, 86. diſt. vbi, & qui ſeruos ducit ad venationem, reus dicitur futurus tam de ſuo delicto, quam de perditione ſeruorũ ſuorum. Vide, quæ diximus de venatione ferarũ prohibita, lib. 39. ſyntagmat. iuris. c. 10.

e can. vident homines, 10. 86. diſtinct.

f gloſſ. ad c. 1. de cler. venatore, ad verbum, voluptate, notat ex cauſa neceſſitatis, puta, vt habeatur victus, & recreationis interdum, concedi clericis, nunquam vero ex voluptate ſyluaticam venationem, exceptoque epiſcopo, cui omnino prohibetur, ca. 3. 34. diſt. dummodo ii, quibus vt ſupra conceditur, clamoſam venationem euitẽt, ca. an putatis, 86. diſt. & dummodo ſæpius id non faciant, ne videlicet in conſuetudinem traducant. addit & in fine, venationem quietam, ita permiſſam prædictis clericis, omnino prohiberi epiſcopo, presbytero, diacono, quia & ſubdiaconi etiam eiuſdem cum diaconis ſunt priuilegii, c. miramur, de ſeruis non ordinan. Imponitur & prædictis

prædictis



A prædictis perſonis, quibus alioquin permiſſa venatio, pœna, ſi cum voluptate ſæpius venentur, in c. de cleric. vena. Poſſet & venatio permiſſa alioquin damnabilis eſſe ex circumſtantia dierum, quibus exercetur, vt ſi tempore ieiuniorum, can. an putatis, 86. diſt. Inuenimus autem quoſdam viros fuiſſe piſcatores & ſanctos, ca. Eſau venator 11. 86. diſtinct. Piſcatores & diſcipuli Chriſti. D. Ioannis c. fin. Euangelii. B Permittit & D. Hieron. ad Ruſticũ ſcribens, monachis texere licia capiẽdis piſcibus, ca. nunquam, 34. de conſecr. diſtin. 5. Notat etiã glo. ad Clem. 1. §. ſi quis autem, verſ. ſi quis vero ad verbum, auibus, de ſtatu monach. aucupationem vel venationem cum retibus aut laqueis, non contineri ſub pœna prohibitionis venandi. dehinc glo. ad verba ex propoſito, eiuſdem §. puniendum ait illa pœna, quæ ponitur in textu, clericum vel monachum, qui venatur C ex propoſito, ſecus ſi ex caſu in venationem inciderit, & conuenire ca. cum voluntate, de ſententia excommun. & ca. vnicum de ſchiſmaticis.

## Cap. IX.

### De ſecularibus officiis & negotiationibus interdictis clericis.

Clerici inſuper, maxime epiſcopi & D presbyteri, officia vel commercia ſecularia exercere nõ debent, potiſſimũ inhoneſta, aut erunt deponendi. *a* Atq; ſub interminatione anathematis prohibitũ, ne clerici vel monachi cauſa lucri negotientur, *b* & ne ſuo nomine firmas, id eſt, conductiones habeãt. *c* De aliquo tamen artificiolo negotiari ad vitę ſuſtẽtationem non eſt prohibitum, imo & imperatum clericis exemplo Apoſtolorum. *d* Inutile E tamen eſt valde laborioſum, hominem literatum & clericum, ratiociniorum cauſas ſuſcipere, & in eis ſe, quod non expedit, obligare, *e* ideo & prohibetur iiſdem miniſtros laicorũ aut procuratores in rebus eorũ eſſe; indigni, ſi fuerint in his in fraude A inuenti, quibus ab eccleſia ſubueniatur. *f* Sed nec debet procurationes aut iuriſdictiones etiã ſeculares ſub aliquibus principibus & ſecularibus viris, vt iuſtitiarius eorum fiat, quiſquam clericorum exercere. Quod ſi fecerit, debet ab eccleſiaſtico miniſterio fieri alienus, quod & diſtrictius in religioſis ſeu monachis vindicatur. *g* Imo & prohibitum ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officiũ ha- B beat vicecomitis, aut præpoſiti ſecularis, & ſi quis id præſumſerit, & monitus emẽdare noluerit, ita excommunicationi ſubiaceat. *h* Delinquunt & clerici in ſacris ordinibus conſtituti, exercendo tabellionatus officium, & ideo per beneficiorum eccleſiaſticorũ, ſi habeant, ſubtractionem, interdicitur exercitium.

### Scholia.

C a c. clerici, de vita & honeſt. cleric. facit ca. 1. & totus titulus pro ratione, ne ſerui vel monachi ſecularibus nego. ſe immiſceant, lib. 3. tit. 50. nemo Deo militans implicet ſe negotiis ſecularibus. c. ſed neq;, 4. ne cler. vel mo. cã. 1. 2. 3. 21. q. 1. in can. 7. apoſtolorum, Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſeculares curas ne ſuſcipito, alioquin deponatur. Idem in ca. 3. epiſcopus, 18. diſt. depoſitio autem fiet, ſi admonitus D non caſtiget, & latius in cap. 80. Apoſtolorum, dicimus, inquit, quod non oporteat epiſcopum aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibus immittere, ſed vacare, & ſe commodum exhibere vſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor, nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire, iuxta præceptum diuinum. Sic & Iuſtin. perſonis eccleſiaſticis immunitatem cõceſſit, vt poſſint, omnibus aliis de- E relictis, miniſteriis Dei omnipotentis inhærere. l. generaliter, 52. de epiſco. & cler. C. Et idem Iuſtin. in l. conſulta dilaria, 2. de teſta. lib. 6. C. tit. 23. ait, abſurdum eſſe, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur of-

*ficia, & alii creditum alius ſubtrahat, &* A
*præcipue clericis, quibus opprobrium eſt, ſi*
*peritos ſe eſſe velint diſceptationum rerum*
*forenſium, eadem referuntur. in l. repetita,*
*de epiſ. & cle. C. Honorius quoq; & Theo-*
*doſius, in l. placet, 7. eo. tit. de epiſco. & cler.*
Placet (*inquiunt*) noſtræ clementiæ, vt
nihil commune clerici cum publicis a- b
ctionibus, vel ad curiam pertinentibus,
cuius corpori nō ſunt annexi, habeant.
*Atque expreſſius in nou. 86. de pœna epi-* B
*ſcoporum ſacerdotum & clericorum, qui ſe*
*ſponſionibus, aduocationibus, redemturis,*
*aliisq; ſimilib. dedūt*, qui a diuina, *inquit*,
voluntate ad diuinum ſacroſanctumq;
altare delecti ſunt, hos nō modo a pec-
cati turpitudine mūdos eſſe, verumet-
iam a communis vitę negotiis & mole-
ſtiis vacare decet, &c. *Ideo ibidē decerni-*
*tur, vt ſi primarii inferioreſue ſacerdotes,* c C
*aut omnino clericus quiſquā vel præſtādo*
*in litib. patrocinio, vel ſpondendo, vel alio*
*ſimili modo de ſui ordinis dignitatē detra-*
*hant, excōmunicentur, & ad aliquod tem-*
*pus a celebrandis diuinis ſacris ſuperſede-*
*ant, donec corrigantur, & ſi iterum iiſdem*
*rebus ſe polluere deprehendantur, omnino,*
*vt profani & indigni, a ſacris functioni-*
*bus abſtineant, & Iuſti. in nouell. 123. cap.*
*6. de ſanctiſſimis epiſc. 2. ſed neque ſuſce-*
*ptorem, prohibet epiſcopum aut cuiuſcum-* D
*que ordinis clericum, fieri ſuſceptorem, cu-*
*ratorem, exactorē, fiſcalium functionum,*
*aut conductorē publicarum, aut aliarum*
*poſſeſſionum, ne per hanc occaſionem, &*
*damnū fiat ſanctis domibus, & ſacra my-*
*ſteria impediantur. Prohibet & Gregorius*
*ſcribens Romano defenſori, lib. 8. epiſ. 1. E-*
*piſcopum Baſilium tanquā vnum de lai-*
*cis, ſecularibus negotiis & cauſis occupari,* d E
*& prætoriis inutiliter deſeruire, quod ea*
*res, ipſum vilem redderet, & poteſtatem*
*ſacerdotalē annihilet, refertur in c. 4. per-*
*latum eſt, 88. diſt. nec commode poſſent et-*
*iam ſecularibus vacare, qui diuinis inten-*
*ti propter religionem eſſe debent, l. non di-*

*ſtinguemus, §. 3. de recept. arbit. cap. ſacer-*
*dotibus, 2. diſt. notandum autem eſt, ſecu-*
*laria negotia licita & honeſta, non eſſe in-*
*hibita clericis in minoribus ordinibus cō-*
*ſtitutis, prohiberi tamē etiam licita iis, qui*
*in maioribus ſunt & in ſacris, & beneficia-*
*tis Pan. ad c. 1. ne cle. vel mona.*

b *c. ſecundum inſtituta, 8. ne cleric. vel mo-*
*nach. c. 10. fornicari. cum 3. ſequentib. 88.*
*diſt. c. 1. c. quoniā multi, 8. cum ſeq. c. qui-*
*cunque 14. q. 4. probibetur enim ne turpis*
*lucri cupidus, ordinetur. Turpe lucrū di-*
*citur, quicquid homo appetit, plus iuſto. c.*
*1. ne cler. vel monach. can. origo. 2. q. 4. Sic*
*intelligendum quod ſcribit D. Hieron. ad*
*Nepotianum. Negotiatorem clericum &*
*ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum,*
*quaſi peſtem fuge. ca. 9. negotiatorem. 88.*
*diſtinct.*

c *d. c. ſecundum inſtituta 7. & c. 1. ne cleric.*
*vel monach. ſecul. neg. & c. fi. 86. diſtin. ex*
*concilio Chalcedonenſ. cap. 3. Prohibet &*
*clericis Iuſtinianus, eſſe coadiutores rerū.*
*§. ſed neque fieri, de ſanctiſſim. epiſcopis,*
*nouell. 123. Et Leo Imper. redemturis va-*
*care, ſub pœna excommunicationis, & ſi*
*perſeuerauerint, deiectionis. nouell. Leo-*
*nis 86. Item idipſum prohibet 4. ſynodus*
*Chalcedonenſis, cap. 3. & 7. Carthaginen-*
*ſis, cap. 16. Atque in ſynodo Arelatenſi, 2.*
*cap. 17. cautum, vt ſi clericus conductor a-*
*lienæ rei velit eſſe, vel turpis lucri gratia*
*aliquod genus negotiationis exerceat, de-*
*poſitus a clero, alienus a communione ha-*
*beatur. Si tamen clericis propria non ſuf-*
*ficiant, non erit prohibitum ſine lucri tur-*
*pis cupiditate, pro victu ſuo, ad firmam ſeu*
*conductionem alienas terras ſuſcipere, cap.*
*dilecti, de decimis.*

d *ca. 1. ne cleric. vel monach. ita artificiolo*
*poſſunt poſt ſeria & diuina incumbere, ne*
*otioſi ſint, neve diabolus otioſis peruerſa*
*ſuggerat, potiſſimum ſi monachi ſunt, vt*
*ſcribitur in concilio Carthaginenſi 4. cap.*
*52. & 49. c. 3. clericus victum, 88. diſt. &*
*rurſus in prædicto concilio, c. 51. 52. 48.*
*vt &*



*vt & in cap. 4. clericus quantumlibet, ea-* A
*dem 88. diſt. & latius, in c. 33. nunquam,*
*de conſecrat. diſtinct. 51. Permittitur &*
*clericis opus rurale poſt impenſam diuinis*
*officiis curam, peragere, cap. 1. de celebra.*
*miſſa. ca. presbyter mane, 88. diſtin.*

e *c. 8. inutile, 88. diſt.*

f *ca. 2. & 1. ne clerici vel monachi idipſum*
*de procuratore litis. in c. 6. nouell. 123. &*
*in nouell. Leonis 86. Cæterum procuratio-*
*nes iſtæ generales interdictæ ſacerdotibus,* B
*& in ſacris conſtitutis, & beneficiatis, non*
*clericis in minoribus ordinibus conſtitu-*
*tis. Sed neque procuratio vnius negotii il-*
*lis prohibita, vt notant Innocentius & Pa-*
*normitan. ad cap. 2. ne cleri. vel monach.*
*Notant ibidem inſuper nō iuuari quidem*
*procuratores hos ex fraude commiſſa con-*
*uentos in procuratione ſeu adminiſtratio-*
*ne rerum laicorum: attamen non dari id-*
*eo auctoritatem Iudici laico capiendi hu-* C
*iuſmodi procuratores, ſi ſint in ſacris ordi-*
*nib. conſtituti, videnda nihilominus Gal-*
*lis praxis ſeruata, de qua iudicatum refert*
*Papus, lib. 1. rapſod. arreſtor.*

g *c. ſed nec 4. ne cleri. vel monach.*

h *c. clericis 5. §. fin. ne cleri. vel monach. ca.*
*clerici, de vita & honeſt. cleric. vnde con-*
*ſequenter ſacerdos vel epiſcopus non po-*
*teſt eſſe prorex ſeu vicerex, aut locum te-*
*nens regis, nec habere ſub ſe aliquam ci-* D
*uitatem temporalem. Tamen Panorm. ad*
*cap. 4. & Ioannes Andreas ad cap. 5. ne*
*cleric. vel monach. exiſtimant, quod cleri-*
*ci poſſunt eſſe cōſiliarii principis laici, licet*
*nō debeant eſſe conſiliarii iuſtitiæ, quod &*
*notat Bald. & authen. habita, per illum te-*
*xtum, ne filius pro pat. C. debent tamen ca-*
*uere ne interſint iudiciis criminaliū cau-*
*ſarum ſanguinis, neue conſiliū in illis dent,*
*vel ſubſcribant illorum ſententiis, c. cleri-* E
*cis, c. ſententiā, ne cleri. vel monach. & di-*
*cetur in proximo capite latius. Sic legimus*
*in c. in archiepiſcopatu, de raptoribus, non*
*fuiſſe improbatam delegationē a rege Si-*
*ciliæ cauſæ criminalis Saracenorum ra-*

A *ptorum, mulierum & puerorum Chriſtia-*
*norum factā Panor. Archiepiſcopo & eius*
*ſuffraganeis, ſed probatam imo confirma-*
*tam eorum poteſtatem vſque ad flagella-*
*tionē, dummodo non oporteret mittere ſan-*
*guinem in pœna, aut membra detruncare:*
*quo caſu ſtatuitur reiiciendam eſſe quæ-*
*ſtionem ad regiam poteſtatem. Sed & ho-*
*die vbique fere terrarum, inter principes*
*Chriſtianos adſunt a cōſiliis epiſcopi & a-*
B *lii clerici, & in Parlamentis Galliæ, & ali-*
*cubi in ſenarchis ſeu præſidialibus ſedibus*
*clerici & perſonæ eccleſiaſticæ in iudiciis*
*ſedent, interque conſiliarios ordinarios e-*
*numerantur & ſuffragium ſententiæ ha-*
*bent, niſi agatur de criminalibus iudiciis.*
*Quod & maxime neceſſariū eſt in ſenatu*
*vbi & de cauſis religionis & fidei ſæpe agi-*
*tur, deque abuſibus perſonarum eccleſia-*
*ſticarum & iudicium epiſcoporum, com-*
C *mittentiū contra ſacroſancta decreta, con-*
*ſilia ſacra, & regias conſtitutiones, & con-*
*cordata inter pontificē ſummum & reges*
*Gallorū, facta, quorūq; obſeruationis cura*
*delata eſt a ſummo pontifice principi Gal-*
*lorum, vt habetur in fine concordatorum,*
*& proinde iiſdem de cauſis ab officialibus*
*& iudicibus eccleſiaſticis prouocatur ad*
*ſenatum, ſi abutantur in ſupradictis pote-*
*ſtate, vt & in aliis quæſtionibus de benefi-*
D *ciorum eccleſiaſticorum poſſeſſione, aut*
*decimarum, aut pauperum cauſis, de qui-*
*bus cognoſcunt ſenatus, & proinde expedit*
*ibi cum laicis admitti in conſilium & iu-*
*dicium perſonas eccleſiaſticas, & vt ob-*
*ſeruent, ne quid ibidem contra fidem ec-*
*cleſiaſticam vel libertates, eccleſiæ & im-*
*munitates eius vel perſonarum eccleſiaſti-*
*carum ſtatuatur. Sic & in concilio Tole-*
*tano 4. cap. 30. permittitur ſacerdotibus*
E *acceptare officium iudicandi Maieſtatis*
*reos, commiſſum a principibus, ſi modo iu-*
*reiurando principis, ſupplici indulgentia*
*promittatur, relatum in can. 29. ſæpe prin-*
*cipes, 23. quæſt. 8. Poteſt & dari conſilium*
*principi ab epiſcopis pro criminib. in gene-*

*generepuniendis,non autem in ſpecie, aut in indiuiduo in aliqua perſona criminis rea.ca.peſſimam,23.q.8. Non tamen ex his probo morem, quo vt puto maxime læditur eccleſia,dignitas & diſciplina,perſonæ plures eccleſiaſticæ curiales & aulici efficiuntur, vbi non conſiliorum participes, ſed voluptatũ & ſimultatum fiunt mãcipia, relictis ſedib. beneficiorum,in quibus fame pereũt monachi & pauperes, quorum patrimoniũ in aula neſcio quo pacto profunditur; verum ipſi, & principes id viderint, quomodo rationem & patrimonii & animarum Deo redditurι ſint, neque impune ferent principes apud eum, quod ita in aulis huiuſmodi homines Deo mancipatos, ſeculariter viuere, ne dicam turpius, patiantur,cum eccleſiæ Dei maximo ſcandalo & dedecore. Proſpectum eſt huic negotio olim a Iuſtin.nouell.6.c.2.& 3.quomodo oporteat epiſcop.&c.& nouell.123. c.9.& cautũ, ne venire pro negotiis etiam ſuæ eccleſiæ ad aulam principis auderent epiſcopi relictis eccleſiis, ſed per apocriſarios ibi negotia tractarent, & ſi præſentia illorum eſſet neceſſaria, adhuc non venirent, niſi prius acceptis literis a metrapolitano vel patriarcha, directis ad Imperatorem, quo caſu etiam celeriter ad beneficia redire debebant, alioquin priuabantur illis.capit.ſicut te accepimus,8.ne cleric.vel monach. ratio in l.conſulta diualia, C. de teſt.l.repetita,de epiſcop.& cleric. C. quod opprobriũ eſt clericis ſi velint ſe videri peritos in rebus ſecularib. cum nec officia ſecularia gerere debeant,ca.3.eos qui ſemel in clero,20.q.3.fuit & quodammodo tabellionatus officium inter Romanos vile,l. vniuerſos, C. de decurionibus.erantque tabelliones veluti ſerui publici, leg. 2.rem pupilli ſaluam fore. P. aliunde etiam clerici, non poſſunt ſacris miniſtraturi, commode huic officio intendere, quod facit publicas perſonas & omnibus omniumq; voluntatibus inſeruientes.l.penult.& fin.de tabul.lib.10.C.tit.69.*

i *Verum & clerici & perſonæ eccleſiaſticæ, in cauſis eccleſiaſticis poſſunt eſſe tabelliones.capit.vt officium,§.ad conſcribendas, de hæretic,in Sext. Permiſit & Alexander 4.conſtitutione 23.iuxta ordinem Bullarii Cherubini, inquiſitoribus fidei, ſi non poſſint habere perſonas ſeculares tabelliones, ad ſcribenda gerenda oportunas, vti perſonis regularibus cuiuſque ordinis, quæ tabellionatus officiũ in ſeculo habuiſſe noſcuntur, idipſum permiſit Vrbanus 4.conſtitutione 1.in eodẽ Bullario Laertii Cherubini.*

## Capvt X.

1 *De ſanguinis effuſione omnimodo eccleſiaſticis prohibita.*
2 *Ne præponantur baliſtariis.*
3 *Ne chirurgiam exerceant maxime monachi, neue ciuiles leges audiant.*
4 *Ne pugnent, aut duellum committant.*

1 CLerici † in ſacris ordinibus conſtituti, ſi iudicium ſanguinis agitauerint, aut per ſe truncationes membrorũ faciant, vel iudicent inſerendas, honore debent priuari & loco. *a* Prohibitum enim hoc eſt, & in iudicio & abſque iudicio clericis, vel literas dictare aut ſcribere pro vindicta ſanguinis deſtinandas. *b*

2 Item ruptariis vel baliſtariis aut huiuſmodi viris ſanguinum præponi, *c* & ſubdiaconis, diaconis, & presbyteris vllam chirurgię artem exercere, quæ inciſionem vel aduſtionem inducat. *d*

3 Quamobrem † neq; ad iudicia regenda, neque ad artem chirurgiæ, licet monachis clauſtrum exire, & audire leges ciuiles, vel phyſicam, & ſi exierint, nec intra duos menſes reſipuerint, tãquam excommunicati coniunctis aliis pœnis, debent euitari ab omnibus, quod & in presbyteris, archidiaconis, curionibus, & aliis clericis perſonatum habentibus ſtatutum eſt. *e*

4 Quanto magis † delinquere videntur perſonæ eccleſiaſticæ, quæ ſeipſas pugnis & bello contaminant, & ſanguinẽ ex propoſito



poſito effundi decernunt. Et proinde clericus, qui ſponte duellum alicui obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſiue victus ſiue victor fuerit, de rigore iuris eſt deponendus, quamuis cũ eo diſpenſari ab epiſcopo ſuo poſſit, dummodo ex ipſo duello homicidium vel membri diminutio non ſequatur. *f* Atque ſacerdotes tam hi, qui gubernant naues ad pugnam, quam qui perſonaliter exercent conflictum, & qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccant, & de rigore iuris ſunt deponendi, *g* quemadmodum ſi quis in aliquo gradu ſacro conſtitutus percuſſor exſtiterit, corripiendus erit a crimine, & ſi nõ emendauerit, deponendus. *b*

## Scholia.

a *c.clericus,5.de vita & honeſt.clericorum, quod ſumtum eſt ex concilio Toletano 11. in quo tamen vltra dictam pœnam additur, quod in perpetuo ergaſtulo debent teneri ligati, refertur & in c.his a quibus,3. 23.qu.fin.conſentit & can.ſæpe principes, 29.ead.23.q.8.ſumtus ex concilio 4.Toletano 4.c.30.Notat autem glo.ad dictum cap.his a quibus, ad verba non licet, hodie nõ licere clericis de cauſis ſanguinis ſe miſcere, olim licuiſſe, vt in ca.aliquantos,51. diſtin.& in ca legi,13.& in ca.14.occidit Phineas,23.q.8. Et licebit quidem eccleſiaſticis in genere, vt antea diximus ſuperiori capite, dicere pœnam debitam certo crimini, vt dicendo, fures merentur talem pœnam, vt in ca.delatori,5.quæ.6.& c.1. de furt. ſicut & eccleſiaſticis licet hortari principes & populum ad arma ſumenda pro defenſione fidei & patriæ, & ad reſiſtendum opprimentibus, vt in cap. igitur cum ſæpe,7.& ca.omni timore,9.& ſeq. hortatu,23.q.8. At non licet illis in ſpecie propoſita alicuius delinquentis, directe vel indirecte opinari vel dicere ſentẽtiam de iudicio ſanguinis, alioquin irregulares eſſent, & ſi ſint epiſcopi, cedere debent epiſcopatui & alii in locum eorum ordinandi.cap.ex literis,10.de exceſſ.prælator.lib. 5.tit.32.*

b *cap.ſententiam ſanguinis,9.ne clerici vel monachi,&c.*

c *dict.c.ſententiam ſanguinis, abliſtariorum & ſagittariorum ars, contra Chriſtianos damnatur excommunicatione, in ca.vnico, de ſagittarius, lib.5.tit.15. Eadem ratione, quæ in textu eſt, dicemus prohibitum præponere eccleſiaſticam perſonam bombardis, quæ in locum baliſtarum ſucceſſerunt.*

d *d.c.ſententiam ſanguinis.*

e *c.non magnopere,3.& c.ſuper ſpecula,10. ne cleric. vel monach. ſecularibus negotiis ſe immiſc. vbi tamen gloſſa fin. & ad verbum* presbyteros *ait, poſſe diſpenſari per Epiſcopum & ſummum pontificem ſuper his, ad promotionem tamẽ nouam faciendam, monachi eius criminis rei non poſſent ſine diſpenſatione ſummi pontificis admitti, dict.c.non magnopere, in fine. adduntur & aliæ pœnæ in dictis capitibus, quas ibi videre poteris.*

f *cap.1.& 2.de cleric. pugnante in duello, lib.5.titul.14. Monomachia etiam, ſeu duellum, per ſe, in aliis perſonis quam eccleſiaſticis prohibetur, ca.monomachiã,2. q.5.titulo de purgatio.vulgari, vide multa ſingularia a nobis explicata de duello, libr.48.ſyntag.iuris,c.36. Noluit Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro ſui defenſione Petrum gladio materiali vti, imo iuſſit, vt in vaginam recõderet, ca.cum a Iudæis, 12.q.8.neque permiſit Deus ſibi ædificari domum ſeu templum a Dauide, quod vir ſanguinum eſſet.1.Paralip.ca.22.& 28. ca.2.1.quæſt.7.quamuis ipſe bella domini geſſiſſet contra infideles; & dominus diſcipulos arguit, quod contra reſiſtentes dixiſſent,* vis vt dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos, *dicens,* Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. *Lucæ c.9.verſ.56. Gregorius Papa.lib. 7.epiſtolarum, epiſtola 1.ad Sabinianum,*

*relatus, in cap. 20. ſi in morte Longobar-* A
*dorum, 23. qu. 8. ait.* Si in morte Longo-
bardorum me miſcere voluiſſem, ho-
die Longobardorum gens, nec reges,
nec duces, nec comites haberet, atque
in ſumma confuſione eſſet diuiſa, ſed
quia Deum timeo in mortem alicuius
hominis, me miſcere formido. *Atq; D.*
*Ambroſius neque armis voluit inuaſam*
*eccleſiam defendere, vt habetur in eius e-*
*piſtola 33. ad Marcellinam ſororem, & in* B
*c. conuenior, 23. q. 8. Neq; inficior bonum*
*opus eſſe & meritorium iuſtitiam vltionis*
*exſequi in improbos & malos, & ſupplicio*
*vltimo, ſi mereantur opprimere, ſed omne*
*quod bonum eſt, niſi bene fiat, & a quibus,*
*qui poteſtatem faciendi habent, male fieri*
*dicitur. eccleſia vero nō vult mortem pec-*
*catorum, ſed pro illis vitam deprecatur, vt*
*magis viuāt & conuerti poſſint a viis im-*
*piis, hæc eſt lex Euangelica, & canonum* C
*ſanctorum. Ideo peccaret & eſſet indignus*
*miniſterio eccleſiaſtico, qui mortem deſi-*
*derat, & ſuadet etiam impiiſſimorum cer-*
*torum peccatorum, non eſt enim lignum*
*fumigās, vt ait Propheta exſtinguendum,*
*nec arundo conquaſſata confringenda. I-*
*ſaiæ c. 42. in prin. D. Matthæi, ca. 2. verſu*
*20. ex concilio Toletano 4. cap. 44. & in*
*can. clerici, 23. quæſtio. 8.* Clerici, qui in
quacunque ſeditione volentes arma D
ſumſerint, ibidem reperti, amiſſo ordi-
nis ſui gradu in monaſterium pœniten-
tiæ agendæ cauſa, detrudi debent. *Idi-*
*pſum de amiſſione gradus, deciſum in con-*
*cilio Meldenſi, c. 37. & in canon. quicun-*
*que ex clero, §. 23. q. 8. & in cōcilio Chal-*
*cedonenſi, c. 7. & in ca. 3. eos, qui ſemel, 20.*
*quæſt. 1. clericis poſt ordinationem prohi-*
*betur ad militiam redire, vel ad dignitates*
*ſeculares, alioquin iubentur anathema-*
*tizari.*

g *c. quod in dubiis, 5. de pœnis.*

h *c. 2. de cleric. percuſſor. lib. 5. tit. 15. ſingu-*
*laris & canon Apoſtolorum 26. relatus, in*
*c. epiſcopum aut presbyterum, 7. ſub 45.*
*diſt. cuius verba,* epiſcopum aut presby- A
terum, qui vel fideles delinquentes, vel
infideles iniuriam inferentes percutit,
& terrorē ipſis per huiuſmodi vult in-
cutere, deponi præcipimus, nuſquam
enim Dominus hoc nos docuit, imo
contra cum ipſe percuteretur, non re-
percutiebat: cum laceſſeretur cōuiciis,
non regerebat conuicium, cum patere-
tur non comminabatur. *Scriptum & in*
*c. non licet, 25. 86. diſt.* Non licet epiſco- B
po manibus ſuis aliquem cedere, hoc
enim a ſacerdote alienum eſſe debet. *Et*
*in c. 2. de clerico percuſſor. per duos menſes*
*a miſſarum ſolemnitatibus ſuſpenditur e-*
*piſcopus, qui crudeliter mulierem etiam*
*ob delictum ſuum, ſed contra ordinem ſa-*
*cerdotii, cædi iuſſit. Probibetur & 1. ad*
*Timotheum, cap. 3. percuſſor ordinari.*

# DE INIVRIIS.

C

## TITVLVS IX.

a *Agitur de his, titulo de iniuriis, & damno dato, lib. 5. decretal. tit. 36. & in Sexto, libr. 5. tit. 8. & in decreto Gratiani pluribus in locis, vt can. illud, 15. q. 1. & tota 93 q. 3. & alibi tit. de iniuriis & famoſis libellis, lib. 47. P. tit. 10. & libr. 4. Inſti. tit. 4. & lib. 9 C. tit 35. & 36. Et tit. de maledicis, lib 5. tit 26. in decret. & ca. clericus maledicus, 46. diſt. can. ſi igitur Michael, & ſeq. 24. quæ. 5. & lib. 9. C. tit. 7. titulo ſi quis Imperatori maledixerit & ſequen. ad leg. Iul. Maieſta. 77. nouella vt non luxurientur contra naturam, neque iurent per capillos Dei, aut aliquid huiuſmodi, neque blaſphemetur in Deum, vide & lib. 60. Ecloga Baſilicorum, tit. 21. & quæ nos diximus, lib. 18. ſyntagm. per 7. capit. de iniuriis, & lib. 33. c. 12. de blaſphemis.*

D

### CAPVT. I.

1 *Iniuria peccatum.*
2 *Et quid.*

E Clerici pariter ac laici † peccant alteri 1
iniuriam inferendo, *a* de qua & nunc
latius agemus quā de ſuperiorib. delictis.
Iniuria hic eſt, † quod non iure, id eſt, 2
quod non iuſte, fit, *b* contumelia, *c* & da-
mnum datum alicui. *d*





### Scholia.

a *§. 1. de obligatio. quæ ex delicto naſcunt. l.* A
*ex maleficio, 4. de act. P. ex maleficio na-*
*ſcuntur obligationes, veluti ex furto, rapi-*
*na, damno, iniuria, & obligatio illa dici-*
*tur ex peccato, in leg. obligamur aut re,*
*52. de action. Pandect. & ſi plures iniu-*
*riam fecerint, ſingulorum dicitur maleſi-*
*cium, l. ſi plures, 34. de iniuriis. Summa in-*
*iquitas eſt, detrahere & accuſare, & o-*
*mnis, qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt,* B
*nec habebit partem in regno cœlorum, ca.*
*16. ſumma iniquitas, 6. quæſt. 1. ſic Pſal-*
*tes,* detrahentem proximo ſuo hunc
perſequebar. *can. minimum, & can. qui*
*peccat, 23. quæſtio. 4. can. homicidiorum,*
*de pœnitentia. diſtinctio. 1. qui iniuriam*
*aliquem facere perſuadet, eum deterio-*
*rem facit. leg. 1. §. fin. de ſeruo corrupto. li.*
*12. P. tit. 3.*

b *c. quid dicam, 14. quæſt. 4. l. 1. de iniuriis,* C
*l. 47. P. tit. 10. §. 1. eod. tit. apud Iuſtinia.*
*lib. 4. tit. 4. nos tractauimus de omni ſpecie*
*iniuriarum, libr. 38. ſyntagmatis, per 12.*
*capita.*

c *d. l. 1. de iniu. P. §. 1. eod. tit. apud Iuſti. ca.*
*1. eod. tit. apud Gregor. & contumelia, a*
*contemnendo, ibidem a legibus dicta. Sic*
*in §. 1. quibus ex cauſis manumittere non*
*licet;* ne iniuria, *inquit,* mortuus efficia-
tur, id eſt, contumelia, *vt in l. 1. de minor.* D

d *cap. 2. 3. & 4. de iniur. c. vnico, eod. tit. in*
*Sex. in quibus iniuriarum actio non pro-*
*prie dicitur, prout a contumelia diſtingui-*
*tur, ſed de lege Aquilia agitur, per quam*
*potius principaliter agitur ad damnum*
*reſarciendum, quam de ipſo facto princi-*
*paliter vindicando, de quo tamen agitur*
*in iniuriarum actione, l. Prætor. §. ſi dica-*
*tur, de iniur. P. exemplum capi poteſt, ex*
*l. item apud Labeonem, 5. §. ſi quis ſeruo,* E
*eo tit.* Si quis, *inquit,* ſeruo verberato in-
iuriarū egerit, deinde poſtea damni in-
iuriæ agat, Labeo ſcribit eandem rem
nō eſſe, quia altera actio ad damnū per-
tinet culpa datum, altera ad contume-
liam. *Sic iniuria, eſt damnum culpa da-* A
*tum contra ius, etiam ab eo, qui nocere no-*
*luit, itaque in l. Aquilia, iniuria, eſt aliena*
*a contumelia, quare aliquando concur-*
*runt actio legis Aquiliæ, & iniuriarum,*
*ſed duæ erunt æſtimationes, alia damni, a-*
*lia contumeliæ. l. ſed etſi, ad legem Aquil.*
*Pan. nos de lege Aquilia diximus, lib. 38.*
*ſyntag. tit. 9. Atque hæc duo capita, damni*
*& iniuriæ ab antiquis legibus fere ſimul*
*tractata ſunt. Sic Hippodamus Mileſio-* B
*rum legiſlator, de eadem re legem tulit, de*
*damno & iniuria. Ariſtot. 2. Politicor.*
*narrat & Demoſthenes contra Midiam,*
νόμον βλάβης καὶ ὕβριδος, *legem de damno &*
*iniuria fuiſſe apud Athenienſes, coniun-*
*git & Gregorius, 9. tit. de iniuriis, vtram-*
*que cauſam.*

### Capvt II.

*De diuiſione iniuriæ.*

C Iniuria aut realis, aut verbalis eſt. Realis,
quoties manus inferuntur, *a* verbalis ſi-
ne illis, quæ & conuitium dicitur, *b* male-
dictum, *c* blaſphemia, *d* dumque ſcribitur,
famoſus libellus. *e* Et harum iniuriarum
quædam pertinent ad læſionem corporis,
aliæ ad læſionem dignitatis, aliæ ad infa-
miam. *f* Aliæ ad læſionē rerum. *g* Rurſum
ex his quædam iniuriæ dicuntur atroces,
quædā leues. Atroces, cōtumelioſiores &
D maiores ſunt, habita ratione perſonæ, tē-
poris, loci, & ipſius rei. *h* Iniuria etiam gra-
uis dicta, quæ inani honeſtatis colore ve-
latur. *i* Leues aliæ dictæ. *k*

### Scholia.

a *Realis etiam dicitur, ſi quis pulſatur aut*
*verberetur, aut ſi cuius domum vi aut ſi-*
*ne eius voluntate quis fuerit ingreſſus, l.*
*lex Cornel. 5. de iniur. P. ſi quiſquam per-*
E *cuſſerit alium lapide, pugno, ca. 1. de iniu-*
*riis, cap. 1. & 2. de cleric. percuſſore, ſi quis*
*liberum in ſeruitutem petat. l. ſi quis de li-*
*bertate, 12. de iniur. Si quis mentem a-*
*licuius, medicamento aliove modo aliena-*
*uerit: ſi quis non pulſauerit quidem, ſed ſi*

*manum leuando aliquem terruit, leg. item* A *apud Labeonem, 15. de iniur. & ſic de ſimilibus.*

b *l. 1. §. 1. de iniur. P. §. 1. eo. tit. apud Iuſtinian. Conuicium dicitur iniuria, a concitatione, vel a conuentu, id eſt; collatione vocum, cum enim in vnum voces plurium conferuntur, cõuicium dicitur, quaſi conuocium, l. item apud Labeonem, 15. §. ait prætor, & ſequentibus §§. de iniur. Pand. vbi & additum, ita demum iniuriam eſſe* B *conuicium, ſi concitatio fiat ad inuidiam, & iniuriam alterius, & contra bonos mores.*

c *titulo de maledicis, libr. 5. tit. 26. maledicus dicitur, detrectator & obtrectator. Benedicere, eſt beneprecari, vt apud Ouid. 2. Faſtorum.*

Et bene nos, bene te, pater patriæ optime Cæſar

Dicite ſuffuſo per ſacra verba mero. C

*Maledicere contra, male precari, vt apud Plautum in Penulo, actu 3. ſcena 3.*

Si benedixeritis, veſtra ripa vos ſequar,

Si maledicetis veſtro gradiar limite.

*Maledictio vitium linguæ maximum, de quo D. Iacob. ca. 3. Et Quintilianus poſtquam dixit caninam eſſe eloquẽtiam. libr. 12. atque facundiam maledictis vti, ex Appii Claudii teſtimonio addit, vitium eſſe animi, quo maleficus a maledico non di-* D *ſtat, niſi occaſione, ſubindicans conuiciatori & maledico, ad malefaciendum & nocendum aduerſario promtam eſſe voluntatem, modo daretur tempus & locus lædendi. Maleficium idem quod male factũ in facto, vt maledictio in verbo. l. 1. ſi familia furtum feciſſe dicatur. Et ex re, maleficii obligatio naſcitur, in §. 1. de oblig. quæ ex maleficio naſcuntur. l. ex maleficio, de act. P. Cicero autem diſtinguit* E *accuſationem, cõuicium, & maledictum, dum ait pro Marco Cœlio,* accuſatio crimen deſiderat, rẽ vt definiat, hominem notet, argumento probet, teſte confirmet, maledictio nihil habet propoſiti

A præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, cõuicium, ſi facetius, vrbanitas appellatur, *deprimere dignitatem alicuius per verba, maledictum eſt, & qui facit maledicus. c. 1. de maledicis. Et iura diſtinguunt contumeliam a maledicto effectu. Nã inſtitutio hæredis cum nomine contumeliæ non valet. l. quoties, 9. §. ſi quis nomen hæredis, de hæredibus in-* B *ſtituendis, lib. 28. P. tit. 5. at valet, ſi hæres inſtituatur cum maledicto, vt ille impiiſſimus filius meus, hæres eſto. leg. his verbis, 48. §. illa inſtitutio. eod. tit.*

d *Blaſphemia nunc vſurpatur pro conuicio & maledicto in Deum, quando tribuitur Deo probroſe, quod ei non conuenit, aut ei adimitur quod ei conuenit, ſicque atrocius quid ſonat quam conuicium, vt notat Bar. ad l. item apud Labeonem, de iniu. Pand. Blaſphemiam quoque in Deum, & San-* C *ctos eius dixit, c. 2. de maledic.* βλασφημία, *eſt obtrectatio nefaria, exſecratio, impium in Deũ conuiciũ, vel calumnia in Deum, vt apud Platonem, lib. 7. de legib.* βλασφημίαν πᾶσαν κατὰ τῶν ἱερῶν καταχέειν; *omni probrorum conuiciorumque genere ſacra inquinare. Proprie tamen nomẽ* βλάσφημος, *&* βλασφημία *dicitur* παρὰ τὸ τὴν φήμην βλάπτειν, *a lædenda fama & exiſtimatione.* φήμη *namque fama & exiſtimatio eſt,* D *vnde* βλάσφημος *qui lædit famam alicuius falſis rumoribus ſparſis, maledicus,* βλασφημοσύνη, & βλασφημία *maledicentia,* λοιδορία *aliter. In ſacra pagina fere ſemper ob grauitatem delicti, blaſphemia accipitur pro impietate vel maledicẽtia de Deo, & in Deum, vt ad Romanos. c. 2. verſ. 12. Diui Lucæ, c. 12. verſi. 10. & alibi. Ponitur & vt dixi pro ſanctorum, qui in cœlo ſunt, maledicentia, vt Apoc. ca. 13. verſ. 6.* E Aperuit, *inquit D. Ioannes*, os ſuum in blaſphemias in Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitãt, &c. *nos de blaſphemis & pœnis eorum egimus, libr. 33. ſyntag. iur. c. 12.*

*e vt*



e *vt liquet ex §. 1. de iniuriis. ex l. vnica. de* A *de famoſ. libellis, lib. 9. C. tit. 36. l. lex Cornelia, 5. §. pen. & fin. de iniu. P. vbi ſi quis librum ad infamiam alicuius pertinẽtem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, doloque malo fecerit, quo quid eorũ fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, iniurarũ nomine tenetur, & qui libellum, poema, hiſtoriam, carmen, in alterius compoſuerit iniuriam, vt contra Caſſium Seuerum indicatũ refert Cornelius Tacitus,* B *lib. 5. annalium. eo etiam nomine tenetur, & pœnis iiſdem damnatur, qui inſcriptiones aliudue quid ſine ſcriptura in notam aliquorum produxerit. dict. leg. 5. §. eadem pœna, de iniur. Pandect.*

f *l. 1. §. 2. de iniur, P. vbi exempla.* In corpus, *inquit Vlpianus*, fit iniuria, cum quis pulſatur, ad dignitatẽ, cum comes matronæ abducitur, ad infamiam cum pudicitia attentatur. C

g *vt in titulo de lege Aquilia apud Iuſtinia. & ad leg. Aquil. in Pand. & ca. 2. 3. & 4. de iniuriis.*

h *Hæc omnia explicantur, in leg. prætor edixit, 7. § atrocem, cum l. ſeq. de iniur. P. §. atrox, eo. tit. apud Iuſtin. Ratione perſonæ, cui infertur creſcit iniuria, vt ibidem dicitur, ſi fiat ſenat. puero, probo, bene de republica merito, patri, patrono. Adde Quintilian. lib. 6. c. 2. ſi ſacerdoti, aut perſonæ ec-* D *cleſiaſticæ, l. 4. C. de iniur. cap. ſi quis ſuadente diabolo. 4. quæſtio. 7. ſi maledicatur ſummus Pontifex, ca. 1. de maledicis ſi Cardinalis ſi ſanctus, c. 2. eod. tit. de maledict. ratione etiam perſonæ inferentis, vt ſi is ſit vilis, authent. habita, ne filius pro patre, ſi inferatur a filio parenti, a liberto patrono, &c. a milite Tribuno l. milites agrũ, 13. § irreuerens, de re milit. Pand. Ratio-* E *ne temporis atrox fit iniuria, ſi ea inferatur in ludis, vel in publico conceſſu, vel in conſpectu prætoris tempore ſacerdotii. d. l. prætor. §. atrocẽ, de iniur. & d. §. atrox, eo. tit. Obſeruauit hæc & Demoſthenes in oratione contra Midiam, dum docet iniu-*

A *riam grauiorẽ, quod choragus fuiſſet pulſatus a Midia in ludis Dionyſiacis, impacto pugno in malã, & in eam partem corporis, quæ diutius conſpici poſſet. Sic qui in theatro vel in foro cædit, & vulnerat, quãquam non atrociter, ſcilicet ratione vulneris, tamen iniuriam atrocem facit ratione loci, l. ſed eſt quæſtionis, 9. §. 1. de iniur. P. Res ipſa atrocem facit iniuriam, etiam ſi vulnus ſit illatum, os percuſſum, vulne-* B *ris etiam magnitudo, & locus eius, vt ſi in oculo. d. l. Prætor edixit, § fin. & l. vulneris, 8. de iniuriis.*

i *l. penult. C. de contrah. emtio.*

k *Leuis iniuria dicitur, quæ parua & fere nullius eſt æſtimationis, quæ exigua & nihil nocet. Ita leuis offenſa dicitur, quæ non conſideratur, vt adimat gratiam vel legatum, l. 3. de adimen. leg. P. vt leuis febricula, quæ non conſideratur. l. ob quæ vitia,* C *de ædilit. edict. P. leuis caſtigatio, quæ non lædit. l. Prætor, § præterea, de iniur. P. l. ſed etſi quæcunque, §. fin. ad leg. Aquiliam. Pand.*

## CAPVT. III.

*Quæ ad reales iniurias referantur.*

AD reales & corporales iniurias etiam pertinet damnũ culpa datum, *a* manus illatio in cuiuſdam corpus: cum quis D pulſatur, verberaturve, *b* vel ſi quis pulſatus quidem non fuerit, ſed aduerſus eum manus leuatæ fuerint, & territus ſæpe vt vapulandus. nam & is vtili iniuriarum actione tenetur, *c* item ſi puero aut matronæ comes abducitur. *d* Si pudicitia alicuius attentatur maſculi vel fœminæ, *e* ſi res domini per iniuriã quis occupet. *f* ſi quis domum cuiuſpiam vi aut eo inuito ingre- E diatur, etiam in ius vocandi gratia, *g* ſi quis domum abſentis, vt debitoris ſignauerit, iniuriæ faciendæ cauſa, ſine auctoritate iudicis. *h* Si dominus *i* prohibeatur rẽ ſuam vendere vel re ſua vti. *k* Si quis ad inuidiam alterius veſte lugubri vtatur, aut ſqualida, vel barbam demittat, vel capillos ſubmit-

tat, *l* vel officia diuina ceſſare faciat, aut in A
aggrauationem ceſſationis imagines ſan-
ctorũ vel beatæ Mariæ, ſeu ſtatuas & cru-
cem irreuerenter trahat & ſpinis coope-
riat, *m* ſi quis pignus proſcripſerit vendi-
turus, tanquam a me acceperit infamandi
mei cauſa, *n* ſi de libertate in ſeruitutẽ pe-
tat quem ſciat liberum eſſe, *o* ſi quis men-
tem alicuius medicamento alioque modo
alienauerit, *p* ſi liberum pro fugitiuo ap-
prehendat, *q* ſi ſtatua patris mei in monu- B
mento poſita, ſaxis cæſa eſt, *r* ſi fideiuſſor
ſoluere paratus cõueniatur in iniuriã de-
bitoris, *s* ſi quis ad tribunal alicuius per in-
iuriam me interpellauerit vexandi cauſa, *t*
ſi iniuſte quis aliquem excommunicaue-
rit, *u* ſi quis prohibeat me piſcari in mari
quod commune eſt, vel aucupari in agro
domini non prohibentis, vel lauari in pu-
blico, vel in cauea publica ſedere, vel alio
loco conuerſari, *x* Fit & iniuria contra bo- C
nos mores, ſi quis aliquem fimo corru-
pto perfuderit, cœno lutove oblinierit, a-
qua ſpurcauerit, fiſtulas & lacus, vel quid
aliud ad iniuriam publicam contamina-
uerit, in quem & ſimiles grauiter animad-
uerti ſolet, *y* ſi quis etiam ad inuidiam al-
terius imaginem principis ferat, *z* vel per-
ſuaſerit ſeruo ad ſtatuam principis ad in-
famandum dominum confugere, *aa* ſi in-
feriorum ædium dominus, ſuperioris vi- D
cini fumigandi cauſa, fumum fecerit, vt ſi
contra, ſuperior in inferiores ædes quid
proiecerit iniuriæ inferendæ cauſa, aliter
enim iniuriarũ nomine non teneretur. *bb*

## SCHOLIA.

a *Hoc magis pertinet ad actionem legis Aquiliæ, tamen ponitur ſub titulo, de iniuriis, in c. 2. 3. 4. & in l. 1. eod. tit. in P. l. 5. §. 1. ad leg. Aquil. c. 1. eod. tit. in Sext.* E

b *ca. 1. de iniur. cap. 1. de clerico percuſſor. l. 1. §. 1. de iniur. Pandect. verberaſſe videtur & improprie, qui pulſat, l. apud Labeonem, §. verberaſſe, de iniur. verberare tamen cum dolore, pulſare ſine dolore. l. ex Cornelia, 5. §. 1. eod. titul. Pand. tenetur autem non ſolum qui percuſſit, ſed etiam qui curauit percuti, l. non ſolum, 11. eod. tit. facit. cap. ſi. de homicid. in Sex. cum ſimilib. ibi nota.*

c *d. l. item apud Labeonem, §. 1. de iniur. P.*

d *l. 1. §. omnemque, de iniur. P. & ibi ad dignitatem pertinet, quod eſt caſtitatis & pudicitiæ, quæ eſt naturalis dignitas mulierum. nam non conuenit ſexui illas ſolas vagari. idem de pueris dictum, ſi quis ab eis comites vel pædagogos abducat, comites dicuntur mulierum & puerorum, qui eas eoſue ſequũtur, quos abducere iniuria eſt, & eo nomine tenentur, non tantum qui viuos abduxerit, ſed & qui aliter fecerint, ne comites cum illis non eſſent, & qui perſuaſit comiti, vt eos desereret. l. item apud Labeonem, 15. §. comitem, 16. cum ſequentibus 3. §§. de iniuriis. P.*

e *l. ſed eſt quæſtionis, §. fin. & l. 1. §. omnem, de iniuriis, P. vbi & hanc iniuriam pertinere ad dignitatem dicitur, id eſt, ad minuendam famam eius qui attentatur. Attentari pudicitia dicitur, cum id fit, vt ex impudico quis fiat impudicus, l. attentari, 10. de iniur. P. l. 1. de extraord. crimin. tit. 47. P. tit. 11.*

f *l. item apud Labeonem, §. ſi quis bona, de iniur. P. l. 2. §. 2. vi bonorum rap. P.*

g *l. lex Cornelia, 5. l. qui in domum, 23. de iniur. P. l. plerique, 18. de in ius voc. P.*

h *l. ſi iniuriæ faciendæ, 20. de iniur. §. 1. eod. apud Iuſtin.*

i *l. ſi quis proprium ſeruum, 24. de iniur. P. l. penul. C. de contrah. emt. ratio in l. nemo exterus, de iudæis. C.*

k *l. iniuriarum, 13. §. ſi quis me, de iniur. P. facit l. ſicut autẽ, 8. §. apud Pomponium, ſi ſeruitus vendic. l. 23. de actio. emt. P. l. 3. §. 2. vti poſſi. P.*

l *l. item apud Labeonem, §. generaliter, de iniu. P. cui exempla poſſunt conuenire, ſi quãdo laruati homines, ſimulantes ſe eum eſſe, ad cuius infamiam faciunt, veſtem illam ſordidam aut alia gerant: Sic Senec. lib. 1.*



*lib. 1. declamationum, decla.* 1. Sordidatus es, *inquit*, non queror, ſed ſi ſordes tuæ inuidiam mihi concitant, queror. A *Item ſi quis veſtes alicuius deferat in publicum ad opus indignum & turpe, ad eius contumeliam abutens, & contaminans dignitatem eius, qui ornatu illo tãtum decoratur, veluti inſignibus, vt ſi hiſtriones & mimi prodirent in theatrum ornati veſtibus ſacris & religioſarum perſonarum, quod interdictum eſt, l. mimæ, 4. C. de epiſcop. audient. §. ſi. nouell. 123.* B

m *c. 2. de offic. ordin. in Sex.*

n *l. item apud Labeonem, §. item ſi quis pignus, de iniur. P. ſi reſcribit pignus, qui in publico proponit vendendum, l. ſin. C. de ſide & iure haſtæ ſiſcalis, libr. 10. C. tit. 3. ſic iniuria affici dicitur defunctus, cuius bona veniunt & proſcribuntur, nullo hærede ea defendente, §. 1. quib. manum. non licet, libr. 1. Inſtitut. tit. 6. id eſt ignominia afficitur l. 1. de minoribus. P. ignominia & eſt ei, cuius bona venalia proſcribuntur, vt ait Cicero pro Quintio.* C

o *l. ſi quis de libertate, 12. de iniur. P.*

p *leg. idem apud Labeonem, 15. de iniur. Pandect. incidit & in aliud crimen mentis alienatæ reus, etiam porrecto amatorio poculo, l. ſi quis aliquid, §. qui abortiones de pœn. P.*

q *l. ſi liber pro fugitiuo, 22. de iniur. P.* D

r *l. ſi ſtatua patris tui, 27. eo. tit.*

s *l. ſi creditor meus, 19. eod.*

t *l. iniuriarum, 13. §. ſi quis iniuriã, per eo.*

u *Et iniuriarum tenetur, c. illud, 11. quæ. 3. horum iniuriam æſtimari debere tradit reuerendus pater Thomas Faſtoli, in ſuis deciſionibus cauſa 4. dubio 4.*

x *in l. iniuriarum, 13. §. fin. de iniur. P. l. 3. §. 9. ne quid in loco pub. P. venari & piſcari omnibus licet iure communi & naturali, c. ius naturale eſt, 1. diſt. quia communia omniũ mare, & aer, niſi eius cauſa quis agros alienos ingredi a dominis prohibeatur. leg. D. Pius, de ſeruitut. P. Et naturali iure hæc omnia cõmunia dicuntur, aer, aqua, profluens, mare, & littora, & ad ea nemo prohibendus accedere, dummodo a villis, monumentis & ædificiis abſtineat, §. & quidem naturali, de rerum diuiſio. apud Iuſtin. l. 3. eo. tit. P. excipitur etiã, niſi piſcationem maris, vel ſaltus venationem quiſpiam a publico conduxerit, quia habet ius tunc alios prohibendi. d. l. iniuriarum, §. fin. de iniur. Quemadmodum & is, qui ſolus in fluminis diuerticulo piſcatus eſt, ex præſcriptione, l. ſi quiſquam, 7. de diuerſ. & tempora. præſcriptio. libr. 44. P. tit. 2. Leo etiam nouella 56. de oris maritimis, vult aduerſus ius antiquũ oras maritimorum locorum eius cenſeri, qui circa eas dominium habet, & prohibere poſſe alios ibi piſcari ſine metu actionis iniuriarum, & poſſe concedere ſub tributo ius piſcãdi, facit l. ſane, l. ſi maris, 14. de iniur. P. Sane, inquit Paulus Iuriſcon. ſi maris proprium ius ad aliquem pertineat, vti poſſidentes interdictũ ei competit, ſi prohibeatur ius ſuum exercere, quoniam ad priuatam iam cauſam, non ad publicam hæc res.* E A B C

y *l. 1. § 1. de extraordina. crimin. P. Tenetur & lege Aquilia, qui veſtimenta inquinauerit vel ſciderit, vel ruperit. l. ſi ſeruus ſeruum, 27. §. ſi quis veſtimenta, ad legem Aquiliam, libr. 9. P. titul. 2. Qui conſpurcauerit etiam aquam, vel alia de cauſa in eam aliquid proiecerit, extra ordinem punitur. dict. l. 1. §. 1. de extraordina. criminib. P. l. is qui puteum veneni, 11. quod vi aut clam. Prohibitũ & fimo immundo ſordidare flumina circa ripas, vbi homines conſiſtunt, l. cum ſupra virentes, 12. de re milita. libr. 12. C. titul. 36. & ita quis poteſt prohiberi, ne in ſuperiori loco aquam conſpurcet defluentem in inferiora, l. 3. de aqua pluuia. arcenda. P. Si venenum iniectum ſit, tunc de veneficio & homicidio tenetur. l. 1. de maleſic. & mathem. & vltimo ſupplicio plectendus.* D E

z *l. ſenatuſconſulto, 38. de iniur. P. l. capitaliũ, 38. §. ad ſtatuas, de pœn. P. puto autem imaginẽ principis ibi eſſe ſignum ſecurita-*

*tis & veluti ius aſyli contra aliquem, qui* A
*ferenti nocere deſiderat, quemadmodum*
*hodie etiam proponuntur pro defenſione*
*rerum vel locorũ a vi & violatione, quod*
*dicitur* ſauuegarde du Prince, *nempe vel*
*inſignia principis vel imago eius. In Apo-*
*calypſi autem imago beſtiæ, quæ dabitur in*
*ſignũ eius ſectatoribus, dicitur character,*
*& vt etiam, qui ſignati ſunt ad ſalutem,*
*dicũtur ab Angelo ſignati ſigno Dei, nem-*
*pe* Tau, *vel crucis. Apocalyp. ca. 7. verſ. 2.* B
*Ezechiel. c. 9. verſ. 3.*

aa *l. in eum, 5. de extraordinar. crim. dum e-*
*nim ſerui confugiebant ad ſtatuas princi-*
*pis, videbantur implorare ſecuritatem &*
*auxilium contra nimiam dominorum ſæ-*
*uitiam & iniuriam, l. 2. de his qui ſunt ſui*
*vel alien. iur. P. quod fuit poſtea prohibi-*
*tum in l. capitalium, 8. §. ad ſtatuas, de pœ-*
*nis, P. l. vnic. C. de his qui ad ſtatuas con-*
*fug. C.* C

bb *l. penultim. de iniur. in P. l. ſicuti, 8. §. A-*
*riſto, ſi ſeruitus. vend. P.*

## Capvt IIII.

*De iniuriis verbis factis.*

Inter iniurias verbales annumerantur
conuicia, *a* maledicta, *b* prolata vel ſcri-
pta ad infamandum aliquem, *c* cantare ad
infamiam alicuius aliqua, *d* dicere liberos
infamandi cauſa ſeruos. *e* Pudicitiam pue- D
ri vel fœminæ attentare, vel verba turpia
cum illis habere, *f* in ſumma aduerſus eos,
qui aliquid muniendæ opinionis noſtræ
cauſa confeciſſe comperientur, more ſo-
lito experiri poſſumus. *g*

### Scholia.

a *l. 1. §. 1. de iniur. P. qui concitat, vocifera-*
*tur, conuitium facere videtur abſenti &*
*præſenti, l. item apud Labeonẽ, 15. §. con-* E
*uicium, & ſeq. de iniur. P.*

b *c. 1. de maledic. maledictum differt a con-*
*uicio, quod non fiat cum vociferatione. d.*
*l. item apud Labeonem, §. ex his apparet.*

c *l. item apud Labeonem, 45. § generaliter.* A
*leg. lex Cornelia, 5. §. penultim. de iniur.*
*Pandect.*

d *d. l. item apud Labeonem, § generaliter.*

e *l. qui liberos, 9. & ſeq. C. de iniur. l. 11. &*
*12. eod. tit. in Pandect. l. ſi tibi ſeruitutis,*
*31. de libera cauſ. titul. 7. C. tit. 16. l. 39. §.*
*1. eod. tit. P.*

f *l. item apud Labeonem, 15. § tenetur, &*
*ſeq. & l. ſi quis tam fœminam, 9. eod. titul.*
*de iniur. cap. ſi quis tam fœminam, 12. de*
*pœniten. diſt. 1. Corrumpunt bonos mores* B
*colloquia praua. 1. ad Corint. c. 15. Sed &*
*adulando, laudãdo, perſuadẽdo malitiam,*
*vel turpia, corrumpere quis poteſt inge-*
*nium adoleſcentum, & tenetur vtili inter-*
*dicto, de ſeruo corrupto, leg. 1. de ſeruo cor-*
*rup. lib. 12. P. tit. 3.*

g *l. 3. C. de iniuriis.*

## Capvt V.

C *Qui dicantur facere iniuriam.*

Iniuriam faciunt, qui voluntatẽ facien-
di habent, non qui ſine ea voluntate læ-
dunt, *a* idque vel per ſeipſos, vel per alias
perſonas, *b* at is qui iure publico vtitur, aut
iure facit magiſtratus quem gerit, propter
iuris exſecutionem non videtur iniuriam
facere, *c* ſi tamen excedat fines officii, in-
iuriarum nomine tenetur. *d* Nec facit in-
iuriam, qui maledictiones legis declarat
D vel imponit reis. *e*

### Scholia.

a *Sic non dicuntur facere iniuriam furioſi,*
*infantes, dormientes, &c. c. illud, 15. q. 1.*
*l. 3. de iniur. P.*

b *l. 1. §. 3. de iniur. P.*

c *l. iniuriarum, 13. §. 1. & l. quid reipublicæ,*
*34. l. item apud Labeonem, §. vnde quæ-*
*rit, de iniur. P. Quæ iure poteſtatis a ma-*
E *giſtratu fiunt, ad iniuriarum actionẽ non*
*pertinent. leg. iniuriarum, §. quæ iure, eod.*
*Pandect.*

d *l. nec magiſtratibus, 32. de iniur. P. l. 3. §.*
*1. quod metus cauſa. P. tit. 4. P. tit. 2.*

e *quia hoc ipſum lex facit, non iudex, qui*
*tanquam*



*tanquam eius eſt miniſter tantum. leg. 3.* A
*§. poſt originem, de origine iur. P. quare*
*exſecutor legis, ſi faciat ex intẽtione legis,*
*non autem vt propriam vlciſcatur vindi-*
*ctam, & iniuriam, immunis eſt ab iniuria*
*& crimine, ca. de occidendis, can. miles, c.*
*cum miniſter, 23. q. 5. Sic maledictio mu-*
*lieris adulteræ mandabatur inferri per a-*
*quam Zeli a Deo iudici. Num. ca. 5. verſ.*
*21. ſicut & maledictiones impoſitæ Deo re-*
*ſiſtentibus & mandata non ſeruantibus.* B
*Deut. c. 28. 12. c. 11. Ioſuæ. c. 8. verſ. 34.*

## Cap. VI.

*Quibus iniuria fiat.*

Nemini inferenda iniuria, *a* fit autem
nobis, vel directo, vel per conſequen-
tias, dum iis fit, quorum iniuria ad nos red-
undat. *b* Vt ita agere poſſumus pro iniuria
facta ſeruis, *c* vxori, *d* filiis in poteſtate no-
ſtra conſtitutis: *e* ita iniuria facta officiali,
cenſetur facta domino eius, ſeu regi, vel C
principi, vel reipublicæ, cuiꝰ eſt officialis, *f*
& iniuria ſacerdotibus facta ad Chriſtum
pertinet, cuius legatione funguntur. *g* Et
quamuis volenti non fiat iniuria, *h* tamen
ex iniuria facta ſeruo aut filiofamilias, do-
minus aut pater experiri poſſunt, etiam il-
lis nolentibus. *i* Et ſi iniuria fiat defuncti
cadaueri, vindicabit hæres. *k* Iniuriarum
& experiri poteſt, qui ignotus percutienti D
ictus vel percuſſus ab eo eſt. *l* Non vtique
ſi iniurians eum pro alio accipiẽs, cum er-
rore percuſſerit, quia animus nõ fuit eum
iniuriandi. *m* Nocentẽ etiam infamare in-
iuria eſt, ſi non per modum accuſationis
publicæ, ſed per modũ exprobrationis &
conuicii, crimen ei obiiciat. *n* Poſſunt pro
iniuriis experiri ſibi illatis a laicis apud iu-
dices laicos clerici contra eoſdẽ, & petere
emendam ſibi fieri, ne in poſterum talia E
audeant, neq; irregulares ideo fiũt, quam-
uis imponatur a iudice capitalis pœna pro
iniuria. *o*

### Scholia.

a *Nec cũ alterius iniuria alteri ſubuenien-* A
*dum, can. forte, can. denique, 14. q. 5. neq;*
*ſeruis etiam alienis inferenda. l. 1. C. de in-*
*iur. nec libertis, l. cum inde patronos, C. eo.*
*tit. imo nec propriis, nam contra intolera-*
*bilem iniuriam dominorum ſeruis nõ de-*
*negatur auxilium, leg. 2. de his, qui ſunt*
*ſui vel alien. iur. P. § ſi. eod. tit. apud Iuſti-*
*nian. Senec. lib. 3. de benef. Macrob. lib.*
*1. Saturnal. c. 11. Permittit tamen Deus,*
*malos in obtrectationẽ bonorum prorum-*
B *pere, ne ſe extollant, nimium forſan ab a-*
*liis laudati. can. 13. ſunt plurimi, 6. qu. 1.*

b *l. 1. §. 3. de iniur. P.*

c *§. ſeruis, de iniur. apud Iuſtin. l. item apud*
*Labeonem, 15. § itaque, & §. Prætor ait,*
*eo. tit. leg. 8. C. eod. tit.*

d *l. 1. § penul. l. eum qui. 8. §. ſi nupta, de in-*
*iur. P. §. patitur, eo. tit. apud Iuſtin. l. 2. C.*
*eo. agit autem vir pro vxoris iniuria, non*
*contra, vxor per viri iniuria, quia defendi*
C *oportet vxores a viris, non autem viros ab*
*vxoribus, l. 2. de iniur. P.*

e *d. l. 1. §. 3. & penult. & fin. l. lex Cornelia,*
*5. d. l. illud quæritur, & ſeq. l. ſed ſi vnus,*
*§. ait prætor, l. pater, 41. de iniur. P. niſi, ſi*
*quis iniuriam faciat filiofamilias, quem*
*putauerit patrẽfamilias, vel vxori, quam*
*putauerit viduã, nam tunc pater aut ma-*
*ritus non agunt, ſi is qui fecit iniuriam, a-*
*lioquin non fuiſſet percuſſurus, l. eum qui,*
D *8. at cum aliquis. & ſeq. de iniur.*

f *Guido Papæus. deciſ. 557. Alex. ad l. quã-*
*uis, de in ius voc. & Panor. ad c. cum ſit ge-*
*nerale, de foro comp. ait, iniuriam factam*
*clerico, cenſeri factam Deo. Et quamuis*
*officialis non reuocet ad animũ iniuriam*
*factã, nihilominus regi vel principi facta*
*cenſetur, vt ſcribit Hippol. de Marſil. conſ.*
*1. nu. 19. & conſ. 105. num. 15. vt iniuria*
*facta ſeruo dicitur facta domino, & vni de*
E *collegio, vniuerſo corpori collegii.*

g *can. 15. accuſatio, 2. q. 7.*

h *l. 1. §, vſque adeo, de iniur. P. l. cum dona-*
*tionis. C. de tranſact. l. nemo videtur frau-*
*dare, de regul. iur. P. l. in diem, 9. de aqua*
*pluuia. arcen. P.*

i *l. ſi quis ſeruum meum, 26. de iniur. P. vt ſi ludibrio habeatur ſeruus vel filius, vel ductus fuerit in popinam, & aleam, ad iniuriam meam etiam conſentiens.*

k *l. 1. §. & ſi forte, & §. quoties, de iniur. Pandect. l. 8. de religio. & ſumt. funer. P. nouella 60.*

l *l. eum qui, 8. §. ſi iniuria, de iniur. P.*

m *l. 3. §. fin. & l. ſi cum ſeruo meo, 4. de iniur. P. datur autem alia actio pro damno, vt legis Aquiliæ, l. 45. §. 4. ad l. Aquil. P.*

n *l. vnic. de famoſ. libell. libr. 9. C. tit. 36. Sic intelligenda l. eum qui nocentem, 8. de iniur. P. Qui enim obiicit crimina animo iniuriandi, primum quia ſibi vindicando ſumit publicam poteſtatem, contra quam prohibitum ſit, in l. nullus, de Iudæis. l. fin. C. de malefic. & mathemat. dignus ideo pœna eſt dehinc, quod ſcandalum generet auditoribus, quod crimen quod ignorarunt detegat, quod non denuntiatum impunitum remaneat.* Sæpe, *inquit Cicero contra Saluſtium*, vidi grauius offendere animos auditorum eos, qui aperte aliena vitia dixerũt, quam eos qui commiſerunt. *Nam eſt antiquũ prouerbium Græcum, non eſſe mouẽdam Camerinam, nec malum bene conditum. Sed & qui aliquando malus fuit, & nunc bonus affectus eſt, reprehendi non debet, ca. ferrum, 50. diſtinct. diſtinguit tamen Iulius Clarus, lib. 5. §. iniuria. num. 7. obiicientemq; crimen etiam verum, teneri actione iniuriarum, iuxta opinionem, quam dicit eſſe communem. Curtius in l. fi. §. 3. quod quiſque iuris, P. hancque ſententiã Clarus dicit omnino eſſe veram iure canonico, quo ante accuſationem debet præcedere charitatiua admonitio. c. 2. de accuſ. cum ſimil. ibi no. Cæterum iure ciuili diſtinguendum putat, an talis iniuria ſit obiecta, quæ vera probata crimẽ habet, & quam puniri reipub. interſit, & tunc ſi obiiciens probet, non tenetur iniuriarum, ex l. eum qui nocentem, de iniuriis, P. contra ſi non valde interſit reipublicæ illud crimẽ obiectum probari, vt quia dicat cæcum, claudum, nam tunc de iniuriis etiam probans tenetur, ſi modo dixit animo iniuriandi, & ſine cauſa, vide plura, & hæc apud Panorm. ad ca. cum te, vbi alios plures citat, de ſententia & re iudic. Bart. ad l. 3. de liber. & poſthu. P. nec excuſatur quis ab iniuria, quod dicat ſe fuiſſe prouocatum antea ab iniuriato, vt notat Iul. Clarus vbi ſupra. nu. 14.*

o *c. 2. de homicid. in Sex. c. poſtulaſti, 21. eo. tit. apud Gregorium.*

## Caput VII.

1 *De iniuria conſideranda ex animo.*

2 *De actione ciuili vel criminali.*

1 INiuria conſideranda, non ex opere, ſed ex voluntate. *a* Ideo qui non animo iniuriandi, ſed vel ex ioco, vel caſtigationis, vel emendationis cauſa quippiam facit aut dicit, non tenetur iniuriarum nomine. *b* Quare in cõceptione actionis iniuriarum, certum factum aut dictum, & quod iniuriandi cauſa factũ dictumve ſit, cõtra bonos mores, adiici debet, *c* deinde an ex temeritate cogitata contumelia fiat, an vero calore iracundiæ, hæc enim pœnã augent vel minuunt. *d* Nemini porro facit iniuriam qui iure ſuo vtitur. *e*

2 Iniurarum autem cauſa, † non publici, ſed priuati iudicii cõtinet querelam, *f* veruntamen pro ea & ciuiliter & criminaliter agi poteſt. Et ſi quidẽ ciuiliter agatur, æſtimatione facta, pœna reo imponitur, ſi criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna ei irrogatur, *g* verum ſi actũ fuerit criminali iudicio, denegatur priuatum: vt ſi prius priuato, publicum. *h* At ex natura iniuriarum actio magis vindictæ quam pecuniæ habet exſecutionem, *i* & per procuratorem criminaliter exerceri nequit, ciuiliter poteſt. *k*

### Scholia.

a *c. ſi quis nõ iratus, 15. q. 1. voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, l. verum eſt, 39. nec aliunde quam ex volũtate iudicantur, quæ eſt cauſa vitii vel virtutis, ca. merito, ca. illa, 15. q. 1. c. naſci, 56. diſt. ca. ſciendum, 8. quæ. 1. & nemo tenetur ad culpam, niſi ex propria voluntate deflexerit, ca. non eſt, 15. q. 1.*



b *l. 3. §. pen. & l. 4. & l. itẽ apud Labeonem, 15. §. adiicitur, de iniuriis, P. l. 5. C. eo. tit. Sic magiſter caſtigans diſcipulum, non tenetur de iniuria. d. can. ſi quis non iratus, 15. q. 1. l. ſed etſi, §. fin. ad leg. Aquil. P. neque iocando percutiens clericũ, aut pater aut magiſter percutientes diſciplinæ cauſa filium aut diſcipulum clericum, dicuntur excommunicati, aut iniuriã inferentes, ca. 1. ca. ex tenore, c. cum voluntate, de ſenten. excom. facit lex aut facta, de pœnis, ca. aut facta, de pœnit. diſt. 1. omnis tamen iniuria præſumitur animo iniuriandi facta, niſi contrarium probetur, & dicitur hæc communis ſententia per Socinum conſil. 146. nu. 7.* circa tertiam, *libr. 1. conſentit Pariſ. conſ. 149. nu. 19. lib. 4. nec excuſatur qui deprehenſus dixit, ludẽs feci, non ſecus quam qui lãceas & ſagittas mittit in mortem, & ita ſe vult deprehenſum excuſare, c. 1. de præſumt. lib. 2. tit. 23.*

c *l. Prætor edixit, 7. de iniur. P.*

d *Quod ex pertinacia & temeritate fit, eſt ſeuerius puniendum, c. ſi quis ſacerdotum, 11. q. 1. ca. 1. de maledict. ſi calore iracundiæ veniam aliquando meretur, ca. ſi quidem, § notandum, & §. ſi quis iratus, 2. q. 2. l. 2. C. de iureiur. l. vnic. C. ſi quis imperatores maledixerit. exſtat textus, in leg. ſi non conuitii, 5. C. de iniuriis, cuius verba,* ſi non conuitii conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes, fides veri a calumnia te defendet, ſi autem in rixam inconſulto calore lapſus, homicidii conuitium obieciſti, & ex eo die annus exceſſit, cum iniuriarum actio annuo tempore præſcripta ſit, ob iniuriæ admiſſum, conueniri nõ debes. *In regno Galliæ de conſuetudine iniuria in abſentia verbis facta, non eſt punibilis, niſi ſit reiterata, quoniã reiteratio arguit eſſe deliberatam, Guiliel. Benedictus in repet. ca. Raynutius, ad verba,* & vxorem nomine Adelaſiam, *nu. 991. & 992. de teſta. vide Hippolytũ de Marſil. 113. nu. 2. 3. 4.*

e *c. cum eccleſia Vulterana, de electio. c. non ſane, 14. q. 5. leg. fiſcus, de iure fiſc. P. cum ſimil. vulgaribus.*

f *l. iniuriarũ, 7. C. de iniur. Quia inter priuata delicta connumeratur. l. ſi. C. eod.*

g *l. fin. de iniur. P. § in ſumma, eod. tit. apud Iuſtinia. l. fin. de priua. delict. P. libr. 47. tit. 1. de æſtimatione autẽ iniuriæ, & de pœna corporali paulo poſt dicemus ſequentibus capitibus.*

h *l. quod ſenatusconſultum, 6. de iniur. l. qui ſeruum alienum, 34. de actio. P.*

i *leg. cum emancipati, 2. §. emancipatus, de colla. bonorum, libr. 37. P. tit. 6. pœna autem extraordinaria eſt pro modo delicti, l. ſi. de iniur.*

k *l. non ſolum, §. agere, de iniur. P. l. penult. de public. iudic. P. exceptis viris illuſtribus, & qui ſuper eos ſunt, qui poſſunt agere, & defendere criminaliter pro iniuriis per procuratorẽ, l. fin. C. de iniur. §. in ſumma, eo. apud Iuſtinian.*

## Caput VIII.

1 *De pœna corporali iniuriarum aliaque circa ordinem & beneficia.*

2 *Bellum iuſtum.*

3 *Sacerdotis iniuriantis epiſcopũ pœna, vel ſi iudicem.*

4 *Pœna blaſphemi.*

5 *Iniuriantis eccleſiam vel cultum eius.*

6 *Vilis perſona.*

7 *Pœna duodecim tabularum.*

8 *Pœna ferentis imaginem principis ad inuidiam.*

9 *Serui.*

1 SEcundum varietatem † qualitatemque iniuriarum, pœnæ aut leuiores, aut grauiores imponuntur. *a* Iuſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcũtur iniurias, ſi qua gens vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare contemſerit, quod a ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt, noluerit.

2 Si quis ſacerdotum † vel reliquorum A clericorum, ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut contumeliam, aut calumniam, aut conuicia intulerit, & conuinci potuerit, mox depoſitus curiæ ſeculari tradi debet, quando videlicet contumelia lædit quoq; eccleſiæ dignitatem. *c* Alioquin pro vindicta iniuriæ particulariter ſibi illatæ, epiſcopus nō poteſt iniuriantem excommunicare. *d* nemo enim in ſua cauſa ſibi iudex eſſe poteſt; *e* imo lex vetat, ne quis de B iniuria iudicet generi, ſoceri, vitrici, priuigni, ſobrini, propinqui, cognatiue agētis. *f* Si quis tamen iudici, vt iudici cōtumeliam faciat, licet illi pœnali iudicio iuriſdictionem ſuam tueri. *g* Sic iudici ab appellatoribus conuicium factum, infamia notatur, vel alia pœna. *h*

3 Blaſphemus quoq; † in Deum, & beatam virginem aut ſanctos, publicæ pœnitentiæ, adiudicandus per ſeptem dies dominicos C prę foribus eccleſiæ, quamdiu ſolemnia miſſæ agentur parrochiales, cum aliis ieiuniis & orationibus, quæ a canonibus imponuntur. *i*

4 Qui in eccleſias Catholicas † irruens ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi cultui locoque aliquid importauerit iniuriæ, capitali ſupplicio damnandus eſt. *k* Si iniuriam ſolum fecerit, verberibus damnandus & D exilio. *l*

5 Is qui propter vilitatē † & egeſtatem ſuæ perſonæ, nō mouetur infamia, & ideo magis audacter iniuriam atrocem infert, coercendus in ipſo corpore acrius. *m*

6 Pœna ex lege 12. tabularū † & iure diuino, talio erat propter membrū ruptum, ptopter vero os fractum, nummaria. *n*

7 Qui ad inuidiam alterius, † imaginem principis defert, in vincula publica mit- E tendus. *o*

8 Seruus etiā pro illata iniuria ſatisfacit, † impoſitis & perpeſſis verberibus.

SCHOLIA.

a *l. aut facta, de pœnis, P. ca. pœna, 18. §. fin.* A *& ca. ſeq. de pœniten. diſt. 1. maiora peccata grauioribus pœnis ſunt vindicanda, §. ſi. vt fratrum filii, & c. in authen.*

b *can. 2. dominus noſter, 23. q. 2. ex lib. 6. q. D. Auguſtin. q. 10.*

c *cap. 18. ſi quis ſacerdotum, 11. quæſt. 1. ca. Guiliſſarius, 23. quæſtio. 4. ca. Salomitanæ, 64. diſ. ca. ſi quis erga, 2. q. 7. ſic intelligitur, c. 1. de maledict.*

d *ca. 27. inter querelas, 23. q. 4. & ſic poſſumus quæ in nos committuntur remittere,* B *quæ vero in Deum commiſſa ſunt, non niſi cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia debemus relaxare, ca. 28. ſi is qui prælatus eſt, 23. q. 4. facit ca. 2. paratus, 23. q. 1. vt neque iudex pro ſua iniuria debet reum alioquin mortem meritum, occidere, can. de occidendis, 23. q. 5. facit l. fin. C. de malefic. docetur & clericos propriæ iniuriæ vltores eſſe non debere, in ca. ſeditionarios, 46. diſtinct.* C

e *ca. 1. 4. q. 4. tit. ne quis in ſua cauſa iudic. leg. qui iuriſdictioni, 10. de iuriſdiction. omnium iudicum, P. l. penult, & ſi. C. vbi ſenatores vel clariſſimi; poterit tamen propriam iniuriam, coram alio competente iudice proſequi.*

f *l. lex Cornelia, 5. de iniur. 20. l. qui iuriſdictioni, de iuriſd. omnium iudic. P.*

g *l. 1. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit,* D *lib. 2. P. tit. 3. Si iniuriæ illatæ, ad depreſſionem dignitatis pertineāt, & ſic ſibi & ſuis indicat iniurias illatas, etiamſi illæ nō impediant iuriſdictionem, capit. 1. de pœnis, in Sext.*

h *l. iudici, 42. de iniur. P. l. illud ſciendum, 8. de appellation, libr. 49. P. tit. 1. & ite licite ſine animo tamen propriæ vindictæ, poteſt excommunicare & emendare litigantem & contumacē, c. 11. & qui emen-* E *dat, 45. diſt. ca. ſi illic, 2. q. 4. ca. ſi quis, 2. q. 7. ca. ſeditionarios, 46. diſt.*

i *ca. 2. de maledict. iubet & Iuſtinian. in nouella 77. vt non luxurientur contra naturam, &c. blaſphemantes & iurātes per capillos & caput Dei. Olim qui per hæc blaſ-*



*phemaſſet ſi in ordine eccleſiaſtico erat, de-* A *ponebatur, ſi laicus, anathematizabatur, conſtituta & erat pœna in eos, qui tales non detexiſſent, & nō emendaſſent detectos, ca. ſi quis per capillum, 21. quæ. 1. vide multa quæ tradidimus, lib. 33. ſyntagmatis iuris, cap. 12. de blaſphemis.*

k *l. ſi quis in hoc genus, 10. de epiſc. & cler. C. §. ſi quis cum ſacra. cap. 31. de ſanctiſſimis epiſcop. nouella 123. item ſi quis Litanias turbauerit, ibidem, & authen. ſed nouo iu-* B *re de epiſcop. & cleric.*

l *d. §. ſi quis cum ſacra, de ſanctiſſ. epiſcop. & d. authen. ſed nouo iure.*

m *l. ſi quis iniuriam, 35. de iniur. P.*

n *§. pœna autem, de iniur. Talio erat idem quod quis intulerat pati, dentem pro dente, oculum pro oculo, &c. dare. Gellius, lib. ſi. ca. 1. Cicero pro Cælio, Exod. 21. Deut. 15. Leuit. 22.*

o *l. ſenatuſconſulto, 39. de iniur. l. capitaliū,* C *28. §. ad ſtatuas, de pœnit. P. idipſum ſi ad inuidiam alterius quis ad ſtatuas confugerit, vel confugere inuidiam alterius fecerit, d. §. ad ſtatuas, & l. in eum, 5. de extraord. criminib. P.*

p *l. ſed non eſſe æquum, §. ſi ante iudicem, de iniur. P. Et hoc maxime dicebat intereſſe inter liberum & ſeruū, Demoſthenes contra Androtionem, quod ſeruo omnia corpore luenda ſunt, libero vero liceat quomodocumque corpus ſuum defendere.* D

CAPVT. IX

1 *De pœnis iniuriantis cardinalem.*
2 *Detrahentium prælatis aut eccleſiis parrochialibus.*
3 *Percuſſorum clericorum.*
4 *Epiſcopi crudelis.*
5 *Clerici ſe iactantis de adulterio.*
6 *Eximentis reum a iudice.*
7 *Coniurantis vel iniuriantis prælatum.*
8 *Laici rebellantis in principe & epiſcopi vel clerici maieſtatis rei.*
9 *Incendiarii voluntarii.*

1 QVi percuſſerit cardinalem, † aut hoſtiliter fuerit perſecutus, aut eum ce- A perit, aut ſocius fuerit mandantis, vel fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium dederit aut fauorem, fit infamis, diffidatus, inteſtabilis & aliis multis pœnis ſubiicitur. *a*

Inhibitum † & eſt ſub interminatione maledictionis æternæ regularibus, in ſermonib. ſuis prælatis detrahere, aut retrahere laicos ab eccleſiarū ſuarum frequentia vel acceſſu, ſeu indulgentias pronūtiare B indiſcretas. *b* 2

Si quis etiā † in aliquo gradu ſacro percuſſor exſtiterit, corripi debet a crimine, & ſi non emendauerit deponi debet. *c* 3

Epiſcopus † qui cædi crudeliter aliquē, etiam iniuſte iuſſerit, debet duobus menſibus ab adminiſtratione miſſarum abſtinere. *d* Quod ſi percuſſerit, vt timeri vellet, ab officio debet deponi & repelli. *e* 4

Clericus, † qui gloriatur ſe commiſiſſe C adulterium, ex quo maritus vxorem dimiſerit, ab officio & beneficio ſuſpendi debet. *f* 5

Clerici violenter † eripientes de manu iudicis vel exſecutoris eius, reum, pœna condigna iniuriæ puniuntur. *g* 6

Si qui clerici † aut monachi fuerint inuenti, coniurantes aut conſpirantes, aut fratrias vel factiones componētes aliquas, ſuis epiſcopis, aut clericis aliis omnino cadere debēt de proprio gradu. *h* Imo ſi quis D ſacerdotum vel reliquorum clericorum, ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, aut conuicia intulerit, & conuinci potuerit, depoſitus mox curiæ ſeculari tradi debet, vt recipiat quod inique geſſit. *i* Atq; clericus, qui cōtra fidem homagii præſtiti, ac debitam reuerentiā, epiſcopum ſuum eſſe dominum negat, vel in E foro ſeculari contra eum mouet ſuper rebus ſpiritualibus quæſtionem, aut inuaſoribus epiſcopi cauſam vel conſilium præbuit, ab eccleſia eius debet perpetuo abſcindi & beneficiis priuari. *k* 7

Si laicus iuramētum † profanat domi- 8

no ſuo vel regi pręſtitum, & doloſe eius regnum tractauerit, & aliquo machinamento in regnum eius inſidietur, anathema dicitur, niſi perdignam pœnitentiæ ſatisfactionem emendauerit, id eſt, niſi ſeculum relinquat, arma deponat & in monaſteriũ eat, & pœniteat omnibus diebus vitę ſuæ: veruntamen in exitu vitæ ſuæ, Euchariſtiæ poterit participare, epiſcopus vero, preſbyter, diaconus ſi hoc crimen commiſerint, debent degradari, *l*

9 Si quis domum aut aream † cuiuſquam incenderit voluntarie, ſublata & incenſa omnia reſtituere debet, & tres annos pœnitere. *m*

### SCHOLIA.

a *quæ expreſſa ſunt in c. felicis, de pœnis. in Sext. niſi inquit ibi gloſſ. hoc fecerint defendendo aut vitam aut honorem ſuum, vel ſuorum, vide cap. 3. de ſentent. excommunicat.*

b *Clem. 1. de priuileg. & in concilio Lateranenſi ſub Leone in decreto incipiente,* ſupernę maieſtatis præſidio.

c *c. 1. de clerico percuſſor. lib. 5. tit. 25.*

d *c. 2. eod. de cleric. permiſſ.*

e *cap. epiſcopum, 45. diſtinct. & tota fere eadem diſtinct.*

f *c. quam ſit graue, 9. de exceſſi. prælat.*

g *l. addictos, 6. de epiſcop. audien. Arbitraria pœna metienda erit. nam cauſam ob criminalem vel ciuilem detinerentur erepti, iuſte vel iniuſte damnati, ſi cum ſcandalo, aut ſine eo, an cum armis vel ſine armis, an ex carcere cum effractione, vel aliunde ex manu familio iudicis eripiantur. Sed & illud tenetur, vt ſi clericus eripuerit reum a carcere, vel obligatum pro debito ipſe teneatur ad ipſum quod ereptus debebat fiſco & priuato. Barthol. ad l. quoties, de exactio. tribut. libr. 10. C. Ioannes Faber ad § pœnales, de action. & ibi Ioannes Faber nempe pro debitis teneatur, pro quibus tunc captus quis erat vel carcere commendatus, non autem teneatur pro aliis debitis, aliis creditoribus ereptis, qui pro illis non fuerat incarceratus vel commendatus. Et Baldus ad dictam l. addictos, ait, eximentem a manibus curiæ, teneri pro exemto, perinde ac ſi fideiuſſiſſet ad omnem caſum.*

h *cap. 21. coniurationum, 11. q. 1. ex concilio Chalcedonenſi. ca. 18. ca. 22. conſpirationum eadem 11. quæ. 1. ca. ſi qui clerici, 23. & ſequent. ſi clerici, & ca. ſi qui clericorum, eo. 11. q. 1.*

i *c. 18. ſi quis ſacerdotum, 11. q. 1. quem tamen textũ de incorrigibili clerico, vt tradatur curiæ ſeculari, intelligit Panormit. ad c. & ſi clerici, de iud. iuxta ca. cum non ab homine, eo. tit. & in can. ſi quis. & ca. ſi quæ ſunt, 2. q. 7. in c. nouimus, de verb. ſig.*

k *c. grauem, 15. de exceſſ. prælat. contumacia enim contra præpoſitum eſt capitalis, l. omne delictum, §. 1. de re milit. P.*

l *ca. 19. ſi quis laicos, 22. queſt. 5. idipſum conſtitutum in concilio Toletano, 16. cap. 8. quod habitum tempore Flauii Egicæ, ſub quo anno 693. Sisbertus Toletanæ ſedis Epiſcopus, his pœnis damnatus, iuxta antiquorum canonum regulas. vide Ioannem Bernardinum Diaz in practica canonum crimin. c. 110.*

m *c. ſi quis donum, 6. de iniur. l. 1. de incend. rui. & naufrag. P. Peſſima quoque depopulatio & horrenda incendiariorum malitia, quare ſi quis vel odio vel pro vindicta ignem appoſuerit vel apponi fecerit, vel appoſitoribus conſilium dederit, vel auxilium, ſcienter, ex communi iure debet probari, & ſi mortuus fuerit incendiarius, non prius debet donari eccleſiaſtica ſepultura, quam damnum datum reſarciatur pro modo facultatum ſuarum, vt in c. peſſimam, 23. q. 8. Eſt & iure ciuili pœna doloſi incendiarii concrematio, l. qui ædes, 9. de incen. ruin. & naufrag. lib. 47. P. tit. 9. l. ſi quis dolo, 10. ad leg. Cornel. de ſica. P. l. capitalium. 28. §. incendiarii, de pœnis. in clericis porro pœna erit arbitraria, vel vt in maioribus criminibus depoſitio.*

CAP.



## CAPVT X.

1 *De pœna exiſtimationis ſeu honoraria pro iniuriis.*

2 *De iuramento rei.*

3 *De iniiciente manus in perſonas eccleſiaſticas.*

1 CLericus maledicus † maxime ſacerdos, cogendus ad poſtulandã veniam, ſi noluerit, degradandus, nec vnquam ad officium abſque ſatisfactione reuocatur. *a* Sunt & infames detrectatores & iniuriarum atrocium ſuo nomine damnati *b* & inteſtabiles, *c* reſtitutio tamen poteſt fieri ad famam a ſummo pontifice clerico. *d* Pœna vero honoraria pro pœna talionis & pecuniaria introducta eſt a prætoribus Romanis *e* in hac pœna honoraria; fit in honore imminuto ſatisfactio ei, qui iniuriam paſſus dicitur. Et illa poteſt eſſe, ſi palinodiam iniurians recantet, reuocando maledicta in præſentia iudicis & teſtium, dicendo ſe pœnitere ea dixiſſe, & ſe mentitum, temereque iniuriaſſe. *f*

2 Erat & iuramenti † delatio, quo iurabat reus, ſe non feciſſe vel dixiſſe, aut id nõ iniuriandi animo feciſſe dixiſſeve, iuramento delato per actorem. *g*

3 Si quis ſuadẽte † diabolo huius ſacrilegii reatum intulerit, quod in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo ſubiacet. Et nullus epiſcoporum illum præſumere debet abſoluere, niſi vrgente mortis articulo, donec apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatũ ſuſcipiat, *h* paucis exceptis. *i* Mandans etiam percuti clericum, perinde ac qui manus iniicit, eadem excommunicatione tenetur. *k*

### SCHOLIA.

a *ca. 5. clericus, 46. diſt. ex concilio Carthaginen. 4. c. 57. degradatio hic eſt ſuſpenſio; vt notat gloſſ. ad d. ca. clericus. Compulſio autem communiter fit ad veniam & confeſſionem per ſententiam excommunicationis, c. ſi. 22. q. 1. c. 3. 6. q. 1.*

b *c. cum te, 23. de ſent. & re iud. li. 2. tit. 27. vbi & idipſum receptum in clerico eo nomine damnato dicitur. Probatur & in c. 15. deteriores, 6. qu. 1. Ideo ſi rariores fuerint iniuriæ, ibi non poſſe promoueri ad ſacros ordines dicitur, vt nec ad dignitatem, in l. D. Seuerus, 40. & l. iudica, 42. de iniur. P. famoſa dicitur actio iniuriarũ. in l. prætor edixit, 7. de iniur. quin & ciuiliter etiam de iniuriis damnatus, eſt infamis. l. 6. l. athletas, §. fi. de his. qui notant. infam. l. 2. de obſequiis, &c. P. dixi autem ſuo nomine damnatos, de iniuriis, eſſe infames, vt intelligamus procuratorem defendentem, non effici infamem, l. furti. §. ſi quis alieno, de his qui notant. infam. gloſſ. ad d. c. cum te, de ſenten. & re iud. dixi inſuper, acriorem eſſe debere iniuriã, nam ex minima condemnatus, non fit infamis, vt colligitur ex dict. ca. cum te, ſecundũ vnum intellectum, & ibi glo. ad verbum* minima, *quam ſententiam aliqui ſequuntur, vt ait Angelus ad l. infamem. de public. iudic. P. & ſequitur Iulius Clarus, libr. 5. ſenten. §. infam. nu. 7.*

c *in l. lex Cornel. 5. §. ſi quis librũ. de iniur. P. l. ob carmen, 11. de teſtib. lib. 22. P. ti. 1. ob carmẽ inquit famoſum, dãnatus inteſtabilis fit, id eſt, teſtis eſſe nõ poteſt. neq; etiã teſtamentũ facere poteſt, vt & explicat Vlp. in l. is cui lege, 8. §. fi. de teſta. P. l. 28. tit. 9.*

d *d. c. cũ te. de ſent. & re iudi. c. ſi quem. §. notandum, in fin. 1. q. 3. ſi infames ſubſint iuriſdictioni papæ, vt in ſpiritualib. & quoad ſpiritualia, clerici, aut laici, niſi & ipſi ſubſint iuriſdictioni temporali papæ in terris eccleſiæ, aliter enim illis non poterit remittere infamiam. ca. Euphemium, §. hic colligitur, 2. qu. 3. quare laicis illis adeundus eſſet princeps ſecularis eius iudicis, qui famam ademit. argum. ca. per venerabilem, qui filii ſint leg. vide l. 1. de abolitio. C.*

e *§. pœna autem, verſ. ſed poſtea, prætores, de iniur. Sed pœna quidem inquit Iuſtinian. iniuriæ, quæ ex lege 12. tabularum introducta eſt, in deſuetudinẽ abiit, quam au-*

*tem prætores introduxerãt, quæ etiam ho-* A
*noraria appellatur, in iudiciis frequenta-*
*tur. Nam ſecundum gradum dignitatis*
*vitæque honeſtatem creſcit aut minuitur*
*æſtimatio iniuriæ.*

f *qui iniuria affecerint ſacerdotes, non prius*
*debent abſolui, quam per ſatisfactionem,*
*condignam egerint pœnitentiam, capit. 5.*
*accuſatio, 2. quæſtio. 7. Sic ad relaxatio-*
*nem ſufficiens ſatisfactio, vel vt textus lo-*
*quitur, ſufficiens requiritur emenda. cap.* B
*ex parte 23. de verbor. ſignifica. & in cap.*
*24. cum olim, eo. tit. cogiturque in loco, vbi*
*deliquit quis, præſentibus teſtibus ſatiſ-*
*facere læſo. capit. 29. ſi illic, 23. quæſtio.*
*4. & ibidem læſus non tenetur remit-*
*tere iniuriam ſuperbo, qui non vult ſatiſ-*
*facere, hæc palinodia ſeruata, & in cleri-*
*cis, vt in laicis, ſecundũ ea, quæ tradit Ber-*
*nardus Diaz, in practica criminali, can. c.*
*60. Tenetur enim & quilibet Chriſtianus* C
*ad reſtitutionem famæ, quam furatus eſt*
*detrahendo, nec dimittitur peccatum, niſi*
*reſtituatur ablatum, c. peccatum, de regul.*
*iur. in Sex. Reſtituit autem famam & ſa-*
*tisfacit qui præſentibus teſtib. reuocat di-*
*cta temere & mẽdaciter, & proteſtatur ſe*
*nolle fuiſſe dicta vel facta, quæ fecit vel di-*
*xit, formula palinodiæ apud Plautum in*
*Amphytrione, dum vxor probri & impu-*
*dicitiæ falſo inſimulata ab Amphilogone* D
*viro, non aliter ſecum redituram in gra-*
*tiam proteſtatur, quam ſi retractaret ver-*
*ba, aitque.*

Quin ego illum aut deſeram: (per,
Aut ſatisfaciat mihi atque adiuret inſu-
Nolle eſſe dicta quæ in me inſontem
protulit. *Et poſtea Amphitryo.*
Mane arbitratu tuo iuſiurandum dabo,
Me meam pudicam eſſe vxorem arbi-
trarier, &c. E

*Satisfactionis exemplum etiã apud Sue-*
*tonium Tranquillum, in Iulio Cæſare, cap.*
*7. in Claudio, 38. Satisfit etiam verberib.*
*pro iniuria, l. ſed ſi vnius, 17. §. ſi ante iudi-*
*cem, de iniur. P. & ibidem, qui accepit*
*ſatisfactionem iniuriam ſuam remiſit. Co-* A
*gitur etiã a iudice, qui iniuriã paſſus eſt,*
*ſatisfactionem accipere oblatam, in ca. ſi-*
*quis contriſtatus, 10. 90. diſt. & ibi gloſſa*
*ait cogendum per ſententiam excommu-*
*nicationis, vocat hanc ſatisfactionem e-*
*mendam, c. 2. de homicid. in Sex.*

g *de illo iuramento, in l. lex Cornelia, 5. §.*
*hac lege, de iniur. P. Sic apud Martia-*
*lem, libr. 12. Epigram. 8.* (vis.
Nil in te ſcripſi Bythinice, credere non B
Et iurare iubes, malo ſatisfacere.
*Pro ſatisfactione eſt, ſi nec ſuo conſilio, nec*
*a ſe iniuriam factam, quis dicat in c. quia*
*præſulatus, 1. q. 4.*

h *in c. ſi quis ſuadente diabolo, 29. 7. q. 4. ca.*
*tua nos 19. de ſent. excom. qui iniiciũt ma-*
*nus violẽtas in canonicos, clericos, aut cu-*
*iuſuis religionis monachos, aut conuerſos*
*eandem excommunicationis ſententiam*
*incurrunt, vt niſi in articulo mortis abſol-* C
*ui poſſint ab alio, quam a ſummo Pontifi-*
*ce, c. non dubium, 5. c. ex tenore, 10. c. par-*
*rochianos, 9. c. cũ non ab homine, 4. de ſen-*
*ten. excom. c. quiſquis 17. quæ. 4. vt neque*
*clerici poſſint in ſatisfactionem iniuriæ*
*per illos illatæ, ex ſuo conſenſu percuti, aut*
*ſatisfactioni ſponte ſua corpora ſubiicere*
*laicis, & ſi fecerint nihilominus, qui ita*
*percuſſerit incurrit ſententiã excommu-*
*nicationis hãc. c. contingit interdum, 36.* D
*de ſententia excom. quia vt ait textus can.*
*excommunicationem imponens, non tam,*
*in fauorem clerici ordinati, quantum in*
*fauorem totius ordinis clericalis latus eſt,*
*quare ab vno ex clericis priuilegio huic,*
*vt nec ſimilibus renuntiari poterit, c. ſi di-*
*ligenti, de foro competen. Continentur aũt*
*in hoc priuilegio nomine clerici, omnes or-*
*dines clericorum, iuxta ca. cleros, 21. diſt.*
*dummodo non contraxerint ſecundas nu-* E
*ptias, ca. quiſquis, 81. diſtin. Sed & depoſi-*
*tus clericus, qui vult viuere ſub clericali*
*regula gaudet eodẽ iure, c. dictũ 81. diſt. nũ-*
*merat & alios plures, qui continentur hoc*
*priuilegio ſub nomine clerici, gl. ad d. c. cõ-*
*tingit,*



*tingit, 36. ad ver.* ordinati, *de ſent. excom.* A
*Neque etiam ſola dimiſſio habitus & ton-*
*ſuræ priuat clericum hoc beneficio, nec ef-*
*ficit, vt talis clericus impune percuti poſ-*
*ſit. c. contingit, 45. de ſent. excom. c. Ioan-*
*nes, de cler. coniug. vbi de hoc. Incidit & in*
*canonem ſi quis ſuadente, 17. q. 4. is qui*
*permittit percuti clericum cum prohibere*
*poſſit, c. quantæ præſumtionis, de ſent. ex-*
*com. & qui ratam habet ſuo nomine fa-*
*ctam percuſſionem, c. cum quis, 23. de ſent.* B
*excom. in Sex. Item & milites, & fratres*
*hoſpitalis ſeu ordinis D. Ioannis Hieroſo-*
*mylitani incidunt in prædictum canonem*
*percutientes clericum, poſſunt tamen ab-*
*ſolui a ſuo ſuperiore maiori presbytero. ca.*
*canonica conſenſione, 50. de ſent. excom.*
*Nec liberat in omnibus a ſentẽtia excom-*
*municationis aut ab abſolutione eius a*
*ſummo Pontifice obtinenda, ſatisfactio*
*quam facit, qui iniecerat manus læſo cle-* C
*rico. ca. quamuis incidens, 58. de ſent. ex-*
*com. Qui iniecerit manus violentas in*
*moniales, eodẽ quoq; canone tenetur, dum*
*modo ex officio non faciat, ca. veniens, 16.*
*de ſent. excom. Et ſententia hac quoq; te-*
*nentur tam clerici quam laici, etiam ſi oc-*
*culte manus in clericos iniecerint, c. porro,*
*7. de ſent. excom. & mulieres quoq;, c. mu-*
*lieres, 6. de ſen. excom. ca. ea noſcitur, 13.*
*eo. Hiq; omnes qui in canonem inciderint* D
*abſolutionem debent petere a ſum. ponti-*
*fice, vt dictum eſt; poterit tamen dari a le-*
*gato de latere eius, c. ea noſcitur, 13. c. ad*
*eminentiam, 20. eo. de ſent. excom. Pote-*
*runt & mulieres & alii, qui ſui iuris non*
*ſunt pauperes, ſenes, debiles perſonæ, & aliæ*
*quæ non poſſunt facile adire ſummũ pon-*
*tificem, abſolui a proprio epiſcopo. c. mulie-*
*res, 6. c. ea noſcitur, 13. de ſent. excom. id &*
*expreſſum de ſeruis, in ca. relatum, 37. eo.* E
*Poſſunt & monachi intra clauſtrum ſe*
*percutientes, abſolui ab abbate; vel eo ab-*
*ſente ab epiſcopo. c. 2. de ſent. excom. niſi ad*
*mutilationem membrorrm, vel ad effuſio-*
*nẽ ſanguinis peruenerit iniectio manuum,*
*aut in epiſcopum, aut in abbatem manus*
*iniecta ſit violenta; quibus caſibus adeun-*
*dus ſum. pontif. ca. cum illorum, 32. §. qui*
*ſe clauſtrales, de ſenten. excom. Videtur &*
*caſus in c. ex tenore, 10. in fine, de ſent. ex-*
*com. in illis verbis,* aut cum ipſo in ea-
dem eccleſia ſocius eſſe noſcatur. *ex*
*quo canonici, vel alii clerici vnius eccle-*
*ſiæ ſe percutientes, non videantur incidere*
*in canonem & poſſint abſolui a ſuis præla-*
*tis, vel ab eo, qui in eos habet iuriſdictio-*
*nem. Monialis quoque monialem per-*
*cutiens ab epiſcopo abſolui poteſt, c. de mo-*
*nialibus, 37. de ſent. excom. Sed ſi aut mo-*
*nachus aut clericus ex iuſſu etiam abba-*
*tis ſenſerit manus temerarias laici, tam*
*mandans quam iniiciens abſolutionis ob-*
*tinendæ cauſa debent adire ſummum pon-*
*tificem, ca. vniuerſitates, 24. eod. tit. Puer*
*quoque hoc canone excommunicationis, ſi*
*iniiciat manus in clericum, tenetur; ve-*
*rum ante vel paulo poſt pubertatem, ab-*
*ſolui poterit ab epiſcopo; vt & qui percuſ-*
*ſit nouitium, non clericum. c. religioſo, 21.*
*§. 1. de ſent. excom. in Sext.*

i *Sunt quidam caſus, in quibus iniicientes*
*manus in clericos vel eos percutientes, non*
*cenſentur a canone excommunicati. pri-*
*mum ſi quis ſe defendendo clericum per-*
*cuſſerit. c. ex tenore, 10. de ſentent. excom.*
*ſi contra vim illatam in continenti ſe de-*
*fendendo eam repellat, ca. 3. §. ſi vero, eod.*
*tit. Iure enim omni naturæ & humano,*
*vim vi repellere permiſſum eſt, ca. ſignifi-*
*caſti, de homicid. l. vt vni, de Iuſtitia. &*
*iur. l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ad leg.*
*Aquil. ſeruato moderamine vt ibidem*
*dicitur, inculpatæ tutelæ; neque hic inter-*
*eſt, cuius ſit qualitatis aut dignitatis ec-*
*cleſiaſticæ, qui repellitur & læditur defen-*
*ſione. Sicque de ſummo quoque pontifice*
*lædente explicat Magiſter Ioannes Ger-*
*ſon, parte prima operum tractatu de amo-*
*bilitate papæ in eccleſia, conſideratione*
*10. explicans quod dicitur Pſal, 104. nec*
*ſit cuiquam admirationi inquit, quod di-*

*cimus quaſi contrariantes illi iuſſioni, nolite tangere Chriſtos meos. Quo modo etiam vni ſingulari perſonæ fas eſſet in caſu violentiæ attẽtatæ per papam, verum contra caſtitatem ſuam vel vitam, vim virepellere cum appoſitione inculpatæ tutelæ; & ita licite ſtabit, quod tãgat papam violenter, vel in mare deiiciat, cur ſimiliter in caſu non liceat idem toti eccleſiæ pro defenſione ſua & violentiæ attentatæ cauta reprehenſione? hæc ad verbum Gerſon. Secundus caſus, quando quis fortuito & ſine præmeditatione clericum lædit. c. 2. de ſent. excom. Caſus enim fortuiti non imputantur, ſi abſit culpa, c. Ioannes, c. fin. de hom. cum ſimil. Tertius, dum quis clericum nutrientem comam, & in habitu laicali exſiſtentem, ignorans eum eſſe clericum percutit, c. 4. ca. in audientia, 25. ca. perpendimus, 23. de ſent. excom. Quartus, ſi quis in clericũ, cũ vxore, aut matre, aut ſorore, aut filia turpiter agentẽ manus iniiciat. c. 3. §. fi. de ſen. exc. Quintus, quãdo quiſpiam manus iniecerit ex mandato ſuperiorum, vel ratione miniſterii prælationis aut magiſterii; aut ſi ſocius percuſſit ſocium. c. ex tenore, 10. de ſen. excom. & c. 1. eod. titu. in Sex. Sextus, ſi quis iocando manus intulerit, d. c. 1. de ſent. excom. in Sex. Septimus, ſi quis clericum aut monialem, turbantem eccleſiæ officiũ, nolentem exire, violenter extrahat, non incidit in canonem, c. veniens, de ſen. excom. Octauus, neq; pater, qui etiam presbyterum filium percutit correctionis cauſa incidet in canonem excommunicationis, cum non faciat iniuriandi animo, gl. in c. cum beatus Apoſtolus, ad ver.* grauioribus, *45. diſt. c. 1. de ſent. excom.*

k *c. mulieres, 6. §. fin. de ſent. excom.*

## Capvt XI.

*De pœna pecuniaria iniuriarum.*

AEſtimatio iniuriæ fit aliquando in pecunia. *a* Si culpa vel iniuria alicuius damnum datum fuerit cuipiam, vel rebus
A eius, is æſtimationem præſtare debet, qui dedit. *b* Item ſi aliis irrogantibus opem tulerit, aut imperitia ſua, aut negligentia, ipſi vel animalia eius damnum dederint. *c* ſit autem taxatio æſtimationis iniuriæ a iudice poſt iuramentum actoris ſuper æſtimatione. *d* Si quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium fecerit, quicquid pro emunitate violata emendandum eſt, altari eccleſiæ, cuiuſcunque
B fuerit eccleſia, ſolui debet, *e* ſicque pecuniaria pœna, illi danda, cui ignominia & iniuria facta eſt. *f* Et ſi rixati fuerint homines & alterum alter lapide vel pugno percuſſerit, qui mortuus non fuerit, ſed in lecto iacuerit, debet ei operas eius & impenſas. *g*

### Scholia.

a *Ex lege 12. tabularum æſtimatio erat iniuriæ. § pœna, de iniur. apud Iuſt. Refert*
C *verba legis & æſtimationem Gellius, lib. 20. ca. 2. hæc,* Si iniuria alteri faxit 25. æris pœnæ ſunt; Si membrum rupit, ni cum eo parcit, talio eſto. *Ibique & refert cauſam abolitionis dictæ legis. De eadem idem Gellius libro 16. cap. 10. Antiquata autem lege illa dati fuerunt recuperatores ad aliter æſtimandum iniuriam, vt & quanti iniuriam, qui ea affectus eſt, æſtimauerit vel minoris, iudex condemnet. d.*
D *§. pœna, de iniur. l. conſtitutionibus, 17. §. fin. eo. tit. P. Eſt q; arbitraria æſtimatio, & non ad leges 12. tabularum verba & definitionem taxat, ſed ex arbitrio iudicis, qui æſtimationem facit non quidem habita ratione ad tempus, quo iudicatur, ſed ad tempus quo facta eſt iniuria. l. iniuriarum æſtimatio, 21. de iniur. P. facit l. qui autem, § fi. ſi quis cautio. P. l. 1. in fine ſi tabulæ teſta. exta. Vocant Pragmatici hodie*
E *hanc æſtimationem, mulctã pecuniariam,* eſmende pecuniaire, *ſicut & emenda in iure pro ſatisfactione iniuriæ accipitur, in c. ex parte, 23. in fi. de verb. ſignific. Et per pecuniam fit abolitio iniuriæ, quamuis forſan probroſum ſit iudicatum a Papiniano, factum*



A *factum eius qui non erubuit commodum pecuniarium præponere vindictæ domus ſuæ. l. miles, §. ſocer, ad leg. Iul. de adulter.*

b *c. 2. 3. 4. 5. de iniur. Exod. c. 21. l. ſi qui foueas, ad leg. Aquil. P. & toto tit. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*

c *c. ſin. de iniur. & ibi glo. adfert ad ſingula, ſimilia iura ciuilia & canonica l. ſed et ſi, §. iniuriam, & §. igitur, ad leg. Aquil. P. l. item Mela, §. ſi alius, & ſeq. eodem, §. imperita, ad leg. Aquil. apud Iuſtinia.*
B
d *ca. olim, 7. de iniur. damna & iniuriæ taxantur arbitrio ſuperioris, vt in c. 2. & ibi gloſſa, ad verbum,* damnis, *de officio ordinar. in Sex. c. ſuper eo, quod met. cauſ. l. ſi quando. C. vnde vi. ſicq; intelligi. l. ſi vnus, §. ſeruus meus, de iniur. P. notat Rota, deciſ.* 152. ad æſtimationem iniuriæ, *& c. in nouis. Quia inquit, æſtimatio non poteſt haberi per probationes legitimas, iudex conſideratis omnibus qualitatibus, &*
C *circũſtantiis, quæ poſſunt augere aut minuere huiuſmodi æſtimationem, ſuo iudiciali arbitrio taxabit certam æſtimationem iniuriæ, ſeu certam quantitatem; non vt ad eam condemnet; ſed vt intra illam, vel in illa non vltra, pars per ſuum iuramentum huiuſmodi æſtimationem declaret. Idipſum repetit deciſ.* 483. ad æſtimationem, *in nouis. Vbi addit, in hoc non*
D *faciendam diſtinctionem, an agatur actione prætoria an ex lege Cornelia; idque ſecundum Bartolum ad l. iniuriarum æſtimatio. de iniur. in P. qui illud tuetur contra ſententiam gloſſæ eius, quam reprehendit; niſi pars læſa poſſit probare maiorem taxationem probationibus.*

e *In c. 7. ſi quis in atrio, 17. q. 4. ex concilio Triburenſi in c. 2. de pœn. P.*

f *can. ſi quis rapuerit, 17. quæſt. 1. can. ſi quis dator, 1. q. 3. c. de hoc, de ſimonia.*
E
g *c. 1, de iniur. Exod. c. 21. operæ hic, quæ reſtituendæ erunt, ſunt ea, quæ læſus potuit lucrari, & non eſt lucratus ob percuſſionis vel iniuriæ impedimẽtum, & cauſam; lucrum ceſſans, & damnum emergens,*

A *quanti ſua intereſt, non eſſe iniuriarum, item & impenſæ in medicos pro medela. Idipſum probatur in l. fi. de his qui deiecer. P. l. ex hac, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicat. leg. qua actione, ad legem Aquil. Pandect.*

## Capvt XII.

*Quomodo & quando finiatur, vel aboleatur iniuriarum actio.*

B
ABoletur actionum iniuria, ſatisfactione, *a* iuramento delato reo neganti, *b* pacto *c* ſeu tranſactione, *d* remiſſione expreſſa, *e* & diſſimulatione, *f* tempore, non agendo intra annum; *g* morte, neque enim tranſit ad hæredes; niſi poſt litem conteſtatam, *h* neque abolita reſuſcitari debet. *i* Eccleſia vero pro his, qui furtis publicis ſunt implicati, verbo intercedit,
C non autem eos defendit. *k*

### Scholia.

a *Vt paulo antea diximus in pœnis, & tractatur in c. 29. ſi illic, 23. q. 4. Satisfactio pœnitentiæ, eſt peccatorum cauſas excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere, vt ait diuus Auguſtinus, lib. de dogmatibus eccleſiaſticis, cap. 54. relatus in can. ſatisfactio tertia, de conſecra. diſt. 3.*
D *Et ſatisfacere alicui dicimus cum eius deſiderium implemus. l. 1. Qui ſatisdare. cogant. lib. 2. Pandect. tit. 8. l. ſtipulationum aliæ, 5. §. ſatiſdan. de verb. obligat. Satiſfactio enim pro ſolutione habetur; quia diſſoluit obligationem, l. item liberatur, 6. §. 1. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. libro 20. Pandect. tit. 6. & ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. §. 1. quibus mod. tollit. oblig. l. ſolutione, l. ſolutum, de*
E *ſolutio. P. Et qui ſatisfactionem accepit, iniuriam ſuam remiſit, vt ad eam repetendam non poſſit admitti, l. ſed ſi vnus, 17. ſi ante iudicem, de iniur. & quando ante rem iudicatã is cum quo actum eſt ſatisfacit actori, officio iudicis conuenit cum ab-*

ſoluere, licet in ea cauſa eſſet, vt iudicii ac- A cepti tempore deberet damnari, §. fin. de perpetuis & temporalib. actio.

b l.lex Cornelia, 5.§.hac lege, & l.non ſolum, 11.§.5.de iniur. P. quacunque enim actione quis conueniatur, ſi iurauerit proficiet ei iuſiurandum ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue pœnali actione, vel quavis alia agetur: ſiue de interdicto.l.3.§.1.& l. iuſiurandum quod ad pecunias, 34.de iureiurand. lib.12.P.tit.2. B Et hæc expeditior via & vtilior reo, iuramentum; nam iurando iuramento delato, ſe non iniuriandi animo feciſſe, vel dixiſſe, non erit actione infami notatus, cum nec iurando videatur innocentiam ſuam approbaſſe, l. furti, §.ſed etſi, de his qui nota. infam.

c dicta l.non ſolum, 11.§.1.de iniur.P. Imo nuda voluntate remiſſa iniuria repeti non poteſt, ſed exſtinguitur, non minus quam C ſi tempore abolita fuiſſet, l.ſed ſi vnius, 47. §.ſi ante iudicem, & in leg.ſi tibi decem, §. quædam actiones, de pact. lib.2. Pan. titu. 14. Quædam (inquit) actiones per pactum ipſo iure tolluntur; vt iniuriarum, item furti. Permiſit & lex 12.tabularum pro iniuriis paciſci apud Gellium, lib.20. c.1. Niſi pactum contineret impietatem, quo caſu etiam remittendum eſſet & iuſiurandum ei impoſitum; remanente con- D cordia, quale illud, in ca.quintauallis, 23. de iureiurand.lib.2.tit.20.eius qui pactus erat pro offenſa a filiabus data, vt ſi quando filii aut vxor aliquod factum vel verbum cõtumelioſum mulieribus iniuriam ante paſſis in poſterum obiicerent, is filios & filias exheredaret, & a ſe propriã amoueret vxorem.

d dicto can.ſi illic, 23.q.4.l. non ſolum, §.1. de iniur. non enim minorem auctorita- E tem habet tranſactio quam res iudicata, l.non minorem, C.de tranſact. & tranſigere licet in criminibus priuatis, l.tranſigere, C.de tranſact. Intelligimus autem ſine infamia de his tranſigi poſſe, ſi quis prætoris iuſſu, lite pendente, pecunia data, de his pactus eſt. l.ſi furti, 6.§.pactusq́; de his qui notantur infamia, Pandect.

e Remittere iniuriam maxime conuenit Chriſtianis, c.fi. de pœni. diſt.5.& tota 23. q.4.& c.qui ſecundũ, 4.q.4.c.nõ eſt noſtrũ, 23.q.5. Quia Chriſtianũ non eſt quenquã odio proſequi. ca.cum in lege, 22.quæſt.4. ca.inter verba, 11.q.3. & docuit ita dominus D. Matthæi, ca.5. verum ſine ſatisfactione remittere actionẽ iniuriarum nemo compellitur, ca.ſi illis, 23.quæſt.4. dicunt & vulgo, omiſſo odio ſeu rancore, bene facere, qui agit actione iniuriarum, & eum, qui emendat, per id quod tractatur, tota 23.quæſt.15. Inter ſpecies ſingularis eleemoſynæ ſpiritualis, eſt remittere iniuriam, & condonare, his qui nos offenderint. ca.& qui emendat, verbere 11.& ca, tria ſunt, 12.& ſeq.25.diſtinct. Maxime in clericis, quib. magis conuenit non eſſe vltores propriæ iniuriæ, ca. ſeditionarios, 46.diſt. Vide quæ tractaui ex profeſſo, lib.18.ſyntagm. c.1. an iniuria ſit vindicanda & in ſequentibus, de iniuriis. Vide etiam quod noſtras & noſtrorum patienter tollerare debeamus iniurias exemplo ſanctorum, per totam, 23.quæſtio.1.& ca. qui ſecundum, 23.q.4.ca. non eſt noſtrum, 23.quæſt.5. Sed & nolens pro iniuria ſatisfactionem accipere, inedia puniendus iuſta, in cap.ſi quis contriſtatus, 90.diſtin. quanquam quis de rigore iuris non teneatur iniuria affectus, ſuperbo indulgere, priuſquam humilietur; in ca.ſi illic, 23.quæſtio.4. Verum ad perfectionem virtutis pertinet, & ſuperborum etiam contemnere iniurias, vt ipſi proprio ſcelere ſeipſos condemnent, & iniuriatum laudare de patientia cogantur, & contemti in ſua maledicentia pro furioſis, & mente captis ſe haberi cognoſcant, a quibus non repetatur iniuria. Sed & Ethnici præſtantiores habiti, contemſerunt iniurias & inuidiam inimicorum, nec retaliare eas voluerũt; multo magis, & perfecti Chriſtiani,



qui & condonare ſe profitentur, dum A petunt ſibi a Deo condonari. Vide & multa rara de Ethnicis & Chriſtianis exẽpla; apud nos, lib.9.Syntaxeωn artis mirabilis, cap.27.& lib.40.cap.22. Dehinc, iuſtus patienter portans iniurias, cœleſtem nanciſcitur coronam, can.etſi, ca.qui iuſtus, 11.quæſt.3. Vide & Diuum Paulum ad Coloſſ.ca.3.ibi, per patientiam ſupportantes inuicem, &c.

f Iniuriarum inquit Vlpia. actio ex bono & B æquo eſt, & diſſimulatione aboletur. Si quis enim iniuriam dereliquerit; hoc eſt, ſi ſtatim vbi paſſus eſt, ad animum non reuocauerit, poſtea ex pœnitentia, remiſſam iniuriam nõ poterit recolere, l.non ſolum, 11.§.1.de iniur.§.fin.eod.tit.apud Iuſtin. Filii familias tamen, qui iniuriam paſſus eſt, diſſimulatio, non oberit patri, qui de iniuria eius voluerit agere: ſed patris diſſimulatio faciet ne filius agere poſſit, l.vſq; C adeo de iniur. P. Niſi patris perſona vilis abiectaque fuerit, filii vero honeſta, quia non debet pater viliſſimus, filii ſui contumeliam, ad ſuam vtilitatem metiri, l.ſed ſi vnius, §.filio familas, de iniur.P. Cæterum diſſimulatione vel alio modo, remiſſa iniuria non cenſetur damnum datum remiſſum, quod & lege Aquilia repeti poteſt, damnumque datum ideo debebit reſtitui, l.dominium, 8.de iniur.C. D

g in l.ſi non conuitii, 5.de iniur. C.de anno igitur pro quo dixit. Vlpian. in l.ſed ſi vnius, 57.§.ſi ante iudicem, eod.P. tempore aboleri iniuriam. Ratio autem cur annalis ſit actio hæc, mihi eſſe videtur, quod ex remedio prætoris pendeat, introducto in locum pœnæ ſublatæ, quæ dabatur olim ex lege 12.tabularum.§.pœna.de iniu. apud Iuſtinian. & prætoriæ actiones annales ſunt.§.1.de perpetuis & tempora.actio.a E pud Iuſti. Exiſtimauit tamen Zazius ad l.cum lex, de legib. P. ſcriptas & pictas iniurias perpetuas eſſe, neque earum actionem anno excludi. Martinus quoque, vt ait gloſſa ad legem ſi non conuitii, de iniur.C. tradit iniuriarum actionem eam tantum eſſe annalem, quæ de æſtimatione talionis, ſi os vel membrum ruptum eſſet inducta fuit per prætorem, d.§.pœna autem, de iniur. non autem eam, quæ ex lege Cornelia introducta erat, quæ ob eam rem cõpetit, quod ſe pulſatũ verberatumq́; quis dicat, vel domũ ſuã vi introitã.§.ſed & lex Cornelia, de iniur, l.lex Cornelia.eo.tit. P. Alii dicũt & hanc quoq́; anno aboleri; quæ receptior eſſe debet inter Chriſtianos; cum de vindicta repoſcenda agitur tantum; quia & vltra promtiores eſſe debemus ad liberandum, quam ad obligandum. l.Arrianus, de actio, P. potiſſimum in odioſis & pœnalibus. Et ſic etiam actionem iniuriarum, ſiue ciuilem legis Corneliæ, ſiue prætoriam anno tolli reſoluit Rota deciſ.240. pro iniuriis, &c. in nouis. Conſtat etiam conuitii iniuriam anno aboleri, d.l.ſi non conuitii, C.de iniur. eſtq́; ibi annus continuus. Tamen ſi metus intercedat, qui reclamare ab iniuria prohibeat, vtilis erit, vt ibi notat gloſſ. ex l.ſi cum exceptione, §.1.quod met.cauſ.in P. notat & gl. ad ca. ſi illic, ad verbum recidiuo, 23.quæſt.4. Incipiet autem annus in vtriſque a tempore ſententiæ, l. omnes pœnales, de actio. P.l.pœnalia, & l.omnes actiones, de regul. iur.P.l.annus, de calumniat.P.c. quia diuerſitatem, de conceſſ.præb. At Guillelmus de Cuneo ad l.exceptione, §. ſatis clementer, tradit, ſecundum aliquos annum etiam currere contra ignorantem; pro quo facit l.item apud Labeonẽ, §.conuitium, de iniur. P. vbi poſtquam dictum fuit, conuitium & iniuriam fieri poſſe ignoranti & abſenti, additur per lapſum anni tolli actionem iniuriarum, & ſic etiam diſputat Rota deciſ.340. pro iniuriis, &c. in nouis.

h Iniuriarum actio, neque hæredi neque in hæredem datur, niſi lite conteſtata, l.iniuriarum, 13.de iniur. P. explicat de iniuriis quæ ex conuitio naſcuntur Vlpian. in l.item apud Labeonem, 25.§.iniuria-

*rum, eodem tit.* Iniuriarum (*inquit*) actio A quæ ex conuitio naſcitur, in hæredes non eſt reddenda, ſed neque hæredi; *non enim in bonis eſt ante litem conteſtatam; ideo non transfertur. l. iniuriarum actio, 28. eodem titulo. atque dictum cum ratione refert. Mœcianus Iuriſconſult. in l. pœnales actiones, 32. ad legem Falcid. Pandect. libro 35. titulo 2. & in l. 1. de lict. libr. 47. Pandect. titulo 1. Vbi tamen notandum, exſecutionem quorundam de-* B *lictorum, ad hæredes peruenire poſſe, & ita hæredem habere actionem legis Aquiliæ pro damno ſcilicet reſarciendo; iniuriarum non habere. vt l. 23. §. 8. & l. 36. §. 1. ad legem Aquil. Conueniuntur & ante litem conteſtatam hæredes iniuriam dantis & delinquentis, in quantum ad eos peruenerit; ne alieno ſcelere ditentur; poſt litem autem conteſtatam mortuis reis, in ſolidum, l. vnica. ex delictis defuncto. in* C *quantum hæredes teneant. lib. 4. C. tit. 17. §. non autem, de perpetuis & tempora. actio. l. conſtitutionibus, 33. l. ſciendum, 58. de actio. P.*

i *ca. ſi illic, 23. quæſt. 4. exemplo inquit diuinæ clementiæ, quæ dimiſſa ſemel peccata in vltionem redire non patitur. ca. diuina, de pœnit. diſtinct. 4. cap. de his criminib. de accuſat. ca. prohibentur, 2. quæſt. 1. facit §. fin. de iniur. leg. non ſolum, 11. eodem* D *titu. P. & qui iurauit ſe non accuſaturum, non poteſt accuſare, cap. veniens, de accuſatio. Eſtq́ generalis regula, actionem ſemel in perpetuum exſtinctam, non poſſe reuiuiſcere. l. qui res. 9. §. aream, de ſolut. P. l. 27. §. 2. de pact. P. l. 10. §. 9. in fine, de in rem verſo, cum ſimil.*

k *ca. hi qui, 14. quæſt. 6. ca. reos, 23. quæſt. 5. Ideo perſonæ eccleſiaſticæ, non debent temere ab exſecutorib. iuſtitiæ eripere reos,* E *ſed ſi male eos iudicatos exiſtiment poſſunt pro eis appellare, aut intercedere, l. additos, C. de epiſcopa. audien. facit quod notat Archidiaco. in can. cum homo, 23. quæſtione 5.*

# DE FVRTIS[a] ET RAPTORIBVS.[b]

## TIT. X.

a *De furtis agitur lib. 5. decretalium tit. 18. in decreto pluribus in locis; vt in can. pro maiori parte, 14. quæſt. 5. ca. fin. 14. quæſt. 6. & alibi; & in Pandectis lib. 47. titu. 2. & lib. 6. C. Iuſtiniani tit. 2. & lib. 4. Inſtitutio. iuris ciuil tit. 1. lib. 15. ecloga Baſilicorum tit. 2. & lib. 6. tit 5. de ſpeciebus furtorum, titulo, nautæ, caupones, ſtabularii vt recepta reſtituant. lib. 4. P. tit. 9. ſi familia furtum feciſſe dicatur. lib. 47. titu. 6. arborum furtim cæſarum. lib. eod. 47. P. tit. 7. & de abigeis, titu. 14. vt & Codice lib. 9. titu 37. de furibus Balneariis lib. 47. P. titu. 17. & ſequent. de effractoribus & expilatoribus, & ad legem Iuliam peculatus, lib. 48. P. tit. 13. & li. 9. C. tit. 28. & nos lib. 37. ſyntagm. iur. per totum.*

b *De raptoribus incendiariis, & violatoribus eccleſiarum, agitur lib. 5. decretalium titu. 17. ca. quicunq́. 12. quæſt. 2. ca. de viro nefando, eod. & alibi apud Gratianum, & de crimine raptus tractatur, tota 36. quæſt. 1. tit. ad legem Fabiam, de plagiar. lib. 48. P. tit. 15. & lib. 9. C. tit. 20. de vi bonorum raptorum lib. 47. P. titu. 8. & lib. 9. tit. 33. & 4. Inſtitutio. titulo 2. lib. 60. ecloga Baſilicorum tit. 17. de raptu virginum & raptoribus lib 9. C. tit. 13 nouella Iuſtinia. 143. Leonis 35. & apud nos lib. 38. ſyntagm. iuris tit. 8.*

### CAPVT I.

*Furtum quid.*

D FVrtum, eſt contrectatio rei alienæ, vel vſus ipſius, inuito domino, *a* fraudulenta, *b* lucri faciendi cauſa. *c* Pro furto reputatur omnis alienæ rei alienatio, *d* vel vſurpatio vi & rapina. *e* Habitus & pro fure epiſcopus, bonorum eccleſiæ dilapidator. *f* Et qui non eſt legitime adeptus vel ingreſſus beneficium eccleſiaſticum, *g* & qui percipit fructus beneficii, & nõ curat oues ſibi commiſſas. *h*

E

### SCHOLIA.

a *c. dudum eccleſia, 54. de electio. ca. non furem, 7. quæſt. 1. §. furtum autem, de obliga. quæ ex delicto naſc. apud Iuſtinia. l. 1. §. furtum, de furt. P. Gellius lib. 11. ca. fina. Contrectatio rem eſſe mobilem, de qua* A *furtum fiat, innuit, quæ tractabilis; vtque non ſit proprie rei immobilis; vnde & fur, παρὰ τὸ φέρειν, a ferendo; omitto reliquas etymologias, de quibus alias diximus, lib. 37. ſyntagmatis ca. 1. vbi explicamus etiam finitionem. Sic furtum rei immobilis non fieri quoque dicitur in l. verum eſt, 29. de furt. P. §. quod autem, de vſucap. Inuito domino fieri dicitur contrectatio in furto. nam ſi eo volente fiat, vel ſi quis* B *putaret domino non inuito ſe poſſidere cum iuſta cauſa, non aliter, furtum non dicitur facere. l. ſi is qui rem, de furt. P. in dubio autem, inuitus præſumitur dominus, l. qui vas, §. vetare, de furt. P. etiam ſi viuens rem ſuam auferri non contradicat, ratione metus, pudoris, vel verecundiæ. l. penult. eodem titu. P. ſi tamen potuerit contradicere & noluerit, videtur conſenſiſſe, cap. 3. error cui non reſiſtitur, 83.* C *diſtinctio.*

b *In fraudem facere videtur, qui non facit quod debuit facere, l. in fraudem, 4. quæ in fraudem creditor. lib. 48. P. tit. 2.*

c *fraudulosa contrectatio facit furtum differre ab aliis detentionibus rerum alienarum, in quibus interuertendi domini mens non eſt, vt ait Ariſtot. 1. Rhetor. atq́ ita poteſt quis res alterius cõtrectare ſine furto, vt in l. falſus, 43. de furt. P.* D

d *ca. pœnale, 14. q. 5.*

e *vt in præcepto non furtum facies, ca. meretrices, 11. circa fi. 32. q. 4.*

f *ca. fin. 10. quæſt. 2.*

g *ca. relatum, de iure patro.*

h *ca. 12. tres perſonas, 23. q. 4.*



### CAPVT II.

1 *Diſtinctio furtorum manifeſtum & non.* E
2 *Rapina, plagium, ſeductio virginum.*
3 *Inuaſio, intruſio.*
4 *Sacrilegium.*
5 *Abigeatus.*
7 *Vſura.*

A FVrtorũ duo ſunt genera, manifeſtum 1
& non manifeſtum; *a* fur manifeſtus eſt, qui ſine alia probatione nequit crimen inficiari; *b* non manifeſtus contra. *c*

Raptor inter fures manifeſtos eſt, vi ra- 2
piens, dolo malo & coactis hominibus. *d* Rapina, vim & deprædationes continet. *e* Et latrocinia terreſtria & maritima eorum, qui Chriſtianos pro negotiatione aut alias ob cauſas nauigio vectos, vel nau- B fragos, rebus ſuis ſpoliare præſumunt. *f* Poteſt & raptor perſonarum qui & plagiarius contineri; *g* & qui verbis puellam ſeducit, eam quoque rapuiſſe dicitur. *h*

Inuaſio quoque rerum immobilium, 3
idem erit, quod rapina in mobilibus, *i* & intruſio in beneficiis. *k* Species & furti ſacrilegium, *l* quod eſt ſacræ rei, vel non ſacræ ex ſacris locis ſubtractio, *m* committitur & ſacrilegium, ſi quis infregerit ec- C cleſiam, vel quippiam circa eam intra 30. paſſus diripiendo, vel inde auferendo; & qui iniuriam vel oblationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel monachis ſiue Deo deuotis, aliiſque eccleſiaſticis perſonis; ſicut qui aufert ſacrum de ſacro, aut ſacrum, de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro. *n* 4

Item inter furta eſt peculatus, nempe furtum pecuniæ publicæ, de principis aut D populi ærario. *o* 5

Eſt & abigeatus furti ſpecies, cum quis data opera diſpergit gregem & inde furatur, *p* ſunt & inter furta & rapinas, vſuræ prohibitæ. *q*

### SCHOLIA.

a *in §. furtorum, de furtis, apud Iuſtinia. l 2. eod. tit. P.*

b *fur manifeſtus dicitur, vel qui cum furatur in ipſo furto, vel in loco vbi furtum fit, antequã egrediatur, aut qui poſtquam* E *egreſſus loco vbi furtum fecit, cum furto, antequam illud detulerit quo deſtinauerat deferre, deprehenditur. Neque intereſt num fuerit deprehenſus a domino rei, vel a vicino, vel alio tranſeunte, d. §. fur-*

*torum, l.3.4.5.6. de furt. P. l. ſi quis in ſeruitute, 70. eod. tit. Manifeſtum dicitur, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, c. cum olim, 24. de verbor. ſignificat. & ideo nulla alia probatione indiget, ca. de manifeſta, 2. quæſt. 1. Oportet autem in probatione deprehenſum cum re, docere in dubio, eum contrectaſſe & detuliſſe animo furandi, l. quamuis, 6. de furt. P.*

c *quod non eſt manifeſtum & probatione indiget, d. §. furtorum, & l. nec manifeſtum. 8. l. vulgaris, 2. l. is qui opem, 34. l. ſi quis ex domo, 54. de furt. P.*

d *d. l. 2. vi bono. raptor. P. lib. 47. tit. 8. ca. 2. de raptor. ſiue deprehendatur in rapina ſiue non, §. 1. de vi bonorum raptor. apud Iuſtinia. lib. 4. tit. 2. dictus improbior fur. dict. l. 2. §. cæterum, vi bonor. rapt. P. Sed & furari rapere eſt, l. ſi quis ex domo, de fur. P. & raptor omnimodo furtum facit, ideo manifeſtus fur exiſtimandus eſt, & furti actione tenebitur, l. ſi vendidero, §. cum raptor, de furt. P.*

e *cap. 1. de raptorib. lib. 5. tit. 17.*

f *c. 3. de raptorib.*

g *ſiue rapiant mulieres ſiue pueros, vt his abutantur, vel de illis negotientur, c. in archiepiſcopatu, de raptorib. c. 1. de fur. Rapit qui ſcindit, frangitve vi adhibita, vel eo animo, vt ſi prohibeatur, vim adhibeat. l. 4. §. ſolum, de Incend. rui. & naufra. vt capere eſt vi de manibus auferre, l. 4. ne quis eũ qui in ius voca. eſt, vi eximat. P.*

h *ca fin. 36. q. 1. perſuadere enim plus eſt quam compellere, aut cogere ſibi parere, l. 1. § perſuadere, de ſeruo corrupt. P. lib. 12. tit. 3. vide l. vnicam, de rap. virgi. C. vbi & raptus dicitur fieri & volentis & conſentientis virginis, verum pœna huius raptus conuenientius tractatur cum ſtupro & adulterio, aut cum plagio.*

i *§. quod non ſolum, vi bonorum raptor. apud Iuſti.*

k *c, eum qui, de prabend. in Sext. & qui per vim, vel illegitimo alio modo beneficia vel officia vſurpant.*

A l *ſacrilegium ſeparatur ex loco vnde furtum ſit, & ex re à furto, l. aut facta, 16. §. locus, de pœnis, P. l. ſacrilegi, 9. §. 1. ad leg. Iul. pecula.*

m *l. 45. & dicta l. ſacrilegi, 9. ad legem Iul. pecul. P.*

n *ca. 21. quiſquis, 17. quæſt. 4. & ſic corrigitur l. diuus, ad leg. Iul. pecula. dum dicebat, non ſacrum de ſacro ſublatum, non eſſe ſacrilegium.*

B o *l. 1. 2. 4. ad l. Iul. pecula. Peculatus definitur, furtum, de republica, & in c. 3. quid ergo, 23. q. 4.*

p *l. 1. §. 1. & l. 2. de abigeis. lib. 47. P. tit. 14.*

q *ca. ſi quis vſuram, 14. q. 4. de quibus nos diximus ſupra lib. 3. tit. 5.*

## Capvt III.

*Quarum rerum furtum fieri dicatur.*

C FVrtum fit rei alienæ, non propriæ, *a* ſi quis ſciens rem alienam alienauerit; *b* vel ſciens a non domino accepit, *c* ſi ſimulans ſe dominum, rem alienam accipiat; *d* ſi indebitum ſciens accipiat. *e* Et in re modica perinde ac magna furtum fieri dicitur, maxime ſi voluntas adſit maiora furandi ſi inuenta fuiſſent, *f* fit & vſus rerũ furtũ, ſi alienum quiſpiã in ſuos vſus conuertat. *g* ſi re depoſita quis vtatur *h* vel pi- D gnore, *i* ſi fullo vel ſarcinator veſtimentis polliendis vel ſarcinandis datis, vtatur, *k* ſi fructuarius celandæ proprietatis cauſa quid faciat, *l* ſi colonus poſt tempus conductionis fructus ſuſcepit. *m* Quive re commodata ad alium vſum vel modum, quam commodata fuerit, inuito domino vtitur; *n* vel commodatam alteri commodauerit ſine domino, *o* ſi ſuſcipiens pecuniam alteri deferendam, ſibi retinuerit, *p* ſi E quid etiam deperditum, domino requirenti non reſtituatur, furtum fit, *q*

### Scholia.

a *in dict. §. furtum autem, de obliga. quæ ex delict. naſc. l. falſus, 43. §. qui alienum quid, de furtis, P. neque, κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ nemo quæ ſunt ſua, furatur: vt ait Ariſtot. ethicor. 1.* A

b *l. alienum, 6. & l. ſi ſeruum, 16. de fur. C.*

c *l. ancillæ, 12. C. de furt. l. ſeruus, 36. de condict. indebit. P.*

d *l. ſi rem, 45. §. 1. & l. ſi quis, 53. §. ſi fugitiuum, de furt. P.*

e *l. quoniam. 18. de condict. furtiua, l. cum quis, 38. § ſi debitorem, de ſolut. l. vulgaris, 21. §. ſi is qui, l. falſus, 44. leg. ſi quis, 53. §. apud Labeonem, de furt. P.* B

f *inſpicitur enim magis voluntas furandi quam res, ca. ſi. 14. q. 6. & ita pro modica re agitur actione furti, §. gallinarum de rerum diuiſ. apud Iuſti.*

g *l. ſi pignore, §. 1. de furt. P.*

h *l. ſi modo ſignatum depoſitum ſit, & inuito domino vel inſcio depoſitarius vtatur, l. ſi ſacculum, 29. depoſiti. P. dict. leg. ſi pignore.*

i *d. l. ſi pignore, & §. furtum autem, de obligatio. quæ ex delict. naſcuntur.*

k *l. fullo, 84. de furt. P.*

l *l. inter omnes, 74. §. ſi ſeruus, de furt.*

m *l. inficiando, 69. §. ſi. eod. P.*

n *l. qui re commodata, 78. de furt. P. §. plane, de obli. quæ ex delict. naſcunt. vt ſi quis equo in longius iter, quã datus fuerit, vtatur. l. qui iumenta, 40. de furt. P. exemplum iudicii huius apud Vale. Max. lib. 8. c. 2. Gellium lib. 7. c. 15.* D

o *d. l. ſi pignore. §. 1. de furt. P.*

p *l. ſi is, 7. C. de furt.*

q *c. 6. ſi quid inueniſti, 14. quæſtio. 5. l. ſi falſus, 43. §. qui alienum quid, de furt. P. ſic fur inueniens, & retinens; niſi tollat inuentum animo reſtituendi, vel proclamatione facta non inueniat dominum, cui reſtituat, vt ibidem dicitur, vel ſi inuentum pro derelicto habitum fuit deperditum, vel abiectum; quia furtum nõ fit eius rei, cuius non eſt dominus cui fiat, ſicq́ occupantis efficitur. l. 1. pro derelicto. P. l. qui leuanda, ad legem Rhod. de iact. P. l. 1. §. Scæuola, ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus ſit, lib. 47. P. tit. 4. vide quæ de rerum deperditarum inuentione, & reſtitutione diximus lib. 20. ſyntagmat. iur. c. 3.* E



## Capvt IIII.

*Qui furtum facere dicantur vel non.*

FVrtum non dicuntur facere filii familias patri, ſerui dominis, ad hoc vt cum illis furti agi poſſit; quia non datur in eos actio, cæterum qui eis conſilium opemve B dant, quive furta eorum receptant, furti tenentur. *a* Furtũ faciunt, qui beneficium eccleſiaſticum ſine legitima inſtitutione occupant, & non intrãt per oſtium, *b* quique beneficia, quæ per adeptionem aliorum vacant, retinent. *c* Infra infantiam a pueris furtum fieri non poteſt, ſupra vero poſſe, ex animo eorum dici, & in illis caſtigari, ſed leuius quam in adultis & maioribus. *d*

### Scholia.

C a *l. eos, C. de fur. l. ſerui & filii, eod. in P. §. hi qui, de oblig. quæ ex delict. naſcun.*

b *c. non furem, q. 1. ca. tres perſonas, 23. q. 4. ca. ordinationes, 1. q. 1. c. relatum, 21. de iure patr. lib. 3. tit. 38.*

c *c. dudum eccleſia, 54. de elect.*

d *c. 1. de delictis puero. lib. 5. tit. 33.*

## Capvt V.

*Conſideranda in furto.*

D DVobus maxime præcipuis concluditur furti ſpeculatio, nempe conſiderata re ſubtracta, & voluntate ſeu animo furandi. Siquidem ſi alterum ſine altero ſit, non fit furtum pœnis forenſibus obnoxium, *a* ita in re minima perinde ac magna, furtum fit, dum animo furandi contrectatur. *b* Conſideranda & in furti pœnis, quæ in aliis criminibus caſtigandis & E puniẽdis animaduerti *c* mãdantur, vt quãtitas, *d* qualitas delicti, *e* ætas, *f* ſcientia, *g* ſexus, *h* conditio delinquẽtis, *i* locus, *k* tempus, *l* quibus delictum committitur, habetur & rationum ſemel aut pluries quis furtum fecerit. *m*

### Scholia.

a Sola enim cogitatio furandi, ſi ad actum non peruenerit non punitur in foro contentioſo. l. 1. §. 1. l. inficiãdo depoſitum, 67. l. ſi quis vxori, 52. §. neque vero, de furt. P. vbi neque verbo neque ſcriptura quiſpiam furtum facit. Hoc enim inquit lex iure vtimur, vt furtum ſine contrectatione non fiat, quare & opem ferre, & conſilium dare tunc nocet, cum ſecuta eſt contrectatio. B adde l. 3. §. ſi rem, de acquir. poſſeſſ. Cogitationis etiam delinquẽdi in hoc foro contentioſo generaliter nulla pœna, l. cogitationis, de pœn. P. nec volũtates nudæ & inanes legibus aut pœnis ſunt obnoxiæ, vt ait Aul. Gellius li. 7. c. 3. niſi voluntas ad tentandum effectum, & actum quendam exteriorem, voluntatem firmatam declarantem, peruenerit in grauioribus delictis, vt in l. ſi quis non dicam rapere, de epiſcop. & C cleric. C. in l. vnica, ſi quacunque præditus poteſtate, vel ad eum pertinentes, ad ſubditarum iuriſdictioni ſuæ aſpirare tentauerit nuptias. lib. 5. C. tit. 7. Quanquam in foro pœnitentiali, & quod pertinet ad Deum, qui mentis occulta cognoſcit, qui in ea voluntate eſt, vt ſi daretur ei occaſio furandi, furaretur, fur vere eſt, ita intelligenda l. fugitiuus eſt, 225. de verbo. ſig. & ita etiam expreſſe declaratur in c. ſi pro- D pterea, 29. de pœniten. diſtinct. 1. Ex diuo Auguſtino, li. 50. homiliarum, homil. 28. & Theodorus Balſamus in c. 4. Neocaſarianæ ſynodi quatuor peccatorum gradus tradit, poſtremam conſummatam voluntatem & deliberatam facit.

b ca. fur autem, & ca. fin. 14. q. fin. & ſicut ante dixi pro minima re agi furti poteſt, §. gallinarum, de rer. diuiſ. quamuis de dolo actio ſubſidiaria, non detur pro re mi- E nima, l. idem, de dolo. Pœna tamen furti creſcit vel minuitur pro modo quantitatis & qualitatis rei furatæ, pro modo furandi, & conſuetudine furandi, vel pro geminatione furtorum.

A c Commendantur in iudicio hæ circunſtantiæ in c. ſicut dignum, 6. de homici. c. ſi. 11. l. aut facta, 16. de pœn. P.

d In quantitate plus eſt furari mille aureos, quam obolum, vel cautes: plus furari homines, quam iumenta, vt plus gregem quam vnam ouem.

e In qualitate venit conſiderandum, num manifeſtum, vel non manifeſtum furtum ſit, quorum diuerſæ pœnæ, §. ſi. de oblig. quæ ex del. naſ. an plagium ſit, an obligatus, an rei ſacræ, & c. an famis cauſa, an aliter, c. 2. de furt. an propter inopiam, ca. fraternitatis. 12. q. 2. Ita fauore paupertatis ſi quis in extrema neceſſitate famis conſtitutus comeſtibilia ſurripuerit; vel nuditatis neceſſitate, veſtimenta, a furti pœna tam in foro poli quam fori excuſabitur; dummodo ſibi ſufficientem non exceſſerit quantitatem, vt in dictis iuribus, & c. diſcipulos, de conſecratio. diſtinct. 5. & cap. fin. 25. quæſt. 1. ca. ſi quis, de furt. Archidia. ad ca. pœnale, 14. quæſtio. 5. quia tempore neceſſitatis omnia debent eſſe communia, ca. ſicut hi, 47. diſtinct. gloſſ. fin. ad ca. ſæpe, de reſtitutio. ſpolia. Tractat de his fuſe, & quando paupertas non excuſet omnino a pœna furti vel nullo modo, Cornelius Benincaſſius, lib. de priuilegiis paupertatis, in 9. ſpeciali, num. 20. & ſequen. an cum armis, an ſine illis, vt plus & puniãtur latrones, obſides itinerum, graſſatores, qui furca digni, l. capitalium, § famoſos, de pœn. P. Item effractores, qui fures grauiores & expilatores grauius puniãtur, l. 1. §. 1. de effractorib. & expila. lib. 47. P. titu. 18. ſi ſint fures directarii aut ſacculari, aut ſimplices in l. ſacculari, 7. de extraord. crimi. lib. 47. P. tit. 11.

f conſideratur ætas in l. impuberem, 27. de fur. P. c. illud relatum peræque, 15. quæſt. 1. quamuis enim minores nõ iuuentur omnino in delictis, l. 1. & 2. ſi aduerſus delictũ, C. l. auxilium, §. in delictis, de minoribus, 25. an. tamen in leuenda pœna, conſideratur ætas & animus minorũ & delictum, ca. 1. & 2. de delictis puero. l. 1. §. impuberes, C. de falſa moneta, l. 1. §. impubes, & §. impuberi, ad ſenatuſconſ. Syllania. lib. 29. P. tit. 5.



g an putauerit ſe contrectare non inuito domino, aut contra eo inſcio; an qui contrectat fuerit mentis compos, an non, vt in c. iudices, 3. q. 9.

h diſtinctio ſexus etiam pœnas mutat, c. indignantur, 32. q. 6.

i num in dignitate vel non. l. Pedius, de incendio, ruina, & naufra. P. leg. 1. §. 1. de effract. l. aut facta, de pœnis, P. num miles, aut paganus fur. l. fin. de furib. balneariis, lib. 47. tit. 17.

k num ex loco ſacro furtum fiat, vel ex ædicula incuſtodita, l. ſacrilegiis, ad leg. Iuliam peculat. P. & ſic diſtinguitur furtum a ſacrilegio, in d. l. aut facta, de pœn. P.

l num noctu, vel interdiu furtum fiat, l. ſi pignore, l. 54. §. furem, de furt. P. l. 1. & 2. C de furib. balnear. P. an tempore famis & pro quibus rebus, cap. 2. de furt. & ſic de ſimilib.

m quãdo enim interdum parcitur alicui pro primo delicto, ſi reciderit in crimen, grauius punitur, l. capitalium, §. ſolet, de pœn. P. l. ſi cui, §. repetitum, de accuſatio. P. l. 3. C. de epiſcopa. audien. c. qui recedit, 14. & can. 1. de pœniten. diſtin. 4. videtur enim eſſe incorrigibilis, qui ſæpius crimen ad- D mittit. ex d. l. 3. de epiſcop. audien. c. at ſi clerici, de indic. & vix parcitur relapſo hæretico, ca. vt commiſſi, de hæreticis in Sext. obſeruandæ itaq; erunt conſuetudines, quæ primum furtum leuius, alia grauius puniunt.

### Caput. VI.

*De quibuſdam quibus ſubtractio furtum non facit.*

QVi re communi vtuntur, non cenſentur furtum ſociis facere in ſua parte, a tamen in parte ſocii fieri poteſt. b Neque vxor marito, vel maritus vxori conſtante matrimonio amouens, furtum facit, vt a- A gatur ideo actione famoſa, tamen actione rerum amotarum agi poterit. c Diximus & ſupra, filium patri, ſeruum domino, furtum non facere proprie, quod ad actionem pertinet. d

### Scholia.

a Quia re ſua vti videtur. l. merito. pro ſocio. P. & quod commune pro indiuiſo eſt, meum eſt, l. 2. de ſeruit. cum ſimil.

B b l. rei communis, 45. de furt. P. l. ſi ſocius, 46. pro ſoc.

c l. 2. rerum amota. lib. 5. C. titu. 25. l. 1, 2. l. rerum amotarum, 25, & ibi ratio. eod. tit. lib. 25. P. titu. 2. Si autem hæc ſubtractio fiat ſoluto matrimonio, poteſt agi actione furti, l. 3. eod. tit. P.

d ſupra cap. 4.

### Cap. VII.

*De pœnis furum ciuilibus.*

FVrti pœna interdũ eſt pecuniaria cum exactione a dupli & quadrupli, quæ pertinet tantum ad eius pœnæ perſecutionem. b Nam aliunde ipſius rei perſecutionem dominus nanciſcitur, c quam aut vindicando, d aut condicendo, e poteſt auferre; ſed rei vindicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt, ſiue fur poſſidet, ſiue alius quilibet, condictio autem, aduerſus fu- D rem ipſum hæredemve eius, licet rem non poſſideat, competit. f Habet & actionem ad exhibendum, g verum non dimittitur peccatum furti, niſi reſtituatur ablatum. h Quo ſponte reſtituto, is qui reſtituit, ſi non eſt aliunde nota aliqua vel infamia reſperſus, & ſi alioquin ſit idoneus, ad ſacros ordines promoueri poteſt, i qui cum fure partitur etiam reus furti eſt; k reus quoque ille furti, qui furti conſcius, quærente E poſſeſſore illud nõ indicat, l excepto preſbytero, cui fur confeſſus eſt, qui non cogitur reuelare, m nec debet, nec poteſt impune. n Raptores quos leges ſeculi interficiunt, eccleſia miſericordia præeunte, ſub infamiæ nota ad pœnitẽtiam recipit. o

## SCHOLIA.

a c.fraternitatis, 12.q.2.c.in archiepiſcopatu, 4.de raptor.l. quicunque, de ſeruis fugitiuis, §.ſunt autem, de noxalib. actio.apud Iuſtinia. & conuerſa fuit pœna legis 12.tabularum, quæ fures manifeſtos liberos verberari iubebat, & addici ei cui furtum feciſſent, vt ait Gellius lib.11.ca.8.in pœnã quadrupli, de qua mox, quemadmodum vt ibidem Gellius ait, lex diaconus, quæ furem cuiuſcunq; furti vltimo B ſupplicio affici mãdabat, a Solone fuit correcta, & pœna ſupplicii fuit conuerſa in pœnam dupli; quanquam & illud ius variaſſe apud Græcos cõſtet, vt & prætorium quod apud Romanos quadruplum introduxit. Nam apud Græcos, vt ſcribit Æſchines contra Timarchum, lex quædam inuenitur diſtinctionem adhibens, οἱ νόμοι (inquit) κελεύουσι τῶν κλεπτῶν, τοὺς ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δὲ ἀρνουμένους, κρίνεσθαι. C id eſt, leges volunt fures quidem confeſſos, morte mulctari; de negantibus autem iudicium fieri. Sicut & tempore Vlpiani legitur apud Romanos & ciuiliter, & criminaliter extraordinarie actum. l.fin. de furt.P.l.fi.de priuatis delictis, li.47.P.ti.1.

b Quæ ſequuntur, ex Iuſtiniano ſumta, in §.fin.de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, omnes pœnales actiones cõceptæ ſunt, vel in ſimplum repetendum eius, quod D debetur; vt ex ſtipulatione, ex emto, ex vendito, &c. vel in duplum, triplum aut quadruplum; in duplum, vt in actione furti non manifeſti, & aliis. In §.pœna, de oblig.quæ ex delict.naſcun.§.in duplũ, de actio. & in l.12.tabu.apud Gellium, lib.11.c.18.de tripli pœna in aliis quã furto, in §.tripli, de actio. Quadrupli pœna pro furto manifeſto & pro aliis, in d.§.pœna, de obliga. quæ ex del. naſcun. facit ca.19. E D.Lucæ: ſi aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Et Exod.c.22. ſi quis furatus fuerit ouem vel bouem, quinque boues pro vno (ibi quintuplum) & quatuor oues pro vna reſtituet; ſi non ha- A beat, quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. In furto porro, ita duplũ aut quadruplum pro pœna eſt extra rem, id eſt, præter rem, in quo hæc actio pœnalis furti differt ab aliis dupli & quadrupli, quæ datur pro aliis reb.ad pœnam; in quibus & ipſa rei perſecutio continetur, vt in duplo, quod publicanus ſoluit ob rem prætextu vectigalis male acceptã, quæ in duplo computatur. l. hoc edicto, §.fi. de publica. & vecti. P. vt ibi ſolum ſimplum pœna B ſit; quemadmodũ etiã in tutore interuertente rem pupilli. l.in tutelæ, in fi.de tutelis, & ratio.diſtrah.P. Idem & in eo quadruplo, quo violentus raptor mulctatur. Quare qui conſecutus erit rem furtiuam, adhuc pœnam dupli vel quadrupli, pro modo furti, petit. l.qui vas, 48.de furt.P. quia inquit ibi Vlpia. in actionem pœnalẽ nõ venit ipſa res. Cæterũ in furti actione id C quod intereſt, nõ quadruplabitur, aut duplabitur, ſed rei verũ pretiũ. l.in furti actione, 50.de furt.P. tanti vero æſtimabitur res, quanti emtorem poterit inuenire, l. ſi quis emtori, 52.§.fi.de furt.P. Conſiderãdum tamen, quod ſi furem quis deduxerit ad præfectum vigilum vel præſidem prouinciæ, vt elegiſſe viam cenſeatur, per quam criminalem quæſtionem videatur amplexus & proſecutus, & in diſcrimen pœnæ D maioris adduxiſſe furem; ideo tunc ſimplo & re furtiua contẽtus eſſe debet, vel quali ſententia iudicis l.interdum fur. 56.§.qui furem, de furt.P.

c Poſt ſolutam dupli aut quadrupli pœnam, ſalua eſt vindicatio & condictio rei furtiuæ, quæ pertinet ad rei recuperationem; vt contra, vindicata re, remanet adhuc furti actio ad pœnæ perſecutionem, l. ſi pignore creditor vtatur. 54.§.furti, de furt.P. Et E quamuis res peremta fuerit, furti remanet actio aduerſus furẽ. l. inter omnes conſtat, 46. de furt.P. Remanet & re exſtincta condictio furtiua, & res tanquam exſtans condici a fure poteſt, l. inter omnes, & l. fin. de condictio. furtiua, P. furti actio pœ-



nam petit legitimã; condictio, rem ipſam: A ideo alia aliam non conſumit aut tollit. l. ſi pro fure. 7. de condictio furtiua. l. ancillæ, C.de furt. l.fin. C.de noxal.actio. ita extrinſecus dominus dicitur habere actionẽ pro re, id eſt, non habita ratione furti, ſed qui rem ſuam petat.

d §.ſic itaque diſcretis, de actio. dictum eſt odio furum plures actiones in eos dari, & in rem actionem, & in §.ex maleficiis, eod. tit.de actio. Datur rei vindicatio domino B aduerſus quemcunque poſſeſſorem rei furtiuæ, l.ancillæ ſubtracta, 12.C.de furt. etiam non reſtituto pretio poſſeſſori, qui dicit eam ſe emiſſe l.3. & l.ſi mancipium, C.de rei vendica. Datur autem ei, qui iure gentium vel ciuili dominium rei acquiſiuit; l.1.leg. in rem 23. de rei vindicat. lib.6. P.titu.2.

e Condictio etiam competit, d.§.fi.de obliga. quæ ex delic.naſcun. Condictionem voca- C mus actionẽ in perſonam, per quam actor intendit rem ſuam ſibi dari oportere, §.appellamus, de actio. id eſt, rem ſuam fieri; vide §.omnium autẽ actionum, de actio. l.actionem.eod.titu.P. & eo modo proprie nemo rem ſuam condicere poteſt, id eſt, non poteſt petere ſuam rem ſibi dari vel quæ ſua eſt ſuam fieri, quod enim ſemel iam noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt. §.ſic itaque diſcretis, de actio. D excepta cauſa furti, vt ibidem dicitur, & in odium furum. Datur autem condictio furtiua ſoli domino & hæredi eius, aduerſus furem, & eius hæredem, l.1.de condictio. furtiua. lib.3. P. titu.1. l. ex furtiua, 5. & l. proinde, 6. l.penult. eodem titu. Tranſit & actio furtiua contra hæredem furis, l.ſi pro fure, 7.§.fin. eodem titu. de condiction. furti. & ita perinde, vt fur ea tenetur eius hæres; ſiue is ſit fur manife- E ſtus, ſiue non manifeſtus. l.ſiue manifeſtus, eo.de condictio. furtiua, P. Atque in re furtiua condictio ipſorum corporum competit, ſi exſtent: etſi deſierint eſſe, ſi quidem obtulerit fur, nulla erit cõdictio, ſi non ob- A tulerit, durat condictio æſtimationis eius, & habetur ratio temporis, quo res vnquam pluris fuit, maxime: quia fur deteriorem rem dando, non liberatur, quia ſemper fur moram facere videtur, vt omnia explanantur, in l.in re furtiua, de condicti.furti.P.l.fi.C.eod.tit.lib.4.tit.8. & mora illa dicta in rem non in perſonam. l.fi.eo.tit. & l.fi. de condictio. ob turpem cauſam. lib.4. C.tit.7. Veniunt & fructus in condictione B furtiua reſtituendi, d.l.in re furtiua, 8.§.fi. Æſtimatio quoq; rei, non ex præterita emtione, ſed ex præſenti conſtituitur, l.non intelligitur, 26.§.diui fratres, de iure fiſci. P.iunge, l.in furti, 50.de furt.P. Notandũ autẽ hic, quod ſi cõdictione furtiua actum & iudicatum fuerit, ex eo non fieri infamem furem, vt ait Felinus in c.qualiter, in 2.§.ad corrigendos, de accuſatio. Ioannes Bernardus Diaz, in practica cano- C num, c.84.

f dicto §.fina. de obligatio. quæ ex delicto naſcunt.

g Actio ordinaria eſt ad exhibendum, propter petitiones in rem inducta, quia actor, qui furto ſubtractam rem aſſerit, apud aliud quam furem exiſtimans exſiſtere, petit ſibi exhiberi deſcripta prius re vt dubitationi nullus relinquatur locus, l.1.& 3. ad exhiben. lib.10.P.tit.4. Exhibere ni- D hil aliud eſt, quam facere in publico poteſtatem, vt ei, qui agit exprimendi ſit copia, l.6.ad exhib.P. Item exhibere eſt præſentiam corporis facere, l. plus eſt in reſtitutione, 22.& l. apud Labeonem, 246.de verbor.ſignific.

h in ca.1.ſi res aliena, 14.q.6.c.ſi virgo, 14.q.1. nempe ſi res poſſit reſtitui; aliter pro eo, qui non poteſt reſtituere intercedendum eſt, & pro pœnitente, aliter pœna corpora- E li ſuccurrendum, dicto can. ſi res aliena, ſicut de pauperibus vſurariis dicitur, in c. cum tu manifeſtos, 5.de vſur.

i in c.fin.de furt. infamia autem videtur ex crimine affectus; ſi tamen furti cõdemnatus fuerit, vt poſtea dicetur, in criminali-

*bus pœnis; quanquam ex ipſo etiam furto ſine condemnatione, bona opinio cenſeatur grauata ex infamia facti, apud bonos & graues, etſi infamia iuris non notetur. vt in l. 2. de obſequiis a liber. vel libertis parentibus & patrono præſtand. P. Poſſetque ob hanc infamiam ſi nota eſſet, quis a promotione ordinum repelli. c. tantis Daniel, 83. diſt. & can. laici, 33. diſtinct.*

k *ca. qui cum fure, 4. de furt. ſocius in furto occultando vel diuidendo, furti tenetur. §. ſi vero ope, de obliga. quæ ex delicto naſcunt. & qui ſimul rem auferunt furatam criminis rei ſunt, l. ſed etſi quis ſurripuit, §. ſi duo, de furt. P. Receptatores, peiores ſunt furibus, ſine quibus fures & furta diu latere non poſſunt; & perinde puniuntur ac ipſi latrones, l. 1. de receptori. P. lib. 47. tit. 16. l. congruit, 13. de officio præſid. l. 2. de his, qui latro. vel aliorum criminum reos occultarunt. C.*

l *in dict. c. qui cum fure, de furt. Pœna furti non manifeſti conſtituitur receptatoribus, apud quos furtum inuentum eſt conceptum, etſi non ſint participes furti: ſed etſi celauerint, eadem pœna qua fures puniũtur non manifeſti qui furtum fecerint; eoque pertinẽt antiquæ actiones proditæ furti concepti, oblati, prohibiti, non exhibiti. de quibus in §. conceptum furtum, de obliga quæ ex delict. naſc. apud Iuſtinia. fiebatque olim inquiſitio furti in prædiis & domibus alienis cum ſolemnitate, l. 1. §. hoc autem, & l. 3. de ſeruis fugit. lib. 11. P. tit. 4. l. requirendi, C. de ſeruis fugitiuis. Erat autem ſolemnitas, & forma inquirendi furtum in ædibus alienis, ex Platonis lege, 12. lib. de legib. vt qui inquirere volebat rem ſuam furto ſubtractam in domo aliena, prius iuraret, ſperare ſe inuenturum ibi, quod quæreret deinde, quod conudus ſeu interula indutus & præcinctus intraret, cui præberentur ſupellectilia domus ſignata, & non ſignata indaganda. Quod ſi quis volentem ſcrutari non permiſiſſet, licitum erat repulſo, petito rei pretio accuſare repellentem; qui ſi damnabatur, in duplum condemnabatur. Romani quoque furtum conceptum lance & licio dicebãt. Quia, vt ait Feſtus, qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio euictus intrabat lancemq; ante oculos tenebat propter matrum familiæ aut virginum præſentiam. Et Gellius lib. 11. ca. 18. ſic ait:* ea quoq; furta, quæ per lancem & licium concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta fuiſſent, vindicaſſe antiquos. *Sublata tamen fuit illa inquiſitio poſtea, quæ erat priuatis conceſſa, vt ait Iuſtinia. in d. §. conceptum furtum, de obligat. quæ ex delict. naſcunt. nec licet hodie ingredi domum alienam, inuito domino impune, & ſine iniuria domini, vt diximus in ſuperiori titulo iniuriarum. Maxime dum quis vult ingredi furti quærendi cauſa; nam ex eo inoritur ſuſpicio furti domino domus & ſocietatis criminis, vt notant ad dictum §. conceptum Ioannes Faber, Angelus, Aretinus, & Gloſſ. ad l. 1. §. hoc autem, ad verba in* prædia, *ibi Bartolus, Bald. & Angelus, de ſeruis fugitiuis, P. domus cuique tutiſſimum debet eſſe refugium, l. plerique, de in ius vocan. P. Et intereſt noſtra, ne peręiuſmodi inquiſitiones ſecreta domus noſtræ, vel vilitas patrimonii noſtri, pandantur; neve diuitiæ inuidiæ exponantur. l. 2. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. C tit. 34. l. 2. C. de alimentis pupillo præſta. Niſi forſan ex magna ſuſpicione, Iudex ſtatuat huiuſmodi inquiſitionem fieri per apparitorem. Quod ſi appareat poſtea rem detineri requiſitam a conſcio furti, is pœnas non euitabit tanquam receptor & fur, vt in l. alienũ ſeruum, 6. de furt. C. Eſt & Platonis lex 12. de legib.* ἐάν τις κλεμμάδιον ὑποδέχηται, τὴν αὐτὴν ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι. *Et Phocylides,* ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. *Propter hanc ſuſpicionem furti participati, is penes quẽ res furtiua inuenitur, eam reſtituere domino petẽti tenetur, etiã nũm non reſtituto pretio ſi emerit. l. in ciuilem rem, 2. & l. ciuile eſt, 5. C. de furtis, l. ſi mancipium, 23. l. 3. & 2. de rei vendic. C. lib. 3. tit. 32. vt neque res furtiua poſſit vſucapi, propter cohærens vitium, quod non eluitur donec iterum rei poſſeſſio ad dominum redierit prius. l. ſi abducta, 10. l. ancillæ, 12. C. de furtis ex lege Attinia, l. ſequitur, §. quod autẽ lex; de vſuca. li. 43. P. tit. 1. reuerſa autẽ dicitur, quando in poteſtatem domini ſcientis ita redit, vt auelli non poſſit, d. l. ſequitur, §. tunc in poteſtate, de vſucap. l. ſi partem, C. pro emtor. videnda quæ diximus de his plenius lib. 40. ſyntag. cap. 1. num. 7.*

m *c. dilectus filius, 13. de exceſſ. prælator. imo ſecundum leges ciuiles nemo debet compelli ad furem iudicandum, ſi non participet in furto, leg. ſolet, de præſcript. verbis, P. leg. idem, §. ſi tibi, de condictio. ob turpem cauſ. P.*

n *olim reuelans ſibi factam confeſſionem, cogebatur per mundum peregrinari, ca. ſacerdos, de pœniten. diſt. 6. hodie deponitur, & in monaſterium detruditur, c. omnis vtriuſq; ſexus, de pœniten. & remiſſio. Quia neque ſacerdos confeſſa ſcit tanquam homo, ſed tãquam Deus. ca. ſi ſacerdos, de officio ordina. Dehinc nec quis debet reuelare, quæ ſcit ſub ſigillo ſecreti, vt ſub ſigillo confeſſionis, & id eſt de iure diuino, vide Sotum lib. 4. ſententia. diſtinct. 18. q. 4. artic. 5. & 6.*

o *c. conſanguineorum, 4. § fi. 2. q. 4.*

## CAPVT VIII.

*De pœna extraordinaria ſeu criminali furum laicorum & clericorum.*



FVrtum etiam iure canonico connumeratur inter maiora & grauiora crimina, quæ clericus aut laicus committere poſſunt. *a* Quare, ſi fures & latrones in furando vel deprædando occidantur, viſum eſt non eſſe pro eis orandum, *b* variæ autem pœnæ ponuntur contra fures, *c* per iura ciuilia, canonica & municipalia; quæ non poſſunt paucis verbis tradi, ſed plenius ſunt ex cuiuſque iuris ſingulari obſeruãtia colligẽdæ & ſeruãdæ, habita ratione concurrentium circunſtantiarum, ex quibus interdum ad vltimum ſupplicium irrogandum furibus peruenitur. *d* Clericus etiam pro furto capi, incarcerari, quæſtionive ſubiici, & vinculis alligari poteſt; donec furtum reſtituerit, *e* pro furto interdum membrorum truncatio. *f* At preſbyter qui in furto deprehenſus fuerit, deponi debet, non tamen communione priuari. *g* Clerici item in latrociniis vel in aliis grauioribus ſceleribus deprehenſi, a ſuis ordinibus degradari, detrudi debent in arcta monaſteria ad agendam pœnitentiam. *h* Erit & furti damnatus clericus quoque infamis, *i* quia & condemnatio furti infamiam irrogat, *k* qui furatus fuerit hominem liberum, & vendiderit, conuictus mori debet. *l*

Clericus ſi furtum fecerit vt dicitur capitale, nempe ſi quadrupedem furetur, vel domum fregerit vel quamlibet rem maioris pretii fuerit furatus, ſeptem annorum pœnitentia affici debet. Et ſi de minoribus ſemel aut bis furtum fecerit, reddere debet, & vno anno in pane & aqua pœnitere; Et ſi reddere non poſſit, tribus annis. *m* Qui propter neceſſitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria aut veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit non cogitur ieiunare. *n* verum canones, preſbyterum velum vel ſyndonem ab eccleſia ſubtrahentem, pœna Iudæ, qui ſe laqueo ſuſpendit, dignum putant. *o* At Anethematizat, donec de damno ſatis faciẽtes abſoluãtur. *p* Raptores qui vagãtes rapinas, & deprędationes peragunt, poſſunt etiam a prælatis locorum excommunicari, nec debent eos a parochia vel diœceſi ſua permittere exire, donec ſatisfecerint: *q* quod ſi noluerint emẽdare, vel pœnitere, non ſint eccleſiaſtica ſepultura morientes ſepeliendi, *r* Poſſunt & flagellis caſtigari, & vltimo ſupplicio, ſed ab aliis iudicibus quam eccleſiaſti-

cis damnari.[s] Abigeatus quoque furtum, interdum gladio punitur.[t] Caſtigantur & vſurarum rapinæ ſeuere a iure, & ſi clericus illis deteſtandis vſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officii periculum pati debet,[v] aliiſque pœnis, cum hi, tum laici, ex concilio Lateranenſi manifeſtis vſurariis conſtitutis, plecti;[x] de quibus antea diximus.[y] Sed & qui rerum poſſeſſionem penes fiſcum exſiſtentem, vel penes alios inuaſerit violenter; ſi ſit dominus, eam ei, cui abſtulit reſtituat, & dominium amittat; ſi alienam inuaſit, eandem reſtituat, & æqualẽ eius æſtimationem.[z] Coercet & eccleſiaſtica iuriſdictio violentos clericos.[aa]

S C H O L I A.

a *in c. cum non ab homine, de iudic. c. 1. 81. diſt. Iure ciuili inter priuata iudicia ponitur iudicium furti; veruntamẽ pro quo poſſit fieri etiam criminalis perſecutio, l. fi. de furt. P. l. fi. de priuatis delict. P. quia ex genere pœnæ arguitur maioritas delicti, c. non adferamus, 24. q. 1. gloſſa 2. in c. propoſito, 27. q. 1. Decius ad ca. 1. & ſi clerici num. 60. de iudic.*

b *c. 2. de furtis, quia in mortali peccato præſumuntur mortui; quare nec pro illis, quẽadmodum nec pro immortali alio peccato pro certo mortuis, oratur, ca. placuit, 23. quæſtion. 5. can. pro dilectione, 95. de pœnitent. diſtin. 2. Impune autem iſti fures occiduntur, ſi aliter prehendi non poſſunt, & ſi inuadant occidentem, ſi ſe telo defendant ex lege 12. tabularum. l. 4. ad leg. Aquil. P. l. furem nocturnum, 9. ad l. Corn. de ſicar. Macrob. lib. 1. Saturnalio. c. 6. Gellius lib. 11. c. 18. & aliorum legibus. apud Platonem lib. 9. de legib. Et in Exod. c. 22.* ſi perfodiens fur inuentus & percuſſus mortuus fuerit, non eſt occidenti homicidium imputandum, niſi Sol fuerit ortus ſuper eum; *quod & refertur in c. ſi perfodiens, 3. de homicid.*

c *De quibus nos agimus abunde lib. 37. ſyntagmat. c. 2. & ſequentibus per diſtinctiones rerum, perſonarum, & locorum. Refert & Alexander ab Alexandro lib. 6. genial. dierum, ca. 10. quibus legibus animaduerſum criminaliter in fures fuerit.*

d *Cauetur iure ciuili nouo, ne pro ſimplici furto cuipiam membrũ abſcindatur, aut mortis ſupplicium irrogetur, ſed imponatur caſtigatio, authen. ſed nouo iure, de ſeruis fugitiuis, C. nouella 134. vt nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem, §. §. fi. ſi occulte & ſine armis furetur. Nam ſi cum armis, & vi adhibita fecerit, relinquitur puniendus ex publicis legibus, veruntamen certis in caſibus etiam pro furto impoſitum inueniemus ſupplicium vltimum, vt in §. ſi quis 5. ſolidos, de pace tenẽda in vſib. feudorum, propter pacis violationem; & legimus in l. cum ſeruus tuus, 15. de condictio. cauſa data P. ſeruum pro furto a præfecto vigilum ſuſpenſum. Sunt & alii caſus, in quibus pro furto mors imponitur furi, relati apud Bartholomæum Chaſſaneum, item & caſus, in quibus a morte excuſatur, in titulo,* des iuſtices, *ad §. 5. ad verba,* s'il n'a grace, *in conſuet. Burgundiæ.*

e *in c. 1. de depoſitio. lib. 3. tit. 16.*

f *can. ſi quis fortitudinem, 2. q. 3. d. authen. ſed nouo iure, de ſeruis fugitiuis, & l. ſi fugitiui. C. eod.*

g *can. presbyter, 81. diſtinct. in c. Apoſtolorum, 25. ſi modo captus & conuictus per ſententiam vel confeſſionem fuerit, vt ait gloſſ. in d. c. presbyter, & c. non ab homine, de iudiciis.*

h *c. tuæ diſcretionis. 6. de pœnis, cuius tamen capitis degradationem intelligunt eſſe verbalem, non realem ſeu actualem, Ioannes Andreas & Panormit. ad c. at ſi clerici, de indic. Itẽ intelligũt de latrociniis publicis, quando inter famoſos latrones inueniuntur; quo tamen caſu eſſent actualiter degradandi, & curiæ ſeculari puniendi tradendi; ſi quidem mors illis imponitur in l. capitalium, §. famoſos, de pœn. P.*

i *Clericus condemnatus de furto, infamis*



*eſt, vt laicus etiam damnatus in foro ſeculari, qui eſt infamis ſecundum leges ciuiles, efficitur ex iiſdem cauſis infamis ſecundum canones, niſi expreſſe diuerſe inueniatur ſtatutum, c. infames, 6. quæ. 1. ca. Euphemium, 7. §. hinc colligitur, 2. quæ. 3. vbi & infames fures declarantur, & in c. conſtituimus, 3. q. 5. notat tamen Felinus. in c. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, de accuſ. quod clericus (idem puto de laico) reperiretur tantum condemnatus ad reſtitutionem rei ſubtractæ, non ideo fieret ex hoc condemnatus infamis, quia poteſt intelligi non damnatum fuiſſe actione furtiua, quæ non infamat.*

k *Infamis eſt, furti ſiue manifeſti, ſiue non manifeſti, aut vi bonorum raptorum fur nomine dãnatus, aut pactus, niſi iuſſu prætoris tranſegerit, l. 1. & l. adhibita, 3. §. fin. & l. furti, 5. de his qui nota. infam. Pand. cap. infames, 6. quæſt. 1. ca. conſtituimus, 3. quæſt. 5.*

l *cap. de furtis, Exod. 21. verſ. 7. Et hoc eſt crimen plagii, de quo diximus, li. 36. ſyntagm. c. 31. Hocq; capitale crimen ementi vel vendenti ſcienter hominem liberum, l. 1. ad l. Fabiam de plagiariis. Plagii autem accuſatio, continet crimẽ publicum, l. plagii criminis, 13. ad leg. Fabiam, de plagia. §. eſt & inter publica, de publicis iudic. apud Iuſtinia. vbi & ponitur pœna capitis, metalli, quæ etiam contra furantes ſeruos ſtatuitur. in leg. quoniam ſeruos, 7. ad leg. Fab. de plag. C. Sicque Deuter. c. 24. verſi. 7.* ſi deprehenſus fuerit homo ſolicitans fratrem ſuũ de filiis Iſrael, & vendito eo acceperit pretium, interficitur.

m *c. 17. ſi quis clericus, 17. q. 4.*

n *c. 3. de furtis, neceſſitas facit quodammodo de illicito licitum, cap. quod non eſt licitum, de reg. iur. apud Gregorium, ca. 2. de obſeruatio. ieiunio. c. quãto, de conſuetud. ca. ſicut, de conſecrat. diſtin. 5. Sicut & in cauſa famis lege Romana pater poterat alienare filium, l. 2. de patribus, qui filios diſtrax. C. Alimentorũ cauſa impatiens mora eſt & dilationis dum latrat ſtomachus pauperis. l. 2. de feriis. P.*

o *ca. 15. ſi forte, 17. q. 4. ex epiſtola 2. D. clementis, 2. ad Iacobum fratrẽ domini. Iure ciuili pœnæ ſacrilegii variæ ex qualitate perſonarum, & temporum, ætatis, & ſexus. Aliquando enim fuerunt ob id quidam ad beſtias damnati, nonnulli viui exuſti, aliqui furca ſuſpẽſi, alii aliter puniti. l. 3. l. ſacrilegii, 6. & l. ſacrilegi, 9. ad leg. Iuliam peculat. lib. 48. P. tit. 13. Nos plura de pœna veri & non veri ſacrilegii diximus, lib. 33. ſyntagmat. iuris, cap. 14. & 15. & ſeq.*

p *ca. omnes, 5. ca. miror, 8. & c. 10. Frater & Coepiſcope, 17. q. 4. c. conqueſti, 22. de ſenten. excommun.*

q *c. 1. de rapto. lib. 5. tit. 17. quia etiam ſi laici ſint vel alterius diœceſis clerici, ratione tamen peccati vel delicti, facti ſunt eius iuriſdictionis loci vbi delinquunt, & ibi conueniri poſſunt. c. 1. 3. q. 6. ca. placuit, in 2. 6. q. 3. c. placuit, c. fi. de foro compet. authent. qua in prouincia, vbi de crimin. ag. oporteat. C. ſpoliantes negotiatores, aut nauigantes, excommunicari etiam debent, in c. 3. de raptor. c. 2. de treuga & pace. ca. ſi quis romipetas, 24. qu. 2. & a iudicibus ſecularibus alia pœna affici, vt latrones, l. capitalium, §. famoſos, de pœn. cum ſimil. ibi notatis, & alibi a nobis citatis.*

r *vt docetur in capit. 2. de raptor. vbi explicatur.*

s *ca. in archiepiſcopatu, eod. tit. de raptor. l. capitalium, 28. §. famoſos, §. graſſatores, de pœnis. Pand. l. per omnes. C. de defenſorib. ciuita. l. prouinciarum, C. de feriis.*

t *quando autem cum gladio, & quando ſine eo, tractatur in l. 1. de abigeis, lib. 47. P tit. 14. vide & quæ explicauimus, de abigeatu, lib. 37. ſyntagmat. iur. c. 5.*

v *c. 1. de vſur.*

x *c. quia in omnibus, eod. tit.*

y *ſupra, lib. 3. tit. 5.*

z *l. ſi quis in tantam, 7. C. vnde vi. libr. 8. C. tit. 4. quæ lex etiam in clericis locum ha-*

*bet, vt arbitratur gloſſa, ad ca. 1. de dolo, & contuma. & ibi Panorm.* A

aa *Si nouerint eccleſ. c. 2. de priuilegiis, cap. non minus, cap. aduerſus, de immunitate eccleſiarum. cap. cum ſit generale, de foro competent.*

# DE CRIMINE FALSI.

## a TITVLVS XI.

a *De hoc tractatur, lib. 5. decretalium, titul. 20. de crimine falſi in extrauag. Ioan. 22. de crimine falſi tit. 10. c. in memoriam, 19. diſt. can. ſi epiſcopus, 50. diſtinct. & alibi in decreto Gratiani. & in P. ad leg. Corneliam, de falſis, libr. 48 tit. 9. & lib. 9. C. tit. 22. tit. ſi menſor falſum modum duxerit, lib. 11. P. tit. 6. tit. ſi tutor vel curator, falſis allegationibus excuſatus ſit, libr. 5. C. titul. 63. de falſa cauſa adiecta legato, vel fideicommiſſo, lib. 6. C. tit. 44. & ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis iudicatum erit, libr. 7. C. titul. 57. de falſa moneta, libr. 9. C. tit. 24. in nouella Imperatoris Leonis, 76. de pœna falſum dicentium teſtimonium ſacerdotum, & nouella 77. de falſariorum pœna. lib. 60. Ecloga Baſilicorum, tit. 43. 42. 44. & in noſtro ſyntag. iuris, lib. 36. c. 1. & ſeqq.* B C

### CAPVT I.

*Quid falſum.*

NIhil aliud eſt falſum & falſitas, *a* quam veritatis immutatio, *b* quæ quando cum dolo fit, crimen habet.

### SCHOLIA.

a *Falſum dicitur inane mendax, ſine vero, ſuppoſitum, §. 1. nouell. 7. de inſtrumento, cautela & fide, neque falſum in totum videtur, quod veritatis primordio ordinatur. l. cum filius, 76. §. hæres meus, de legat. 2.* D

b *neque ſine dolo malo quiſpiã videtur falſum committere, l. impuberem, 22. ad legem Corneliam, de falſ. l. nec exemplum, 20. C. eod. tit. Et excuſatur errore factũ, l. pen. C. eo. tit. Ducitur enim nomen falſi a verbo fallo, quod idem eſt, quod decipio maxime quando deceptio procedit ex dicto, cum vnum dicimus & aliud contrarium agimus, falloque a fando ſecundum Varronem, cum enim re decipiunt proprie falli dicimur, verum & pro vtroque modo nomen vſurpatur.* E A

### CAPVT II.

1 *Quotuplex & in quibus falſum, in verbo.*
2 *Scripto.*
3 *Re.*

FAlſum ratione eius de quo, † & in quo fit, diſtinguetur, quod aut eſt in verbo, aut in ſcripto, aut in re, falſitas verbi, proprie falſum punibile, & mendacium cum animo decipiendi, vt dicimus in falſis teſtibus. *a* 1

In ſcriptura falſum committitur, † cum raſis literis aliud in locum eius, quod ante ſcriptũ erat, ſcribatur, *b* ſi chirographum alienum quis imitetur, *c* vel ſi aliis modis ſcripturæ formam vel ſtylum immutet, *d* ſi mutetur quod ſcriptum eſt in fraudem alterius, *e* ſi abſentium tãquam præſentium nomina ſcribantur. *f* Præſumitur & falſum reſcriptum ſummi pontificis, propter eius falſam grammaticam. *g* 2

In re committitur falſum veluti in moneta, ſi nũmos quis radat, tingat, aut quippiam prohibitum eis miſceat, vel legitimo pondere defraudet, *h* ſi is qui priuilegium nõ habet, ſuo vel alieno nomine fabricet, vel veros imitetur, *i* ſi falſum nomen quis in alterius præiudiciũ vſurpet, *k* vel ſtatum aut conditionẽ quam non habet. *l* Si ſupponatur partus, *m* ſi quis ſigillum nomine capituli furtiue ſurripuit. *n* Dicimus & plura alia non proprie falſum quidem habere, ſed ad falſi pœnam accedere, *o* vt aperire ſigillatas literas alterius, & potiſſimum reſcripta obſignata principum, *p* item de manu alia, quam bullatoris vel Papæ, bullas accipere, *q* vt & ſi quis nomine alterius ſine eius mandato, maxime in preiudicium eius reſcriptum a ſummo pontifice impetrauerit, falſi pœnam incurrit. *r* 3

### SCHOLIA.

a *Non aliter, ca. beatus, 22. q. 2. & ibi mendacium*



*daciũ dicitur, falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi.* A

b *vt in c. olim, 25. de reſcript. ca. licet, §. 6. de crim. falſ. ſi in loco ſuſpecto ſit, non aliter. c. ex conſequentia, 9. eod. cap. cum olim, de priuileg. capit. inter dilectos, de fide inſtrument, c. cum venerabilis, de relig. do.*

c *l. quid ſit falſum, 23. ad leg. Cornel. de falſ. Pandect.*

d *vt docetur de decem modis falſandi literas ſeu bullas papales, in cap. licet ad regimen, 5. de crimin. falſ. vbi in filo bullæ, in ſcriptura, in forma plicandi, in plumbo falſitatis modi docentur, atque in c. quam graui, 6. eod. titul. docetur, quo modo bullæ dicuntur falſæ ex ſtylo, vt ſi epiſcopus a Papa vocetur filius, aut inferior frater, ſi vni ſcribatur in plurali.* B

e *vt ſi ex colluſione debitoris in fraudem aliorum vni poſteriori obligationis & hypothecæ dies proferatur, l. ſi a debitore, 28. ad leg. Cornel. de falſ. P. l. ſi creditor, 15. C. eod. tit.* C

f *c. quanto, 5. de his quæ fiunt a maior. parte capituli libr. 3. tit. 10. c. tuis literis, 33. de teſtib. lib. 5. tit. 2.*

g *c. ad quid veniam, de reſcript.*

h *In l. quicunque, 8. & leg. ſeq. & l. qui falſam, 19. ad l. Cornel. de falſ. P. ca. quanto, 17. de iureiuran.*

i *In extrauag. Ioannis, 22. vnica, de crimin. falſ. tit. 10. vbi & modi ponuntur, quibus incidere quis poſſit in crimen falſæ monetæ, veluti primo loco, ſi quis non habens priuilegium fabricandi, nihilominus fabricauerit, nã ſoli principi vel ad hoc priuilegiato ius ſolum hoc competit. l. 1. quæ ſint regalia in feud. l. 1. de falſa moneta. C. facit, l. 2. §. cum ærarium, eod. tit. Princeps enim ſolus præſcribit publica auctoritate, materiæ monetæ & forma qualitatem & quantitatem. l. 1. de contrah. emtio. P. Quare alius non habet hanc publicam poteſtatem, qui vſurpauerit cudendi monetæ poteſtatem, falſarius eſt, ſibi attribuens falſo auctoritatem hanc publicam, l. falſi nominis, & l. qui nomine, de falſ. P. & ita vt falſarius punitur in l. lege Cornelia, & l. quicunque, ad leg. Cornel. de falſ. l. 1. de falſ. moneta, etiamſi materia, & pondus eius monetæ ſint ſimilia publice excuſſæ. Secundo dicitur falſa moneta & falſarius eius, qui miſcet aliam quam deſtinatã materiam nummo quem cudit. vt in d. l. qui minus, & l. lege Cornelia, ad l. Cornel. de falſ. P. Tertio, qui materiã monetæ deprauant tingendo, radendo, falſarii dicuntur & pondus diminuendo. d. l. qui nummos, & c. quanto, de iureiur. Quarto, qui imitatur in ſua moneta ſignũ & ſpeciem monetæ alterius, falſarius etiam eſt, d. extrauag. vnic. verſic. quamplures, de crimine falſ. in extra. Io. 2. Quinto & falſarii, qui ex profeſſo expendunt falſam monetam. d. extr. vn.* D E

k *l. falſi nominis, 12. ad leg. Cornel. de falſ. P. & tit. de mutatio. nominis. C.*

l *Eſt enim infamis, vt & l. Viſellia, libertus, qui ſe ingenuũ dixiſſet. l. vn. ad l. Viſelliã. lib. 9. C. tit. 21.*

m *Et hæc ſuppoſiti partus accuſatio, nulla tẽporis præſcriptione excluditur. l. qui falſam, 19. §. 1. ad leg. Cornel. de falſ. P. l. cum ſuppoſiti, 10. C. eod. tit.*

n *tam literis, 23. de teſtib.*

o *Sed ex l. apponitur pœna falſo, & quaſi falſo, l. 1. §. ſi. ad l. Corn. de fal. quia & pœna falſi mulctãtur. Vt ſi iudex conſtitutiones principis neglexerit. l. 8. §. ſed ſi iudex, ad l. Corn. de falſ. P. Si quis furetur vel cẽlauerit teſtamentũ, l. qui teſtamentũ, 2. eo. tit. P. l. 14. C. eod. Si qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliaue charta ſiue cõſignatione falſum fecerint, vel ſi quid ut verum non appareat, celauerint ſurripuerint, ſubiecerint, reſignauerint, nã & hos pœna falſi affici non dubitatur. l. inſtrumentorum, 16. §. fin. ad leg. Corn. de falſ. Vide quæ nos diximus de mutatione nominis prohibita vel permiſſa, li. 36. ſyntag. c. 4. Tenetur & quaſi ex falſo, qui ante rationes tutelæ vel curatelæ adminiſtratæ redditas, cũ fiſco cõ-*

traxerit, l. 1. §. ex illa quoque. ad leg. Cornel. de falſ. Pan. Quemadmodum & qui rem eandem duobus in ſolidum diuerſis contractibus vendidit, aut iudicem corrumpit, l. qui duobus, 21. eod. tit. P. Sunt & alii his ſimiles caſus notati ad ca. in memoriam, ad verb. falſam, 19. diſt. qui referuntur ad falſum.

p vt in c. cum olim, in 2. ſic incipiente, 33. de offic. delegat. lib. 1. titul. 29. Sic in aliis priuatorum literis, ſi ex reſeratione ſigilli, & apertione quidpiam mali ſuboriri poſſit. Et ſi inſtrumenta depoſita oſtendãtur aduerſario deponẽtis, qui id fecerint, falſi pœna puniendi. l. 1. §. is qui, ad leg. Corne. de falſ. P. Item & qui aperuerit viui teſtamentum, l. 1. §. is qui aperuerit, eod. P. Putant tamen aliqui nunc in priuatorum literis reſeruatis, non eſſe imponendam pœnam falſi, exceptis teſtamentis, attamen peccare mortaliter, qui priuatorum etiam reſeruauerit, vt refert Angelus Clauaſius, in ſumma, ad verbum, falſarius, nu. 2. niſi literæ haberentur pro derelicto.

q ca. dura, 4. & ca. licet, 10. §. eos etiam, de crimin. falſ.

r c. nonnulli, de reſcriptis.

## Capvt. III.

*Quis non teneatur vel teneatur de falſo.*

Lege Cornelia de falſis impubes non tenetur, *a* neque qui errat, falſum cõmittit, *b* non accuſat de falſo ſeruus dominum, niſi de tabulis ſuæ libertatis ſuppreſſis agat. *c* Non filius matrem criminaliter, ciuiliter tamen, contra. *d* Nec accuſant de hoc crimine alias, mulieres. *e* Morte etiam falſarii accuſatio criminalis in perſona eius exſtinguitur, nõ autem in perſona ſociorum ſuperſtitum. *f*

### Scholia.

a l. impuberem, ad l. Cornel. de falſ. Pandect. vbi ratio quod non videatur dolo facere, ideo & leuius emendatur. l. 1. §. impuberem, de falſa moneta. C.

b l. nec exemplum, 20. ad l. Cornel. de falſ.

c l. nullo modo, 7. eod. tit. P.

d l. falſi quidem, 9. C. eod. tit.

e l. etſi ad te, 19. eod. C. niſi ſuam aut ſuorum proſequantur iniuriam, l. 1. §. 10. ad ſenatuſcon. Turpill. P.

f l. 3. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. C. lib. 9. tit. 6. l. 20. de accuſa. P.

## Capvt IIII.

*De modo procedendi contra falſarios.*

Proceditur cõtra falſarios acerrima indagatione, *a* vel criminaliter vel ciuiliter. *b* Accedere autem debet diligens conſideratio negotii, num tale ſit quod poſſit fieri, facile etiam ſine falſo, vt in eo ita falſum non præſumatur commiſſum. *c* De ſuppoſito partu tantum accuſant parentes, aut ii, ad quos ea res pertineat, non quilibet de populo. *d* De falſo porro quæſtio, in petitione proprietatis prior erit. *e* Quod ſi agatur de moranda ſolutione ex inſtrumento, quod falſum dicetur, interim remanente exceptione probanda, ſtatuenda erit ſolutio iuxta illud. *f* Sicut ſi agatur de poſſeſſione falſi, quæſtio eã non impedit interim. *g*

### Scholia.

a l. vbi falſum, 12. ad leg. Cornel. de falſ. C. & in eos etiam proceditur per quæſtionem ſeu tormentum, vt in leg. ſi quis decurio, 21. eod. C.

b l. ſi docueris, 9. & l. 11. & l. de fide, 16. l. damus licentiam, 23. C. eo. ad legem Cornel. de falſ. vbique tamen probatio exigitur, l. ſi. C. eod.

c Sicuti nemo præſumitur falſitatem deprehenſam feciſſe in literis iuſtitiæ ſimplicibus, quæ facile aliter ſine falſitate potuiſſet a ſummo pontifice impetrari & obtineri, c. accedens. 8. de crimin. fal. vt nec in modico præſumitur quis dolo agere, l. ſi oleum, §. fin. & l. ſi quem, de dolo, & præſumitur quilibet bonus, niſi de contrario doceatur. capit. fin. de præſumt. l. merito. pro ſocio. Pandect.

d l. lege Cornelia, 30. §. 1. ad leg. Cornel. de falſ. P.

e l. diuus, 5. §. 1. de petitio. hæred. P.

f l. 2. ad leg. Cornel. de falſ. C.

g l. 2. de edict. diui Adrian. tollen. libr. 6. C. tit. 33.



## Capvt V.

1 *De pœna falſi in delicto ſeu verbo commiſſi in mendacio.*

2 *In falſo teſtimonio.*

1 Mendacium † aliquando etiam in hoc ſeculo inuenitur a Deo in exemplum aliorum punitum. *a* Mendax etiam impetratis priuatur. *b* Neque ſimplici verbo aut artificioſo mendacio decipere quemquam oportet, quia quacunque arte quis mentiatur, os quod mentitur, occidit animam. *c*

2 Falſi teſtes hoc † iure eccleſiaſtica cõmunione ſubmouẽdi, niſi crimina admiſſa conueniente ſatisfactione diluerint, *d* remouentur & a teſtimonio, *e* infamia *f* affecti, aliiſque pœnis clerici, vt laici. *g* Si etiam epiſcopus presbyter aut diaconus falſum teſtimonium dixerit, officii honore depoſitus, in carcerem detrudi debet, quandiu vixerit, & laicam tantum cõmunionem accipere. *h* Sed & quod ex cauſa falſi conuicti vel probati ſecutum eſt, ſine effectu eſt, *i* & ex ea datum repeti poteſt etiam ab hæredibus. *k*

### Scholia.

a vt in Anania & Saphira. Acto. ca. 4. ca. dilectiſſimus, 12. q. 1.

b ca. decenti, 25. q. 2. c. 2. c. ſuper literis, de reſcript. l. etſi legib. 5. ſi contra ius vel vti. pub. C. l. vniuerſa. C. de precib. imperator. offeren.

c ca. 13. nec artificioſo, 22. quæſt. 2. & diſputatur in illa tota qu. 2. non liceret vllo modo mentiri, maxime ad decipiendum vel lædendum alium.

d ca. 20. itaque cenſuimus, 24. q. 3. ex concilio Agathenſi, c. 37.

e c. 2. ſi quis conuictus, 22. q. 1.

f dict. cap. ſi quis conuictus, 2. quæſtio. 5. ca. omnis, 5. q. 6.

g falſi teſtes pro modo negotii, in quo falſum dixerunt teſtimonium, puniuntur, vt ſi in criminali, in quo vltimi ſupplicii pœna deberetur accuſato, eandem ipſi ſentiant. ex nou. Leonis 77. de pœna falſariorum, ſi dolo, ſi autem ad ſui defenſionem falſum dicerent teſtimonium, deportatione publicationeq; bonorum, aut pœna triremium damnandi. In pecuniariis vero falſum deponentes plerunque aut linguæ detruncationem ſeu abſciſſionẽ patiuntur, aut verbera ſeu fuſtigationem, vide Iulium Clarum, libr. 5. ſententiarum iuris, §. falſum. num. 4. iunge Modeſtinum in l. eos qui diuerſa, 27. ad legem Corneliam. de falſ. P. dum docet, teſtes de falſo accuſari poſſe, ſi diuerſa inter ſe teſtimonia præbuerint, ſi contra ſignum ſuum falſum præbuerint teſtimonium, ſi diuerſis diuerſa dederint teſtimonia. Contra varios quippe teſtes, præſumitur de falſitate, l. 2. & l. 16. de teſtibus. P.

h Concilio Agathenſi. can. 50. in c. ſi epiſcopus, 7. 50. diſtin. Iuſtin. in nouell. 123. ca. 20. §. Reuerendiſſimis, de ſanctiſſi. Epiſco. & in authen. epiſcopi ſeu diaconi. de epiſc. & cle. C. vbi, Presbyteri, inquit, ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixiſſe conuincantur, ſi quidem in cauſa pecuniaria dũtaxat, per tres annos ſeparati monaſteriis pro tormentis tradantur, ſed ſi in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi ſunt. Cæteri clerici communi iure ab officio eccleſiaſtico repulſi, ſine delicto cauſæ verberibus coarceantur, nec etiam hodie accuſatio falſi ſemper capitalis eſt, ſed ſi in capitali crimine fiat, vt docet Leo nouell. 77. in qua emendatur. l. vbi falſi, circa finem, 22. ad

*l. Corn. de falſ. C. & l. 3. §. fin. eo. tit. P. quæ capitale faciunt, iunge diſtinctionem conſtitutionis nouellæ 76. Leonis Cæſaris de pœna falſum dicentium teſtimonium ſacerdotum, vbi ob falſum teſtimonium in quacunque cauſa vel ciuili vel criminali, ſi iuratum fuerit ob periurium perſona eccleſiaſtica ſeu presbyter, priuatur ſua dignitate, iuxta canonem Apoſtolorum, 24. non etiam ob nudum falſum, pro quo relegatur in monaſterium per trienniū. Quæ omnia intelligenda ſunt primum, quando perſona eccleſiaſtica fuit de hoc crimine falſi teſtimonii principaliter accuſata, & conuicta, non autem, ſi tanquam per exceptionē obiiciatur ei falſum, nam tunc ſufficit ſi reiiciatur a fide teſtimonii. Dehinc 2. intellige, falſum teſtem eccleſiaſticam perſonam, coram iudice ſeculari non eſſe damnandā, ſed coram ſuo iudice, vtrumq́; explicat Bernardinus Diaz in practica criminali canonum, c. 87. per ea quæ Ioan. Andreas tradit ad c. verum, de foro comp. & in c. at ſi clerici, de iud. falſum teſtimonium iure diuino quoque prohibitū & punitum, Exod. 20. Deut. 5. verſ. 19. & c. 17. verſ. 11. & D. Matth. c. 19. verſ. 8. ad Roma. 13. verſ. 9.* Et proferentem mendacia, teſtem fallacem odit Deus, *prouerb. 6. verſ. 19 & c. 19. verſ. 5.* teſtis fallax nō erit impunitus. *Falſidicus teſtis tres lædit, Deum iudicem, & reum. c. 1. de crim. falſ.*

i *l. qui veluti 13. C. l. ſicut falſi 17. l. ex initio. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. pen. C. de his qui pro non ſcrip. haben. lib. 9. tit. 23.*

k *l. 4. l. cum falſi, 12. l. ſi quis patris, 26. ad leg. Cornel. de falſ. P.*

## Cap. VI.

*De falſi in ſcripto commiſſi pœna.*

EPiſcopus, presbyter aut diaconus, qui chartam falſauerit, ab officii honore depoſitus, in perpetuum in monaſterium detrudi debet, & ibi tantum communionem laicam percipere. *a* Clericis falſantibus ſigillum principis, ordinibus ſuis degradatis, debet character aliquis imprimi, quo inter alios dignoſcantur, & a prouincia expelli. *b* Falſarii vero literarum Papæ, qui per ſe vel per alios vitium falſitatis exercuerint, cum fautorib. & defenſoribus ſuis, anathematis vinculo ſunt innodati, & qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, omnibus officiis & beneficiis eccleſiaſticis declarantur priuari, & ſi clerici ſunt, poſtquam ab eccleſiaſtico iudice fuerint exauctorati ſeu degradati, debent poteſtati ſeculari tradi, iuxta conſtitutiones legitimas puniendi, per quas & laici, qui fuerint legitime conuicti, puniuntur. *c* Legis ſeu legitimæ pœnæ falſi vel quaſi falſi ſunt, deportatio, & bonorū publicatio, aliquando, vt in ſeruis, vltimum ſupplicium, ſi magnitudo negotii exigat. *d* Qui vero ſuo nomine, ſummi pontificis, *e* falſis vtuntur literis, ſi clerici fuerint, officiis & beneficiis eccleſiaſticis ſpoliari debent; *f* ſi laici, tamdiu debent remanere excommunicationi ſubiecti, donec ſatisfecerint competenter, *g* ita tamen, vt in iſtis & in illis malitia grauius quam ignorātia puniatur. *h* Quod & de his, qui falſas literas impetrant, ſtatutum eſt ſeruari. *i* Qui & aliunde omni falſarum literarum vtilitate & beneficio ſunt priuandi, *k* ſi malitia aut per fraudem in illis ſupprimunt veritatem, aut falſum expreſſerint, non autem ſi ex ſimplicitate idipſum fecerint, & dūmodo alioquin non expreſſa falſitate, vel non tacita veritate, literæ fuiſſent conceſſæ, non aliter *l.* Sed ita demum clericus falſarius, per eccleſiaſticum iudicem degradatus, ſeculari curiæ puniendus tradi debet, vt eccleſia intercedat pro eo efficaciter, vt citra mortis periculum, in eum ſententiam modereretur, *m* vel iudex eccleſiaſticus talē in perpetuum carcerem damnabit, ad agēdam pœnitentiam in pane doloris, & aqua anguſtiæ, vt commiſſa defleat, & deflenda iterum non committat. *n*

### Scholia.

a *c. ſi epiſcopus, 7. 50. diſt.*



b *c. ad audientiam, 3. de crim. falſi characteris porro inuſtio, nō debet fieri in facie, ſed in manibus, ſuris, vel alia parte corporis. l. ſi quis in metallum, vbi ratio. C. de pœn. inurebantur fabricenſibus, & tyronibus olim Romæ ſtigmata, id eſt, quædam notæ publicæ, & ſignum brachiis, vt illo ſaltem modo poſſent latitantes agnoſci, l. 3. de fabricenſibus. libr. 11. C. tit. 9. Solebat & inuri nota & litera K. frontibus calumniatorum Romæ, vt ait Cicero pro Roſcio Amerino, ex lege Rhemnia, ad quod alludere videtur Papi. in l. quæſitum ſcio, 13. de teſt. P. dum ait, quæſitum fuiſſe, an iudiciis publicis calumniæ cauſa damnatis ex lege Rhemnia, dicere teſtimonium liceret: cum lege illa non prohiberetur expreſſe, & reſpondet ad iudicantium officium pertinere, eius quoque teſtium fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Ceterū pœna hæc inuſtionis characteris non debet infligi vel inuri ab eccleſiaſticis perſonis, vel ex earum ſententia, cum inde facilis ſequatur ſanguinis miſſio, cuius effuſio eſt illis omnino interdicta. c. ſentētiam, ne cle. vel monach. ſecul. neg. ſe immiſceāt, ſicque & notat glo. ad d. c. ad audientiam, vide quæ de characteris ſeu ſtigmatū inuſtione diximus, lib. 31. ſyntag. c. 35.*

c *Iſtæ pœnæ fuerunt conſtitutæ aduerſus falſarios in c. ad falſariorum, 7. de crim. falſi, & de degradatione agitur, in c. nouimus, de verb. ſignifi. apud Greg.*

d *l. 1. §. fin. ad leg. Cornel. de falſ. Pandect. l. vbi falſi, 22. C. eod. titul. capitale porro ſupplicium imponi debere falſariis tātum explicauit Leo imperator nouell. 77. de pœna falſariorum, ſi falſum commiſſum fuerit in negotio, quod accuſato probatum pœnam mortis irroget, verum hodie in aliis quibuſdam quoque ſuſpendio iudicatur falſitas digna.*

e *hæc & ſequentia, in d. c. ad falſariorum, §. fi. de crimin. falſ. explico, qui vtuntur literis falſis ab aliis impetratis, tanquam conceſſis & prodeuntibus a ſummo pontifice, pœna hæc imponitur. Ita & maiori animaduerſione digni, qui falſis reſcriptionibus principis vel ſummi pontificis vtūtur, niſi qui vſus fuerit, dicat ſe ab alio tradente deceptum, & docuerit, a quo acceperit, l. maiorem, 4. ad l. Cornel. de falſ. P. ſimile eſt, ſi quis vtatur falſis conſtitutionibus, tanquam a principe editis, lege enim Cornelia de falſis ei ideo aqua & igni interdicitur. l. fi. ad leg. Cornel. de falſ. Pan. Sic & Vlpian. in l. qui nomine prætoris, 25. eod. tit. P.* qui nomine prætoris literas falſas reddidiſſe, edictumve falſum ꝓpoſuiſſe dicetur, ex cauſa actione in factū tenetur pœnali, quanquam lege Cornelia reus ſit.

f *qui vtuntur falſis literis, & qui eas impetrant, vel curant impetrari, falſi crimine puniuntur. d. c. ad falſariorū, §. fi. de crim. falſ. Ceterū diſtinguitur in vtentibus, num illi, qui vtuntur, ipſi etiam falſum commiſerint, an nō, nam qui falſum fecerint non ideo euadunt accuſationem falſi, quod negent ſe illis vſos vel vti velle. Et illis tātum prodeſt inſtrumēti falſi vſu abſtinere, qui non ipſi falſi machinatores eſſe dicuntur, & quos periculo ſolus vſus obſtrinxerit, non aliis, l. ſi falſos, 8. C. ad l. Cornel. de falſ. legimus & ordine decurionum motum aduocatum per decenniū, qui falſum inſtrumentum cognoſcente iudice recitaſſet, & plebeium eadem de cauſa exilio punitum temporaneo, in l. falſi nominis 13. §. 1. ad leg. Cornel. de falſ. P. ob recitatum tamen falſum non dicemus infamē, eo quod non pro recitato, ſed pro facto falſo, lege Cornelia quis damnatur, d. l. falſi nominis.*

g *in d. c. ad falſariorum, §. fi. de crim. falſ. & c. dura, 4. eod.*

h *d. c. ad falſariorum, §. fin. atque in c. dura, 4. § fin. eod. tit. ſub pœna excommunicationis, a qua quis ab alio quam a ſummo pontifice nō abſoluitur, excepto mortis articulo, præcipitur, vt ſi quis falſas literas ſe habere cognoſcat, illas intra 20. dies vel deſtruat, vel reſignet.*

i *Ignorantia releuat aliquando in totum a*
*pœna, interdum pro parte. l. 3. C. de his qui*
*ſibi adſcrib. libr. 9. tit. 23. Et in omnibus*
*grauius malitia quam ignorantia puni-*
*tur, d. c. ad falſariorum, & ca. ſuper literis,*
*20. de reſcript. Scientia inſpicitur, & ideo*
*qui, poſtquam literas falſas eſſe cognouit,*
*illis non eſt vſus, reus non eſt. ca. accedens,*
*8. de crimin. falſ. facit dictum. ca. dura. 4.*
*eod. tit. cum alioquin excuſetur ignoran-*
*tia facti. ca. inter dilectos, de exceſſ. prala-*
*tor. l. regula. §. 1. de iur. & fac. ignor. 8. c.*
*1. & 2. & conſtitutio. in Sex. cum ſimilib.*
*craſſa tamen & ſupina ignorantia non ex-*
*cuſaret. d. c. 1. de conſtitutio. l. ſi fideiuſſor,*
*manda. P.*

k *d. c. ad falſariorum, §. fin.*

l *c. olim ex literis, 25. de reſcript.*

m *vt explicatur in ca. ſuper literis, 20. de re-*
*ſcript. Simplicitati ſubuenitur, vt in ca. 3.*
*de conſecrat. diſtinct. 21. c. cum vniuerſo-*
*rum, de rerum permutat. quemadmodum*
*contra, malitiis hominum non eſt indul-*
*gendum, l. in fundo, de rei vend. P.*

n *in c. nouimus, 7. de verb. ſignif.*

o *d. ca. nouimus, §. fin. & hæc eſt pœna hu-*
*manior quam ſit impoſita per cap. ad fal-*
*ſariorum, de crimine falſi.*

### Cap. VII.

1 *De pœna falſi in re, commiſſi in moneta.*
2 *In corruptione iudicis.*
3 *Suppoſitione partus.*
4 *Falſarum menſurarum.*
5 *In vicariatu.*
6 *In alchymia.*

1 QVi falſæ monetæ reus eſt, † capitali
ſupplicio in foro ſeculari ſubiicitur, *a*
in eccleſiaſtico, maledictione dignus eſt,
& qui fabricat, qui emit extra regnum, &
importat & expendit ſcienter, excommu-
nicationis ſententia innodatur, reſeruata
ſolo ſummo pontifici abſolutione, vel al-
teri in mortis tantum articulo. *b*

2 Qui corrumpit iudicē, † ad tempus re-
legatur reſeruatis bonis. *c*

A Partus ſuppoſiti pœna † capitalis. *d* 3
Qui iuſtas menſuras † & iuſta pondera 4
cauſa lucri mutare præſumſerit, 30. dies
in pane & aqua pœnitere debet, *e* iure ci-
uili tamen grauius punitur. *f*

Vicarii † qui perſonis fide & ſacramen- 5
to obligati ſunt, vt ſeruiant pro illis in Ec-
cleſia, ſi perſonatum ſibi falſo aſſumentes,
contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc
in iure confeſſi fuerint aut conuicti, de cę-
B tero in eodem epiſcopatu ad officii exſe-
cutionem non debent admitti. *g*

Alchymiſtæ, † quamuis verbis diſſimu- 6
lent falſitatem quam faciũt, confingentes
aurum vel argentum ſophiſtica tranſmu-
tatione, qui ita aurum vel argentum fece-
rint, vel fieri ſecuto facto mandauerint,
vel adhoc ſcienter, dum id fieret, facienti-
bus miniſtrauerint, aut ſcienter auro vel
argento vſi fuerint vendendo vel dando
C in ſolutum, debent damnari tantundem
auri vel argenti veri, quantum fuerit Al-
chymicum, pauperibus dare, ſuntque per-
petuæ infamiæ nota reſperſi, qui illud au-
rum vel argẽtum chymicum fecerint, aut
eo vſi fuerint ſcienter, quive ex eo cude-
rint fecerintque cudi pecuniam, & inſu-
per præter dictas pœnas, ſi ſint clerici, pri-
uantur beneficiis habitis, & prorſus ad ha-
benda redduntur inhabiles. Et ſi non ha-
D beant vnde prædictas pœnas, poſſint pro-
pter inopiam ſoluere, debent carcere vel
alia corporali coercitione caſtigari. *h*

### Scholia.

a *Sic Vlpian. in l. quicunque, 8. ad l. Cornel.*
*de falſ. P.* quicunque nummos aureos
partim raſerit, partim tinxerit, ſiqui-
dem liberi ſunt, ad beſtias dari, ſi ſerui,
ſummo ſupplicio affici debent. *& in l.*
E *lex Corn. 9. eo. ti. l. Corn. cauetur, vt qui in*
*aurum vitii quid addiderit, qui argenteos*
*nũmos adulterinos flauerit, falſi crimine*
*teneatur, & ſequitur. §. eadē pœna & his,*
*eadē pœna quoq; afficitur is, qui cum pro-*
*hibere tale quid poſſet, non prohibuit, &*
*eadem*



*eadem lege exprimitur, ne quis nummos* A
*ſtanneos, plumbeos emere vendereue au-*
*deat dolo malo. & in l. 1. C. de falſa mone.*
*falſam monetã cudentes, & miniſterium*
*præbentes, capitali ſupplicio damnantur,*
*& domus, in qua crimen admiſſum eſt,*
*fiſco adiudicanda venit, ſi eius dominus*
*cum non potuerit ignorare, non detexerit,*
*atque in leg. 2. eius tituli. C. ſolidorum &*
*monetæ adulter flammarum exuſtionibus*
*damnandus dicitur. In Gallia quoque, vt* B
*plerunq;, adulterans monetam aqua bul-*
*liente, mixta cum oleo ſuffocatur, vidi*
*aliquando Tholoſæ extra has pœnas ali-*
*quem nobilem capite truncatum. Pius 5.*
*Papa conſtitut. 115. incipiente,* cum nihil
magis, *in Bullario Cherubini, ſtatuit, 3.*
*Nouembris 170. tondentes monetam ar-*
*genteam aut aureã, vltimo etiam ſuppli-*
*cio afficiendos in cunctis locis ſubiectionis*
*eccleſiæ Romanæ.*

b *in extrauag. Ioannis 22. vnica de crimi-*
*ne falſi expoſitor & diſpenſator, ſciens, eiuſ-*
*dem falſæ monetæ eadē pœna tenetur qua*
*falſarius, non ſecus quam qui falſis vtitur*
*inſtrumentis, in l. 2. & 3. de fide inſtrum.*
*C. l. qui falſos, ad l. Cornel. de falſ.*

c *l. qui duobus, 23. §. fin. ad leg. Cornel. de*
*falſ. P.*

d *l. 1. C. eod. tit.*

e *c. 2. de emtio.*

f *nam vltra dupli condemnationẽ, quanti*
*ea res erit, ſunt in inſulam relegandi, qui*
*falſant pondera & menſuras, l. penult. ad*
*leg. Cornel. de falſ. P. l. annonam, 6. de ex-*
*traord. criminib. lib. 47. P. tit. 1. aut extra*
*ordinem pro modo admiſſi, puniendi. l. in*
*dardanarios, de pœnit. P. Tenetur & ea-*
*dem pœna, qui falſo pondere aut menſura*
*falſa vtitur ſciens prudenſq; leg. arbitrio,*
*§. adeo, de dolo. P. l. hodie, §. ſi venditor, ad*
*l. Cornel. de falſ. P.*

g *ca. illud etiam, de vicariis 6. de exceſſibus*
*prælat. libr. 5. tit. 31. iunge cap. tuarum,*
*de priuileg.*

h *Iſta eſt conſtitutio extrauagans Ioan. 22.*
*poſita in cap. vnic. de crimine falſi, libr. 5.*
*communium extrauagantium, vide & de*
*hoc chymiſtarum materia Diuum Tho-*
*mam, 2. 2. quæſtio. 77. articulo 2. ad pri-*
*mum argumentũ, & ibidem Caietanum,*
*num chymiſta peccet, & late Chaſſaneum*
*in catalogo gloriæ mundi, parte 11. con-*
*ſideratio. 40.*

## DE SORTILEGIIS.

### TITVLVS XII.

a *Tractatur de ſortilegiis, lib. 5. decretal. tit. 21. &*
*in decreto 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5. & ca. non licet, 26.*
*q. 7. & titulo de maleficis & mathematicis, libr.*
*9. C. tit. 18. & lib. 60, Baſilicorum, tit. 39. & Leo-*
*nis nouella 65. de incantatorum pœna, & apud*
*nos, lib. 34 ſyntag. c. 14. & 15.*

### Capvt I.

*Sortilegium & ſortilegi, magi, & incan-*
*tatores qui.*

C SOrtilegium pro omni ſpecie diuina-
tionis impietatisve aut vanitatis magi-
cæ capitur, quæ ſimul prohibentur. *a* At
proprie ſortilegi ſunt dicti, *b* qui ſub no-
mine fictæ religionis, per quaſdam quas
ſanctorũ ſortes vocant, diuinationis ſcien-
tiam profitentur, aut per quarumcunque
ſcripturarum inſpectionem, futura pro-
mittunt. *c* Sunt autẽ maiorum diuinatio-
num ſpecies prohibitæ, quæ ad ſuperſti-
D tionem vel idololatriam, vel ad dæmonis
cultum inducunt expreſſe vel tacite, aru-
ſpicia, auguria, ligaturæ, characteres, ob-
ſeruationes ſuperſtitioſę, natiuitatum ſpe-
culationes, incantationes, ſortilegia, quæ
interdum impietatem puram, interdum
hæreſin, interdum homicidia, aliaque cri-
mina coniuncta habent, & proinde diuer-
ſi fori cenſentur, vel epiſcopalis & inquiſi-
E torum fidei, aliquando ſolius epiſcopi, ali-
quando ſecularis iudicis. *d*

### Scholia.

a *vt in titulo de ſortilegiis. Plinius vocat et-*
*iam ſortilegia, lib. 28. c. 4. omnes maiorum*
*vanas obſeruationes, & hodie etiam omnes*

*diuini & diuinatrices magi, magæ, ſtriges,* A
*lamiæ, laruæ, lemures, vocantur ſortiarii*
*& ſortiariæ, c. ſi per ſortiarias, 33. quæ. 1.*
*videndus totus noſter, libr. 34. ſyntagma.*
*iur. vniuerſi, in quo ex profeſſo de omnibus*
*magiæ incantationum, vanitatũ & ſorti-*
*legiorum ſpeciebus agimus, & de pœnis.*
b *Hæc finitio Iſidori, lib. 8. etymologiarum,*
*c. 9. relata in ca. 1. 26. q.*
c *ca. illud quod eſt, 6. cum 4. ſequentibus,*
*26. quæſtio. 2. ex D. Auguſt. de doctrina* B
*Chriſtia. c. 19. 20. & 21. &c. & in ca. 7.*
*qui ſine ſaluatorem, ead. 26. qu. 2. ponitur*
*prohibitio recurrendi ad magos etiam pro*
*medicina morborum, & dicitur magica-*
*rum artium vanitas ex traditione malo-*
*rum angelorum, indeque proceſſiſſe aru-*
*ſpicia, augurationes, oracula, dicta, & ne-*
*cromantiam. docetur, & in ca. illos plane-*
*tarios, 8. ead. 26. qu. 2. docetur ex D. Aug.*
*lib. 4. confeſſio c. 3. planearios, qui Mathe-* C
*matici dicuntur, conſulere, Chriſtianam*
*diſciplinam prohibere & eos damnare, &*
*in c. ſed illud, 9. ead. qu. 2. docetur, & illud*
*eſſe ex Idololatriæ Ægyptiorum reliquis*
*ſomnia obſeruare. Explicantur & inter-*
*pretantur vanitatum harum nomina, in*
*ca. 1. 26. q. 2. & diuinationũ quatuor ſpe-*
*cies fuiſſe, per terram quæ geomãtia, per a-*
*quam, quæ hydromantia, per aerem, quæ*
*aeromantia, per ignẽ quæ pyromãtia, item* D
*& per artem & furorem eſſe aliam diui-*
*nationem, eſſe incantatores qui verbis &*
*cantionibus vtuntur ad ſortilegia, ariolos,*
*qui in aris idolorum & per aras agũt ſuas*
*ſuperſtitiones. Haruſpices, quaſi horarum*
*obſeruatores, qui in ſingulis negotiis exta*
*ſacrificiorum inſpiciebant, augures, qui a-*
*uiũ garritus & voces, vel actiones auium*
*obſeruabant, auſpices, qui aues conſidera-*
*bant. Genethliacos, qui ex genituris, Sali-* E
*tores, qui ex ſaltu membrorum præſagie-*
*bant, Pythones, qui ex dæmone, Aſtrologos,*
*qui ex aſtris, adde magos, propter inſignẽ*
*malitiam dictos maleficos, l. nemo aruſpi-*
*cem, 5. de maleſi. & Math. C. necroman-*
*ticos, qui ex mortuis dicunt ſe reſponſa ac-*
*cipere, cum verius ex dæmonibus, adde &*
*præſtigiatores, qui præſtringunt aciem o-*
*culorum & faciunt apparere quod nõ eſt,*
*& celant quod eſt, magicis artibus, c. 14.*
*nec mirum, 26. q. 5. quæ omnia & ſimilia*
*Chriſtianis hominibus interdicta fuerunt,*
*vt & mulieribus Chriſtianis vanitates ob-*
*ſeruare in ſuis lanificiis. in can. non liceat*
*Chriſtianis, 3. §. fin. 28. q. 5. item & vana*
*aliæ obſeruationes, vt quæ ferũtur de ſtru-*
*thiorũ oſſibus, aut ſi dicatur ſingultienti,*
*vt dextra manu ſiniſtrum pollicem teneat,*
*obſeruatio item, ſi membrum ſalierit ali-*
*quod, ſi iunctim ambulantibus amicis,*
*lapis aut canis aut puer medius intrauerit,*
*limen calcare, cum quis ante domũ ſuam*
*tranſit, redire ad lectum, ſi quis dum ſe*
*calceat ſternutauerit: redire ad domum ſi*
*procedens offenderit, cum veſtis a ſoricib.*
*roditur plus timere, & ſic de ſimilibus va-*
*nis & inanibus, quæ ſunt vel nugatoria*
*vel ſuperſtitionis noxiæ, & quadam peſti-*
*fera ſocietate hominũ & dæmonum, quaſi*
*pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtitu-*
*ta, repudianda & penitus fugienda Chri-*
*ſtiano, vt fuſe tractatur in c. 6. illud quod*
*eſt ſecundum, 26. q. 2.*
d *Hanc autem quæſtionem fori diffiniemus,*
*habita ratione perſonarum ſortilegarum,*
*& qualitatis ſortilegii, nam ſi agatur, de*
*perſonis eccleſiaſticis, proculdubio ille co-*
*ram ſuo ordinario iudice epiſcopo vocan-*
*dæ ſunt, accuſandæ & iudicandæ, cap. at ſi*
*clerici, de iud. c. ſi diligenti. de foro compet.*
*Si vero agatur de aliis perſonis laicis, & ſi*
*ſortilegia hæreſin contineant, ad epiſcopum*
*vel inquiſitorem fidei pertinet notio, con-*
*iunctim vel diſiunctim, ſecundum præſti-*
*tutum ordinem in cle. multorum, de hære-*
*ticis, non aliter, vt dicitur in c. accuſatus,*
*§. ſane, de hæret. in Sex. & ſi opus ſit iudicio*
*ſanguinis, exſecutio pertinet ad iudicem*
*ſecularem, c. ad abolendam, c. excommu-*
*nicamus, c. vergentis, de hæret. Cognoſcit*
*& epiſcopus de imponenda ſortilegis pœni-*
*tentia,*



*tentia, eccleſiaſtica, ex concilio Aquenſi,* A
*in ca. epiſcopi, 26. qu. 5. non laicus iudex.*
*Admittuntur enim magi & ſortilegi ali-*
*quando ad pœnitentiam, vt hæretici reſi-*
*piſcentes & errorem recantantes, ca. ad a-*
*bolendum, §. præſenti, de hæret. Sapiunt*
*porro hæreſin ſortilegia, vt ſi dæmõ pro ve-*
*ro Deo habeatur, ſi imagines baptizentur,*
*aut alia fiant ea mente eaque pertinacia,*
*vt quis Deum verũ eiuſque ſacramentum*
*eſſe neget, non autem ſi ex pacto dæmonia-* B
*co, vt facilius a dæmone ob id quippiã con-*
*ſequatur, dæmonem adoret, vel ad magi-*
*ca baptizet, aut ſacroſanctã euchariſtiam*
*conculcet. Nam hæc & ſimilia quamuis*
*grauiſſima & horrẽda ſint & digna mor-*
*te peccata, tamen non pertinent ad hære-*
*ſin. Quemadmodum nec Salomon dicitur*
*apoſtataſſe a fide, quamuis permiſerit diis*
*alienis ſacrificari, 3. Reg. c. 11. mẽte fidem*
*retinens, vt & ſortilegæ, alioquin impia* C
*faciũt. Sic in ca. 1. de ſortilegiis Vdalricus*
*quidam presbyter, cum quodam diuina-*
*tore abiit, non vt inuocaret dæmonem, ſed*
*vt ſortilegio & per inſpectionem aſtrola-*
*bii furem detegeret, finiſque & intentio*
*operantis maleficium inſpici debet. Nam*
*quidam rebaptizant infantes, dæmonem*
*inuocant ad aliquid proſequendum, quod*
*dæmon pollicetur, non vt putent vere illum*
*Deum eſſe. Confitentur enim eum eſſe dia-* D
*bolum & Deo aduerſariũ. Tamen Sixtus*
*4. conſtitutione 2. iuxta ordinem Bullarii*
*Cherubin. die 17. Iunii, 1474. incipiente*
nunciatum, *commiſſariis datis iuſſit in-*
*quiri contra nõnullos ordinis ſanctæ Ma-*
*riæ montis Carmelis, qui diſputãdo & præ-*
*dicando in ciuitate Bononienſi aſſeuera-*
*bant, non eſſe hæreticum, & a puritate fi-*
*dei alienum dæmonum exſpectare reſpon-*
*ſa. Fuit quoque & hoc iudicatum, hæreti-* E
*cum in facultate Pariſienſi Sorbonica an-*
*no 1318. art. 2. Atque Imperatores Chri-*
*ſtiani iudicarunt maleficos & diuinos &*
*ariolos a ſecularibus iudicibus ſuis exter-*
*minari debere. l. nemo. l. culpa. l. milite, de*
*maleficis & mathem. C. vide de hac quæ-*
*ſtione iudicis ſortilegarum ex profeſſo diſ-*
*putantem, & ita concludentem Iacobum*
*Sprenger. in 3. parte mallei maleficarum,*
*q. 1. & Antoninũ Florentinum Archiep.*
*in 2. parte, fecit tamẽ frequentia criminis*
*ſortilegorum, vt eorum cognitionem ali-*
*cubi Innocentius 8. conceſſerit etiam in-*
*quiſitoribus fidei. ſic Alexander 6. cum*
*malefici & incantatores in Lombardia*
*multos errores inducerent, conceſſit facul-*
*tatem inquiſitoribus fidei, procedendi con-*
*tra eos, honeſto tamen comitatu per eos e-*
*ligendo, vt habetur in eius bulla ſeu conſti-*
*tutione, 12. incipiẽte,* cum acceperimus,
*iuxta ordinẽ in Bullario collecto per Laer-*
*tium Cherubinũ & in eodem quoque con-*
*ſtat idipſum ſtatuiſſe Leonem 10. conſti-*
*tutione 38. incip.* honeſtis, *& Adrianum*
*6. conſtitut. 5.* dudum, *& Alexandrum*
*4. conſtitutio. 10. ſuper.*

## Cap. II.

### *De diſtinctione ſortium permiſſarum & prohibitarum.*

SOrtes quædam fuerunt olim permiſſæ
in aliquibus, quædam omnino prohi-
bitæ. Hodie non niſi cũ magna cauſa quæ-
dam permiſſæ, quæ ſine ſuperſtitione aut
dæmonum pacto expreſſo vel tacito fiant,
D ad cognoſcendam Dei voluntatem in am-
biguis. *a* Sors enim per ſe aliquid mali non
eſt, ſed eſt res, in dubitatione humana, di-
uinam indicans voluntatem. *b* At incanta-
tiones magicæ dæmonumque diuinatio-
nes, quæ a cultu Dei auertũt, ſemper a Deo
capitalibus & vltimi ſupplicii pœnis, fue-
rũt prohibitæ. *c*

### Scholia.

E a *Hoc explicamus per totum, cap. 5. lib. 34.*
*ſyntag. probat & ca. non exemto Matthiæ,*
*ca. hi qui de paginis, ca. non ſtatim, 26. q.*
*2. ca. ſi. de ſortilegiis.*
b *ca. 1. ſors non eſt, 26. quæſt. 2. ex D. Au-*
*guſt. in Pſal. 30. concio. 2. ad verſiculũ,* in

manibus tuis ſortes meæ, *& notat glo. in d. ca. 1. quod quamuis ſors non ſit ex ſua natura mala, tamen prohibetur, quia propter aſſiduitatem labitur quis in idololatriam. Qua etiam ratione prohibetur iuramentum, ne aſſiduitas iurandi generet periurium. ca. iurabunt. 22. qu. 1. Sortibus olim in voluntate Dei exquirenda, vel in detegendis criminibus vſi. Saul. 1. Reg. 14. Ioſua, Ioſuæ cap. 7. Nautæ contra Ionam. Ionæ 1. & alii Luc. 1. Actor. 1.*

c *Exod. 22. verſ.* 18. non patieris maleficos viuere ſuper terrã. *Leu. 29. verſ.* 37. non declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ne polluamini per eos, ego Dominus Deus veſter, *vt iterũ Leuit. 20. verſ.* 6. Anima, quæ declinabit ad magos & Ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciẽ meam contra eam, & interficiam eam de medio populi ſui, *& paulo poſt. verſ.* 27. vir ſiue mulier, in quibus fuerit Pythonius vel diuinationis ſpiritus, morte moriatur, lapidibus obruet eos populus, ſanguis eorum ſit ſuper eos. *Et Deut.* 18. non inueniatur in te, qui luſtret filium tuum aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia, atque auguria, nec ſit maleficus aut incantator, neque pythones conſulat atque diuinos & quærat a mortuis veritatem. *Idipſum, Numerorum ca. 23. impoſuitque pœnam vltimi ſupplicii. Saul. 1. Regum 23. verſ. 9. impoſuerunt & ſupremum ſupplicium incantatoribus Ethnici, vt liquet ex Platonis 11. de legibus Dione, lib. 52. Xyphilino ex eo. Dione in Iuliano, Herodiano, in 4. Cornelio Tacito, libr. 2. Suetonio in Tyberio, ca. 32. Columella, de re ruſtic. ca. 8. vide quæ diximus, libr. 34. ſyntagm. c. 14. & 15. adde nouellam Leonis Imperatoris, 64. de incantatorum pœna, Photium 9. nomoca. c. 25.*

## Capvt III.

*Cauſæ diuerſæ ſortilegiorum, & diuerſæ eorum pœnæ.*

A Epiſcopi eorumque miniſtri, omnibus modis ſtudere debent, vt pernitioſam a diabolo inuentam ſortilegium, & magicam artem, ex parochiis ſuis penitus eradicent, & ſi aliquem virum vel mulierem huiuſmodi ſectatorem inuenerint turpiter dehoneſtatam, de parochiis ſuis eiiciant. *a* Si quis ariolos, aruſpices, vel incantatores obſeruauerit, conſuluerit, aut phylacteriis vſus fuerit, anathema ſit. *b* Si ſacris officiis deditiſunt, qui hęc agunt & his B vtuntur, ab eccleſia Dei debent proiici, *c* honore priuari, & monaſterio ad perpetuam pœnitentiam concludi. *d* Qui diuinationes expetũt, & more gentilium ſubſequuntur, vel in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte maledica vel expiãdi cauſa, quinquẽnio pœniteat. *e* Iure autem ciuili grauius & vltimo puniuntur ſupplicio. *f* qui in tabulis vel codicibus, vel aliis furta requiſierit, C vel diuinationes in aliquibus rebus obſeruare præſumſerit, 40. dies pœnitere debet. *g* Sacerdos, qui per inſpectionem aſtrolabii voluerit furtum detegere, per annum & amplius, prout viſum fuerit epiſcopo, pœnitentia accepta ab altaris miniſterio debet abſtinere. *h* Quicunque laicus, aut clericus, auguria, ſorteſve etiam ſub nomine fictæ religionis, conſulere vel D docere detegitur, debet haberi ab eccleſia extraneus, *i* vt incantationibus quoq; inſeruiens, ab eccleſiæ conuentu ſeparari debet. *k* Quicunque etiam ſacerdotum vel miniſtrorum cauſa, cuiuſque doloris aut amaritudinis permotus, aut altare diuinum veſtibus ſacris exuere pręſumſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accinxerit, aut conſueta luminariorum obſequia ſacrorum, de templo Dei ſubtraxerit, & extingui præceperit, ſi nõ pœnituerit arbi- E trio ſui metrapolitani, dignitate & honore priuari debet; ſacerdos etiam inimicitiæ ſauciatus, ſi miſſam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro viuis ſtudet celebrari, vt mortis incurrant pericu-



A periculum, tam ipſe ſacerdos depoſitus ordinis ſui gradu, quã ille, qui ad talia peragenda eum incitaſſe cõſtiterit, exilii perpetui ergaſtulo relegari debent. *l* Qui etiam aliquid fecerit, vel ad potandum alicui dederit explendæ libidinis cauſa, vel odii meditatione, vt non poſſet generare aut concipere aut ei naſci ſoboles, vt homicida puniendus erit *m* Qui mala ſacrificia fecerit vel habuerit, pœna legis Corneliæ quoque de ſicariis tenetur. B

## Scholia.

a *in canon. 2. ex concilio Agathenſi apud Burchardum, libr. 10. decret. 9. latius in c. epiſcop. 1. 26. quæſt. 5. qui citatur a Gratiano ex concilio Anchirenſi ſicut ab Iuone parte 11. c. 3. & Burchardo, lib. 10. ca. 1. & in Panorm. lib. 8. c. 72. veruntamen canon ille, neque in concilio Anchirano Græco vel latino impreſſo vel manuſcri-* C *pto inuentus eſt: licet ii, qui tomos conſiliorum ediderunt, aſſerant haberi in quodam vetuſto codice, lib. 16. librorũ partialium. Quæ notanda ſunt pro eo quod ex illo ca. epiſcopi, quidam exiſtimarunt colligi poſſe nullas eſſe ſortilegas, quæ ſe poſſint transformare in diuerſas figuras, ſed illas tantum in mente pati, remanente corpore immutato, quæ tamen ſententia hodie ex inquiſitorum fide occurrentibus iudiciis, &* D *ſecularibus animaduerſionibus, explicationem lucidiorem accepit: vt neque is ca. epiſcopi, multũ conſideretur pro definiẽdis ſortilegiis, lamiis, vel ſtragibus, de quibus nos abunde. lib. 34. ſyntag. c. 16. & c. 20.*

b *can. 1. ſi quis ariolos, 26. quæſt. 5. ex concilio Romano ſub Gregorio iuniore, cap. 12.* φυλακτήρια ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, *ab obſeruando, & ſignificant characteres, chartas, vel alia delata pro amuletis ſeu pro auerſione ma-* E *lorum, vel ad aliud quippiam cum ſuperſtitione faciendum, ex quibus tamen nulla vis naturaliter poteſt colligi. In regeſto Gregori, cap. 15. idolorum cultores, aruſpices, ſortilegi, ſi corrigere ſe noluerint, ſi ſerui ſunt, verberibus cruciatibuſue quibus ad emendationem peruenire poſſint, caſtigari iubentur, ſi vero ſint liberi, dicũtur incluſione digni & ſtricta pœnitentia, vt refert Burchardus, libr. 10. decret. c. 3. & can. 10. contra idolorum cultores. 26. q. 5. Et in concilio Triburenſi, c. 4. ſi aliquis mãducat aut bibit, aut portat ſuper ſe vnde exiſtimet Dei iudiciũ peruertere poſſe, & exinde comprobatus fuerit, eadem ſen-* B *tentia feriatur, qua magi, arioli, & incantatores feriuntur, vt Burchard. refert. lib. 10. decret. c. 26.*

c *ca. 4. non oportet, 26. q. 5. non oportet ſacris officiis deditos vel clericos, incãtatores exſiſtere, aut facere phylacteria quæ animarum ſuarum vincula comprobantur, eos autem, qui talibus rebus vtuntur, proiici ab eccleſia iuſſimus, vt & in concilio Laodicenſi, c. 36. & in Agathenſi, 68. rurſum* C *& in pœnitentiali Romano,* quicunq; nocturna ſacrificia dæmonum celebrauerit, vel incantationibus dæmones quacunque arte ad ſua vota inuitauerit, tres annos pœniteat. *Refert Burchar. lib. 10. decret. 31.*

d *ca. ſi quis epiſcopus aut presbyter, 26. qu. 5. ex concilio Toletano 4. cap. 28. & in cap. ſi ſi quis clericus, 9. ea. q. 5. ex concilio Aurelian. 1. c. 32. idipſum in concilio Carthaginenſi, 4. c. 89. in c. auguriis, 11. 26. qu. 5.* D *Hic tamen obſeruandum, quod gloſſa. 1. colligit ex cap. 2. de ſortileg. in pœna imponenda ſortilegis vel eos conſulentibus, iudicem debere animaduertere, ad qualitatem & quantitatem delicti, & animum delinquentis, & ſecundum ea, pœnam dicere aut acerrimam aut leuem. Refert & Paulus Grillandi tracta. de ſortilegiis, qu. 11. in concilio Lateranenſi etiam habito* E *ſub Leone 10. ſeſſione 9. Clerici qui inuenti fuerint culpabiles in ſortilegiis per inuocationem dæmonũ, diuinationibus, incantationibus, ſuperſtitionibus, arbitrio ſuperioris iubentur notari, infamia, ſi vero non deſtiterint, deponi, atque in monaſte-*

*rium ad tempus arbitrio ſuperiorum diffiniendum detrudi, officiis & beneficiis eccleſiaſticis priuari.* A

e *ca.2.qui diuinationes,26.q.5.ex concilio Anchyrano,c.23.& 24.ca.non liceat,3. eadem 26.quæſt.5.ex concilio Martini Bracha. ca.72.vbi,* non liceat, *inquit canon,* more gentilium colere aut obſeruare elementa, ſtellarum curſus, inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, aut ad ſegetes, aut arbores plantandas, ineundaq; coniugia, &c. B *expiationes quoque maleficiorum prohibentur, dum aduocãtur magi, vt malum a domibus foras expellant, aut luſtrationes more paganorum faciant. Et in concilio Rothomagenſi,* ſi quis in calendis Ianuarii aliquid fecerit, quod a paganis inuentum eſt, & dies obſeruat & lunam & menſes, & horarum effectiua potentia aliquid ſperat in melius aut deterius verti, anathema ſit. C *Burchard.lib.10.decret. c.18.ad ritum paganorum refertur, quod prohibetur in concilio Arelatenſi, ca.5.his verbis,* quicunq; exercuerit hoc quando luna obſcuratur, vt cum clamoribus ſuis, aut maleficiis, ac ſacrilego vſu ſe poſſe defendere credat, & quicunque diuinos præcantatores phylacteria etiã diabolica, vel characteres diabolicos, vel herbas vel ſuccos ſuis, vel ſibi impendere tentauerit, D & quintam diem in honorem Iouis, vel calendas Ianuarias ſecundum cõſuetudinem paganorum honorare prẹſumſerit, monachus, 5. clericus 4. laicus, 2. annos pœniteat, *vt refert idem Burchardus, lib.10.ca.32. Item pertinet ad ritum paganorũ, vt ſcribitur in concilio Agathenſi, cap.5. vota ad arbores vel ad fontes, vel lapides quoſdam, quaſi ad altaria facere, aut ibi candelam,* E *aut quodlibet munus deferre, perinde ac ſi ibi quoddã numen ineſſet, quod poſſit malum aut bonum inferre. Meminit enim D. Greg. in regeſto & Burchar. lib.10.c.2. quoſdam eſſe, qui arbores colãt cõtra Chriſtianam fidem, & rurſ. Burch. eo. lib. c.19. ſcribit, de cõcilio quodã Hannetẽſi, in quo. c.8. admonentur epiſcopi, & eorũ miniſtri, vt curent comburi arbores dæmonib. conſecratas quas vulgus coleret & in tãta veneratione haberet, vt nec ſurculũ inde auderet amputare, lapides quoq; quos in ruinoſis locis & ſylueſtribus, dæmonum ludificationibus decepti homines venerabantur, vbi & vota vouebant & deferebant, funditus effodi & in talem locum proiici, vbi nunquam a cultoribus ſuis venerari poſſent, iubeturq;, vt illis qui hoc feciſſent, pœnitentiam imponant, quaſi idola adoraſſent, & niſi emendari vellent & pœnitere, ab eccleſia exſcinderentur, refert & idem ex concilio Bracharenſi, ca.22. Burchar. eod. capite hæc verba,* ſi in alicuius presbyteri parochia infideles aut faculas accenderint, aut arbores aut ſaxa aut fontes venerarentur, ſi hoc eruere neglexerint, ſacrilegium ſe feciſſe cognoſcat præſumtor aut hortator rei ipſius, ſi admonitus hoc emẽdare neglexerit, communione priuetur. *Hoc etiam commune inſimulatum ab Anglis Ioannã virginẽ, quæ reſtituit diuino auxilio regnum Carolo Regi Galliarum legi in eius proceſſu, non tamen de eo conuictam nec confeſſam, vere quippe idololatria eſſet, lapides & arbores adorare & dæmones ibi latẽtes, vt ſolem, lunam, & aſtra cœli, quæ diuino præcepto prohibentur, Deut.4.verſ.15.& c.16.verſ.21. Sapientiæ 13.verſ.10. morſque indicitur huiuſmodi operãtib. Deuteron.4.verſ.25.& cap.13.verſ.6.*

f *Iure ciuili, vt in l.3. C. de malefic. & mathemat. libr.9.tit.18. ſingularis hæc lex,* nullus aruſpex, nullus ſacerdos, nullus eorum, qui huic ritui aſſolent miniſtrare, ad lumen alterius accedat, vel ob alterã cauſam, ſed huiuſmodi hominum amicitia, quamuis vetus, repellatur, cõcremando illo aruſpice, qui ad domum alienam acceſſerit, & illo in inſulam deportando poſt ademtionem bonorum, qui



qui eum aduocauerit ſuaſionibus vel A præmiis, & accuſatorẽ huiuſmodi criminis non delatorem eſſe, ſed magis dignum præmio arbitramur, *hæc in d.l.3. rurſum autem in l.nemo aruſpicem, 5.eo. tit.* nemo aruſpicẽ conſulat aut mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum præmia confeſſio conticeſcat: Chaldæi ac magi & cẹteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partẽ aliquid B moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curioſitas, etenim iudicio capitis ferietur, gladio vltore proſtratus, quicunque iuſſis noſtris obſequiũ denegauerit. *Et in l. & ſi excepta, 7. C. eo. magi, malefici, arioli, aruſpices, augures, mathematici, ſomniorum interpretes, diuini, & ſimiles, ſine ratione dignitatis qua exuuntur, addicuntur equuleo, vngulisque ſulcantibus corpora.* C

g *cap.1. de ſortileg. & in pœnitentiali Bedæ presbyteri.* Quicunque pro curioſitate futurorum vel inuocatorẽ dæmonum, vel diuinos quos ariolos appellant, vel aruſpices qui auguria colligunt, conſuluerint, clerici, ab omni officio remoti, tres annos, laici, duos pœniteant.

h *c.2. de ſortileg.*

i *c.aliquanti, 6. cũ 3. ſeq. 26.q.5. Puniuntur & docentes & diſcentes, cũ ſimilis ſit culpa* D *tam prohibita diſcere, quam docere. C. de malefi. & mathemat. debet enim ſilere diuinandi curioſitas: l.culpa. l.nemo, C.eo.*

k *cap.11. auguriis, 26. quæſtio.5. ex concil. Carthaginenſi, 4.c.89. & vt dicitur in cõcilio Rothomagenſi. ca.4. apud Burchard. lib.10.c.18. perſcrutandum eſt, ſi aliquis ſubulcus vel bubulcus, vel venator, vel cæteri huiuſmodi dicat diabolica carmina ſuper panẽ, aut ſuper herbas, aut ſuper a-* E *lia quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abſcondat, aut in biuio, aut in triuio proiiciat, vt ſua animalia liberet, peſte & clade, & alterius perdat, quæ omnia idololatriã eſſe nulli fideliũ dubium eſt, & ideo ſummopere ſunt exterminanda. Iure ciuili, qui magicis accincti artib. contra hominum ſalutem aliquid moliti ſunt, aut pudicos animos impuliſſe ad libidinem deteguntur, ſeueriſſime puniuntur, l. eorum eſt ſcientia, 4. de malefic. & mathem. iunge nouellam 77. Leonis Imperatoris, de pœna incantatorum.*

l *cap. quicunque, 13. 26. quæ.5. ex concilio Toletan.13. cap.7. adde l.nulli magicis, 6.* B *de malefic. & mathemat. C. cui iunge. §. item lex Cornelia, verſ. eadem lege, de public. iudi. apud Iuſtin.*

m *c.ſi aliquis, 5. de homicid. eius generis ſunt maleficia, quæ ſteriles & arctas mulieres faciant, & viros ad coitum impotentes, vt in cano. ſi per ſortiarias, 33.q.1. iure ciuili, pudicos animos in libidinem deflectentes magicis ſeueriſſima ſententia puniuntur, l. eorum eſt, 4. C. de malefic. mathem.*

C n *l. ex ſenatuſconſulto, 13. ad leg. Cornel. de ſicar. nempe ſacrificia, quæ ariolandi aut damnandi alio modo cauſa fiunt, in quibus & exta inſpiciebãtur ſacrificatorum, Prohibita & eodem modo gentilia ſacrificia, quæ noctu a lamiis fiunt, in c. epiſcopi, 8. quæſt. 5. Pœna legis Corneliæ de ſicariis capitalis eſt. l.3. §. legis Corneliæ. & l. penult. ad leg. Cornel. de ſica. P. prohibentur & ſub pœna vltimi ſupplicii ſacrificia pa-* D *ganorum, l.1.7. & fi. de paganis ſacrificiis & pœnis eorum, &c. C. vbi & aliæ pœnæ, vt & in leg.2. & 4. de apoſta. C.*

# DE HOMICIDIO.

## a TITVLVS XIII.

a *de hoc agitur, libr.5. decretalium, titul 12. de homicidio voluntario & caſuali. & in Sexto, libr. 5. tit.4. in clementinis, libr. 5. tit.4. titulo de his qui filios occiderunt, libr. 5. tit.10. & C. lib 9. tit. 17. & in decreto. c. de eo autem, & ſeq. vſque ad* E *cap.5. qui altari 50. diſt, & tota 23. quæ.5. & alibi & tit. ad leg. Corneliam, de ſicariis, libr. 48. P. tit.8. & li.9. C. tit.16. ad leg. Pompeiam, de parricid. libr.48. tit.9. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt, lib.48. P. tit. 21. & lib.9. C. tit.51. & nos lib.36 ſyntagm. iuris vniuer. c.15. & ſeq. vſque ad 25.*

## Capvt. I.

1 *Occidere quid.*
2 *Et homicidii ſpecies.*

1 INter grauiſſima † crimina homicidium computatur, *b* id eſt hominem occidere. Occidere vero iuxta nominis proprietatem eſt, adhibita manu & vi mortem inferre. vulgo autẽ, & quolibet modo mortis cauſam dare. *c*

2 Generaliter etiã triplex eſt † ſpecies homicidii, nempe interficere, detrahere & odio habere. *d* Eſt & interpretatiue homicida, qui cum poſſit, fame morientib. non ſuccurrit. *e* Eaque ratione talis, qui res epiſcopi vel eccleſiæ rapit, quia bona ſunt famelicorũ, *f* quiue pœnitentiã negat morienti, homicida animæ eſt. *g* vt qui eum compellit iurare, quẽ ſcit falſo iuraturum, eius enim animam, ſuam quoq; occidere videtur, *h* is quoq; qui ꝓpinando vel quidpiam faciẽdo procurat ſterilitatem, & generationẽ prohibet, inter homicidas ponitur, *i* quive procurat abortũ, *k* ſed & paſtor animarum tacendo, qui delinquentes non arguit, homicida animarũ cenſetur. *l*

### Scholia.

a *c. quæſitum, de temporib. ordina. c. inquiſitionis, de accuſatio. ca. miror, 50. diſt. horrendum crimen ſanguinẽ fratris ſui fundere, Geneſ. 4. cum natura nefas cenſeatur, hominem homini inſidiari, l. vt enim de iuſti. & iure prohibitum iure diuino,* non occides. *Exod. 20. verſ. 13. & cap. 5. verſ. 17. D. Matthæi. c. 5. verſ. 21. & cap. 19. verſ. 18. ad Rom. ca. 13. verſ. 3. Geneſ. c. 9. verſ. 6. cum ſimilib. priuare rebus hominẽ graue, ſed priuare vita grauius, tum quod eſſe hic deſinat, tum quod valde dubium quo ſtatu anima eius ex hac vita in alıud ſeculum euadat, an morte æterna an vita æterna digna.*

b *l. ita vulneratus. §. 1. ad l. Aquil. P. homicidium hominis peremtio eſt, ſiue quis ſeipſum occidat, ſiue alium. ca. homicidium, 28. de pœnit. diſtinct. 1. can. diſplicet, 23. q. 4. can. ſi non licet, 23. q. 5.*

c *ca. homicidiorum, 24. cum 4. ſequentibus, de pœniten. diſt. 1. detractores priuant animam cui detrahunt, in quantum poſſunt virtute, quam Deus illi dedit, vt dicendo ſapientem, inſipientem, cap. 1. 21. diſt. ſic qui mala fratri perſuadet, occidit eum. ca. noli putare, de pœn. diſt. 1.*

d *ca. paſce, 86. diſtinct. ca. decimæ, 6. quæ. 1. leg. necare, de liberis agnoſcen. P.* Panis egentium, vita pauperum eſt, qui defraudat illũ, homo ſanguinis eſt: qui aufert in ſudore panẽ, quaſi qui occidit proximum, qui effundit ſanguinẽ & fraudat mercenarium, fratres ſunt, *Eccleſiaſtici 34. verſ. 25. & Iob. 24. verſ. 10.* mane primo conſurget homicida, interficiet egenum & pauperẽ, per mortem vero erit quaſi fur.

e *can. qui Chriſti, can qui abſtulerit, can. aurum, 12. q. 2.*

f *ca. ſi presbyter, 12. & ſequenti agnouimus, 26. q. 6. nempe quia priuatur ſalute æterna quæ eſt vera vita animæ, vt peccatum & priuatio beatitudinis eſt mors æterna animæ, vt videbis apud nos. lib. 1. de immortalit. animæ, ca. 3. tom. 4. commentariorum Syntaxeon artis mirabilis. ca. ille qui hominem, 55. 22. q. 5.*

g

h *ca. ſi aliquis, 5. de homicid. ca. ſicut ex literarum, 20. eo. tit. hinc fit, vt in crimen legis Corneliæ de ſicariis incidat, qui ſe caſtrauerit, vel alium fecerit caſtrare, & qui teſticulos alicui ita intorſerit vel extorſerit, vt ſpado eſſet, l. 4. §. fin. & l. 5. & 6. ad leg. Corne. de ſicar. habenturq; tales pro homicidis, in can. ſi quis abſciderit, 55. diſtinct.*

i *leg. ſi mulierem, 8. ad leg. Cornel. de ſicar. leg. Cicero, de pœniten. Pandect. maxime ſi partus, qui eiicitur fuerit iam animatus in vtero; can. Moſes, ca. quod vero, 32. quæſt. 2. l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, de pœnis, P.*

k *ca. Epheſiis 43. diſt.*

Cap.



## Capvt II.

1 *Quotuplex homicidium nempe voluntarium, caſuale, neceſſarium.*
2 *Ex perſonis necatis, vt parricidium.*
3 *Ex voluntate, actu, vel his concurrentib.*

HOmicidium aut voluntarium, aut caſuale dicitur, aut neceſſarium. Quia homicidium committitur, vel ex voluntate, vel ex caſu, vel ex neceſſitate. *a* Voluntarium fit, aut per inſidias *b* facto, conſilio, præcepto, defenſione, *c* lingua, ſeu cohortatione ad necandum. *d* Caſu fit, cum non accidit ex propoſito. *e* Neceſſitate, dum quis ſe defendendo, aliter mortem euadere non poteſt, niſi impetentem necet, *f* vel ſi lege vel ſuperioris auctoritatem & poteſtatem gladii habente iuſſu, mortem inferat, vt mox dicemus. *g*

Diſtinguitur & homicidiorum qualitas ex conditione perſonarum interemtarum ſic; dicimus ſimpliciter homicidium, pro homine interemto, cuiuſcunque ſit ſexus *h* & ætatis. *i* Parricidium, quando occiduntur parentes vel filii vel aliæ perſonæ ſanguine vel ſumma amicitia coniunctæ, prout leges docent. *k* Aliud eſt homicidium voluntate tantum commiſſum; aliud actu tantum, aliud voluntate & actu ſimul. *l*

### Scholia.

a *de his omnibus liquebit poſtea in pœnis, vide gloſſam ad cap. ſicut dignum, §. fina. ad verbum* conſilium, *de homicid. vide & ca. ſequens, & quæ diximus de delictis voluntariis lib. 10. ſyntag. ca. 2. Sic Plato lib. 9. de legibus homicidium conſulto, aliud inconſulto fieri dixit.*

b *Homicidium voluntarium, quod deliberatũ doloſe & proditorie fit; cum quis non cauentem aggreditur clam. interdum aperte ſine inſidiis, cap. 1. de homicid. ex inſidiis opprimentes, vulgo aſſaſſini. dicuntur, vel arſacides bene loquentibus ex ſimilitudine eorum, qui ita dicti aliquando per inſidias Chriſtianos obtruncabant, de quibus in cap. 1. de homicid. in Sex.*

c *can. ſi quis viduam, 8. 50. diſtin. can. fina. 23. quæſt. 8.*

d *c. ſicut dignum, §. qui vero. de homicid. c. quod in dubiis. de pern. ca. pernicioſe, 23. de pœnitent. diſt. 1. vbi & exemplum quod Iudæi crucifixerint Chriſtum hora 3. lingua clamantes crucifige; milites hora ſexta mane.*

e *quando non ex voluntate ſed aliunde, c. presbyterum, c. dilectas, 13. & ſequent. de ſequent. de homicid. can. ſæpe contingit, 50. diſtin. leg. 1. §. 3. ad l. Cornel. de ſicar.*

f *vt in clem. 1. de homicid. c. 2. eod. tit. apud Gregor. quod eſt, cum ſuis circumſtantiis ſine reprehenſione, ſi aliter euadere non poſſet quam occidendo aduerſarium. l. 2. 3. 4. C. ad leg. Cornel. de ſicar. ſic occiditur latro a viatore impune, hoſtis a milite ca. cum homo, 19. 23. q. 5.*

g *vt dicemus mox c. proximo, & in d. c. cum homo, ca. de occidendis, cum ſimilibus, 23. quæſt. 5.*

h *in titulo de homicidiis, leg. ſi quis aliquid, 38. §. qui abortionis, de pœnis, pandect. & hominis etiam appellatio, ad vtrunque ſexum pertinet. l. hominis, de verborum ſignificat.*

i *etiam de partu in vtero viuificato, ca. ſicut. 20. de homicid. ca. Moſes, 31. quæſt. 2. de infante etiam in l. ſi quis necandi, 8. ad leg. Corne. de ſica. C. ca. fin. de his qui filios occider. lib. 5. tit. 10.*

k *de quibus in l. 1. 2. 3. ad l. Pompeiam de parri. lib. 48. pandect. titu. 9. in qua connumerantur, pater, mater, auus, auia, frater, ſoror, patraclis, matraclis, patruus, auunculus, amita, conſobrinus, conſobrina, vxor, vir, gener, ſocer, vitricus, priuignus priuigna, patronus, patrona, in quorum cæde dicatur parricidium. item in l. 1. de his qui parentes vel liberos occiderunt. lib. 9. C. tit. 7. de vxore & marito, in l. fi. ad l. Corne. de ſicar.*

Hhhh

l colligitur ex c. dilectus, 13. in fin. de homicid. Voluntate ſola fit, cum quis eo animo eſt, vt velit occidere, ſi poſſit, quamuis occiderit, non vt in l. is qui cum telo, ad leg. Corneliam, de ſicar. C. item ſi conſilium & approbationem homicidii dederit, c. ſicut dignum, de homicid. Actu tantũ fit, ſi quis aliquid agendo præter intentionem necauerit, vt ca. ex literis, 15. ca. ſignificaſti, de homicid. ſi furioſus, infans ve aliquem occiderint, l. infans. ad l. Corneliam, de ſica. pandect. l. pen. ad leg. Pompeiam, de parri. pandect. Actu & voluntate, quando ſponte, deliberate, per inſidias, quis actu etiam necat. c. 1. de homicid.

## Capvt III.

*Quis teneatur de homicidio.*

De homicidio tenetur, qui manu propria occidit, *a* aut qui veneno vel alio facto propinato vel admoto, *b* Nec crimẽ ætate defenditur, ſi adultus ſit qui deliquit, *c* niſi infans ſit *d* aut furioſus, *e* aut dormiẽs, *f* tenetur, & qui opem tulit; *g* qui incitauit ad certum homicidium; *h* qui etiam ſciens cuſtodiuit ſarcinas occidentiũ; *i* qui cauſam dedit homicidio; *k* qui mandauit eam verberari, qui a verberante occiſus eſt; *l* Qui occiderit in ſumma priuata auctoritate, quamuis impium & malefactorem, reus eſt homicidii; *m* multo magis, & qui ſeipſum necauerit. *n* At publica auctoritate miniſterium adhibendo publicę poteſtati, vt iudici, legi, principi, non ſolum non reprehẽſibile eſt homicidium, ſed laudabile, ſic iudex, lex, princeps, iubent recte vindictam bono animo exſequi, *o* vt lex nocturnum furem perfodientem murum occidere quoquo modo permittit, vt prohibet diurnum, niſi telo ſe defenderit *p* & aggreſſorem quoq; necari permiſit, ſi aliter aggreſſus ſe a morte liberare nequeat. *q* Permittuntur etiam ex aliis cauſis, vel ſaltem diſſimulantur, quod pertinet ad pœnam, illata quibuſdam homicidia. *r*

## Scholia.

a vt in c. 1. 2. 3. de his, qui filios occiderunt.

b cap. ſi aliquis, 5. de homicid. plus veneno quam gladio occidere, quia id proditorie fit. leg. 3. C. ad leg. Corne. de ſica. l. 1. C. de malef. & mathema. lib. 9. C. tit. 19. & dicuntur etiam iſti homicidæ venefici & lege Cornelia, de ſicariis & veneficis tenentur, qui venenum hominis necandi cauſa fecerit, vel vendiderit vel habuerit, dict. l. 3. & l. 1. §. 1. ad leg. Cornel. de ſica. Tenetur & Pompeia. de parricidiis, qui emit venenum vt patri daret, quamuis non potuerit dare, & frater qui cognouit nec indicauit, & medicus qui fecit. l. 1. & 2. ad leg. Pompeiam, de parricid.

c l. ſi quis te reum, 6. ad leg. Cornel. de ſicar. C. nec in criminibus minores ætatis ſuffragio iuuantur; nec malorum mores infirmitas animi excuſat, leg. 1. & 2. C. ſi aduerſus delict. lib. 2. tit. 35. l. auxilium, de minorib. 25. P. de homicidio itaque tenentur maiores 14. annorum, c. ſi. de delict. puero. lib. 5. tit. 21.

d Infans non tenetur de homicidio, clemen. vnic. de homic. ca. fin. de delict. puer. l. infans, 12. ad leg. Pompeiam, de parricid. P. Qui proximus tamen eſſet pubertati, ſi animum & malitiam delinquẽdi haberet, poſſet puniri, ſed non tam acriter ac maior. l. impunitas, de pœnis, P. malitia enim ſupplet ætatem. l. 1. ſi minor ſe maior. dixer. C. c. de illis, de deſponſa. impub.

e Clem. vnic. de homic. ca. nec is, 11. §. 1. & can. illud, §. itaq;, c. aliquos, ca. ſi quis inſaniens, 15. q. 1. d. l. infans, ad l. Cornel. de ſicar. l. penult. §. fin. ad l. Pomp. de parricid. l. diuus Marcus, 14. vbi ratio de offic. præſid. P. furioſus nõ dicitur facere iniuriam, ſed pati, l. 3. §. 1. de iniur. P. cap. illud relatum, 15. q. 1. nec dicitur præſens, l. 1. §. furioſus, de acquir. poſſe. Pandect.

f Clemen. vnica, de homicid. Ratio ibi, & c. maiores, §. verum, de baptiſmo. Sicut enim qui dormiendo & loquuntur & agunt, ſurguntque dormiendo, & perambulant interdum loca in caſu periculoſiſſima, in quibus vigilantes vix auderent accedere; quo autem genio, quave cauſa ita ducti & reducti in lectum & ſtratum videãtur, nec mihi cognitum eſt, ſcio tamen ita plures illis duci & traduci modis, interque tenebras denſiores ſaluos, niſi excitentur, inter agendum, in lectum redire, vnde dormientes prodierunt.



g Qui opem tulit, ſocius criminis videtur, & qui ſocietate ſe coniunxit animo feriendi aut occidendi, quamuis non occiderit, pari pœna puniendus eſt, ac ſi mors ſecuta ſit, c. ſicut dignum, §. illi autem, de homic. & hic diſtinctio adhibenda, quæ in homicidio commiſſo in rixa & in ſeditione adhibetur, num quis animo deliberato veniat cum aliis ad occidendum, an forte fortuna interuenerit, iuxta can. fin. 23. q. 8. & an plures vulnerauerint, an vnus tantum; Sicq; ſe habent verba canonis: Si quatuor vel quinque homines, vel etiam plures contra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus ſit; quicunque eorum plagam ei impoſuit ſecundum ſtatuta canonum, vt homicida iudicetur, reliqui autem, qui eum impugnabant volentes eum interficere, ſimiliter pœniteant; reliqui autem qui nec eum impugnabant, nec eum vulnerarunt, nec auxilio nec conſilio cooperatores fuerint, ſed tantũ adfuerint, extra noxam ſint. Iure ciuili, ſi in rixa percuſſus homo perierit, ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorum conſiderare oportet, l. ſi. ad leg. Cornel. de ſica. Quod ſi ictus lethalis non poſſit diſcerni, aut quis eum intulerit, omnes tenentur æque: ſi diſcerni poſſit, is præcipue qui fecit, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. atq; præcipuus reus homicidii cenſetur is, ex cuius vulnere mortuus eſt percuſſus, c. 3. & 4. de clerico. percuſſor. lib. 5. tit. 25. Atque etiam præcipue in auctorem ſeditionis animaduertitur, in l. 3. §. item is, ad l. Cornel. de ſicar. vide titulum de ſeditioſ. lib. 9. C. tit. 30. maxime in l. 1. & fin. l. 1. §. 2. ad l. Jul. maieſtat. P. atq; in l. ſi quis aliquid, §. auctores, de pœn. pandect. auctores ſeditionis & tumultus populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut beſtiis ſubiiciuntur, aut in inſulã deportantur, facitq; conſideratio principalis & auctoris ſceleris maiorẽ pœnã in eo, at non tollit peccatũ in aliis, qui eum comitati ſunt, vel opem dederint, quãuis illis minor aut leuior pœna imponatur; æqualis aũt, ſi deliberato animo occidẽdi aggreſſi ſunt mortuũ, non autẽ ſi in rixa repentina occidentib. ſe coniunxerint. Cum his & conſiderantur inſtrumenta, quib. in rixa vſi fuerint, vt qui leuioribus vſi fuerint, mitius puniantur, l. 1. §. diuus Adrianus, ad l. Cornel de ſicar. d. c. ſicut dignum, §. illi etiam. de homicid. Sed & qui ex parte defendentium, vel inuaſorum reſiſtit, ſi quiſpiam ex aggreſſoribus mortuus fuerit, vel ex defendentibus, excuſandus erit, non tamen in totum ſi ſit clericus; quia ſemper fit irregularis, ca. 3. & 4. de clerico percuſſo. ca. ſi poſt 50. diſt. niſi ſe ipſum defendendo, & repellendo, aggreſſorem interimat, clem. 2. de homicid. qui etiam ſocio opem tulit, quem alius volebat occidere, videtur excuſandus, alioquin & ipſe reus mortis eius, ſi omiſiſſet eius defenſionẽ, & ſi cum poſſet defendere, non feciſſet, c. fur, 23. q. 3. c. ſicut dignum, § illi etiã. de homic. c. 1. & c. error, 83. diſt.

h qui incitant tantum ad certum homicidium, non puniuntur pœna commiſſi homicidii, omnino, ſi autem ſuis ſuggeſtionibus ad homicidium prouocauerint, contra, d. c. ſicut dignum, §. qui vero.

i d. c. ſicut dignum, §. hi quoque, de homicid. Sic D. Paulus, dicitur cõſenſiſſe in necem Sancti Stephani, quod cuſtodiſſet veſtimenta eorum, qui eum lapidauerunt, Actorum 7. verſ. 58. & 60.

k vt in c. latro, 8. & c. ſicut ex literis, 20. de homic. c. 2. de clerico percuſſor.

l c. ſin. de homic. in Sex. qui enim aliquem

*verberari mandauit, poterat præuidere,* A
*fieri poſſe, vt verberando occideret, ideo*
*eſt in culpa.*

m *ca.penult.23.q.8. qui ſine aliqua publica*
*adminiſtratione, maleficum, furem, ſa-*
*crilegum, adulterũ, periurum, vel quem-*
*libet alium interfecerit, aut truncauerit,*
*aut membris debilitauerit, velut, homici-*
*da iudicabitur, & tanto acrius quanto ſi-*
*bi a Deo non conceſſam poteſtatem abuſi-*
*ue vſurpare non timuit. idipſum probatur* B
*in l.fin.de malefic. & mathema. C. vbi &*
*rationes aliæ adiiciuntur, cur puniatur,*
*quod geminæ ſuſpicioni ſit obnoxius, quod*
*aut publicum reum, ne facinoris ſocios pu-*
*blicaret, ſeueritati legum & debitæ ſub-*
*traxerit quæſtioni; aut quia propriũ for-*
*taſſis inimicum ſub huiuſmodi vindictæ*
*nomine, conſilio atrociore confecerit. Ad-*
*de quod non eſt ſingulis concedendum,*
*quod per magiſtratum publice poteſt fieri,* C
*ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi, l.*
*non eſt ſingulis, 137. de regul. iur. pand.*
*facit ca.9. non licet, 23.q.5. imo ſi miniſter*
*iudicis occidit eũ, quẽ iudex iuſſit occidi,*
*profecto ſi id ſpõte facit, homicida eſt, etiã*
*ſi eum occidit, quem ſcit per iudicem de-*
*buiſſe occidi, ca. cum miniſter, 14. & ca.*
*lex æterna. 15. 23. q. 5.*

n *cap. ſi non licet, cum 3. ſequent. 23.*
*quæſt. 5.* D

o *ca. necis, qui inuitus, 11. 15. quæſt. 1. ca.*
*de occidendis, 8. c. officia. 16. & ſequentib.*
*23. q. 1. non ſine cauſa enim gladium por-*
*tant, ca. non ſolum, 27. ca. non eſt crude-*
*lis, 28. cum 4. ſequentib. eadem 23. q. 5. Ita*
*principi vel iudici iuſte officium exercen-*
*ti homicidium ad culpam non imputatur,*
*ca. noli, & ſequent. 23. q. 5. dict. ca. de oc-*
*cidendis, can. miles. cum 4. ſequentib. can.*
*non fruſtra, cum ſequentib. 23. quæſt. 5.* E
*& perimere malos auctoritate principis,*
*non eſt homicidium committere, ca. qui-*
*cunque percutit, 13. quæſt. fin. ca. miles,*
*23. quæſt. 5. Sic etiam transfugam iure bel-*
*li proſequimur, vt ait Q. Curtius lib. 8.*
*& transfugas licet vbicunq; inuenti fue-*
*rint, occidere, quaſi hoſtes. l. 3. §. fi. ad leg.*
*Corneliam de ſica. Ita exſecutio datur ea-*
*dem vnicuique de populo contra bannitos*
*banno imperiali; vt liceat in eos, qui in*
*bannum imperiale inciderint ob pacem*
*publicam ruptam, vim impetumque face-*
*re impune, tam in eorum bannitorum bo-*
*na quam perſonas, vt habetur in conſtitu-*
*tione Caroli 5. de pace publica tenenda, c.*
*4. Auguſtæ Vindeliciorum comitiis de-*
*clarata. Per bannum imperiale omnis hu-*
*manitatis iura, viciſſitudineſq; officiorum*
*humanæ ſocietatis, tolluntur, bannitis &*
*commercia, hocq; eſt, quod erat antiqui-*
*quitus aquæ & ignis interdictio. Imo vl-*
*tra in hoc banno, iubetur populo & vni-*
*cuiq; ex illo, proſequi proſcriptum ob pa-*
*cem violatam, §. ſi iudex populi, de pace te-*
*nenda, & eius violatoribus, lib. 2. feudo-*
*rum tit. 27. vide quæ dixi de bannitis lib.*
*31. ſyntagma iur. c. 6. & de aqua & ignis*
*interdictione eo. lib. 35. c. 8. nume. 4. Sunt*
*& in eo numero dicti diffidati, vel ipſo iu-*
*re declarati tales, vt in c. felici, de pœn. in*
*Sex. vt in c. 1. in fine. de homic. in Sex. dif-*
*fidati dicuntur, quibus denegatur vel ſub-*
*trahitur fides. quibuſq; indictum eſt bel-*
*lum, & quos eo indicto quomodocunque*
*per inſidias aut aperto Marte, opprime-*
*re licet, non minus quam hoſtes aduerſus*
*quos idipſum permittitur in can. dominus,*
*23. quæſt. 2.*

p *ca. 3. de homicid. ſi quidem comprehendi*
*non potuit ſine damno eius, qui eum in*
*furto deprehenderit, aliter contra c. 2. eod.*
*tit. Conſentit & lex 12. tabularum. l. ita-*
*que, §. lex, ad l. Aquil. P. l. furem noctur-*
*num. 9. ad l. Cornel. de ſica. P.*

q *l. 2. ad leg. Corneliam de ſica. P. ca. 2. de ho-*
*micid. clem. vnica. eod. titu. exſtat ſimilis*
*lex diuina Deuter. c. 19. & Numerorum*
*35. quæ permittebat proximis necati per*
*inſidias, occidere & iugulare homicidam.*
*Imo ſi quis Cardinalem etiã ſe defenden-*
*do occiderit, non tenetur pœnis, ca. felicis,*
*de*



*de pœnis in Sex. vt notat ibi gloſſa ad ver-* A
*bum percuſſerit, adde c. ſi vero, de ſenten.*
*excom. qui enim agit lege permittente non*
*peccat. l. Grachus; ad leg. Iul. de adult. C.*
*can. qui peccat, 2. quæſt. 4. Tutius tamen*
*conſulitur confeſſoribus, vt his, qui ho-*
*micidium quomodocunq; permiſſum per-*
*egerint, pœnitentiam aliquam imponant,*
*propter ſecuritatem, ſi forte quid duplici-*
*tatis pro humana fragilitate in eodem fla-*
*gitio incurrerint, vt dicitur de his, qui ze-* B
*lo fidei excommunicatos occiderint, in can.*
*47. excommunicatorum, 23. q. 5.*

## Capvt IIII.

*De homicidio perpendendo.*

Voluntas in homicidii reatu puniẽdo
præcipue exſpectanda eſt, qua mente
fuerit qui necat, vel tentat occidere. *a* Eſt
conſequenter diſtinctum homicidium ca-
ſuale a voluntario, & quod non ſemper C
nec in totum excuſatur. Si enim quis dans
operam rei licitæ, occiderit caſu, non te-
netur; ſi nulla eum culpa vel negligentia
arguat; *b* Contra ſi ex culpa vel negligen-
tia, *c* aut dolo eius, *d* vel cum daret operam
rei illicitæ, *e* occidat.

### Scholia.

a *ca. pernicioſe, 23. de pœniten. diſtinct. 1. c.*
*fin. 23. q. 8. ibi.* volentes interficere, &c. D
*l. aut facta, 16. §. euentus, de pœn. P. cap.*
*aut facta, §. euentus. de pœniten. diſtinct.*
*1. Et ſi quis necandi infantis piaculum ag-*
*greſſus aggreſſuruſve ſit, capitali ſupplicio*
*puniri debet, c. ſi quis necandi, 10. de pœn.*
*diſtin. 1. l. ſi quis, necandi, 8. ad leg. Cornel.*
*de ſica. C. conſideratur & voluntas in con-*
*iuge volente occidere veneno vel alio mo-*
*do maritum vel vxorem, & conſideratur*
*potius voluntas quam exitus. l. fi. C. ad leg.* E
*Cornel de ſica. ca. ſi forte, 11. de pœniten.*
*diſtinct. 1. Et is, qui cum telo ambulauerit*
*hominis necandi cauſa, ſicut is qui homi-*
*nem occiderit, vel cuius dolo malo homi-*
*cidium eſt commiſſum, legis Corneliæ de*
*ſicariis pœna tenetur, l. is qui cum telo, 7.* A
*C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. in principio, &*
*§. diuus, eo. tit. in P. l. 1. §. 1. ad l. Iul. de vi*
*publ. P. §. item lex Cornelia, de ſicariis, de*
*publ. iudice apud Iuſt. Quare, ſi quis pro-*
*bauerit hominem non fuiſſe a ſe percuſ-*
*ſum occidendi animo, remiſſa homicidii*
*pœna, aliter cum eo agetur, l. 1. eum qui, 5.*
*C. ad leg. Corne. de ſica. quãuis poſtea mors*
*ſecuta fuerit; voluntas enim ſpectatur non*
*exitus, l. diuus, ad l. Cornel. de ſicar. ita ex* B
*corde procedunt homicidia l. adulteria,*
*&c. ca. occidit, 21. q. 5. cap. 1. 15. quæſt. 6.*
*Spectatur nihilominus quod factum eſt,*
*nũ quis ſit vulneratus vel occiſus, & cum*
*quibus inſtrumentis inuaſus; nam ex his*
*latens voluntas occidendi præſumitur vel*
*non necandi, l. 1. §. fi. ad leg. Cornel. de ſica.*
*ca. 5. de præſumt. lib. 2. tit. 3.*

b *vt c. dilectus filius, 13. & ſequent. 14. 15.*
C *16. 22. 23. 25. de homicid. Nec homici-*
*dium pure caſuale, quantum ad pœniten-*
*tiam, imputatur, ca. hi qui arborem, & ſe-*
*quent. can. ſæpe, 50. diſtinct. can. nec is, ca.*
*ſiue quis, 15. quæſtio. 1. ca. de occidendis,*
*23. quæſt. 5.*

c *c. presbyterum, 7. & 9. & c. ad audientiam,*
*12. de homicid.*

d *in lege Cornelia de ſicariis, dolus pro facto*
*accipitur, nec in hac lege culpa lata pro do-*
D *lo habetur. Quare ſi quis ex alto ſe præci-*
*pitauerit, & ſuper alium venerit, eumque*
*occiderit; aut ſi putator cum ex arbore ra-*
*mum deiiceret, non proclamauerit, & præ-*
*tereuntẽ necauerit, ad huius legis coerci-*
*tionem non pertinet, l. in lege Cornelia, 7.*
*ad leg. Corne. de ſica.*

e *cap. continebatur, 8. de homicid. cum ſi-*
*milib.*

## Capvt V.

De pœnis diuerſis homicidiorum.

E
1 *Spontaneorum habita ratione perſona-*
*rum.*
2 *Caſualium pure, & inuoluntariorum.*
3 *Commiſſorum a ſacerdote vel clerico.*

4 *Si parochiani præpoſitum aut epiſcopum occidant.*
5 *Si iniiciantur manus in clericos violentæ.*
6 *Si rector vel iudex prouinciæ necatur vel ſeditio commoueatur.*
7 *Si ſe ipſum quis occidat.*
8 *Compoſitio pro homicidio.*
9 *Si filii occidantur.*

1 POEna homicidiorum vel iuris ciuilis eſt; vel iuris pontificii, eaque vel pœnitentialis, vel fori contentioſi. Iure ciuili iuxta antiquam diuini & naturalis iuris legẽ; qui ſponte aut per inſidias alium occiderit, ipſe quoque mori debet. *a* Eccleſia autem cogere debet homicidas ad pœnitentiam. *b* Et proinde pœna introducta eſt pœnitentialis in epiſcopo homicida, depoſitio & peregrinatio, & 15. annorum pœnitentia; in preſbytero pœnitentia 12. annorum, cum depoſitione; diaconis 10. laicis 7. quorum tres in pane & aqua, cum prohibitione, ne ad gradum ſacerdotii accedere præſumant. *c* Qui autem voluntate, vel caſu cum negligentia vel culpa necauerit, iuxta canones nouos 5. annis debet pœnitere, & abſtinere a communione. *d* Qui preſbyterum occiderit, 12. annis, & vſque ad vltimum vitæ ſuæ tempus militiæ cingulo carere, & abſque ſpe coniugii manere, *e* & pecuniariam mulctam ſoluere, *f* quæ & diuerſa in occidente diaconum, ſubdiaconum, aut epiſcopum. *g* Qui autem monachum occiderit, aut clericum, arma relinquere debet, & Deo in monaſterio ſeruire cunctis diebus vitæ ſuæ, & publicam pœnitentiam agere. *h*

2 At pure caſuale homicidium non imputatur, ad pœnam ſeu pœnitentiam, ſi ſit ſine culpa & negligentia, *i* vt neque ad irregularitatem; *k* quemadmodum, nec quod fit ab infante, dormiente, furioſo, & eo, qui aliter mortẽ vitare nõ valens ſuum occidit vel mutilat inuaſorem. *l* Pro homicidio tamen inuoluntario, vbi ſufficiẽs cautio non præceſſit, ſecundum maius & minus, leuior tamen pro alio homicidio pœnitentia eſt imponenda. *m*

3 Sacerdos poſt homicidium perpetratum, non debet in ſacerdotio miniſtrare, *n* ideo in foro contentioſo eccleſiaſtico, eccleſia ſolet clericos homicidas in perpetuum deponere, & ſuſpendere aliquando ab ordinum tractatione & miniſterio altaris, *o* atque prohibentur in eccleſiis poſtea vllo tempore lectiones legere, vel reſponſoria in choro ſeparatim cantare; aut ſolet diſtricto clauſtro monachorum aut canonicorum regularium, vſque ad ſeptennium vel quinquennium, concludere, & ab eccleſiarum introitu coercere. *p* Sed etſi clericus arma ſumſerit, vt etiam infidelibus & paganis reſiſteretur, & aliquem ſe ex illis occidiſſe habuerit in conſcientia, debet a miniſterio altaris abſtinere. *q* Quod ſi tantum arma ſumſerit ad repellendum, & fuit in conflictu, nec ipſe facto vel conſilio occiderit, poteſt ex diſpenſatione in ſubdiaconatu remanere. *r* At ſacerdotes, qui gubernant naues militares, aut pugnant, aut alios incitauerint ad conflictum, peccant enormiter, & de rigore canonico debent deponi. *s* Hortari tamen ad bellum iuſtum, non eſt illis prohibitum. *t*

4 Parrochiani qui auſu diabolico, epiſcopum ſuum peremerunt, priuari debẽt feudis eccleſiæ eius, & ad alia obtinenda incapaces declarari; *v* Aliquando illud homicidium ſui epiſcopi iterãtes, priuantur epiſcopatu. *x*

5 Eſt & cõmunis pœna iniicientium manus violentas in clericos, excommunicatio apoſtolica, a qua non poſſint præterquam in mortis articulo, ab alio, quam a ſummo pontifice abſolui. *y* Aliæ & maiores ex circumſtantiis perſonarum & temporum additæ.

6 Quare & quicunque clericus vel laicus *z* in prouincia ſubiecta ſummo pontifici in temporalibus & ſpiritualibus, rectorem ab eo ei præpoſitum aut iudicem aut



aut theſaurarium, aut locum tenentem occiderit, aut inſecutus fuerit, ceperit, captiuauerit, detinuerit, vulnerauerit, percuſſerit, aut in locum vbi erunt inſiluerit, aut eos obſederit, de locis ſuis, deque regimine boniſque expulerit, fugauerit, aut ſocius facientium fuerit, aut ſeditionem, populumque ad rebellionem quomodocunque directe vel indirecte commouerit per ſe vel per alium, aut auxiliũm vel fauorem directe vel indirecte, palam vel occulte dederit; cuiuſcunque ſit dignitatis, etiam patriarchalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, vel ſuperioris, fit infamis; nec poteſt ad teſtimonium admitti, nec teſtari, aut ex teſtamento vel ab inteſtato vocatus capere; non agere, quamuis conuentus omnibus teneatur reſpondere, non valent eius ſententiæ, aut proceſſus; non poteſt patrocinari pro aliis, nec vllus ei patrocinium præſtare; inſtrumenta per illum confecta, ſi tabellionatus gerat officium; nullius ſunt effectus; dignitatibus, officiis, & beneficiis eccleſiaſticis vel mundanis, quæ obtinet, quæcunque ſunt & quocunque nomine cenſeantur, eſt ipſo iure priuatus; indignus ad ea, & alia in poſterum obtinenda, nec filii eius ad ea admittuntur, qui & libertates, immunitates, priuilegia ab apoſtolica ſede eis conceſſa amittant; atque vaſalli & homines a iuramento fidelitatis eius & alia quauis obligatione, quibus tenentur ſunt penitus abſoluti, confiſcatis bonis immobilibus, & feudis quæ ab eccleſia Romana habet, vbi id commiſſum fuerit; & aliis bonis feudis, quæ alibi habet ab aliis eccleſiis, ipſo iure, priuatur, quæ reuertãtur ad illorum rectores diſponẽda, conceduntur & eius mobilia fidelibus occupanda. Cum his omnibus & in eum excommunicationis ſententia eſt ipſo iure lata. Quod ſi ſit vniuerſitas vel cõmunio, quæ illud ipſum commiſerit, interdicto ſubiicitur eccleſiaſtico ipſo facto, a quo vt nec perſonæ ſingularis ab excommunicatione fit abſolutio, niſi a ſummo pontifice, vel alio in mortis tantum articulo. Daturque inſuper poteſtatibus vtendi in huiuſmodi delinquentes legibus, quas principes catholici aduerſus huiuſmodi delinquentes ediderunt. Et iſtæ etiam pœnæ prædictæ, pertinẽt ad omnes reos maieſtatis, ſeditioſos, & percutientes, inſequentes vel necantes cardinales. *aa*

7 Pro illis vero, qui ſibi ipſis voluntarie, aut per ferrum, aut per venenum aut præcipitium, ſuſpendium vel alio quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla debet fieri commemoratio in oblatione, nec illorum corpora cum pſalmis ad ſepulturam deduci. *bb*

8 Accedit condemnationi pœnali & criminali homicidii preſbyteri alicubi compoſitio pecuniaria, cuius pars eccleſiæ, cuius erat preſbyter necatus, altera in eleemoſynas eius nomine diſtribui debet. *cc*

9 Mulier autem quæ partum animatum medicamentis vel aliter ſponte abegerit, vel aborſum ita fecerit, capitali ſupplicio erit plectenda. *dd* Aliquando tamen mitius in foro pœnitentiali per iracundiam filium occidens, pontificio hoc iure pœnitentiæ agendæ cauſa, ad aliquod monaſterium tranſire *ee* debet. Quod ſi ſuffocatus inueniatur in lecto parentum infans, & ignoretur, quis ex coniugibus eum oppreſſerit, euentu mortis conſiderato, vterq; tribus annis pœnitere debet, quorum vnum in pane & aqua debent peragere. *ff*

## SCHOLIA.

a *homicida quod fecit exſpectet, id eſt mortem, quam intulit. l. 3. C. de epiſcopa. audien. l. ſaecularii, §. ſunt quædam, de extraordin. criminib. Olim iure ciuili legis Cornel. de ſicar. & veneficiis pœna, in inſulam deportatio & omniũ bonorũ ademtio erat, ſed hodie ſolẽt capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, vt pœnam le-*

gis Corneliæ ſuſtineant, ideo ſolent deportari in inſulam; A & humiliores beſtiis ſubiiciebantur, l. 1. §. pen. ad l. Cornel. de ſica. l. qui cædem dolo malo, 16. eod. tit. Iuſtinianus gladio animaduerti & vltimo ſupplicio in huiuſmodi homicidas & veneficos tradit §. item lex Cornelia, de ſicariis, de public. iudic. iure diuino, qui effuderit humanum ſanguinem, eius ſanguis effundendus, Geneſ. 9. Exod. c. 21. qui per inſidias aut ſponte hominem occiderit, B morte moriatur. & rurſum, Numer. 35. verſ. 16. ſi quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, qui percuſſerit reus erit homicidii, & ipſe morietur. Et ad Gal. ca. 5. qui gladio occiderit, debet mori gladio & vltra a vita æterna, niſi pœnituerit, fit alienus, vt habetur Apocalypſ. cap. 21. verſ. 8. Reſpuit natura ipſa homicidium, per quam nefas hominem homini inſidiari, l. 5. de iuſtit. & iur. C

b c. itaque, 24. q. 3.

c c. 41. ſi quis homicidium, 50. diſt.

d ca. eos vero, 42. & 43. ſi quis voluntarie, 50. diſtinct. ex concilio Ancyrano c. 22. & ex capitulis Martini Bracharenſis epiſcopi, cap. 78. Si voluntarie etiam domina ancillam verberaſſet ſæuiendo, & ea mortua fuiſſet intra tertium diem, 7. annorum pœnitentia ei ſtatuta; ſi caſu verberaſſet 5. annorū, ca. ſi qua fœmina, 43. 50. D diſtinct. ex concilio Elibertano c. 5. & ex Vuormacenſi c. 39. Adde leg. 1. de emenda. ſeruo. C. l. 2. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. P. ex quibus & collige qualis animaduerſio in ſeruos & ancillas permiſſa.

e cap. qui presbyterum, 24. 17. quæſtio. 4. ex concilio Moguntino ſub Rabano, c. 24. & in ca. 2. de pœnitent. & remiſſio. eccleſia. vel dominus temporalis dehoneſtatur aut læditur, E læſis officialibus ſuis, qui eos repræſentant, argumento ca. fi. 94. diſt. & c. 1. 24. diſtinct. c. Romana, de offic. vica. lib. 3. C. vbi & apud quem in integrum reſtitutio eſt poſtulan. l. fina. C. de iudic. Atque dominum iterum crucifigunt, qui in ſuis ſacerdotibus eum proſequuntur, c. nulli, 3. q. 1.

f illa mulcta pecuniaria, in legibus dicitur Longobardorum virgild, cuius media pars debebat applicari, ab epiſcopo eccleſiæ presbyteris, altera pauperibus. c. 26. omnes presbyteri, 17. q. 4.

g ex legibus quoq; Longobardorum ca. 27. qui ſubdiaconum eadem 17. q. 4.

h c. 28. qui occiderit, 17. q. 4. ex libro 6. capitularium ca. 90.

i ca. hi qui arborem, & ſequent. 50. diſt. can. nec is, can. ſi quis, 15. quæſt. 5. ca. de occidendis, 23. q. 5.

k dicto c. hi qui arborem, c. clerico, & ſeq. c. eum qui, 50. diſt.

l Clem. vnic. de homic. lib. 3. tit. 4.

m can. ſtudeat, cum 4. ſequent. 50. diſt. ca. ſi quis non, 15. q. 1.

n c. miror, 4. can. ſi quis viduam, 50. diſtin. c. lator, de homicid.

o ca. at ſi clerici, §. ſi vero. & ca. cum non ab homine, de iudi. ca. tuæ diſcretionis, 6. de pœn. c. inquiſitionis, de accuſa. gloſſa ad c. ſicut dignum, §. fin. de homicidio. ad verbum conſilium, ait deponendum eſſe presbyterum committentem homicidium facto, conſilio, præcepto, lingua, adhortatione, probatq; ex c. ſi ex literis, 10. de exceſſibus prælator. deponendum eſſe a beneficio, qui conſilium etiam vindictæ mortis in aliquo reo faciendæ directe vel indirecte dederit.

p d. c. ſicut dignum. 6. §. fi. de homic.

q vel ea ſola ratione, quod ſanguinem humanum, quomodocunque effundens, fiat irregularis, c. penult. de homic. c. clericum vbi rem, & c. de his, 6, 50. diſt. neque clericus eccleſiaſticis ordinibus mancipatus, ſententiam etiam ſanguinis inferre, ſubſcribere, approbare, vel exſequi ſine irregularitate poteſt, c. ſententiā, c. clericis, de ſententia excom. c. in Archiepiſcopatu, de raptorib. atque ideo militia cæleſtis omnino eſt aliena a clerico cæleſtis militiæ milite, d. can. clericum, 50. diſt. Eo modo monachus



nachus chirurgiam exercens, quæ eius A vocationi non congruit, etiam ſi cauſa caritatis & pietatis ſtrumas aperuerit ferro, & poſtea iniuria ſua ægrotus moriatur, fit irregularis in ordine ſacerdotali, eſtque remouendus, niſi cum eo miſericorditer diſpenſetur, c. tua nos, de homicid.

r c. fin. de clerico percuſſor. lib. 5. tit. 25. quia & ſi neminem occiderit, tamen in culpa eſt, quod arma ſumſerit, contra prohibitionem clericis factam, cap. porro, 6. q. 3. B & c. quicunque, 23. quæſt. fin. arma quippe clericorum, ſunt orationes, & lacrymæ, ca. conuenior, 23. quæſtio. 8. etiam contra hoſtes, ca. ex multa, de voto. Quare in eo punitur, quod ſine diſpenſatione non promoueatur, ex rigore iuris, ad ordines, ab omni exſecutione eorum ſuſpenſus.

s c. quod in dubiis, 5. de pœn.

t can. hortatu. can. igitur, cum 8. ſequent. & can. vt pridem, 23. quæſt. 8. imo & C intereſſe bellis, in c. Maximinianus, 21. quæſt. 2. prohibitum.

v c. ad aures, 10. de pœn.

x c. ita nos, 25. q. 2.

y c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.

z ſequentes pœnæ poſitæ ſunt in ca. vnico, de pœn. in extrauag. Ioan. 23. vbi & finalia verba indicant, hoc crimen maieſtatis, puniendum eſſe vltra pœnas impoſitas a principibus Chriſtianis, pœnis aliis crimi- D nalib. quibus tenentur coniurantes contra principes & committentes crimen maieſtatis, de quibus in l. quiſquis, & toto titulo, ad legem Iul. maieſtat. C. cap. felicis, de pœn. in Sex. Committitur autem crimen maieſtatis contra rectorem prouinciæ, & vicerectorem papæ, can. in primis. 2. q. 1. inter crimina maieſtatis eſt arma propria auctoritate ſumere. l. 3. ad legem Iul. E maieſtat. P. Seditio quoque contra principem vel eius officiarios, maieſtatis criminis pœna plectitur ſeuere. l. 1. ad leg. Iul. maieſta. mitior tamen aliquandò pœna, ſi concitatio vel ſeditio facta non fuerit contra principem aut eius officiarios, aut contra ſecuritatē reipublicæ, l. 1. & 2. de ſeditio. l. ſi quis aliquid, §. fautores, & l. ſi quis aliquid, §. ſolent, de pœn. P. vide tractatum Boetii de ſeditioſis ciuibus.

aa in c. felicis, 5. de pœ. in Sex. vbi tamen non eſt expreſſa mentio de ſolutione vaſallorum, & hominum a iuramento fidelitatis eius, qui id fecerit; vltra tamen præcedentem conſtitutionem vnicam Ioannis 22. de pœn. adiicitur, vt pœnæ poſſint extendi ad collaterales & nepotes delinquentium contra cardinales, quod non eſt prorogatum vltra filios in dict. extra. vnica de pœn.

bb c. placuit, 12. 23. q. 5. ex concilio Bracharen. 1. c. 34. neque ex vlla occaſione licet ſeipſum occidere, ca. ſi non licet, cum 2. ſequent. 23. q. 5. Si tamen qui inſaniens, vel non mentis ſuæ compos, ex afflictione ſibi mortem accerſat, vel ſi præcipitauerit, non punitur hac pœna, quia nec alia occidendo puniretur, ca. illa, ca. ſi quis inſaniens, 15. quæſt. 1. l. diuus, de ſtatu hom. penult. ad leg. Pompe. de parri. P. cum ſimilibus iure ciuili etiam punitur, nō tantum qui ſibi mortem intulit, ſine cauſa, ſed etiam qui ſibi inferre conatus eſt, cum diſtinctione tamen, vt in l. omne delictum, §. qui ſe vulnerauerit, de re milita. lib. 49. tit. 6. cuius verba; Qui ſe vulnerauit, vel alias mortem ſibi conſciuit, Imperator Adrianus reſcripſit, vt modus eius rei ſtatutus ſit, vt ſi impatientia doloris aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, non animaduertatur in eum, ſed ignominia mittatur; ſi nihil tale prætendit capite puniatur. Et Paul. in l. ſi quis aliquid, 38. §. fin. de pœn. P. miles qui ſibi manus intulit, nec factum peregit, niſi impatientia doloris, aut morbi, luctusve alicuius vel alia cauſa fecerit, capite puniendus eſt, alias cum ignominia mittendus. Eademque diſtinctione vtitur Martia. in l. qui rei poſtulati. 3. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt lib.

*48.P.tit.21.addidit & aliam pœnam pro* A
*confiſcatione bonorum, ſi reatus conſcien-*
*tia criminis pœnam confiſcationis meren-*
*ti mortem ſibi conſciuerit, non aliter, vi-*
*de quæ dixi libro 3.ſyntagmat.iur.ca.22.*
*Si caſu etiam quis ſe necauerit, vel mor-*
*tem ſibi attulerit, vel ab alio fuerit oppreſ-*
*ſus, non debet priuari ſepultura, cap.ex*
*parte parentum, 15.de ſepultur.lib.3.titu.*
*28.vbi notat gloſſa, ad verb.* non ſponte,
*quod ſi quis fugiens, de ponte ſe præcipita-* B
*uerit putans ſe inde euadere poſſe, non ſit*
*priuandus ſepultura.arg.can.nouit, 13.*
*diſtinctio.cum enim hoc pro bono & licito*
*facere poſſit, ſi contrarium intentioni ad-*
*uenerit, ex eo non debet puniri, nec illud*
*imputari.can.de occidendis 23.q.5.*

cc *cap.2.de pœnis lib.5.titu.37.can.omnes*
*presbyteri, 17.quæſti.4.in concilio Tribu-*
*rienſi ſub Arnulpho Imperatore habito.*
*ca.4.compoſitio vero diuerſa eſt ex diuer-* C
*ſitate regionum, vt apud Lõgobardos ſex-*
*centorum ſolidorum.can.qui ſubdiaco-*
*nũ.17.q.4.Fuerũt & aliquãdo in magna*
*veterum paupertate, delicta æſtimata, vel*
*ære modico, numariis pœnis inductis, vt*
*ait Iuſtinia.in §.pœna autem iniuriarum,*
*de iniuriis. Idque ex lege 12.tabularum,*
*vt ibidem, & apud Gellium lib.11.ca.1.*
*Plinium libr.8.capit.3.& in legibus an-*
*tiquorum Francorum, Boiarariorum,* D
*Anglorum & Longobardorum, & ſimi-*
*lium. Solent & hodie iudices damnando*
*reos, mulctam adiudicare crimen perſe-*
*quentibus, & vxori & filiis defuncti ne-*
*cati, atque etiam ſtatuere reditum ex bo-*
*nis damnati pro fundatione capellæ, vt ore-*
*tur pro mortuo & occiſo, multarumq́ alia*
*adiudicatione vti.*

dd *c.aliquando, ca.Moſes, can.ſemina, 32.*
*quæſtio.2.l.Cicero, 39.de pœn.Pan.vide* E
*quæ dixi quando animatus ſit partus lib.*
*35.ſyntag.c.15.nu.8.Qui abortionis aut*
*amatorium poculum dant, etſi non dolo*
*faciant, tamen quia res eſt mali exempli*
*humiliores in metallum, honeſtiores in in-*
*ſulam amiſſa parte bonorum relegantur.*
*Quod ſi eo mulier aut homo perierit, ſum-*
*mo ſupplicio afficiuntur. l.ſi quis aliquid,*
*38.§.qui abortionis, de pœn.P.& in cap.*
*ſi aliquis, 5.de homic.qui aliquid libidinis*
*vel odii meditatione homini vel mulieri*
*fecerit, vel ad potandum dederit, vt non*
*poſſit generare aut concipere, aut naſci ſo-*
*boles, vt homicida tenetur. Si tamen ſit*
*clericus, non eſt ideo irregularis, quia ta-*
*lis non fit ex homicidio præſumto, niſi actu*
*homo interficiatur iam animatus, cap.ſic-*
*ut, de homicid.cano.17.quod vero, & cap.*
*Moyſes, 32.q.3.Sed & mulier diuerſo mo-*
*do punitur, ſi partũ inanimatũ aut anima-*
*tum velit abigere.leg.4.de extraordina.*
*criminibus.l.8.ad legem Cornel.de ſicar.*
*& nouel, Leonis, 31.vſus tamen obtinuit,*
*vt quomodocunq́ abortum mulier fece-*
*rit ſponte, morte puniatur, & niſi doceat*
*quid de eius vtero factum fuerit.*

ee *cap.1.de his qui filios occiderunt, lib.5.tit.*
*10.iure ciuili pœna grauior imponitur cu-*
*lei, occidentibus parentes aut filios, l.vnic.*
*de his, qui paren.vel liber.occide.lib.9.C.*
*tit.17.leg.9.ad legem Pompei.de parricid.*
*lib.48.Pan.tit.9.§.6.de public.ind.apud*
*Iuſtinian.*

ff *cap.final.de his qui filios occider.vbi gloſſ.*
*finalis notat. Quod ſi nulla præceſſit illo-*
*rum culpa, vel negligentia in nullo ſunt*
*puniendi.*

# DE ADVLTERIIS ET STVPRO. a

## Tit. XIIII.

a *Similis titulus in 5.decretalium, lib.tit.16 agi-*
*tur, & de his tota 36.quæſt.1.& 2.& in lib.48.*
*P.titu.5.ad legem Iuliam, de aduteriis & ſtupro.*
*& libr.9.C.titul.9.& nouel Leonis Imperatoris*
*32.de adulteriis manifeſto deprehenſis.& in ec-*
*loga Baſilicorum lib.60.titu.37. Rurſum de ſtu-*
*pro & raptu virginum agitur titu.3.lib.9.C.de*
*raptu virginum ſeu viduarum necnon ſancti-*
*monialium, & in l ſi quis non dicam rapere, de*
*epiſcop.& cleric.lib.1.C.titul.6.& in nouel Iu-*
*ſtiniani*



*ſtiniani 143.de muliere raptum paſſa: & nouel.* A
*150.de ea, quæ raptori ſuo nubit.& Nouel.141.*
*de his qui luxuriantur contra naturam, & in*
*Nouel.Leonis 35.de raptoribus virginis, eorumq́*
*qui in raptu adfuerint, pœna.*

### Capvt I.

1 *Quid adulterium.*
2 *Coniunctionis illegitimæ ſpecies adulteriũ,*
*ſtuprum, inceſtus, raptus, fornicatio.*
3 *Quomodo iſta mixta ad pœnam conſide-* B
*randa.*
4 *Lenones.*

1 GEneraliter omnis coniunctio ſeu co-
pula, quæ non habet poteſtatem vel
naturam coniugii legitimi, dicitur adulte-
rium, & omne ſtuprum adulterium eſt. *a*
2 Proprie tamen, diuerſæ ſunt fornica-
tionis ſeu coniunctionis illicitæ ſpecies,
quæ ſequuntur. Adulterium, quod eſt
alterius thori violatio, cõmixtio cum con- C
iugato vel coniugata. *b* Stuprum, quod eſt
communiter virginum defloratio, quam-
uis ad viduas & pueros & alios extenda-
tur. *c* Inceſtus, qui eſt conſanguineorum
vel adfinium abuſus. *d* Raptus, qui eſt,
quando puella violenter de domo paren-
tis abducitur, vt corrupta in vxorem ha-
beatur, ſiue ipſi tantum puellæ ſiue ipſis
ſolis parentibus, ſiue vtrique vis inferatur.
*e* Fornicatio ſimplex ſine præcedentibus D
qualitatibus, quæ eſt omnis coitus illegi-
mus cum meretricibus & aliis. *f*
3 Miſcentur & concurrunt aliquando
cum illa fornicatione qualitates aliæ ſub-
ortæ ex qualitate perſonarum; vt, adulte-
rium, inceſtus, ſtuprum, raptus, vel luxu-
ria contra naturam, *g* vel brutalis infanda
coniunctio, quæ diuerſas habent pœnas
pro modo diuerſæ mixtionis criminis. *h*
Sic coniuncta eſt lenocinii & lenonum E
conſideratio.
4 Lenones autem & lenas dicimus, qui
quæve mulieres quæſtuarias proſtituunt.
*i* Lenocinium enim exercere non minus
eſt, quam corpore quæſtum facere. *k*

### Scholia.

a *ca.nemo ſibi blandiatur, 4.§.tolerabilior,*
*32.q.4.ca.Idololatria, 28.quæſt.1.ſicque*
*explicat Modeſtinus in l.inter ſtuprum,*
*101.de verb.ſignif.* Inter ſtuprum & ad-
ulterium hoc intereſſe quidam putant,
quod adulterium in nuptam, ſtuprum
in viduam committitur, ſed lex Iul. de
adulteriis hoc verbo indifferenter vti-
tur. *Et Papinianus in l.inter liberas tan-*
*tum perſonas, 6.§.1.ad leg.Iuliam de ad-*
*ulter.lib.48.P.titul.5.lex adulterium &*
*ſtuprũ promiſcue, & καταχρηστικώτερον, id eſt*
*abuſiue appellat. Sed proprie adulterium*
*in nupta ponitur propter partum ex altero*
*cõceptum compoſito nomine. Stuprum ve-*
*ro in virgine viduave committitur, quod*
*Græci φθορὰν id eſt, corruptionem appel-*
*lant, & lex Diuina per verbum, non mœ-*
*chaberis D.Matth.c.5.verſ.28.cum ſim.*
*omnẽ cuiuſcunq́ generis prohibuit forni-*
*cationẽ, c.meretrices, 11.12.q.4.c.fornica-*
*rii, 88.diſt.ſic li.60.Baſilicorũ, tit.37 c.8.*
λέγεται μὲν μοιχεία, καὶ ἡ πρὸς παρθένον, ἢ χήραν
φθορά· καὶ κυρίως δὲ μοιχεία μέν ἐστι ἡ τῆς ὑπάνδρου·
φθορὰ δὲ τῆς παρθένου καὶ χήρας, id eſt adulteriũ
quidem dicitur etiam in virgine, aut in
vidua corruptio, proprie tamen adulte-
rium eſt nuptæ, ſtuprum virginis & vi-
duæ, *vide quæ dixi de hoc nomine mœchiæ*
*lib.10.ſynta.iuris, c.2.nu.35.& ſeq.facit*
*& quod dicitur in c.tolerabilis, 1, §.virgo,*
*32.q.5.virgo proſtitui poteſt, adulterari*
*non poteſt, nec lupanaria infirmant caſti-*
*tatem. Cauſa autem cur ſtuprum & aliæ*
*ſpecies contineantur ſub adulterio in iure*
*ciuili, poteſt eſſe, quod & lex Iulia, quæ la-*
*ta fuerat principaliter de adulteriis, omnes*
*etiam alias illiciti coitus ſpecies puniat; ſic-*
*que Iuſtinia.in §.item lex Iulia.de public.*
*iud.iudicat.*

b *cap.adulterium, 36.quæſt.1.d.l.inter li-*
*beras, §.1.& l.ſtuprum, 34.ad l.Iuliam, de*
*adulter.& l.inter ſtuprum, 101.de verbo.*
*ſignificat.P.ea tamen, quæ nupſit cum eo.*

*quem ignorabat iam habere vxorẽ aliam,* A
*non eſt adultera quoad primum, niſi cum*
*eo poſtquam idipſum reſciuerit, concum-*
*bat, c. ſi virgo nupſerit. 34. q. 2.*

c *in proxime citatis legibus tamen late ali-*
*ter ſtuprum, dicitur in muliere alia quam*
*in virgine libera non concubina, & in vi-*
*dua, d. l. ſtuprum, 34. ad leg. Iul. de adul-*
*ter. in vidua nempe honeſte viuente, in*
*§. item lex Iulia, de public. iudic. dici-*
*tur & committi ſtuprum cum maſculo, in* B
*l. qui domum, 8. ad l. Iul. de adulter. cum*
*vir nubit in fœminam, l. cum vir, C. eod.*
*tit.* ἀνδρομανίαν *hanc luxuriam contra na-*
*turam, vocat nouel. 141. vt nõ luxurien-*
*tur contra naturam, Sodomiam, cuius*
*origo nominis colligitur ex cap. 19. Ge-*
*neſeos.*

d *cap. lex, §. 1. 36. q. 1. l. ſi adulterium cum*
*inceſtu, 36. ad legem Iuliam de adulteriis,*
*P. quæ ſint autem perſonæ, cum quibus in-* C
*ceſtus admittitur, docet c. de inceſtis, c. nec*
*eam, 35. quæſtio. 3. l. ſorores, 49. leg. nuptiæ*
*conſiſtere non poſſunt, 13. & ſequent. & l.*
*fi. de rit. nup. l. fi. C. de inceſt. nupt.*

e *d. c. lex, §. 1. 36. quæſt. 1. exſtat tit. de rapt.*
*virginum, C. & alii tit. de quibus in prin-*
*cipio litera* a *dixi, c. cum cauſam, 6. de ra-*
*ptor. lib. 5. tit. 17. Et proprie raptus eſt, vbi*
*nihil de nuptiis raptæ fuerit antea tracta-*
*tum, dict. c. lex illa. Nec hoc iure Pontificio* D
*raptor dicitur, qui prius deſponſauerit mu*
*lierem, & qui eius conſenſu etiam inuitis*
*parentibus eam abduxerit, d. ca. cum cau-*
*ſam, 6. de raptori. Contra iure ciuili l. v-*
*nic. C. de rap. virg. Raptus illicitus coitus,*
*a corrumpendo eſt dictus, vnde qui ra-*
*ptu potitur, ſtupro fruitur. capit. raptus,*
*36. quæſt. 1.*

f *dict. c. lex illa, §. fornicatio, 36. quæſt. 1. eſt*
*ſcortatio omnis illicitus coitus, c. 1. §. qui* E
*ergo, 32. q. 2. ca. meretrices, 32. quæſt. 4.*
*eſt proprie autem ſoluti & ſolutæ a ma-*
*trimonio.*

g *gradus ſunt peccatorum & adulterii ma-*
*lum vincit fornicationẽ, vincitur autem*
*ab inceſtu, peius enim eſt cũ matre, quam* A
*cum alterius vxore concumbere; ſed ad-*
*huc peſſimum, quod contra naturam fit,*
*can. adulterii malum, cum tribus ſequen-*
*tibus, 32. quæſt. 7. a fornicibus, id eſt, con-*
*cameratis cellis, ſub quibus Romæ mere-*
*trices habitare conſueuerant omnibus ex-*
*poſitæ, fornicatio dicta: & fornix ponitur*
*pro lupanari & meretricia cella, quæ Græ-*
*cis* χαμαιτυπεῖον, *vt innuit Iuuenalis Sa-*
*tyra 3.* B

Lenonam pueri quocunque in fornice
nati.

*Meretrix dicitur, quæ multorum libidini*
*patet, c. 16. vidua eſt, 36. diſt. can. mere-*
*trices, 32. q. 4. quæ palam quæſtũ corporis*
*ſui facit. Palam autem dicitur facere quæ-*
*ſtum, non tantum quæ ſe in lupanari pro-*
*ſtituit, verum etiam ſi qua, vt aſſolet, in*
*taberna cauponaria, vel qua alia, pudori*
*ſuo non parcit. Et palam accipiens, id eſt, ſi-* C
*ne delectu, non ſi qua adulteris vel ſtu-*
*pratoribus ſe committit, ſed quæ vicem*
*proſtitutæ ſuſtinet, ſecundum Vlpia. in l.*
*palam, 43. de ritu nuptia. lib. 2. P. titu. 2.*
*vide quæ tractauimus de meretricibus &*
*concubinis, lib. 10. ſynt. iur. c. 1. & 2.*

h *de quibus omnibus, & de ſpeciebus luxu-*
*riæ vetitis, & de pœnis, nos abunde tracta-*
*uimus lib. 36. ſynt. iur. cap. 6. de adulteriis*
*ſimplicib. ca. 7. de mixtis adulteriis & in-* D
*ceſtu. cap. 8. de raptu, c. 9. de ſtupro in vir-*
*gine & viduis. ca. 10. de præpoſtera libidi-*
*ne. c. 11. de lenonib. & aliis ad luxuriam*
*pertinentibus, c. 12. 13. & 14.*

i *l. palam, 43. §. lenas, de ritu nupt.*

k *d. l. palam. §. lenocinium, imo & maius. l.*
*4. §. 13. de his, qui notant. infa. P. §. 1. de le-*
*nonib. nouel. 14. fit autem lenocinium*
*pluribus modis, nempe & proſtituendo &*
*operam proſtitutioni dando, d. l. palam, &* E
*nouel. de lenonibus. Item ſi quis deprehen-*
*ſam vxorem in adulterio, retinuerit non*
*damnatã, aut non accuſatã, fitq́; patronus*
*eius turpitudinis cauſa, ca. 1. & ca. apud*
*apud miſericordem, 10. §. quod ſi in adul-*
*rio,*



*terio, 32. q. 1. l. 2. l. caſtitati, ad legem Iul.* A
*de adulter. C. lib. 5. tit. 16. ca. 3. de adulter.*
*& qui recipit pecuniam pro adulterio v-*
*xoris ſuæ. l. 2. §. lenocinii, ad legem Iuliam,*
*de adulteriis.*

## Caput II.

### *De pœna adulterii.*

Maritis, etiam ex ſuſpicione adulterii
permiſſum eſt vxores accuſare, &
ipſis, *a* plus quam cæteris, licet accuſare & B
defendere, *b* accuſat & vxor maritum, nõ
tamen licet ex ſuſpicione adulterii coniu-
gibus ſe ſeparare, aut ſe dimittere, niſi
prius cauſa cognita & probata. *c* Separa-
tur autem matrimonium quoad thorum
propter fornicationem, *d* nec ex cauſa di-
miſſam maritus tenetur vxorem recipere.
*e* Niſi forſan & ipſe quoque adulterium
cõmiſerit; Et ita paria delicta mutua com-
penſatione tolluntur, quod pertinet ad il- C
los. *f* Quod ſi mulier ob cauſam fornica-
tionis iudicio eccleſiæ, aut propria volun-
tate a viro receſſerit, nec reconciliata ei
fuerit poſtea, dotem aut dotalitium repe-
tere non poterit. *g* Non licet autem vxo-
rem deprehenſam in adulterio occidere,
vel eius adulterum hoc iure. *h* Quamuis
ciuili excuſetur homicidium iuſto dolore
mariti. *i* Adultera porro vtroque iure da-
mnata, in monaſterium detruditur; *k* lai- D
cus pro adulterio excommunicari debet,
*l* & pœnitentiæ ſubiici; *m* Iure ciuili vero
capitali ſupplicio condemnatur. *n* Si quis
autem clericus adulteraſſe, aut confeſſus,
aut conuictus fuerit, depoſitus ab officio,
communione cõceſſa, toto vitæ ſuæ tem-
pore in monaſterium detrudatur. *o* Gra-
uius tamen eſſet puniendum adulterium
cum inceſtu. *p*. Veruntamẽ ſi pœna impo-
nenda ſit ſanguinis, adeundus erit iudex E
ſecularis, *q* qua tamen extra pœnam il-
lam & iudex eccleſiaſticus poſſit punire
adulteros, *r* & criminaliter & ciuiliter
iudicare a coniugibus inſtitutam accuſa-
tionem. *s*

### Scholia.

a *c. maritus, 4. de adulter. Olim tamen iure*
*ciuili, non erat maritis accuſatio adulterii*
*permiſſa conſtante, & niſi ſoluto matrimo-*
*nio, l. conſtante, 26. ad legem Iul. de adult.*
*l. miles, 11. eod. tit. l. crimen, C. eo. tit. quod*
*fuit emendatum nouo iure, authent. ſed*
*hodie, C. eod. tit. §. quia vero plurimas, vt*
*liceat matri & auiæ, in nouel. poteſtque ex*
*eodem iure, etiã ſine ſuſpicione calumniæ,*
*aut ſine metu talionis accuſare, l. ſine me-*
*tu, & leg. mariti lenocinium, 29. l. quæſi-*
*tum, 40. ad leg. Iul. de adult. P. permitti-*
*tur autem primo loco marito, ſi velit accu-*
*ſare, poteſt & permitti coniunctiſſimis*
*perſonis, non autem omnibus, ne forte con-*
*uenientia matrimonia, ea accuſatione tur-*
*bentur, l. quamuis, C. ad legem Iuliam,*
*de adult.*

b *iure pontificio ita receptum, in c. 1. vt lite*
*non conteſtata, non procedatur ad teſtium*
*examinationem, lib. 2. tit. 6. quamuis ali-*
*quando iure ciuili & lege & tabularum,*
*aliter fuerit receptum. l. 1. C. ad leg. Iul.*
*de adult. hodie tamen poteſt, nouel. 134. c.*
*10. & 11. §. ſi quando, & ſeq. vt nulli iudi.*
*liceat haber. loc. ſeruator. Potuit & impu-*
*dice viuentem olim repudiare. Euſeb. lib.*
*4. ca. 17. l. conſenſu, 8. §. ſi quas igitur, de*
*repud. lib. 5. C. titu. 17. olimq́; etiam mu-*
*lier de adulterio accuſata in maritum cri-*
*men retorquere poterat. l. 13. §. 5. de ad-*
*ulter. P.*

c *c. tuæ, de probatio. dict. c. 1. vt lite non con-*
*teſta. can. multorum, 35. quæſt. 6. c. priuſ-*
*quam, 27. quæſt. 2. non ſufficit autem pro-*
*poſitum fuiſſe adulterium, niſi probetur. c.*
*ſignificaſti, 5. de adulter. notat tamen Pa-*
*nor. ad cap. tua fraternitatis, nume. 6. de*
*adulteriis, & in cap. plerunque, de donat.*
*inter vir. & vxor. quod maritus, ſi adul-*
*terium ſit manifeſtum, poteſt auctoritate*
*propria denegare debitum coniugale, &*
*coniugem domo expellere; contra, ſi occul-*
*tum. Non poſſe tamen lucrari dotem, ob*

*adulterium; niſi ſententia fuerit ſecuta; &* A
*hanc ſententiam firmat, (etſi alias plures*
*contrarias referat dicẽtium, dotem lucra-*
*ri quoque ex adulterio occulto.) ex c. Aga-*
*thoſa. 27. quæſt. 2. & ad hæc facit etiam c.*
*ſignificaſti, de diuortiis, addit autem in d.*
*loco Panorm. hæc verba, poſtquam dixit*
*dimitti poſſe vxorem ex adulterio occul-*
*to.* Et hoc puto, *inquit*, ſiue ſit manife-
ſtum adulterium ſiue non; nam ipſe ſci-
licet Deus dedit hãc poteſtatem, vt poſ- B
ſit dimittere propter fornicationem;
fateor tamen quod ipſa compellit ad
reſtitutionem, niſi cõſter de adulterio.

d *Nam ſi adulterã incorrectã, maritus ad-*
*ulteram ſciens retineat, particeps eſt deli-*
*cti, non etiam ſi correctam & emendatam*
*recipiat, c. 3. de adulte. c. 1. §. imo cum illa,*
*c. ſicut, can. ſi quis vxorem, can. apud mi-*
*ſericordem, cap. quid ſi, 32. quæſt. 1. l. 2. §.*
*marito, & l. mariti lenocinium, ad legem* C
*Iul. de adult. P. l. 2. C. eo. tit. de repetitione*
*etiam emẽdatæ agitur in l. generari, §. rea*
*adulterii, l. ſi quis adulterium, 33. §. ſi quis*
*dimiſſam, ad leg. Iul. de adult. authent. ſed*
*hodie, eod titul. C. §. ſi vero, vt nulli iudic.*
*liceat habere loci ſeruator. Separatio hæc*
*non eſt vinculi matrimonii; Quod enim*
*Deus coniunxit, homo ſeparare non poteſt.*
*DD. Matthæi 19. Lucæ 10. c. quos Deus,*
*33. q. 2. cap. de infidel. de conſanguini. &* D
*affinita. ca. inter corporalia, de translatio.*
*epiſcop. Sed tantum cohabitationis & tho-*
*ri diuiſio, ca. penult. & fin. de adulteriis, &*
*ſublatæ ſunt hodie omnes ſoluendi matri-*
*monii ex Iuriſconſultorum, & Cæſarum*
*legibus permiſſiones, de quibus in l. conſen-*
*ſu. C. de repudiis, §. has itaque cauſas, de*
*nupt. in nouel. & ſic quoque prohibentur*
*diuortia in ca. 2. de diuor. ca in coniugio,*
*32. quæſt. 5.* E

e *ſi nolit, etiam poſt pœnitentiam peractam,*
*c. gaudemus, de conuerſ. coniuga. cano.*
*admonere, 32. quæſtio. 2. quo caſu nolente*
*recipere vxorem marito, ea damnata de-*
*trudenda erat in monaſterium, ad agen-*
*dam perpetuam pœnitentiam. d. c. gaude-* A
*mus, & auth. ſed hodie, C. ad legem Iul. de*
*adult. & §. ſi vero, vt nulli iudic. liceat ha-*
*bere loc. ſerua. in nouel. At maritus in-*
*terim debet innuptus remanere, qui non*
*vult reconciliari vxori, & non poteſt vi-*
*uente vxore alteri coniungi ſine mœchia,*
*prout diſputaui fuſe de veritate eius ſen-*
*tentiæ, reiectis contrariis, in lib. 9. ſyntag.*
*capit. 18.*

B f *c. pen. & fin. de adult.*

g *c. plerunque, 4. de donat. inter vir. & vxo.*
*lib. 14. titul. 20. vbi & gloſſa fina. diſputat*
*quæſtionem; nam ſi mulier, quæ ſeparata*
*fuit propter adulterium poſtea doceat ma-*
*trimonium non conſtitiſſe inter coniuges*
*propter proximitatẽ vel alio modo, amit-*
*tat dotem, eo quod non cenſeatur eſſe adul-*
*terium, nec dos, vbi non eſt matrimonium,*
*& tandem concludit nec probat tamen, a-*
C *mittere nihilominus dotem. Iure ciuili et-*
*iam, dos amittitur ex adulterio. l. conſenſu,*
*de repud. C. §. ſi vero, de adulterio, §. quia*
*vero plurimas, vt liceat matri & auiæ, &c.*
*in nouel. idipſum dicendum erit de marito*
*ob adulteriũ ſeparato, vt amittat lucrum*
*nuptiale, & donationem propter nuptias,*
*quæ adiudicentur vxori. cap. 1. vt lite non*
*conteſtata. lib. 2. titul. 6. l. conſenſu, § ſi ve-*
*ro, de repud. C. quia mulier & vir iiſdem*
D *legibus in cauſis thori & matrimonii iu-*
*dicantur pares, cap. ſi quis vxorem, 32.*
*quæſt. 1. in vtroque tamen coniuge obſer-*
*uandum eſt, ne ſint ex matrimonio filii,*
*nam tunc filiis lucra illa ex adulterio in*
*proprietate relinqui debent filiis, §. ſi de ad-*
*ulterio, vt liceat matri & auiæ, in nouel.*
*notat tamen ſingulariter Panorm. ad cap.*
*plerunque, numero 3. quod maritus non*
*lucratur dotem ob adulterium vxoris ſe-*
E *parato matrimonio a iudice ſeculari, quia*
*iudex ſecularis non dicitur competens,*
*dum agitur ciuiliter de ſeparatione ma-*
*trimonii, capit. tuæ, de procurat. Ioannes*
*Andreas ad capit. 2. de foro competen.*
*Quamobrem laici iudices in hac quæſt.*
*aliis*



*aliis adiudicationibus vtuntur, & ſi cri-* A
*minaliter iudicent, poſſunt & dotem adi-*
*mere ſecundum dictam authenti. ſed ho-*
*die, de adulteriis, C. & dictum capit. ple-*
*runque, de donatio. inter vir. & vxor. ve-*
*rum ſi adultera poſtea fuerit viro reconci-*
*liata, vt colligitur ex dict. ca. plerunque,*
*non amittit dotem; quia maritus poſtea ei*
*obiicere non poteſt fornicationem, capit.*
*quemadmodum, de iureiurand. can. quod*
*autem, can. non erit, 32. quæſtio. 1. nec po-* B
*teſt reprobare mores, quos iam ipſe com-*
*probauerit, l. ſi vxor, in fin. ad legem Iul. de*
*adulte. Pand. can. horrendus, 32. q. 2. niſi*
*poſtea iterum fornicaretur.*

h *ca. ſi quod verius, c. admonere, c. inter hæc*
*ſanctitas veſtra, 33. quæſt. 2. Tenet tamen*
*Iulius Clarus, lib. 5. ſenten. iuris, § homici-*
*dium, num. 50. & 54. hanc permiſſionem*
*iuris ciuilis occidendi deprehenſum adul-*
*terum, non eſſe contra conſcientiam.* C

i *leg. Gracchus, ad leg. Iuliam, de adulter. ſi*
*inueniat in domo ſua adulterantem, licet*
*& patri idipſum cum diſtinctionibus, in l.*
*quod ait lex, 23. leg. marito, 24. ad legem*
*Iuliam, de adulter. P. §. his quoque, vt li-*
*ceat mat. & auiæ, in nouel. de lege, quæ*
*permittebat adulteram cum adultero ſi-*
*mul deprehenſos occidere, & ex qua in*
*matre & filio licebat adulterium vindica-*
*re, meminit Seneca lib. 1. contrôuerſiarum* D
*controuerſ. 4.*

k *c. gaudemus, de diuort. iure ciuili autẽ ver-*
*beratur, §. ſi vero, vt nulli iudicum liceat*
*habere loci ſerua. in nouel. authentic. ſed*
*hodie, ad legem Iul. de adulte. C. mors in-*
*dicta adulteris lege antiqui teſtamenti di-*
*uina, lapidationis, Exod. 20. Deuter. 22.*
*Leuit. 20. & lege ciuili in l. 39. in fine,*
*ad legem Iul. de adult. P. nou. Leonis 32.*
*vbi & alia mitior pœna, vt naſus adultero* E
*& adulteræ abſcindantur.*

l *c. intelligimus, 6. ad l. Iul. de adult.*

m *c. 2. ſignificaſti, de adult.*

n *§. item lex Iulia. de adult. de publ. iudic.*
*apud Iuſtinia. l. quamuis, C. ad legem Iul.*
A *de adult. & ſecundum locum in pœnis ob-*
*tinet adulterium, ca. quid in omnibus, 32.*
*quæſt. 7. Puniuntur & extra ordinem ſo-*
*licitatores alienarum nuptiarum, etiam ſi*
*effectu ſceleris potiri non potuerint. l. 1. de*
*extraordinariis criminib. lib. 47. P. tit. 11.*
*vide quæ diximus de pœn. adulterii li. 36.*
*ſyntagm. c. 7. Hippomenes, vnus ex genere*
*Codridarum, cum deprehendiſſet apud fi-*
*liam Limonam adulterum, hunc quidem*
B *vna cum filia ad currũ alligatum, inter-*
*fecit, illam vero cum equo ſub iugum con-*
*ſtrinxit, donec mortem obiret. Heraclides*
*in politicis, in principio in Athenienſium*
*republ. & rurſum in repub. Tenediorum*
*refert, Cygnum, filium ſuum Tennen, ac-*
*cuſatum de adulterio quamuis falſo, cum*
*nouerca, ciſta incluſum in mare proieciſ-*
*ſe; legem autem poſuiſſe Tennen, vt ſi quis*
*adulterum deprehendiſſet, vt eum ſecuri*
C *trucidaret. Deprehenſo vero filio ipſius,*
*cum is, qui eum deprehenderat, Regem*
*quid faciendum eſſet, rogaſſet, reſpondiſſe,*
*lege vteretur. Tradit & in Lepratarũ po-*
*litia legem, vt Lepreenſes, ſi quos adulte-*
*ros cœperint, vinctos per vrbem totum tri-*
*duum circumducãt, & perpetuã infamia*
*notam illis inurant; Mulierem vero, per*
*vndecim dies amictam, tunica pelluci-*
*da, diſcinctam in foro ſtatuant, & infa-*
D *mia afficiant.*

o *ca. 10. ſi quis cleric. 81. diſtin. ex 3. ſynodo*
*Aureliacenſi cano. 7. & ibi prædicta ver-*
*ba ita expreſſa ſunt, vt nullis iudicibus vel*
*interpretibus commentandi relicta ſit via,*
*& probatur ex ſententia, quæ lata eſt con-*
*tra epiſcopum in can. lator, 44. 2. quæſt. 7.*
*quamuis eam pœnam nitatur temperare*
*Paulus Grillandi tractatu de pœnis omni-*
*fariam coitus, imo infamatus presbyter de*
E *adulterio, ad confeſſionem adulteræ debet*
*ſe purgare cum vicinis quinque presby-*
*teris iurantibus; quod ſi non potuerit ſe*
*purgare, ob officio ſuo debet ſuſpendi, c. ſi-*
*gnificaſti, 3. de adulteriis, vt in cap. quam*
*ſit graue crimen 9. de exceſſibus præ-*

*lato. diaconus qui publice dixerat ſe cognouiſſe vxorem cuiuſquam, qui ideo eam dimiſerat, iubetur deponi ab officio & beneficio. Diſpenſare tamen poterit cum clericis epiſcopus, poſt peractam pœnitentiam, in adulteriis & aliis criminibus inferioribus, neque debet omnem depoſitum poſt pœnitentiam, curiæ ſeculari tradere, c. at ſi clerici, 4. §. de adult. de iudic.*

p *ſic adulterium hoc cum inceſtu vel nephario coitu habet iure ciuili pœnam capitalem, & fœmina & maſculus æque puniuntur, leg. ſi adulterium in principio, & ibi Bartol. de adulte. quod & tradit Angelus in tractatu criminalium ad verba* che mai, *vbi agit de adulterio.*

q *c. ſententiam, ne cler. vel monach.*

r *ca. gaudemus, de conuerſio. coniugat in detruſione in monaſterium ad pœnitentiam, vt in c. de benedicto, 5 32. q. 1. iubetur diacono, cui adulterii cognitio delegata fuit, vt pœnam adultero imponat ſeparationis, mactationis, ſeu mulctæ, & decaluationis. Separatio quoque Thori ad eccleſiaſticum iudicem pertinet ſolum, ca. tuæ, de procuratori. c. 1. de officio ordina. c. at ſi clerici, §. de adulteriis, de iudic. & ita enumeratur crimen adulterii inter crimina eccleſiaſtica. gloſſa in ca. cum ſit, & c. conqueſtus, de foro competenti, poteſt & vti excommunicatione iudex eccleſiaſticus in adulteros, vt in cap. intelleximus, ca. 2. de adulter.*

s *c. tuæ fraternitatis, 5. de procura. vbi & agitur tantum de accuſatione facta per maritum & coniugem, vt inde praxis tracta videatur, qua hodie in Gallia vix recipitur accuſatio adulterii, niſi facta ab alterutro ex coniugibus. Ne alioquin prætextu eius accuſationis, bene conuenientia matrimonia, odio & diſſidio inſeminato turbentur, vt notat glo. pen. de concubinariis in pragma. ſanctio. quanquam iure ciuili aliæ perſonæ admittantur, non tamē niſi certæ, & proxima eadē ratione, in l. quāuis adulterii, 30. C. ad l. Iul. de adult.*

## Capvt III.

*De pœnis ſtuprantium virgines.*

QVi ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem, ſi pater noluerit eam ei dare, dotabit ex æquitate canonica. *a* Quod ſi conſtuprator noluerit eam vxorem ducere, corporaliter caſtigatus excommunicatusq; in monaſterium, in quo agat pœnitentiam, detrudi debet, de quo nulla ſit egrediendi ſine præceptione licentia, *b* qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, grauius quam qui alias corruperint puniendi. *c*

### Scholia.

a *c. 1. & 2. de adult. Exod. c. 22. Deut. 22. c. 19. hæc eſt pœna ex æquitate canonica, quæ alias debitas ex aliis legibus ſtupratoribus imponi non impedit. lex etiam Iulia. de adulteriis, ſtupri flagitiū punit, cum quis ſine vi vel virginem vel viduam honeſte viuentem, conſtuprauerit. Pœnam autem irrogat ſtupratoribus ſi honeſti ſunt, publicationem dimidiæ partis bonorum; ſi humiles, corporis coercitionē cum relegatione. §. item lex Iulia. de adulteriis, de publi. iudi. maxime ſi corrumpatur viro immatura, vt dicemus mox. Seductio virginis reddit eam inuoluntariam, vt ipſa pœnas ſtupri euadat, veluti ſi pollicitationibus, ſi poculo amatorio, ſi magicis artibus fuerit ſolicitata, vt in l. multi, de malef. & mathema. C. l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, de pœnis, P. l. ſi aliquis, de homic. ſi pollicitus quis fuerit eam ſe ducturum in vxorem, ſi ei adhæreret, vt cap. tua nos, de ſponſalib. ſi largitionib. corrupta ſit, ſi affectatus eam, quis fuerit, &c.*

b *ca. 2. & fin. de adult. Et quia clericus, qui conſtuprauerit virginem, non poteſt eam ducere, ſi in ſacris ſit ordinibus, ſecundum communem ſententiam, debet in foro contentioſo deponi; Panorm. ad c. at ſi clerici, de iudic. citat tamen textus, qui non loquuntur*



*quuntur de ſtupro ſimplici, ſed de adulterio, vt ca. ſi quis clericus, 81. diſtinct. c. lator, 2. qu. 7. idem tamen Panorm. ad cap. pen. de adulter. notat clericum huiuſmodi teneri vltra dotem, ad pœnam pecuniariam, vel corporalem imponendam per ſuum ordinarium, atque vel in carcerem, vel in arctum monaſteriū eſſe detrudendum, ſi eſſet de ſtupro publice accuſatus. At Bernardinus Diaz, in practica criminali canonum, c. 77. hoc locum habere putat, quando eſſet seducta virgo, non autem ſi ipſe ſponte conſenſit, & ita probata voluntate puellæ, excuſari a pœna criminali, & eximi a præſtatione dotis, ad quam non teneatur, nec in foro cōtentioſo, nec in pœnitentiali, ſi modo patrem nō habeat, nam ſi haberet, etiam in eo caſu, & non obſtante contrario conſenſu filiæ, poſſet pater perſequi iniuriam ſibi in filiæ perſona illatam, & dotem & alia ei danda. adde l. 1. de iniur. Pand.*

c *dat pœnam Paulus Iuriſconſult. in l. ſi quis aliquid, 38. §. qui nondum viri potentes, de pœn. Pand.* Qui nondum viripotentes, *inquit*, virgines corrumpent, humiliores, in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam relegātur, aut in exilium mittuntur, *competebat & pro ſerua ſeu ancilla ſtuprata virgine immatura actio legis Aquiliæ. l. ſi ſtuprum, 25. de iniur. P. l. 27. § 4. ad leg. Aquil. P.*

## Capvt IIII.

*De pœnis ſtupri ſeu inceſtus ſacrarum virginum, & filiarum ſpiritualium.*

1 SI quis epiſcopus, presbyter, † diaconus aut ſubdiaconus, aut lector aut pſalmiſta aut hoſtiarius, cum muliere ſanctificata Deo, mœchatus fuerit, deponi debet: quia ſponſam Chriſti corrupit, ſi vero laicus fuerit, eſt excommunicandus. *a* Quamuis legibus ciuilibus, vltra pœna imponatur, capitalis, *b* pœnitentia vero imponenda monialibus & monachis. *c* Qui, quæve, ſi libere voluerint filios procreare, puta nubere, ergaſtulis concludi debent, ad perpetuam agendā pœnitentiam, cōmunione ſacra priuari, niſi in articulo mortis. *d* Moniales etiā ſi libidinibus inſeruire accuſentur, & manifeſte detegi non potuerint, erga regulam, ſuæ opinionis malam famam canonice purgare cogendæ ſunt. *e* Quæ virginitatē Deo vouerint, & qui cum illis rem habuerint, niſi a peccando deſtiterint, non obtinent pœnitentiam. *f*

Sacerdos vero, † qui cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ab officio deponi debet, & 12. annis pœnitere, poſteaque monaſterium ingredi, fœmina ſi laica eſt, debet quæ poſſidet relinquere, pauperibus tradere, & monaſterium ingredi. *g* 2

### Scholia.

a *can. ſi quis epiſcopus, 6. 27. qu. 1. & Sext. ſynodo in Trullo. cap. 4. excommunicatio porro illa laicorum, eſt ex manſuetudine canonica, deſponſatas autem virgines Veſtales eſſe Deo, dicitur in cano. quæ Chriſto, can. virginibus. & ca. ſi quis epiſcopus, 27. qu. 1. can. virgines, 27. diſtinct. quare in illarum compreſſione & adulterium, & ſacrilegium, & inceſtus committitur, & priuatio imponitur beneficiorum clerico id agente, vide Bernardinū Diaz. in practica criminali canon. cap. 75. & hoc quidam verum ita demū intelligunt, quando peccatum in notitiam populi peruenit, ſecundum Cardinalem de Turrecremata ad d. cap. ſi epiſcopus. Dias tamen & in occultis locum habere putat propter grauitatem criminis.*

b *ca. ſiquis non dicam, 1. 36. part. 2. l. ſiquis non dicam, de epiſco. & cler. C. vbi & non tantum rapientes vel violantes moniales, ſed etiam attentantes puniuntur.*

c *c. ne aliquis, 4. & ſeq. quod ſi pœnitentiam, 27. quæſt. 1.*

d *& vltra, qui ſe illis coniunxerint ſcienter, ab illis ſeparati, non poſſunt aliis matrimonio alioquin legitimo iūgere, vel fieri par-*

ticipes ſacramẽti cõmunionis, præterquam in mortis articulo, vt omnia probantur, in ca. impudicas, 11. cum 4. ſequentibus 27. quæſt. 1. de ſupplicio apud Ethnicos veſtalium inceſtuoſarum, vt quod viuæ defoderentur iam tractaui, lib. 6. ſyntag. ca. 7. nu. 3. docet & idem Plinius iunior, libr. 4. epiſtola. Liuius lib. 2. 4. 8. decadis 1. & lib. 2. decadis 4. Oroſius in 2.

e c. moniales, 3. de purgat. can. libr. 5. tit. 34. ex concilio Meldenſi. ca. 70. deteguntur autem manifeſte libidinibus inſeruiſſe, vel per teſtes, vel per inſpectionem corporis. ca. nec aliqua, 27. qu. 5. forma autem purgationis ex tenore regulæ ordinis ſuſcepti, eruenda.

f quæ eſt 10. annorum ſecundum priſcum ius, in c. deuotam, 27. ſub 27. q. 1. ex concilio Toletano. 1. c. 16.

g cap. 9. ſi quis ſacerdos, 30. quæ. 1. idem ſi ad pœnitentialem filiam ſuam accedat ſacerdos, qui honore dignitatis priuatus & vſq; ad exitum vitæ ſuæ, iugi pœnitentiæ ſe ſubdere debet, can. omnes quos, 8. eadem 30. quæſt. 1. & rurſum in c. non debet, 10. eo. non debet epiſcopus aut presbyter cõmiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua fuerint confeſſæ peccata. Si forte, quod abſit, hoc contingat, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali epiſcopus, 15. annos, presbyter 12. & deponatur, ſi tamen in conſcientiam populi peruenerit. Et ibi gloſſa infert, quod non ſit deponendus clericus, niſi pro crimine publico quod in notitiam populi peruenerit, per c. ſacerdotes, & ca. ſeq. 50. diſt.

## Capvt V.

### De pœna inceſtus.

Sacerdos inceſtus accuſatus & conuictus, deponendus eſt, & beneficiis priuandus. *a* Quamuis iure ciuili grauior poſita ſi pœna pro inceſtuoſo concubitu. *b* Omnis inceſti macula pollutus, infamis eſt, & accuſare ſacerdotes vel legitime cõiunctos non poteſt. *c* Qui inceſtas nuptias

A de facto *d* contrahunt, quandiu in eo crimine fuerint, excommunicati debent eſſe, & ſi alter illorum morte præuẽtus fuerit, alter quandiu viuet grauiter debet pœnitere, & ſine ſpe coniugii manere. *e* Neque nati ex huiuſmodi complexibus inceſtuoſis ſcienter factis, filii cenſentur legitimi, neque ii ſuccedunt parentibus. *f* Sunt & quidam inceſtus vltimo ſupplicio

B puniendi. *g*

### Scholia.

a ca. pen. de purga. vulga. & ita ad depoſitionem perueniendum eſſe ſanior pars concludit interpretum, ſi in iudicium deferatur crimen, reiectis contrariis ſententiis, de quibus Bernard. Diaz, in practica criminа. canonum. c. 78. inceſtus enim eſt graue crimen, iure diuino morte expiandũ. Leuit. 18. & c. 20. & grauius etiam crimen

C quod pertinet ad peccatum, inceſtus adulterio, c. adulterii 32. qu. 7. l. ſi adulterium cum inceſtu, & l. ſi. de ritu nupt. P.

b Cicero 3. de legibus. Inceſtum pontifices ſummo ſupplicio ſanciunto, nos multa de hoc crimine lib. 9. ſyntag. ca. 11. & de diuerſis formis & pœnis inceſtus per diuerſa exempla, lib. 36. c. 7.

c c. conſanguineorum, 4. ſub 3. q. 4. inter infames etiam numerantur inceſtuoſi, in ca.

D 17. infames eſſe, 6. q. 1.

d de facto enim nuptiæ tales coniunctiones illicitæ dicuntur, nam vere tales non ſunt, propter impedimentum conſanguinitatis, quod prohibet nuptias fieri, & de facto cõtractas diſſoluit. l. inceſtæ nuptiæ, 52. & l. nuptiæ 53. & ſeq. de ritu nup. P. l. qui contra, 4. de inceſt. nupt. libr. 5. C. tit. 5.

e ca. fin. 35. q. 8. ca. quædam cum fratre, 19.

E & 20. ſi quis viduam, ca. qui dormierit, 21. & cap. 23. & ſeq. ſi quis cum nouerca, 32. q. 7. ca. 1. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, libr. 4. tit. 1. Si quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiã vnquam habere poteſt vxorẽ, nec filiaſtra, nec ille, vllo



vllo vnquam tempore alii ſe poterint matrimonio copulare, hoc tamen & prædicti canones intelligi debẽt caute, vt monet Sotus in explicatione d. c. 3. libr. 4. ſententiarum. diſt. 37. q. 1. art. 2. facit & ca. ex literis, eo. titul. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, ca. 2. de conſanguinit. & affinit. iunge & l. qui contra, 4. de inceſt. nup. C. traditur. & in dict. cap. ſi quis cum nouerca, 32. quæſt. 7. & in cap. in lectum mariti, 6. cum ſequentibus, vſque ad finem 34. quæſtio. fin. de his qui inceſtum extra matrimonium commiſerint ſcientes, vt innupti remanere debeant. Cæterum quamuis inceſtuoſus matrimonium contrahere prohibeatur, tamen, ſi poſtea de facto contraxerit, indiſſolubile eſt, & tenetur vxori petenti reddere debitum, quamuis ipſe petere non poſſit, cap. 4. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, neque inceſtus ſuperueniens diſſoluit matrimonium. cap. pen. & fin. eod. tit.

f ca. vnic. 35. quæ. 7. l. ſi quis inceſti, 6. auth. inceſtas nuptias, auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. non. 12. ca. 1. & nouell. 89. ca. fin. vbi & ponuntur aliæ pœnæ confiſcationis bonorum, dotis & exilii, temperamento adhibito, vt ſi filios legitimos inceſtuoſi habeant, ad eos perueniant bona, adduntur, & ibidem aliæ pœnæ.

g vt cum vxore patris, cum niua, Leuit. ca. 18. 20. 21. Leuit. 17. & 22. Statuit & Sixtus 5. ſummus pontifex 9. Aprilis, ann. 2. ſui pontificatus, vt habetur in conſtitutio. eius 55. ſecundum ordinẽ Bullarii Laetii Cherubini incipiente volentis, &c. vt qui ſcienter matrem & filiam, aut duas ſorores germanas cognouerit carnaliter, pœna vltimi ſupplicii plectatur pariter & mulier, quæ ſcienter cum patre & filio, vel cum duobus fratribus germanis concubuerit.

## Cap. VI.

### De pœna raptoris.

Raptus puerorum aut mulierum, quibus quis abutatur, poteſt admittere

A pœnam mortis & detruncationis membrorum, *a* maxime ſi ſit ſanctimonialium ſiue volentium, ſiue inuitarum. *b* Et canones raptores huiuſmodi ſanctimonialium, viduarum, aut virginum, cooperatores & conniuentes raptoribus, ſi clerici ſunt, a proprio gradu deiiciunt, laicos anathematizant. *c* Statutũ etiam, vt ſi quis ſponſam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe coniugii remaneat,

B & ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur, non aliter. Et ſi poſt hæc ſe coniungere præſumſerint vtique vſque ad ſatisfactionem anathematizentur. *d* Permittitur tamen hoc iure puellæ raptæ nubere raptori, ſi prior diſſenſio poſtmodum tranſeat in conſenſum, dummodo ad contrahendum alioquin legitimæ ſint perſonæ. *e* Quod ſi raptor cum rapta ad eccle-

C ſiam confugerint, & fœminam ipſam violentiam paſſam conſtiterit, rapta de poteſtate eius liberata, raptor mortis vel pœnarum impunitate conceſſa, ad ſeruiendum ſubiectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si vero, quæ rapitur patrem habuerit, & puella raptori cõſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur, raptor autem patri ſuperioris conditionis ſatisfactione tenebitur obno-

D xius. *f*

### Scholia.

a cap. in archiepiſcopatu, de raptoribus. probat & cap. fin. 36. quæ. 1. dum dicitur confugienti raptori ad eccleſiam condonari mortem. Iure ciuili pœna capitalis in raptores & vltimi ſupplicii impoſita eſt, atq; ſimul in opem ferentes. l. vnic. de raptorib. virgin. l. qui cætu, §. qui vacantem, ad leg.

E Iul. de vi public. P. §. item lex Iulia. de vi, verſ. ſin autem, de public. iud. Ibique aliæ ponuntur pœnæ, vt nouell. 150. & 143.

b c. ſi quis non dicam rapere, 36. qu. 2. can. ſi quis non dicam, de pœniten. dict. 1. l. ſi quis non dicam, & leg. raptores, C. de Epiſcop.

*& clericor. dict. l. item lex Iulia. de vi. verſ. ſin autem, de public. iud.*

c *ca. raptores igitur, 2. can. de puellis, 4. ca. ſi quis virginem 5. & ſeq. 36. q. 2. Quin & ſi quis clericus monaſteria ſanctimonialium ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentare præſumſerit, per epiſcopũ arceri, & ſi non deſtiterit, ab officio eccleſiaſtico reddi immunis debet, & a cœtu fidelium fieri penitus alienus, cap. monaſteria ſanctimonialium, 8. de vita & honeſta. clericor. In quo tamen notabis admonitionem deſiſtendi præcedere oportere pœnam, vt in aliis, can. indigne, 12. q. 2. cap. ſacro, de ſentent. excommun.*

d *in cap. raptor. 33. & ſequenti ſtatutum, 27. quæſt. 2.*

e *ca. fin. de raptoribus. matrimonium quippe hoc iure inter raptorem & raptam contractum crimen abolere hoc iure videtur, ſi modo matrimonium aliunde nõ habeat impedimentum, vtputa ordinis, cõſanguinitatis, vel alterius generis. Prohibuit autem ius ciuile raptam raptori nubere, l. vnic. §. etſi non nuptæ, de raptor. virg. libr. 9. tit. 13. cap. cum ſecundum leges, de hæret. in Sex. Quod & olim determinatum fuiſſe in conſiliis ſacroſanctis videtur, vt in conſilio Aquiſgranenſi, ca. placuit, 11. Et Meldenſi, c. ſi autem, 10. 56. q. 2. in Chalcedonenſi. & Cabillonenſi. c. de puellis, eadẽ 36. q. 2. Iuſtin. poſtea & pœna ſanciuit deportationis, impoſita etiam parentibus raptarum conſentientibus, nouell. 143. de muliere raptum paſſa, & nouell. 15. de ea quæ raptori ſuo nubit, & ibidem raptoris bona confiſcantur, vide concilium Chalcedonenſe, ca. 27. Wormacenſe, ca. 77. diuum Thomam 2. 2. qu. 154. art. 7. fuit & de his noua concilii Tridentini diffinitio, ſeſſione, 24. tit. de reformatione matrimonii, cap. 6.* decernit, *inquit*, ſancta ſynodus inter raptorem & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe cõſiſtere matrimonium, quod ſi rapta a raptore, ſeparata & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium & fauorẽ præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces. Et ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare, *hæc ibi.*

f *in cap. fin. 36. quæſtio. 1. ex concilio 1. Aureliacenſi, c, 4.*

## Capvt VII.

### *De fornicatione.*

CLerici in ſubdiaconatu & aliis ſuperioribus ordinibus conſtituti, ſi vxores de facto acceperint, eas dimittere & pœnitentiam agere de commiſſo per excommunicationis & ſuſpenſionis ſententiam, compelli debent. *a* Poſt longam tamen pœnitentiã & vitam laudabilẽ continentes, officio ſuo reſtitui poterunt, & ex indulgentia epiſcopi eius exſecutionem habere. *b* Presbyter autem, aut diaconus, aut ſubdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam & tertiã admonitionem, ſi inueniatur fabulari & aliquomodo conuerſari cum ea, excommunicationi ſubdatur *c* Et ſi moniti clerici a focariis ſe non abſtineant, ab eccleſiaſticis beneficiis vſq; ad ſatisfactionem ſuſpendi debent, & ſi rurſum ſuſpenſi eas præſumſerint retinere, perpetuo remouentur ab eiſdem, & ab officio. *e* Sed & ſi quis ex his ſit publicus & notorius cõcubinarius, vel per ſententiam, vel per confeſſionem factam in iure, vel per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit non aliter, in officiis poterit euitari. *f* Puniuntur & concubinæ in foro eccleſiæ ſententia excommunicationis, *g* & aliis pœnis. In ſumma hoc iure inter omnes Chriſtianos omnis coitus



coitus extra matrimonium illicitus, & damnabilis eſt, *i* verum ſimplex fornicatio non ita vt adulterium vel inceſtus, & vt aliæ peiores coniunctiones, punienda, *k* lenones tamen multo magis erunt deteſtabiles. *l*

## Scholia.

a *c. 1. de cleric. coniug. lib. 3. tit. 3. can. presbyter, 28, diſtinct. ex concilio Toletano, 4. cap. 42. & ca. quidam clerici, 81. diſtinct. Iuſſum erat epiſcopis, auferre huiuſmodi coniunctas clericis, & venundare, illis pro tempore relegatis ad pœnitẽtiam, quos ſua libidine infeciſſent. dehinc & eaſdem focarias, ſi ſeparari nollent ab illis, iuſſit per principes in ſeruitutem redigi, ca. eos qui, 32. diſtinct. efficiebantur & filii nati ex eo cõcubitu ſerui in perpetuum eccleſiæ eius, cui præfuiſſet in dignitate conſtitutus, qui eos genuiſſet. Tractatur de prohibitione matrimonii vel concubinatus presbyterorum, & in maioribus ordinibus conſtitutorum, & de ſeparatione, ſi de facto fiat in in 27. diſt. & 82. & tit. qui cleric. vel vouen. &c.*

b *c. ſane ſacerdotes, 4. de cleric. coniug.*

c *c. ſi quiſquam, 2. de cohabit. clericorum & mulier.*

d *c. ſicut, 4. eod. tit. de cohabitat. clericorum, quod & extenditur ad inferioris ordinis clericos, cap. ſi autem clerici, 6. eo. tit. & c. vt clericorũ, 13. de vita & honeſtate cleric. in continentes, non ſe emendantes, & ſuſpenſi celebrantes, in perpetuum deponi iubẽtur & prælati, qui tales in ſuis iniquitatibus ſuſtinent, maxime obtẽtu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari ſubiiciuntur vltioni.*

e *dicto c. ſi autem clerici, 6. & can. Maximianus, 6. 81. diſtinct. concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. c. 14. adfert pœnas concubinariorum publicorũ, vt ſi admoniti non abſtinuerint, priuentur tertia parte fructuum beneficiorum, & penſionum eccleſiaſticarum, applicanda fabricæ Eccleſiæ, vel alterius pii loci arbitrio epiſcopi. Et ſi poſtea non abſtinuerint ab eadem vel alia concubina, ſuſpendantur ab officii, & beneficii adminiſtratione, & ſi deinceps perſeuerauerint, priuentur beneficio & penſionibus eccleſiaſticis. Et ſi adhuc non ſe emendent, excommunicentur, clerici autem alii concubinarii, qui beneficia nõ habent, pœna carceris, aliiſque canonicis puniantur, & inhabiles declarentur ad beneficia, cum ſuſpenſione ab ordine quem habent: Epiſcopi vero concubinarii, ſi in ſynodo prouinciali admoniti, non ſe emendent, ipſo iure ſint ſuſpenſi, &c. vide titulum de publicis concubinariis in concordatis, vbi & pœnæ aliæ & in negligentes quoque epiſcopos, vide & quæ diximus in explicatione, c. 1. de accuſationibus regula 14. & quæ tractat Guido Papæus, deciſ. 558. vbi docet, notorium concubinarium celebrantem eſſe ipſo iure & facto irregularẽ, per rationes ibi adductas, & ita fuiſſe concluſum, ideo & ſequi, quod veniat beneficio priuandus, pro quo videnda notata per doctores ad cap. fin. de clerico, excommunica. miniſtra. addit & multa alia ex concilio Baſilienſi ſeſſione 26. relata in titul. de publicis concubinariis in pragma. ſanctio. Bernardinum Diaz Hiſpanum in pract. crim. can. c. 74.*

f *ca. fin. c. veſtra duxit, 7. de cohabita. cleric. vel mulier. ſic intelligendi ſunt canones. ca. nullus, can. præter hæc, 32. diſtinct. c. ſi. 15. q. ſi. c. ſi qui ſine, 81. diſt.*

g *ca. ſi concubinæ 55. de ſentent. excommunicat.*

h *nempe vt veneant & ſeruituti mancipentur, vt ante dixi in litera a, & in monaſterium detrudantur, cap. fraternitatis, 33. diſt. vide & de pœnis cõtra cõcubinarios in concilio Tridentino ſeſſione, 25. de reformatione, c. 14. & in concordatis tit. de publicis concubinariis, vbi Rebuffus adfert 30. pœnas contra concubinarios. Presbytero qui fornicationem fecerit 10. annorum pœnitentia imponitur, iuxta diſtinctio-*

*nem eius pœnitentiæ,in c.presbytero, 5.82.* A
*diſtinct. in ca.vero Apoſtolorum 24.ſta-*
*tuitur,epiſcopum aut presbyterum in for-*
*nicatione deprehenſum,deponendum, non*
*autem a communione arcendum, ne bis*
*idem delictũ vindicetur, nec debet abſol-*
*ui excommunicatus concubinarius, quin*
*prius de facto concubinam eiecerit, etiam-*
*ſi occultus fuerit, ſi dubitetur de peccati*
*continuatione,ca.legatur, 24.q.2.ca.au-*
*dite 4.diſt. Angelus Clauaſius, in ſumma* B
*ad verbum concubinam.*

i *ca.prædicandum, 22.qu.2.ca.nemo blan-*
*diatur 4.ca.in eo fornicator, 12.ca.mere-*
*trices, 11.32.quæ.4.c.Deus qui eccleſiam,*
*de pœniten.& remiſſio.ca.aliter, 30.qu.5.*
*iuxta Dei præceptum, non mœchaberis,*
*Exod.20.ad Galatas c.5.Tobiæ 5.probi-*
*bitum & facere membra noſtra membra*
*meretricis, quod fit & adhærẽdo 1.ad Co-*
*rinth.6.atque improbatur error Beguino-* C
*rum & Beguinarũ, qui dicebant rem ha-*
*bere cũ mulieribus non eſſe peccatũ, quod*
*ex naturali videretur appetitu, peccatum*
*tamen eſſe mortale eas oſculari, clemen.ad*
*noſtram,de hæret.in clem.Proinde & con-*
*cubinatus iure pontificio eſt prohibitus,*
*quamuis aliquãdo iure ciuili in certis ca-*
*ſibus fuerit permiſſus, ſicque antiquantur*
*leges & exempla olim permittentia concu-*
*binatum,in can.dicat aliquis, & c.mere-* D
*trices, 12.q.4.Et ſemper habuiſſe concubi-*
*nam fuit vere peccatum, vt ſcribit gloſſ.fi.*
*in dict.cap.meretrices,per c.gaudemus,de*
*diuort.neque vnquam fornicari impune*
*permiſſum fuit,c.fornicari, 10.88.diſt.c.*
*nubendi, 27.q.1.Hic tamen obſerua,ali-*
*quando veram vxorem fuiſſe dictam con-*
*cubinam, cum qua non fuiſſet tamen ma-*
*trimonium contractum in facie eccleſiæ,*
*quæ nihilominus vere coniuncta & ſine* E
*vllo impedimento fuiſſet, quæ non fuit ali-*
*quando prohibita, vt in can. is qui non ha-*
*bet, vxorem 4.& c.Chriſtiano, 34.diſtin.*
*Comparatur autem illa concubina vxori*
*aliquorum, quæ ſine dotalium tabularum*
*ſolemnitate ducta fuerat, vt in nouell. 18.*
*cap.5.vere enim illa erat etiã coniunx, ſed*
*quia dotalia inſtrumenta & ſolemnitates*
*non interueniſſent, lex concubinam nomi-*
*nat,can.omnibus ſeruis Dei, 3.§.concubi-*
*na autem, 24.diſt. ideo illa non fuit omni-*
*no prohibita, quia perpetua, & diſtans a*
*prohibita, quæ erat concubina temporalis*
*non vxor, neque etiam arcebatur a cõmu-*
*nione, qui talem vxorem dictam concubi-*
*nam habebat,d.c.is qui non habet, Sic in*
*c.audita,eadẽ 34.diſt. D. Auguſtinus di-*
*cit non licere habere cõcubinas, quæ poſtea*
*dimittuntur. Tamen hodie, cum in facie*
*eccleſiæ ſit celebrandum matrimonium, &*
*ſine ea ſolemnitate non dicatur legitima*
*coniunctio.c.cum inhibitio,de clandeſtina*
*deſponſatio. recte dicemus & omnem con-*
*cubinatum prohibitum & ſemper præſu-*
*mi coniunctionem illicitam, niſi interue-*
*niãt legitimæ ſolemnitates,c.aliter, 30.q.5.*
*Nomine etiam hic luxuriæ, omnis inordi-*
*nata pollutio intelligitur.c.in eo. 32.q.4.*
k *ca.adulterii, 11.32.q.7. Sine carnali de-*
*licto pauci inueniũtur, c.16.quia ſancti-*
*tas tua, 10.diſt. Caſtitatẽ. difficile ſeruare*
*eſt, maxime nunc, quare defectus tempo-*
*rum, quibus non ſolum merita ſed corpora*
*ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis ca-*
*nonicæ non patitur in omnib.manere cen-*
*ſuram,c.fraternitatis, 7.34.diſt. Arctiſſi-*
*ma vita dicitur caſtitatis promiſſæ, c.5.de*
*his, 8.diſt.difficilis res, ſed maioris meriti*
*ſe caſtrare propter verbum Dei in volun-*
*tate, & ſponte, neq; omnes capiunt verbum*
*iſtud D. Matthæi,ca.19.& ca.9.qui ſitit,*
*33.q.5. Carnis luxuria interdũ ſapientes*
*infatuat, vt Salomonem, ca. Salomon, 2.*
*qu.4.ca. Sacerdos, 3.q.7. Sanctos proſter-*
*nit, vt Dauidem,ca.ſepties,§. Dauid quo-*
*que,de pœniten. diſt. 3.dict.ca.Sacerdos,*
*§.item Dauid.fortes vincit, vt Samſonem,*
*ca.ſi non, 23.q.5. Et vt dicebat Iuſtinian.*
*in §.illud quoque melius,ca.4.nouell.74.*
*quibus mod. naturales efficiant. legitimi.*
etſi caſtitatis ſimus amatores, & hoc ſi-
mul



mul noſtris ſancimus ſubiectis: noui- A
mus tamen nihil eſſe furore amoris ve-
hementius, quã retinere philoſophiæ
eſt perfectę, &c. *Plato quoque in Phædro,*
*amorem vocat* μανίαν, *Cæterum nec ideo*
*minus delictum eſt fornicari, & peccatum*
*mortale, quamuis multi in illud incidant,*
*ca.multi, 2.q.1.c.flagitia, 32.q.7.& quã-*
*uis vitiũ ſit naturale, hoc eſt ex corruptio-*
*ne naturali, tamen vitium eſt, & non ex-*
*cuſat.l.ſi ſeru⁹, l.ſi fornicarius, ad l.Aquil.* B
*P.mitius tamen punitur, vt in l.omne de-*
*lictum.§.per vitium, aut per laſciuiam.de*
*re militar. P. neque ſtatim imponitur cle-*
*rico pro fornicatione pœna depoſitionis.glo.*
*in c.Maximianus, 81.diſt.gl.in c.lator, 2.*
*q.7.in can.presbyter 82.diſt.ſed pœna ar-*
*bitrio iudicis relinquitur, vt eſt commu-*
*nis opinio, ſecundum Felinum ad cap.at ſi*
*clerici, de iudic. & Ioannem de Selua in*
*tracta.beneficio.in 3.par.quæ.3.vbi plura* C
*Ioan.Bernar. Diaz. in practica criminali*
*canonum, c.72.*

l *de his diximus, lib.36.ſyntag.ca.11.& de*
*eorum pœnis tractatur. in nouell. 4.de le-*
*nonibus, & lenones leg. Iulia. de adulteriis*
*puniendis dicitur, in l.2.§.2.& 3.ad l.Iul.*
*de adult.dicuntur & infames, in l.1.& l.*
*Athletas, §.ait prætor, de his qui notan.in-*
*famia, pœna metalli affici debere quoque*
*tradit.l.fin.de ſpectacu.lib.11.C.Quia &* D
*lenocinium exercere, vt dixi ante, non mi-*
*nus eſt quam quæſtum facere corporis, leg.*
*palam, §.lenocinium, de ritu nup.P. Qui*
*etiam ita decipiunt & conciliant raptori-*
*bus raptas plumbo liquẽte in os iniecto, ne-*
*cantur, in l.vnic.de rapt. virg.C.ad leno*
*cinium pertinere & legem Iuliam de ad-*
*ulteriis videtur, donum ad colloquendum*
*vel tractandum de ſtupro, vel ad commit-* E
*tendum etiam amicis conceſſiſſe, l. qui do-*
*num, 8.& ſeq.etſi amicis, ad l.Iul.de adul.*
*Pandect.proxenetæ & tabularii delatores*
*literarũ ſtupri eadem lege teneri poſſunt:*
*quamuis ex aliis cauſis proxenetæ non im-*
*probentur, & ad conciliandum etiam ho-*
*neſtam amicitiam, vt in l.2.& tit.de pro-*
*xeneticis.Pandect.lib.50.tit.4.& de ſpon-*
*ſalibus, ſponſalitiis, & proxeneticis, libr.5.*
*C.tit.1.quod intelligerem, ſi ſciẽter tabel-*
*las ſtupri quis detuliſſet, nõ vtique ſi igno-*
*rans quid in illis eſſet ſcriptum detulerit.*
*Sic legimus apud Suetonium de claris*
*Grammaticis.c.91.* Curtius, *inquit Ni-*
*tia,* hæſit Cn. Pompeio, & C. Memnio,
ſed cum codicillos Memnii ad Pom-
peii vxorem de ſtupro protuliſſet, pro-
ditus ab ea, Pompeio offendit, domoq;
ei interdictum eſt.

## CAPVT. VIII.

*De luxuria contra naturam.*

QVicunque illa incontinẽtia, quæ con-
tra naturam eſt, propter quam ira Dei
venit in filios diffidentiæ, & quinque ciui-
tates igne conſumſit, deprehenſi fuerint,
laborare, ſi clerici fuerint, deiiciãtur a cle- C
ro, vel ad agendam pœnitentiam in mona-
ſteriis detrudantur, ſi clerici, excommuni-
cationi ſubdantur, & a cœtu fidelium ſint
penitus alieni. *a* Commixtio autem cum
brutis morte digna eſt. *b*

## SCHOLIA.

a *Hæc omnia in ca. clerici, 14.de exceſſibus*
*prælator.lib.5.tit.31.deteſtatur & iiſdem*
*fere verbis hoc crimen, cap.vt clericorum,* D
*13.de vita & honeſta.clericor. Ciuitates*
*quinque, quæ ideo igne conſumtæ ſunt, So-*
*doma, Gomorrha, Adama, Sebrini, Segor,*
*& Eſeale, quæ Bale. Geneſ.c.19.quarum*
*duæ ex vicinitate aliarum Adama & Se-*
*brin, tres ex proprio delicto perierunt, cap.*
*46.ſed & continuo qui dixerit, de pœnit.*
*diſtinct.1.Diuus Auguſtinus.libr.3.con-*
*feſſion.ca.8.& in can.13.flagitia, 32.q.7.* E
flagitia, inquit, quę ſunt cõtra naturam
vbique & ſemper deteſtanda, atque
punienda ſunt, qualia Sodomitarum
fuerunt, &c. *Rurſum in ca.adulterii ma-*
*lum, 1.eadem 32.q.7.Peſſimum omnium*
*fornicationum ſcelus, dicitur quod fit*

*contra naturam, vt ſi vir membro mulieris non adhoc conceſſo voluerit vti, quod exſecrabile vitium in meretrice, exſecrabilius cum vxore, flagitium hoc in vtroq; ſexu deteſtabile, ca. offerebat, 12. cap. vſus naturalis, 14. eadem 32. quæſt. 7. cap. 1. ad Roman. Sed & per extrauagantem Pii 5. incipientem,* nunc primum, *& aliam,* horrendum illud, *clerici huius criminis rei, decernuntur tradi ſeculari curiæ. Iuſtinian. in nouell. 77. vt non luxuriantur contra naturam, refert propter huiuſmodi ſcelera & blaſphemias impunitas famem, terræ motus, peſtilentias, a Deo immitti, iubetque in reos ſine mora ſecũdum leges animaduerti. Idipſum & ſtatuit in edicto ſeu nouel. 141. de his qui luxuriantur contra naturam, nos de hoc crimine & pœnis diximus quoque, lib. 36. ſyntagma. cap. 10. de præpoſtera libidine virorum & mulierum, & ca. 14. de nefanda cum brutis; Legum pœna contra huius ſceleris reos ignis diuinaque de cœlo vltio dicitur, in cap. 19. Geneſ. & rurſum Leuit. cap. 18. verſ. 22.* cum maſculo nõ commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt, *& verſ. 13.* cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. *mulier non ſuccumbet iumento nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt, & de pœna. in capit. 20. Leuit. verſ. 13.* Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos, iunge *& verſi. 15. iure ciuili gladio vltore huiuſmodi ſcelus extruditur, in l. cum vir, 31. C. ad leg. Iul. de adult. in l. 1. §. qui puero, de extraordin. criminib. lib. 48. Pand. tit. 11. ca. ſolicitatores, 15. §. qui puero, de pœnitent. diſt. 1.* Qui puero, *inquit*, ſtuprum abducto ab eo vel corrupto comite perſuaſerit, aut mulierem puellamve interpellauerit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumve quo is perſuadeat dederit, perfecto flagitio punitur capite imperfecto, in inſulam deportatur, corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur. *Et §. item lex Iulia. de adulteriis, de public. iudic. refert legem Iuliam gladio punire eos, qui cum maſculis nefandam libidinẽ exercere auſi ſunt. Lata & ante legem Iuliam de ſtupro puerorum, Scatinia lex, quæ animaduertebat in conſtrupratores, de qua Suetonius in Domitiano, cap. 8. Cicero, 5. Philip. Iuuenal. Satyr. 2.*

b *cap. 4. mulie. 14. 15. quæ. 1. mulier.* Quæ acceſſerit id omne pecus aſcẽdi, ab eo interficietis mulierem, & pecus, morte moriatur, rei enim ſunt. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. *Exod. 22. verſi. 18. Et Leuit. 18. verſ. 23.* cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt. *Adde Leuit. cap. 20. verſ. 15. iumenti nomine ibi,* בְּהֵמָה *behema, omnia maiora quadrupedia continentur, quibus ſarcinæ deferuntur, vel currus trahitur, vt declaratur apud Columellam, lib. 6. cap. 3. quod Hebræi vocant etiam generaliter* בְּהֵמָה *behema, id omne & etiam & latius omne animal cuiuſcunque ſit ſexus & generis, maxime quadrupedes, cum tamen Iuriſconſulti aliquando diſtinguant inter pecus, & iumentum, in l. legatis ſeruis, 64. §. pecoribus, & ſequentibus, de lega. 3. leg. 2. §. fin. ad leg. Aquil. vbi & agitur de pecudis appellatione. Pecus etiam in prohibitione diuinæ paginæ dicitur, omne animal quod ſub imperio hominis eſt.*

# DE POENIS.

## a TITVLVS XV.

a *Similis titulus exſtat de pœnis, lib. 5. decreta. & tit. 37. lib. 5. Sexti. tit. 9. & lib. 5. clem. tit. 9. & in extrauagantibus, Ioannis 22. & communibus, & in diuerſis locis decreti Gratiani, & libr. 48. P. tit. 19. & libr. 9. C. titul. 47. Eo referri poſſunt titul. 1. de modo mulctarum, quæ a iudicibus infliguntur, lib. 9. C. tit. 55. de pœna iudicis qui male iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduerſarium corrumpere curauit, lib. 7. C. tit. 49. de infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis, & de decimariis, ſublatis, libr. 8. C. tit. 58. de pœna temere litigantium. lib. 4. Inſtitutionum Iuſtinia. tit. 16. de pœnis, lib. 60. eclogæ Baſilicorum, tit. 51. Et in nouellis Leonis Imperatoris. nouell. 62. de pœna eius qui rem aliquam publicam vendiderit. nouell. 92. de pœna eius qui dedita opera aliquem exſecrauit. nouell. 86. de pœna epiſcoporum & ſacerdotum & clericorum qui ſe ſponſionibus redemturis aliiſque ſimilibus dederint. nouell. 63. de pœna illorũ, qui res vetitas ad hoſtes perferunt. nouell. 65. de pœna incantatorum. nouell. 98. de pœna eunuchorum, ſi vxores ducant. nouell. 64. de pœna eorum, qui naufragiũ ſuppreſſerint. nouel. 32. de pœna adulterii manifeſto deprehenſi. nouell. 60. de pœna caſtratoris. nouell. 87. de pœn. eccleſiaſticorum alea ludentium. nouell. 77. de pœna falſarii. nouel. 70. de pœna graſſatoris. nouell. 67. de pœna eorum, qui ad hoſtes tranſeunt ſuaque ſponte reuertuntur. nouell. 61. de pœna iniuſti exactoris tributorum. nouel 87. de pœna ludentis alea. nouell. 31. de pœna mulieris quæ mariti odio abortiat. nouell. 30. de pœna mulieris, quæ viuo marito alios de matrimonio compellat. nouell. 105. de pœna peculatus. nouell. 65. de pœna plagii. nouell. 33. de pœna raptoris virginis, eorumque qui in raptu virginis adfuerunt. nouell. 79. de pœna ſacerdotis, diaconi, aut hypodiaconi poſt acceptum ordinem nuptias contrahentis. nouell. 96. de pœna ſepulcri violati. nouell 34. de pœna tertiarum nuptiarum, & tutoris qui pupillam ſuam vitiat. Nos multa etiam de pœnis agimus toto, libr. 31. Syntagm. iur. vniuerſ.*



### CAPVT I.

1 *Pœnæ definitio.*
2 *Et diuiſiones & ſubdiuiſiones.*

POena, eſt peccati ſeu iniuriæ vltio. *a* Ea autem, aut eſt æterna, *b* aut temporalis. *c* Dehinc ex illis, *d* quædam ſpiritualis, quædam corporalis, quædam pecuniaria. Spiritualis quadruplex excommunicatio, interdictum, ſuſpenſio, ſeu remotio ab oblatione, ſeu remotio ab ordine. *e* Corporalis duplex, vel in ipſo corpore, vel circa ſtatum & dignitatem perſonæ. Pecuniaria *f* etiam mulcta *g* dicitur, & compoſitio, *h* & bannum, *i* & emenda. *k* Maior etiam & minor pœna dicitur, ex relatione ad aliquid, vt maior excommunicatio aliis pœnis, ratione ſubiecti, nempe animæ, *l* in quam ſæuit: *m* anima autẽ pluſquam corpus. *n* Si conſideremus autem pœnæ durationem, maior erit depoſitio & degradatio, quæ perſeuerat, ipſa excommunicatione. *o* Inter corporales & illa maior, quæ magis ſenſus affligit, *p* & trũcationem habet membrorum, quæve mortem infert. *q* Inter vltimi ſupplicii pœnas & maior illa, quæ maius opprobrium continet, *r* & longiorem vexationem & grauiorem dolorem.

### SCHOLIA.

a *Nomẽ Græcum eſt* ποινή. *Pœna quod Latini in ſuum vſum tranſtulerint, & vt ait Pauſanias in Laconicis,* τὰς τιμωρίας οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἀνθρώπων ὠνόμαζον ποινάς. *Et vt Varro ait 4. De lingua Latina, pœna a puniendo, quod poſt peccatum ſequitur, vel a pone, quod poſt peccatum ſequitur. Secundum autem Vlpianum in leg. aliud eſt fraus 131. de verborũ ſignificat. pœna generale nomen eſt, continens omnium delictorum coercitionem & noxæ vindictam. Res quæ culpa caret in damnum pœna vocari non debet 2. de conſtitutio. & legitime factum, pœnam non meretur, l. Grachus, ad leg. Iul. de adult. C. Ponitur etiam aliquis interdũ ſine culpa, ſed non ſine cauſa, velut dum contrahens cum corrupta quam credebat virginẽ efficitur bigamus, cano. qui in aliquo, 51. diſt.*

b *quæ eſt damnatio æterna, ignis æternus, durans & in alio ſeculo, ca. ſunt plures 42. §. fi. & c. ignis ſuccenſus, de pœn. diſt. 3.*

c *quæ infertur ad tempus vel in hoc ſeculo, vt ſaluentur in perpetuum in alio animæ, & vt meliores reddantur caſtigati, dictis iuribus, & ca. ſunt plures, & ſeq. de pœnit. diſt. 3. vel in alio, ſic in ca. qui in aliud ſeculum, 5. 25. diſt.* Qui in aliud ſeculum diſtulit fructũ conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, etſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt, excedit enim omnem pœnam, quam vnquã aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati poteſt. *Idem in c. fin.*

*Llll*

§.fin.de pœnit.diſtinct.7.ex diuo Auguſti- A
no de vera aut falſ.pœnitentia, cap.18. &
quædam culpæ in hoc ſeculo, quædam in a-
lio laxari poſt mortem poſſunt, aliæ, quæ
non poſſunt in alio.can.3.§.alias, & ca.4.
qualis hinc quiſque egreditur, 25.diſtin.
Matth.c.12.

d Pœnarum ſequentes diuiſiones ennumerat
gloſſ.in ſumma 1.q.4.ad verba, de quar-
ta, de corporali & ſpiritali pœna etiam, in
ca.1.ſi habes, 24.q.3. B

e de quibus poſtea. Quædã pœnæ reſpiciunt
corpus ipſum, vt damnatio ad furcas, ſup-
plicium vltimum, fuſtigatio, quædam ad
exiſtimationem pertinent, non ad capitis
periculum, vt relegatio ad tempus, & ad
inſulam damnatio, leg.capitalium, 28.in
prin.& §.1.de pœnis.

f pecuniaria pœna diſtinguitur a corporali.
in leg.ſi quis reum, 4.de cuſtodia reorum.
libr.48.tit.3. Pœnam quadrupli imponit C
canon.quoniam, 8.diſt. & de pœna eccle-
ſiaſtica pecuniaria.in ca.in archiepiſcopa-
tu, de raptorib.c.quid ergo, 23.q.5. Quã-
do hæc pœna pecuniaria pro alia debita cri
mini poſſit imponi a iudice eccleſiaſtico,
docet, ca.licet, & ibi gloſſ. ad verba, pœna
pecuniaria, de pœn.in criminib.eccleſia-
ſticis, imponitur etiam in laicis a iudicib.
eccleſiaſticis, ca.ſi quis contumax, 20.17.
q.4. Poteſt & archiepiſcopus emendas pe- D
cuniarias a ſubditis ſuffraganei ſui exige-
re, ſecundum conſuetudinem regionis, in
quibus & licet eos nõ ſoluentes excommu-
nicationis vinculo innodare, can.venera-
bilibus, 7.§.denique a ſubditis, de ſentent.
excommunica.in Sext.pro delicto crimi-
nali imponi poſſe pœnam pecuniariam ex
ſtatuto & conſuetudine, & exigi poſſe per
iudicem eccleſiaſticum docetur in cap. 2.
de delict.puero.ca.dilectus, de offic.ordi- E
nar.etiam pro homicidio, vt in dict.ca.2.
quo loci, nec Hoſtienſis, nec alii, qui di-
cunt irrationabilia ſtatuta, quæ imponunt
pœnam pecuniariam pro homicidio, furto
& ſimilibus, intellexiſſe aut aſſequuti mihi
videntur mentem, c.2.& ſimiliũ, nam pe- A
cuniaria ibi non imponitur, pro pœna ſuffi-
cienti, & vt quis per illam euitet corpora-
lem, ſi crimen mereatur, ſed vt vltra pœ-
nam corporalem illam quoque debeat pe-
cuniariam ciuilem vel domino ciuitatis,
vel territorii, vel alii, cui applicanda venit
per ſtatutum. Sed & omnes conſentiunt
poſt delictum commiſſum, aliquando im-
poni poſſe loco corporalis pœnæ, pecuniariã, B
vt aliquãdo pro pecuniaria imponi corpo-
ralem, l.1.§.fi.de pœn.P.l.fin.in fine.de in
ius voca.P.l.7.§.3.de iuriſdict.omn.iudi.
P.l.9.de incendio ruina.P.

g vt titul.de modo mulcta.C.lib.1.titul.54.
Condemnantur & ad pœnã pecuniariam
temerarie litigantes, ca.diſpendia, 3.de re-
ſcrip.in Sex.c.fi.eod.tit.apud Gregorium.
c.4.de pœn.

h in cap.2.de pœn.can.qui ſubdiaconatum,
C 17.qu.4.

i ca.ſtatuimus, 55.16.qu.1. Qui decimas
retinuerit, bannum noſtrum compo-
nat, & communione priuetur, bannum
illud Longobardorum erat 60.ſolidorum.

k in c.dilectus, 18.de offic.ordina.c.ex par-
te, de verb.ſignifi.c.venerabilibus, 7.§.de-
nique, de ſentent.excom.

l c.corripiantur, 24.quæ.3. Ibique dicitur,
nullam maiorem eſſe in eccleſia pœnã ipſa
D excommunicatione, quare nec debet in-
fligi pro leuiſſimis criminibus, in can.non
adferamus, 4.q.1.can.nemo epiſcoporum,
c.epiſcopi, 11.q.4.

m c.ſi habes, 24.quæ.3.c.nemo epiſcoporum,
11.q.3.

n l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.c.præcipi-
mus, 12.q.1.c.ſolitæ, de maior.& obed. Et
anima multo pretioſior eſt corpore, ca.cum
infirmitas, de pœn.& remiſſio.

E o c.ſi epiſcopus aut presbyter, 50.diſt.

p vt illa, de qua in dict.cap.ſi habes, 24.quæ.
3.vt flagella grauiora fuſtibus, leg.in ſer-
uorum, 10.de pœnit.graduſque pœnarum
ſunt, l.ſi quis forte, 6.§.fin.& l.ſeq.7.& 8.
de pœn.P.

q ca.



q ca.circumcelliones, 23.q.5.

r vt olim crucifigi, maledictus enim habe-
batur, qui pendebat in ligno, Deuter.21.
ad Galat.3.

## Cap. II.

*Pro quibus imponenda pœna.*

POena, vbi crimen eſt vel cauſa puniendi,
non autem ſi non ſubſit, imponitur, *a* &
toties repetenda, quoties crimen rena-
ſcitur. *b*

### Scholia.

a cap.2.de conſtitutio.l.ſi pœna, de pœn.P.
dixi cauſam interdum etiam pœnam ſua-
dere, vt cum animaduertitur in bruta, in-
que res inanimatas, quæ quidẽ delinquere
per ſe non dicuntur, idque in deteſtatio-
nem criminis per eas commiſſi, vt in c.mu-
lier.15.quæſt.1. Item animaduertitur a-
liquando in non peccantes ſine peccato, ſed
non ſine cauſa, vt dicemus infra, de quibus
ſumatur ſupplicium.

b c.1.de pœn.

## Caput III.

*A quibus imponantur pœnæ.*

POenæ vel ex cõuentione partium pro-
cedunt, ſunt & conuentionales, vel le-
gales, vel canonicæ, vel ſynodales, vel con-
ſuetudinariæ, vel arbitrariæ. Conuentio-
nalis eſt pœna, quando in contractu pla- D
cuit, vt qui illum ſi non ſeruauerit, certum
quippiam det obſeruanti, pro pœna frau-
datæ fidei, quare & petitur, niſi vtraque
pars contrahentium non ſeruauerit, quo
caſu compenſatione eliditur. *a* Legales
pœnæ dicuntur, quæ a iure ciuili introdu-
ctę ſunt, *b* quas omittemus apud proprios
auctores vendendas. *c* Canonicæ plures
ſunt a iure pontificio definitæ, *d* de quibus E
poſtea. Synodales magis quam canonicæ
ad certum locum reſtringuntur per ſyno-
dos vel prouinciales vel Epiſcopales im-
poſitæ, maxime vbi nulla a iure Pontificio
eſt conſtituta. *e* Conſuetudinariæ ſunt,
A quæ ſolent imponi ex conſuetudine ſin-
gularum eccleſiarum, quæ vt locales pri-
mum ſunt perpendendæ. *f* Arbitrariæ
ſunt, quæ conſtitui poſſunt ex arbitrio iu-
dicis pro delicti & cauſæ qualitate, ſi tale
ſit negotium, quod pro eo certa pœna a
canonibus non exprimatur. *g* Pœnæ ta-
men legitime imponi poſſunt tantum iu-
dicibus, competentibus, vt ab eccleſiaſti-
cis clericis & nõ a laicis, *h* vbi tamen effun-
B dere oportet ſanguinẽ, Eccleſiaſticæ per-
ſonæ in ſacris ordinibus conſtitutæ, ne-
queunt iudicare, aut iudicantibus intereſ-
ſe, eorumve ſententias ſubſcribere, vel il-
lis conſilium dare. *i*

### Scholia.

a cap.conſtitutus, 7.de pœniten.cap.conſti-
tutus, de religioſ.domi. Sic & parua deli-
cta mutua compenſatione tolluntur, l.ſi
duo, de compenſation.l.ſi ambo, de dolo.ca.
C penultim.& fin.de adulter.cap.nihil.32.
quæſtio.6.l.viro & vxore, ſolut matrimo.
Pand.l.cum par, de reg.iur.Pand.videbis
autem ſingularem doctrinam.in ca.ſuam
ad nos, 9.iuncta gloſſ.ad verbum, perſol-
uentes, de pæn.in quæſtione promiſſionis
ſoluendi ſub certa pæna, num ſi non ſoluat
integre intra dictum tempus, teneatur ad
integram pænam, an vero liberetur reli-
quum poſt tempus ſoluendo.

D b Sic enim aliquando pænæ legales diſtin-
guuntur a canonicis, aliquando & ſimul
conueniunt & ſe mutuo iuuant, vt in cap.
penultim.& fin.de ſecund.nupt.diſtinctio
ponitur & ſimilitudo, in cap.1.de oper.no-
ui nuntia.

c nos de pænis iure ciuili fuſe.libr.31.ſynta-
gma.c.34.

d c.ad reprimendum, 8.de offic.ordina.libr.
E 1.tit.31.& ibi enumerantur quædam pæ-
næ a gloſſa.

e vt in ca.fin.de conſtitutio.mentio fit de his
pænis maxime pecuniariis conſuetis, in ca.
dilectus filius, 18.de offic.& poteſtat.iu-
dicis ordinandi. Quod in pænis conſue-

*tum eſt dicitur neceſſarium & non arbitrarium, Bal. in l. quicunque, de ſeruis fugitiuis. C. Agitur & de conſuetudine in pœnis definiendis ſeruanda, & quod ea defertur arbitrio iudicis, in l. ſi quis reum, de cuſtod. reorum, libr. 48. Pandect. titul. 3. vbi determinata videlicet non eſt pœna a canone, quem corruptela morum & nimia indulgentia, non debet corrumpere, vt nec corruptela conſuetudo dicenda eſt, ſed reiicienda, cap. fin. de conſuetud. Conſuetudo alioquin in pœnis imponendis poteſt habere rationem quandam ex loco vbi ſeruatur ſingularẽ, ex qua leuior aut durior imponatur. Euenit enim inquit Claudianus. in leg. aut facta, 16. §. euenit, de pœnis, vt eadem ſcelera in quibuſdam prouinciis grauius plectantur, vt in Africa meſſium incenſores, in Myſia, vitium: vbi metalla ſunt, adulteratores monetæ, adde & in Arabia ſcopeliſmum. l. 7. de extraordin. crimin. P.*

f *in cap. in cauſis, 4. de officio. & poteſtat. iudic. delega. lib. 1. tit. 19. cap. finem litibus, de dolo & contumac. qualitates in delictis conſiderandæ exponuntur. in ca. ſicut dignum, de homicid. Delegati potiſſimũ iudices pœnam iure præſcriptam tenentur ſequi, ſi ea ſit expreſſa, vt notat gloſſ. in dict. cap. de cauſis. l. 1. §. fi. de iure delibera. lib. 28. P. tit. 8. At iudices ordinarii, ex circumſtantiis delictorũ & certis rationibus, maxime ſi ſupremi ſint, a quibus non poſſit appellari, poſſunt pœnas a lege inflictas, vel temperare vel mutare, vt in leg. quid ergo, 12. §. pœna grauior, de his qui not. infam. lib. 3. P. tit. 1. diſputat & gloſſa in ca. licet, 3. ad verba* pœnam pecuniariam, *de pœnis, & Hoſtienſis ad c. in archiepiſcopatu, de raptoribus idem probat. Poteſt & iudex pluribus pœnis eidem delicto impoſitis minorem eligere, l. qui de crimine, de accuſa. C. neque ideo dicetur iudex mutare legem, ſed factum legi accommodare. Nam legem de pœna ſtatutam tollere non poteſt, ſed poteſt factum puniendum ita concludere, vt non ea lege puniendum cenſeatur, vt explicat. l. 1. §. quorum, ad ſenatuſconſul. Turpil. lib. 48. tit. 16. quemadmodum & pœnitentiæ hodie arbitrariæ ſunt, non obſtantibus priſcis canonibus pœnitentialibus, & ex arbitrio confeſſorum, qui habent tamen poteſtatem caſuum, pro quibus imponuntur, ſolent infligi, ſecundum circumſtantias & contritionem, & qualitatem pœnitentium, ca. 3. ca. quæſitum, 7. ca. Deus, qui eccleſiam de pœniten. & remiſſio. libr. 5. titul. 38. ca. tempora. 26. quæſt. 7.*

h *cap. cum non ab homine, 10. & ca. at ſi clerici, 4. de iudic. lib. 2. tit. 1.*

i *quod plene docetur in ca. ſententiam ſanguinis, 9. ca. clericis, 5. ne cleric. vel monach. ſecul. negot. ſe immiſ. ca. illud 23. quæ. 4. ca. in archiepiſcopatu, de rapto. aliter id faciens, irregularis efficitur & deponendus ab ordine & beneficio. c. ex literis, de exceſſib. prælat. Si tamen eccleſiaſtica perſona habet iuriſdictionem ſecularem eccleſiæ annexam, poteſt, per alios, quibus committat hæc negotia, vbi imponẽda pœna ſanguinis eſt, exſequi, c. 3. ne cleric. vel monach. in Sext. in cauſis multo minus & perſonis eccleſiaſticis idipſum licet, ſed ſi perſona eccleſiaſtica tantam pœnam mereatur, exauctorata dimittitur curiæ ſeculari punienda, c. nouimus, de verbor. ſignific. c. 1. eod. tit. in Sex. c. cum non ab homine 10. de iudiciis, in ſumma eccleſia non nouit ſanguinem, & idcirco eius miniſtri, ab eo fundendo omnino abſtinere debent, quamobrem & Plato in epiſtolis ſacrum dixit regem ſacerdotemque Ægyptiorum more conſtitui, ſacrorũ myſteriorum antiſtitem, atque, vtpote ſacrum ne quando contaminetur, non permittit iudiciis, vbi de cæde, exilio, carcere agitur, intereſſe. ſuccurit locus apud Suetonium Tranquillum in Tito Veſpaſiano, c. 9. pontificatum inquit, maximum ideo ſe profeſſus eſt accipere Titus, vt puras ſeruaret manus, fidem præſtitit, nec auctor poſt hæc cuiuſquam*

necis,



*necis, nec conſcius, quamuis interdom vlciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum ſe potius quam perditurum adiurans.*

## Capvt IIII.

### Pœnæ quædam canonicæ criminibus impoſitæ.

1 *Prohibitio ingrediendi eccleſiam.*
2 *Pœnitentia.*
3 *Priuatio communionis, excommunicatio.*
4 *Suſpenſio maior & minor.*
5 *Interdictum.*
6 *Ceſſatio diuinorum officiorum.*
7 *Beneficii eccleſiaſtici priuatio.*
8 *Depoſitio, degradatio, ergaſtulum, monaſterium, carcer perpetuus.*
9 *Curiæ ſecularis traditio, verbera exilium, &c.*

1 INter pœnas canonicas † eſt prohibitio ab ingreſſu eccleſiæ, cuius ea eſt efficacia, vt mortuus ante relaxationem interdicti, ſepeliri in eccleſia aut cœmeterio nõ poſſit: & ſi viuus pendente interdicto, ingrediatur, officium quod ante habebat eccleſiaſticũ gerens, efficiatur irregularis. *a*

2 Item pœnæ eccleſiaſticæ, † pœnitentia ordine eccleſiaſtico intacto ſeruato. *b*

3 Priuatio ſacroſanctæ Euchariſtiæ † ſiue communionis ad tempus *c* excommunicatio, *d* de qua poſtea.

4 Suſpenſio, *e* quæ aut maior † aut minor, quarum minor ſuſpendit tantum a perceptione ſacramentorum, *f* maior autem etiam ab aliis, vt a celebratione miſſæ, *g* a cõmunione ſeu ſocietate aliquorum, *h* a beneficiis, *i* ab adminiſtratione ſpiritualiũ, *k* ab officiis, *l* ab omni actu legitimo, *m* a receptione monachi, *n* a prædicatione verbi Dei, *o* a beneficiorum collatione, *p* & ab aliis. In quibus tamen notandum eſt, quod epiſcopus aut ſuperior, hãc ſuſpenſionis pænam a iure vel ab homine impoſitam non incurrit, quemadmodum nec ſentẽtiam interdicti, niſi de epiſcopis in illis nominatim fiat mentio. *q*

5 Interdictum etiam † eccleſiaſticum alia ſpecies pœnæ ſeu cenſuræ eccleſiaſticæ, *r* de qua poſtea.

Eſt & affinis † interdicto pœna ceſſationis diuinorum officiorum, quæ tamen hodie temperata eſt, ſublatis exſecrationibus, quæ in ea fiebant, circa crucis & imaginum tractiones. *s* 6

Item alia pœna priuatio † beneficii eccleſiaſtici, *t* priuatio officii & beneficii ſimul inperpetuum. *u* 7

Depoſitio † ſeu deiectio ab ordinibus, *x* aut degradatio, *y* in ergaſtulũ, *z* aut in monaſterium detruſio, *aa* perpetuus carcer. *bb* 8

Traditio † curiæ ſecularis clericorum incorrigibilium, poſtquam degradati fuerunt, *cc* verberatio, aut corporale ſupplicium, *dd* exilium, *ee* infamia, *ff* conſecratio, ſeu publicatio bonorum, *gg* condemnatio in pecunia & in aliis. *hh* Pœnas autem mortis vel vltimi ſupplicii eccleſia quidem probat, ſaltem non reprobat pro criminibus iure ciuili vindicatis, *ii* verũ ipſa non infert per ſententiam, nec ſubſcribit damnationi ad effuſionem ſanguinis cuiuſpiam rei propoſiti. *kk* Inuenitur & inter pœnas ab eccleſia inflictas ſeruitutis impoſitio. *ll* 9

## Scholia.

a *c. is qui eſt, de ſenten. excommu. in Sex. ca. epiſcoporum, 8. de priuil. in ſext. ca. ſacro. de ſenten. excom. apud Gregor. c. cum medicinalis, eo. tit. in Sex. ca. præſenti, de offic. ord. in Sext. c. exigit, de cenſib. in Sext. Et hæc prohibitio vel interdictio ingreſſus eccleſiæ, & a diuinis officiis ſuſpenſio, fit vel a iure vel ab homine, iudice inquam prælato ad tempus certum, vel in perpetuum, vt per vnum menſem, in c. 1. §. ſi quis, de ſenten. excom. in Sex. c. ſacro, eo. tit. apud Gregor. quando autem certum tempus adiectum eſt, eo elapſo interdictus cenſetur ipſo iure reſtitutus priori poteſtati. cano. ſi quis a modo, 81. diſt. c. non eſt a nobis, de ſponſ. ſi modo prohibitus, ſententiam ſeruauerit,*

peccatum confeſſus ſit, & praualuerit, ali- A
ter quod ad ipſum pertinet, ſemper ſuſpen-
ſus remanet. ca. ſi. de cohab. cler. Hac pœna
prohibitionis ingreſſus eccleſiæ, vſus diuus
Ambroſius contra Theodoſium Imperato-
rem quouſque ſatisfecit. ca. 69. cum apud
Theſſal. 11. q. 3. Ruffinus, lib. 11. hiſtoriæ
Eccleſ. c. 18. fuerunt & multi ab ingreſſu
eccleſiæ prohibiti, quos arcere debebat o-
ſtiarius. Quod autem pertinet ad id, quod
morienti tempore interdictionis ingreſſus B
eccleſiæ ſepultura ei denegetur, Bernardin.
Diaz. in practica criminali canonum, ca.
122. in fin. exiſtimauit, pœnam illam tan-
tum locum habere, quando prohibitus eſt
ingreſſu clerico propter cõtumaciam, non
autem ſi in pœnam, quæ morte finitur, vt
delictum, textus tamen, in dict. c. is cui, de
ſenten. excom. nõ ita diſtinguit, quare nec
ego ei auderem pro certo ſubſcribere, nam
& contumacia quoque delictum morte fi- C
nitur, niſi relaxatio fiat interdicti, vel niſi
ſequamur in omnibus generalẽ regulam.
l. interpretatione, de pœn. P. interpretatio-
ne legum, potius pœnas molliendas quam
exaſperandas. A prohibitione autem in-
greſſus eccleſiæ ad maiores peruenitur pœ-
nas, ſi ea contemnatur. c. quia pontificali, 2.
de offic. deleg. in Sext. & peruenitur ibi ad
interdictionem miniſterii ſacerdotalis, &
ad ſuſpenſionem beneficii. D

b ca. 1. 68. diſt. cum ſimil.

c vt in ca. fin. 35. diſtin. clericus ordinatus
ebrius vel 30. diebus a communione ab-
ſtinere, vel corporali ſubdi iubetur ſuppli-
cio, & in c. 2. nullus pœnitens, 55. diſt. qui
ordinauerit pœnitentem, aut bigamum,
aut viduæ maritum, anno debet abſtinere
a miſſarum celebratione, & in ca. 55. ſta-
tuimus, 16. q. 1. qui decimas non vult ſol- E
uere eccleſiæ, cũ banno, Eccleſiaſtica com-
munione priuatur.

d totis titulis, de ſent. excom. ca. nullus, ca. ſi
quis deinceps, & ſeq. ca. diffiniuit, c. ſi quis
ſuadente Diabolo, 17. q. 4. c. excommuni-
camus, de hære. cum ſimil.

e eſt enim vna ex cenſuris iuris, in cap. quæ-
renti, de verbor. ſignific. per quam interdi-
citur officium vel exercitiũ muneris per-
ſonæ eccleſiaſticæ, veluti ſi infamatus, de
crimine ſuſpendatur a miniſterio ſui offi-
cii eccleſiaſtici, donec ſe purgauerit, cap. ſi
mala fama, ca. presbyter, 2. qu. 5. ca. nul-
lus, ca. presbyter, 32. diſt. Et hæc imponi-
tur pœna aliquando ipſo iure, aliquando a
iudice, vel propter crimen, vt c. tam literis.
de teſtam. ca. in loco 5. qu. 3. vel ob contu-
maciam. Cum autem infertur ab homine
ob crimen vel contumaciam, monitio præ-
cedere debet, vt in excommunicatione, ca.
ſacro, de ſenten. excommunic. Refert por-
ro Syluеſter in ſumma, in verbo, ſuſpen-
ſio, §. 6. quadraginta caſus, in quibus quis
ipſo iuro dicitur ſuſpenſus. Refert & An-
gelus Clauaſius in ſua ſumma, in verbo,
ſuſpenſio, 37. & gloſſ. aliquos, in cle. cu-
pientes, de pœn.

f in c. ſi celebrat, de cler. excom. miniſt. cap.
quæſitum, de cohab. cler. & mulier. c. 1. &
3. de cler. peregrin.

g vt in epiſcopo ordinante inuitum, ca. 1. &
2. 74. diſt. aut pœnitentem ſolemniter, ca.
nullus, 60. diſtinct.

h vt in c. fin. 58. diſt. epiſcopus ordinans mo-
nachum ſine licentia abbatis, ſuſpenditur
a communione aliorum.

i in ca. nihil eſt, & ca. cum in cunctis, de e-
lect. ſuſpenditur per triennium ab illis, qui
ſcienter elegit indignum, ca. quia ſæpe, eo.
tit. in Sext. & in aliis. c. ſtatuimus, eod. tit.
in Sexto.

k vt qui grauat vel lædit eccleſiam, donec
damnum reſarciat, ca. quorundã, de ſolut.
c. cum olim, de verb. ſignifica.

l dict. cap. quia ſæpe, de elect. c. hac conſtitu-
tione, de offic. delega. in Sex. c. cum æterni,
de ſentent. & re iudic. in Sext. clem. 1. de
rebus eccleſ. nõ alienand. clem. religioſi, de
decimis, clemen. multorum, de hæretic. ca.
quia in omnibus, de vſur. Eſt & quædam
priuatio officii ad tempus, vt in ca. presby-
ter, 82. diſt. ca. placuit, 21. q. 2.

m vt



m vt in maiori excommunicatione, cap. ſolet, A
de ſent. excom. in Sext.

n vt ſi receperint mendicantes aliquem ante
annum profeſſionis completum in mona-
chum, hac ſuſpenſione puniuntur, in cap.
conſtitutione, de regulari in Sext.

o Clem. cupientes, de pœnis.

p Clement. prima, de ſtatu monachor. ſuſ-
penduntur a collatione magiſterii & do-
ctoratus, qui aliquem ad eum gradum re-
ceperint, nõ prius petito iuramento, de non B
expendendo in gradum vltra tria millia
argenteorum Turonenſium, clemen. cum
ſis, de magiſtris.

q cap. quia periculoſum, de ſenten. excomm.
in Sexto, cap. ſi compromiſſionis, de elect.
in Sext.

r cap. quærenti, 20. de verborum ſignifica-
tione.

s cap. irrefragabili, 13. §. cæterum, de officio
ordinat. modus & cauſa ponitur huiuſ- C
modi ceſſationis diuinorum officiorum in
cap. ſi canonici, 2. & cap. quamuis, 8. eod.
titul. in Sext. verum non prius hæc ceſſatio
facienda vel indicenda, quam ſeculares
magiſtratus fuerint requiſiti, & ipſi nega-
uerint eccleſiæ auxilium, ſi res egeat vi, vt
videbis determinatũ ſenatuſconſulto Pa-
riſienſi lato, 7. Ianuarii 1537. apud Re-
buffum ad Rubric. de interdictis leuiter
non ponendis, in concordat. D

t vt in capit. ſi quis, de ordine, ſeptima quæ-
ſtione, primo capit. cum in cunctis, de e-
lectio.

v vt in ca. ſi quis a domo, 81. diſtinct. cap. ad
falſariorum, de crimine falſi, ca. felicis, de
pœnis, in Sexto, cum ſimilibus. Priuatione
tamen beneficii non debet puniri clericus,
niſi pro crimine graui, cap. inuentum, 16.
quæſt. 7. Notat & Panormita. ad c. fin. de E
iure patrona. & ad cap. cum vos, de officio
ordinat. pœnam priuationis beneficii, non
poſſe imponi a iudice, niſi exprimatur a
iure, per gloſſam, in d. c. fi. de iure patrona.
Neque qui ob grauia crimina condemna-
tur etiam ad mortem, cenſetur ideo con-
demnatus, vt priuatus beneficiis, niſi ex-
preſſe in ſententia quoque fiat priuatio per
eum, qui priuare poteſt, vt docui in tracta-
tu beneficiorum, in vacatione per ſenten-
tiam, & docet Innocentius, ad c. qualiter,
& quando, in 2. ad verbum, diminutio-
nem, de accuſat. videbis & late de priua-
tione beneficii per ſententiam, & num iu-
dex priuare ſentẽtia poſſit reum beneficio,
quod habet in alia prouincia, tractatum
apud Bernardinum Diaz in practica cri-
minali canonum. cap. 123.

x vt in c. ſi quis viduam, 8. 50. diſtin. prohi-
bitum eſt homicidæ & bigamo promoueri
ad ordines, quod ſi irrepſerint per aliquam
ſurreptionem, debent deiici, & contenti eſ-
ſe in poſterum laica communione. Depo-
ſitio eſt verbalis graduum vel ordinum
priuatio, vide quæ de ea diximus, & de de-
gradatione, earumq; diſtinctione, libr. 31.
ſyntagm. cap. 15. Depoſitionem aliquando
ſequitur degradatio, & degradationem,
curiæ ſeculari traditio, data incorrigibili-
tate clerici. Nam clericus depoſitus, ſi ſit
incorrigibilis excommunicatur creſcente
contumacia, & cum non habeat eccleſia,
quod vltra in eum facere poſſit, poſt con-
temtum remediorum, remittit curiæ ſe-
culari, c. cum non ab homine, de iudic. Vbi
incorrigibilis dicitur ſecundum Panorm.
& Decium, qui committit priora delicta,
& ſimilia, ſi detruſus in monaſterium ad
agendum pœnitentiam, fugiat ea non per-
acta, ſi ter monitus, non deſiſtat, ſi ſemel
verbis correctus, ſe non emendet poſt depo-
ſitionem, ſi contemnat poſtea inflictam ex-
communicationem.

y Degradatio, eſt realis & actualis ordinum
eccleſiaſticorum ademtio, quando cleri-
cus indutus veſtibus, & habens inſignia
gradus ordinationis ſibi antea conceſſa in
ordinatione, verbis congruis & ſignifican-
tibus deiectionem vel ſpoliationẽ, exſuitur
iiſdẽ, ordine retrogrado, incipiendo priua-
tionem vel ademtionem a maiori, & poſt-
ea finiendo in minore, quo ademto, ef-

*ſicitur veluti laicus, exſutus & nudatus omni priuilegio, & relinquitur curiæ ſeculari legibus eius puniendus, tanquam laicus, cap. 2. de pœnis. in Sex. ca. nouimus, de verbo. ſignific. fit autem degradatio ſecundum formam conſtitutam, in cap. degradatio, 2. de pœn. in Sex. ab epiſcopo proprio degradandi, conuocatis aliis epiſcopis, ſi degradatio ſeu exauctoriſatio facienda ſit maiorum ordinum, vel ſi minorum, aliis adhibitis clericis. Et iure antiquo, in degradando pro presbytero requirebantur ſex epiſcopi, in cauſa Diaconi, tres. ca. felix, §. ſi autem, & ca. ſeq. 15. quæſt. 7. Hodie tamen ex concilio Tridentino, ſeſſ. 3. de reformat. c. 4. permiſſum eſt epiſcopo, per ſe vel per vicarium generalem in ſpiritualibus, contra clericum in ſacris etiam ordinibus conſtitutum, ad illius condemnationem, nec non verbalem depoſitionem, & per ſeipſum etiam ad actualẽ & ſolemnem degradationem ab ipſis ordinibus & gradibus eccleſiaſticis, in caſibus, in quibus aliorum epiſcoporum præſentia requiritur in numero a canonibus definito, etiã abſque illis procedere, adhibitis tamen, & in hoc ſibi adſiſtentibus totidem abbatibus vſum mithræ & baculi ex priuilegio apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate aut diœceſi commode reperiri & intereſſe poſſint, alloquin aliis perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, & iuris ſcientia commendabiles exſiſtant. Verba porro poſtrema quæ degradationi adiiciũtur, in dict. cap. 2. de pœnis in Sext. eorum quæ degradandi ſunt,* Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus ſancti ac noſtra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus & degradamus, ſpoliamus & exſuimus te omni ordine in beneficio & priuilegio clericali. *Hic tamen notandum, in degradato etiam actualiter remanere characterem ordinis & poteſtatem, quamuis interdictum ſit exercitiũ. Et proinde degradatus preſbyter conſecrans, in forma eccleſiæ, quamuis valde peccet, quod ad ſe pertinet conſecrando, vt in ca. 10. accedens, 50. diſtinct. tamen vere conficit corpus Chriſti & verum ſacramentum, vt docent Theologi vno conſenſu, libr. 4. ſententiarum. diſtin. 14. Et beatus Thomas, 3. parte, quæſtio. 8. artic. 8. Retinereque ordinis characterem degradatum, docet etiam cano. quod quidam, 1. quæſt. 1. cano. licite, 32. quæſtio. 7. Sic Baptiſmus non amittitur ab eo, qui poſtea ab vnitate fidei diſcedit, neque poteſtas baptizandi ab eo qui deiicitur, in canon. oſtenditur, 32. de conſecratione diſtinct. 4. cuius ratio ad alia omnia ſacramenta, & ad ordinationẽ pertinent. Quare, & contrariæ ſententiæ ſunt reiiciendæ, de quibus agit gloſſ. final. ad caput degradatio, de pœnis in Sext. & in can. acerbus, 10. ad verbum,* presbyter, *50. diſtinct. Sic etiam propter illum remanentem characterẽ, degradatus tenetur dicere officium ordinis, per capit. dolentes, de celebr. miſſa. quo præcipitur omnibus ordinatis dicere officium diuinum ſeu precum. hic enim & ordinem degradatus retinet, is tamen non poterit dicere dominus vobiſcum, & ſimilia, quæ ad dignitatem ordinis pertinent, vt ait Angelus in ſumma, in verbo,* degradatio, *nu. 4. Ita dignitate omnino ademta alicui non aboletur in eo perſonæ dignitatis omnino memoria, & ei ob eã, quædam adhuc priuilegia indulgentur, vt in decurione damnato, qui ob ipſum non torquetur, l. fi. de decur. lib. 50. P. tit. 2. Sed & notabile, & quod epiſcopi degradati & deiecti ab epiſcopali dignitate, poſſunt iterum reſtitui nulla conſecratione noua facta, ſicut obſeruauit Ioannes Gerſon, 1. parte operum tractatu de auferebilitate papæ conſideratione 16. Dicitur differre actualiter degradatus ab eo, qui verbaliter tantum deponitur, quod iniiciens manum in depoſitum verbaliter, incidat etiam in pœnam canonis, ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſtio, 4. & in excõmunicationem Apoſtolicã, vt ait Bartolomæus Brixiẽſis, Alanus,*



*Hugo. Iohannes, & Bernardus gloſ. in fin. c. 2. de pœn. in Sext. quia ex ea depoſitione non cenſetur traditus curiæ ſeculari, niſi poſt verbalem degradationem ſequatur incorrigibilitas; quia tunc perdit priuilegium dicti canonis, ſi quis ſuadente, ſecundum vnum intellectum, c. cum non ab homine, de iudic. Panor. ad c. abolendam, de hæretic. At qui degradatur actualiter, exſuitur omni priuilegio clericali, cap. degradatio, in fin. de pœn. in Sext. c. nominis, de verbor. ſignific. Ideo & a laico iudicari poteſt vt laicus, & in eum manus iniiciens non incidit in canonem. dehinc 2. differũt in reſtitutione depoſitus & degradatus, c. ideo, in 2. 2. quæſt. 6. Solus tamen Papa poteſt reſtituere degradatum & depoſitum, c. 1. & 2. 50. diſt.*

z *quemadmodũ ergaſtulis includuntur impudicæ moniales, cap. cum beatus, 8. §. fin. 45. diſtinct. c. impudicas, ca. peruenit, 27. quæſt. 1. Ergaſtulum quod* ἐργαστήριον, *Græcis eſt locus, ſeu carcer, aut taberna, vbi olim ſerui operari cogebantur.*

aa *Detruſio in arctum monaſterium pœnitentiæ agendæ cauſa, eſt inter pœnas, quæ pro grauiſſimis criminibus ſtatuuntur, & morte dignis, in c. tua, de pœn. c. clerici, de exceſſ. præla. ca. ſicut dignum, § clericos, de homi. Ordinarium antiquitus, vt epiſcopus poſt depoſitionem clerici, ei obſignaret monaſterium, in quo præterita mala plangeret, & plangenda non committeret, cap. ſacerdos, 81. diſtin. Quando clericus non eſſet per depoſitionem ſufficienter punitus, ſed forſan eſſet dandus iudici ſeculari tanquam incorrigibilis puniendus, iuxta cap. nouimus, de verbor. ſignific. vide quæ diximus de pœna detruſionis in monaſteriũ, lib. 3. ſyntag. ca. 32. In monaſterium quoque pœnitẽtiæ cauſa detrudi iubetur mulier, quæ ex iracundia filium necauerit, c. 1. de his qui filios occiderint, lib. 5. tit. 10. Pœnam hanc etiam monaſterii iura ciuilia vſurparunt ad conſeruationem vitæ, & emendationem reorum; vt in muliere adultera, quæ fuſtigata in monaſterium detrudi iubetur; authent. ſed hodie ad legem Iuliam, de adult. §. ſi quando vero adulterii crimen probetur, cap. 10. nouellæ 154. vt nulli iudicum liceat habere loci ſerua. & alibi ſæpe in nouellis Leonis potiſſimum. Verum hæc pœna facile imponi non poteſt, eo quod hodie omnia monaſteria exemta ſunt ab ordinarii iuriſdictione, nec poſſunt cogi ab illis tales maleficos recipere, vt notat Bernardinus Diaz in pract. canon. c. 55.*

bb *Pœna carceris perpetui in liberas perſonas, propria videtur eccleſiæ; quæ, quia non nouit ſanguinem, nec effundit, dum non vult tradere ſeculari iudici clericos reos capitalium criminum morti puniendos, commutat mortis pœnam in carcerem perpetuum, de pœnitentia eorum adhuc ſperans, vt in relapſis hæreticis, in c. penult. §. fin. de pœn. in falſariis ſceleratis, in cap. nouimus, de verborum ſignifica. & in aliis ſimilib. c. quamuis, de pœn. in Sexto. Cum tamen iure ciuili ſcripto Romano, perpetuus carcer perpetuaque vincula, fuerint tantum contra ſeruos, non autem liberos permiſſa, l. incredibile, 6. de pœn. C. l. aut damnum, §. ſolent, & aut mandatis, 5. eod. titul. Pand. Notant autem interpretes in hac pœna perpetui carceris obſeruandum, vt ſi epiſcopus poneret aliquem in tam arcto loco, vt non haberet aerem ad vitam ſufficientem, aut ſi tam parce daret comedere incarcerato, vt ex eo facile moreretur, quod reputaretur irregularis; & ideo prouidere debere iudices eccleſiaſticos, ne ita præter modum & ad mortis vſque cauſam macerati, vel inedia afflicti moriantur. Baldus in l. penultim. ad legem Aquil. Panormit. ad ca. a nobis, de apoſtatis. Cardina. ad clementinam 1. de pœniten. & remiſſio. Poterit hic ſimul obſeruari, epiſcopum damnantẽ ad perpetuum carcerem, poſſe ſibi reſeruare poteſtatem minuendi pœnam ſuo arbitrio. Sic enim, quamuis videatur implicare contrarietatem; cum*

damnatione perpetui carceris; concluſum A nihilominus fuit per Baldum in authent. interdicimus, per illum textum, de epiſcop. & clericis. C. Vide quæ diximus de pœna carceris temporalis, & perpetui, libr. 31. ſyntag. c. 33.

cc cap. nouimus, de verbor. ſignific. c. non ab homine, de iudic. Cum autem iudex relinquit clericũ brachio ſeculari puniendum, debet proceſſum, & litis acta, quæ fecit contra eũdem tradere; nam antequam iudex B laicus etiam ita remiſſum puniat, debet ei conſtare eum deliquiſſe, vt docent interpretes ad cap. 1. de offic. ordinar. ad cap. at ſi clerici, de iudic.

dd Sic imponitur corporale ſupplicium clerico ſe inebrianti, niſi abſtinuerit a communione per 30. dies, can. fin. 35. diſtin. imponitur & corporalis flagellatio in aliis quibuſdam, in can. 1. 23. quæſt. 1. can. de Benedicto, 22. quæſt. 1. Iudex eccleſiaſticus C virgis poteſt animaduertere; cap. illi qui, 5. quæſt. 5. can. cum Beatus, 45. diſtin. notatur in can. his a quibus, 23. quæſt. 7. in gloſſa ad verba, virgis tamen, modus enim coercitionis, quæ fit per verbera lenis eſt, & a magiſtris artium liberalium, a parentibus ſolet adhiberi, can. 1. ca. circumcelliones, 23. q. 5. & ibi etiã ab epiſcopo, dummodo propria manu non verberet, quia illi id non licet; can. non liceat, 86. diſt. & modo D clericum per laicum verberari faciat, ca. vniuerſitates, de ſenten. excomm. & dummodo inde ſanguis non fundatur, cap. in archiepiſcopatu, de raptoribus. Veruntamen maiores clerici, presbyteri, abbates, Leuitæ, niſi pro grauioribus & mortalibus culpis, nullus debent verberibus ſubiici; can. cum beatus, 8. 45. diſtinctio. minores autem, etiam pro minoribus culpis verberari poſſunt. ca. ante, 35. diſtinctio. can. denique, 2?. diſtinct. Pœna hæc verberum E imponitur etiam publice ſubdiacono, in cap. 1. de calumniatoribus, libr. 5. titul. 12. ibi enim dum agitur de calumniatore. Iubentes (inquit) Subdiaconatus, quo indignus fungitur priuari officio, & verberibus publice caſtigatum in exilium deportari. Et ibi in ſupplementum pœnæ adiecta verbera; vt in cap. quia iuxta, 5. quæſtio. 6. vide quæ diximus de verberibus, lib. 31. ſyntagmat. ca. 11. legimus etiam, quod monachus, ſi iuſſus noluerit ſponte ſuperiori ſuo obedire, verberibus cogi poſſit. cap. monachum, 20. quæſt. 1. Eſt & inter pœnas corporales, quibus ſolent affici in Italia clerici, pœna triremium, pro magnis criminibus, quæ ſimilis eſt pœnæ metalli vel damnationis in metallum, Bernardinus Diaz in practica criminali. cap. 135. Item pœna catamidiationis, quam vocant pœnam mithrationis, qua vtuntur interdum eccleſiaſtici iudices, & quam corporalem dixit eſſe Cardinalis conſilio 94. incipien. hæc eſt quędam inquiſitio. vbi & addit eos, qui ita mithrãtur, vel fuſtigantur, vel puniuntur ad catenam, ſeu ad triremes mittuntur, vel ad opus ſimile, eſſe infames. Talis etiam erit & pœna inuſtionis characteris, vt in capit. ad audientiam, 3. de crimine falſi, lib. 5. titu. 20. Vide quæ diximus, de ſtigmatum inuſtione lib. 31. ſyntagmatis vniuerſi iuris, cap. 35.

ee Pœna exilii poteſt vt eccleſia in clericos, can. attendendum, 17. q. 4. cap. 1. de calumniator. can. accedens, 50. diſtin. c. penul. de pœn. cap. hi qui, 3. q. 4. cap. cum beatus, 45. diſtin. Et ibi cum degradatione & ſine ea poteſt exilium imponi vel mutatio loci; nam & illa mutatio aliquando prodeſt ad conuerſionem animæ, quæ derelinquit locum, in quo inſignia erant, & veluti incentiua peccati; c. valet, 8. diſtin. conſidera. & in hac pœna, c. cum T. de ſent. & re iud. l. relegati, de pœnis, P. vide & quæ diximus, de pœna exilii, lib. 31. ſyñtag. ca. 6.

ff Irrogat etiam iudex eccleſiaſticus infamiam clericis in certis criminibus, vt his qui ex ſua culpa fiunt irregulares, c. omnes vero, 6. quæſt. 1. qui calumniantur ſuperiores, c. conſanguineorum, 3. quæſt. 4. & aliorum



aliorum criminum reis; de quibus in cap. A conſtituimus, 3. quæſt. 5. c. infames. 6. q. 1. item his qui proprios epiſcopos proſequuntur, irrogatur perpetua infamia cum exilio, in c. 9. hi qui, 4. quæſt. 4.

gg vt in c. cum ſecundum leges, 19. de hæretic. in Sext. ca. excommunicamus, eodem tit. apud Gregorium. De hac confiſcatione & cui confiſcentur bona clericorũ, & quæ ſint confiſcanda, tractat Ioannes Bernardinus Diaz in practica criminali cano- B num, c. 124. & nos lib. 31. ſyntag. iur. ca. 31. In publicatione bonorum hæretici, vxoris dos ſalua & integra ei relinquitur per diſtinctionem, c. decreuit, 14. de hæreti. in Sext. l. 1. iuncta authent. 1. ſequenti. de hæretic. C.

hh c. ſi quis contumax, c. ſi quis deinceps, 17. q. 4. c. ſi quis cuiuslibet, 21. q. 5.

ii vt in c. 1. de furtis, c. reos, §. ſed obiicitur, c. de occidendis, ca. ſi non liceat, §. ideo ne- C quaquam, c. qui malos, §. homicidas, cap. ſi audiens, ca. hoc tamen, ca. vltimo, §. fina. 23. quæſt. 5.

kk c. clerici, c. ſententiam ſanguinis, ne cleric. vel monach. ſecul. negot. ſe immiſceant; ideo & eccleſia rogat & intercedit pro malefactoribus, reis mortis, vt illis vita indulgeatur a poteſtatibus ſecularibus, ca. nouimus, de verbor. ſignific. c. circumcelliones. c. pœna, c. vnum, c. prodeſt, c. reos, 23. q. 5. D diſputat idipſum capit. final. §. fin. 23. quæſt. 4.

ll Nempe vt qui aliquod crimen commiſiſſet, ſeruus efficeretur, vt in ca. fin. 36. q. 1. in raptore; & rurſum in conſpiratore contra epiſcopum, in c. ſtatuimus, 11. quæſt. 1. cap. clericus, 3. quæſt. 4. In iuuante Sarracenos contra Chriſtianos, in cap. ita quorundam, capit. ad liberandam, de Iudæis. E In filiis natis ex inceſtu ſeu de facto contracto matrimonio cum perſona eccleſiaſtica, capit. cum multæ, 15. quæſtione 8. & in eius concubina, cap. eos qui, 32. diſtinct. & in ſimilibus de quibus potiſſimum iure ciuili agitur, & nos diximus in explicatione, l. 1. de ſeruitutib. dum ageremus de ſeruitutibus perſonalibus.

## Capvt V.

*Quibus imponantur pœnæ.*

Poenæ imponuntur delinquentibus, perſonaleſque ſunt, nec a peccante in non peccantem extenduntur aut transferuntur, *a* niſi paucis exceptis ex quadam cauſa. Quamuis enim pœna æterna nullus B pro alio puniatur, *b* aut pœna excommunicationis, *c* attamen corporali, quidam pro aliis interdum in pœna participant, vt dum ſeruitus filiis inflicta ob peccatum patris; *d* quando interdictum eccleſiaſticum profertur; *e* item in ſimonia; *f* & in aliis, in quibus tamen non eſt punitio ſine cauſa, & ſæpius eſt cum culpa, *g* quæ & poteſt eſſe, dum feruntur delinquentes impuniti. *h* Exemplaris quoque pœna ſæpe C in terrorem aliorum in poſteros delinquentium transfertur. *i* Quemadmodum contra, diſſimulatur ex cauſa pœnæ impoſitio in delinquentes, & relinquuntur Dei iudicio, ſi in delinquentes reos diſciplinam exercere non poſſumus; vel quia non ſunt noſtri iuris, vel quia illorum crimina, etſi nobis nota ſint, tamen manifeſtis iudiciis probari non poſſunt. *k* Et propter multitudinem peccantium detrahitur ſe- D ueritati: *l* quemadmodum & conſuetudo plurium in peccando, peccatum excuſat, vel ſaltem minuit pœnam. *m*

### Scholia.

a Nullius crimen maculat neſcientem. ca. 1 & 2. & fere tota, 1. q. 4. c. mulier, 15. q. 1 c. cum multæ, 15. quæſt. fi. c. miror, 17. q. 4. ca. non turbatur, 24 q. 1. cum ſimilibus. l. ſi pœna, l. crimen paternum, de pœnis, Pan. E l. ſancimus, C eod. tit. ne filius pro patre, & ne vxor pro marito, C.

b c. illud, 11. q. 3. dict. c. 1. & c. itaq;, 1. q. 4. & hoc eſt quod dicitur, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem. Ezech. c. 18.

c *c. ſi habes, 24. quæſt. 3.* **A**

d *Geneſ. 9. c. cum multa, 11. quæſt. 8. Exempla plura habes, in c. eccleſia, 11. §. item peccato, 1. quæſtio. 4. de peccato Acham, quo afflictus eſt populus, Ioſuæ c. 6. & 7. de peccato Saulis & Ionathæ, 1. Reg. 15. & c. alibi de peccato Dauidis.*

e *c. non eſt vobis, de ſponſalib.*

f *c. 1. quæſt. 5.*

g *vt docetur multis exemplis, 24. quæſtio. 3. & in can. qui in aliquo, 51. diſtinct. habetur exemplum in can. ſiquis militibus, 6.* **B** *quæſt. 1. ca. in ſancta, de conſec. diſtinct. 1. facit & enormitas delicta, vt in deteſtationem eius alii puniantur, qui non fuerint auctores eius præcipui, aliquando tamen fuerint participes vel conſentientes. Puniti & aliquando filii, vt patres grauius paterentur in illis ſupplicium; & quia in illis imitatio paterni delicti vel vindicta ſupplicii de patre legitime ſumta metuatur, l.* **C** *quiſquis, §. filii, ad legem Iul. maieſtat. C. can. quæro ergo, §. verum, & ſequentib. 6. quæſt. 1. Plus etiam puniri parentes in filiis iure ciuili proditum. in l. iſti quidem, quod metus cauſa, P. ita puniti, id eſt, corporaliter necati fuerunt filii Sodomitarũ, ne in æternum cum patribus, & in eorum peccatum incidentes damnarentur; Geneſ. 9. vt non tam in eorum vltione pœna, quam miſericordia Dei in eorum ſa-* **D** *lute dici mereatur. Sic & qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur peccatis alienis, ratione ſocietatis initæ, vt in ca. 7. non turbatur, 24. quæſtio. 1. obque Ionam legationem Dei detractantem, tota nauis, in qua erat tempeſtatibus iactata, donec eum inde vectores depulerunt & cognouerunt cauſam, Ionæ cap. 2.*

h *Quia culpa eſt non punire culpam, can. quia ſunt, 28. diſtinct. & ad innocentis ſpe-* **E** *ctat officium, non ſolum culpam cauere, ſed & peccatum punire, ca. non eſt innocentiæ, 33. q. 5.*

i *cap. felicis, de pœn. in Sexto, Clem. 1. eodem tit. ca. ad aures, eod. tit. apud Gregor. vt in* **A** *peccato Dauidis, 2. Reg. 12. Veruntamen notandum eſt, dum pœna debita patri imponitur filiis & nepotibus, non prorogari illam pœnam ad pronepotes, neque ad natos ex filiabus vel fœminis; ca. vbicunque, 4, de pœn. in Sexto.*

k *capit. cum in lege, 16. §. primo, 23. queſtione 4.*

l *ca. comeſſationes, 44. diſt. ca. vt conſtitueretur, 50. diſtinctio. can. ordinationes, 9.* **B** *quæſt. 1.*

m *Ita conſuetudo plurium excuſat a pœna, in can. obiiciuntur, 32. quæſt. 4. ne emendatio ſubita ad deteriora impellat, vt qui nimium emungit elicit ſanguinem, vt ibidem dicitur. Iunge parem ex conſuetudine excuſationem, in cap. ſane, de temporibus extraordinar. Veruntamen gloſſa ad dictum can. denique, ad verbum,* conſuetudine, *ait conſuetudinem excuſare a pœ-* **C** *na temporali, ſed non a gehennali; & grauius eſſe peccatum ex conſuetudine, cap. Schiſma, 24. quæſtio. 1. cap. flagitia, 32. quæſtio. 7. capit. non ſatis, de ſimonia, cap. final. de conſuetudin. Imo conſuetudo facit, vt peccatum veniale tranſeat in mortale, cap. vnum orarium, §. criminis, 25. diſtinct. l. nemo, de epiſcopa. aud. C. vide diuum Thomam, 1. 2. quæſtione 88. articul. 4. apud quem videbis qualiter pec-* **D** *catum veniale poſſit fieri mortale, aſſueti hominis vita in malum, difficile mutatur, §. ſancimus, de monach. in nouellis, can. ſiquis, 8. §. quod ergo, de pollice. 34. diſtinctio. Quando tamen conſuetudo eſt generalis, qua non æſtimatur peccatum quod agitur, & dubium quodammodo eſt num ſit, vel propter diuerſas ſententias interpretum, vel qua expreſſe aliter reſolutum non eſt, putarem ibi non eſſe ſtatuen-* **E** *dam pœnam ante determinationem. Iura enim quæ dicunt grauius reddi peccatum ex conſuetudine intelligenda ſunt, quãdo is qui agit, ſcit vel noſſe debet, quod agit, eſſe peccatum.*

CAP.



## CAPVT. VI.

### *Quæ ſint obſeruanda in pœnis.*

**A** IN pœnis imponendis, in primis cauendum, ne pœna maior ſit delicto, *a* vt nec omnia crimina eadem pœna punienda ſunt. *b* Quare in exceſſib. ſingulorũ, *c* non ſolum quantitas, *d* & qualitas *e* delicti inſpici debet, ſed etiam ætas, *f* ſcientia, *g* ſexus, *h* atque conditio delinquentis, *i* ſunt attendenda; & non ſolum ſecundum præ- **B** dicta, ſed ſecundum locum, *k* & tempus, *l* quo delictum committitur vnicuiq; pœnitentia debet indici; *m* cum idem exceſſus plerunque magis in vno, quam in alio loco puniendus ſit. *n* Sed & animaduerti debet, num crimẽ exemplari pœna egeat, vt alii a ſimili deterreantur, quo caſu grauior imponitur. *o* Alioquin pœnæ erunt in dubiis potius molliendæ quã exaſperãdæ, ſeruata tamẽ debita iuſtitia. *p* Et quem- **C** admodũ malitiis hominum non eſt indulgendum; *q* ſic contra, ſimplicitati delinquentium in pœna eſt detrahendum. *r* Atque etiam cum reo ſponte crimen confeſſo, mitius agendum; *s* & cum eo, qui ad eccleſiæ aſylum confugerit. *t*

### SCHOLIA.

a *c. quæſiuit, in 2. §. fi. de his, quæ fiunt a maior. parte capituli.*

b *c. pœnæ, § fi. de pœniten. diſt. 1.*

c *hæc omnia fere ad verbum excerpta, ex ca. ſicut dignum, 6. de homici. explicat Claudianus Iuriſconſult. in l. aut facta, 16. de de pœn. P. in c. aut facta, de pœniten. diſt. 1. facit c. fi. de tranſact.*

d *Quantitas criminis, dicitur magnitudo ipſius damni, d. l. aut facta, §. quantitas, de pœn. P. vt ſi centum millia, vel cẽtum tantum, vel vnam auem, aut gregem, quis* **E** *dicatur ſurripuiſſe; vulneris & magnitudo atrocem iniuriam facit; l. vulneris, 8. de iniur. P. Sic & quantitas criminis, in membro, quoties in idem crimen, vel in ſimilia inciderit; nam ex geminatione pœna fit maior, quam pro ſimplici crimine, l.* **A** *capitalium, 28. §. ſolent, de pœn. l. 3. C. de epiſcopa. audien. l. 3. §. 9. de re milita. P. nouella Leonis, 67. de his qui ad hoſtes tranſeunt, ſuaq; ſponte reuertuntur.*

e *Qualitas delicti eſt id, quod facit illud dici aut leuius aut atrocius ex determinatione circumſtantiarum, vt aliud violentia, aliud raptus, aliud ſtuprũ, aliud manifeſtum homicidium, & c. d. l. aut facta, §. qualitas, de pœn. P. & vt gradus ſunt de-* **B** *lictorum, ſic & pœnarum, c. adulterii malum, 11. c. flagitia, 13. ca. quod in omnibus, 16. 32. quæſt. 7. vt proculdubio maiora delicta nemo non dicet, quæ grauius fuerunt per leges diuinas vindicata; c. 21. non adferamus, 24. quæſt. 1. maiora maioribus, minora minoribus pœnis vindicanda ſunt; in nouella, vt fratrum filii, atque manifeſta peccata, ſunt publica non occulta pœna aut pœnitentia purganda, propter* **C** *ſcandalum ex peccato ſubortum, in cap. 1. de pœniten. & remiſſio. ca. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. can. ego Berengarius, de conſecr. diſtinct. 2. Sic in ca. ſane quia nos. 11. de officio delegat. iudex pro modo & qualitate rei, & delicti contumacis, procedere debet.*

f *aliter enim proceditur cum maioribus, aliter cum minoribus in pœnis & aliis ne-* **D** *gotiis, cap. 1. & 2. de delict. puero. cano. fin. 14. diſtinct. in c. pueris, 60. de ſentent. excommu. vbi & ſingulare illud, quod indultum ratione ætatis delictum, non reuiuiſcit adueniente maiori ætate, cum propter defectum ætatis, in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine temperandus, vt ibidem dicitur. Sic quamuis non parcatur in totum proximis pubertati vel maiori ætati, tamen aliquantum illis ex pœna diminuitur, l. in delictis, §. in* **E** *minoribus, de minori. 25. annis. temperatur & rigor iuris ratione ætatis, in c. tanta, 86. diſtinct. ca. eos qui, de conſecra. diſt. 3. c. ſententiam, 35. quæſt. 9. cum ſimil. Excuſatur & non doli capax in iniuriarum illatione, c. illud, 15. quæſt. 1. l. 3. de iniur.*

*lib.47. P.tit.10.& in aliis, in l.1. de falſa moneta. C. ætas ſola etiam excuſationem meretur in pluribus, l.1.§.impubes ſeruus, & l.excipiuntur, 14.ad ſenatuſc.Syllania. lib.39.P.tit.5.l.impuberē, 23.de furtis.P. in quib. adhibetur diſtinctio, num ſint doli capaces, vt tunc minores pœnam non euadant; habetur & conſideratio ætatis in pœna dictanda, num reus eius ætatis ſit quæ pœnam ferre poſſit, l.in metallum, 22. de pœnis, P.*

g *In ſcientia inquiritur, num qui deliquit ſit ſanæ mentis & ſciat quod agat; an vero furioſus, qui non tenetur de delicto. c.iudicas, 3.q.9. l.diuus, de offic.præſid. Poſſumus & ſcientiam delinquentis conſiderare in eius intentione, quod propoſuerit agere; ſic enim non tam euentus quam intentio ponderandus pro pœna, vt in eo qui ludendo pila, iacta eadem adegit cultrum tonſoris in guttur eius, cuius barbam radebat, & ideo ex illo caſu non tenetur de homicidio, l.item Mela. 11. ad legem Aquil.P. non magis, quam ſi putator ramum ex arbore decidens deiecerit & occiderit prætereuntem, l.ſi putator, eodem titul. ſunt & alia exempla fortuitorum homicidiorum, in c. presbyterum, & ſeq. de homicid.*

h *Sexus diſtinguit grauitatem pœnæ in eodem delicto, vt grauius puniantur viri quam fœminæ, ob infirmitatem naturæ ſexus muliebris, c.penult. & fi. 32.q.6. auth. ſed hodie, ad leg. Iul de adult.C.*

i *Circumſtantiæ perſonarum, adferunt pœnis temperamentum, ca. quærenti, 20. de verborum ſignificat. can. fraternitas, 12. quæſt.2. ca. in fin. 14. quæſt.6. c. qui compulſus, 22. quæſt.5. qualitas & conditiones perſonarum diſtinguit pœnas etiam, vt in cano. cum beatus, 45. diſtin. can. qui contraparem, 24. quæſt.1. ca. per tuas, de ſimonia. l. Pedius, §.fin. de incend. ruina. & naufra. P.l.ſi criminis, l.ſeruis, ad leg. Iul. de vi publ. P.l.quædam delicta, 14. in l.ſeruorum. 10. de pœn. P.l.incredibile, l.ſeruis, C.eod.tit. Dignitas etiam delinquentis aliquando aggrauat delictum, ca. homo Chriſtianus, 40. diſtinct. ca. præcipue, 11. quæſtio.3. ca. quia ſanctitas tua, 50. Et vt ait Poeta Iuuenal. Saty.8.*

Omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe.
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

*Magiſq; puniuntur, vt alii inferiores abſtineāt a crimine acriter vindicato, c.cum quidam, 12. de iureiuran. Verum grauior pœna dicitur, non tantum grauitate vel dolore ſuo, ſed habita ratione portionis geometricæ, perſonæ & eius dignitatis, ſicut & nobilis magis puniri dicitur pœna pecuniaria, quam ignobilis & vilis corporali. can. qui contra, 24. q.1. aliterq; punitur nobilis, aliter infimi ordinis vir; aliter clerici, aliter laici, aliter regulares. can. quidam monachorum, 18.q.2.*

k *Quemadmodum in lege ſancienda, nomotheta locum, vt ea ſit ei congrua, conſiderat. ca. erit autem lex, 4. diſt. ſic & legi, in pœna ipſe locus perpendendus; ca. ante triennium, & c.aliter, 31. diſtin. c. cum olim, de cleric. coniuga. l. aut facta, §.euenti, de pœn. P.l.7. de extraordin. criminib. P.l.1. de abig. P.l.vnic. de Nili aggeribus. non rump. lib.9. C.tit.8.*

l *tempus vel augeri vel remitti pœnas ſæpe poſtulat. can. fin. 14. diſtinct. quemadmodum gentibus de nouo ad fidem conuerſis, plura in principio indulgentur vt rudibus, can. quod ſcripſi, 33.q.5. ca. Deus qui eccleſiā, de diuortiis. fures nocturni grauius, quam diurni puniuntur. l.1. de furibus balneariis. P. lib.47. titul.17. l.fin. de effractorib.*

m *c.is qui, de pœniten. & remiſſ.*

n *c.excommunicamus, §.credentes, de hæretic. c.qui viderit, 32.q.5. c. cum quidam, de iureiuran.*

o *vt in d.c.cum quidam, 12. de iureiur. can. frater. 17.q.4. can. quapropter, 27.q.2.l. aut facta, §.fi.l.capitalium, §.famoſos. de pœn. P.l.1. de abigeis. P.*

p *c.hac autem, de pœniten. diſt.2. ca. pœnæ, ead. diſ. Diſputantur & dantur rationes, quare remittantur interdum ex cauſa pœnæ, in ca. requiritis. & ca. tanta nequitia, 11. & ſeptem ſequentib. 1. quæſt.7. ex cauſis pietatis, neceſſitatis, multitudinis, diſpēſationis, vtilitatis maioris & miſericordiæ. Accedit humanitati & temperamento. l.reſpiciendum, 11. & l.hodie, 13. de pœnis; P.* Perſpiciendum (*inquit Martianus*) eſt iudicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. *Plane in leuiorib. cauſis proniores ad leuitatē, iudices eſſe debent; in grauiorib. pœnis, ſeueritatē legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Et Vlpian. in d.l.hodie:* hodie licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quod vult ſententiam ferre, vel grauiorem vel leuiorem, ita tamen in vtroq; modo rationem non excedat.

q *In c.ex parte, 28. in fi. de priuil. lib.5. tit.3. c.plerunq;, c.ſedes, c.ſuper literis, 20. de reſcript. c.ſignificante, 5. qui matrimo. accuſa. poſſunt. l.in fundo, de rei vind. P.c.auaritiæ, de elect. in Sex.*

r *per ſimplicitatē peccare dicuntur, qui cum aliquo bono zelo delinquunt, vel ignorāter qui aliqua ex parte non in totū a pœna releuantur, c.2. de ſortileg. lib.5. tit.21, c.2. de apoſtat. c.ſuper literis, 20, de reſcript. c.3. de conſecrat. diſt.2. & ſimplicitati parcendū ait, ca. cum vniuerſorum, de rer. permut. vbi de hoc agitur. l.1. de dolo. P.l.inter, de excuſa. tutor. P.*

s *c.presbyterum, in fi. 50. diſt. c.iniuſtum, §. fin. 11.q.3.*

t *c.inter alia, 6. §.nec inde damnati, de immuni. eccleſ. c.fi.; 6.q.1. l.præſenti, 6. de his qui ad eccleſ. confug. lib.1. C.tit.12.*

## Cap. VII.

*Vtilitas & effectus pœnarum.*



POenarum vtilitas conſiſtit, in reparatione damni dati, *a* emendatione delinquentis, *b* vel in tollendo incorrigibili, *c* vel ad præbendum exemplum aliis, ne ſimile committant. *d* Quamobrem nec facile vel ſine cauſa pœna remittenda eſt. *e* Remittendi autem cauſa poterit eſſe, ſi aliter ſatisfactū ſit a crimine; *f* vel de eo pœnitentia ſufficienter ſit facta, *g* vel reuocetur ſententia condemnationis, vt iniuſta. *h*

### Scholia.

a *vt c.2. de raptori. vocatur & pœna ſatisfactio, in l.capitaliū, §.furioſus, de pœn. P.*

b *l.ſi pœna, de pœn. P. facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, ca. iniuſta, 23. q.4. & quicunq; ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna, c.10. qui ca. quæ Dei, 38. diſt. ca. 18. ſi cuſtos, 27.q.1.*

c *ne alios inficiat, cum ipſe emendari non poſſit.*

d *d.c.cum quidam, de iniuria. c.frater, 17. q.4. c.quapropter, 27.q.2. l.capitalium, §. famoſos, de pœnis, P.*

e *c.3. de officio ordina.*

f *d. ca.3. de offic. ord. ibi,* vſque ad dignam ſatisfactionem; *& in ca. ex literis, 11. de conſtitutio.*

g *ca. plerunq;, §. cauſæ ergo, ca. cum aliquis, 12.q.2. c.deuotam, §. etſi deſinent, 27.q.1. ca. domino, §.fi. 50. diſt.*

h *c.cum ad quorūdam, de exceſſib. prælator.*

# DE SENTENTIA EXcommunicationis. *a*

## Tit. XVI.

a *Eſt ſimilis titulus in 5. lib. decreta. tit.39. & lib. 5. Sexti tit.11. & lib.5. clem. titu.11. & in extrauag. Ioan. 22. titu.13. & in extrauagantib. communib. lib.5. titu. fin. & agitur de hac ſententia excommunicationis apud Gratianum, tota 11. q.3. & tota 24. cauſa, & apud nos lib.31. ſyntag. c.8. & 9.*

## Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Definitio excommunicationis.*
3 *Et diuiſio in maiorem & minorem.*

4 *Et maioris in ſolemnem, & non ſolemnem.*
5 *In iuſtam & iniuſtam, & nullam.*

DIximus iam antea inter pœnas eccleſiaſticas eſſe excommunicationem, *a* de quo nunc nobis latius dicendum eſt. *b* quia etiam vſus eius frequẽtior eſt & medicinalis ſua natura, ſi contemnatur vero, mortem inferens. *c*

Excommunicatio eſt, quæ a communione notarum prohibet. *d*

Excommunicationum alia minor, alia maior dicitur. Minor eſt, quæ a perceptione tantum ſacramẽtorum ſubmouet; maior quæ etiam a communione fidelium ſeparat. *e* Dicitur & anathema, quod eſt æternæ mortis damnatio. *f*

Rurſum excommunicationis maioris, quædam ſolemnis, quædam non ſolemnis dicitur. Solemnis eſt exſecratio, vel ad maiorem terrorem introducta excommunicatio, adhibitis quibuſdam ritibus & ceremoniis, dicitur & hæc aliquando abſolute anathema & aggrauatio excommunicationis, quia reperitur poſt aliam contra incorrigibilem. *g* Non ſolemnis eſt, quæ ſine ſolemnitate vnico fieri poteſt verbo, a poteſtatem habente & volente prolato; nempe excommunico. *h*

Iterum autem excommunicatio quædam iuſta, quędam iniuſta dicitur: *i* & quædam nulla. Iuſta appellata, quæ recte & ſecundum ius infertur. *k* Iniuſta contra, quæ non eſt ſecundum iuris regulas neque bene lata: *l* vt ſi regali metu aut iuſſu, aut cuiuſcunque epiſcopi aut potentis fuerit a iudicibus male irrogata, & quæ ideo non valet. *m* Vt etiam iniuſta, ſi timore terreno, *n* vel contra ordinem iuris, *o* ſi propter odium tantum alicuius, vel ad fauorem ſine crimine & iuſta cauſa infligatur, *p* quæ & lædit potius inferentem quam excommunicatum. *q* Harum dehinc excommunicationum iniuſtarum, quædam aperte iniuſta eſt, quædam ſub dubio eſt, num ſit iniuſta; illa porro quæ aperte iniuſta eſt, non ligat, & ei obtemperandum non eſt. *r* Quod ſi dubium ſit, num iuſta aut iniuſta ſit, interim, donec conſtet de iniuſtitia, tenenda & timenda eſt. *s* Nulla porro eſt, quæ habetur perinde, ac ſi omnino non fuiſſet inflicta. *t*

## Scholia.

a *ca. nullus, c. ſi quis deinceps, & ſeq. c. diffiniuit, 17. q. 4.*

b *diximus de excommunicatione ciuili maiori & minori eccleſiaſtica, lib. 31. ſyntag. iur. c. 8. & 9.*

c *c. 1. de ſenten. excom. in Sext. lib. 5. tit. 11. c. multi, 2. quæſt. 1. c. notandum, 24. q. 3. c. medicinalis dicitur, habita ratione intentionis excommunicantis, qui eo animo excommunicat, vt excommunicatus reſipiſcat, & quæ oporteat exſequatur; quamuis ſemper hic effectus non ſequatur; nulla autem pœna maior eſt in eccleſia ipſa excommunicatione, cap. corripiantur, verſ. quæ pœna, 24. q. 3. c. abſit, 11. q. 1.*

d *c. ad menſam, 24. §. hæc ſententia, 11. q. 3.*

e *vtriuſque excommunicationis finitio ponitur, in c. quem, 59. de ſentent. excommu. c. Engeltrudam, 3. quæſt. 4. d. ca. ad menſam, §. aliquando, & §. eſt & alia, 11. q. 3. dum ſeparatur quis a communione fidelium, ſeparatur ab omni actu legitimo. Per reatum, minorem incurrimus; per ſententiam, maiore notamur, c. curæ ſit, 20. §. 1. 11. quæſt. 3. Omnis impius; ſi non ab eccleſia, tamen eſt a Deo excommunicatus, ca. certum, 24. quæſt. 4. & omnis mortaliter peccans, eſt extra communionem eccleſiæ donec pœnituerit, c. illi qui, 6. quæſt. 1. Maior ſeparat a corpore Chriſti & eccleſiæ, c. 107. canonica, c. nihil ſic debet, 33. 11. q. 3. c. 2. 27. q. 1. c. tam ſacerdotes, 24. q. 3.*

f *ca. nemo epiſcoporum, 41. 11. quæſtio. 3.* ἀνάθημα ἀπὸ τοῦ ἀναθεῖναι, *a ſeparãdo, vel ſuſpendendo, exſecratio, declaratio hominis indigni omni beneficio & communione humana, ratio huius exſecrationis, in can. audi, 21. 11. quæſt. 3. ex priore epiſtola ad Corinth. c. 5.* Tradidi (*inquit diuus Paulus*) huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis, vt Spiritus eius ſaluus fiat. *Ea enim ratione excommunicatus per ſententiam excommunicationis, de eccleſia tollitur & pellitur, vt notatus ab omnib. erubeſcat, & vt Spiritus eius ſaluus fiat in die Domini noſtri* Iesv Christi. *Porro enim excommunicatus dicitur dari ſathanæ, eo quod extra eccleſiam diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus; ac per hoc quaſi ſathanæ traditur, qui ab eccleſiæ communione remouetur. can. 32. omnis Chriſtianus, 11. q. 3.*

g *Ita ab excommunicatione diſtinguitur anathema, in c. cum non ab homine, 10. de iudic. ſimiliter in c. 1. de locat. vnus ex legatis ſummi Pontificis prohibuit, ne hoſpitia Bononiæ ante tempus conductionis conducerentur ſub pœna excommunicationis, poſt illam alius prohibuit idipſum, ſub pœna anathematis.*

h *Excommunicatio ſolo verbo fit, c. 1. de eo qui furtiue ordines ſuſcep. libr. 5. titul. 30. gloſ. in can. cum aliquis, 108. ad verbum,* cautelam, *11. quæſt. 3. fitque & ſolo verbo etiam abſolutio. c. 2. comperimus, 24. q. 2. & ibi gloſſ.*

i *Sic dicitur, paſtoris ſententiã, ſiue iuſtam ſiue iniuſtam timendam, in can. 1. 11. quæſt. 3.*

k *Id enim iuſte fieri dicitur, quod bene fit, & ſecundum ius; c. ius dictum eſt, 12. de verbor. ſignifi. c. quid dicam, 14. quæſt. 4. veluti ſi propter manifeſtum feratur exceſſum, ca. venerabilibus, 7. §. ſane ſi certum, de ſent. excom. in Sex.*

l *Iniuſtum dicitur, non iure factum, vt iniuria. l. 1. de iniur. P.*

m *c. Iniuſtum, 89. 11. quæſt. 3. ſententia per metum lata, nulla eſt; tamen tenet niſi elidatur per exceptionem; can. Lotharius, 31. quæſt. 2. c. omne, 25. q. 1.*

n *c. fratres, 9. q. 1.*

o *capitit. ſeruetur, §. item ſententia, 11. quæſtione 3.*



p *cap. non ſolum, §. aliquando, ca. quatuor, cum 5. ſeq. 11. q. 3.*

q *ca. certum, ca. de illicita, ca. ſi habes, §. vbi ergo, 24. quæſt. 3.* Si quiſquam (*inquit diuus Auguſtinus*) fuerit iniuſte anathematizatus, potius ei oberit qui facit, quam qui talem patitur iniuriam; Spiritus enim Sanctus habitans in Sanctis, per quem quiſque ligatur aut ſoluitur, immeritam nulli ingerit pœnam; *c. 87. illud plane, 11. quæſt. 3. Quia duplex communio vna interior bonorũ ſpiritualium, & fidei in eccleſia, quam non poſſumus amittere ſine peccato mortali, impietate aut offenſa præcedente. Alia eſt exterior, quæ reſpicit eccleſiæ ſacramenta & vſum eorum; a qua expellimur per excommunicationem tãquam per pœnam, qua arcemur a communione eccleſiæ & commercio fidelium. Quare excommunicatio exterior ei, qui non amiſit interiorem communionem, potius benedictio cẽſetur, vt ait Malachias, ca. 2. maledicam benedictionibus veſtris, &c. Et diui Matth. c. 5. ver. 16.* Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me; *Et 1. diui Petri, c. 4. verſ. 14. Et proinde excommunicationem debet præcedere peccatum & iudicium eccleſiæ; neq; iniuſte excommunicati in terris, ſunt ligati in cœlis. Quia tribunal iudicis æterni, nec fallit, nec fallitur; tribunal vero epiſcopi, poteſt falli & fallere; ca. 1. de ſenten. & re iudic. in Sexto. Atq; eccleſia non iudicat de occultis, Deo autem omnia palam ſunt. Ideo dicitur in ca. a nobis, 28. de ſent. excom.*

r *Iniuſta excõmunicatio coram Deo non ligat. c. quomodo, cũ 9. can. ſeq. 11. q. 3. Erit & iniuſta excõmunicatio, ſi contineat expreſſum iuris errorem, vt in l. 1. quæ ſent. ſine vlla appella. reſcind. P. vt ſi quis excõmunicet aliquem eo, quod non det, quod de iure dari ei non debet, vt in clem. paſtoralis, §. Piſana, de re iudic. Pandect.*

s *Et ita de dubia intelligitur, cap.1.& can.* A *quibus epiſcopi, 11.q.3. quod ſit timenda ſententia epiſcopi iuſta vel iniuſta, ſcilicet de cuius iniuſtitia non apparet, idem in c. quibus epiſcopi, 27. eadem 11. quæſtione 3. Quia & ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa, & ſine ordine iuris, tenet & valet, donec contrarium ſtatuatur; ca. ſacro, de ſentent. excommunic. cap.1. eodem titul. in Sexto. Quemadmodum & abſolutio ex falſa cauſa, & ſine ordine iuris* B *facta, vt ait Rota deciſione 399. incip.* ſi pronuntietur, *in nouis. Sic in cap. 35. irritam, 11. quæſtione 3. dictum eſt, irritam eſſe ſententiam epiſcoporum, & ideo a ſynodo retractandam. Sic iniuſta vel ex falſa cauſa lata ſententia excommunicationis, non ligat quoad Deum, ca. certum, 43. & §. de his, & cap. non debetis, 64. §. ex his, 11. quæſtio. 3. Sed quod pertinet ad eccleſiam, ſi lata eſt ab eo, qui habeat po-* C *teſtatem & iuriſdictionem ſuper excommunicatum, ideo vel eſt retractanda vel abſoluenda errore cognito, aut iniuſtitia manifeſtata non obſtante contradictione aduerſarii, cap. ſacro, de ſentent. excommunic. Et qui ante abſolutionem contemneret, etiam iniuſtam, peccaret mortaliter contemnendo. can. audi, 21. §. cum ergo, 11. quæſtio. 3. & præſumitur ſemper ſententia ſuperioris iuſta, donec de contra-* D *rio doceatur; cap. in præſentia, de renuntiatio. capit. ſicut, de re iudic. Atque cum Gratianus retuliſſet dictum diui Auguſtini, in Pſalmum* 3. qui iuſtus eſt, & ei iniuſte maledicitur, præmium illi redditur; *addit in cap. 90. qui iuſtus eſt, 11. quæſt. 3. iniuſte nihilominus ligatum parere debere ſententiæ, ne ex contumacia incipiat ligari.*

t *nullam eſſe excommunicationem colligit* E *gloſſ. ad cap. præſenti, 10. ad verbum,* cautelam, *de ſentent. excommunic. poſt Hoſtienſem ſuper Rubricã eius tituli, ex cauſis ſequentibus, & proinde dari abſolutionem ad cautelam iuxta textum. Primum, ſi poſt appellationem interpoſitam legitime, appellans fuerit excommunicatus. Secundo, ſi contineat intolerabilem errorem, cap. venerabilibus, de ſentent. excommun. in Sexto. Tertio, in caſu cap. ſtatuimus, eodem titu. in Sexto. Quarto, ſi non dicatur iudex, qui tulerit excommunicationem, cap. audiuimus, 3. de conſuetud. cap. cum olim, de priuileg. Neque, a non ſuo iudice lata ſententia valet, niſi is, in quem pronuntiatum fuerit, in eum conſenſerit. l. ſi per errorem, de iuriſdictio. omnium iudic. P. l. 2. de iudic. P. Quinto, ſi a iudice quidem ſuo lata ſit, ſed ab excommunicato; ca. audiuimus, 12. & c. aperta, 24. quæſtio. 1. Sexto, ſi quis excommunicatur a delegato contra delegantis intentionem, ca. fin. de præben. c. auctoritate, de priuileg. in Sext. Septimo, ſi proferatur ab intruſo, vel a iuriſdictione ſuſpenſo. can. alienationes, 12. quæſtio. 2. Octauo, ſi proferatur a violante interdictum hominis, cap. tanta, de exceſſibus prælator. Nono, vbicunque quiſpiam excommunicatur contra ſui priuilegii tenorem, cap. cum capella, & ca. quanto, de priuileg. Decimo, in caſu, cap. cum ad quorundam, de exceſſibus prælator. ſi quis excommunicetur ab eo qui viſitat, exigente euectiones, quas ipſe non vult præſtare ſupra definitionem, cap. cum Apoſtolus, de cenſib. Vndecimo, ſi proferatur a delegato impetrato per excommunicatum in caſu non permiſſo, in c. 1. de reſcript. in Sexto. Duodecimo, in caſu, cap. quia plerique, de offic. ordi. Decimotertio, ſi impoſſibile ſub pœna excommunicationis iubeatur excommunicato, gloſſ. in cap. per tuas, de ſentent. excommunic. Impoſſibile quippe præceptum iudicis nullius eſt momenti nec obligat, leg. 3. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindant, lib. 49. P. tit. 8. facit cap. Odoardus, de ſolutio. cum impoſſibilium generaliter nulla ſit obligatio, l. impoſſibilium, de regulis iuris, P. leg. ſi ſtipuler, de verborum obligatio. P. cum ſimilib.*

CAP.



## CAPVT II.

*Pro quibus feratur excommunicatio.*

EXcommunicatio a iure ob criminum pœnam imponitur, *a* per hominem quoque & pro crimine; *b* pro contumacia; *c* non autẽ pro leuioribus cauſis, *d* aut propter vindictam proprie & particularis iniuriæ excommunicantis. *e* Poteſt tamen qui excommunicandi poteſtatem habet, contra nimiam potentiam laici ſeu ſecularis, imperitus, excommunicatione in eum dicta, ſe defendere; *f* fit & aliquando ad finem reuelationis occulti, vt ſi excommunicẽtur omnes, qui ſciunt latrocinium aliquod, vel aliud crimen admiſſum; niſi reuelauerint & denuntiauerint intra certum præſtitutum tempus. *g* Cæterum pro peccato alterius, nemo debet excommunicari, *h* Excommunicari autem poterunt qui bona clericorum vel epiſcoporum retinent & ſurripuerint, vſque ad ſatisfactionem. *i*

### SCHOLIA.

a *Sic ait Rota in deciſione 9.* vtrum ſi commiſſo, *in antiquioribus collectis a Biſigneto: liquet ex titulis de ſentent. excom. & in aliis iuribus inferius citandis, dum agetur de excommunicatione iuris, capit. fin. de conſtitutio. in Sexto. Atque hæc excommunicatio iuris vel canonis, ligat etiam propter occulta, gloſſa ad clemen. fin. de immunita. eccleſia, ad verbum,* dantis, *gloſſa ad clem. multorum, in fin. de hæreticis. Vide diſtinct. Caietani apud beatum Thomam, 2.2. quæſtio. 1. arti. 3. Alphonſum de Caſtro, lib. 2. de iuſta perſecutio. hæretico. cap. 13. Sunt autem plura crimina, in quibus ipſo facto quis incurrit ſententiam excommunicationis, vt in percuſſione clerici; cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4. detinendo carcere clericum, cap. nuper, 29. de ſentent. excommunicat. In effractione eccleſiæ, cap. conqueſti, 22. de ſenten. excommunica. ſi quis cle-* A *ricum conuenerit coram iudice laico. cap. molita, 11. quæſt. 1. ca. vnico, 11. q. 2. & in quibuſdam aliis caſibus ſimilibus, quorum 32. enumerat & probat gloſſa ad ca. eos qui, 22. ad verbum,* canonis, *de ſenten. excomm. in Sexto; quos ibi videbis.*

b *vt ſi admonitus ſit incorrigibilis, cap. tam ſacerdotes, cap. ecce autem, 24. quæſt. 3. ſi quis immunitatem vel libertatem eccleſiaſticam violauerit, cap. 4. de immunita.* B *eccleſia. cap. grauem, 33. cap. nouerit, 39. de ſenten. excommun. Sic pro pœna futuri delicti poteſt generaliter excommunicatio imponi; vt quicunque furtum commiſerit, ſit excommunicatus, cap. fin. de conſtitutio. in Sexto. Et in ſingulari non poterit ita crimini imponi, ſi tu tale quid commiſeris, te excommunico; capit. Romana, §. caueant, de ſentent. excommmu. in Sexto.*

C c *ca. certum eſt, 43. ca. ſi epiſcopus, 11. q. 3. can. ſi quis deinceps, in fine, 17. quæſtio. 1. c. quoniam frequenter, vt lite non conteſta. &c. cap. ex parte, de verborum ſignificat. ſi quis decreto, vel conſtitutioni ſui prælati non obtemperauerit; c. 2. cap. quod ſuper, c. cum in eccleſiis 10. de maiori. & obedien. niſi forſan is, qui non obtemperauerit, appellauerit. cum diſtinctio. ca. licet,* 10. *de ſent. excommunic.*

D d *in c. nemo epiſcoporum, 41. cap. nullus, ca. plerunque, §. cauſæ ergo, 11. quæſt. 3. Hoc etiam prohibet concilium Tridentinum, ſeſſione 25. decreto de reformatione, ca. 3. Et nullus debet excommunicari præterquam pro peccato mortali, vt ait diuus Thomas.*

e *cap. inter querelas, 23. quæſtio. 4. notatur in cap. 1. de maledicis; & in cap. ſi quis ergo, 2. q. 7.*

E f *cap. dilecti, 6. de ſent. excom. in Sexto. quod loquitur non de ſe vindicante, ſed de ſe defendente.*

g *Ratione enim teſtimonii dicendi, coguntur teſtes, in cap. 1. de teſtibus cogen. Id autem quod non denuntiantes dicantur ex-*

*communicati, intelligi par eſt, ſi ſciant &* A *probare poſſint, vel ſi eorum probatio fidem facere poſſit, & ſi tales ſint qui cogi ad teſtimonium poſſint. Quod diſputat Angelus Clauaſius in ſumma, §. denuntiatio, num.* 13. *& in verbo,* excommunicatio, 1. *nu.* 20. *vbi & nulla eſſe dicitur excõmunicatio, quæ ita lata eſſet, vt ſciẽtes teſtificarentur, qui probare poſſent & non poſſent tanquã continens errorem intolerabilem. Niſi proferens ſententiam diceret, quod* B *qui nõ poſſet, probare diceret ſibi tanquam patri. Sic ſacerdos non tenetur admonitus ſub pœna excommunicationis reuelare ſibi confeſſum; ca. ſacerdos, de pœniten. diſt. 6. ca. ſi omnia, 6. quæſt. 1. can. placuit, 6. quæſt. 2. cum ſimilib. Quia ſcit non tanquam homo, ſed tanquam Deus, can. ſi ſacerdos, de officio ordinarii; cap. omnis vtriuſque ſexus, §. fi. de pœnitent. & remiſſioni. Quare neque parentes vel alii, qui non co-* C *guntur teſtimonium dicere, cenſentur excommunicati; cum neque volentes admittantur, l. parentes, C. de teſtib. ca. fin. §. inuiti, 4. quæſt. 3. l. lege Iulia publicorum, de teſtib. Meminit de hac cauſa excommunicationis ad finem reuelationis, & teſtimonii furti, vel inuentionis rerum deperditarum, & ne fiat niſi pro grauiorib. cauſis, concilium Tridentinum, ſeſſione 25. cap. 3. de reformatione. Et de eadem re* D *Pius Quintus edidit regulam ſeu conſtitutionem ordine, 183. in Bullario coacto per Laertium Cherubinum, per quam ſtatuit, vt iſtæ excommunicationes expedirentur in curia ad inſtantiam & ſupplicationem eorum, quorum intereſt, in qua exponantur res valorq́; earum, & vt committatur ordinario epiſcopo loci, vel eius vicario generali in ſpiritualibus, ſub hac forma ex concilio Tridentino, ſi cauſa di-* E *ligenter, & magna maturitate per illum examinata, pro rei tẽporis & perſonæ qualitatibus, ſibi pro ſua conſcientia videbitur expedire.*

h *c. ſi habes, 14. q. 3.*

i *ca. de laicis, 46. & ſeq. 12. quæſtio. 2. ſed & pro ſententia exſecutioni demandata in fauorem victoris lata in camera imperiali, contra contumacem. Poſtquam & banno imperiali ſuppoſitus fuerit contumax, poteſt ab eccleſia in eum impetrari ſententia excommunicationis, donec ſatisfecerit iuxta quandam bullam Raymundi a ſede Apoſtolica obtentam, vt habetur in tertia parte ordinationis iudicii imperialis, tituli 48. nu. 17.*

## CAPVT III.

### *A quibus ſententia excommunicationis inferatur.*

SEntentia excommunicationis infertur vel a canone ſeu ipſo iure, vel ab homine, per ſententiam; *a* & minor & maior. Ius vero quod infligit, vel eſt commune, *b* aut ſtatutarium, *c* ipſo iure communi, C minori excommunicatione ligantur committentes mortale peccatum, *d* & excommunicatis & denuntiatis maiori excommunicatione, communicantes locutione, oratione, ſalutatione, menſa. *e* Si tamen quis communicaret cum excommunicatis, auxilium aut fauorem, vel conſilium impendẽdo, tunc vt particeps ſceleris eodem vinculo maioris excommunicationis eſſet innodatus. *f* Maiori porro excõ- D municatione ipſo iure notantur, diuini, ſortilegi, *g* violatores eccleſiarum, *h* manus violentas in perſonas clericorum vel religioſorum inferentes, *i* quibuſdam caſibus exceptis; *k* item falſarii literarum papæ, *l* noua telonia imponentes, clericos *m* Romam euntes ſpoliantes, *n* diripientes res mortui epiſcopi, quæ ſeruari debent eius ſucceſſori, *o* hæretici. *p*

### SCHOLIA.

E

a *c. nuper, de ſententia excom.*

b *cap. excommunicamus, de hæretic. cap. ſi quis ſuadente diabolo, 10. quæſtio. 4. cum ſimilibus.*

c *vt in ſtatuto contra locantes domos Bononiæ ante tempus, in c. 1. de locato. lib. 3. tit.* A *18. & in pœna prohibitionis furti, ſub pœna excommunicationis in ſtatuto poſitæ, ca. fin. de conſtitutio. in Sexto. Tale ſtatutum poſſunt facere in eccleſia vniuerſali ſummus pontifex; & quilibet epiſcopus in ſua diœceſi, ca. viſis, 6. q. 2. ca. corripiantur, 14. q. 4.*



d *Quia ex commiſſo mortali peccato, maxime quod occultũ eſt eccleſiæ, ſequitur excommunicatio ſeu ſeparatio a participa-* B *tione ſacramenti corporis Domini; quod, ſi quis cum hoc peccato ſuſceperit, recipit in ſui ipſius perditionem, ca. audi, 11. quæſt. 3. ca. fin. de cler. excom. miniſtrante. Exempla tot adferri poſſunt, quot ſunt genera peccatorum mortalium, in quibus quilibet ea committens, incurrit ſententiam ipſo iure minoris excommunicationis, vt in ſacrilegio, c. ſi quis inuentus, 17. q. 4. in recipiente eccleſiam de manu laici, & eam* C *tenendo, c. ſi quis deinceps, 16. quæſt. 7. & in quolibet notorio peccatore, ca. neq́; 88. diſtinct. c. illud, 95. diſtin. cum ſimilibus. Cæterum quamuis minori excommunicatione notatus, priuetur participatione ſacroſanctæ euchariſtiæ, tamen non eſt priuatus communione eccleſiæ, vel participatione aliorum ſacramentorum, ingrediq́; poteſt eccleſiam ad ſacra audienda.*

e *c. ſi Apoſtoli, 16. c. excommunicatos, 17.* D *c. cum excommunicato, 18. c. qui communicauerit, 19. c. curæ, 20. c. ad menſam, 24. 11. q. 3. quæ omnia de excommunicatis denuntiatis intelligi monet Gratianus, in d. ca. curæ, §. fin. & ca. multi, 2. q. 1. vbi diui Pauli citatur prohibitio, prioris ad Corin. 5. de cibo cum excommunicatis non ſumendo, & c. omnis; 24. q. 1. vbi & citatur, diui Ioannis ſententia de non dicendo aue hæreticis, & in c. Apoſtolorũ:* Si quis cum E excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, communione priuetur. *& in can. 14. ſynodi Sardienſis, & c. 9. ſynodi Carthaginiẽſis. eo pertinet, c. ſi quis frater, 28. cum ſeq. 1, quæſt. 3. ſic & explicatum, ex concilio Lateranenſi, de excommunicatis non vitandis, in concordatis. Notat autem Pand. ad c. ſacris, quod met. cauſ. quod communicans excommunicato, non peccat mortaliter, ſed venialiter, niſi in quinque caſibus 1. quando communicat in contemtum clauium, vel 2. in contemtum ſuperioris; vel tertio ſi communicat in diuinis, 4. quando communicat in crimine, 5. ſi excommunicatus ſit aliquis, cum ſibi communicantibus. Conſentire videtur diuus Thomas. Hoſtienſis tamen, ad c. quod in dubiis, de ſent. excom. & Ioan. & Arch. ad c. rogo, 11. q. 3. quod ſi quis participat cum excommunicato contra prohibitionem canonis, non peccat mortaliter, niſi forſan nimis frequenter, & hoc faciat in contemtum canonis, arbitratus excommunicationem ridendam; Si autem participat contra prohibitionem hominis, peccare mortaliter, vt mitius agatur cum lege, quam cum homine, iuxta l. Celſus, de arbitris.*

f *c. nuper, 29. de ſent. excomm. vt in exemplis, c. ſignificauit, & ca. ſi concubinæ, eod. tit. de ſent. excom. ſic & intelligendum, c. ſacris, quod metus cauſa, de participantibus in crimine cum excommunicatis.*

g *qui ſacrilegiis & diuinationibus intendunt. cano. ſi quis ariolos, ca. non oportet, c. aliquanti, c. ſortes, c. ſi quis clericus, ca. auguriis, 26. q. 5.*

h *& raptores rerum earundem; ca. canoni, 11. q. 3. c. omnes eccleſiæ, & c. frater, 17. q. 4. c. ſi quis, 24. q. 3.*

i *c. ſi quis ſuadente, 14. q. 5. c. ſi quis, 24. q. 3. c. 1. 3. 13. & aliis, ſub titulo de ſent. excom. idem ſi mandet percuti. c. 6. §. 1. eod. tit. & etiam ſi volẽtem percuſſerit in ſatisfactionem vindictæ, c. 36. eo. & quanquam occulte percuſſerit quis, ca. 7. eod. vel ei ſit a volente remiſſa iniuria; capit. quamuis, 58. eod.*

k *vt ſi quis iocando percuſſerit, vel ob diſciplinam, c. 1. c. 54. §. 1. de ſenten. excomm. ſi ſit percuſſus, qui non eſt in habitu cleri-*

cali, & qui pro clerico non habetur, vt in A
c.4.23.25.eod.tit. & ſic de ſimilibus alibi
explicatis, ſupra lib.4.tit.9.c.10.nu.3. &
gloſſ.lib.1.

l c.ſi quis epiſcopus, 50.diſtin.c.ad falſario-
rum, de crimine falſi.

m c.23.ſiquis Romipetas, 24.q.3.c.innoua-
mus, de treuga. & pace.

n In proxime citatis iurib.

o c.illud, & ſeq.hac huius placiti, 12.q.2.

p c.quod autem, 4.q.1.c.excommunicamus, B
in vtroq; de hæretic.

## CAPVT IIII.

### A quibus feratur ſententia excommunicationis hominis.

ECcleſiarum prælati, & qui habent ali-
quam iuriſdictionem, imo plebanus,
& alii ordinarii, contra ſibi ſubditos, ſen-
tentia excommunicationis vti poſſunt &
interdicti, *a* niſi mulieres ſint, quæ etſi iu- C
riſdictionem habeant, tamen excommu-
nicare nequeunt. *b* Solus etiam epiſcopus
ſolemnem excommunicationem inferre
poteſt. *c* Si autem extra eccleſiam ipſe ſit,
excommunicandi ius non habet. *d* Niſi
forſan hæreticus hęreticum excommuni-
cauerit, *e* vel ſi deteſtabile ſit crimen pro-
pter quod quis ſit ab hæretico excommu-
nicatus. *f* Non excommunicat etiam lai-
cus iure ſuo; *g* quamuis ex delegatione Pa- D
pæ poſſit. *h* Neq; regulariter alii poſſunt
excõmunicare quam preſbyteri. *i* Poterit
etiã excommunicare abbas & prior mo-
nachos ſuos. *k* Qui deliquerit quoque in
alterius diœceſi, ab eius ordinario excom-
municari poterit; neque poteſt a proprio
epiſcopo ante legitimam ſatisfactionem
abſolui. *l*

### SCHOLIA.

a c.cum eccleſiarũ prælatis 3. de ſent.excom. E
lib.1.tit.51. atq; ibidem ſingulariter dici-
tur in fin. epiſcopum ſuperiorẽ excõmuni-
catis, non poſſe ſentẽtiam excõmunicatio-
nis latã ab inferiore, qui poterat excõmu-
nicare, ſine congrua ſatisfactione, & ple-
bani conſcientia, relaxare. Idem in c.1. de
eo qui furtiue ordinẽ ſuſcepit, lib.5.tit.30.
Arguitur & alios, quam epiſcopum poſſe
excommunicare, ex c.nemo epiſcopus, 11.
2.q.1. Nemo, inquit, Epiſcopus, nemo
Preſbyter excommunicet aliquem, an-
tequam cauſa probetur. Fuerant & an-
tiquitus toleratæ excõmunicationes dictæ
ſancti Eleuterii. Eo quod ex priuilegio cõ-
cederentur per præpoſitum eccleſiæ ſancti
Eleuterii, quæ deferebãtur per vniuerſum
orbem, & vendebantur, ex quib. plures ab-
uſus ſequebantur; atq; ideo fuerunt prohi-
bitæ deinde, & interdictum præpoſito ſan-
cti Eleuterii, eas in poſterum concedere, vt
habetur in Pauli 3. Cõſtitutione 64. incip.
licet nuper, in Bullario Laertii Cherubi-
ni; Hic tamen obſeruandum eſt, quod no-
tat Panor. ad c.2.num.2. de offi.ord. quod
ceſſante cõſuetudine, ſacerdos curatus, ne-
que in genere, nec in ſpecie excõmunicare
poteſt; explicat & plenius, in c.ſi quis con-
tra, de foro compet. in repetitione. Quia 1.
excommunicatio eſt iuriſdictionis cõten-
tioſæ, quæ non debet fieri in inuitum, c.ne-
mo epiſcopus, 2.q.1. Curatus vero vel cu-
rio, non habet iuriſdictionem fori conten-
tioſi, ſed fori tantum pœnitentialis; can. de
perſona, 11.q.1. Item 2. excommunicatio,
eſt meri imperii; vt notat Inno. ad c.tranſ-
miſſam, de elect. Simplex autem curatus
non habet ea, quæ ſunt meri imperii. 3. iu-
ra dicunt, ſententiam excommunicationis
a iudicibus eſſe ferendam, vt in c.1. de ſent.
excom. in Sext. c.quærenti, de verb.ſignif.
c.Archidiaconus, de offi. Archid. talis au-
tem non eſt curio.

b c.delicta 12. de maiori. & obedient.

c Et dicitur illa proprie excõmunicatio epi-
ſcopalis, non alterius, c.nemo, 11.q.3.

d c.verbum, de pœn.diſt.c.audiuimus, cum
2.ſeq.24.q.1.

e c.miramur.§.fi. & c.ſeq.24.q.1.

f c.Subdiaconus, vſq; ad §.poſt tamen, diſt.
24.q.1.

g d.c.Subdiaconus, §.poſt tamen, verſ. vel
Catho-



Catholico non ſacerdote, cap.24.q.1. A
& c.fi. de immu.eccleſia. in Sext.c.quan-
to amplius, 46. de priui. in Sex.c.bene qui-
dem, 1.verſ. maximus epiſcopus, 96.diſt.

h notat glo. ad d.c.1.§.maximis, 96.diſtin.
ad verbum, laico, argu.c.fi.10.q.3.c.præ-
ter hæc, 6.§.verum, 32.diſt. & ſic expreſſe
notat gloſ. ad c. bene quidem. ad ver. lai-
co, 96.diſt. & glo.ibidem, ad verb. præter
Romanam, notat auctoritate epiſcopi ni-
hil poſſe laicum in eccleſia conſtituere nec B
excommunicare.

i c.canonica, de ſenten.excom.

k prior excommunicat ita, ſibi non obedien-
tes monachos, in c.cum ab eccleſiis, 18. de
maiorita. & obedient.lib.1.titu.33. abbas
monachos, vt in c.ſicut tuis literis, 33. de ſi-
monia, lib.5.tit.3.

l c.1. de rapto. ratione enim delicti clericus
alterius diœceſeos, fit fori epiſcopalis loci, in
quo deliquit, vt ibi conueniri & iudicari C
poſſit; can.1.3.q.6. ca.placuit, in 2.6.q.3.
c.poſtulaſti, & c.fi. de foro compet. authen.
quia in prouincia; vbi de crimine agi o-
porteat.

## CAPVT V.

### Qui excommunicari poſſint.

SEntentia generalis excõmunicationis
ligat tantum excommunicantis ſubdi-
tos. *a* Subditi autem dici poſſunt, ratione D
delicti commiſſi in loco, vbi eſt pœna ex-
communicationis; *b* & ratione loci & ter-
ritorii. *c* Non poſſet tamen excommuni-
cari vniuerſitas, vel omnes habitantes ali-
cubi, quãuis interdictum eccleſiaſticum
in vniuerſitatem, vel habitantes ferri poſ-
ſit; *d* Nec excõmunicatur ſuperior ab in-
feriore; *e* neq; qui appellauit, poſt appella-
tioné ab eo a quo appellauit, *f* minus ex-
communicari poſſunt, qui Chriſtiani non E
ſunt, vt pagani; *g* qui ve iam mortui; *h* niſi
in tali reatu mortui fuiſſent, qui poſt mor-
tẽ accuſari poſſit, & is quoq; qui commi-
ſit crimen, damnari poſſit, *i* ſicut de hære-
ticis mortuis fit. *k* Non poteſt item ex-
communicari priuilegiatus, contra ſuum
priuilegium; *l* neq; ſuffraganeus ab officia-
li epiſcopi eo abſente. *m* Poterit autem ex-
communicatus, nondum etiam abſolutus,
iterum excommunicari, & ſæpius. *n* Cæte-
rum excommunicationis vel interdicti ge-
neralis vel ſuſpenſionis ſententia non li-
gãtur epiſcopi, niſi de illis nominatim fiat
mentio. *o* Excõmunicari poteſt dominus
propter contumaciam ſui procuratoris. *p*

### SCHOLIA.

a c.fin. de conſtit. in Sext.ca.1. & ſeq.6.q.3.
Contra non ſubditos lata nulla eſt ipſo iu-
re, c.ſententia, 11.q.3. Subditi epiſcopi di-
cuntur ratione iuriſdictionis ſpiritualis,
omnes, qui ſunt in ſua diœceſi, etiam terræ
principes, c.omnes, 4. de maiori. & obedien.
Subditi etiam ſum. Pont. omnes Imperato-
res & reges in ſpiritualibus, & quæ ad ani-
mam pertinent; c.ſolitæ, 6. eo.tit.c.ſuſcipi-
tis, 10.diſt.c.cum ad verbum, 96.diſt. Sic
meminit Platina Gregorium 7. excõmu-
nicaſſe Henricum 4. vtentem inueſtituris
epiſcopatuũ; & ob eandẽ cauſam Paſcha-
lem 2. excommunicaſſe Henricum 5. A-
drianum 4. Fridericũ Ænobarbum ſeu
Barbaroſſam; Innocentiũ 3. Imperatorem
Philippũ; Bonifacium, 8. Philippum pul-
crum regẽ Galliæ; Ioannẽ 22. Ludouicum
Bauariæ ducem; aliosque pontifices alios
principes ob diuerſas ſpiritales cauſas.

b c.nobis, in 2. de ſenten.excom. Ratione de-
licti quis ſortitur forum alioquin non pro-
prium, auth. qua in prouincia, iuncto toto
titulo, vbi de crimine agi oportet, & ideo
alienigena poteſt a prelato loci, in quo deli-
quit, excommunicari; in 2. de rapto. c.pla-
cuit, & c.fin. 6.q.3.

c c.fi. de foro compet. & ibi interpretes, & ad
ca. a nobis, de ſent.excom. notant interpre-
tes, quod iudex poteſt excommunicare
ſuum ſubditum contumacem, etiam extra
territorium.

d c.Romana, §.in vniuerſitatem, de ſent.ex-
com. in Sext. poteſt antẽ interdici ſi initus,

*eo.tit.in Sex. Ratio diuerſitatis, quia alius pro alio puniri non debet, aut pro alio excommunicari. c.ſi habes, 14.q.3. punirentur autem infantes, & non delinquentes, ſi excommunicatio generalis in eos locum haberet. Item vniuerſitas eſt nomen iuris, & non perſonæ, nec habet vnam & propriam communem omnibus animam, Inno. in c. grauem, de ſent. excom. Si tamen de facto excommunicaretur vniuerſitas, teneret excommunicatio, vt ait Ioan. Andreas, & alii interpretes ad d. c. Romana, de ſent. excom. in Sex. Sic Honorius, qui coronatus eſt anno Domini, 1285. 17. Kal. Maii, ſtatuit excommunicationem contra communitatem & officicales ciuitatis Parmenſis ob exceſſus commiſſos contra fratres prædicatores; ob damnatam de hæreſi per inquiſitionem quandam mulierem; tandem tamen ipſe diſſoluit, vt habetur in conſtitutione eius 1. incipiente olim in Bullario Laertii Cherubini.*

e *c. cum inferior, de maioritat. & obedient. niſi ſuperior iam ligetur excommunicatione iuris.*

f *c. per tuas, de ſent. excom. ca. dilecti filii, in 1. de appell.*

g *c. audiuimus, §. vnde Apoſtolus, cum ſeq. 24.q.1.*

h *ca. damnationis, §. his auctoritatibus, 24. quæſt. 2.*

i *vt ſi agatur de crimine hæreſeos, c. ſane, 6. & ibi exempla, 24 quæſtio. 2. & aliud exemplum in c. quicunq; clericus, 23.q.8. Et in eo qui ſe occidit voluntarie, in c. placuit, 23. quæſt. 5. & aliud in eo, qui ſibi hæredem ſcribit hæreticum, in dict. capit. ſane, 24.q.2.*

k *d. c. damnationis, §. ex his auctoritatibus, & c. f. 24.q.2.*

l *c. nec aliquis, 5. & c. quanto, 26. de priuil. niſi forſan priuilegiatus incidat in excommunicationẽ iuris, percutiendo clericum, c. nullus, 8. de ſent. excom. nec vtitur iuris beneficio, qui contra ius facit delinquendo, in l. auxilium, de minorib.*

m *c. 1. §. fin. de offic. ordina. in Sexto.*

n *c. ita quorundam, de Iudæis. Sicq; pro diuerſis cauſis quiſpiam excommunicari poteſt, & a diuerſis. Et plures etiam pro eadem, ſi ſit contumax excommunicatus, iterumque poteſt anathemate aggrauatione reaggrauatione excommunicari. c. excellentiſſimus, & c. omnis, 11. quæſt. 3. cap. de viro, 2. quæſt. 2. ca. eos qui, 87. diſtinct. ca. ad hæc, de poſtu. præla. vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc; cap. penult. 47. diſt. Obiici tamen poſſet primum excommunicationis effectum eſſe, vt notatum expellat a communione eccleſia, cap. Engeltrudam. fin. 3. quæſt. 4. & quod expulſus non poſſit dici iterum expulſus, niſi redierit prius ad eccleſiam; priuatio enim præſupponit habitum, l. decem, de verbor. obligat. P. l. Iulianus, de diuortiis; ca. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. Dehinc & faceſſere videtur, quod ad eccleſiã non videantur pertinere, qui extra eccleſiam ſunt, ca. multi, 2. quæſt. 1. eſt enim vltimum remedium eccleſiæ excommunicatio, & poſt eam non habet, quod poſſit amplius facere; ca. cum non ab homine, de iur. Item quod anathema ſit mortis æternæ illatio. c. nemo epiſcoporum, 11. q. 3. & ſemel mortuus mori amplius non dicitur. Item quod iam extra eccleſiam poſitus, magis extra eam poni non poſſit, c. omnis, 11. quæſt. 3. Item facit contra in argumentum, l. qui bis, de verbor. obligat. Sed hæc omnia & ſimilia non obeſſe oſtendemus, ſi conſiderauerimus excommunicationem habere duos effectus, vnum eiiciendi extra eccleſiam & ligandi, alium religandi ſeu detinendi; nihil enim prohibet dicere ligatum extra eccleſiam, arctiori vinculo detineri poſſe, vt ſi contingat a priori vinculo eum ſolui, alio quoq; detineri poſſit. Quemadmodũ dum quis incarceratur pro vno debito, nihil prohibet, quin & pro alio commentarienſi commendetur detinendus, vt quamuis a primo debitore liberatus fuerit, pro alio detineatur. Quod ſiquis etiam pro vno caſu excommunicatus, pro eodem iterum excommunicetur, non tam noua ſententia, quam prioris renouatio dicetur, in cap. 1. 24. quæſt. 1.*

o *in ca. quia periculoſum, de ſenten. excommunic.*

p *c. 1. vt lite non conteſtata, &c.*



## Cap. VI.

### *De forma excommunicationis.*

Excõmunicandus primo canonica monitione eſt admonẽdus, alioquin non valet excommunicatio. *a* Dehinc ipſa excommunicatio nominatim de aliquo eſt facienda & publicanda, vt vitari debeat excommunicatus. *b* Nemo tamen erit excommunicandus nominatim, priuſquam ſit de crimine confeſſus vel conuictus. *c* Debet & fieri præſentibus teſtibus monitio. *d* Vtque excommunicatio proferenda in ſcriptis, adiecta etiam cauſa excommunicandi, *e* cuius etiã ſententiæ exemplum exhiberi debet excõmunicatis, *f* quorum poſtea ſunt publicanda nomina. *g* Rurſum in ſolemni excommunicatione, debent duodecim ſacerdotes circumſtare epiſcopum, & lucernas ſiue candelas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis vel excommunicationis, in terram proiicere debent, & pedibus conculcare; ſubinde & debet epiſtola per parochias mitti, cõtinens & nomina ita excommunicatorum, & cauſam excommunicationis. *h* Fertur ſententia excommunicationis pure, & de præſenti, poteſt & ferri ſub conditione, veluti niſi Sempronio ſatisfecerit intra viginti dies, te excommunicatum vel ſuſpẽſum vel interdictum eſſe cognoſcas; quæ non niſi adueniente cõditione ſortitur effectum. *i* Cæterum forma excõmunicationis canonis eſt in prohibitione, ne quid fiat ſub pœna excommunicationis. *k* Cum tamen in excommunicatione hominis dicendum ſit, ego te excommunico. *l* Neque excommunicatio eſt, cum quis dixerit præcipio tibi cum interminatione excõmunicationis, ex eo enim quis non eſt excommunicatus, niſi poſtea excommunicetur.

### Scholia.

a *ca. ſacro, 47. de ſentent. excom. ca. 3. 9. 13. eod. tit. in Sex. c. reprehenſibilis, 26. c. cum ſpeciali, 61. de app. & in ca. Apoſtolorum, 30. excommunicationem fieri debere poſt trinam admonitionem dicitur, atque etiam, c. conſtitutionum, 9. de ſenten. excom. in Sext. expreſſe exigit tres admonitiones diſtincte præcedentes, vel vnã pro omnibus cum debito ſpatio temporis, ſic monitio iudicialis trina requiritur, ca. de illicita, 24. q. 3. c. contingit, in 2. c. ſacro, de ſenten. excom. ca. ſi quiſquam, c. ſi autem, de cohab. cleric. & mulie. aut vna peremtoria pro omnibus ad efficiendã contumaciam, l. nonnunquam, de iud. in P. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quam iudi. cum legitimo interſtitio temporis, habita ratione negotii, & qualitatis perſonarum, maximeque vtimur vna ſufficiente monitione pro tribus in notoriis, cap. conſtitutionem, 9. de ſenten. excom. in Sext. c. cum ſit, de app. facti etiam neceſſitas quãdo accelerationem deſiderat, non patitur trinæ monitionis aut dilationis exſpectari tempus, vt ibidẽ dicitur. Item, ſi ſit tale crimen, pro quo quis excõmunicatur ſine monitionis ſolemnitate, ſi in excommunicationem ipſo facto ſine ſententia inciderit. ca. reprehenſibilis, 26. verſi.* niſi forte talis ſit culpa, *de ſenten. excommun.*

b *ex D. Paulo, 1. ad Corinth. 5. Ibi, ſi is qui frater inter vos nominatur, inter vos fornicator, &c. Nominatim excommunicare eſt ita ex nomine certam perſonã oſtendere, vel ex aliis indubitabilibus circumſtantiis prodere, ex quib. poſſit eſſe certum, illam eſſe excommunicatam. ca. conſtitutionem, c. licet, de ſent. excom. in Sex. clem. grauius. in fi. eod. tit. facit cle. 1. de vit. & honeſta. cler. §. nominatim. de exhib. lim. Tractat & quid ſit nominatim interdice-*

*re, vel excommunicare. Inn. in c. in lat. de præbend. facit quod cauſa nominatim excõmunicatio fieri debeat, vt intelligamus non incurrere excommunicationem, eum qui communicauerit, cum nõ nominatim excommunicatis, vel qui tales notorie non habentur, vt dictum in decreto de excommunicatis non vitandis, in concil. Baſ. in prag. ſanct. & Lateranenſi. in concordatis Gallicanis cum ſummo Pontifice. Non nominatim facta dicetur illa excõmunicatio, excommunico omnes, qui tale furtum fecerunt, vt in c. a nobis, de ſent. excom. c. fin. de conſtit. in Sex. tunc enim non teneor vitare furẽ, niſi talis denuntietur expreſſe, vel aliter notorius ſit ex euidentia facti, c. propoſuit. §. 1. de cler. excom. miniſtrant. notat tamen gloſſa ad c. 2. ad verbum nominatim, de offic. ord. valere hanc formam excommunicandi, excommunicatus ſit quicunque fecerit tale factum, in genere, & perinde haberi, ac ſi nominatim fuiſſet excõmunicatus & proprio nomine, quantum ad Deum, ſed non quantum ad eccleſiam, quia non vitabitur ab eccleſia, facit d. c. 2. de offic. ord. & ca. excellentiſſimus, 25. quæſt. 3. adde quid dicatur nominatim fieri, §. maſculis, §. nominatim. de exhereda. lib. apud Iuſtinia. l. nominatim, de liber. & poſt. P.*

c *in c. 18. multi corriguntur. ca. notum, 10. ca. nomen, 13. 2. qu. 1. arg. c. ſi ſacerdos, de offi. ord. ordo enim ſeruãdus eſt in excommunicatione facienda, c. de illicita, 34. q. 3. & nemo epiſcopus aut presbyter quenquam excõmmunicare debet, antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent, quod ſi quis aliter fecerit, arbitrio ſuperioris a ſacra communione ſuſpendi debet, & excommunicatus ad eam reduci. ca. nemo, 11. 3. qu. 1. attamen ſi hic ordo non fuerit ſeruatus, valebit nihilominus excommunicatio, vel ſuſpenſio, ca. ſi epiſcopus, 11. q. 3.*

d *c. ſacro, 48. de ſent. excom.*

e *ca. 1. §. quiſquis, de ſent. excom. in Sext. poteſt tamen verbo ſolo fieri, & verbum ſolum ſufficit ad excommunicãdum, vt notat gloſſa. ad c. fin. in additionibus, ad verbum excommunicato, de ordinatis ab epiſcopo, qui renuntiauit epiſcopatui. Cauſa etiam quæ adiicitur, debet eſſe probata, in ca. de illicita, 24. q. 3.*

f *c. 1. §. exemplum, de ſent. excom. in Sext. operatur autem illa exhibitio, quod ipſe inde certo cognoſcat ſe eſſe excõmunicatum, & quamobrem, & incidat in irregularitatem, ſi ſciens ſe talem, celebrauerit. Alioquin, quamuis excommunicatio liget abſentem & ignorantem, quoad vinculum, non tamen ligat quoad pœnam, antequam ſciat, gloſſa. in c. quanto, 2. q. 5. & ca. Apoſtolicæ, de exceptioni. cap. illud, de cleric. excommu. miniſtra. Romanus. conſ. 337. quocirca ſi ignorãs excommunicationem celebrauerit, vel alios actus excommunicato prohibitos geſſerit, nõ eſt irregularis. Anchora. in c. 1. notabili 6. de conceſſ. praben. in Sex. & ibi notant interpretes, ideo non poſſe priuari beneficio.*

g *ſic cautum. in ca. curæ ſit, 11. q. 3. & in ca. ad certitudinem, 3. de ſent. excom. in extrauag. communib. vt enim exemplũ excommunicationis datur excommunicato, vt abſtineat ab actibus excommunicatis prohibitis, ſic publicatio proponitur, vt alii ab excommunicatorum communione abſtineant.*

h *in c. 106. debent duodecim 11. quæ. 3. vbi gloſſa addit iſtas lucernas ſeu candelas ardentes extinctas & pedibus conculcatas proiici debere extra eccleſiam, vt ſal infatuatum, nec aliquo vſui habendas, ex ca. non omnes, 2. q. 7. Refert Burchardus has ſolemnitates, lib. 11. decr. ca. 1. 2. 3. 4. & 5. ex concilio Rothomagenſi. ca. 3. vbi addit verba concepta in pronuntianda illa excõmunicatione, & inſuper ſermonem ſuper eam habendum eſſe ad populum. Scribit ita Nauclerus concilium Conſtantienſe excommunicaſſe Benedictum 13. alias dictum Petrum, de Luna, cum 12. candelis ardentibus, hæc ſententia cum candelis accenſis fieri mandatur contra detinentem epiſcopum, & c. in cle. 1. de ſent. excom. & c. felicis. c. præſenti, de pœnis. in Sex. ſicuti etiam hoc genus excõmunicandi ſolemne eſt in pronuntiatione, pariter & in abſolutione, vt habetur de ſolemnitate eius abſolutionis. in ca. 108. cum aliquis, 11. qu. 3. fuerunt & aliquando excõmunicationib. ſolemnib. additæ aliæ exſecrationes quemadmodum quam Theodorus vel Theodoſius Papa, ſub annum Domini, 642. in eccleſia ſancti Petri Romæ, & præſentia totius cleri, & eccleſiæ excõmunicauit Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum Monothelitam hæreticũ, & eius ſectatores, & ea de cauſa miſcuit, vt ferunt. atramentum vino in calice, manuque propria ſcripſit ſententiam excommunicationis, vt ſignificaret perinde ſententiam eſſe inuiolabilẽ, ac ſi ſuo ſanguine Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſcripſiſſet. Coniunxit & cum anathemate ſeruitutem perſonalem, cle. 5. dum cognita Venetorum cupiditate & contumacia, eis anathemate notatis, ſacra interdixit, eoſque pro ſeruis vbicunque locorum reperirentur, direptis illorum bonis, haberi voluit, iuſſitque, vt ſcribit Platina. in cle. 5. exſtat & exſecratio lata per Gregorium 7. verbis conceptis cõtra Henricum 2. cum abrogatione Imperii eius, & ſolutione iuramenti ſubditorum ab eius fidelitate & translatione imperii in Rodulphum apud eundem Platin. in vita eius.*

i *c. præterea requiſiti fuimus, 40. de appell. libr. 2. titul. 28. quæ tamen ſententia, quia ſuſpenditur vſque ad implementum conditionis, interim appellatione interpoſita, ipſa etiam interim pendet & ſuſpenditur, quod non accidit in excõmunicatione pure facta, quæ non ſuſpenditur per appellationem. c. a nobis, in 1. de ſent. excom.*

k *vt in c. 1. de ſagittariis, lib. 1. tit. 15. videtur enim, quod ſit canon latæ ſententiæ, vt etiam in ca. Salonitanæ, 63. diſtinct. titul. 30. diſtinct.*

l *dict. c. Salonitanæ, & ca. illud, 63. diſt. & c. 1. de locat. & ca. 1. de eo, qui furtiue ordines recepit.*



## CAPVT VII.

### *Effectus excommunicationis*

EXcõmunicationis grauiſſimi, iiq; plures ſunt effectus, & quales ex ſeparatione hominis a Deo accidere poſſunt. Excommunicatus quippe in cœlo ligatus ex ſentẽtia in terra lata, traditur ex Dei poteſtate Sathanæ, *a* & vera vita, quæ vitam viuificat, Deiq; gratia ab eo alienatur, *b* neq; ideo ſacra myſteria talis pagere poteſt impune, *c* nec ad ſacrũ ordinẽ promoueri, *d* aut aliũ ordinare, *e* conferri ei beneficium eccleſiaſticum non poteſt, *f* nec ad illud de eo facta electio valet, *g* aut poſtulatio, *h* aut nominatio, *i* aut præſentatio, *k* vt nec ab excommunicato facta beneficii etiam non excommunicato collatio proba eſt, *l* aut electio per eũ de alio facta, *m* aut præſentatio facta a clerico patrono excõmunicato, *n* vt neq; permutatio facta ſui beneficii. *o* Rurſum quod pertinet ad homines excõmunicatus eſt infamis, *p* nec poteſt impetrare valide a ſummo Pontifice reſcriptũ, *q* pro mortuo habetur, *r* omni communione ſacramentorũ matrimonio excepto priuatur, *s* ab eccleſia cum officia diuina peragũtur expellitur, *t* feudis eccleſiæ priuatur, *u* ſed & ſubditi & vaſalli eius, ab eius ſeruitio & obſequio liberantur, *x* non eſt ſepeliendus in cœmiterio, *y* nemo cum eo ſine pœna poteſt communicare, loqui, comedere, orare, *z* & in ſumma, excommunicatus denũtiatus ab omnib. eſt vitãdus, *aa* alioquin & qui nõ euitauerint, fiunt ipſi quoq; excommunicati. *bb* Exceptis iis, qui permutante canone vel iure poſſunt cum illis participare, *cc* quales *dd* vxores, *ee* filii. *ff* ſerui & ancillæ, mancipia, ruſtici ſeruiẽtes eorum. *gg* & qui ignorantes excommunicatos eis communicant; ſed & orator peregrinus, aut viator in terram excõmunicatorum venientes, vbi non poſſint emere, vel non habent vnde emãt,

poſſunt ab excommunicatis accipere. *hh* A Quemadmodum non improbatur, ſi quis largiatur excommunicatis, non in ſuſtentationem ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa. *ii* Neque etiam communicatio interdicta eſt cum excommunicato ratione contractus antea cum illo initi, qui non poteſt ſine communicatione explicari, vt in ſocietate liquet. *kk* Poſſunt & excommunicati ad prędicationem verbi Dei admitti. *ll* B Neque ſententiam excommunicationis incurrit, qui excommunicato in his, quæ pertinent ad abſolutionem, vel aliter ad ſalutem animæ eius, in locutione participat, licet etiam alia verba, vt magis apud eum proficiat, interpoſuerit. *mm*. Ita prædicatores qui verbum Dei eis annuntiant, vel confeſſiones eorum audiunt, poſſunt licite ab eis eleemoſynas accipere, præſertim ſi in eo loco aliunde non poſſint ſuſtentari. *nn* Sed rurſum excommunicatus C in iudicio pro ſe agere prohibetur, *oo* aut nomine alieno tanquã procurator, *pp* aut aduocatus, *qq* non poteſt accuſare, *rr* aut teſtificari, *ss* aut iudicare, *tt* aut petere ſententiam exſecutioni demandari. *uu* Facit & ſententia excommunicationis excommunicatum maiorem, vt minor cenſeatur. *xx* Poteſt & epiſcopus vel eccleſiaſticus iudex compellere laicum iudicem, expellere excommunicatum ab actibus iu- D diciariis. *yy* Incurrunt & ipſo facto ſententiam excommunicationis ex conſtitutione canonis, qui lædunt bona, aut perſonas excommunicantium, vel perſonarum ad eoſdem pertinentium. *zz*

SCHOLIA.

a *ca. certum, ca. omnis, ca. nihil ſic,* 11. *q.* 3.

b *Deus eſt vera vita animæ noſtræ, D. Ioannis, c.* 1. *& docemus, libr.* 1. *de immortalitate animæ circa principium, quare a Deo* E *ſeparatus & a vita ea, incidit per excommunicationem in iram Dei, ca. ſi quis a catholicis,* 23. *q.* 4.

c *ca. ſi quis epiſcopus, in* 3. *&* 4. *ſic incipiente,* 11. *q.* 3. *ſit enim irregularis, ſi diuinis ſe ingerat, c. is cui, de ſent. excom. in Sex.*

d *probatur cum diſtinctione, in ca. illorum,* 32. *diſtinctio. & ſe ſciens excommunicatum, ordinari ſe faciens ſecularis, in perpetuum deponitur. c. cum illorum, de ſent. excommun.*

e *ca. veniens, de præſcript. c.* 1. *de eo qui furtiue ordines ſuſcepit.*

f *ca. poſtulaſtis, de cleric. excommun. miniſtrant, ca. fin. de exceſſibus prælator. neque poteſt optare præbẽdam, iuxta, c. ſi. de conſuet. in Sex. Cæterum contra impetrantem beneficiũ, non admittitur exceptio generalis oppoſita, vt quia lata per proceſſus generales ab homine. ſecus ſi a lege, vt quia quis diceret, eum inieciſſe manus violentas in clericum, quia tunc admitteretur, vt ait Rota deciſ.* 519. nota quod non admittitur, *in antiq. Poteſt & excommunicatus acceptare beneficium vacans ratione gratiæ, ſed non poteſt illi per exſecutorem prouideri, iuxta ca. poſtulaſti, de cler. excom. miniſtrãt. & ita etiam decidit Rota, in deciſ.* 720. nota quod excommunicatus, *in antiq. quia iura ſpiritualia non cadunt in excõmunicatum, in eo ſcilicet locum tenere non poſſunt, c. cum dilectus, de conſuet. ca. decernimus, & ibi Bald. per illum textum, de iudic. etiam ſi collatio ſit a ſummo Pontif. motu proprio, vt ait Cardinalis, in cle.* 1. §. 1. *q.* 4. *de relig. domi. ſiue ſit excommunicatus a iure, ſiue ab homine. Rota deci.* 363. nota quod excommunicato, *in antiq. quod tam veriſſimum eſt, vt collatio tunc facta inutiliter, non conualeſcat etiam ſecuta poſtea abſolutione, eo quod ab initio nulla fuerit, ideo conualeſcere tractu temporis nequiuit. l. quod ab initio, de reg. iur. P. cap. non firmatur, eod. tit. in Sext. neque ipſe excommunicatus beneficium impetrare poteſt, & ſi fecerit de facto, non valet impetratio. Cardin. ad dict. clem.* 1. §. 1. *quæſtio.* 5. *de relig. dom. Proinde ſolitum eſt in curia Romana, obſeruare praxin, vt ſummus Pontifex ad-*



*fex adiiciat clauſulam impetrationi,* cum A abſolutione impetrantis ab excommunicatione, quod pertinet ad hunc effectum impetrationis.

g *Et qui eligunt excommunicatum peccant, ca. conſtitutis, in* 1. *& ibi glo. de appellationibus. c. cum inter, R. & c. illa, de elect. ca. ſi celebrat, de cler. excom. miniſtran.*

h *cap.* 1. *de poſtul. præl. gloſſ. in ca. fin. de exceſſib. præla.*

i *c. cum inter, de elect.* B

k *cap.* 1. *& ibi Archid. per illum textum, de except. in Sext. Lapus allegatione* 8. *incipiente,* pręſentatus. *Nã iura, quæ loquuntur de elect. procedunt in præſentatione, gl. in c. ſciant, & c. ſi. de elect. in Sext. quia & lata appellatione præſentatio dicitur etiã electio. c.* 2. *de iure patron.*

l *Quia excommunicatus eſt exſutus auctoritate & poteſtate in ſpiritualibus, ca. cum inter, & ibi interpretes, de electio. quod &* C *intelligendum procedere in vicario excommunicati, qui pendente excommunicatione vel ſuſpenſione domini, non poteſt conferre, tanquam vicarius, cum vna & eadem perſona cum illo videatur, argument. cap.* 2. *de conſuetud. in Sext. quemadmodum & per mortẽ epiſcopi vicarius eius cenſetur reuocatus. gloſſ. in clem. ſi. de procurator. Panorm. ad capit. quoniam, nu.* 10. *de offic. deleg. etiam ſi collator igno-* D *ret, ſe excommunicatum. gloſſ. cap. penultim. de cleric. excommunicat. miniſtrant. Panormitan. Imola & alii, ad capit. paſtoralis, §. verum, de appellat. licet & ibi glo. contrarium teneat, vide Cardinalem, conſil.* 40. *incip.* in facto, *quia in his, quæ geruntur ratione priuati officii, non eſt differentia inter occultum & publicum, contra tamen in geſtis ratione publici officii,* E *gloſſa & doctores in ca. ad probandum, de ſent. & re iudic.*

m *ca. vnic. ne ſede vaca. in Sext. gloſſ. in cap. final. de exceſſibus prælat. quod intelligendum de electione, quæ eſt declaratoria tãtum voluntatis. Sic ſi inter eligentes quiſpiam eſt excõmunicatus, & alii vel maior pars hoc ſciant, poſſunt eum ab electione repellere, & ſi non expulerint, ſed cum tali elegerint, electio non valet. Domini. ad c. fin. de procuratoribus. Innocentius & alii ad capit. illa, de electio. gloſſa. in capit. fin.* 9. *quæſt.* 1. *fallit tamen in electione facienda ſummi pontificis, quia ita expreſſum eſt & excommunicatum poſſe ad illam electionem admitti, in cle. ne Romana* B *§. fin. de electio.*

n *Sic patronus clericus excõmunicatus non poterit præſentare, Panor. in c. nobis. de iure patrona. Paul. de Citadinis, tractat. de iure patronat. in* 3. *parte prima cauſa acquirendi, q.* 10. *quia præſentatio per illum facta, habet quandam vim electionis. glo. in c. ſciant, de elect. in Sext. c. cum autem, de iure patronat. quia clericus præſentans variare non poteſt, & per eam præſentatio-* C *nem acquiritur ius præſentato, cap.* 3. *de de iure patronat. in Sext. diuerſum in patrono laico, qui intra quadrimeſtre tẽpus variare poteſt, & habere ex gratia, vbi ius præſentandi conceſſum, c. quoniam, de iure patrona. Rota deciſ.* 161. quod patronus, *& deciſ.* 527. *in antiq. & deciſ.* 2. *de iure patror. Rochus in tract. de iure patronat. ad verbum,* competenti, *q.* 8.

o *in Clem.* 1. *vbi cardin. de pœn.*

p *c. infames,* 9. *q.* 1.

q *ca.* 1. *de reſcript. in Sext. Poteſt tamen excommunicatus maiori excommunicatione impetrare indifferẽtem commiſſionem alicuius cauſæ in curia Romana, & ita ſeruatur, ipſe tamen repelli poteſt ab agendo, ſi ei opponatur excommunicatio. cap. cum inter priorem, de except. c. cum pro cauſa, de ſentent. excommun. cap. ipſo iure, de reſcrip. in Sext. Rota deciſ.* 594. *incip. die etiam, in antiq.*

r *doctores, in c. grauem, de ſent. excom.*

s *cap. illud,* 97. *diſtinct. ca. ad eius vero,* 5. *diſt. cap. ſignificaſti, de eo, qui duxit in matrim. quam prius polluit per adulterium. c.* 1. *qui cler. vel vouent.*

t *Etiam adhibita ſeculari poteſtate, cap. nec* A *licuit, & ca. 7. ſi quis epiſcopus, 11. q. 3. glo. in cap. cleros, 21. diſtinct. can. qui ſtudet, in verb. dimiſit, 1. q. 1. imo ſi ex communicatus expelli non poſſit, presbyter qui miſſam dicit, eum dimittere debet, ſi canon miſſæ,* te igitur, &c. *non fuerit inceptus, gloſſ. ad clem. grauis, ad verb.* impleta, *de ſenten. excom. & in cap. ſicut Apoſtolum, 13. quæſtio. 3. Felinus ad c. 2. de excep. nec enim etiam in oratione communicandum* B *excommunicatis, ex ca. Apoſtolorum. 11. & 12. c. excommunicatos, 1. q. 3. neq; excõmunicatus ad actus diuinos eſt admittendus, c. cum & plantare. 3. §. excommunicatos, & ibi Panormit. de priuil. niſi poſt appellationem ea indeciſa & pendente eſſet excommunicatus, cap. ad præſentiam, 56. de appellat. & niſi permittatur adeſſe prædicationi verbi Dei, cap. reſponſo, 43. de ſentent. excommun. alioquin, neque et*- C *iam ipſis priuilegiatis licet celebrare diuina coram excommunicatis, ca. epiſcoporum, de priuil. in Sex.*

v *c. grauem, 53. §. fi. de ſent. excom.*

x *c. fin. de pen. & fi. 15. q. 6.*

y *ca. nobis, 28. de ſent. excom. vbi id explicatur. Atque ſi fuerit excommunicatus, in cœmeterio ſepultus, vel in eccleſia, debent eximi inde oſſa, cap. ſacris, de ſepult. vbi & ratio, quod iis, quibus viuentibus nõ com*- D *municauimus, non debemus mortuis communicare, idem in ca. 1. 24. quæ. 1.*

z *ca. excommunicatos, & ſeq. 11. q. 3.*

aa *dicto canon. excommunicatos, & canon. cum excommunicato, 11. quæſt. 3. cap. ſicut 49. de ſenten. excom. cap. poſtulaſtis, 7. de cleric. excommun. miniſt. lib. 5. tit. 27. imo euitandi a priuilegiatis. c. cũ & plantare, 2. §. excommunicatos, de priuileg. ca. nulli, de ſenten. excommunic. Hic tamen* E *obſeruandum, quod Clemens 3. diſtinxit, in ca. cum non ab homine, 14. de ſentent. excom. excommunicatũ propter iniectionem violẽtam manus in clericum, vitandum eſſe, etiam non denuntiatum, ab eo, qui ſcit eum eſſe excommunicatum, ſi alii quoque ſciunt, quod ſi tamen occultus eſt excommunicatus, & alicui ſoli cognitus, is non tenetur eum euitare publice quandiu ab eccleſia toleratur, at priuatim tenetur eum euitare. Sic ſciens excommunicatum, quod ad ſe pertinet, tenetur eum etiam non denuntiatum vitare, c. ſi tantum, & ca. placuit, 6. q. 2. certus enim amplius certiorari non debet l. 1. in fin. de action. emt. P. c. ſi inimicus, 93. diſt. quia excommunicatio ſecum trahit exſecutionem, ca. paſtorales, de appellat. & denuntiatio non fit, niſi propter ignorantes. Deus eum ligat non homo. ca. nemo contemnat, 1. quæſtio. 3. tamen hodie non eſt excommunicatus vitandus ante denuntiationem, vel niſi notorius ſit ſecundum extrauagantem Martini 5. in concilio Conſtantienſi editam, & Leonis, 10. in concilio Lateranenſi, vnde tituli de excommunicatis non vitandis, in pragmatica ſanctione, & cõcordatis Gallicanis.*

bb *ſi participat quis cum perſona nominatim prohibita in crimine, tunc & maiori ipſe excommunicatione notatur, ca. ſi concubinæ, 55. de ſenten. excommun. & ca. ſignificauit, 13. eod. maxime ſi excommunicati fuerint quidam cum participantibus, can. excellentiſſimus, 11. quæſt. 3. cap. quod in dubiis, 33. de ſent. excom. cum tamen alioquin, qui participat vel communicat cum perſona excommunicata, vt in crimine, nõ maiori ſed minori excommunicatione notetur, niſi admonitus, ne communicaret, nihilominus cum illo communicauerit. d. c. quod in dubiis.*

cc *d. ca. quod in dubiis, & c. inter alia, 31. de ſent. excom.*

dd *ſequentium perſonarum exceptio, ponitur a ca. quoniam multos, 103. 11. quæſt. 3. ex Gregorii, lib. 7. regeſti & concilio Romæ edito, ſunt enim hæ perſonæ eius qualitatis, quæ commode ſeparari nequeant ab inuicem. Inhibetur tamen iiſdem participare in criminibus excommunicatorum, in dict.*



*in dict. capit. inter alia, 31. de ſentent. ex*- A *commun.*

ee *vxores tenentur vinculo matrimonii inſolubili, cum indiuidua vitæ conſuetudine, in §. 1. de nuptiis. l. 1. de ritu nupt. inter corporalia, de translat. epiſc. Matthæi 19. & 5. cũ ſimilib. & vir & vxor pro eadem perſona reputantur. Gen. 2. vt inſeparabiles, §. 1. de vſu & ha. l. ſi ſtipulatus fuero, de verb. oblig. ſocia diuinæ & humanæ domus, l. aduerſus, rerum amot. C.* B

ff *filii & patres pro eadem perſona quandiu in poteſtate ſunt. l. fin. C. de imp. & pro eadem voce. §. & vero, de inutilib. ſtipula. & filiusfam. non eſt homo integer, ſed pars patris, l. cum ſcimus, de agricol. & cenſi. libr. 11. C. vna caro, pater & filius, ca. contradicimus, 35. q. 3. & filios caſtigatores eſſe parentum morib. non conuenit §. ſed quod ſancitum, de nuptiis. in nouell. vt indecorum patrem a filo regi, l. is qui in ea, de tu*- C *toribus & curator. dat. ab iis. & ca. 1. Et ſemper filio vt liberto, perſona patris & patroni ſancta & honorata videri debet. l. liberto, 9. de obſequiis parentib. & patronis præſtãdis. lib. 37. P. tit. 15. Si tamẽ ex contrario filius eſt excõmunicatus, pater non tenetur ei communicare, vt nec dominus ſeruo excommunicato, c. de filia, 27. quæ. 1. quemadmodum & filius emancipatus tenetur euitare patrẽ excommunicatum,* D *vt notat gl. ad d. canonem, quoniam multos ad verbum,* vxores.

gg *qui ex familia excommunicati ſunt, ei ex neceſſitate inſeruiunt, ideo non notantur excommunicatione ob communicationem perſonalem, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum, capit. quod non eſt licitum 4. de reg. iur. apud Gregorium virginum domini vox ſerui, leg. ſi ſeruus, de* E *damno infect. P. d. §. & vero, de inutilibus ſtipula. l. 1. de verb. oblig. P. Et ſeruus domino ſuo tanquam potentiori debet obedientiam, l. cum oportet, & l. fin. de bonis, quæ liberis, §. filius de nupt. in nouell. cæterum ab excommunicato domino liberantur ſerui, ſi poſt tertiã admonitionem noluerit ſatisfacere. c. grauem, de pœnis.*

hh *d. c. 103. quoniam multos, 11. qu. 3. & c. inter alia, 31. de ſenten. excom. tribuitur autem idipſum neceſſitati, quæ non patitur dilationem, vt in c. baptizandi, 5. diſt.*

ii *ratione videlicet eleemoſynæ, in qua nec inſpicitur non tam qualitas pauperis, vt plerunque, quam quod ex Chriſti nomine ad eius honorem, & ex caritate fraterna, ei ſubueniendum ſit, can. paſce, 86. diſtin. capit. 2. quieſcamus 42. diſtinct. ſic notat. gloſſa fin. ad ca. donare res ſuas, 86. diſtin. ibi* donare hiſtrionibus vitium eſt, &c. *facit & ca. duo iſta, 35. 2. 3. quæſt. 4.* duo, *inquit,* iſta cum dicimus homo peccator non vtique fruſtra dicuntur, quia homo eſt miſerere, &c.

kk *ca. ſi vere, 34. de ſenten. excom. ne inquit lucrum excommunicatus ex ſua contu*- C *macia reportet, alius damnum, contra regulas iuris, vt in c. legi. 16. q. 1. c. ex tenore, de reſcrip.*

ll *c. reſponſo noſtro, de ſenten. excommu. ca. 104. 11. q. 3.*

mm *ca. cum voluntate, 54. de ſent. excom. ca. cum excommunicato, 11. q. 3.*

nn *d. c. cum voluntate, §. 1. de ſent. excom.*

oo *ſic excõmunicatus ita repellitur a limine iudiciorum, per iudicem etiam parte non opponente, ob publicam vtilitatem,* D *cap. 1. in fine, de exceptio, in Sext. eaque ratione tertius poteſt opponere excommunicationem, cuius etiam priuatim non interſit, cap. cum parati, in fine, de appellat. ſi tamen de excommunicatione non fuerit oppoſitum, valebit proceſſus cum actore excommunicato factus, & ita ſeruat Rota. in deciſ. 818.* dic quod, *in antiquis, per* E *ca. 1. de reſcript. in Sex. c. prudentia, de offic. delega. c. pia. de except. in Sext. nec agit etiam excõmunicatus per procuratorem, c. cũ inter, de excep. Si tamen ante excommunicationẽ cœperit agere, poterit in odiũ eius poſtea cõpelli proſequi litem, per auth. qui ſemel. C. quomodo & quand. ind.*

pp *cap. poſt ceſſionem, de probationi. quia ei* A *nemo ſine animæ periculo poteſt communicare, cap. exceptionem, de except. atque etiam id fit, vt magis cenſura eccleſiaſtica timeatur, c. 1. de except. in Sex. ſicque excõmunicationis exceptio repellit agentem, c. prudentiam. de offic, deleg.*

qq *c. decernimus, de ſent. excom. c. excommunicamus, §. credentes, de hæretic. idque propter communionis periculum.*

rr *ca. 1. 4. q. 1. c. 2. de except. in atrocioribus* B *tamen criminibus excõmunicati ſocii admittuntur in teſtimonium contra ſocios, vt in c. fi. de teſtibus cogen. ca. ſi quis Papa, 79. diſt. cum ſimilib.*

ss *ca. decernimus, de ſenten. excom. in Sext. in aliquibus tamen caſibus, in quibus aliter veritas erui non poteſt, quã ab excommunicatis, ſolent illi abſolui ad cautelam, vt teſtimoniũ ferant, ſicuti notat Felinus, ad c. veniens, in 2. de teſtibus. atq; in cauſis* C *fidei, teſtes eſſe poſſunt ſocii criminis hæretici excommunicati, vt habetur in Alexandri. 4. conſtitutione, 24. Vrbani, 4. conſtitutione, 1. Pii 4. conſtitut. 53. iuxta ordinẽ collectionis Bullarum Laertii Cherubini de Nurcia.*

tt *cap. ad probandum, de re iudic. Cæterum excommunicato iudice, qui vices eius gerit, nõ cenſetur excommunicatus, niſi participet in eius crimine, cap. Romana, de of-* D *ficio vicarii, in Sext.*

vv *c. exceptionem, de exceptionibus, & ca. 1. eod. titul. prohibetur quoque arbiter fieri. Cum hodie arbitria ad inſtar iudiciorum ſint redacta, l. 1. de arbit. P. glo. & Bart. ad l. Pedius. §. fin. eod. tit.*

xx *vt ſi Papa hæreticus eſſet, & ideo ſe innoluiſſet excõmunicationi, ex eo, quod hæreticus eſſet, minor etiam eſſet quolibet cathol. glo. in ca. 1. Acatius ad verba,* in hæreſin, E *iniuncto textu, 24. q. 3. idẽ dicit D. Thomas in 4. ſent. diſt. 19. Gabriel Biel. in canonem miſſæ, fol. 108. Philippus Decius, ad c. cum veniſſent, col. 3. de iud. & conſ. 151. num. 4.*

yy *c. decernimus, 8. de ſent. excom. in Sext. nempe vt ipſe interſit. nam & ipſe conueniri poteſt, ſed non poteſt per ſe, ſed per aliũ defendere, c. intelleximus, de iudiciis.*

zz *ſic enim ſequentibus verbis eſt ſtatutum, in cap. quicunque, 11. de ſent. excommun. in Sext.* quicunque pro eo, quod in reges, principes, barones, nobiles, balliuos, vel quoslibet miniſtros eorum, vel quoſcunq; alios excommunicationis, ſuſpenſionis ſeu interdicti ſentẽtia fuerit promulgata, licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, ſeu alias in perſonis aut bonis ſuis vel ſuorum grauandi, eos, qui tales ſentẽtias protulerint, ſiue quorũ ſunt occaſione prolatæ, vel eaſdem ſententiam obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis cõmunicare nolentes, (niſi licentiam ipſam re integra reuocauerint, vel ſi ad captionem, bonorum ipſius licentiæ occaſione fuerit ꝓceſſum, niſi bona ipſa infra octo dierum ſpatiũ reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque ſententia ſint innodati omnes, qui auſi fuerint prædicta licentia data vti, &c.

## Capvt. VIII.

### *Quibus modis tollitur excommunicatio.*

SEd quia excommunicatus tandiu euitari debet, quandiu non probat ſe fuiſſe legitime abſolutum, *a* dicendum nunc erit de excommunicationis abſolutione. Excõmunicatio itaq; tollitur multis modis. Et primum, ſi is, qui eã protulit, reuocet. *b* Retractatur & per viam appellationis, ſi apud ſuperiorem eam iniuſte factam doceatur, qui etiam ſi poſſit abſque periculo moræ, poteſt excommunicatum ad excommunicatorẽ remittere intra competentem terminum abſoluendum, alioquin & poterit per ſe, vel per alium prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta,



pta, munus ei abſolutionis impendere. *c* A Poſſunt & adiri pro retractanda excommunicationis ſentẽtia, vicini epiſcopi per modum conqueſtionis & auxilii, *d* vel ſuperior proximus non omiſſo medio, per viam appellationis. *e* Abſolutione quoque fit remiſſio excõmunicationis, cum quis reſtituitur communioni, a qua excommunicatio expulerat. *f* Dicitur & fieri aliquãdo a ſententia excommunicationis relaxatio, *g* verum excommunicationis cauſas B doloſe reticens, non abſoluitur. *h* Tollitur & excommunicatio per admiſſionem ad oſculum eius, qui abſoluere poteſt. *i*

### Scholia.

a *c. ſicut nobis, 39. de ſent. excom.*

b *ca. ſacro approbante concilio, 48. §. ſi vero iudex, de ſenten. excom. Poteſt enim iudex ſuam interlocutoriam ſententiam reuocare, neque eo reuocante admittitur a* C *grauato per primam, eius appellatio, c. cum ceſſante, de appell. l. quod iuſſit, de re iud. P. atque errorem ſuum interlocutione corrigere poteſt, ca. qualiter, & quando, in 1. de accuſatio. poteſt & palliare perperam dictum vel actum, c. niſi, de auctorita. & vſu pallii, niſi forſan ex ſententia excõmunicationis fuiſſet damnum illatum.*

c *dict. c. ſacro, 48. & c. caueat. de ſentent. excommun. ca. 4. ſi epiſcopus, 11. q. 3. vbi ſingularis gloſſa ad verbum,* interpellet, *notat, antiquitus coram aliis epiſcopis audiri* D *ſolitum eum, qui vellet docere ſe fuiſſe iniuſte excommunicatum, hodie non ita: niſi poſt appellationẽ a iudice fuerit excommunicatus, vel niſi dicat errorem expreſſum in ſententia, cap. per tuas, de ſent. excommunica. Et niſi appellatione vſus fuerit ad metrapolitanum ab iniuſta excommunicatione, qui appellãtem exacta cau-* E *tione, de ſatisfaciendo iuri, poteſt vel eum abſoluere, vel abſoluendum ad excommunicãtem remittere, d. c. per tuas. Alioquin citra appellationem conqueſtus, de iniuſta excommunicatione coram ſuperiore, non abſoluitur ſtatim ab eo, ſed remittitur ſuo ordinario, qui excõmunicauit, abſoluendus, qui ſi eum noluerit abſoluere, tunc ipſe metrapolitanus abſoluet etiam citra appellationem, per c. ad repudiãdam, de officio ordinarii, quemadmodum & citra appellationem, ſi viderit ſententiam eſſe aperte & manifeſte iniuſtam, ſi neque remiſſione, poterit abſoluere, c. ſolicitudinem, de appella. idipſum faciet, ſi periculum ſit in mora abſolutionis, d. c. ſacro, de ſen. excom.*

d *vicini epiſcopi adiri poſſunt, ſeu finitimi ab eo, qui a ſuo epiſcopo dicit ſe iniuſte, vel per iracundiam excommunicatum, can. 4. ſi epiſcopus, can. ſi quis presbyter, ca. clericus, 13. q. 3.*

e *c. Romana, 5. cap. venerabilibus, 7. de ſenten. excom. in Sext. Appellatio eſt oppreſſorum per ſententiam, remedium, c. vnic. de appel. in extrauag. communibus. l. 1. de appella. non tamen valet appellatio omiſſo medio, vt ſi omiſſo epiſcopo appelletur archiepiſcopus ab ordinarii inferioris ſententia. in capit. dilecti, 66. de appellat. libr. 2. tit. 28. gradatim enim eſt appellandum, ca. anteriorum, §. illo videlicet, 2. quæſt. 6. c. ſuper quæſtionum, §. porro, de offic. delegat. l. Imperatores, de appella. P. l. præcipimus, C. eo. tit. l. 1. qui & a quib. appell. non non licet, P. maxime ſi quando reipſa appellatum eſt ad alium, quã proximum ſuperiorem, & exceptio ea de re propoſita ſit. Nam alioquin poſſet non oppoſita illa exceptione, iudicium ſuperioris omiſſo medio defendi, c. referente, de præb. c. ſignificantibus, de operis noui nunti. Poſſet & appellari omiſſo medio ad Papam, propter plenitudinem poteſtatis, ca. quoties, 2. q. 6. quia & aliunde is poteſt adiri per ſimplicẽ querelam ſeu ſupplicationem, tanquam ordinarius ordinariorum, ca. per principalem, & can. cuncta per mundum, 9. q. 3. quamuis id non fiat, propter impenſas & fatigationes litigantium, quibus affici ab improbris litigatoribus poſſent.*

f *nihil enim aliud eſt abſoluere, quam a vin-*

*culo, quo quis detinetur ligatus, eximere, & ita reſtituere excluſum communioni, ca, 108. cum oliquis, 11. quæ. 2. ſic & verbum abſolui pro liberari, accipitur, in l. in contraria, 37. de vſur. libr. 21. P. tit. 1. & opponitur, vt contraria abſolutio condemnationi. l. 1. & 3. de re iudic. lib. 42. P. tit. 1. l. nemo qui, 37. de reg. iur. in P.*

g *c. Oduardus, de ſolutioni. lib. 3. tit. 23.*

h *c. ex parte, de offic. iud. ordin.*

i *vt c. cum olim, 12. de priuil. lib. 5. tit. 33.*

## CAPVT IX.

### *Abſolutionis ſpecies.*

ABſolutionum quædam eſt ſolemnis, quædam non ſolemnis. Solemnis ibi eſt, vbi præceſſit ſolemnis excommunicatio, *a* & in qua ſacerdotes totidē cum epiſcopo ſunt, quot in excommunicatione. Non ſolemnis, quæ alio modo ſine ſolemnitate fit. *b* Rurſum quædam eſt excommunicationis ſpecies, abſolutio dicta ad cautelam, quædam ſimplex præſtito iuramento ab abſoluto corporaliter, quod parebit mandatis, quæ abſoluēs ob id iniunxerit, ſi conſtiterit eum cauſæ eius, pro qua fuit lata ſententia, culpabilem eſſe. *c* Eſt & abſolutio cum reincidentia in excommunicationem, veluti ſiquis in mortis articulo vel moriturus fuerit à ſacerdote abſolutus ab excommunicatione, pro cuius abſolutione adeundus ſit ſummus Pontifex, & poſtea reconualuerit. nam ſi quam primum potuerit, non ſe præſentauerit ſummo Pontifici, ipſo facto reincidit in ipſam excommunicationem. *d* Eſt & abſolutio plenaria, quę à pœna & culpa habet remiſſionem. *e* Eſt item abſolutio quædam, quæ fit in perſona excommunicati, alia quæ fit in perſona procuratoris eius habentis ad hoc ſpeciale mandatum. *f*

### SCHOLIA.

a *ca. 108. cum aliquis, 11. q. 3. vbi forma.*

b *per epiſcopum & alios ſacerdotes vel publice vel priuatim in confeſſione & foro pœnitentiali.*

c *c. cum deſideres, §. ſecunda. c. per tuas, 40. & c. venerabili, 52. de ſent. excom. c. 2. eo. tit. in Sext. c. ad præſentiam, de appell. c. veniens, de teſtib. In abſolutione tamē ad cautelam obſeruandum eſt, abſolutum qui dicit ſentētiam nullam, non teneri ad iurandum, niſi dubium ſit, an recte fuerit excōmunicatio lata; vt notat gloſſa ad dictum c. venerabili, ad verba ad cautelam, & docet textus in d. c. 2. de ſent. excom. in Sex. Notat. & Rota deciſ. 426. incip.* ſi decanus, *nu. 3. in nouis, abſolutionem ad cautelam valde eſſe extraordinariam, & multum præiudicialem, quia in ea, non recipitur iuramentum, nec cautio præſtatur, nec ſatisfactio impenditur, & ideo cum maiori difficultate datur quam ſimplex abſolutio, prout notatur & legitur in c. ſolet, & c. venerabilibus de ſent. excom. in Sex. Relaxatio vel abſolutio ad cautelā fit in dubio, propter periculum communionis vel læſionis iuſtitiæ, vt in c. ſolet, & c. venerabilibus, de ſent. excom. in Sex. c. veniens, de teſtib. c. ad Apoſtolicæ, de cler. excom. miniſtran. c. ad audientiam, de appellationi. Ita eccleſiaſtica cenſura quæ eſt nulla poteſt tolli ad cautelam, quæ ſeruanda eſt, niſi in caſu quo reperiatur vitiata, c. cū apud, de ſponſalib. c. 2. de translat. Epiſc. l. 1. de re iud. P. Et ſic teneri in palatio Apoſtlio. ſcribitur in deciſ. Rotæ. 436.* fuit dubitatum, *in fi. in nouis. Ad impediendum verò, ne abſolutio fiat ſimpliciter vel ad cautelam, ſufficit opponere exceptionem manifeſtæ iniuriæ ſeu offenſæ in genere, potiſſimū ſi excipiens referat ſe ad acta. Tempore tamen probationis, prædictam manifeſtam iniuriam ſpecificare oportebit, iuxta notata in cap. ſolet, de ſentent. excommunic. in Sext. Rota deciſ. 5. incip. ſufficit. in nouis, & deciſ. 72.* ſi petatur, *in nouis. Terminus autem probationis manifeſtæ iniuriæ ad fines impediendi abſolutionem ad cautelam in d. cap. ſolet de ſent. excom. in ſex. incipit currere ipſo iure ſine aſſignatione iudicis, a die exceptionis huiuſmodi per iu-*



*dicem admiſſæ, & non a die propoſitionis ſeu allegationis. Speculator in titulo de exception. §. 1. Et quamuis gloſſ. ad dict. ca. ſolet dicat, terminum octo dierum prorogari poſſe per iudicem ſententia, tamen opinio contraria verior eſt, & tenetur, Rota deci. 208.* terminus octo dierum, &c. *in nouis.*

d *Clemen. 1. §. fin. de pœniten. ca. eos qui, de ſenten. excommun. in Sext. Hic tamen obſeruandum eſt, diſtinguendum eſſe inter ſententiam excommunicationis latam ab homine, & a canone. Quia abſolutus a ſententia lata ab homine, etiam male abſolutus, non reincidit in ſententiam excommunicationis ſine noua partis vocatione, & ſine cauſæ cognitione, etiam ſi ex falſa cauſa fuerit abſolutus. Quemadmodum ex falſa excommunicatus, excommunicatus remanet & eget abſolutione, cap. ſacro, de ſentent. excommun. ca. 1. eod. titul. in Sext. Pari ita modo abſolutus ex falſa cauſa, abſolutus eſt. Quia abſolutio & excommunicatio pari paſſu ambulant, & ſe mutuo conſequuntur, ca. verbum, de pœn. diſt. 1. At dicendum cōtrarium in excommunicatione canonis, in quam abſolutus reincidit non parens mandato ſuperioris, in cap. eos, de ſent. excom. Et ſic ſeruari in Rota dicitur per alias rationes, in deciſ. Rotæ 99.* ſi pronuntietur *&* 487. ſi excommunicatus *in nouis. Quod ſi excommunicatus ab homine, & abſolutus cautione data de ſatisfaciendo, non ſatisfecerit, poteſt, reduci a iudice in excommunicationem, aliter vero in illam non recidit, c. quoniam. de appella. quod explicat. Rota deciſio. 523.* nota quod *in antiq.*

e *de hac abſolutione plenaria, fit mentio in Clemen. de priuileg. in clem. 2. §. ad hæc de pœnitent. Datur autem hæc abſolutio potiſſimum generaliter in anno Iubilæi, a ſummo ſolo Pontifice, vt habetur in extrauag. Bonifacii, quæ incipit,* antiquorum, *& cap. accuſans, §. ille quoque, de hæret. in Sex. & datur crucesignatis pro ſubſidio vltra marino, vt docetur poſt Hoſtienſem a Ioanne Andrea, ad cap. ad liberandum terram ſanctam, de iudeis.*

f *docet ita Rota deciſi. 656.* nota quod Domini. *in antiq. Innoc. in c. cum deſideres, de ſenten. excommu. & ita tenet ſacrum palatium contra Hoſtienſem ad dictum c. cum deſideres.*

## CAPVT X.

### *De quibus abſolutio fiat.*

SVnt quædam, de quibus abſolutio dari non poteſt omnino, vt de criminibus mortuorum, a quibus excommunicari, dum viuerent, non curarunt ſe abſolui: *a* contra tamen, ſi viuentes recōciliationem petierint, neque per eos ſteterit, quominus abſolutionem obtinuerint. Quia tunc poſſent & poſt mortem abſolui. *b* Sunt quædam, quę a quolibet ſacerdote abſolui nequeunt, niſi in mortis articulo, *c* quædam quæ a quolibet ſacerdote, & quandocunque exſtiterit diſpoſita materia, abſoluuntur, adhibita caſuum conceſſorum & prohibitorum conſideratione. *d* Excommunicatus porro pluries ex diuerſis ſententiis, & cauſis ſeparatis, debet abſolui ab omnibus, alioquin ab vna abſolutus, pro aliis nihilominus remanet excommunicatus. *e*

### SCHOLIA.

a *cap. 1. & 2. 24. quæſti. 2. quibus enim viuentibus non communicauimus, neque mortuis communicandum, & quia mortui in peccato mortali, damnationem æternam incurrunt, nec poteſt illis Eccleſia largiri abſolutionem. Quare mortuorum extra communionem eccleſiæ abſolutio relinquenda eſt iudicio Dei. Et apud Diuum Mathæum c. 16. dictum fuit,* quodcunque ligaueris ſupra terram, erit & ligatum in terris: & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, *dicitur ibi* ſuper terram, *non quum ſepulti & mortui ſub terrā ſunt homines.*

b *probatur in cap. a nobis, 28. de ſenten. excommunic. & ibi explicatur per canon. his qui 10. & ca. qui recedunt, 7. 16. quæſtio. 6. notat gloſſa, ad ca. ſacris, ad verba,* non communicauimus, *de ſepult. Et ſi conſtiterit per indicium, quod conuerti voluerit moriens, pro eo etiam orandum eſt, capit. multiplex, de pœn. diſtinct. 1. & dict. cap. his qui, 16. quæſt. 6. Quamuis enim pœnitentia ad vltimam mortis neceſſitatem dilata, dubia & ambigua ſit, num ſit ſalutaris & efficax, can. ſi quis poſitus, 2. de pœniten. diſtinct. 7. tamen de Dei miſericordia diffidendũ non eſt, quæ poteſt conuerſum ex animo ad ſe, & gementem peccatorem exaudire, & eius miſereri. cap. ſi presbyter, & ſeq. 26. q. 6. ca. illud vero, 26. cum duob. ſeq. de pœn. diſt. 3.*

c *Caſus abſolutionis quidam ſunt ſolis epiſcopis reſeruati, quidã ſoli ſummo Pontifici. Cæterum in mortis articulo, ſacerdos poteſt abſoluere de omnibus peccatis & cauſis, cuiuſcunque ſint generis, & a quibuſcunque cenſuris eccleſiaſticis, cap. non dubium, de ſenten. excommun. extrauag. vnica, in fine, de crimine falſi in extrauag. Ioannis 22. & in concilio Tridentino ſeſſ. 14. capit. 7. veruntamen ſi ita abſoluti pœnitentes conualuerint ex infirmitate, debent nihilominus, vt oportet petere ſe abſolui, neque exiſtimare debent, ſi id non curauerunt, ſe eſſe abſolutos ſine manuum impoſitione eius, cui caſus reſeruatus eſt. can. ſi quis, 6. & can. is, qui pœnitenti. 8. 26. q. 6.*

d *in caſibus non reſeruatis a ſacerdotibus propriis, vel quibus caſus permittuntur, & qui habent poteſtatem audiendi pœnitentes, in c. omnis vtriuſque, de pœniten. & remiſſioni. cum ſimil.*

e *c. cum pro cauſa, 27. c. officii, 42. de ſenten. excommun.*

## Capvt. XI

### *Quis poſſit abſoluere ab excommunicatione.*

A IVs ſoluendi, vt ligandi ſolis permiſſum fuit ſacerdotibus, *a* qui ligare poteſt, is & abſoluere poterit, *b* niſi aliter iure excipiatur. *c* Inferior tamẽ ſuperiorem abſoluere nequit, vt neq; ligare, *d* niſi ſuperior poteſtati inferioris ſe ſubiecerit. *e* In mortis articulo quilibet ſacerdos poteſt abſoluere moriturum ab omnibus caſibus, etiam reſeruatis ſummo ſoli pontifici, *f* ſed & dum quis eſt aditurus mortale periculum, B puta militiæ, vel itineris dubii, ei tamen iniungendum, vt ſi periculo euaſerit, quanto citius poterit, adeat eum, cui reſeruata erat abſolutio, mandata eius ſuſcepturus. *g* Alioquin certi ſunt caſus, quibus excommunicatus non poteſt ab alio, quam ſummo põtifice abſolui, vt pro iniectione manuum violenta in clericos, *h* pro proſequutione cardinalium *i* incendio, *k* effractione eccleſiarum. *l* Et ſimilibus, *m* qui C occurrent facile in iure. Sunt & alii caſus reſeruati abſolutioni ſolius epiſcopi, *n* vt abſolutio a maiori excõmunicatione canonis, cuius conditor ſibi non reſeruauit abſolutionem. *o* Abſoluit & ſede vacante capitulũ eius, vel ille ad quem ſede vacante iuriſdictio pertinet. *p* Sed & ſolemnis excommunicatio epiſcopalis ab epiſcopo ſolo exigit abſolutionem. *q* Abſoluunt abbates ſuos monachos, *r* priores ſuos hoſpitalarios. *s* D Proprius ſacerdos abſoluit a minori ſententia excõmunicationis. *t* Archiepiſcopus vero ſententias latas a ſuis ſuffraganeis in ſibi ſubditos non debet, niſi poſſit de conſuetudine, relaxare. *u* Excommunicatus ita a delegato ſummi pontificis, non poteſt ab alio abſolui, quam vel a Papa, vel ab eo, qui delegato ſuccedit in onere & honore, præterquam in mortis articulo. *x* Sic cum excõmunicatis a Papa E communicans, non poteſt ab alio quam ab eo abſolui. *y* Poſſunt autem, quibus data eſt poteſtas abſoluendi, ſi excommunicati ſunt, ſe mutuo abſoluere. *z*

## Scholia.

a *ca. verbum Dei, 51. de pœniten. diſt. 1. ca. canonica, de ſenten. excommun. Quia vt* A *ait Innocentius. ad cap. quanto, & fin. de exceſſibus prælator. poteſtas abſoluendi ad poteſtatem clauium pertinet, quæ ſolis ſacerdotibus datæ ſunt, cap. 1. §. vna. de ſumma trinitate. in principio, §. 2. 20. diſtinct. in principio, & ca. bene, 96. diſt. ca. noua; de pœniten. & remiſſio. Potiſſimum, dum agitur de abſolutione facienda in foro pœnitentiali. Siquidem ſi agatur de foro contentioſo, abſolutio poteſt delegari & cõmitti* B *diacono etiam, & aliis inferioribus clericis, imo & laicis cuiuſcunque generis ſit excommunicatio, maxime in caſu neceſſitatis, vt notat gloſſ. ad ca. paſtoralis, 11. §. præterea, ad verbum mortes, de officio iudicis ordinarii. gl. ad c. a nobis, 28. ad verbum non potuerit, ſcribit laicum in articulo mortis poſſe excommunicatum abſoluere pœnitentem ob defectum ſacerdotis. per ca. quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. 1.* C *& ca ſanctum eſt, de conſecr. diſt. 4. Gloſſ. ſimilis ad ca. fures ad verbum diacono, per illum textum, de furtis. Nota tamen generaliter laicum nullo caſu abſoluere poſſe ſacramentaliter videbiſque Dominicum Soto, in 4. ſentent. diſtin. 18. quæſt. 4. art. 1. D. Thomam in quæſtionibus additis ad tertiam partem, q. 8. art. 2. & 3. de Turrecremata, ad ca. quẽ pœnitet. de pœn. diſt. 1.*

b *Quoniã qui condemnandi, & abſoluendi videtur vna accepiſſe poteſtatem, cap. 17. ſi Petrus, 24. qu. 1. vbi & gloſſa notat, quod ſi Papa mandat alicui, vt aliquem excommunicet, vt is eundem poſſit abſoluere, quod excommunicatio & abſolutio pari paſſu ambulent, & cui vna conceditur, & altera conceſſa videatur, dicto cap. verbum Dei, de pœniten. diſtinct. 1. facit l. 3. de re iud. in P. l. nemo, de reg. iur. P. Niſi ſummus pontifex articulum tantum excommunicandi conceſſiſſet & delegaſſet, vt exſecutore ad certum articulum dato; quo caſu non poteſt ad abſolutionem extra mandata procedere, vt notat glo. ad ca. cum inferno, ad verbum,* ligare, *de maiorit. & obedien. facit c. ſuper quæſtionem, §. 1. & c. ſi. de offic. deleg.*

c *Veluti in ca. tua nos, 19. de ſenten. excom. vbi incendiarii, & qui manus violentas imponunt in perſonas eccleſiaſticas, poſtquam fuerint in eccleſia publicati, vt excommunicati, non poſſunt ab alio, quam a ſummo pontifice abſolui. Alius & eſt caſus. in cap. quærenti, 26. de officio. deleg. quando delegatus a ſummo põtifice, qui excommunicauit vnum ex litigantibus, poteſt illum abſoluere intra annum, nõ poſtea. Idipſum dicendum, ſi Papa vel quidam alius ſuperiori delegat auctoritatem & poteſtatẽ excõmunicandi, & retineat ſibi poteſtatem abſoluendi, aut ſi iudex, qui excõmunicauerit, fuiſſet poſtea maiori excommunicatione notatus. Nam nec hic ligare aut abſoluere poteſt, ca. audiuimus, 14. q. 1, Si tamen is fuerit talis denuntiatus, non vtique, ſi occultus vel ab eccleſia ſit toleratus, quibus caſibus is poſſet abſolutionem alteri dare efficaciter, vt notat Panor. ad c. veritatis, de dolo & contuma. argum. l. Barbarius, de officio prætoris P.*

d *ca. 4. inferior, 31. diſtin. c. cum inferior, de maior. & obedien. minor a maiore benedicitur & maledicitur, non contra, c. deniq; 6. ca. ſubmittitur, 8. 21. diſt.*

e *Puta per arbitrium vel compromiſſum, in can. 39 peruenit, 11. q. 1. Sic Vlpianus in l. eſt receptum, 14. de iuriſdictio. omnium iudic. libr. 2. P. tit. 1. tradit eſſe receptum, vt maior ſe ſubiicere poſſit iuriſdictioni minoris vel æqualis, & poſſit ei & aduerſus eum ius dici, idem in l. ille a quo, 13. §. tempeſtiuum, ad ſenatuſconſul. Trebel. lib. 36. P. tit. 1. l. 1. de iud. lib. 5. P. tit. 1. l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic.*

f *c. non dubium, de ſenten. excom. c. vnic. de crimin. falſ. in extrauag. Ioan. 12. in concilio Trident. ſeſſio. 14. ca. 7. ca. paſtoralis, 11. §. præterea, de offi. iud. ordin.*

g *ca. de cætero 11. de ſentent. excom. vbi & gloſſ. notat vere abſolui, etiam a ſimplice ſacerdote in hoc caſu neceſſitatis, neque re-*

A dere in excommunicationem euaſo periculo. gloſſa etiã ad c. quod in te 11. ad verbum pœnitẽtia expreſſe reſoluit quod proficiſcentib. ad iuſtum bellum etiam tempore interdicti viaticum dari poſſit per illum textũ & ſi aliqui eſſent excommunicati, poſſunt abſolui a quocunq; alio, quam ab excommunicante. argum. dict. capit. de cætero de ſenten. excom. & ca. ſanctum eſt baptiſma, de conſecrat. diſtinct. 4. & can. in adoleſcentia 33. quæ. 2.

B

h c. ſiquis ſuadente, 17. q. 4. c. non dubium, ca. veniens, c. ad eminentiam. c. de monialibus, de ſenten. excom. cum ſimilibus. Et hoc generaliter, adhibitis diſtinctionibus, nam & monachi ſe percutiẽtes poſſunt abſolui ab abbate, ca. 2. de ſenten. excom. poteſt & ab epiſcopo abſolui, qui ex officio percutit. cap. 3. eod. tit. item & is, qui percuſſit ſe defendendo, aut inuentum clericum in ſtupro aut adulterio ſororis, vxoris, filiæ, C dict. c. 3. Poſſunt & mulieres pueri, ſerui, delicati, & qui nõ poſſunt adire ſummum pontificem, impediti ab aliis abſolui, cap. 37. de ſenten. excommun. Ea tamen lege, vt impediti ceſſante impedimento, teneantur adire prædictum ſummum pontificem, cap. 26. de ſenten. excommun. Poterit & legatus de latere ſummi pontificis, abſoluere ab hac iniectione manuum in clericos, c. ad eminentiam, de ſentent. excom. D item & legatus miſſus non de latere, poterit idipſum facere, ſed tantum in prouincia ſibi commiſſa, non autem legatus natus ratione ſuæ eccleſiæ, cap. excommunicatus, de officio leg.

i c. felicis, de pœnis, in Sex.

k c. tua nos, de ſent. excom.

l c. conquæſti. eo. tit.

m nempe vt in c. quærenti, de officio delega. c. E dura, de crimine falſi. ca. fundamenta, de electio. in Sext. capit. quicunque, de ſenten. excommunicat. in Sext. clem. multorum, de hæretic. clem. religioſi, de priuileg. clem. cupientes, § fin. de pœnis, clem. grauis. clem. cũ ex eo, de ſent. excom. ſunt & alii caſus qui continentur in bulla, quæ legitur Romæ in cœna domini.

n vt in c. peruenit, de ſentent. excom. clem. cum ex eo, eodem tit.

o cap. nuper, de ſenten. excom. tenent tamen Theologi parrochialem præsbyterum ſeu curionem poſſe abſoluere ab omni excommunicatione maiori & minori, vt in directo, libr. 4. ſententia. cap. 4. Bonauen. in 4. ſententia. diſt. 8. quæ. fi. diuus Thomas ead. diſtin. art. fi. q. 1. At contrarium tenet Panorm. in c. monachi, c. mulieres, de ſentent. excommu. gloſſ. ad c. ſi Epiſcopus, de pœniten. & remiſſio. vbi & ad verbum, reſeruantur, ponit caſus reſeruatos epiſcopo.

p capit. vnico. de maioritat. & obedient. in Sext.

q c. 108. cum aliquis, 11. q. 3.

r c. 2. de ſent. excommun. cum diſt. cap. cum illorum, eod. tit.

s c. canonica, de ſenten. excom.

t nempe a minori excommunicatione, quæ infligitur a iure, non a maiori, c. nuper. de ſenten. excommu. Sacerdos enim proprius iuriſdictionem habet in ſuos parochianos, & ideo minorem excommunicationem a iure illatam in foro pœnitentiali abſoluit, non alius ſacerdos. Cæterum quod dicitur, alium non poſſe abſoluere quam ligantem, intelligendum eſt de ſententia excommunicationis lata in foro iudiciali, vt non poſſit abſolui ab alio, quam per proferentem, vel eo mortuo, per eius ſucceſſorem, can. ſi epiſcopus, 11. quæſt. 3. vel per ſuperiorem excommunicantis habentem omnem poteſtatem in excommunicatum & excommunicantem. Et quamuis non deceat epiſcopum abſoluere excõmunicatum a proprio ſacerdote, tamen ſi abſoluat, abſolutus eſt, cap. cum ab eccleſiarum prælatis, de offic. & poteſt. iud. ordin. maxime ſi ad eum prouocatum ſit.

v c. Romana, 5. de ſent. excom. in Sex. quod ſi fecerint non tenet relaxatio: cum nec excommunicantium nec excommunicatorũ ſunt iudices, c. venerabiles, eo. tit. in Sex.

x c. paſtoralis, de offic. ordin.

y c. ſignificauit, de ſent. excom.

z c. duobus, 56. eod. tit. de ſent. excom.



## Cap. XII.

### *De forma abſolutionis ab excommunicatione.*

A QVemadmodum ſolo vno verbo excommunico, fieri cõmunicatio poteſt, ita & abſolutio & reconciliatio, *a* literis autem de ea fit probatio. *b* Si tamen ſolemnis præceſſerit excommunicatio, & B ſolemnis eſt adhibẽda recõciliatio. Nempe vt anathematizatus pœnitentia ductus veniam poſtulet, emendationem promittat. Et epiſcopus qui eum excommunicauit ante ianuas eccleſiæ veniat, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent. Et ſi ille in terram proſtratus veniam poſtulat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc epiſcopus apprehenſa manu eius dextera in eccleſiam illum introducet, & communioni Chriſtianæ C reddet, ſeptem pſalmos pœnitentiales cantando cum precibus Kyrie eleiſon, pater noſter, ſaluum fac ſeruum tuum, præſta quæſumus huic famulo tuo dignũ pœnitentiæ fructum, vt eccleſiæ tuæ ſanctæ, a cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum veniam conſequendo, reddatur innoxius per dominum noſtrum, &c. *c* D In aliquibus abſolutionibus recipitur aliquando iuramẽtum cautionis, de non iterum committendo crimine, pro quo excõmunicatus abſoluitur. *d* Item alia cautio de ſatisfaciendo iuri vel his, quæ dicta erunt in ſententia, idque priuſquam abſolutio detur. *e* Aliquando etiam relaxatione facta excommunicationis, pauperibus clericis, adiungitur alia cautio idonea de E ſoluendo, ſi ad pinguiorem peruenerint fortunam. *f* Porro non cenſetur conceſſa abſolutio per ſolam ſalutationem in reſcripto excommunicato, directam a Papa. *g* Neque etiam extorqueri abſolutio vi vel metu debet, alioquin ſi fiat quoque, A non valet, & qui extorquent ipſo iure ſunt excommunicati. *h* Prohibitum abſolutionis beneficium pretio redimere. *i* Fit & abſolutio in articulo mortis ſub conditione (vel ratione paupertatis, vel inimicitiarum, vel iuſtę accuſationis) quod habita opportunitate curiæ Romanæ ſe repræſentabit. *k* Sed neque pro crimine excommunicatus liberabitur a vinculo, quin prius pro eo ſatisfecerit. *l* Sicque a morbo liberati reincidunt in excommunicationem ipſo facto, ſi non quam cito fieri poterit procurent a ſummo pontifice abſolui. *m*

### Scholia.

a c. 2. vbi gloſſ. verbum, minimus, 24. quæ. 3. argum. ca. quidam, 5. quæ. 1. Omnis res generaliter per eaſdem cauſas diſſoluitur, quibus vincitur, cap. 1. de regul. iur. apud Gregor. l. nihil tam naturale, eo. tit. P. notat & C gloſſ. ad c. quamuis, 58. ad verbum ſatisfaciat, de ſenten. excom. ſolo verbo induci aliquando excommunicationem & abſolutionem, neq; ſatisfactionem aut iuramentum ſatisfaciendi eſſe de eſſentia aut ſubſtantia abſolutionis.

b c. ſicut nobis, 30. de ſenten. excommun. vbi tamen dicitur alia ratione & modo abſolutionis fidem fieri poſſe.

e hæc forma ſolemnis reconciliationis, ponitur D ex concilio Arauſic. in ca. cum aliquis, 108. 11. qu. 3. quæ reſpondet excommunicationi ſolemni, de qua in ca. debent, 106. ca. 1. q. 3. Veruntamen quanquã ea forma reconciliationis ſit canonis, poteſt nihilominus alia vti ſummus pontifex pro arbitrio ex varia cauſa & delinquẽtium contumacia. Sic Henricus 4. Imperator, vt abſolutionẽ obtineret a Papa Gregorio, hieme ex Germania nudis pedib. cũ vxore & E filio paruo profectus Caniſiũ verſus Puliam. Iuſſit autem Pontifex Gregorius eum triduo ante portã ciuitatis remanere, donec admitteretur & abſolutionem tunc conſequeretur, vt ſcribit Nauclerus. generat. 37. Abbas Vrſpergenſis & Platina in illis.

*Et Alexander 3. abſoluens ab excommunicationis anathemate Fridericum Oenobarbum vel Barbaroſſam, poſuit pedẽ ſuper caput eius, dicens.* Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. *vt ſcribitur Pſalmo 95. Clemens quoque 5. dum abſoluit Franciſcum Dandalium ducem Veentorum ab excõmunicatione, quã in ipſum & Venetos protulerat, quod occupaſſent Ferrariam, idem Dandalius pedibus & manib. more quadrupedis ambulauit per aulam pontificis, collo laqueo alligato, vt refert mare hiſtoriarum. Sic & Ioſephus Sleianas libro de adoratione pedum ſummi pontificis, ſcribit, ſe legiſſe inter inſtrumenta ſeu monumenta Eccleſiæ Valentiæ in Aragonia Hugonem epiſcopum dictæ ciuitatis noluiſſe abſoluere ab excommunicatione Martinum regem Aragoniæ, non obſtantibus quibuſcunque ſupplicationibus per illum factis, antequam ſeipſum idem præſentaſſet pedibus capiteque nudus; & quin prius epiſcopus in eius collum inieciſſet laqueum.*

d *c. ex tenore, 10. de ſentent. excommunica. c. nuper a nobis, 29. §. fin. eod. tit. verum id nõ fit pro omni crimine, vel pro omni peccato mortali, ſed pro maioribus horrorem quendam habentibus, vt pro hæreſi, in ca. quoties, 1. q. 7. in incendiario, in cap. peſſimam, 23. quæſt. 8. & pro aliis ſimilibus atrocioribus, in ca. viro, 12. quæſtio. 2. fit & interdũ abſolutio. Itaque ſine illa iuratoria cautione, dicto capit. nuper 29. §. fin. de ſenten. excom. Neque tamen iuramentum abſoluit, quia poſt iuramentum abſolutio eſt neceſſaria, c. quod in dubiis, 30. de ſent. excommun.*

e *c. ſacro, 48. de ſent. excom. ca. ex parte, 23. c. venerabili, 52. eo. c. 2. tit. in Sext.*

f *vt in c. Odoardus, de ſolutionibus. idonea porro ei erit cautio qualiſcunque ab eo poterit dari, ſufficit enim ſi faciat, quod in ſe eſt. ca. faciat, 22. q. 2.*

g *ca. ſi aliquando, 41. de ſenten. excommun. vbi ratio, quod non ſit voluntas ſummi*

A *Pontif. id agere, & quod contingat aliquando reſcripta aut eo ignorante, aut per occupationẽ nimiam alio intento, vel per negligentiam, ſurripi impetrarique, iunge ca. ſuper literis, vbi de hoc, de reſcript. ad oſculum tamen eius, qui abſoluere poteſt admiſſus, cenſetur abſolutus, ca. cum olim, 12. de priuileg.*

h *cap. 1. de his, quæ vi metuſue cauſ. fiunt. in Sext.*

B i *c. ad aures noſtras, 24. de ſimonia, c. nullus epiſcopus, 1. qu. 1. Eſt enim eccleſiaſticum miniſterium & ſpiritale, & proinde nihil pro ea, ſine crimine ſimoniæ exigi poteſt, pro eius præſtatione. cap. ad noſtram, c. cum eccleſiæ, de ſimonia.*

k *c. de cætero, de ſenten. excom.*

l *c. ex literis, 29. de offic. & poteſta. iudi. deleg. c. ex parte. in fin. de offic. de leg. ca. 3. de vſur. c. 1. de raptorib. lib. 5. tit. 17.*

C m *vt clem. 1. §. fin. de pœnis. in c. eos qui, de ſenten. excom.*

## Capvt. XIII.

*De pœna male excommunicantis.*

SVperior, ad quem per male excommunicatum recurritur, ſentẽtiam excommunicationis ſine difficultate relaxare debet, & eum, qui protulit quãti intereſt, ex-
D communicare & ad impenſas damnare, aliaq; animaduerſione condigna punire. *a* Qui etiam excommunicauerit ſine præcedente admonitione, quamuis iuſta fuerit excommunicatio, debet interdici per menſem ab ingreſſu eccleſiæ. Et alia nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire. *b* Tenetur iniuſte excommunicans excommunicato iniuriarũ actione, *c* & crimine ſacrilegii. *d* Quia non parum
E eſt *e* aut non leue infligere tantam pœnam innocenti. *f* Niſi forſan, qui excommunicat, ex cauſa probabili errauerit, maxime ſi laudabilis opinionis exſiſtat. *g*

### Scholia.

a *Sunt verba, c. 1. §. ſuperior, de ſent. excom. in Sex.*



*in Sext. ſimile in c. ſacro 48. §. cumque aduerſus, eo. tit. apud Gregor. Atq; in eo quod intereſt aliquem non fuiſſe excommunicatum, habetur ratio ſumtuum litium, & aliorum eius cauſa factorum, c. in primis, 2. quæſt. 1. l. ſi quando, C. vnde vi. taxatione a iudice facta. ca. ſi. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, cap. conſtitutis, de procura. Item & ſi propter illam excommunicationem iniuſtam excommunicatus fuerit priuatus electione, & beneficia nõ fuerit cõſequutus, alioquin nihilominus conſequuturus ſecundum Ioannem, quia illud intereſſe eſt circa rem, ca. ſi quis, de clericis, 12. quæſt. 2. cap. ſuper cauſa. 2. quæſt. 5. l. Iulianus, de actio. emt. ſecus ſi intereſſe eſſet extra rem, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, de actio emt. P. verum gloſſ. ad dictum c. ſacro, §. cumque, ad verba ad intereſſe, exiſtimat, tale intereſſe electionis & beneficiorum non habitorum non debere æſtimari.*

b *c. ſacro, in principio, de ſentent. excommu. & hæc priuatio ingreſſus, inducitur ipſo iure per menſem; quo elapſo etiam ſtatim cenſetur eodem iure reſtitutus ad ingreſſum. c. ſi qui ſunt. 81. diſt.*

c *c. illud, & c. temerarium, 11. q. 3.*

d *c. non in perpetuum, 24. q. 3.*

e *hæc ratio & exceptio ſequens ponitur in d. c. ſacro, §. cumq;.*

f *maxima quippe hæc eſt pœna eccleſiaſtica, c. corripiantur, 24. q. 3. ca. non adferamus, 24. quæſt. 1. quia ſeparat a corpore Chriſti, quod eſt eccleſia. can. Engeltrudam, 3. quæſtio. 4. c. penult. de ſentent. excommunic.*

g *cauſa probabilis errandi, poterit eſſe factum alterius, quod quoslibet etiam prudentes decipere poteſt, l. iuris ignorantia, & l. regula, de iuris & fact. ignorant. P. vt ſi putauerit ex iniuſta cauſa fuiſſe monitionem excommunicato ſignificatam, forſan quia fuit ei oſtenſa falſa relatio publicationis; vel ſi exſiſtentibus dubiis probationibus excommunicauerit, ca. cum*

A *Bertholdus, de re iudic. Quemadmodum & qui habuit probabilem cauſam litigandi, excuſatur a condemnatione ſumtuum litis, l. qui ſolidum, §. etiam, de legat. 2. ca. finem litib. de dolo & contuma.*

# DE INTERDICTO ECCLESIASTICO.

## Tit. XVII.

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Finitio.*
3 *Diuiſio interdicti.*

INterdictum eccleſiaſticum, inter pœnas & cenſuras eccleſiaſticas annumeratur. *a* 1

Nihilque aliud eſt hoc interdictum, 2
C quam prohibitio, facta *b* ab his, qui poteſtatem habent, *c* ob iuſtas cauſas pluribus perſonis, *d* & locis certis, *e* ne adminiſtrent aliqua ſacramenta, aut celebrent diuina, aut exſequantur alia ſpiritualia, interim & donec ſatisfecerint imperatis. *f*

Interdictum hoc duplex itaq;, vel per- 3
ſonarum, vel locorum, dum populus aut clerus, ciuitas aut prouincia, regnum, vel ex illis certa loca vel certæ perſonæ inter-
D dicuntur. *g* Rurſum interdictum, vel a iure conſtitutum eſt, vel ab homine, vel ab vtroque, quorum illud iuris, ligat priuilegiatos; aliud hominis non vtique. *h* A iure ſupponitur interdicto communitas & ciuitas, quæ permittit vſuras, nec expellit vſurarios. *i* Item communitas, quæ repræſalias ſeu pignorationes publicas contra perſonas eccleſiaſticas permiſerit, nec eas reuocauerit intra menſem; *k* pro aliis et-
E iam quibuſdam. *l*

### Scholia.

a *c. quærenti, de verbor. ſignific. Admonebo autem hic plures alias interdictorum ſpecies eſſe apud Iuriſconſultos, quæ circa poſ*

*ſeſſionum controuerſias agitantur, de qui-* A *bus hic nihil agetur; quia ad ſecularia iudicia maxime pertinent, & de quib. tractatur fuſe in iure ciuili tit. de interdictis apud Iuſtinia. lib. 4. tit. 15. lib. 8, C. titu. 3. & ſeq. lib. 43. P. tit. 22. & ſequent. & per interpretes ad cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſio. & in capit. cum quis. de reſtitutio. ſpolia.*

b *Interdictum generaliter, eſt prohibitio, & eſt pro genere in finitione; nam interdice-* B *re, eſt prohibere, & interdicti paſſiue dicuntur illi, quibus fit prohibitio, l. relegatorum, 7. §. interdicere, de interdict. & relega. lib. 48. P. tit. 22. ſic dicimus interdici alicui arte ſua, l. fi. de pœn. P. foro, aduocatione, l. moris, eod. ti, l. Imperator, de poſtulan. P. patria, l. nulli, C. de ſenten. & re iudic. aqua & igni, l. 1. de lega. 3. bonis, l. 16. cui bonis, de verbor. obligat. P. Ita interdictum dicitur matrimonium in ca. 2. &* C *3. & toto titulo, de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, ſic & ita accipitur in c. interdixit 32. diſtin. in cap. interdicimus, 16. quæſt. 1. & in pluribus aliis locis ſimilib.*

c *duo ſunt, quæ perficiunt actus humanos, voluntas & poteſtas; & ſi alterum abſit nihil agitur, l. multum intereſt, C. ſi quis alteri vel ſibi.*

d *de hoc enim interdicto hic agitur, de quo* D *& nos tractauimus lib. 31. ſyntag. cap. 8. quod procedit a claue ſeu poteſtate eccleſiaſtica; non de eo, quo perſonis ſingularib. interdicitur ſumtio ſacramentorum, quod poteſt eſſe in excõmunicatione maiori vel minori in cap. ſi celebrat, de cleric. excommun. miniſtr. ca. fi. de ſenten. excommun. nec de eo, quo quis ſuſpenditur in particulari vel ab officio vel a beneficio, vel ab ad-* E *miniſtratione, vt diximus in pœnis, neque de ea interdictione, quæ fit de ingreſſu eccleſiæ, de qua etiam diximus ſupra in pœnis. Sed de eo agimus, per quem interdictio fit populo, vniuerſitati, collegio, &c. quod dicitur pendere a claue ſeu poteſtate* A *eccleſiaſtica, vel a claue Petri, cap. tanta eſt clauis, de exceſſibus prælator. libr. 5. titul. 31.*

e *vt dum ſit interdictum prouinciæ, regni, eccleſiæ.*

f *cap. fin. de ſentent. excommunic. in Sext. Multa quippe grauiſſima ex hoc interdicto, naſcuntur, & adimuntur plura, ex quorum priuatione iudices admonentur, ne temere illud proferant, de quibus in ef-* B *fectu agetur.*

g *cap. ſi ſententia, 16. cum ſequentib. de ſent. excomm. in Sext. c. in partibus, de verbor. ſignificat.*

h *ca. tuarum, de priuileg. neque conſuetudo contraria excuſat violationem, c. cum inter vos, de conſuetud. Sed & interdicto hominis, tenebuntur priuilegiati quoque illud ſeruare, ſi ob culpam illorum fuerit latum, ca. petiſtis, de priuileg. cap. 3. de im-* C *munita. eccleſia. in Sexto. Antiquitus, ipſo iure erat a Bonifacio 8. communitas vniuerſitas & prouincia ſuppoſita interdicto, ſi clericis talias & collectas impoſuiſſent, aut depoſita in ædes ſacras accepiſſent, conſiliumve aut auxilium facientibus dediſſent; quod tamen reuocatum fuit in clementi. vnica de immunit. eccleſia. per clementem 5.*

i *c. 1. de vſur. in Sex.*

D k *c. 1. de iniuriis, in Sex.*

l *vt in c. felicis, de pœn. in Sex. c. vbi. c. fundamenta, de electio. in Sex.*

## CAPVT II.

### *De quibus fiat interdictum.*

IN loco ſuppoſito interdicto eccleſiaſtico, non permittebatur antiquitus vlla eccleſiaſtica officia celebrare vel audire; *a* Et qui celebraſſet, niſi monitus ſine dila- E tione ceſſaret, vt nunc etiam, perpetuæ ſubiacebat depoſitioni pro auſu temerario. *b* Neque ſacramenta concedebantur omnino, exceptis baptiſmo paruulorum, & pœnitentia morientium. *c* Permiſſum tamen ſemel in hebdomada ex priuilegio quibuſdam



quibuſdam eccleſiis & monaſteriis, in lo- A cis interdictis poſitis, miſſas & alia diuina officia celebrare, quatuor conditionibus obſeruatis; nempe, vt id fieret, voce ſubmiſſa, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis, quorum vno commiſſo nihilominus dicebatur violatum interdictum. *d* Poſtea autem iura noua, & ſingulis diebus iiſdem obſeruatis, miſſas dici, & corpus domini conſecrari & percipi permiſerunt, & in feſtiuitatibus, B natalis domini, paſchæ, & pentecoſtes, & aſſumtionis virginisglorioſæ campanas pulſare, ianuis apertis, alta voce diuina officia celebrare ſolemniter, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis permiſſa prædictis diebus participatione diuinorum; ſic tamen quod illi, propter quorum exceſſum interdictum huiuſmodi eſt prolatum, altari nullatenus approquinquent. *e* Licet C & ex priuilegio quibuſdam regularibus extra prædicta tempora, vt, ſi qui fratrum ſuorum miſſi ſint ad colligendas fraternitates ſeu collectas in locis, in quibus ſint diuina officia interdicta, poſſunt pro iucundo eorum aduentu aperiri eccleſiæ ſemel in anno, & excluſis excommunicatis ibi diuina officia celebrari, nempe in vna tantum eccleſia ordinis eorum, non in D aliis. *f* Licebit quoq; tempore interdicti, vt baptizare, ſic etiam baptizatos in frontibus conſignare ſacro chriſmate, & prædicare verbum Dei. *g* Non autem licebit extremam vnctionem dare; aut eccleſiaſtica ſepultura ſepelire; niſi quia ex gratia cõceſſum eſt, vt, clerici decedentes, qui tamẽ ſeruauerint interdictum, in cœmiterio eccleſiæ ſine campanarum pulſatione, ceſſantibus aliis ſolemnitatib, omnibus, cum E ſilentio tumulentur. *h* Indultum & regularib. quibuſdam, vt confratres eorum, (qui licet remaneant in ſeculo, tamen mutato habitu ſeculari ſe ordini obtulerunt, vel bona ſua eis dederunt vſufructu retento) ſepelire poſſint, tempore interdicti in ſuis A eccleſiis; niſi aut interdicti fuerint nominatim, aut excommunicati. *i* Poterit & chriſma tempore interdicti, in die cœnæ domini confici, quia & eodem tempore opus eſt chriſmate pro vnctione baptizãdorum, *k* valebunt & collati eo tempore ſacri ordines, *l* & matrimonia quoque, quanquam a ſolemnitatibus eccleſiaſticis abſtineatur. *m*

### SCHOLIA.

B

a *c. quod in te, 40. de pœniten. & remiſſio.*

b *c. 3. de clerico excom. miniſt.*

c *dict. cap. quod in te, de pœniten. & remiſſ. c. non eſt vobis. 11. de ſponſalib. cap. reſponſo noſtro, 43. de ſenten. excom. Sic enim hæc ſacramenta excipiuntur, quod ſunt neceſſitatis. can. remiſſionem, §. ſed notandum, 1. quæſtione 1. cano. præter §. verum, 32. diſtinct.*

C d *cap. permittimus, de ſentent. excomm. hoc ex priuilegio nonnullis monaſteriis poſtea & epiſcopis cum obſeruatione tamen ſimilium fuit conceſſum, in capit. nonnullis, de priuileg. lib. 5. titul. 33. & aliis etiam quibuſdam in c. cum in partibus, 17. de verborum ſignif.*

e *c. alma, fi. de ſent. excom. in Sex.*

f *c. vt priuilegia, 24. de priuileg. notat & ibi gloſſa penult. quod in eccleſia interdicta ab* D *epiſcopo, poſſit ex permiſſione epiſcopi fieri officium diuinum; vt in eccleſia interdicta per ſummum pontificem, ex eiuſdem permiſſione.*

g *c. reſponſo, 43. de ſenten. excommu. vnctio tamen extrema denegatur, vt notat ibi gloſſ. cap. quoniam baptiſmo, 19. de ſenten. excommun.*

h *d. c. quod in te, de ſenten. excom. Aliis prohibitum, c. cum & plantare, 36. §. etſi tem-* E *plarii, de priuileg. lib. 5. tit. 33.*

i *c. vt priuilegia, 24. de priuileg.*

k *cap. quoniam baptiſmo, 19. de ſentent. excommun. in Sext. Plures ſunt iiſdem addendi effectus alii interdicti, quos enumerat Ioan. Andreas, tract. de interdicto ec-*

*cleſiaſtico, vſque a ſex ad quadraginta. Et ſic collige cum Panorm. ad ca. non eſt vobis, num. 8. de ſponſalib. quod in quolibet interdicto eccleſiaſtico cenſentur excepta quatuor ſacramenta; duo principaliter, & duo per conſequentiam 1. baptiſmus paruulorum, & adultorum, cap. quoniam, de ſentent. excommunic. 2. pœnitentia, d. cap. non eſt vobis, 3. chriſma ſine quo non fit baptiſmus, d. ca. quoniam, 4. euchariſtia, c. quod in te, de pœn. & remiſſio.*

l *vt tractant Innocentius, Ioannes Andreas, Panor, num. 8. in d. c. non eſt nobis; diſtinguit tamen Innocentius, vt laicis non poſſint dari ordines tempore interdicti; aliis poſſint; Panor. improbat, & ait ex neceſſitate, poſſe etiam in loco interdicto clericos, quia in illo quædam permittuntur, quæ ſine clericis nō poſſunt fieri, conſecratio miſſæ & ſimilia, argumento ſumto a permiſſione conſecrationis chriſmatis, quod in baptiſmo permiſſo chriſma neceſſariū ſit.*

m *de matrimonio ſic concludit gloſſa ad cap. fin. de ſentent. excommun. in Sex. ad verbum* ſacramentis, *vbi addit rationem, quare teneat matrimonium tempore interdicti, quia teneat etiam ab excommunicato maiori excommunicatione, cap. ſignificaſti, de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulteri, quia licet ſit ſacramentum & conferat gratiam, non tamen talem confert vt alia, ca. quicquid. 1. quæſt. 1. Theologi libr. 4. ſentent. diſtinct. 26. & Panor. ad ca. non eſt vobis, de ſponſa. nume. 8. tradit communem eſſe doctorum ſententiam, tempore interdicti fieri poſſe matrimonium valide; ſed inquit, de ſolemnitate matrimoniali dubitatur.*

## Capvt III.

### *Qui poſſint interdicere.*

IVdex vel perſona eccleſiaſtica, quæ poteſt excommunicare, poteſt & ſuſpenſionis & interdicti ſententiam ferre, ratione iuriſdictionis quam habet in ſibi ſubditos, non alios. *a* Maxime eccleſiarum A prælati ſeu iudices ordinarii, *b* delegati, *c* ſubdelegati; *d* canonici cathedralis eccleſiæ, ſi habent priuilegium, per ſe vel cum epiſcopo, ſeruatis ex conſuetudine requiſitis formulis. *e* Poteſt & interdicere conſilium prouinciale & epiſcopale. *f*

### Scholia.

a *c. quærenti, 20. de verbor. ſignificat. c. cum ab eccleſiarum prælatis, 3. de offic. ordin.* B *lib. 1. tit. 31. æquiparantur pluribus interdictum & excommunicatio, vt in cap. ad hæc. & ibi gloſſa, ad verbum interdictum de appellatio. lib. 2. tit. 8. & ibi Panorm. & alii interpretes. Docet etiam in quibus æquiparentur & diſſideant Iacobus de canonibus, tit. de iniuriis, parte vlt.*

b *c. cum & plantare, §. 1. de priuileg. ca. epiſcoporum, eod. tit. in Sext. ca. cum inter, de conſuet. cap. tranſmiſſam, de electio. cap.* C *auditis, de præſcriptio.*

c *c. ſane, in 2. de offic. delega.*

d *c. ex literis, eod. tit. de offic. delega.*

e *de quibus in ca. ſi canonici, de offic. ordina. in Sext. cap. quamuis, cap. irrefragabili, §. cœlorum, eodem tit. apud Gregorium, addit & gloſſ. ad d. ca. ſi canonici, ad verbum ceſſare, canonicos etiam iure proprio poſſe indicere ceſſationem officii ſede vacante, eo quod tunc ſuccedant in locum epiſcopi* D *in iuriſdictione; Alioquin enim ſine conſenſu epiſcopi non poſſent canonici interdictum ferre in c. 2. de his quæ fiunt a maiori parte capituli, lib. 3. tit. 11.*

f *Clemen. 2. §. fin. & ibi cardinalis, de ſent. excommu.*

## Capvt IIII.

### *Contra quos feratur interdictum.*

E INterdictio fit locorum, *a* & perſonarum, terræ, vniuerſitatis, *b* ciuitatis, *c* prouinciæ, *d* regni, *e* imperii; *f* vel in ſpecie vel ſingulariter alterius loci. Quandoque enim loca certa interdicta ſunt, & tamen perſonæ loci non ſunt interdictæ; quamobrem perſonæ eorum locorum



poſſunt extra loca interdicta alibi audire A diuina officia & ſepeliri. *g* Fit aliquando interdictio tātum perſonarum, vt populi, cuius appellatione non cenſentur interdicti clerici; vt contra interdictis clericis non cenſetur interdictus vel excommunicatus populus *h* niſi nominatim interdicantur. Quemadmodum etiam interdicto clero & populo, epiſcopi, niſi expreſſe inſerantur, non cenſentur interdicti. *i* Sunt & aliqui, quibus conceſſum ſedis A- B poſtolicæ priuilegio, ne excommunicari aut interdicto poſſint ſupponi. Ad quos etiam interdictum non extenditur appellatione generali. *k*

### Scholia.

a *cap. ſi ciuitas, 17. de ſenten. excommun. in Sext. c. præſenti, eo. & in loca prolatum interdictum ad perſonas eorum pertinet cap. tanta, de exceſſ. præla. cap. ſi ſententia, de ſentent. excommun. in Sext. cap. vnic. de* C *tornea. in extra. Ioan. 22. & ibi gloſſ. ad ver. huiuſmodi.*

b *in homines terræ commune fertur interdictum, c. quod nonnullis, 25. de priuileg. appellatione terræ continetur regnum, prouincia, villa, caſtrum, vt in illis locum habeat, quod de generali dicitur interdicto, c. cum in partibus, 17. de verbo. ſigni. quādo generaliter tota terra alicuius ſubiicitur interdicto, ex quo magna & parua* D *ſubiiciuntur. can. ſi Romanorum, 19. diſt. c. quia circa, de priuile.*

c *dict. ca. ſi ciuitas, de ſentent. excommun. in Sext. vbi & interdicta ciuitate cenſentur ſuburbia interdicta; vt & interdicta eccleſia, cenſentur interdictæ capellæ, & cœmiterium contiguum.*

d *c. non eſt vobis, 11. de ſponſal.*

e *quemadmodum Clemens Papa 5. in extrauagante quadam incipiente* paſſionis, E *interdixit regnum Angliæ, Franciæ, & Germaniæ, ſi haſtiludia & torneamenta paterentur; cuius interdictū poſtea ſuſtulit Ioan. 22. in extra. vnic. de torneament. in extrauag. Ioan. 22.*

A f *Imperium vt regnum interdictum alias.*

g *niſi fuerint in culpa interdicti ponendi, d. cap. ſi ſententia, de ſentent. excommunic. veluti ſi ciues ipſi, vel qui ex vniuerſitate ſunt peccauerint, non etiam ſi princeps vel rex eorum.*

h *dict. c. ſi ciuitas, 7. de ſentent. excommun. in Sext.*

i *c. quia periculoſum, eodem tit. in Sext.*

k *cap. quoniam per conceſſionem, 21. de pri-* B *uileg. cap. quanto amplius, 26. eodem titu. Hoc priuilegium conceſſit regi & regno Galliarum Innocentius 4. & poſtea Alexan. 4. D. Ludouico regi Kalen. Octobris, pontificatus ſui anno 1. nempe anno Domini 1255. quo ſtatutum, ne vllus prædictam regni terram vniuerſaliter eccleſiaſtico ſubiicere valeat interdicto, ſine mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, irritum omne contrarium faciens; quod reſcriptum* C *ſeruatur inter acta ſenatus Pariſienſis. Idipſum per ſua reſcripta conceſſerunt in regni Franciæ fauorem Clemens, Nicolaus Martinus & Clemens 6. ſummi pontifices.*

## Capvt V.

### *Quæ ſeruanda ſint in interdicto & de cauſa.*

POrro interdictum eccleſiaſticum, non tenet contra participantes, dum ab ho- D mine profertur, niſi antea fiat monitio. *a* Et niſi in ſcriptis fiat cauſa appoſita propter quam proferatur. *b* Neque enim temere aut ſine cauſa ferri debet. *c* Cauſa autem erit culpa, delictum, cōtumacia; *d* non autem debitum ciuile, aut pecuniarium, pro quo non fertur interdictum. *e*

### Scholia.

a *cap. ſtatutum, 13. de ſentent. excommun.* E *in Sext. quod & ſeruatur in excommunicatione & ſuſpenſione, cap. 1. verſ. & hæc eadem, eodem tit. in Sext. c. reprehenſibilis, 26. de appellatio. vbi gloſſ. dicit, canonicam monitionem trinam, can. omnes decimæ, 16. q. 7. agitur & de canonica ad-*

*monitione in c.nouit,de iudic.c.de presby-* A
*terorum,17.q.4.ca.ſi peccauerit,2.q.1.& hoc quando propter contumaciam inter-*
*dictum fertur; Aliter ſi propter delictum in d.c.reprehenſibilis,de appellat.& can.ſi.*
*5.quæſt.3.& ſic explicat Antoninus in 3. parte ſummæ,tit.25.ca.5. Habetur & pro*
*monitione,cum ſentẽtia interdicti fuit publice ꝓmulgata cõtra certas perſonas ciuitatis vel collegii,&c. Aliter autẽ quis non*
*ligaretur interdicto, vt habetur in extra-* B
*uagante quadam Martini 5.incipiente inſuper,& in extrauag.Ioannis 22.ſi fratrum,§. cæterum, & quia nonnunquam, de cleric.excommu.miniſt. Sicut nec alia monitio requiritur,dum pro delicto imponitur interdictum.*

b *d.verſ.& hæc eadem.*

c *quoniam ex indiſcreta interdictorum pronuntiatione, multa ſcandala ſolent oriri,*
*vt habetur in concilio Baſilienſi,in decreto* C
*de interdictis non leuiter ponendis, quod fuit factum ante diſſolutionem concilii, anno 1435.& receptum in pragmatica ſanctione & concordatis Gallicanis, vbi & Rebuffus refert, quædam requiſita in textu eius tituli; Primum,quod non poſſit ſine culpa dominorum vel domini ciuitatis ſupponi interdicto ciuitas vel eius terra; ſed oporteat,quod vel dominus vel ciuitas,*
*vel locus deliquerint vel in culpa ſint. 2.* D
*quod iſta cauſa tangat iudicem eccleſiaſticũ, aut rem diuinã, aut perſonã eccleſiaſticam,alioquin enim nõ interdictũ,ſed alia pœna ponenda pro modo delicti eſſet. tertium; quod hæc culpa procedat ab ipſis dominis,vel officialibus ciuitatum,vel locorum habitatoribus; 4. quod ſi culpa proueniat a priuata perſona, neceſſarium ſit illam prius excommunicari ſolam & pu-*
*blice denuntiari a iudice eccleſiaſtico. Et* E
*5.quod domini locorum requirantur a iudice eccleſiaſtico, vt illam perſonam excommunicatam eiiciant intra biduum, vel ſatisfacere compellant, vbi enim perſonam eccleſia excommunicauit,& talem*

A *denuntiauerit, nihil aliud habet quod vltra faciat, ideo & implorat brachium ſeu auxilium iudicis ſecularis,in ca.cum non ab homine, de iudiciis. 6. exigitur, quod ſeculares requiſiti, nõ eiecerint excommunicatum intra biduum,nec in carceres detruſerint, aut non vendiderint bona eius. Nam ſi hoc fecerint extra culpam ſunt exſequentes quæ potuerãt. l.in iure,de reg. iur. 7. quod ciuitas delinquat ex concilii*
B *deliberatione, & concluſione. l.ſemper,§.ſi in ſepulcro,ibi* cõmuni iudicio plurium, *quod vi aut clam. P. nemo enim ambigit, ciuitatem,vniuerſitatem,& alia corpora ciuilia poſſe delinquere, authen.item nulla communitas, C.de ſacroſanct. eccleſ.ca. nouit,cap.grauem,de ſentent. excommu.l. metum,§. animaduertendum, quod met. cauſ. P.*

d *vt in c.ex reſcripto,9.de iureiurand.inhi-*
C *betur interdicto, ne diuina officia fiant in terra domini, donec ipſe ſatisfecerit imperatis.Idem in c.non eſt vobis,de ſponſalib.*

e *c.quæſiuit,de his quæ fiunt a maiori parte capituli.Idipſum & prohibuit Bonifacius 8. anno ſui Pontificatus 8. apud Lateranum niſi fieret hoc interdictum ex ipſius ſedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia, vt habetur in eius conſtitutione 1.incipiente* prouida, *iuxta ordinem Bullarii Cheru-*
D *bini, ibidemque ponitur alia conſtitutio ſimilis clementis 7. ordine 35. incipiens* licet ea, *& Leonis 10.conſtitutio.16.in* eminente, *vbi idipſum ſtatutum circa medium.*

## Capvt. VI.

### *Effectus interdicti eccleſiaſtici.*

SIngularis nobiliſque effectus huius interdicti, quod ob vnius perſonæ deli-
E ctum alii plectantur; *a* ſunt & plures adhuc,veluti quod interdicti, & excommunicati ſacra faciẽtes deponuntur, *b* quemadmodum & qui in loco interdicto ſacrificant, *c* qui & ſcienter in interdicto loco celebrantes,fiunt ineligibiles,& impoſtulabiles,



labiles, ad beneficia actiue & paſſiue. *d* In A
ſumma etiam, ab omnibus ſeruandum eſt interdictum,etiam a priuilegiatis, ſi ſit latum a canone, & ſi lato ab homine, illi nominatim includãtur. *e* Sunt & euitandi interdicti nominatim, vt & excommunicati,etiam a priuilegiatis & exemtis. *f* Et qui violauerit interdictum, ſi clericus ſit, & exerceat aliquid ordinis, quod fuerit prohibitum,irregularis fit, *g* eſtque bene-
ficiis ſi habeat priuandus; vel ſi monachus B
vel monialis ſit, debet detrudi in arctius monaſterium. *h* Collationes & officia, excommunicationes, ſuſpenſiones, & alia facta poſt interdictum, violatione facta, nullius etiam momenti dicuntur. *i*

### Scholia.

a *ita alii pro alio plectuntur ſine delicto,non tamen ſine cauſa, vel culpa, ob ſuperiorum*
*culpam vel delictum, quod patiantur de-* C
*linquentes eſſe apud ſe,cum poſſint ſibi proſpicere,vt in ca.non eſt,de ſponſalibus.cap. ſane,ca.5.& 6. de offic.delega.c.1.de vſur. in Sex.c.1.de poſtulatio prælato.c.ſentent. de ſenten.excom. in Sex. cum ſimil. ſic pro peccato Dauidis totus populus punitur 2.*
*Regum 24.& ob Achan peccatum Ioſ.6.* D
*ſic de ſimilibus, de quibus alias diximus alibi.*

b *c.latoris,4.c.fraternitatis,6.de cle.excom. miniſtr.*

c *c.poſtulaſti,7.§.quæſiuiſtis,eod.tit.*

d *is,cui,18.§.fin.de ſentent.excom.in Sext. c.1.de poſtula.prælat.*

e *d.cap. poſtulaſtis,§. quæſiuiſtis, de clerico. excom.miniſt. c. tuarum, de priuil. neque*
*contraria conſuetudo excuſat.c.cum inter* E
*vos, de conſuetud ſed & priuilegiati debent ſeruare interdictum hominis, ſi ipſi culpa teneantur,c.petiſtis,de priuil.*

f *ca.cum & plantare, §.excommunicatos,de priuil.lib.5.tit.33. non obſtante priuilegio, c.nulli,de ſent.excom.*

g *c.is qui,& c.is cui,de ſent.excom.in Sext. c.cum clerici,de ſen.& retud.in Sex.Si ta-*
A *men quis non interdictus celebrat, in loco non interdicto cum interdictis,non erit irregularis, quamuis ei ingreſſus eccleſiæ ſit interdicendus, donec arbitrio ſuperioris interdicentis ſatisfaciat.ca. epiſcopum,de priuileg.in Sex.*

h *c.poſtulaſti,de clerico excom.miniſtr.*

i *c.tanta,de exceſſib.prælat.*

## Cap. VII.

### *Quando tollatur interdictum.*

TOllitur interdictum, poſtquã factum erit ſatis petitioni eccleſiæ, *a* vel per reuocationem aut abſolutionem, vel relaxationem, *b* quia poteſt interdictum ſingulare ad cautelam relaxari, & ſi generale non poſſit. *c* Poteſt & vtrunque ſuſpendi ab eo qui protulit. *d* Sed & ſi hi, quorum gratia interdictum latum eſt, illud ipſum violauerint, quandiu violãt, interdicti non
C dicentur illud tranſgrediendo violare. *e*

### Scholia.

a *vt in ca.reſcripto,de iureiur.c.non eſt vobis,de ſponſali. idque ſiue alia abſolutione cum ſolutione eius quod debetur, tollatur obligatio omnis,§.1.quib.modis tolli. obli-*
D *gat. maxime ſi interdictum ſub conditione latum eſt, & ad tempus; in quo differt ab excommunicatione,quæ eget abſolutione certæ formæ.c.ſi.de matrimo.contra interdict. eccleſ.P.*

b *c.cum ab eccleſiarum,prælatis,de offic.iud. ordina.lib.1.tit.31.*

c *c.cum præſenti,de ſenten. excom. in Sext. vide rationes diuerſitatis in deciſio. Rotæ 436.incipiente* fuit dubitatum, *in nouis,*
E *Felinum,ad ca.Apoſtolicæ, de exceptio.& deciſ.Rotæ,435.*nota vtrum,*&c.in antiq. & deciſ. 77.* nota quod vbi, *in antiq.*

d *cap.ad hæc,cap.directe,capit.præterea, de appellat.*

e *c.petiiſtis,20.de priuileg.*

LIBRI QVARTI
FINIS.

# PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII SEV CANONICI, LIBER QVINTVS.

## DE IVDICIIS. TITVLVS I.

### CAPVT I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Quid iudicium.*
3 *Quid iudex.*

1 HActenus in ſuperioribus diſpoſita videtur quodammodo materia iudiciorum; nempe res traditæ ſunt, quæ in controuerſiam venire poſſunt. Nunc autem neceſſarium eſſe apparet, vt cōſideremus lites ipſas, & modum, quibus legitime tolli vel minui poſſint. Proinde prius agemus de iudiciis in genere, ſubinde de illis, quæ inde pendent, & quæ ab iis efficiuntur in ſpecie, Deo fauente. B

2 In foro iudiciali contentiones & controuerſiæ proponuntur, forum a fando dicitur, conſtans cauſa, lege, iudicio. Cauſa a caſu, quo venit dicitur; eſt enim materia & origo negotii, necdum diſcuſſionis examine patefacta, quæ dum proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur, iudicium; dum finitur, iuſtitia; iudicium quaſi dictio iuris, iuſtitia quaſi iuris ſtatio, ſeu ſtatus. *a* Iudicium prout nunc tractandum eſt, *b* actus eſt legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris & rei, vel aliarum earundem nomine ſuper eadem controuerſia. *c* C D

3 Iudex dictus, quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet; iure enim diſceptare, eſt iudicare, non eſt autem iudex, ſi in eo non ſit iuſtitia. *d*

SCHOLIA.

a *hæc omnia in c. forus,* 10. *de verbo ſignific.*

A b *hic enim tantum agitur de iudiciis litium, de quibus inuenitur titulus eiuſdem inſcriptionis de iudiciis, lib. 2. decret. tit. 1. lib. 2. Sexti, tit. 1. & extrauag. communibus, lib 2. tit. 1. & in 5. P. tit. 1. & lib. 3. C. tit. 1. & de publicis iudiciis, lib. 48. P. tit. 1. & lib. 4, inſtitutio. Iuſtinia. tit. final. poteſt dici iudicium a diſquiſitione iuris. d. cap. forus. vel a perſona iudicis tanquam a principali. argum. l. quæ explicandi, de accuſatio. ſicque videtur explicare Ioannes monach. ad rubricam, de iudic. in Sext. & gloſſ. ad caput in iudiciis,* 12. *de regul. iur. in Sext. in iudiciis non eſt acceptio perſonarum habenda, & ibi notat eadem gloſſ. poſt Ioannem Monachum, vbi ſupra ponit quindecim ſignificationes nominis iudicii, quas verſiculis iſtis connotauit.* B

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle,
Quæſtio, diſcret. ſen. inſtan. diſcuſſio poſſe C
Percutiens, pœna, proceſſus iudicialis.

*Iudicium prima pro actione, ca. ex literis, de probat. l. in tribus, de iudic. 2. lis, l. quod debetur, de pecul. 3. auctoritas iudicandi, cap. decernimus, de iudic. 4. forum iudiciale, capit. quanto, de iudic. 5. arbitrium, cap. a iudicibus, 2. quæſt. 6. cap. ab arbitris, de offic. deleg. in Sext. l. arbitrio, qui ſatiſda. cog. P. 6. vltima voluntas, c. licet, in fi. de ſepult. in Sex. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. 7. quæſtio in iudicium deducta, c. per venerabilem, §. rationibus, qui filii ſint leg. 8. diſcretio mentis, c. graue, de præb. l. cum prætor, de iudic. P. 9. ſententia iudicis, cap. ſi duobus, de appella. cap. fin. de præſcriptio. 10. inſtantia ipſa litis, l. properandum, §. 1. de iudi. C. l. venerabilis, eod. tit. 11. diſcuſſio cauſæ, dict. c. forus, de verborum ſignif. & in titulis de iudiciis. 12. poteſtas iudicandi, leg. iudicium ſoluitur, de iudic. 13. condemnatio, 1. ad Corin. 11. iudicium ſibi manducat. & 14. pœna, Matth. 5.* reus erit iudicio, *& D. Ioan. ca. 5.* in reſurrectionem iudicii, &c. 15. *dicitur iudicium proceſſus iudicialis, vt in ca. 1. de iudic. in Sex. c. pia, de exceptio. in Sext. actus iudiciales plures ſunt, vt media quibus peruenitur ad iudicium & eius certitudinem, & facilem expeditionem, vt citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumētorum productiones, interlocutones, appellationes, renuntiationes, concluſiones, &c. quæ inter cognoſcendum occurrunt, quæ mandat ſuo ordine conſcribi ab amanuenſe, publica perſona, vel aliis duob. ſcribis, c. quoniam contra, 1. de probat. vt ſi de proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari, vt ibidem dicitur, proceſſus actus, prædicta dicūtur, per quæ procedit iudex ad iudicium & ſententiam.*

c *Poteſt colligi ex d. c. frons & ex gloſſa, ad verbum* iudicium. *Saltem debent eſſe in iudicio tres perſonæ iſtæ, iudex, agens, & defenſor, l. inter litigantes, l. Iulianus, de iudic. Pan. vt dicemus poſtea, & pro iſtis perſonis aliæ accedere poſſunt, quæ tamen ad tres illas pertinent, vt procurator, aduocatus, teſtis, &c. pro litigantibus, & pro iudice, vicarii, conſiliarii, aſſeſſores, notarii, amanuenſes, apparitores, &c.*

d *c. iuſtum eſt bellum,* 1. 23. *q.* 2. *ex Iſidoro lib.* 18. *etymolo. c.* 1.



### CAPVT II.

1 *Iudiciorum diuiſio in diuinum & humanum.*
2 *Humanum in priuatum & cōtentioſum, quod vel eccleſiaſticum, vel ſeculare, vel mixtum eſt.*
3 *In ordinariū, extraordinarium & mixtum.*
4 *In ciuile, & criminale.*

IVdiciorum variæ ſpecies, habita ratione ad diuerſa. Et in primis quoddam dicitur diuinum, quoddā humanum & multa relinquuntur diuino iudicio in hoc vel alio ſeculo exercendo, de quibus homo non debet, vel non poteſt iudicare. *a* Cuiuſmodi ſunt, quæ nobis incerta aut dubia, illi autem manifeſta ſunt, & eius iudicio committenda. *b* Cum nec homo, nec eccleſia iudicet de occultis, ſed tantum de probatis. *c* Diuerſa item iudicia Dei & hominū, quod Deus ſemper iuſte iudicet; homo autem ſæpe decipiatur a ſe vel ab aliis, vnde plures hominum iudicio damnati, inueniuntur coram Deo inſontes & abſoluti; vt contra plures fuerunt iudicio humano abſoluti vt innocentes, qui coram Deo inueniuntur ſontes & rei. *d* Timendum valde Dei iudicium, *e* a quo non eſt prouocatio, & quod nemo ſuper terram iudicare poteſt, eidem ſit obnoxius. *f* 1

Iudicium rurſum humanum, vel a quoque in ſeipſum priuatim exercetur, vel ab aliis quam iudicandis, *g* quod & vltimum, iudicium contentioſum eſt. Quilibet ſeipſum iudicare, & probare debet adhibita pro teſte conſcientia. *h* Contentioſum iudicium ſeu auctoritate publica in foro iudiali examinatum & diſcuſſum, multipliciter diſtinguitur ratione materiæ de qua agitur. Quamobrem aliud ſpirituale, ſeu ſeculare, *i* aliud mixtum. Spirituale, vbi de re vel perſona ſpirituali, vel ad forum eccleſiaſticum pertinente agitur. *k* Temporale vbi de re vel perſona ſeculari tractandum, vel de eo, quod coram iudice ſeculari eſt iudicandum. *l* Mixtum quod diuerſis reſpectibus ſub vtroque foro agitari poteſt, *m* 2

Item ratione formæ procedēdi duplex iudicium, ordinariū & extraordinarium. *n* Ordinarium, in quo ordine ſeruato vt iudiciis præſcribitur, proceditur. *o* Extraordinarium., in quo non ſeruatur com- 3

muniter procedendi ciuilibus aliiſve negotiis præſcriptus regulariter, ſed breuioribus formulis agitur, *p* quando ſummarie & de plano procedendum eſt de iure, *q* vel procedi mandatur a principe ſpeciali reſcripto. *r* Dicitur & extraordinarium a delegato factum. *s*

Subinde dicitur aliud ciuile, aliud criminale, aliud ex iis mixtum iudicium. *t* Ciuile, in quo de cauſa pecuniaria & priuata contenditur. *v* Criminale, in quo agitur de delictis ſeu criminibus vindicandis. *x* Mixtum, quod & ciuiliter & criminaliter agitari poteſt. *y* Et hæ ſunt præcipuæ iudiciorum diuiſiones, quib. & aliæ addi poſſunt, *z* poſtquam ad ſubtiliorem iuris indagationem, quæ præceptis iſtis breuibus inſtituuntur, peruenerint.

SCHOLIA.

a *cap. ſi omnia, 6. quæſtio. 1. can. 1. §. non poteſt, 16. quæſtio. 1. opprimuntur multis modis a principibus pauperes & ſubditi, piique homines a malis occulte, quorum vindictam nec poſſunt humana iudicia exſequi, quæ Deo ideo relinquuntur. Et Deus ait,* mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum, &c. *Deuteronom. capit. 32. verſ. 3. atque Iudith, cap. 8. verſ. 20.* exſpectemus, *inquit,* humiles conſolationem, & exquiret ſanguinem noſtrum de manib. inimicorum noſtrorum, &c. *Atque Prouerbiorum 20. verſ. 22.* ne dicas reddam malum pro malo, exſpecta Dominum & liberabit te. *Magnum & ineffabile tremendumque iudicium reiicere cauſam ad tribunal Chriſti terminandam, ad quod prouocant Pii, & oppreſſi homines, dum deeſt maxime humana iuſtitia. Sic Petrus Aragoniæ Rex 4. obiit, citatus in ſexageſimum diem ad tribunal Chriſti, a procuratoribus eccleſiæ Taraconenſis, quod eius patrimonium vellet tyrannice occupare, vt ſcribit Vaſæus in chronica Hiſpaniæ.*

A b *cap. nomen presbyteri, 2. quæſt. 1. c. erubeſcant, 32. diſtinct. iudicat enim de occultis ſolus Deus, qui ſolus nouit cordis ſecreta, can. 20. conſuluiſti, 2. quæſt. 5. ſic 1. ad Corint. cap. 4. verſ. 5.* nolite ante tempus iudicare, quouſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit occulta cordium, *& tūc laus erit,* vnicuiq; a Deo.

c *dict. c. conſuluiſti, 2. quæſtio. 5. cap. vni. vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferan. l. illicitas, §. veritas, de offic. præſ. P. c. nec illud, §. his itaq;, & ſeq. 2. quæſt. ſi. cap. multi, in fin. 2. quæſt. 1.*

d *cap. ſacerdotibus, 41. cap. etſi ad tempus, 53. c. cœpiſti. 48. cum ſeq. 11. q. 3. c. ſi quis, c. cum aliquis, 24. q. 3.*

e *cap. aliorum, 9. q. 3. qualiſcunque enim quis ex hoc ſeculo egreditur, talis Dei præſentatur iudicio. can. qualis, 15. diſt.*

C f *ca. facta, 9. q. 3. & communiter etiam tractatur, maiorem eſſe concilio Papam in reſtrictione, & interpretatione eius, vt ab eo non poſſit reprehendi, d. ca. aliorum. cap. facta, can. nemo 9. q. 3. notat tamen gloſſa antiqua ad cap. ſacroſancta, ad verbum* obedire, *de auctoritate ſacrorum conſiliorum in pragm. ſanct. Papam in tribus caſibus eſſe infra concilium generale, & teneri ei obedire. Et primu in his, quæ concernunt fidem. Et ita concilium poſſe deponere propter hæreſin Papam contumacem nolentem ſe corrigere, Inno. in ca. ex parte, de verb. ſig. niſi reſipiſcat, vt in c. Acatius, 19. diſt. 2. in cauſa ſchiſmatis. 3. in his quæ tangunt generalem morum reformationem, vt in d. glo. directi ſacroſancta, latius videbis. Poteſt & ſummus pontifex ſe ſubiicere minori, vt in foro pœnitentiali confeſſori.*

E g *ca. poſtulatus, 3. q. 7. can. in actionem, de pœn. diſt. 1.*

h *dictis proxime iurib.*

i *duæ ſunt principales in orbe poteſtates, cap. duo ſunt. 96. diſtin. §. 1. quomodo oporteat epiſc. in nouel. iudices conſtituti ita in his quæ ad Deum pertinent, diuerſi ab iis, qui conſtituti a rege Ioſaphat, in his quæ pertinebant ad negotia regis, 2. Paralip. c. 19. ita & in c. nouit, de iudic. cap. ſi imperator, 96. diſt. duæ iudiciorum ſpecies, c. ſolitæ, de maior. & obedientia, & iuriſdictio eccleſiaſtica fuit ab omni tempore in eccleſia data per Chriſtum, Matt. 18. quam exercuit Paul. 1. ad Cor. 6. ad Timot. 5. meminit & de iuriſdictione eccleſiaſticarū perſonarum in Chriſtianos Clemens Roma. epiſcop. 1. & lib. 2. conſtitutio. Apoſtolica. c. 47. confirmat Anacletus epiſtola 2. vocabantur & ex lege Moſis ſontes ad ſacerdotale iudicium, Deut. 7. & Num. 5. neq; apud Hebræos fiebant iudicia, niſi duobus Leuitis aſſiſtentibus, teſte Ioſepho libr. 4. antiq. c. 8. vt nec hodie in ſenatu Gallorum iudices ſedent, niſi adſint perſonæ eccleſiaſticæ, quos vocant conſiliarios clericos, & qui impediunt eccleſiaſticam iuriſdictionem ſunt excommunicati, cap. conqueſtus, de foro competen. c. quoniam, de immunita. eccleſia. Conatus eſt aliquando Petrus Cunerius aduocatus regius in ſenatu Pariſienſi, eccleſiæ iuriſdictionem labefactare, contra quem Bertrandus epiſcopus Heduorum apud Philippum regem pro eccleſiæ iuribus perorauit, & obtinuit, plura ſcribit de hac re Stephanus Aufrerius, in cle. 1. de offic. ordina. & tracta. de poteſtate ſeculari.*

k *veluti ſi de matrimonio, vſuris, decimis eccleſiaſticis, agatur. cle. diſpendioſa, de iud. cap. exhibita, de iudiciis, cap. accedentibus, de exceſſ. prela. ſi de his, in quibus verſatur periculum animæ & agitur de peccato, cap. nouit, 13. de iudic. cap. ſolitæ, de maior. & obedien. Puræ ſpirituales materiæ dicuntur, quæ coram eccleſiaſtico iudice agitandæ ſunt, etiam contra laicos, ſacramenta, baptiſmus, euchariſtia, confirmatio, & alia quæ docēt Panor. & alii ad cap. quanto, de iudic. Archid. in cap. quod autē, 1. q. 1. ca. piæ mentis, 16. q. 7. vt & illa & alia ſpiritualia, quæ reſpiciunt articulos fidei, c. quoniam, 10. diſt. cauſa electionis, c. maſſanua, c. ſacroſancta, de elec. decimæ, c. tua. de decimis, ſimonia, hæreſis, & alia de quib. in c. decernimus, c. cū ſit generale, de foro compe. debent & clerici conueniri coram iudice eccleſiaſtico in perſonalibus actionib. a laicis vel clericis; quia actor ſequitur forum rei, c. cum ſit generale, cap. ex tranſmiſſa, & ſeq. ca. ſi diligenti, de foro compet. vt contra clericus laicum, coram iudice laico, in temporalibus & perſonalib. conuenit, cap. ſi clericus laicum, & c. cum ſit generale, eod. tit. in criminalibus autem quæſtionibus debet iudicari perſona eccleſiaſtica a ſuo iudice eccleſiaſtico, cap. at ſi clerici, de iudic. cum ſimilib. ibi nota. neq; valet conſuetudo, vt laici in clericos habeant iuriſdictionem, c. eccleſia. de conſtitutio. & ibi Panor. & alii, & in cap. ſolitæ, de maior. & obedien. Innocent. in cap. poſtulaſti, de foro compet. Rota deciſio. 840. vtrum in antiq. Aufrer. deciſio. capellæ Tholo. 126.*

l *vt in c. venerabile, de iudic.*

m *vt ſi de iure patronatus agatur. nam & illud participat de iure ſpirituali, c. de iure, patronatus, & de temporali, qui a laicis poſſidetur, vt in eorum hæredes iure hæreditario transfertur, cap. filiis, 6. quæſt. 1. cle. ſi. de iure patro.*

D n *c. quoniam, contra 13. de proba.*

o *ca. examinata, de iudic. ea ratione forum, vbi ſeruatur iuris ordo, iudicis ordinarii dicitur; vbi autem diſcutitur crimen, non ſeruatis ſolemnitatibus ordinatis in ciuilibus, extraordinarium, iudicium, l. fin. de priua. delict. lib. 47. P. tit. 1. & l. 1. de furt. Pandect.*

p *c. nouit, de iudic. idq; in cauſis, quæ non patiuntur magnam dilationem indulgetur, vt in cauſis beneficialibus, electionum, poſtulationum, dignitatum, perſonarum officiorum canonicatuum, præbendarum, decimarum, matrimonii, vſurarum, clement. diſpendioſam, de iudic. in crimine hæreſis quoque & ſimilibus, in quibus*

*ſeruare ordinem eſſe potius eum inuertere, c. ad noſtram, de iureiurand. Idipſum dicendum, quando iudex procedit ex officio ſuo ſine figura iudicii, per modum inquiſitionis, vt in c. inquiſitionis, cap. ſuper his, c. qualiter, c. olim, de accuſat.*

q *vt in dict. cle. diſpendioſam, & in extrauag. vnica. quomodo in crimine læſæ maieſtat. procedendum ſit, poſt libros feudorum, vbi gloſſa fuſe explicat, quid ſit ſummarie & de plano procedere, & ſine ſtrepitu iudicii.*

r *ſolus princeps, penes quem eſt legis conſtituendæ & interpretandæ poteſtas, l. 1. & fin. C. de legib. poteſt mandare cauſas decidi extra iuris conſtitutionem ſummarie & de plano & iudicio extraordinario, atque nihilominus, dum hæc voluerit ita fieri, debet expreſſe id adiicere. cle. ſæpe, de verbor. ſignificat. ſicque ſeruatur etiam in curia Romana, vt in reſcripto, quod vocatur extenſio ſignaturæ, ſpecialiter ſummus pontifex id exprimet, vel ſummarie cauſa diſcutiatur, nec ſufficeret ſi hoc ipſum in corpore ſignaturæ exprimeretur, & non in ſignatura, in qua, non expreſſum, quod in corpore petitum eſſe videretur denegatum, etiam ſi princeps ſimpliciter reſcriberet:* audiat vt petitur. *Atque idcirco reſponſio hæc exigitur,* audiat ſummarie, & prout petitur, *alioquin denegatus cenſetur ſummarius proceſſus: expreſſiſſet enim ſummus pontifex ſi voluiſſet, argu. cap. ad audientiam de decimis, Rota deciſ. 466.* nota quod in commiſſione, *in antiq. & deciſ. 351.* ſi in commiſſione impetrauit, *in nouis.*

s *vt in can. iudicia, §. ſpatium, verſ. ei autem, 3. q. 3.*

t *explicat c. per venerabilem, 13. §. ſunt autem, qui filii ſint legit. lib. 4. titu. 17. verba Deut. c. 17.* tria, *inquit,* diſtincta iudicia primum inter ſanguinẽ & ſanguinem, per quod criminale intelligitur & ciuile, & vltimum inter lepram, & lepram per quod eccleſiaſticum & criminale notatur; medium inter cauſam & cauſam, quod ad vtrunque refertur eccleſiaſticum & ciuile, &c.

v *vt ſi agatur de feudo, mutuo, aliiſque contractibus, de pecuniaria pœna, ſeu de mulcta, & ſimilib. vt in c. cæterum, c. dilecto, ca. cauſam, de iudic.*

x *agitur in his maxime ad vindictam publicam, vt in c. at ſi clerici, cap. cum non ab homine, de iudic. ſiue ſit pœna corporalis, ſiue pecuniaria ratione tamen delicti. gloſſ. ad leg. prætor, de ſepulcr. violat. leg. final. de furt. P.*

y *vt in ca. tuæ, de procuratori. c. ſuper his, de de accuſat. de furto in l. fi. de priua. delict. l. fi. de furt. P.*

z *nos & præcedentes, aliasq; iudiciorum diſtinctiones plures pertractamus fuſius lib. 47. ſyntag. iur. cap. 4. 5. & 6. addemus, & nunc ſuperioribus diuiſionibus aliam, ratione quantitatis rerum deductarum in iudicium, iuxta gloſſam ad c. 2. de libelli oblatio. & Speculatorem in tit. de iudic. in fin. vt aliud ſit vniuerſale, aliud generale, commune, aliud ſpeciale. Et vniuerſale eſt, cum petimus vniuerſum ius totius cuiuſpiam patrimonii, vt bonorum poſſeſſionum, hæreditatem, l. 1. de bonor. poſſeſſio. l. 1. de rei vindic. P. l. ſed et ſi, §. fin. de petit. hæred. P. iudicium etiam petitionis hæreditatis dicitur vniuerſale, per gloſſ. in l. 1. de euictionibus. & probatur vltra in l. ſi quo tempore, & l. cum hæreditatem, de petitio. hæredita. gloſſ. in ca. cum eccleſia, de cauſa poſſeſſio. & propriet. in cuius petitionem veniunt fructus etiam a poſſeſſione bonæ fidei percepti, qui augent portionem in l. item veniunt, §. fructus, de petitio. hæredit. & dum quis petit etiam beneficium eccleſiaſticum, ſecundum Innocentium ad capit. conquerente, de offic. ordinar. & Panor. ad c. 2. de libelli. obla. Generale iudicium eſt, quando non petimus in iudicio ius vniuerſum cuiuſdam, ſed tantum quoddam genus ex eo vniuerſali; vt in petitione & iudicio pro ſocio, negotiorum*



*geſtorum, tutelæ, gloſſ. ad cap. 2. de libelli oblatio. Commune erit quod vtrunque actorem & reum reſpicit, vt communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, c. ex literis, de probatio. & propriis titulis, in P. & C. ſingulare ſeu ſpeciale, in quo certa res tantum petitur & adiudicatur, vt accidit in rei vendicatione, depoſito, commodato, & ſimilibus. Conſtituitur porro differentia inter iudicium vniuerſale & generale, quod in vniuerſale neque in libello, neque in proceſſu cauſæ, nec etiam in ipſa ſententia, neceſſum ſit exprimere res; in generali vero iudicio, licet libellus generalis admittatur, tamen lite conteſtata res exprimi debent, c. abbate ſane, §. ſecus autem, de ſenten. & re iudi. in Sex. Socinus ad c. penult. nu. 18. de libelli obla. Bartol. ad l. 1. nume. 9. de eden. P. vbi tradit rationem diuerſitatis, quanquam & nonnulli aſſerant, in iudicio generali, & talem ſententiam valere, condemno te vt reddas rationem adminiſtrationis tuæ: per textum in cap. qualiter, in 2. de accuſatio. l. ſi quis pro redemtione, C. de donat. & ita tenet Baldus in l. edita, num. 25. C. de eden. Refert Socinus in d. ca. pen. num. 11. de libelli oblat. Andreas Gail. lib. 1. pract. obſeruationũ, obſeruat. 68. nu. 8.*

## CAPVT III.

1 *Quæ in iudiciorum partib. conſideranda.*
2 *Iuriſdictio & eius diuiſio.*
3 *Cauſa.*
4 *Perſonæ.*
5 *Tempus.*
6 *Locus.*
7 *Forma iudicii.*
8 *Conuentionalis iuriſdictio.*

1 IN iudicio partes hæ ſex conſiderandæ ſunt, iuriſdictio, cauſa, perſona, tempus, locus, figura iudicii. Iuriſdictio hic pro iuris dicendi vel iuſtitiæ ſtatuendæ, poteſtate, ſeu pro auctoritate iudicandi accipitur. *a* Iuriſdictio autem vel propria iudicantis ſeu ordinaria eſt, vnde & iudices ordinarii dicti. *b* qui ei præſunt. Alia delegata, cui præfecti dicuntur delegati. *c* Alia conuentionalis ſeu ex conſenſu. Propria ordinaria eſt, quam quis iure ſuo, non ab alio, quam a ſummo pontifice, aut a principe, aut a lege, aut a conſuetudine habet. *d* Delegata, quam quis non iure proprio, ſed alieno veluti nomine & loco alterius exercet. *e* Rurſum ordinaria, vel eſt voluntaria, vel eſt contentioſa ſeu neceſſaria, *f* voluntaria, quæ inter volentes, non inter inuitos exercetur. *g* Neceſſaria eſt, quam ſubditi etiam inuiti ſubire tenentur. *h* Hæcque neceſſaria gradus habet ratione poteſtatis minoris vel maioris iudicandi, alia enim infima, alia media, alia ſuprema, ſeu vulgo alta dicta. *i*

Cauſa eſt res, quæ in iudicium deducitur, cuius conditio diuerſa, & iudices diuerſos facit, & modum agẽdi, & iudicium ipſum. *k* 2

Perſonæ quæ conſiderantur in iudiciis ſunt actor, reus, ſeu defenſor, iudex, *l* & iſtæ principales, item cum his procuratores, aduocati, teſtes, notarius ſeu amanuenſis, vicarii ſeu tenentes locum iudicum, tanquam prædictis accedentes; *m* de quibus in vtroque iure ſunt editi & legendi proprii tituli. 3

Tempus iudicii tres partes habet principium, medium, finem. Principium verſatur in litis conteſtatione, medium a litis conteſtatione vſque ad concluſionem cauſæ; finis autem a concluſione vſque ad ſententiam. *n* Sunt & ibi particularia quædam alia tempora intra prædicta definienda, vt dilationum, & ſimilium quæ ex iudiciorum neceſſitatibus occurrentibus apparebunt. 4

Locus etiam & territorii, *o* & rerum, *p* & tribunalis, inſpiciendus, vt conueniat & tutus ſit. *q* 5

Forma porro iudicii, & ſtylum & conſuetudinem tribunalium iuriſq; obſeruationem deſiderat obſeruari. *r* 6

Conuentionalis iuriſdictio eſt, quæ ex 7

conſenſu contendentium vim habet; vel A quando conſentiunt in nõ ſuum iudicem, qui tamen iuriſdictioné habet, *s* vel quando arbitrium aliquorum deligunt, cui ſub pœna obtemperaturos promittunt. *t*

SCHOLIA.

a *iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicendi vel æquitatis ſtatuendæ, gloſſa ad leg. 1. de iuriſdict. omnium iudic. iuriſdictio diuiditur* B *tanquam genus in merum imperium, mixtum, & ſimplicem iuriſdictionem, leg. imperium, de iuriſdictio. omnium iudic. Iuriſdictionem alio modo pragmatici diuidunt in altam, mediam & infimam ſeu baſſam, de quibus poſtea. Prima conſideratio & primum caput inſpectionis iudicii eſt iuriſdictio, nam a non competenti iudice factum, nullius eſt momenti. l. ſi a non competent. iudic. C. l. fin. de iuriſdictio. o-* C *mnium iudicũ, nullus eſt maior defectus quam poteſtatis, in actu, leg. multum intereſt. ſi quis alteri, vel ſibi. C. plus autem continet iuriſdictio quam notio. l. ait prætor, 5. de re iudic.*

b *vnde titulo de officio iudic. ordina. in decretalibus Gregorii & in Sext. Omnes eccleſiarum prælati ſunt iudices ordinarii, vt ait gloſ. in c. 2. per illum textum, de iud. argu. cap. cum ab eccleſiarum prælatis, de* D *offic. ordina. cap. perlectis, 25. diſtinct. cap. nemo, 2. quæſt. 3. can. experientia, & cap. ſi qui ex fratribus, 11. quæſt. 1. ca. reprehenſibilis, de appellat. cap. 1. de eo, qui furtiue ordines ſuſcepit.*

c *vnde tit. de offic. & poteſtate iudicis deleg.*

d *l. more maiorum 5. & ſequentib. de iuriſdict. omnium iudic. P. c. a iudicib. 2. q. 6. cap. iudices, 11. quæſt. 1. Cuius generis dicuntur, qui iuriſdictiones exercent iure* E *magiſtratus, quem gerunt. Et lex dicitur dare iuriſdictionem, in l. quia, de iuriſdict. omnium iudic. & ibi gloſſ. ad verbum, nec ipſa, leg. 1. §. ad vrbem, de officio præfecti vrb. P. gloſſ. ad cap. ſuſpicionis, ad verba,* ad quos, *de officio deleg. Pano. ad ca. ceterum, de iudic. num. 2. Panor. ad cap. cum ab eccleſiarum, num. 3. de offic. iudicis ordinarii, quo loci & notat principem, cenſeri dediſſe iuriſdictionem ordinariam, quando generaliter concedit adminiſtrationem iuſtitiæ. Iudex ordinarius vniuerſaliter iuriſdictionem exercet, in ſuo territorio, cap. duo, de officio ordinarii. capit. omnes, 22. diſtinct. cap. ſignificaſti, de electio. can. 1. 17. quæſt. 6. l. pupillus, §. territorium, de verborum ſignificat. Tales ſunt epiſcopi iudices ordinarii in ſuis diœceſibus, quib. diſtincta & conceſſa fuit ſingularis iuriſdictio, ad faciliorem reipublicæ adminiſtrationem; quæ & confundi dicitur, cum ſua iuriſdictio cuique non ſeruatur; can. peruenit, 11. quæſtio. 1. Notat tamen Archidiaconus ad cap. experientiæ, 11. quæſt. 1. nullum in Romana curia habere ordinariam iuriſdictionem a ſe ipſo, niſi a Papa. Notatur in clem. ne Romani, de elect. quod quamuis in ea plures ſint ordinarii ſubſtituti, iuxta dictam l. more maiorum, de iuriſdict. omnium iud. P. vtpote auditor contradictarum inter omnes impetrantes; præſides cameræ Apoſtolicæ, in omnibus, quæ ad notionem illorum pertinent; auditor curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, inter omnes curiales, & aliarum cenſurarum reos; Gubernator vrbis inter omnes vrbanos nõ exemtos; vicarius inter omnes clericos etiam regulares, qui omnes ordinarii ſunt, quia a Papa ſubſtituti; tamen reliqui, qui in diuerſas regiones ab ipſo dantur, delegati dicuntur. Conſuetudo etiam dat iuriſdictionem, c. cum contingat, de foro compet. & ibi glo. in verba,* vel conſuetudine, *cap. dilecti, de arbit. & ibi gloſſ. ad verbum* conſuetudinem, *l. 1. & fin. C. de emancipatio. libero.*

e *dicta l. more maiorum, & ſequent. de iuriſdict. omnium iudic. leg. 1. & titul. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdict. Eſt autem delegatio facta ad certã cauſam, determinata; alia ad vniuerſitatẽ cauſarũ.*



f *leg. l. 2. de offic. proconſul. lib. 1. Pand. tit. 16.* A

g *vt in d. l. 2. de offic. proconſul. veluti ſi quid coram aliquo iudice fieri quid poſſit, verum coram eodem quis non cogatur id agere inuitus; vt ſi coram præſide quis velit manumittere, emancipare, vel adoptare. Et illa poteſtas dicitur legis actio, coniuncta iuriſdictioni, quæ nõ cõcedatur omnibus magiſtratib. d. l. 2. iuncta l. 3. de offic. proconſ. P. Sic legatus de latere exercet iuriſdictionem voluntariam, abſoluendo* B *ab iniectione manuum in clericos etiam extra prouinciam ſibi decretam, c. excommunicatis, 9. de offic. lega. can. ad eminentiam, de appellatio.*

h *Contentioſa dicitur & neceſſaria, quæ redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem, §. 1. de verbor. obligat. l. 1. ſi quis ius dicen. non obtemperat, l. fin. de iuriſdict. omnium iudic. in P.*

i *Alta iuriſdictio dicitur aliquibus merum* C *imperium, quod vero eſt mixtum, media; infima vero, iuriſdictio ſimpliciter, in leg. imperiũ, de iuriſdict. om. iud. de his Chaſſaneus late in conſuetud. Burgundiæ titulo 3. de iuſtices & de ferrariis, & alii pragmatici, & nos alibi in ſyntagmate iuris lib. 47. ca. 21. num. 19. & ſequent. Veruntamen hic annotare ſufficiet nullam de diſtinctione harum iuriſdictionum poſſe in genere definitionem dari. Nam in Gallia* D *& alibi, ſunt gradus iuriſdictionum diſtincti in curiis, ſecundum placita & conceſſiones diuerſas principum. Sunt ſacræ iuriſdictiones primi priuatiq́ principum conſilii, omnimodam cum principe habentes poteſtatem. Sunt aliæ curiæ magni conſilii, Senatuum, Toprochorum, ſeu Baillinorum, & aliorum iudicum regiorum, quibus iuriſdictio limitata & definita eſt. Sunt & ducum, comitum, marchionum,* E *caſtillanorum, baronum, & dominorum territoriorum & iuriſdictionalium, certæ iuriſdictiones, vel ex conceſſione feudi, vel ex conſuetudine introductæ & conceſſæ. Sunt & aliæ iuriſdictiones, quæ non cohærent nec pendent ex patrimonio ſeu feudo; quales illæ, quæ collegiis licitis cõceſſæ ſunt, in homines eiuſdem collegii ſeu certi artificii vel conditionis; item illa quæ competit ciuitatum & municipiorum decurionibus in oppidanos & alios illis nõ ſubditos. Inſtituit enim princeps ita per ciuitates & municipia iudices, prout expedire ei videtur, exemplo Ioſaphat regis Iudæ. 2. Paralipom. cap. 19.*

B k *Cauſæ ſeu petitiones deductæ in iudicium propter quas quiſpiam vocatur in ius iuxta cap. foras, de verbor. ſignificat. ſi magnæ ſunt, magnos requirunt iudices, l. non diſtinguemus, §. de liberali, de recept. arb. Pand. l. 2. in fin. de pedaneis iudicib. & ibi. gloſſa ad verbum* dii incident, *leg. iam dudum, vbi cauſa ſtat agi debeat. c. 1. apud quem cauſa ſtatus definia. in vſibus feud. Iudex autem de re quam cognoſcit, debet* C *ſolum iudicare, non de aliis. ca. cum ſuper, de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & ita debet eſſe ſententia conformis libello, l. vt fundus, communi. diuidun. P.*

l *can. nullus vnquam, cano. nullus introducatur, 4. qu. 4. l. Iulianus, l. inter litigantes, de iudic. P.*

m *titulis de procuratorib. de teſtibus, in vtroque iure & de poſtulando in C. & Pandectis de aduocatis diuerſorum iudiciorum,* D *de aduocatis diuerſorum iudicum. Cod. de ſyndico in decretalib. de amanuenſibus ſeu notariis cauſæ aut iudicii, ca. quoniam contraxi. de probationi. lib. 1. tit. 19. cap. ſtatutum 11. §. aſſeſſorem, §. notarium, de reſcript. in Sext. cum ſimilib. accedunt iudicibus conſiliarii, aſſeſſores, delegati, & ſimiles tum miniſtri, tum exſecutores, apparitores, maloferarii, hoſtiarii, carnifices, commentarienſes, &c.*

E n *authent. ad hæc, de re iudica. C. quod procedit non tantum in cauſa principali eiuſque inſtantia, ſed etiã in cauſa appellationis, l. fin. §. illud, de temporibus appellat. C. ante litis conteſtationem res non dicitur in iudicium deducta; & ideo iudex, iudi-*

*care non poteſt, c. accedens, §. cum igitur, vt lite non conteſta. & c. ca. 1. § fin. de litis conteſtatio. Exceptis caſibus, in quibus expreſſum iudicium permittitur ſine litis cõteſtatione, qui plures ſunt, quoſque recenſet Bartachinus tractatu de gabellis, in 9. parte principali num. 20. & ſequentib. vſq; ad 2. Ante litis conteſtationẽ tempus eſt ante iudiciale, ideo mutari ciuilis & criminalis libellus ante illam poteſt; poſtea nequaquam, l. non poteſt, de iudic. P. Bartol. Alexand. Iaſon in l. edicta, C. de eden. Dinus in l. nullus pluribus, de regulis iur. in Sext. Per litis conteſtationem quis obligatur inſtantiæ, & cœptum iudicium dicitur; vt non poſſit pœnitere vel a lite diſcedere, cogaturque ſententiam exſpectare, l. is qui ſe obtulit, & ibi gloſſa, ad verbum* qui diſceſſit, *de rei vendic. l. ſed etſi ſuſceperit, de iudic. P. l. nemo, Cod. de iuriſdict. omnium iudic. Dehinc & ante litis conteſtationem procurator ad iudicia, quaſi re integra adhuc, etiam ſine cauſa reuocari poteſt: non ita poſt conteſtationem, c. 2. de procura. in Sext. l. procuratoribus, C. eod. titul. l. filiusfamilias, l. poſt litem, cum leg. ſequent. eo. P. Sicuti neque procurator ad lites poteſt ſubſtituere ante litis conteſtationem, quia nondum dominus litis factus dicitur lite non cœpta; poſtea vero poteſt. l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandauerit, manda. P. niſi eſſet procurator in rem ſuã, qui & ante conteſtationem poſſet, ſubſtituere in ſui locum alium procuratorem, c. 1. §. 1. de procuratorib. in Sex. Cæterum notandum erit, quod pertinet ad aliquos iuris effectus, litem inceptam videri per ſolam citationem, vt res propter quam in ius vocatio facta eſt litigioſa videatur, vt tanquam eius generis non poſſit interim alienari, authen. litigioſa, de litigioſ. Cod. ſed & ſola citatione litis pendentia inducitur, cle. 2. & ibi gloſſ. ad verbum ad hoc, vt lite pendent. &c. Et præuentio iudicialis, ca. propoſuiſti, & ibi gloſſ. ad verbum* præuentus, *de foro competen. & ibi Panor. l. vbi cœptum, leg. ſi quis poſteaquam, de iudic. Pand. & vtrobique gloſſ. Item ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis delegati, vt non exſpiret morte delegantis, c. ſuper quæſtionem, ca gratum, de officio delegat. Guido Papæus deciſ. 286. Rota deciſ. 9.* de dolo, *in antiq. Subinde in dictis tribus temporibus alia tempora obſeruantur, vocandi vel non vocandi in ius, vt titulo de feriis, in P. & Cod. in dilationis titulo de dilatio. C. tempora eremodicii vel peremtionis inſtantiæ, l. properandum, C. de iudi. C. cap. venerabilis, 20. eodem tit. in appellationibus. titul. de temporibus appellationum, C. in exſecutionibus, l. 3. de fruct. & litium expen. C. in cognoſcendo, veluti ne diebus feriatis valide, etiam de conſenſu partium die dominico fiat, cap. fi. de feriis, l. 1. & l. ſi fallacis, eod. Cod. can. placita, 15. quæſt. 4. can. decreuit, 22. quæſt. 5. §. 1. de conſecra. diſtinct. 1. Obſeruatur, & vt matutino meridiano & veſpertino tempore iudicia reddi poſſint; & nocte, nulla mentio, §. ſedebunt, ſeu cap. 3. de iudicib. nouell. 82. Nam & magiſtratibus in publicum eſſe inconueniens erat veſpertinis temporib. l. 2. §. & quia magiſtratibus, ſeu §. 31. de origine iur. P. Refert Gellius libr. 14. cap. 7. reliquiſſe Varronem ſcriptum, Senatusconſultum ante exortum vel poſt occaſum ſolis factum, ratum non fuiſſe, opinor quod antiqui voluerint omnem fraudis ſuſpicionem ſubmouere, quia tenebræ aptæ ſunt ad fabricandum falſum, l. 1. de ventre inſpicien. & qui male agit odit lucẽ, cap. conſuluit, 29. de offi. delegat. vbi & ideo ante noctis tenebras mandatur perfici negotium die cœptum. Habetur & ſuſpecta collatio fraudis noctu factæ. capit. vnic. vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferant. verba legis 12. tabularum referuntur a Gellio lib. 7. cap. 2.* Ante meridiem cauſam conſcito, cum perorant ambo præſentes. Poſt meridiem litem præſenti addicito; ſi ambo præſentes, ſol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.



eſto. *Contrarium tamen Senatus Athenienſis Areopagiticus ſeruaſſe & probaſſe videtur, vt ait Lucianus in Hermotimo de recto iudicando agens:* ἐν νυκτὶ ϗ σκότῳ δικάζουσιν: ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλὰ τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν. *id eſt, noctu & in tenebris iudicare ſolent, ne ad dicẽtes reſpicere poſſint, ſed ad dicta.*

o *vt in l. fi. de iuriſdict. om. iud.*

p *in titulo, vbi in rem actio exerceri debeat, C. tit. 3. titul. 9. authen. qua in prouincia, vbi de crimin. agi oporteat, nempe & in delicti loco.*

q *veluti, vt in loco maiorum iudicium exerceatur iuxta conſuetudinem, cap. vt litigantes, de offic. ordinar. in Sexto. Conueniens & locus iudiciis dicitur: ſi exerceatur in ciuitatibus & locis inſignibus, iuxta cap. ſtatutum. 11. de reſcript. in Sexto. & in diœceſi d. cap. vt litigantes, niſi forſan iudex fuerit pulſus ex ſua diœceſi. clem. 1. de foro competen. Attamen epiſcopus vbicunque voluerit in ſua diœceſi, iudicia exercere poteſt, cap. cum epiſcopus, 7. de offic. ordinar. & d. cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in Sext. Conſideratur & num locus tutus ſit vocato in ius, & num eius ibi ſint inimici. cap. ſine, 33. quæſt. 2. clem. paſtoralis, de re iud. Aliter enim vt ibidem dicitur, citatus in loco non tuto non tenetur ibi comparere, vt & in c. ſi vero, de iureiurand. d. c. ſtatutum, de reſcript. in Sex. & admitteretur ab eo appellatio, cap. ex parte, de appellatio. cum ſimilib. Idem dicendum, ſi iudex iuſſerit venire aliquem ad locũ inhoneſtum, puta ad lupanarium, vel popinam; non enim tenetur eo venire, l. ſi cum dies, §. ſi arbiter, de recept. arbitris. Conſideratur & locus in iudiciis, vt fiant in publico non ſecreto; alioquin non valent. l. cum ſententiam, 6. de ſenten. & interlocut. omnium iudic. libr. 7. Cod. titul. 45. meminit Gellius lib. 7. cap. 2. de fragmento legis 12. tabularum, in qua de foro publico mentio fit iudiciorum exercendorum. Et Cicero 2. Rhetoricorum vel auctor eius libri ad Herennium,* lex videtur, *inquit*, iubere iudicem in comitio, aut in foro cauſam ex vtriuſque iudicantis oratione cognoſcere. *Sed & obſeruandum, ne iudex laicus, maxime ſecularia iudicia in eccleſia exerceat vel placita. c. 1. de immunitate eccle. lib. 1. tit. 49. ca. decet, 2. §. ceſſent, eod. tit. in Sex. eccleſiaſtica aliquando poſſunt, c. fi. 2. q. fi.*

r *vt titulo de ordine cognitionum, lib. 7. C. tit. 19. de ordine iudiciorum, lib. 1. C. tit. 8. & lib. 2. decretalium, tit. 10. quando ciuilis actio præiudicet, & an vtraq; ab eodem exerceri poſſit, lib. 9. C. tit. 31.*

s *vt in l. 2. de iud. P. l. eſt receptum- de iuriſ. om. iud.*

t *can. a iudicibus, 2. quæſt. 6. eo pertinet titulus de arbitris. Arbitria ad inſtar iudiciorum redacta fuerunt. l. 1. de recept. arbi. Pandect. Seruant litigantes vt plerunq; metu pœnæ arbitria. l. non diſtinguemus, §. 1. de recept. arbitr. Pandect. cap. 2. de arbitr. vel metu iuramenti, quod ſecundum canones interuenire ſolet, cap. 2. cap. per tuas, eod. tit. ca. quod licet, 22. q. 1. quamuis aliter ſtatutum ſit iure ciuili, authent. decernimus, de arbitris, Cod. verum præualet ius pontificium in cauſis animæ iuri ciuili. cap. nouit, de iudic. ex presbyteris Dei pendet anima populi, Iudith 8. cap. verſ. 18.*

## CAPVT IIII.

### *Qui iudicium exercere poſſint.*

IVdicium exerceri & ſententia dici debet a proprio & competente iudice, alioquin non valet. *a* Iudicia exercere vel ferre prohibentur natura, mutus, ſurdus, perpetuo furioſus, impubes: quia iudicio carent; lege, ſenatu motus, infames, & alii quidam; moribus, fœmina, ſerui. *b* Iudex omnium in terra ſummus pontifex, nullus eum, aut iudicia eius iudicat. *c* Iuriſdictionem ordinariam habẽt prælati in ſuos ſubditos ſuæ diœceſeos. *d* Aliqui etiam plebani & alii epiſcopo inferiores in ſibi

ſubiectam plebem; *e* abbates, priores, in ſibi ſubditos & monachos. *f* Abbatiſſa in moniales & in ſubditos ſibi clericos etiã, quos tamen excommunicare non poteſt. *g* Cæterum iuriſdictio epiſcoporum in clericos, qui habẽt curam animarum, non eſt ab abbatibus vſurpanda. *h* Habent & præpoſiti ſeu prælati eccleſiæ iuriſdictionem; *i* omnibus tamen clericis ad ſacros ordines promotis, vetitum de pœna ſanguinis vel truncationis membrorum iudicare vel conſilium iudicantibus dare, vt alibi dictum eſt. *k*

S c h o l i a.

a *cap. at ſi clerici, de iud. c. in primis, verſ. de perſona, 2. q. 1. ca. ad audientiam, de conſuet. l. fi. ſi a non competen. iud.*

b *ca. infamis, 3. q. 7. l. cum prætor, §. non autem, de iud. Pand. vbi gloſſa ſimilia textui notat; vide quæ dicemus infra tit. 4. de arbitris, cap. 6. iuncta gloſſ. tit. 6. de permiſſo iudicio mulieribus.*

c *can. pater, can. nemo iudicabit, 13. cano. cum aliorum hominum, 14. can. cuncta per mundum, 17. 9. quæſt. 3. can. ſi Papa, 40. diſtinct. a Deo ſolum iudicandus ſummus pontifex, c. ſatis euidenter, 96. diſtin. Scribit & Paſchalis in c. ſignificaſti reges, de elect. Concilia Romanæ ſedi legem non præfigere, cum omnia concilia & facta ſint per Romanæ eccleſiæ auctoritatem, & robur ab ea acceperint; atq; in eorum ſtatutis patenter excipiatur Romani Pontificis auctoritas. Niſi forſan Romanus Pontifex ſe alicuius iudicio ſubmittat, can. nos ſi, 2. quæſtio. 7. & in cauſa hæreſis, can. ſi papa, 40. diſtinct. Atq; vt ait gloſſa in d. can. 13. nemo iudicabit, 9. quæſtio. 3. cum papa ſe ſubmittit confeſſori ſuo, tenetur ei parere. Additque quod dum papa peccat, poſſit, eius peccatum etiam eccleſiæ denunciari ſecundum admonitionem Euangelii. can. ſi peccauerit, 2. quæſtio. 1. Tale tamen debet eſſe crimen, ex quo denunciatio permittatur, & ex quo poſſit accuſari, vt explicat gloſſa ad can. ſi papa, 6. ad verbum* a fide deuius.

d *c. non minus, de immunita. eccleſia. lib. 3. tit. 49. c. 1. de offic. ordinar. & proprie epiſcopi ſunt in ſuis diœceſibus ordinarii iudices, vide cap. ordinarii de officio ordina. in Sexto. Qui canonicam etiam habent prælaturam, habent electionem & iuriſdictionem, can. experientiæ tuæ, 11. quæſt. 1. cum ſimilibus. neq; epiſcopi de aliena iuriſdictione vel aliorum epiſcoporum debent ſe intromittere via ordinaria aut prima inſtantia, ſine illorum ſcientia, ca. nullus primas, 9. quæſt. 3. aliud autem dicendum de appellatione, quæ ad ſuperiorem ab inferiori deuoluitur gradatim; non enim Primas etiam aut Patriarcha habet iuriſdictionem in epiſcopos, ſed tantum in archiepiſcopos, can. conqueſtus, 9. q. 3.*

e *ca. 2. & c. cum ab eccleſiarum prælatis, de de offic. ordin.*

f *c. illorum, de ſenten. excom. c. cum in eccleſiis, de maiori & obedien.*

g *c. dilecta, de maiori. & obedien.*

h *Eius iuriſdictionis vſurpandæ prohibitio, & quæ ad eam pertinent ponuntur in cap. interdicimus, 10. 16. q. 1.* Interdicimus, *inquit Calixtus 2. Papa,* etiam abbatib. & monachis, publicas pœnitentias dare, infirmos viſitare; & vnctiones facere, & miſſas publicas cantare, chriſma & oleum, conſecrationes altarium, ordinationes clericorum ab epiſcopis accipiant, in quorum parochiis manent. *Fere idem dictum & plura prohibita, in c. accedentib. de exceſſ. prælato. vbi & publicas pœnitentias, pertinere ad epiſcopos ſolos, dictum eſt, idemq; in cap. in capite, 10. diſt. poterit tamen abbas inuitatus vel rogatus alibi quam in proprio monaſterio, publicas cantare miſſas populo, can. luminoſo, can. dubium, can. abbatem, 18. q. 2.*

i *c. 1. 15. q. 4. ca. non minus, de immunita. eccleſiarum, d. cap. cum ab eccleſiarum, de offic. ordinar. facit l. fin. de iuriſdictio. om. iudicum.*





ii *ſup. lib 4. tit. 15. de pœnis, c. 1. facit ca. ſententiam ſanguinis, ne cleri. vel mon. ſecula. neg. ſe immiſce. cap. ex literis, de exceſſ. præla. cum ſimil. ibi nota.*

C a p v t V.

1 *Quæ ad bene iudicandum requirantur.*
2 *De ſuſpectis iudicib. & cauſis ſuſpicionis.*
3 *De ſcribendis actis.*
4 *De ſeruando ordine.*

1 IVdicia vt bene fiant, primum a iudicib. ordinatis determinari debent; ſecũdum præſcripta a canonibus vel a iure pontificio, *a* ſine obſeruatione inani formularũ, actionum; propoſita & audita ſufficienter petitionis intentione, *b* ſine odio, amore, timore, cupiditate, quia hæc quatuor humana ſolent corrumpere iudicia. *c* Eſt & intempeſtiua miſericordia in iudicio. *d* Ineſſe tamen rectoribus circa ſubditos ſuos, iuſte conſolans miſericordia, & pie ſæuiens diſciplina. *e* In rebus porro ambiguis nõ debet eſſe abſolutum iudicium; *f* Cum illud non niſi ſecundum allegata certum fieri debeat, *g* neq; ſecundum ſolam conſcientiam, *h* ita plena diſquiſitione diſcutiendum eſt prius negotium. *i* Sed nec debent archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, aliique eccleſiarum prælati, de nogotiis eccleſiaſticis maxime de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur, laicorum iudicio diſponere, aut propter eorum prohibitionem eccleſiaſticæ iuriſdictionis omittere exercitium & iuſtitiam. *k*

2 In ſumma, omnia iudicia ſine vlla iudicis peruerſa ſuſpicione procedere debent. *l* Ideo & ſuſpecti iudices maxime ſi poſtulet aduerſarius, ſubmouendi erunt, *m* aliique in eorum locum ſufficiendi haud ſuſpecti. *n* Cauſæ autem ſuſpicionis ad reprobandum iudicem plures, veluti ſi ſimilem cauſam cum aduerſario habeat, *o* ſi ſocius aduerſarii vel concanonicus, *p* aut multum familiaris, *q* aut conſanguineus, *r* aut dominus impetrantis, *s* aut eius vaſallus, *t* aut inimicus recuſantis; *u* ſunt & his aliæ ſimiles cauſæ proponendæ; *x* & proponẽdæ coram iudice recuſando, & probandæ coram arbitris electis ob eam cauſam. *y*

3 Oportet & omnia iudicii acta conſcribi, *z* caueri que ne lite pendente in præiudicium cauſæ vel litis quippiam innouetur. *aa*

4 Seruandus & iudiciorum ordo & ſolemnia, aliter iudicium erit nullum. *bb* Item & ſequenda delegatis forma mandati delegationis. *cc* Requiritur & conſeruatio cognitionis ordinis, vt prius de exceptionibus quam actionibus pronuntietur; *dd* Et de præiudiciali cauſa cum aliis concurrente, primo loco. *ee* Et concurrentibus pluribus præiudicialibus, maior ante minorem expediatur; *ff* Prius de poſſeſſione quam de proprietate, ſeu de iure, *gg* coram eodem iudice; *hh* niſi cumulate procedatur ſuper poſſeſſorio & petitorio. *ii*

S c h o l i a.

a *In prooemio decretalium, §. fin. c. 1. §. fin. de conſtitutio. quæ ſint autẽ decreta, quæ concilia, qui canones, ex quibus quis iudicare debet, docetur in ca. de libellis, 20. diſt. Iudex plus legib. quam ſuæ voluntati obtemperare debet, can. iudicet, 3. q. 7. ius ciuile quoq; iubet ſecundũ leges iudicari. l. nemo, de ſent. & interlocut. om. iud. P. Iuſtinia. in §. 1. de offic. iudic. Magiſtratus ſeu iudices ſunt tantum iuris adminiſtri, non autem conditores, ad effectum iura perducentes, l. 2. §. poſt originẽ, de orig. iur. quamobrem ſecundum ius iudicare debent, alioquin viderentur vſurpare iuris condendi facultatem, quæ ad ſolos principes pertinet, l. 1. & fi. C. de legib. Sic mandatur vt cauſæ clericorum etiam pecuniariæ, ſecundum ius canonicum determinentur, cap. quod clericis, 9. de foro compet.*

b *c. dilecti, 6. de iudic. l. 2. de formul. & impetratio. ſublatis, lib. 2. C. titul. 58. non tamen intelligere hinc debemus ſublatas eſſe actiones, ſed tantum ſcrupuloſas earũ con-*

ceptiones,in quibus qui cadebat a ſyllaba A
conceptionis,cadebat a iure, ſicut & in a-
liis quibuſdam ſcrupuloſæ formularum
conceptiones fuerunt a medio ſublatæ, vt
in donationib. l. fi. C. de donat. in ſtipula-
tionibus,§. 1. de verb. oblig. in arbitris. l. 4.
de recto arbit. P. in emancipationibus ſer-
uorum, l. fin. de emancip. liber. C. l. fin. C.
de adoptio. & in ſimilib. quibuſdam.

c ca. quatuor, cum duobus ſequenti. 11. q. 3.
can. accuſatores, in 2. 3. qu. 5. nec affecti- B
bus debet indulgere iudex, can. iudicet,
§. iudicet ille, 3. q. 7. c. relatum, §. fi. 5. q. 2.
can. iudicare, can. ira, & ſeq. vſq; ad c. qui
recte, 11. q. 3.

d c. eſt iniuſta, 23. q. 4. vbi & exempla mi-
ſericordiæ contra præceptum domini. Et
ratio quod facilitas veniæ incentiuum tri-
buit. Atque culpam eſſe in intempeſtiua
miſericordia erga vinctum, qui ad iudi-
cium ſeruatur. docet l. ſi hominem, 7. de- C
poſiti. P. l. addictos, Cod. de epiſcop. audien.
Quæ autem conueniant magiſtratuũ per-
ſonæ, docet Calliſtratus in l. obſeruandum
eſt, 19. de officio præſidis. Obſeruandum
eſt, *inquit*, ius reddendi, vt ſe facile qui-
dem in adeundo præbeat, ſed cõtemni
non patiatur. Vnde mandatis adiicitur,
ne præſides prouinciarum in vlterio-
rem familiaritatem prouinciales ad-
mittant; nam cõuerſatione æquali con- D
temtus dignitatis naſcitur; ſed & in co-
gnoſcendo neque excandeſcere aduer-
ſus eos, quos malos putat, neque preci-
bus calamitoſorum illacrymari opor-
tet; id enim non eſt conſtantis & recti
iudicis, cuius animi motum vultus de-
legit, &c. Sed & iudex, qui contra conſci-
entiam & iuſtitiam per gratiam odium
aut ſordes iudicat, eſt ipſo iure ſuſpenſus,
& per ſolum Papam abſoluendus, ſi ſe in- E
gerit diuinis, c. cum æterni, de ſenten. & re
iudic. in Sex.

e non eſt diſciplina ſeruanda ſine miſericor-
dia, nec miſericordia ſine diſciplina; ſed ex
illis duobus temperandum erit iudicium
maxime criminale, c. diſciplina, 9. & ca.
omnis, 10. c. duæ ſunt, 13. 45. diſt. l. reſpi-
ciendum, de pœnis.

f c. habuiſſe, 7. 33. diſtin. can. conſuluiſti, 2.
quæſt. 4. Certa ſententia abſolutionem vel
condemnationem continere debet. l. 1. de
re iudic. vel declarare adhuc non liquere
& amplius inquirendum; ambiguũ enim
decidi non debet, veruntamẽ non eſt omit-
tendum ambiguitatem quandam eſſe iu-
ris, quandam facti, quandam perſonæ; In
his quæ iuris habent dubitationem per-
mittitur de ſimilibus ad ſimilia plerunque
iudicare, vt in cano. de libellis, 20. diſtinct.
can. ſicut, 14. diſtinct. In facti autem am
biguitate non eſt in alterutram partem
facienda ſententia, in cuiuſque præiudi-
cium, cap. graue, 11. quæſti. 3. Si vero du-
bium non ſit in facto, ſed in perſona, poterit
aliquando ſententia afferri in cap. quibuſ-
dam, 5. q. 1.

g cap. conſuluiſti, 2. q. 4. c. multi, 2. quæſt. 1.
l. illicitas, §. veritas, de offic. præſid. Felinus
in ca. paſtoralis, §. quoniam, de offic. deleg.
Dicitur & in c. iudicet, 2. q. 7. quod iudex
in loco iudicii debet conſcientiam, quam
de domo portauit, deponere, & ſecundum
allegata & probata iudicare, & iuxta ca-
nones & non ſecundum propriam ſenten-
tiam. c. ſummopere, 11. quæſt. 3. c. iudicet,
3. q. 7. c. ſi tantum, & ca. placuit, 6. quæſt. 2.
l. rem non nouam, C. de iudic. §. quia vero,
de iudicibus in nouellis. Eſtque hic quæ-
ſtio ſatis implicita, dum iudex ſcit vere
contrarium eius, quod probatum dicitur
coram eo, quod agere debeat. Cuius reſo-
lutio varias habet ſententias, quas refert
gloſſa ad c. 1. ad verb. ſecundum quidem
canones, de officio ordinar. quia contemta
veritate ex vna parte, iudicandum non
eſt, can. qui contemta, 8. diſtinct. dicuntq;
quidam, iudicem habentem aliquid in
conſcientia, contra quam ſit probatum
coram eo, alteri cauſam debere delegare,
per leg. præter, de iuriſdict. omnium iud.
Alii dicunt, quod licet iudex aliud quam
per



per probationes legitimas conſtet, in conſci- A
entia propria habuerit, debeat iudicare ſe-
cundum id, de quo in iudicio facta eſt illi
fides; nec debeat ſequi conſcientiam ſecun-
dum ante adducta iura, quia non ſcit ex
conſcientia tanquam iudex, ſed tanquam
Deus, cap. 2. de officio ordinar. can. ſi tan-
tum, can. placuit, 6. quæſt. 2. & amplecti-
tur illam ſententiam gloſſa ad dict. cap. de
offic. ordinar. Ego tamen exiſtimarem in
iudiciis irretractabilibus, contra ſciẽtiam B
ſuam & indubitatam veritatem penes ſe
exſiſtentem, iudicare non debere; ſed po-
tius, vel a iudicio abſtinere, vel diffindere
ſeu differre iudicium, vt fecit Aul. Gel-
lius libr. 12. capit. 2. & potius eiurandum
eſſe munus iudicandi cenſeo, quam con-
tra ſcientiam certam iudicare, maxime
cum ſententia irreuocabilis, in præiudi-
cium tertii irreuocabile, conuertitur, vnde
iudex etiam pœna contra veritatem iudi- C
cans, dignus eſt, c. cum æterni, de ſenten. &
re iud. in Sext. Diſputat de hoc pleniſſime
diuus Thomas & Caietanus, 2. 2. quæſtio.
67, artic. 2. doctores, ad legem ex reſcripto,
de muneribus & honorib. gloſſa ad capit.
paſtoralis, ad verbum teneatur, de offic.
delegat.

h iudex ex ſua ſola ſcientia iudicare non de-
bet, ca. ſi ſacerdos, de offic. ordinar. Gellius
lib. 12. cap. 2. vt dictum ſuperiori anno- D
tatione; neque enim partis vel teſtis perſo-
nam agere poteſt, l. Iulianus, l. inter liti-
gantes, de iud. P.

i ca. fin. 30. q. 5. l. 9. C. de iud. l. vbi falſi, C. ad
leg. Cornel. de falſ.

k c. 2. de iud. reprobatur conſuetudo, in cap.
ad noſtram, 3. de conſuetud. tanquam mi-
nus rationabilis per quam, cum aliqua
cauſa tractabatur etiam eccleſiaſtica, alle-
gationibus & querelis vtriuſque partis E
auditis a præſentibus literatis, ſapientibus
& inſipientibus, quid iuris eſſet ſtatuen-
dum quærebatur, & ſecundum plurium
voces ſententia ferebatur. Laici quippe de
rebus eccleſiaſticis & iudiciis illarum ſe
intromittere non debent, c. cũ laicis, de reb.
eccleſi. non alien. ca. contingit, de arbitr.
cap. eccleſi. de conſtitutionibus, cap. bene
quidem, 96. diſtinct. Quanquam prohi-
bitum non ſit, pecuniarias & ciuiles quæ-
ſtiones per eccleſiaſticos laicis delegare, &
eccleſiam laicos iudices eligere, cap. expo-
ſita, de arbitr. cap. fi. ne cleric. vel monach.
ſecularibus negotiis ſe immiſc. in Sexto.
Papa etiam ciuiles aut criminales cauſas,
& ſpirituales, laicis delegare poteſt etiam
perſonarum eccleſiaſticarum, vt in cap.
præter, §. verum, 23. diſt. cap. Mennam,
2. quæſt. 4. ca. in ſynodo, 6. diſt. c. Hadria-
nus, 10. q. 3.

l in proxime citatis iurib.

m Suſpecti iudices reiiciũtur ſeu recuſantur,
can. quia ſuſpecti, 4. q. 5. ca. cum inter, de
except. cap. cauſam, de iud. l. apertiſſimi,
C. eod. tit.

n Secundum ius canonicum, & ordinarius
iudex recuſari poteſt, cap. licet in fine, de
foro competent. c. cum ſit ſpeciale, de appel.
Quamuis de iure ciuili recuſatione pro-
poſita contra ordinarium iudicem, non re-
iiciatur, ſed alius non ſuſpectus ei coniun-
gatur, l. aptiſſimi, C. de iud. iuncta authen.
ibi poſita, ſi contigerit. & authen. offera-
tur, de litis conteſtat. ſed vtimur in hoc iu-
re pontificio.

o dict. c. cauſam, 8. de iud. cap. cauſam quæ,
de offic. delega. Iudice porro ſuſpecto decla-
rato, idem ex conſenſu recuſantis alii ne-
gotium principale committit cognoſcen-
dum, vel ad ſuperiorem illud ipſum tranſ-
mittitur, c. ad hæc, 27. in fine, & can. cum
ſpeciali, 61. & ipſa probata, de appellat.
cap. ſi quis contra, 4. de foro competent.
leg. 4. verſ. in eo ſcilicet, leg. 16. §. ſancimus,
verſ. illo autem, Cod. de iudic. niſi forſan
iudex delegatus fuerit recuſatus, nam is
etiam ex conſenſu recuſantis non poteſt
alii negotium committere, cap. iudex 5.
de offic. delega. in Sexto. Sed etſi clericus
ſuſpectum ſibi dicat eſſe epiſcopum, de eo
alii vicini epiſcopi cognoſcere debent, can.

*placuit, 2.quæſt.6.can.presbyter, 11.q.3.* A
*Dehinc ordinarii iuris eſt, vt iudice recu-*
*ſato vel ſuſpecto exſiſtente, eius vicarius*
*ſeu locum tenens adeatur, vt contra, vica-*
*rio ſuſpecto, eius ordinarius; vtroque au-*
*tem ſuſpecto, ſuperior. leg. vnic. ſi quacun-*
*que præditus poteſta. ad ſibi ſubditarum,*
*& c.aſpirauerit nuptias, Cod. dicto capit.*
*cauſam, 8. de iudic. can. 4. can. nullus, 4.*
*quæſtione 1. præſumitur enim iudicatu-*
*rum eum pro aduerſario, vt in ſimili ſua* B
*cauſa ſimile fiat iudicium, iuxta leg. 1.*
*quod quiſque iuris in alium ſtatuer. Pan-*
*dect. Et nemo in cauſa propria iudex eſſe*
*debet, titul. nequis in propria cauſ. iudic.*
*Cod. ſic reiicitur teſtis a teſtimonio, ſi ſimi-*
*lem cauſam habeat cum aduerſario, cano.*
*ſi teſtes, §. liberi, & can. teſtes, 4. quæſtione*
*3. facit capit. cum eccleſiaſtica, de exce-*
*ptionibus.*

p *c. cum canonicus, de offic. delega. l. ſenatu,* C
*de offic. præſid. P.*

q *c. inſinuante, de offic. delega. cap. cum ſpe-*
*ciale, de iud.*

r *ca. accedens, in 2. vt lite non conteſta. &c.*
*c. poſtremo, de appellat. ca. quia ſuſpecti, 4.*
*quæſt. 5.*

s *cap. cauſam quæ, de offic. delegat. capit. ac-*
*cuſatores, 4. quæſtione 5. cano. 4. 11. quæ-*
*ſtione 3.*

t *Quia debet ei fidelitatem ex iuramento,* D
*& ex eo non poteſt conſiliũ vel iudicium*
*aduerſus eundem dare. cano. de forma, 22.*
*quæſtione 5. cap. accedens, vt lite non con-*
*teſta. &c.*

v *inimicus repellitur ex capitibus ante cita-*
*tis, & ex eo quod diximus, vt amorem, ita*
*odium impedire legitimum iudicium, atq;*
*inimicitias reddere aliquem alicui ſuſpe-*
*ctum dicitur, in leg. tutor quoque, §. ſi tu-*
*tor inimicus, de ſuſpectis tutoribus Pan-* E
*dect. leg. cum prætor, de iudic. Pandect.*
*Talis etiam & conſanguineus inimici. di-*
*cto cap. accedens, in 2. vt lite conteſtat. Iu-*
*dex medius eſt inter actorem & reum, &*
*proinde in alterutram partem per odium*
*vel affectionem declinare non debet, ſed*
*recte & iuſte iudicare pro vtroque. leg. v-*
*bi, C. de falſ. §. viro quoque. nouell. iuſiu-*
*randum, quod præſtatur ab his qui admi-*
*niſtra. ſuſcip.*

x *ſunt enim plures cauſæ, ex quibus poteſt*
*præſcribi ſeu excipi contra iudicis perſo-*
*nam, vt quia mutus, ſurdus, minor, furio-*
*ſus, ſenatu motus, fœmina, &c. leg. cum*
*prætor, de iudic. cano. 1. §. tria ſunt, 3. quæ-*
*ſtione 7.*

y *cap. cum ſit ſpeciale, & capitulo ſecundo*
*requires, 41. §. tertio, de appellatio. cum ſi-*
*milib. in gloſſ. notatis; & in capit. licet, 10.*
*de foro competent. capit. ſuſpicionis, 39.*
*de offic. deleg. Si tamen cum recuſatio an-*
*te, alii coniudices dati fuerint, non ante*
*arbitros, ſed coram coniudicibus erit cau-*
*ſa probanda & cognoſcenda recuſationis,*
*capit. ſi contra, de officio delegat. in Sexto.*
*Quemadmodum etiam, ſi delegatus recu-*
*ſetur, cognitio ad delegantem, non ad arbi-*
*tros erit referenda. dicto capit. ſi contra, §.*
*cum autem, & ca. ſuper, 27. §. quem vero,*
*& §. eius ergo. eo. tit. Et ſi recuſetur officia-*
*lis, cognitio erit epiſcopi, vt dicitur in d. ca.*
*ſi contra, in fin.*

z *c. quoniam contra, de probationib.*

aa *ca. 1. & 2. vt lite penden. nihil innouetur,*
*c. cum veniſſent; de [illegible] ſtitutio. clem. cum li-*
*te, 2. eod. tit. vbi explicatur, quando dica-*
*tur lis pendere.*

bb *c. cum dilectus filius, de purga. canonica.*
*ſeruandus & ordo in publicis iudiciis, niſi*
*omnino manifeſta eſſet omnib. culpa, can.*
*quæ Lotharius, 2. q. 1.*

cc *Aliter irritum fit, quod geritur ipſo facto,*
*c. Piſanis. de reſtitu. ſpolia.*

dd *vt c. exhibita, 8. de iud. c. literas tuas, 13.*
*§. ſecunda vero aſſertio, de reſtitut. ſpoliat.*
*c. 1. 2. 3. de ordine cognitio.*

ee *cap. fin. §. de hæreditate, §. ſi crimen, §. qui*
*confitetur, 3. quæſt. 11. l. 2. 3. 4. de ordine*
*cognitio. Cod. præiudicium dicitur res, quæ*
*cum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis ex-*
*emplum quod ſequantur, vide §. præiudi-*
*ciales,*



*ciales, de act. & ibi Theoph. vide & Cice-* A
*rone oratio. pro Cluentio. & ibidem Aſco-*
*nium Pædianum.*

ff *dict. can. final. in princip. 3. quæſt. 11. l. ſi.*
*de ordine cognitio. lib. 7. C. tit. 9. l. 1. Cod.*
*qui accuſare non poſſ. quando videlicet*
*concurrunt, & altera alteri facit præiudi-*
*cium, leg. per minorem, 54. de iudic. l. ſcio,*
*4. de in integrum reſtitut. declaratur in l.*
*rei maioris, 21. de exceptionibus. Concur-*
*rente tamen ciuili cauſa cum criminali,* B
*poterit ciuilis prior agitari, l. 1. C. quando*
*ciuil. actio. crimina. præiudic. poterunt, &*
*ſimul l. cum ciuili, 3. de ordine iudicio. li. 3.*
*C. tit. 8.*

gg *cap. ad vltimum, 2. de cauſa proprieta. &*
*poſſeſſ. l. ſi de vi, 37. de iudic. P. l. qui cætu,*
*5. §. ſi de vi, ad leg. Iuliam, de vi public. P.*
*l. exitus. 35. de acquiren. poſſeſſ. l. ordinarii*
*iuris, 13. de rei vend. C. l. ſi quis, 3. finium*
*regundo. l. 3. C. de interdict. l. ſi coloni. 14,* C
*de agricol. & cenſit. li. 11. C.*

hh *Aliter ſi coram duobus iudicibus pende-*
*ret ſeparatim poſſeſſorium & petitorium,*
*atque poſſeſſorium intra biennium non*
*fuerit definitum, capit. 1. §. præterea quia,*
*de treuga & pac. in extrauagant. com-*
*munibus.*

ii *quando poſſeſſorium cum petitorio eſt cu-*
*mulatum, tunc de vtroq; iudex ſimul ſen-*
*tentiam ferre poteſt, quemadmodum &* D
*de vtroq; ſimul proceditur in c. cum eccle-*
*ſia, 3. & c. cum ſuper, 4. c. cum dilectus, 6.*
*de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

## Capvt. VI.

*De quibus iudicare poſſit iudex.*

IPſe iudex diſpicere debet, num negotia
quæ ad iudicium eius deferuntur, ſint
ſuæ iuriſdictionis; *a* ſcire autem debet iu-
dex eccleſiaſticus ad ſuam iuriſdictionem
pertinere quæſtionem iuris patronatus, *b*
& alia eccleſiaſtica; *c* de omni etiam cri-
mine clericus coram iudice eccleſiaſtico
conueniri debet, *d* audiri, & iudicari. *e* Ni-
ſi fuerit incorrigibilis, & exauctoratus a
A iudice eccleſiaſtico, traditus vel relictus
curiæ ſeculari. *f* Debet & clericus cleri-
cum de omni negotio coram proprio e-
piſcopo ad iudicium vocare. *g* Laicus et-
iam clericum. *h* Clericus vero laicum de
re non ſpirituali, coram ſeculari; *i* quia a-
ctor debet generaliter ſequi forum rei. *k*
At iudices ſeculares non poterunt cleri-
cum debitorem compellere ſoluere; *l* Po-
terit tamen aliquando ob cauſam mixtam
B eccleſiaſticam & ſecularem, ſub vtroque
foro eccleſiaſtico & ſeculari in iudicium
vocari quiſpiam, vt in ſacrilego, *m* vſuris, *n*
periurio, *o* adulterio; *p* ſicque de cæteris
quibuſdam, in quantum continet pecca-
tum & detrimentum animæ, cognoſcit
eccleſia, *q* quanquam de iiſdem cognoſcat
forum ſeculare. Poſſunt & ſeculares adire
forum eccleſiſticum, ſi deſtituantur foro
vel iuſtitia temporali vel ſeculari. *r* Pote-
C runt & laici ſui iudicis vel alterius, in ſuis
cauſis iuriſdictionem prorogare ſine eius
conſenſu. *s* Clerici tamen, ſine conſenſu
ſui epiſcopi, non poſſunt. *t* Attamen quili-
bet clericus vndecunque ad curiam Ro-
manam vocari poteſt, quia omnium ec-
cleſiarum Romana mater eſt, verum voca-
tus comparens, poteſt ius reuocandi do-
mum, ſeu remiſſionem ad proprium iudi-
cem impetrare. *v* Sortitur autem quis
D proprium forum aut eccleſiaſticum, aut
ſeculare, vel ratione delicti, eius loci, in
quo illud commiſit; *x* vel ratione loci con-
tractus, *y* aut ratione domicilii, *z* aut ratio-
ne rei, de qua contra poſſeſſorem moue-
tur quæſtio. *aa* Ratione etiam dignitatis
aut priuilegii forum quis aliud ſortiri po-
teſt, *bb* maxime pro perſonalibus actioni-
bus; *cc* cuius rei exempla in iure facile oc-
currunt; *dd* per reconuentionem quoque
E quis forum alterius ſortitur. *ee*

### Scholia.

a *l. ſi quis ex aliena, 5. de iud. l. 2. ſi quis in ius*
*voca. non ierit. P.*

b *c. 3. de iudic.*

c *Quemadmodum de ſimonia, de ſacra-* A
*mentis, de iuramento, ratione cuius etiam*
*laicus vocatur coram iudice eccleſiaſtico.*
*c.3.de foro compe.in Sex.*

d *cap.clericis, 8.de iud.can.1.2.& ſequent.*
*11.q.1.authent.ſtatuimus, C.de epiſcopis*
*& cleric.debet & eſſe ordinarius, vel alius*
*cui ex conſuetudine vel priuilegio data*
*fuerit iuriſdictio & poteſtas cognoſcen-*
*di, capit.cum contingat, 13. de foro com-*
*petent.* B

e *c.at ſi clerici, de iud. c.cum non ab homi-*
*ne, eodem titu. Sunt tamen caſus, in quibus*
*poſſunt clerici, vel res eorum iudicari co-*
*ram iudice laico, veluti in Gallia iudices*
*regii Senarchi vel ſeneſchalli, ſeu baillui,*
*iudicant de cauſa poſſeſſorii beneficiorum,*
*ex indulto regi conceſſo & conformato per*
*Martinum 5. ſummum pontif. quod re-*
*fertur & inſeritur in dec.1. Guidonis Papæ*
*1. Regii quoque iudices ſeu parlamento-* C
*rum cognoſcunt, ſi quid contra concorda-*
*ta regia & pontificia a clericis agatur; Id-*
*que reformant per modum abuſus com-*
*miſſi, ratione facultatis regi conceſſæ, ea*
*de re per ſummum pontificem in §. fin. de*
*robore & firmita. c. cõcordator. in concor.*
*Poſſunt & non obedientes ſedi Apoſtoli-*
*cæ per poteſtates ſeculares opprimi, can. non*
*licuit, 17. diſtinct. Sed & vbi deficit pote-*
*ſtas eccleſiaſtica, ad temporalem recurri-* D
*tur cõtra clericos; can. 25. principes, 23.q.5.*
*Cõtra quoq; Schiſmaticos, can. de ligurib.*
*43.ea.23.q.5.& in caſu, c.vbi periculũ, §.*
*præterea, de electio. atque in aliis caſibus,*
*de quibus tractat Chaſſaneus ad §.5.* des
iuſtices, *ad verba* s'il n'a grace, *in con-*
*ſuetud. Burgund. & Guillelmus benedi-*
*ctus ad cap. Raynucius, ad verba,* & vxo-
rem nomine, *2.deciſ. a nu.140. vſque ad*
*162. de teſta. notat etiam Matthæus de* E
*Afflictis, deciſio. 24. incipiente,* quidam
clericus ſpoliauit, &c. *Regis curiam co-*
*gnoſcere de ſpoliatione clerici, etiam cõtra*
*clericum ſeu perſonam eccleſiaſticam ſu-*
*per poſſeſſione beneficii, de quo ſpoliatus*
*quis fuerit. Idque non tam per modum*
*ordinariæ iuriſdictionis, quantum per mo-*
*dũ defenſionis oppreſſorũ, quam debet rex*
*laicis & eccleſiaſticis & eccleſiæ; & ita*
*iudicatum. Quamuis alioqui ratione or-*
*dinariæ iuriſdictionis, cauſa poſſeſſorii*
*beneficii eccleſiaſtici, non poſſit cognoſci a*
*iudice ſeculari; quia reputatur a canoni-*
*ſtis ſpiritualis & beneficialis, vt in clem.*
*vnic. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. Et Spe-*
*culator in titulo de contumacia, §. ſequi-*
*tur, verſiculo illud ait, quod Papa Cle-*
*mens ita pronuntiatur; & omnes doctores*
*conueniebant ad hoc; licet aliter ſentiat*
*gloſſ. ad cap. eum qui, de eo qui mittitur*
*in poſſeſſion. cauſ. rei ſerua. in Sexto. Qui-*
*bus tamen non obſtantibus in ſpoliatione*
*beneficii eccleſiaſtici, fuiſſe aliter conclu-*
*ſum tradit dicta deciſio Neapolitana, 24.*
*in ſacro regis conſilio. Et in Gallia etiam*
*ex iure confirmato per Martinum Pa-*
*pam cognoſcunt ſeculares regii iudices, de*
*poſſeſſione beneficiorum. Guido Pap. dec.1.*

f *dict. cap. cum non ab homine, de iudic. &*
*cap. nouimus, de verbor. ſignificat. cum*
*ſimilib.*

g *capit. 1. de foro competent. dict. authent.*
*ſtatuimus, de epiſcopis & cler. C. & nouel.*
*vt clerici apud proprios epiſcop. conue-*
*niant. Neque poteſt iure pontificio, quod*
*& receptum eſt, clericus renuntiare fori*
*ſui eccleſiaſtici priuilegio; quia illud non*
*tam ſingularibus clericis quam fauori*
*totius ordinis cleri conceſſum eſt; cap. ſi di-*
*ligenti, 12. de foro competen. facit can. pla-*
*cuit, cano. inolita, 11. quæſtione 1. ex qui-*
*bus correcta remanet & antiquata, lex. ſi*
*quis in conſcribendo, Codi. de epiſcopis*
*& cler. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.*

h *in cap.1.& 2.& d.cap. ſi diligenti, de foro*
*competent. cap. ſignificaſti, eod. tit. niſi age-*
*retur primo de cauſa feudali, in qua ceſ-*
*ſat priuilegium fori clericalis & conuen-*
*tio fit coram iudice vel domino feudi vel*
*paribus curiæ; dict. cap. ſi diligenti, §. fina.*
*capit. verum, capit. ex tranſmiſſa. de foro*
*compe-*



*competenti, c. cæterum, de iudiciis. Item 2.* A
*ſi cauſa eſſet realis per cap. fin. de foro com-*
*petenti. l.2. vbi in rem actio. C. §. omnium,*
*de actio. Vel agatur 3. de poſſeſſorio etiam*
*rerum ſpiritualium. Guid. Pap. deciſ.1.&*
*late Couarruuias in practica quæſtionum,*
*ca. 35. cum ſequent. Item 4. ſi reconuenia-*
*tur clericus coram laico, Felinus ad cap. et-*
*ſi clerici, nu. 8. cum ſequen. de iudic. Quin-*
*to etiam, quando venditor eſt clericus, fo-*
*rum emtoris ſequi tenetur: quia defenſor* B
*emtoris, l. venditor, de iudic. l.1. C. vbi in*
*rem actio. Et ita in Camera imperiali con-*
*tra diuerſam ſententiam iudicatum fuiſſe*
*tradit Gaillius, libr. 1 practicarum obſer-*
*uationum, obſeruat. 37. Sexto, ſi clericus*
*ratione officii, vt tutoris vel curatoris, vel*
*procuratoris laici, conueniendus ſit, ſequi-*
*tur forum laici. Socinus ad Rubricam, de*
*foro competent. nu. 1.& 15.& ad cap. 1. e-*
*ius tituli, nu. 52. quemadmodum contra,* C
*laicus ratione adminiſtrationis rei Eccle-*
*ſiaſticæ, ſequitur forum eccleſiaſticum, per*
*notata. in c. iudicatum eſt, & ibi gloſſ. 1.*
*89. diſt. & ſic etiam ſeruari in camera im-*
*periali admonet Gayllus. in d. obſeruat.*

i *c. ſi clericus laicum, 5.& c. cum ſit genera-*
*le, de foro compet.*

k *in proxime citatis iuribus, & ca. experien-*
*tiæ, & cap. ſeq. 11. qu. 1. ca. 2. ca. neminem,*
*3.q.6. l. in criminali; de iuriſ. omn. iud. l. ſi.* D
*vbi in rem actio. C. l. iuris ordinem, de iu-*
*riſ. omn. iud. l. quia etiam, de alie. iud. mu-*
*ta. cauſa facta, §. 1. vt cler. apud proprios*
*epiſcop. con. in nouell. Poſſunt tamen ali-*
*quando iudices eccleſiaſtici cognoſcere de*
*laicorum cauſis, vel ratione rerũ, vel ra-*
*tione criminum. Poſſuntque iudicare, lai-*
*cos ſibi temporali iuriſdictione ſubiectos,*
*ratione terræ eccleſiaſticæ, vt in c. ſi duob.*
*de app. dummodo criminales quæſtiones e-*
*ius iuriſdictionis, ſi pœnã mereantur ſan-* E
*guinis, exercendas committant laicis. c. fin.*
*ne cleric. vel mon. ſec. neg. ſe im. in Sext.*
*c. clericis, c. ſententiam, eod tit. apud Gre-*
*gor. capit. in Archiepiſcopatu, de raptor.*
*vbi iudicia ſanguinis prohibentur cleri-*
*cis, & in c. ſæpe, 12. ſeq. 23. q. 8.*

l *c. ſeculares, 2. de foro competenti, in Sex.*

m *c. cum ſit generale, 8. §. 1. de foro comp. ca.*
*de viro, 12. q. 2. c. nulli licet. eod. quod &*
*poteſt a iudice ſeculari puniri. l. ſi quis in*
*hoc genus. C. de epiſcop. & cler.*

n *quæ & ad forum eccleſiaſticum pertinent.*
*c. cum tu, de vſ. & ad ſeculare, l. eos, §. ſu-*
*per vſurarum, C. de vſu.*

o *periurium punitur in foro eccleſiaſtico, ca.*
*presbyter, 81. diſt. & in iure ciuili & foro*
*ſeculari, titul. de rebus creditis & iureiur.*
*C. de iureiur. in P.*

p *liquet ex titulis, de adulteriis, in iure Pon-*
*tificio, & ad leg. Iuliam, de adulteriis. in*
*P. & C. cum ſimil.*

q *c. nouit, de iudic.*

r *c. ex tranſmiſſa, c. ex tenore, 11. c. ex par-*
*te, 15. de foro compet.*

s *c. ſignificaſti, 18. de foro competenti, l. pri-*
*uatorum, C. de iuriſ. omnium iudic. l. 1. &*
*3. de iud. in P.*

t *dict. cap. ſignificaſti, ca. non liceat, 3. quæſt.*
*6. c. 1. & 2. 9. q. 2. ca. denique, 6. q. 3. & in*
*ca. 1. de foro competenti in Sexto: nec ap-*
*pellationis articulo prætermiſſo, nec aliter*
*nulla interpoſita appellatione, archiepiſco-*
*pi vel eorum officiales, de cauſis clericorum*
*tanquam iudices, licet ipſi clerici in ipſos*
*conſentiant, abſque diœceſanorum eorum*
*voluntate, cognoſcunt, poſſunt tamen in a-*
*lium quam ſuum iudicem conſentire, tan-*
*quam in quemlibet arbitrum, nõ vt in iu-*
*dicem, cum ipſum illis prohibitum non ſit,*
*cap. cum tempore, c. dilecti, de arbitris.*

v *cap fin. de foro competenti. Papa enim eſt*
*omnium ordinariorum iudicum ordina-*
*rius. can. cuncta, 9. quæſt. 3. Sicuti & cui-*
*libet patet ad principem liber aditus, l. 1.*
*& l. vniuerſis, de precib. imperat. offeren.*
*lib. 1. tit. 19. l. 1. C. quando libellus princi-*
*pi oblatus litis conteſtatio faciat, eod. libr.*
*1. tit. 20. l. vnic. quando Imperator inter*
*pupillos & viduas, vel alias miſerabiles*
*perſonas cognoſc. lib. 3. C. tit. 14.*

x *cap. fin. de foro competenti. Et ratione delicti commiſſi quis ſit alterius quam alioquin proprii fori, in cap. 1. de raptoribus, cano. cauſa, cano. placuit, tertio, quæſtio. 6. canon. ſi peccauerit, ſecundo, quæſtion. 1. prima, authentica qua in prouincia, vbi de crimine agi oporteat, Cod. leg. 1. Cod. vbi ſenator vel clariſſimi, l. ſi cui, §. imperator, & l. fin. de accuſatio. Pand. cap. poſtulaſti, de iudic. Reatus omnem dignitatem, & priuilegium excludit, l. 1. C. vbi ſena. vel clariſſ. lib. 3. tit. 24. l. 47. de ritu nuptia. dicta authent. quia in prouincia, can. priuilegium, 11. q. 3. cap. tuarum, 11. de priuileg. Cæterum pro crimine quis poteſt conueniri, non ſolum, vbi delictum commiſit, ſed etiam, vbi inuenitur, & vbi domicilium habet, leg. 1. vbi de crimine agi oporteat. Si tamē graue ſit delictum, quod exemplari pœna egeat, remittitur reus puniendus in locum, vbi deliquit. l. ſolet. de cuſtodia reorum. l. capitalium, §. famoſos, de pœnit. P. l. deſertorem, de re milita. §. ſi vero quis comprehenſorum, vt nulli iudic. liceat habere loci ſeruator. in nouellis.*

y *Id eſt, ratione loci, vbi quis ſe obligat contractu, vel quaſi contractu. l. hæres abſens, §. 1. de iudic. l. omnem obligationem, & l. interdum, §. fin. eod. tit. poteſt ibi conueniri ſiue ibidem inueniatur, vel in alio loco ſit, poteſt & conueniri vbi ſoluere ex contractu promiſit ex obligatione, cap. Pand. & gloſſ. de offic. delegat. cap. dilecti, de foro competent. Hic tamen eſt notanda ſingularis deciſio, cap. 1. §. contrahentes, de foro competenti, in Sext. & ibi gloſſ. quæ explicat dubia, quæ oriri ex hoc poſſunt. In primis, quod ratione contractus quis ſortitur forum, ſi in eo loco contraxerit, vbi habebat domicilium, & inuitus ibi reſpondere cogitur, quod ſi mutauerit domicilium, vel tantum tranſeundo contraxerit, poteſt quidem ibi conueniri, ſi in eo loco inueniatur, quod ſi non inueniatur, non poteſt in alio loco conuentus cogi, vt veniat niſi in eo, et ſi domicilium tranſtulerit, vel in loco domicilii, iuxta l. iuris ordinē, C. de iuriſdictio. omnium iudic. libr. 3. titul. 13. ſic intelligenda, l. hæres abſens, de iudic. Veruntamen ſi is, qui contraxerit, noluerit in locum contractus vocatus reſpondere, ſi habeat bona in territorio eius loci, in quo contraxit, iudex, qui directo non poteſt cogere perſonam venire, vt reſpondeat, poterit per obliquum cogere, per captionem bonorum, & miſſionem in poſſeſſionem bonorum eius conceſſum aduerſario ex primo decreto, donec veniat.*

z *dict. cap. fin. & cap. dilecti, de foro competent. ca. dilectus filius, de reſcript. vbi de hoc agitur, l. hæres abſens, §. proinde, de iudic. Pandect. Habere autem quis poteſt pluribus in locis domicilium, vt c. ex parte, de foro competēt. l. aſſumtio, §. iuriſprudentibus, ad municipal. Pand. Quemadmodum beneficiatus habet domicilium in loco patrimonii, & in loco beneficii, quod exigit reſidentiam, cap. poſtulaſti, de foro competent. Vagabundus autem ibi dicitur habere domicilium, vbi inuenitur, l. 1. vbi de crimine agi oport. C.*

aa *Ratione poſſeſſionis etiam, vel loci vbi res ſita eſt controuerſa, vocari quis poteſt in iudicium eius iudicis, ſub quo eſt, ca. ſane, de foro competent. Poteſt & pro eadem re vocari poſſeſſor in loco, vbi habet domicilium, cap. ex parte, B. de foro competent. l. ſi. vbi in rem action. inten. deb. C. etiamſi res ſit mobilis, d. l. fin. l. quod legatur, §. ſin autem, de iudic. Quidam tamen dicunt hoc ipſum habere locum pro immobilibus tantum, vt gloſſ. ad capit. final. ad verba,* contra poſſeſſorem, *de foro competenti. Proceditur & contra abſentem pro actione in rem coram iudice loci vbi res eſt, per edicta & citationes, quibus ſi non obtemperet proceditur cōtra eum per miſſionem in poſſeſſionem rei controuerſæ, l. 2. C. vbi in rem actio exerceri debeat, libro tertio, titul. 19.*

bb *Priuilegio fori ſæpe aliqui vtuntur, vt coram certo tantū alio quam ordinario conueniantur, vt in l. 2. & 3. C. vbi Sena. vel clariſſ. l. vbi quis curiali vel cohortali curia conuenia. quemadmodum Gymnaſiis & Academiis certi iudices ſeu conſeruatores dati, in §. fi. in proœm. P. Auth. habita. ne filius pro patre. C.*



cc *perſonalis actio, a reali diſtinguitur, in §. omnium autem actionum, de action. apud Iuſtin. l. actionum, de actio. P.*

dd *vt ſi agatur principaliter de cauſa priuilegiorum ſedis Apoſtolicæ, quæ apud ſedem tantum tractanda, ca. cūm veniſſent, 12. de iudi. c. fi. de confirma. vtili vel inutili, ſi quando verba priuilegii dubia ſint ad eius mentem, quæ conceſſit refugiendum, non ad alium. can. ſicut, §. ex his, 11. q. 1. ca. inter alia, de ſent. excom. l. 1. & fin. C. de legib. Si tamen incidenter in cauſa produceretur priuilegium, & verba eſſent aperta, iudex poſſet ita iudicare non obſtante productione priuilegii, quod nihil ad rem ſibi facere videatur, vel iuxta priuilegium, vt in cap. cauſa, in fine, ibi:* reſpiciendo priuilegium, *de in integ. reſtitutio. c. accepimus, de fide inſtrumento. l. quoties, C. de iudic. cum ſimilib.*

ee *Reus actorem in eodem iudicio reconuenire poteſt. cap. 1. de mutui petitio, c. cum dilectus, 2. §. nos autem, de ordine cognitio. vbi agitur de differentia reconuentionis & exceptionis. Niſi conuentio fuerit, de interdicto recuperandæ poſſeſſionis, cui reconuentio opponi nequit, cap. fi. de ordine cognitio. vbi & diſtinctio. aut niſi coram arbitris cauſa agatur, cap. diſpendia, 3. §. reus quoque, de reſcript. in Sex. Sunt & aliæ exceptiones quas omitto.*

## Caput VII.

*Cauſæ & effectus iudiciorum.*

RAtio iudiciorū finalis eſt, pax publica, & correctio malorum, *a* cōtrouerſiarum & litium determinatio, *b* iuſtitia, quæ ſuum ius cuique tribuit. *c* Iudex autem in puniendo reddit bonum pro malo, *d* conſeruat innocentiam, punit culpam. *e*

### Scholia.

a *ca. non fruſtra, 23. quæſt. 5. cano. niſi bella, & ibi gloſſ. 23. quæſt. 1. facit. c. 1. de officio legat. in Sex.* dum (*inquit ſum. Pontifex*) ſubditorum ſcandala remouemus, nos in eorum quiete quieſcimus, *facit l. nullus, 14. C. de Iudæis, vbi prohibet iudiciū, & iudicis poteſtas, ne ad arma litigantes veniant, vt l. æquiſſimum, de vſufruct. P. quare ne vis committatur, occurrit & plectit ideo temerarios, qui propria auctoritate ſine ſententia res etiam ſuas ab inuitis repetunt, canon. 1. 16. quæſtio. 6. leg. extat. de eo, quod metus cauſa, Pandect. ca. eum qui, de præbend. in Sexto, cum ſimilibus.*

b *ca finem litibus, de dolo & contumacia. l. properandum, C. de iudic.*

c *cap. fratris, de verborum ſignificatione, l. prima, de iuſtitia & iur. Pandect. & qui iudicium diffugiunt multum de ſua iuſtitia diffidere videntur, cap. Chriſtianus, 11. quæſt. 1.*

d *ca. Sex. differentiæ, 23. q. 3.*

e *ca. quæ Lotharius, 2. q. 1.*

# DE OFFICIO IVDICIS.

## TITVLVS II.

### Caput. I.

*Continuatio & quid officium iudicis.*

ADmonitis diſcipulis, iudiciū eſſe ordinarium & extraordinarium, & iudices eſſe ordinarios, & extraordinarios ſeu delegatos, dicamus de officio iudicum prius ordinariorum, & dehinc delegatorum, deque poteſtate illorum. Officium iudicis in iure abſolute pro poteſtate, vel pro his, quæ poteſtas conceſſa facere iubet, *a* vel permittit, nō enim quicquid iudicis poteſtati permittitur, ſubiicitur iuris neceſſitati. *b* Quædam etiam tenetur exhibere iudex ordinario iure petentibus & agentibus, & poteſt etiam aliunde quædam ex æquitate & auxilio extraordinario impartire litigantibus, quæ ipſi pete-

re non poſſunt; & ideo ex officio eius procedere dicuntur. *c* Datur autem hoc extraordinarium iudicium, quando ordinarium deficit non aliter. *d* Iudicis porro officium vbicumq; pro actione proponitur; veluti cum in integrũ reſtitutio principaliter poſtulatur, litis conteſtationẽ popoſcit: aliter, ante & poſt ingreſſum cauſę, poſt ſine litis conteſtatione, ad illud recurri. *e*

### S C H O L I A.

a *Ius dicentis officium latiſſimum dicitur, in l. 1. de iuriſdictio. omn. iudic. Officium ab efficiendo, nempe eo, quod quemque ſecundum impoſitam ſibi perſonam facere oportet, de quo abunde Cicero & Ambroſius in libris, de officiis & Iſidorus. Exſtat in decretalibus generalibus titulus de officio iudicis, lib. 1. tit. 2. & in ſpecie tit. de officio iudicis ordinarii, eod. lib. 1. tit. 31. & lib. 1. Sext. 16. & lib. 1. clem. tit. 9. Sparſim autem in C. Iuſtinianeo, de officiis diuerſorum iudicum & magiſtratuum tractatur, vt in decretalibus de officiis diuerſorum præpoſitorum & iudicum ciuilium & criminalium, vt etiam in P. & nouellis, de quibus longũ nimis eſſet hic nomenclaturam recenſere.*

b *l. non quicquid, 40. de iudic. l. ſæpe, de officio præſidis, l. 1. C. quomodo & quando iudex.*

c *Sunt enim quædam, quæ ex officio iudicis præſtantur, quæ principaliter peti nequeunt, l. qui per colluſionem, §. pretii ſorte, de actio. emt. P. l. 4. depoſit. Frequens in iure maxime ciuili, de officio iudicis mentio, quando agitur de his, quæ ſtricto iure peti non poſſunt, & quorum nomine nulla datur actio, & tamen æquum ſit reum condemnari, vt in prædictis legibus, l. quæro loca, Pandect. l. quæro. de re iudica. in Pandect. l. ſeruos, de aliment. lega. l. quintus, de annuis lega. Pand. l. deducta, l. Imperator, ad Senatuſconſult. Trebellian. Pandect. In bonæfidei iudiciis tantundem officium iudicis valebat, quantum in ſtipulatione eius rei nominatim facta interrogatio, leg. quia tantundem, de negot. geſt. Pandect. leg. Lucius, depoſit. Pandect. l. Lucius, de actio. emt. P.*

d *leg. in cauſæ cognitione, 16. de minoribus, 25. ann. libr. 4. Pandect. tit. 4. l. cum ſiue, de Carbonia. edict. l. 1. ad municip. Pand. l. quædam, de edend. Pand.*

e *l. fin. de offic. iudic.*

## C A P V T I I.

*Officium ordinariorum iudicum, circa quæ verſetur & iura epiſcopalia.*

IVdicum maxime ordinariorum officium verſatur circa ſibi commiſſa ciuilia vel criminalia negotia, habita ratione conceſſæ poteſtatis perſonarum & actionum. Iura ordinaria poteſtatis Epiſcopalis in ſubditos diffinita iure ſunt; *a* & in eccleſias diœceſeos canonica obedientia, *b* reuerentia, *c* inſtitutio, *d* deſtitutio, *e* correctio reformatio *f* cenſura Eccleſiaſtica, *g* iuriſdictio cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de iure pertinentium, *h* pœnitentiæ publicæ & ſolemnes, *i* ſacrorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt recipienda collatio, *k* ſynodus *l* ſynodatici ſeu cathedratici debitum. *m* Quarta decimationum & mortuariorum, *n* viſitatio annua, *o* & eius cauſa procuratio quoque annua, *p* moderatum auxilium. *q* Erit & Epiſcoporum ordinariorum libera poteſtas, & officium in ſuis diœceſibus, adulteria & ſcelera inquirendi, *r* vlciſcendi, *s* iudicandi ſecundum canones; publicum etiam auxilium opus erit aduocandi. *t* Pertinet & ad officium iudicis aduocatum parti non habenti dare, qui & poteſt eſſe domeſticus iudicis. *u* Ordinarii quoque Eccleſiaſtici locorum, ſubditos ſuos plures dignitates vel Eccleſias, quibus animarum cura imminet obtinẽtes, ſeu perſonatũ vel dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa, poſſunt cogere oſtendere titulum & diſpenſationes, quarum vi talia beneficia poſſident, intra certũ tempus definitum,



finitum, quas ſi non oſtenderint poſſunt in eos procedere perinde ac ſi nullas haberent. *x* Dat ordinariis & iuriſdictionem, lex, *y* princeps, *z* conſuetudo, *aa* priuilegium, *bb* vel aliud ius. *cc*

### S C H O L I A.

a *c. conquerente, 16. de offic. ordinarii, quod ſeorſum fuſe explicauimus.*

b *Id eſt, ſecundum canonum præcepta, ita maiori Eccleſiæ minor debet obedientiam, & reuerentiam, cano. a ſubdiacono, 93. diſtinct. cap. illud, 5. de maiori. & obed. neque admittitur præſcriptionis exceptio in contrarium, c. cum ex debito, ca. cum non liceat, de præſcriptio. Non erit tamen neceſſariũ, vt obligetur ſcripto, qui obedientiam ipſo iam voluntarii aduentus officio comprobat. cap. legebatur, 3. de maiori. & obed. ſufficit enim facere manualem obedientiam, cap. his quæ. eodem titulo. Quod intelligendum eſt de clericis inferioribus ſimplicioribus, nõ habentibus adminiſtrationem, qui non ſunt compellendi ad faciendum ſcripturã iuramenti & obedientiæ, & ſufficit illis, ſi obediẽtiam repromittant prælatis ſuis ſimpliciter, ca. nullus epiſcopus, de iureiurand. aliud autem dicendum eſt, de habẽtibus curam animarum, dict. ca. nullus, & can. quanquam, 21. diſtinct. Debẽt & prælatis ſuis Monachi & moniales reuerentiam, cap. dilecta, de maiori. & obed. Item & principes ſeculares epiſcopis, ca. omnes, 4. cap. ſolidæ, 6. c. ſi quis. 2. de maiori. & obed. minor ſuperiori, cap. cum inferior, eod. tit.*

c *dict. cap. conquerente, de officio & poteſta. iudic. ordina. l. epiſcopale, 8. de epiſcop. & cleric. C. cap. cum apoſtolus, §. prohibemus, de cenſib. c. quis dubitat, 96. diſtinct. can. eſto ſubiectus, 95. diſtinct. c. 1. de exceſſib. prælato.*

d *cap. cum veniſſent, capit. ex frequentibus, de inſtitut. ordinatio quippe eccleſiarum, vt & cura earum, in diœceſi pertinet ad epiſcopum diœceſeos earum, can. decimo, omnes Baſilicæ, 16. q. 7. c. cum venerabilis, 7. de religioſ. domibus. li. 3. tit. 26. etiamſi monaſteria ſint. c. 10. obitum, 61. diſtin. can. 12. qui, vere, 16. quæſtio. 1. Inſtitutio dat ius in beneficio, vel per collationem ab ipſo epiſcopo factam, vel per eius confirmationem factam præſentationis ad beneficium, vel per confirmationem alterius ab alio factæ collationis, vide gloſſ. ad cap. auctoritate, de inſtit.*

e *Deſtitutio eſt depoſitio a gradu vel ordine, vel a beneficio eccleſiaſtico. cap. fin. de celebr. miſſa. depoſitio, quæ proprie dicitur eſt degradatio, eaque vel verbalis vel realis, vtraque autẽ fieri debet per epiſcopum, cap. 2. de pœnis, in Sext. c. nouimus, de verbor. ſignific. vide quæ diximus de his, libr. 31. Syntagm. iur. c. 30.*

f *quod & ſtatuitur, in ca. 1. & cap. licet, 12. cap. conquerente, de officio ordinar. etiam appellatione remota, cap. 13. eod. tit. Subſunt & monaſteria non exemta iure ordinario, correctioni & curiæ epiſcopi, ca. Abbates, ca. Abbas pro, can. ſi quis Abbas, 18. quæſt. 2. cap. 1. cap. cum dilectus, de religioſ. domib. & vt epiſcopis ſint ſubiecta, lib. 3. tit. 36. Imo & quamuis monaſteria ſint exemta & priuilegiata, tamen in negligentiam Abbatum & præpoſitorum, epiſcopi poterũt procedere ad reformationem morum, iuxta illorum regulam, can. primo, can. viſis, 16. q. 2. cap. quanto. 7. de offic. ordin. Neque hic etiam negandum eſt, correctionẽ clericorũ poſſe ad alios, quam epiſcopos pertinere, quemadmodũ & morum reformationem, quia & ea datur capitulo in canonicos, capit. irrefragabili, de offic. ordina. Abbati & priori in monachos, c. cum in eccleſiis, de maiorit. & obedien. & abbatiſſæ, c. dilecta, eo. tit. Verum dicendum, hoc ius dari epiſcopis ex ordinario iure, cæteris ex ſpeciali priuilegio, vel conceſſione.*

g *Cenſura eccleſiaſtica eſt iudicium eccleſiaſticum, ſeu de Chriſtianis moribus arbitrium, & quid per cenſurã eccleſiaſticam*

intelligamus docet, cap. quærenti, vigeſi- A
mum, de verborum ſignificatione, eoque
nomine continetur interdictum Eccleſia-
ſticum, ſuſpenſio, & excõmunicatio. Cen-
ſura excommunicationis eſt, proprius mu-
cro epiſcopalis, quo eccleſia maiorem non
habet pœnam, ca. corripiantur, vigeſima-
quarta, quæſtio. 3. vide quæ diximus de
interdicto, excommunicatione & ſuſpen-
ſione in ſuperiore libro proximo, titul. 16.
& libr. 31. Syntagmat. ca. 8. & 9. Poſſunt B
tamen alii ordinarii quam epiſcopi vti
prædictis cenſuris, in ſibi ſubditos propter
iuriſdictionem ſibi conceſſam, vide gloſ-
ſam, in cap. penult. de ſenten. excommu. ca.
cum ab eccleſiarum prælatis, de offic. ordi.
Iuriſdictionis enim potius eſt quam ordi-
nis excommunicatio. cap. tranſmiſſam, de
electio. & ita ratione iuriſdictionis excõ-
municat Abbas, c. ſicut, de ſimo. in c. P. &
c. 40. de offic. delegat. Excepta ſolemni ex- C
communicatione, quæ ſolius epiſcopi eſt, in
c. 106. debent, 12. 1. q. 3.

h c. cum epiſcopus, 7. de offic. ordin. in Sext.
ca. ſcriptum, 6. q. 1. ca. ſcitote, 6. q. 3. c. epi-
ſcopus, 6. de offic. ordin. in Sext. cap. 1. eod.
tit. apud Gregorium cum ſimili. Iure or-
dinario iuriſdictio pertinet ad epiſcopum,
ad alios nihilominus alio iure poteſt perti-
nere, vel conſuetudine, vel priuilegio, vel
ratione conceſſionis a ſummo pontifice fa- D
ctæ, l. & quia, de iuriſdict. omn. iudi. P. l. 1.
C. de emancip. libero. c. fi. de offi. archid. c.
auditis, de præſcr. c. cum contingat, de foro
compet. c. irrefragabili, de offi. ord.

i ca. accedentibus, 12. de exceſſib prælator.
diximus de pœnitentiis multa ſupra, lib. 1.
tit. 10. facit. c. 2. de pœniten. & remiſſio. c.
falſas, de pœniten. diſt. 5.

k Septem ſunt ſacramenta, de quibus egimus
ſuperiore primo libro, & libr. 2. ſyntag. iur. E
c. 3. & ſeq. vſque ad 9. Horum quædam a
ſolis epiſcopis tantum conferuntur, vt or-
do. chriſma, conſecratio, & alia, quæ ad or-
dinem epiſcopalẽ pertinent, ca. 4. quamuis,
68. diſ. c. aquam, de conſec. eccleſiarum. c.
3. & 4. de conſec. diſt. 5. c. quanto, de con-
ſuet. Quamuis minores ordinis aliquando
a nõ epiſcopo, ab abbate, monachis ſibi ſub-
ditis, conferri poſſint. ca. 1. de ordinatis ab
epiſcopo, qui renuntia. epiſcopatui, libr. 1.
tit. 13. ca. quoniam videmus, 69. diſt. cap.
cum contingat, de æta. & qualit. ord. Quæ
porro pertinent ad epiſcopum, videbis in
can. perlectis, §. ad epiſcopum, 25. diſtinct.
Sunt alia ex ſacramentis, quæ ab aliis
quam ab epiſcopis conferri poſſunt, vt ba-
ptiſmus, euchariſtia, pœnitentia, extrema
vnctio, matrimoniũ, vt diximus ſuperio-
ri primo libro ſuis propriis titulis.

l Synodus hic eſt concilium epiſcopale. Sta-
tutum quippe eſt, epiſcopos ſingulis annis
in ſuis diœceſibus binos conuentus clerico-
rum agere debere, vt ea, quæ ad mores &
lites eorum pertinent, determinarentur, c.
2. & 4. 18. diſtinctio. vbi & tempora ha-
bendi has duas ſynodos ponuntur, quæ ta-
men erunt perpendenda ex diuerſis diœce-
ſeon conſuetudinibus, vt notat gloſſ. prima,
ad can. habeatur, 18. diſtinctione, vna-
quæque prouincia in ſuo ſenſu abundat,
cano. 11. vtinam, 76. diſtinction. cap. cer-
tificari, de ſepultur. Poteſt epiſcopus coge-
re ad ſynodum venire per cenſuram eccle-
ſiaſticam abbates ſibi diœceſana lege ſub-
iectos, capit. quod ſuper his, de maiorit. &
obedient.

m Synodaticum dicitur id, quod ſoluitur a
clericis in ſynodo epiſcopali, ob honorem
cathedræ ſeu dignitatis, & oneris epiſco-
palis, cuius ratione ſtatutum exigi tan-
tummodo oportere duos ſolidos a ſingulis,
in dict. cap. conquerente, de offic. ordinar.
can. primo & final. can. illud, 10. quæſtio-
ne 3. ſed & hic ſequenda erit antiqua con-
ſuetudo, canon. 5. nec numerus, 10. quæ-
ſtione 3. vbi & hoc ius dicitur quoque ca-
thedraticum, & in cap. paſtoralis, 7. de do-
nat. & alibi.

n capit. conquerente, de offic. ordinar. cap de
quarta, de præſcript. cap. officii, 14. cap. re-
quiſiſti, 15. de teſtament. Variat tamen
hæc



hæc quarta ſecundum locorum conſuetu- A
dines, quas ſequi expedit, dicto cap. requi-
ſiuit, cap. certificari, de ſepulturis. Eaque
ratione occurrent in pluribus iuribus ta-
xationes eius diuerſæ, & aliquando tertia,
aliquando quarta, aliquando media pars
dicitur debita.

o Onus eſt epiſcopi, viſitare, vel per ſe, vel
per alios diſcretos viros, vel per Archidia-
conos, ſuam prouinciã ſemel ſaltem in an-
no, vt reditũ ædificiaque Baſilicarum, & B
vitam miniſtrorũ eccleſiaſticorum cogno-
ſcat. ca. decreuimus, 10. & ſeq. epiſcopum
& 12. placuit in omnibus, 10. q. 1. c. ſi epi-
ſcopus, 6. de offic. ord. in Sex. & nõ tantum
ſemel aut bis ad id tenetur, ſed & quoties
opus erit viſitatione, ca. cum venerabilis,
21. de cenſib. c. excommunicauimus, 13.
§. adiicimus, de hæret. Defertur hæc cura
& Archidiacono, impedito epiſcopo. in ca.
1. de offi. archid. can. perlectis, 25. diſt. C

p Procuratio ſequitur viſitationẽ, quia de-
betur a viſitatis viſitanti, & eo nomine
ſumtus viſitationis tempore debentur, ca.
cum venerabili, 21. & c. quanto creatori,
16. de cenſib. iuxta facultates eccleſiæ, ca.
ſopitæ, 14. de cenſib. ca. cum olim, 19. & ca.
17. eod. tit. Iuxta etiam formam. ca. cum
apoſtolus, 6. & c. procurationes, 23. eo. tit.
de cenſib. vbi impenſarum modus præſcri-
bitur, & taxatio alia poſtea facta in ex- D
trauag. vnica, de cenſib. exactio. procura-
tio. lib. 3. extrauag. communium.

q dict. cap. conquerente, de offic. ordinar. ex-
tra moderatum auxilium. Interdum quo-
que epiſcopus aliqua & ex cauſa exigere
poteſt mediocria, dict. c. cum Apoſtolus, §.
prohibemus, ca. 124, nullus epiſcopus gra-
uamen, 1. q. 1. & hoc dicitur caritatiuum
auxilium. Et quamuis epiſcopus pro aliis E
clericis poſſit cenſum eccleſiis imponere, c.
cum clerici, 11. de cenſib. tamen pro ſe non
poteſt ſine ſuperioris auctoritate, c. 1. in fin.
vt eccleſiaſt. benef. ſine aliqua diminutio.
conferan.

r cap. 1. de offi. ordin. vbi & quæ ſequuntur.
Inquiſitio fit, vbi fama eſt, delictũ aliquod
fuiſſe commiſſum, quæ ſufficiẽs eſt ad mo-
nendum iudicem, de veritate inquirenda,
c. licet Heli, de ſimonia, c. qualiter & quã-
do, de accuſatio.

s ad præſidem prouinciæ pertinet, cui ſimilis
eſt epiſcopus, purgare prouinciam malis
hominibus, can. placuit, 6. quæſt. 3. l. 3. de
offic. præſid. P. quod faciet, ſi eos conquirat.
l. placuit, de offic. præſid. Pand. & nouella,
17. c. 2.

t Id eſt, brachium ſeculare, vel poteſtatem
ſecularem, d. c. 1. §. fi. & c. quoniam, de offi.
ord. c. principes, 23. q. 5. c. cum ad verbum,
96. diſt. c. 2. de maledic.

v cap. 1. de offi. iudic. libr. 1. tit. 32. nempe ſi
litigantibus nullus vellet adeſſe aduoca-
tus, vel propter eius paupertatem, vel ob
metum aduerſarii, poteſt aditus Iudex da-
re, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, vt ibi-
dem dicitur, & in l. nec quicquam. §. ad-
uocatus, de offi. proconſulis, l. 1. aut prætor,
de poſtul. Prouidet & iudex, vt æqua fiat
patronorum, ſeu aduocatorum diſtribu-
tio, can. infames, 2. §. ſi vero in vno, 3. quæ.
7. & l. properãdum, 7. C. de poſtul. Quem-
admodum, & ad curam iudicis pertinet
proſpicere, vt ſit ordo aliquis poſtulationũ,
ſcilicet vt omnium deſideria audiantur,
ne forte dum honori poſtulantium datur,
vel improbitati ceditur, mediocres deſide-
ria ſua non proferant, dict. l. ne quicquam,
§. obſeruare, de officio proconſul. in P. Et
hinc praxis ſenatuum & iudicum melio-
rum, vt volumina cauſarum conſcriban-
tur diſceptandarũ, vt quiſque litigantium
ſuo ordine cauſa veniente ſua deſideria
explicet, & paratus cum aduerſario con-
teſtationi adſit, vocant hoc volumẽ Galli,
Le roolle des cauſes a plaider.

x ordinarii, 3. de officio ordina. in Sexto. Id-
que in odium pluralitatis beneficiorum,
quæ eſt canonibus inimica ſine diſpenſa-
tione, & quæ habet alioquin cupiditatis &
ambitionis damnabilis notam, capit. quia
nonnulli, de cleric. non reſidenti. cap. cum-

crabilis,de præbend.In extrauag.commu- A
nibus.cap.de multa,eod.tit. apud Gregor.
cum ſimil.

y Lex dat iuriſdictionem, l.& quia, de iu-
riſdict. omnium iudic. Pand. Veluti cum
conſilium generale vel conſtitutio dat co-
gnoſcendi poteſtatem ordinariis de cauſis
exemplorum in certis articulis. Vicarius
etiam epiſcopi, habet ordinariam iuriſdi-
ctionem ex lege, Rota deciſ. 378. fuit du-
bitatum, num. 2. in nouis, dat eandem e- B
piſcopus, vt ibidem dicitur, nu. 3. ſed tan-
quam miniſter legis iuriſdictionem ordi-
nariam, primo creando officialem, cui ge-
neraliter partes ſuas cōmittit, ſecundo per-
petuum Vicarium inſtituendo vel confir-
mando, vel conferendo beneficium, cui ſit
annexa iuriſdictio de iure, cap. cum ab ec-
cleſiarū, de officio ordinar. vel de conſue-
tudine, cap. cum contingat, de foro compe-
tent. c. dudum, verſ. tandem, de elect. C

z Princeps temporalis & ſpiritalis, diſtri
buūt iuriſdictiones, & ab illis poteſtas pen-
det illorum, atque Iohan. & Archidiacon.
ad can. experientiæ, 11. quæſt. 1. Innocen-
tius & Hoſtienſ. ad capit. cum ab eccleſia-
rum, de offico ordina. notant neminem da-
re poſſe iuriſdictionem ordinariam, præ-
ter principem.

aa cap. cum contingat, de foro compet. capit.
Romana, eod. titul. in Sext. cap. Romana, D
de offi. ordin. capit. 2. ne prælati vices ſuas,
in Sext. leg. 1. de emancipa. liber. C. debet
autem eſſe conſuetudo præſcripta, aliter
non valeret, cap. fin. de conſuet. in Sext.

bb ca. nouit, verſi. non enim, de iudic. ſunt-
que in hoc paria, priuilegium & conſuetu-
do, can. conqueſtus, 9. qu. 3. cap. duo ſimul,
de offi. ord. c. Romana, 3. §. debet, de appel-
latio. in Sext.

cc Puta ſi agatur de feudi cognitione, cuius E
ius naturam feudi retinet, capit. ex tranſ-
miſſa, de foro competente. cap. verum, de
maioritate & obedientia. cap. cæterum, de
iudic. aut ſi præſcripta ſit iuriſdictio. Item
ſi is, ad quem immediate eſſet ab inferiore
prouocandum, non ſit catholicus, deuolui- A
tur prouocatio ad eum, qui ſuperior eius
eſt, omiſſo remedio, cap. ſi is cui, de officio
delega. Denique ſi conuento aliquo coram
non ſuo iudice, nō obiiciatur exceptio. Tūc
enim conſenſus, facit ratā iuriſdictionem.
l. 2. de iuriſd. omn. iud. P.

## CAPVT III.

### De vicariis & officialibus Epiſcoporum.

QVemadmodum ipſi epiſcopi, ſunt or- B
dinarii iudices Eccleſiaſtici, ſic loco
eorum tales ſunt eorum Vicarii, in ſpiri-
talibus vel temporalibus, vel ſeparatim,
vel ſimul in vtriſque conſtituti. *a* Poteſt &
rurſum officialis vel vicarius epiſcopi in
ſui locum alium ſubſtituere. *b* Iuriſdictio
vicarii, quem Romanus Pontifex in vrbe
relinquit, non extenditur extra illam, niſi
aliter expreſſe ei conceſſum fuerit. *c* Epi- C
ſcoporū vicarii dicuntur aliquando quo-
que officiales *d* interdum miſſi dominici, *e*
iuriſdictionem habētes ordinariam, con-
ſtituentes eandem ſedē & iuriſdictionem
cum epiſcopo, cuius vices in cauſarum co-
gnitione gerunt. *f* Obſeruandum tamen,
quod licet in officialem epiſcopi per com-
miſſionem officii ſibi generaliter factam
cauſarum cognitio transferatur, tamen
poteſtatem inquirendi, corrigēdi, aut pu- D
niendi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos a
ſuis beneficiis officiis vel adminiſtratio-
nibus amouendi, non transferri, niſi ſpe-
cialiter hæc quoque committantur. *g* Sic-
uti nec ſine ſpeciali permiſſione poſſunt
beneficia conferre. *h* Poterunt autem lo-
co epiſcopi confirmare, ſeu inſtituere ha-
bentes ab aliis collationes. *i* Sed neque
prædicti poſſunt dare clericis literas di-
miſſorias, ſeu licentiam accipiendi ordi- E
nes ab alieno epiſcopo, niſi & illis offi-
cialibus illud in mandatis permittatur, id-
ipſum & de vicariis Epiſcopi dicendum,
niſi ſint Epiſcopi vicarii generales, aut E-
piſcopus in remotis ſit partibus. *k* Habent
& ſuos



& ſuos vicarios & officiales alii quam epi- A
ſcopi, qui habent ordinariam iuriſdictio-
nem, *l* quos ex arbitrio dummodo mune-
rē idoneos conſtituāt in iuriſdictione ec-
cleſiaſtica, vel rebus eius ſpiritalibus, &
dummodo laici non fiant officiales, quod
vtriſque prohibitum eſt eccleſiaſticis. *m*
Poſſunt autem & vnus & plures officiales
conſtitui, & vnus principalis, alius dictus
foraneus, qui tamen tantæ eſt dignitatis
ac principalis. *n* Poteſt & officialis vltrà, B
delegatus conſtitui, *o* in officialem etiam
poteſt ex clauſtro monachus ſimplex ad-
uocari. *p*

### SCHOLIA.

a Exſtant tituli, de officio vicarii, libr. 1. tit.
38. in decretalibus, & lib. 1. tit. 13. in Sex.
& lib. 1. clementinarum, tit. 8. & ita poſ-
ſunt per ſe vel per alium epiſcopi iuriſdi-
ctionem ordinariam exercere, c. cum epi- C
ſcopus, 7. de offic. ord. in Sext. factaque per
officiales & vicarios, perinde habentur, ac
ſi facta fuiſſent per ordinarium ipſum e-
piſcopum, per regulam communem, qui
per alium facit per ſe ipſum facere vide-
tur, & quod quis per ſe poteſt, poteſt & per
alium, l. ita autem, §. geſſiſſet, de admini-
ſtrat. tut. c. mulieres, §. 1. de ſenten. excom.
in Sext. c. qui facit, de reg. iur. in Sext. Et
proinde epiſcopus tenetur ad reſtitutio-
nem damnorum per officialem ſuum, vel D
vicarium iniuſte datorum. vt notat Ro-
ta, deciſ. 431. nota vtrum epiſcopus, in
antiq. per ea, quæ habentur, in ca. 1. de re-
ſtit. ſpoliat. & ibi Ioannes Andre. vt & ei
imputatur, qui malorum hominum opera
vtitur. l. ex maleficio, de actio. §. fin. de obl.
quæ ex quaſi maleficio naſcuntur, & do-
lus procuratoris generalis nocet domino,
l. apud Celſum, §. quæſitum, de doli mali E
excep. P. ſibi enim imputare debet, qui ta-
les eligit. l. cum mandato, de minor. P. §. li-
cet eos, de iudic. ſine quoquo ſuffragio, &c.
in nouellis.

b vt in c. 1. de offic. vica. in Sext. vbi gloſſa,
ad verb. ipſius, tractat, officialem procul- A
dubio alium ad certam cauſam loco ſui
dare poſſe. Dubitat autem, num & alium
generalem dare poſſit, ſed & verius reſol-
uitur poſſe & alium ei ſubrogari ex con-
ſenſu epiſcopi; ſicque etiam quoque rece-
ptum eſt, & ex conſuetudine fere fiat, lo-
cum tenens officialis, atque dictum, c. 1. de
offic. vicar. in Sext. Illud videtur firmare
ex hypotheſi, nec obeſt, cap. clericos, 4. de of-
fic. vicar. apud Greg. vbi prohibitum eſt B
adeptis vicariatus, alios ſibi cōſtituere vi-
carios, nam ibi agitur de rectoribus eccle-
ſiarum vicariis perpetuis, qui non poſſunt
in eccleſiis alios ſibi vicarios perpetuos fa-
cere, vt ipſi ab onere liberentur, iuxta cap.
exſtirpandæ, §. qui vero, de præben. Rece-
ptum tamen eſt, vt & ipſi vicarii perpetui
poſſint ſibi alios vicarios ad modicū tem-
pus eligere, vt notat gloſſ. ad Clementinam
1. ad verba, locum aliorum, de regulari- C
bus. libr. 3. titul. 9. Num tamen a delegato
per officialē appellari debeat ad ipſum of-
ficialem delegantem, an vero ad Epiſco-
pum, vide diuerſas ſententias in deciſione
Rotæ, 350. licet officialis, in nouis. nota-
tur & in deciſ. 371. ſi Epiſcopus dat,
in nouis, ab ſpeciali delegato epiſcopi, vel
eius vicario poſſe & debere appellari ad
ipſum epiſcopum, vel ad vicarium. Vica-
rium porro, ſeu officialem loco epiſcopi cō- D
ſtituit capitulum ſede vacante poſt mor-
tem epiſcopi, vel iam conſtitutam confir-
mat, nempe idoneum, in iure canonico do-
ctorem, vel licentiatum, vel alias quātum
fieri poterit idoneū infra octo dies, ex con-
ſtitutione concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap.
16. Quod ſi non fecerit, hæc deputatio ad
metropolitanum deuoluitur. Et ſi ipſa ec-
cleſia ſit metropolitana vel exemta, ad an- E
tiquiorem epiſcopum ex ſuffraganeis, vel
propinquiorem epiſcopum in exemtis, fa-
cit ca. non liceat, in 2. 12. quæ. 2. cap. fin. de
ſupplen. neglig. prælator. in Sex. Loquimur
nos porro hic, de vicariis iuriſdictionis vel
poteſtatis iudicum, non autem de his, qui

*Eccleſias nomine beneficiatorum admini-* A
*ſtrãt, qui vel temporales & amobiles ſunt,*
*cap. 1. 2. 4. de offi. vicarii, vel perpetui, qui*
*dicuntur & rectores, de quib. in c. 3. eo. tit.*
*c. exſtirpandæ, §. qui vero, de præb. clem. 1.*
*de offi. vicar. Felinus late ad c. 6. perpetuis,*
*de fide inſtrum.*

c *c. ſi tua nobis, 5. de offi. vicar. ſolent tamen*
*ſummi põtifices prædictis ſuis vicariis plu-*
*ra alia conferre, & concedere, quæ ex di-*
*plomatibus cognoſcuntur, vt notat fuſe, &* B
*de eorum poteſtate Octauia. Weſtrius, lib.*
*2. introductionis in aulæ Romanæ actio-*
*nem, c. 16. Meminit & de vicario a ſede*
*apoſtolica deputato, ca. is cui, de electio. in*
*Sex. Poteſt in ſumma vicarius ea gerere in*
*loco, vbi vicarius eſt, quæ pertinent ad iu-*
*riſdictionem eius, cuius vices gerit. c. ſi. 93.*
*diſt in. l. 1. C. de offic. eius, qui vices alterius*
*gerit, c. 1. 94. diſt in. exceptis his, quæ non*
*transferuntur ſine ſpeciali mandato, vt in* C
*c. quod translationem, de officio lega. atque*
*ideo vicarius retinet dignitatem perſonæ*
*eius, cuius vices gerit, quandiu negotia e-*
*ius gerit, ca. ſi. 94. diſt. c. generaliter, 16. q.*
*1. l. penult. C. de aquæ duct. lib. 11.*

d *ca. pen. & fin. de offi. vicar. in Sext. tamen*
*hæc duo nomina officialis & vicarius, dif-*
*ferunt, vt notat Guilh. ad clem. 1. de offic.*
*vicar. Fridericus de ſenis, conſ. 302. incip.*
reuerende pater, *nam quicquid poteſt* D
*agere officialis, poteſt quidem vicarius, ſed*
*non conuertuntur, vt idem poſſit officialis*
*ac vicarius, neque officialis habet poteſta-*
*tem circa actus ſpirituales, vt vicarius,*
*qui poteſt inquirere & corrigere, non vti-*
*que officialis ſine ſpeciali mandato, vt pau-*
*lo poſt dicetur. Veruntamen hodie ex pra-*
*xi hæc differentia tollitur, & fere hæc no-*
*mina habẽtur ſynonyma & eiuſdem pote-*
*ſtatis, vt ait Speculator. in tit. de offi. vica-* E
*rii, Barbatia ad clemen. etſi principalis de*
*reſcript.*

e *vt in c. 1. de frig. & malefic. c. 2. de regul.*

f *c. cum epiſcopus, 7. ibi, per alium, & c. de of-*
*fic. ordina. in Sex. c. Romana, 3. de appella.*
*in Sext. vbi & vnum epiſcopi & officialis*
*eſſe dicitur auditorium, & ideo ab officia-*
*li ad epiſcopum non appellari, & reiicitur*
*contraria conſuetudo, c. 2. de conſuetud. in*
*Sex. notat & gloſſ. in c. 2. de offic. ordina. in*
*Sex. Innocentius & Hoſtienſis ad ca. ſua,*
*eo. tit. apud Greg.*

g *Iiſdem verbis relatum, in c. licet, 2. de offic.*
*vicar. in Sext. vbi gloſſa notat ad verbum,*
committantur, *quod ſi epiſcopus expreſſe-*
*ſerit vnum ex his, quæ egent ſpeciali nota*
*in mandato, & adiecerit clauſulam,* & a-
lia omnia, quæ per nos poſſumus, etiam
ſi mandatum exigant ſpeciale, *quod cen-*
*ſeantur alia quoque commiſſa vel ſimilia,*
*vel minora, quemadmodum & notat Ho-*
*ſtienſis, ad cap. ſignificaſti, per ipſum cap.*
*de offic. archid. & per ca. ſedes, de reſcript.*
*per l. ſed etſi, §. quæſitum, ſi quis cautioni-*
*bus & per notata, ad cap. vnde commoda.*
*argumento procuratoris & procurationis,*
*iuxta c. qui ad agendum, §. 1. de procura.*
*in Sext. Aliter autem dicendum, ſi ali-*
*quod de ſpiritualibus non fuiſſet expreſ-*
*ſum, vt ibidem dicitur, in 1. reſponſo. No-*
*tat etiam Lapus, Ioannes Monachus, &*
*Dominicus contra Ioannem Andream,*
*ad d. ca. 2. de offic. vicar. in Sext. quod offi-*
*cialis ex generali mandato poſſit inquire-*
*re, quamuis non poſſit punire, & quod poſ-*
*ſit remittere reos puniendos, cõtra quos in-*
*quiſierit ad epiſcopum, Rota deciſion. 66.*
ſi ſeruetur opinio, *in nouis. Poterit quo-*
*que, ſi per inquiſitionẽ inueniat innoxios,*
*declarare ab eadem inquiſitione abſolu-*
*tos, ſicut tenet Felinus ad ca. non poteſt, de*
*re iudic. Idque contra ripam tuetur Ber-*
*nardus Diaz, in practica canonum, ca. 4.*

h *vt expreſſe deciditur, in c. fin. de offi. vicar.*
*in Sext.*

i *c. ex frequentibus, 3. de inſtitut.*

k *c. ſtatutum, 3. de præb. in Sext. c. cum nul-*
*lus clericum, 3. de temp. ord. in Sex. libr. 1.*
*tit. 9. vbi gloſſ. tamen, ad verba,* non ex-
trudant, *notat, officialẽ cum ſpeciali man-*
*dato, dimiſſorias dare poſſe, ad verbum,*
remotus,



remotus, *idipſum dicit in vicario gene-* A
*rali, & ſi in remotis agat epiſcopus. remota*
*autem loca, quæ dicantur, relinqui officio*
*iudicis. addit tãdem & Ioannes Andreas,*
*in hoc concordare Hoſtienſem ad ca. rela-*
*tum, de ſent. excom. & Archid. ad ca. 2. de*
*teſta. in Sex. Atque hodie vicariis dari ſu-*
*per hoc expreſſam poteſtatẽ, vt etiam præ-*
*ſentib. epiſcopis tales licentias concedant.*

l *Sic capitulum ſede vacante epiſcopali, cõ-*
*ſtituit vicarium, cap. penultim. de ſupplen.* B
*neglig. prælat. in Sext. facit & Abbatiſſa*
*electa a maiori parte capituli, c. indemni-*
*tatibus, de elect. in Sext. vel alius prælatus*
*electus cõcorditer in caſu. c. nihil, de elect.*
*notat glo. ad clem. 2. de reſcrip. ad verbum*
*epiſcopi, officialem epiſcopi, dici eum, quem*
*capitulum dat ſede vacante non obſtante.*
*clem. cum acceſſiſſent, de procurat. nempe*
*officialem iuriſdictionis non perſonæ, quæ*
*non eſt, pro qua facit, c. vnic. de maiori. &* C
*obedien. in Sex. Item ait, & dici officialem*
*Archidiaconi & alterius inferioris ab epi-*
*ſcopo. Tradit etiam, Rota deciſ. 259.* no-
tat gloſſa, *in antiqui. quod vbi plenaria,*
*quantum ad ſpiritalia & temporalia iu-*
*riſdictio ad prælatum vel prælatiſſam per-*
*tinet, prælatus poteſt ibi ponere vicarium*
*temporalem ſecundum Ioan. Andream,*
*ad clem. frequens, de exceſſib. prælat.*

m *c. 16, in noua, 16. q. 7.*

n *Clem. etſi principalis, 2. de reſcript. agit de*
*foraneo, qui ideo dictus ita, quod in certa*
*parte diœceſis ſubiecta alteri principi ſe-*
*culari, quam ſit ſedes epiſcopalis & prin-*
*cipalis officialis, ſit conſtitutus. Diœceſes*
*enim epiſcoporum ſæpe non ſunt iiſdem li-*
*mitibus definitæ, quibus prouinciæ princi-*
*pum temporalium. Ideo propter faciliorem*
*iuſtitiæ expeditionem, neue illa impedia-*
*tur principibus temporalibus diſſidẽtibus,*
*ſub quorum ditionibus eſt diuiſus epiſco-*
*patus, conſtituti ſunt officiales foranei, de*
*quibus tamen ego arbitrarer cõtra ſenten-*
*tiam gloſſ. in clem. 1. ad verbum,* foraneo,
*de reſcript. non intelligi, c. Romana, de offi.*
*ord. in Sex. nam iſti foranei, de quibus di-*
*xi, æque principales ſunt ac ii, qui in ſedib.*
*Epiſcopalibus remanent, & proinde fa-*
*ciunt idem conſiſtorium cum epiſcopo; at-*
*que dictum antea vnum epiſcopũ, vnum*
*vel plures ponere poſſe officiales & vicarios,*
*& ideo nõ appellatur ab illis ad epiſcopum,*
*ſed ad ſuperiorem. Cæterum non erit id ne-*
*gandum, ſi in extranei diœceſi epiſcopus*
*conſtituat officialem, hunc quoque fora-*
*neum dici ad certã cauſam vnum vel ad*
*plures, & pro delegato haberi, quia conſti-*
*tuens, ibi, vbi conſtituit, non habet diœce-*
*ſin, & proinde ab eo foraneo ad delegan-*
*tem appellabitur, nõ ad ſuperiorem, & ita*
*intelligo, d. c. Romana, de offi. ordin. in Sex.*
*& c. Romana, de appell. in Sext.*

o *De quo & in c. 1. de offic. vicar. in Sext. c.*
*inſinuante. de offi. delega. c. dilecti, vltimo,*
*de appellat. & ab hoc appellatur ad dele-*
*gantem epiſcopum, vel eius principalem*
*officialem, non ad ſuperiorem.*

p *poteſt itaque fieri officialis, & locum tenẽs*
*eius monachus, & a clauſtro propter nego-*
*tia auocari, maxime ſciente abbate, vt no-*
*tat Rota, deciſ. 185.* nota quod mona-
chus ſimplex, *in antiq.*

## Capvt IIII.

### *De Chorepiſcopo.*

D VIcarius cenſebatur in parte epiſcopa-
tus, & cum maiore poteſtate, quam
officialis, non tamen cum tanta, quam ha-
beret epiſcopus, is qui olim dicebatur
Chorepiſcopus, id eſt, religionis cuiuſdam
ſeu partis epiſcopatus vel diœceſeos qua-
ſi epiſcopus. *a* Sublatus tamẽ vſus Chore-
piſcoporum propter inſolentiam, quod-
que ſibi epiſcoporum officia vſurparẽt. *b*
tum etiam, quod pro monſtro viſum ſit
E in vna diœceſi, & corpore duo eſſe capita,
duos inquam eſſe epiſcopos. *c* Poteſt ta-
men epiſcopus in loco, vbi diuerſa ſunt i-
diomata, vicarium vnũ in lingua peritum
cõſtituere, qui verbo & exemplo inſtrue-
re poſſit populum ſibi ſubditum. *d*

SCHOLIA.

a *Chorepiſcopi multa habebant communia*
*cum epiſcopis, neque pendebat, ab epiſco-*
*pis principalibus, vt vicarii ab illis conſti-*
*tuti, ed veluti proprio beneficio in certa*
*parte loci diœceſeos, muneris epiſcopalis*
*non epiſcopi vicarias agebat partes, geren-*
*tes propria auctoritate, quæ epiſcopi ipſi*
*diœceſis gerere debebant, in multis quoque*
*etiam ab epiſcopis diſtinguebantur, nam*
*epiſcopi non niſi in ciuitatibus, Chorepi-*
*ſcopi vero in vicis ordinari poterant, epi-*
*ſcopi literas formatas, Chorepiſcopi non ni-*
*ſi commendatitias tribuebant, epiſcopi ius*
*conſecrandi habebant, chorepiſcopi tan-*
*tum minores ordines dabant. Leuiticam*
*autem & ſacerdotalem benedictionem*
*non poterant tribuere, capit. eccleſiis, 3. §.*
*inter epiſcopos, & capit. 4. quamuis, 68.*
*diſtinct. vbi & alia fuerũt prohibita cho-*
*roepiſcopis.*

b *d. ca. quamuis, § fin. & ca. chorepiſcopi, 5.*
*ea. 68. diſt.*

c *cap. quoniam in pleriſque, 14. de offic. ord.*
*l. non ſunt liberi, de ſtatu hominũ, l. quod*
*certarum, de poſthu. hære. inſtituen. C. ſin-*
*guli tantum epiſcopi debent conſtitui per*
*per ſingulas diœceſes. Similes his Chorepi-*
*ſcopis, erant olim in temporalibus princi-*
*patibus officiales dicti* τοποτηρηταὶ, *ſeu vica-*
*rii, melius locorum ſeruatores vel defenſo-*
*res in prouincia, qui etiam tandem ſublati*
*ſunt, quod in ſingulis ciuitatibus defenſo-*
*res earum, vices præſidum ſufficienter age-*
*rent. § nulli quoque iudici, ſeu c. 4. nouell.*
*8. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant,*
*§. 1. & ſequen. vt nulli iudic. liceat habere*
*loci ſeruatorem, nouellæ. 134.* τοποτηρητὴς
εἶδος ἀξιώματος, *ſpecies dignitatis localis*
*Suidæ, tanquam* χωρεπιſcopatus.

d *In dict. c. quoniam in pleriſque, 14. de offi.*
*ordina.*

CAPVT V.

*De Archidiaconis.*

INter vicarios epiſcopi annumeramus
archidiaconos, quorũ interdictio qui-
A dem eſt ordinaria & perpetua, verum no-
mine epiſcopi reddita. Ideo ex vicaria po-
teſtate audit iurgia ſingulorũ, & circuen-
do prouinciam, cuncta quæ emendatione
indigent loco ſui epiſcopi, corrigit, & e-
mendat. *a* Attamẽ ſine mandato & licen-
tia epiſcopi nemini debet curam cõmit-
tere animarum, *b* aut excommunicare, *c*
aut dare commendatitias literas ad ſuſci-
piendos alibi ordines, *d* aut viſitare mo-
B naſteria, niſi in quantum ei conſuetudo
permittit, *e* poterit tamen contra capella-
nos, quos dixerit ſibi ſubditos cauſa viſita-
tionis, agere irrequiſito epiſcopo, ſicuti
capitulum in re, quam habet ab epiſcopo
diuiſam, ratione adminiſtrationis, & in
bonis temporalibus diuiſis, agit irrequiſi-
to epiſcopo. *f*

SCHOLIA.

C a *c. 1. ca. ad hæc nos, 17. de offi. Archid. libr.*
*1, tit. 23. ca. perlectis, §. Archidiaconum,*
*25. diſtinct. vbi gloſſa, ad verb.* iurgia, *diſ-*
*putat de eius iuriſdictione, habet & Ar-*
*chidiaconus nihilominus alia officia, quæ*
*in prædictis iuribus ponuntur, & in cap. vt*
*noſtrum, eo. tit. de offi. Archid. concedit &*
*ei aliqua conſuetudo, quæ tamen præſcri-*
*pta eſſe debet. c. fi. de offi. Archid. c. dudum,*
*de elect. c. ad hæc. de exceſſ. prælat.*

D b *Etiamſi conſuetudo alia fuerit. c. cum ſa-*
*tis ſit, 4. de offic. Archid. can. nullus omni-*
*no, 16. quæſt. 7. cap. cunctis fidelibus, 16.*
*quæſt. 1.*

c *de iure communi, ſine conſenſu epiſcopi. ca.*
*Archidiaconus, 5. de offic. Archid. ca. vi-*
*ſis, 16. q. 2. c. nullus, 16. q. 7. ca. corripian-*
*tur, 24. quæſt. 3. poſſunt tamen de conſue-*
*tudine aliquando, vt in cap. dudum, in 2.*
*de elect.*

E d *c. ſignificaſti, 8. de offic. Archid.*

e *c. dilecto filio, 10. de offi. archid.*

f *Rota deciſ. 284.* nota quod Archidiaco-
nus, *in antiq. per c. cum olim, de teſtib. ad.*
*quod facit. l. ciuitates. quod cuiuſ. vni-*
*uerſ. nomine. P. c. edoceri. de reſcript.*

CAP.



CAP. VI.

1 *De Archipresbyteris.*
2 *Coadiutore.*
3 *Titulario epiſcopo.*

1 ARchipresbyteri in his, † quæ gerunt
ex officio, vices quoque epiſcopi di-
cuntur agere. *a*

2 Coadiutor quoque datus in tempora-
libus vel ſpiritalib. videtur etiam vicarius
eius, cui adiungitur vel datur. *b*

3 Sed & titularius epiſcopus, † eccleſiæ B
exſiſtentis penes infideles, quæ caret pro-
prio clero & populo Chriſtiano, & qui ſe-
dem non habet, ratione priuilegii ſibi cõ-
ceſſi de promouendo ad ſacros ordines
quoſcumque ad ſe venientes, eſt quaſi vi-
carius epiſcoporum aliorũ, quorum ſub-
ditos promouet. Quia nõ poteſt ſine pro-
prii prælati expreſſo conſenſu, aut ſine li-
teris dimiſſoriis promouere quenquam C
ad quoſcunque ſacros ordines, vel ad pri-
mam tonſuram, niſi velit ſuſpendi per an-
num ab exſecutione pontificaliũ, & pro-
motus ab exſecutione ſuſcepti ordinis, do-
nec aliter fuerit viſum ſuo epiſcopo. *c*

SCHOLIA.

a *ca. penult. & fin. de offic. archipresbyt. libr.*
*1. tit. 24. & gloſſ. ad clem. 2. ad verbum,*
foraneo, *de reſcript. notat quod vbi dici-*
*tur de officiali foraneo, dici eodem modo,* D
*de decano rurali, qui in parte diœceſis ge-*
*rit vices epiſcopi ad tempus, qui etiam of-*
*ficialis foraneus dici poſſit. Quæ tamen*
*intelligenda ait, niſi officiales vel decani*
*ex alio capite admittantur, vt quia cano-*
*nici Cathedralium eccleſiarum, vel his ſi-*
*miles. Ioan. Andreas id firmat. Archipreſ-*
*byter, vel in vrbe ciuitatenſis eſt, vel cu-*
*rialis. Ciuitatenſis officium ponitur, vt vi-*
*ce epiſcopi eo abſente, officium diuinum* E
*incipiat, benedictiones presbyterales det,*
*& c. c. officium, de offi. archipresbyt. Ru-*
*ralis vero, vel decanus, presbyterorum &*
*laicorum ſeu plebaniæ gerit curã, & cun-*
*cta refert ad epiſcopum. c. fin. eod. tit. dici-*
A *tur porro archipresbyter ruralis, alicubi*
*decanus, vt in c. capit. 50. diſt.*

b *Quando prælatus vel beneficiatus eſt im-*
*par muneri, vel propter ægritudinem per-*
*petuam, vel ob furorem ſuperuenientem,*
*vel ob ſenectutem, vel aliter, datur ei ali-*
*quando coadiutor, qui eius vices ſuppleat,*
*honeſtis eidem ex beneficio expenſis datis.*
*cap. fin. & cap. ex parte, cap. de rectoribus,*
*c. tua nos, de clerico ægrota. cap. vnic. eod.*
*tit. in Sext.*

c *In concilio Tridentino, ſeſſ. 14. cap. 2. &*
*ſeſſio. 6. c. 5. & ſeſſ. 23. de reforma. cc. 3. 8.*
*& 10. Quia & generaliter omnibus epi-*
*ſcopis in aliena diœceſi ſine conſenſu pro-*
*priorum prælatorum quippiam agere in*
*præiudicium eorum prohibitum eſt. Con-*
*cil. Niceno, cap. 17. Aureliacenſi, capit. 3.*
*cap. 15. Moguntinenſi, c. 14. c. 1. 21. q.*
*2. per totam, 9. q. 3. c. 1. cum ſeq. de tempo-*
C *rib. ordinat. in Sexto.*

## DE OFFICIO LEGATI.

### TITVLVS III.

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid legatus.*
3 *Et quod ſpecies, vt alii de latere, miſſi,*
*nati.*

D INter iudices ordinarios erant † legati 1
ſummi pontificis, quibus incertis ne-
gotiis committitur legationis officium,
vt ibi euellant, diſſipent, plantent atque æ-
dificent, in prouinciis ſibi commiſſis, vbi
tanquam proconſules habentur antiquo-
rum. *a* Et ita:

Legatus ſummi pontificis † dicitur eius 2
vicarius, & vices eius gerens in aliqua pro-
uincia vel regno ſibi commiſſis. *b*

E Legatorum autem † pontificalium tres 3
ſunt ſpecies. *c* Quidam enim ſunt legati
dicti de latere, *d* nempe cardinales, qui ex
latere ſummi pontificis & eius ſenatu *e*
accipiuntur, & in prouincias mittuntur
nomine ſummi pontificis, poteſtate acce-

pta.*f* Alii dicuntur legati nati, qui nõ ſunt miſſi de latere, ſed habent ratione priuilegii beneficii poſſeſſi, poteſtatem a ſummo pontifice tanquam legati eius. Alii ſunt qui dicuntur tantum legati miſſi, nempe quorum eſt electa perſona & mittuntur in prouincias per ſummum pontificem, cum mandatis & poteſtate, & cardinales non ſunt. *g*

### SCHOLIA.

a *cap. 1, de officio lega. libr. 1. tit. 15. in Sex. æquiparantur legati antiquis proconſulibus & præſidibus prouinciarum, de quorum poteſtate & auctoritate diximus, lib. 47. Syntagmat. ca. 32. & tractatur in tit. de officio proconſul. li. 1. P. tit. 16. His maius erat imperium poſt principem in prouinciis deputatis, l. ſi in aliquam, 7. § fi. & l. ideo, 8. eod. tit. atque pleniſſima poteſtas, nouella 30. de proconſule Cappadociæ, & nouell. 123. de proconſule Paleſtinæ. Præſidis porro nomen generale eſt, eoq; & proconſules & legati Cæſaris, & omnes prouincias adminiſtrãtes, licet ſenatores ſint, appellantur, proconſulis vero ſpecialis appellatio, l. 1. de officio præſid. lib. 1. P. tit. 18. eratq; omnis poteſtas penes huiuſmodi præſides in prouinciis, quæ omnibus maioribus Romæ magiſtratibus concedebatur. leg. omnibus, 10. & ſeq. de offic. præſid. P.*

b *cap. 1. §. fin. de offic. lega. c. mandata, 6. de præſumt. libr. 2. tit. 23. c. vnico. de conſuetud. in extrauagan. commun. vicarii proconſulis, legati ſunt, vt in tit. de offic. proconſ. & leg. lib. 1. P. tit. 16. at proconſul in prouincia ſibi decreta poſſet etiam dici vicarius principis, vel olim populi, vt apud Strabonem, & ibi ita vicaria principis dignitas, ſacræ cognitionis habet poteſtatem & iudicationis principalis refert auctoritatem, l. vni. de offi. vica. C. vbi tamen vicarii dicuntur non tam principis, quã perfecti prætorio, is enim mittebatur in tractum vel diœceſim aliquam aliquot in ſe prouincias continentem, ſimilis prope modum legato proconſuli. Sed & quãuis iſti legati ſunt, tamen non ſine adiectione alia, vt procõſulis, vel alterius dicuntur, veluti & legati ciuitatis & municipiorum. l. 1. de legatio. li. 50. P. tit. 7. legatus hoſtium, l. fin. eo. ca. iuſgentium, 1. diſt. Loquitur, & de his legatis ciuitatum ad alias ciuitates vel principem delegatis, tit. de legationibus. libr. 10. C. tit. 63. Sunt & legati Cæſaris ſeu principis, qui mittuntur a principe cũ mandatis & principali poteſtate ad aliquid dicẽdum, agendum vel negotiandum, & ad tempus, vt in l. diem functo legato, 4. de offi. aſſeſſorũ, in P. lib. 1. tit. 22. mandata interdum ſcripta, interdum ore tenus data & accepta, vt in c. fi. 97. diſtin. Solent interdũ legati miſſi papæ, dici nuntii papæ vel oratores, vel ambaſſiores, verum iſti non habent eam iuriſdictionẽ & poteſtatem, quæ datur prædictis legatis de latere, natis & abſolute miſſis, mittuntur enim iſti nuntii ad certum tantum negotium, vt & in c. cum inſtantia. 17. de cenſib. c. accedens, de præſcript.*

c *tres ſpecies ſequentes ponuntur, in cap. 1. de officio lega. in Sext.*

d *Cardinales miſſi in prouincias de latere dicuntur. c. volentes, 8. de offic. ordin. c. ſi abbatem, 36. de elect. in Sext. quia ad latus principis ſunt, cenſenturque pars corporis eius, c. quiſquis, 6. q. 1. clem. felicis, de pœnis, ita in c. 1. de offic. leg. in Sex. dicit ſum. pontif. hos legatos miſſos de fratribus ſuis honoris prærogatiua lætantes, dicit & fratres cardinales papa. in ca. dilecto, de præb. c. licet, 3. de teſtib. c. fundamenta, §. licet, de elect. c. per venerabilem, qui filii ſint legit. & alibi. Quare iſti legati de latere, vtuntur inſignibus apoſtolicæ dignitatis, dum legatione funguntur ex conſilii generalis ſtatuto, ca. antiqua, de priuileg.*

e *habet eccleſia vniuerſalis ſuum ſenatum ex cardinalibus, c. eccleſia, 16. q. 1. d. c. per venerabilem, qui filii ſint legitimi.*

f *nempe occaſione eccleſiæ, cui datur hæc facultas, d. c. 1. de offic. lega. in Sext. cuius generis eſt Archiepiſcopatus Cantuarienſis in Anglia, qui præeſt & iure Metropolitano & iure legationis in prouincia. c. 1. de offic. leg. c. 1. de appella.*

g *dicto cap. 1. de offi. legat. in Sex. & dict. c. mandata, de præſumtio. cap. cum dilecti, de accuſatio. huius generis legati papæ poſſunt etiam eſſe ſubdiaconi, capit. 1. 94. diſtinctio.*



## CAPVT II.

### *De poteſtate legatorum.*

Maior dignitas ineſt legato de latere & poteſtas, quam miſſo vel nato, etiam dum venerit ad illorum prouincias illis commiſſas, qui propter ſedis apoſtolicæ reuerentiam ei cedere debent, neque illo præſente, & quandiu in prouincia illorum moratur, exſecutionem ſuæ legationis & officii habent. *a* Poteſt & legatus de latere extra prouinciam ſibi decretam, abſoluere excõmunicatos pro violenta manuũ in clericos iniectione, legatus autem miſſus, poteſt tantũ in ſua prouincia. Natus vero, nullo modo. *b* Item legatus cardinalis de latere, poteſt ſuæ collationi reſeruare beneficia non vacantia in aliqua collegiata vel cathedrali eccleſia, ſic tamen, vt vna reſeruatione in eccleſia pendente, non poſſit aliam facere, *c* & ea lege, vt exſpirante legatione reſeruationes illæ, ſi ad collationes non fuit proceſſum per exſecutores, exſpirent. *d* Nõ poteſt autem ſibi reſeruare cathedrales ipſas, vel regulares, vel collegiatas eccleſias, nec dignitates eccleſiarum cathedralium maiores poſt epiſcopos, ſi ad eas præpoſiti ſint per electionem vocandi. *e*

### SCHOLIA.

a *cap. volentes, 8. de offic. lega. ſic vt maiori & digniori alii ei deferunt, nec eo præſente exercent officium ſuum, ca. denique 2. diſt. c. antiqua, §. dominicæ, de priuil. l. fi. de offi. proconſ. P.*

c *cap. 1. de offic. lega. cap. dilectus, 6. eo. apud Greg. ex ſpeciali conceſſione alii poſſident, vt in c. literas, de ſupplend. neglig. prælato. ſeruatur tamen & in collationibus beneficiorum factis a legatis de latere diſtinctio, c. præſenti, c. collatio. c. deliberatione, de offic. ordinar. in Sext. Et quemadmodum non valet beneficii impetratio, in qua modicum poſſeſſum aliud, non fuit expreſſum, ſic non valet obtentum a legato, ſi ſuppreſſum eſt poſſeſſum a prouiſo, c. fi. de offi. lega. in Sext. quamuis valeat collatio facta ab ordinario, ſuppreſſo beneficio, quod iam poſſidet prouiſus, cle. fi. de offi. ord.*

d *cap. præſenti, 3. de offic. legat. in Sext. non poſſet tamen dare ius ad beneficium vacaturum. gloſſ. in notabilibus ad caſum, cap. 1. de offic. lega. nec poteſt cuipiam committere, vt beneficii reſignationem cuiuſpiam accipiat & alii conferat, c. 4. §. fi. eo. tit.*

e *cap. deliberatione, 4. de offic. lega. in Sext. Suſtulit etiam conciliũ Tridentinum, ſeſſion. 24. c. 19. de reformatione, reſeruationes omnes, atque prohibuit eaſdem nominatim cardinalibus.*

## CAPVT III.

### *Iterum de poteſtate legatorum.*

Legatorum poteſtas maxime ex tenore literarum ſuæ cõmiſſionis ſeu mandati pendet. *a* Ideo non creditur legato, niſi literas ſuæ legationis oſtendat. *b* Sunt tamen quædam, quæ legatus de latere ex dignitate habet ſupra alios, nam poſt ſummum pontificem in prouincia ſibi decreta maius imperium ſupra alios dicitur habere, *c* & proinde quædam poteſt, quæ alii non poſſunt, vt ex proxime dictis exempla patent, & inſuper poteſt is, non autem miſſus vel natus, Archiepiſcoporum & exemtorum, ex officio electiones confirmare, niſi & miſſis, & natis, a ſede apoſtolica idipſum conceſſum fuerit, *d*. & in ſumma hic legatus de latere omnia poteſt, præter excepta *e* & reſeruata ſoli ſummo pontifici, quæ non comprehenduntur generali mandato, qua ratione

legatus etiam de latere ſine ſpeciali mandato, non transfert epiſcopos, *f* non vnit epiſcopatus, nec eos diuidit aut ſubiicit, *g* non cognoſcit de negotio, poſtquam illud retulerit ad ſummum pōtificem, *h* verum quilibet legatus cognoſcit de aliis in diœceſi ſibi decreta, non tantum per appellationem, ſed etiam per ſimplicem querelam aditus, *i* poteſt quoque ibi concedere ſtatutum, quod durat etiam finita legatione, *k* & ſi quis legatus ſit diuerſarum prouinciarum, poterit in vna, alterius quoque negotia expedire. *l* Qui vero legationem ſummi pontificis impedit, tanquam conturbans eccleſiam, debet a liminibus eccleſiæ pulſus excommunicari, *m* & terra eorum, qui impediunt, ſubiici interdicto eccleſiaſtico. *n* Atque omnes eccleſiæ legatos ſummi pontificis recipere tenentur, & eius procurationes, & neceſſaria pro modo facultatum adminiſtrare, ſi requirantur. *o*

### Scholia.

a *de poteſtate legati & priuilegiis tractat Ioannes de Selua in 2. parte beneficiorum, quæſtio. 3. ſic leges cum loquuntur de poteſtate præſidum & proconſulum (quorum habent ſimilitudinē legati apoſtolici prouinciam adminiſtrantes, in ca. 1. de offic. lega. in Sex.) referunt ſe ad ea, quæ ſcripta habent in mandatis datis ab Imperatore, vt l. mandatis, 33. de pœnis. P. l. 1. de colleg. illic. P. lib. 47. P. tit. 22.*

b *ca. fin. 97. diſt. ca. lectis, 67. diſt. l. 1. C. de mand. princip. C. Neque etiam creditur Cardinali aſſerenti aliquid in præiudicium alterius. gloſſ. in c. ſicut nobis, de ſent. excom. Aliquando tamen in aliquibus credi poteſt ſine literis legato principis, ſi eius perſona honeſta ſit, & de qua nō præſumatur, quod mendacium dicat, & ſi aſſerat ſe oretenus mādatum a principe accepiſſe, c. nobiliſſimus, 97. diſt. Neq; etiam legatus ſum. Pontif. petens procurationes ab eccleſiis tenetur illis oſtendere originalem poteſtatem, vt notat Ioan. Andr.* ad c. *1. de offic. leg. Hoſtienſ. ad c. procuratores, de cenſib. Rota deciſ.* 175. nota quod legatus, *in antiq.*

c *in c. Abbatem, 36. §. huiuſmodi, de elect. in Sex. vt dictum de præſidibus, l. 4. de offic. presb. P. & de proconſulibus, in l. ſi in aliquam, 7. §. fin. & l. & ideo, 8. de offic. proconſul. P.*

d *dicto c. Abbatem, §. huiuſmodi.*

e *c. quæ de cauſa, 9. & ibi glo. ad verb.* quicquid, *2. q. 5. gl. ad d. §. huiuſmodi, ad verb.* tranſeundi, *plura reſeruata ſum. Pontif. notat glo. ad c. 4. ad ver.* reſeruata, *de offi. legat. & Hoſt. adfert 60. caſus reſeruatos, & Roſella in ſumma, in ver.* legatus, *n. 3. Quare nec legatus aut nuntius habēs poteſtatē conferendi beneficia qualitercumque vacantia, & indebite occupata, poteſt beneficia generaliter reſeruata puta per conſtitutionē exſecrabilis, de præb. in extr. vel alio modo conferre, quia nec ſub hoc mandato generali continentur generaliter reſeruata. c. fi. de offi. vica. in Sex. facit. ca. quamuis, 2. de præb. in Sex. diſputat & ita concludit rota. dec.* 109. legatus ſiue nūtius, &c. *in nouis & deciſ.* 459. nota legatus, *in antiq. Sed neque qui habet poteſtatem beneficia conferēdi certo modo reſeruata ſedi apoſtolicæ, vt puta vacantia in curia, poterit in vim legationis alio modo vacantia conferre, deciſ. Rotæ* 161. nota quod vbi eſt, *in antiq.*

f *c. niſi ſpecialis, 3. & c. quod translationem, 4. de offi. leg. vbi id reſeruari dicitur ſum. Pont. in ſignum priuilegii ſingularis, vt & in c. 1. de translat. epiſcop. vbi ratio, & ca. mutationis, 7. q. 1.*

g *d. c. quod translationē. Quia hoc ad ſum. Pont. pertinet, c. ſicut vnire, de exceſ. prælat. poterit tamen eccleſiam parrochialem vnire dignitati & alterius generis eccleſiam alteri ſubiicere. Rota dec.* 18. ſecundum maiorē, *in nouis, & dec.* 58. legatus de latere, *in nouis, vbi & addit, eundem poſſe inuito etiam & non vocato curione, idipſum facere, & in deciſio.* 458. nota quod, *in anti.*

h *c. licet, 5. de offic. ordinar.*

i *c. 1. de offic. lega.*

k *c. fin. de offic. lega.*

l *c. nouit, 7. de offic. lega.*

m *c. ſi quis autem, 2. 94. diſt. c. vni. de conſuet. in extrauag. commu.*

n *d. c. vnico, de conſuetud.*

o *c. cum inſtantia noſtra, 18. cum ſuis, §§. de cenſib. lib. 3. tit. 39. c. accedens, 11. de præſcriptio. lib. 2. titul. 16. in quibus & reiicitur exceptio priuilegiorum & præſcriptionum.*

### Capvt IIII.

*Quibus modis finiatur legatio.*

Legatio legati minoris non cardinalis, ſuſpenditur, quandiu legatus cardinalis in prouincia eius eſt; *a* aut ſi alius pro ſpeciali negotio in eadem prouincia delegetur cum mādato ſpeciali; atq; ita ſpeciale mandatum derogat generali; *b* finitur vero legatio, quando ad tempus facta eſt, eo lapſo; *c* vel ſi reuocetur; *d* aut ſi legatus referat cauſam ad ſummum pontificem, ideo in ea amplius non procedit. *e* Morte etiam legati finitur legatio, non etiā morte ſummi pontificis delegantis, tanquam poteſtas iudicis ordinarii; *f* legatus enim eſſe dicitur ſedis Apoſtolicæ; quæ nunquam moritur. *g*

### Scholia.

a *ca. volentes, de offic. lega. & exſpirat iuriſdictio minoris, aduenıente poteſtate maiore, c. peruenit, 1. q. 1. c. ecce, 95. diſt. c. fin. de offic. ordin.*

b *c. ſtuduiſti, 2. de offic. ord. c. 1. c. paſtoralis, de reſcr.*

c *c. de cauſis, de offic. deleg.*

d *l. iudicium ſoluitur, 5. de iud. P.*

e *c. licet, 5. de offic. ordina.*

f *c. legatos, 2. de offic. ordin. in Sex.*

g *c. ſi gratioſæ, de reſcript. in Sex. c. 2. liberti, 12. q. 2.*



## DE ARBITRIS. *a*

## Tit. IIII.

a *Exſtat titulus de arbitris, lib. 1. decretal. tit. 43. lib. 1. Sexti, tit. 22. lib. 4. Pandect. tit. 8. de recepti arbitr. & lib. 2. C. tit. 56.*

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Et qui ſint arbitri.*

B Iudicibus cura debet eſſe, vt audititis vtriuſque partis quæſtionibus & reſponſionibus partes, ſi fieri poſſit ad concordiam redigant; ſin minus, iudicio determinent. *a* Cum autem ad formam iudiciorum arbitria reducta ſint, *b* non alienum erit a methodo poſt ordinariorum iudicum tractationem, de arbitris quoque agere.

C Arbitri autem ſeu arbitrarii iudices, ſunt proprie & compromiſſarii, qui nullam poteſtatem in eligentes habētes, conſenſu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur. *c*

### Scholia.

a *c. 1. de mutuis petitio. lib. 2. tit. 4. ca. ſi primates, 5. q. 2. can. ſi quis membrorum, 23. quæſt. 8. compromiſſum tamen nō impedit, quominus vt iudex cognoſcat, niſi iudici coram quo pendet lis, compromiſſi fiat probatio; & ex conſenſu partium itum eſſe ad arbitros; tunc enim quieſcit eius officium; nam dum partes ſunt concordes, nihil ad iudicem. l. 1. §. inde, de operis noui nuntiatio. ſi aliter eius nec alterius interſit.*

b *l. 1. de recept. arb. P. conueniunt enim in plurib. Nam. 1. per vtrunque iudicium & arbitrium interrumpitur præſcriptio; l. fin. C. de arbitr. 2. Iuratur in vtroque de calumnia. leg. 1. & 2. §. ſed quia, de iura. calumniæ. C. 3. vtrunque ad finiendas lites pertinet, l. 1. de recept. arbit. P. Conueniūt & quarto, in formula procedendi, in principio, medio, & fine, & libelli oblatio-*

*ne.l.penul.§.ſin autem,§.altera,de arbitr.* A *C.l.rem non nouam,§.1.de iud.C.niſi aliud dictum ſit in compromiſſo. Sunt tamen quædam,in quibus differant arbitria & iudicia,quorum aliqua refert glo.ad c. cum dilectus,6.ad verba* niſi his,*de arbi. Veluti primo differunt, quia ſtricti iuris ſint arbitria,neque quicquam arbitri poſſunt extra compromiſſi terminos agere.l. non diſtinguemus,§.ſi.de recept.arbit.venitq́ſolum in arbitrium, quod venire de-* B *bere nominatim dictum eſt.l.ſi cum dies, §.plenum, de arbitr.In iudicium vero veniunt omnia,quæ expreſſe,ne veniant,non prohibentur;c.cum eccleſia,de cauſ.poſſeſ. & proprietat.l.ſolemus,de iud.P 2. Arbiter non poteſt punire contumaces vel teſtes cogere, l.quid tamen,§.1.& fin.de recept.arbit.niſi in caſu,c.ſuſpicionis;de offic.delega. Et niſi idipſum in compromiſſo dictum ſit;ſi quidem non habet iuriſdictio-* C *nem,l.prætor.de iud.Iudex contra titu.de dolo & contu.titu.de teſtibus cogendis,2. Arbiter non pronuntiat ſententiam, niſi vtraque parte præſente,præterquam,ſi aliter in compromiſſo placuerit; l.diem proferre,§.ſi quis litigatorum,de recept.arbi. iudex poteſt,l.1.C.quomodo & quando iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partib.l.properandum,13.§.etſi quidem,de iud.C.l.73.eod.P.4.arbiter non* D *poteſt alibi partes citare,quam in loco,in quo compromiſſum eſt,leg.ſi cum dies,§.ſi arbiter.de recept.arbit.P.Iudex poteſt ſine incommodo tamen litigantium, l.ſi locus,59.de indic.5.Arbiter non poteſt delegare arbitrium,l.in compromiſſis,l.non diſtinguemus,§.quæſitum,de recept.arbit. quia electa cenſetur induſtria, & ingenium arbitri, ideo per alium non poteſt implere, l.inter artifices,de ſolutio. P. At* E *iudex partes ſuas delegare poteſt,l.placet, de pedaneis iudic.C.l.more maiorum,5. de iuriſdict.omnium iudic.P.l.1.de offic. eius cui manda.eſt iuriſ.6. Non ſit ſatiſdatio coram arbitro, ſufficit enim pœna compromiſſi,§.ad excludendas, de litigioſis,in authen.coram iudice.contra authen. offeratur,Cod.de litis conteſtatio.lib.3.tit. 9.nouel.53.cap.3.titul.ſi quis cautionibus, & titul.qui ſatiſdare cogant.&c in Pandect.7.Non poteſt mora purgari in arbitro, vbi dies præfixus eſt ab homine,l. celſus, de recept.arbitr.P.Contra in iudiciis.l.ſancimus,de fide inſtrument.Cod.l.ſi poſt tres,ſi quis cautio.P.8.Sententia arbitri non infamat,l.quid ergo,§.ex compromiſſo,de his,qui notan.infam.P.quia nec is poteſt de crimine, quod infamat cognoſcere, l.non diſtinguemus,§.Iulianus, de recept.arbit.P.c.cauſa, de in integ.reſtitut.Sententia iudicis poteſt.l.fuſtibus, cum duabus ſequentib.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.lib.2.titu.12.l.1.§.quorum alterum,ad Senatuſconſ.Turpilian.lib.48. P.titul.16.9.Si partes renuntiant appellationi & pactum faciant de non recedendo ab arbitrio, poſſunt nihilominus ab eo recedere, l.penultim.C.de arbit. Aliter ſi de ſententia iudicis ſequenda paciſcantur.l. fin.C.de temporib.appellat.10. Ab arbitri ſententia non appellatur regulariter.l.1. C.de arbitr.l.a iudicibus,2.quæſt.6.ab omni ſententia contra; capit.vt debitus,de appellat.& toto titulo,in P.& C.quoque, 11.Ex compromiſſo pupillus naturaliter obligatur,quod vel ex eo liquet,quia fideiuſſor accedat, l.ſi pupillus, de recept.arbit. Quod non dicitur in iudicio.l.1.qui legitimam perſonam ſtan.in iudi.habeant.C. 12.quod ex compromiſſo non datur rei iudicatæ exceptio, ſed pœnæ petitio,l.2.de recept.arbitr.Pand.niſi in tribus caſibus 1. ſi iuratum ſit, 2.ſi partes ſe ſubſcripſerint dicendo conſentio, vel non contradico; 3. quando per decem dies poſt pronuntiationem ſententiæ, & cognitionem eius,tacuerunt ſine appellatione, vt l.ne in arbitris, & l.penult.C.de arbit. vel in caſu, l.litigatores,§.interdum,de recept.arbit.P.Ex ſententia iudicis contra, datur exceptio rei iudicatæ, titul.de exceptio.rei indicat. lib.*



*lib.44.titu.2.P.§.fin.de perpetuis & tem-* A *poralib.actio.apud Iuſtinia.1.Conuentus coram arbitro, non poteſt coram eodem reconuenire conuenientem, cap.cum dilectus filius,6.de arbitr.contra in iudicio, cap.1.de mutuis petitionibus, cum ſimilibus.*

c *c.a iudicibus,33.in principio, & §.1.2.q. 6.quo loci iudicum quidam dicuntur ordinarii;alii arbitrarii.Ordinarii ſunt qui ab Apoſtolico,vt eccleſiaſtici; vel ab Im-* B *peratore, vtpote ſeculares legitimam poteſtatem accipiunt. Arbitrarii ſunt, qui nullam poteſtatem habentes, cum conſenſu litigantium in iudices eliguntur;in quos compromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur. Et horum alii dicuntur ordinarii & arbitrarii, alii ordinarii tantum; ordinarii & arbitrarii ſunt, qui legitimam alioquin poteſtatem habentes,ab eis eliguntur ad arbitrandum qui non ſunt ſuæ ditioni* C *ſuppoſiti. Hinc ſit vt quia electi ſunt ex cōſenſu, non liceat ab illis appellare; in d.c.a iudicibus, & ſeq.ſane,2.q.6. In quo mendum eſt corrigendum,& pro eo quod legitur,* liceat, *legendum,* non liceat, *vt habetur in concilio Carthaginenſi,3.c.10.l.1. C.de arbit. Quod dictum autem eſt rurſum eligi iudices nempe arbitros ex cōſenſu;intelligēdum de compromiſſariis. Alio-* D *quin interdum, & leges cogunt litigantes dum recuſant iudices ordinarios, eligere iudices ſeu arbitros,non tā ad decidendam cauſam principalem quam cauſas recuſationis; vel ipſe iudex arbitros illos dabit, can.peruenit,39.1.quæſt.1.cap,licet,cap. ſi quis contra, de fore competent. Iunge ca. cum ſpeciali, de appellatio. Veruntamen notandum huiuſmodi arbitros ex neceſſitate datos vel acceptos, non proprie arbi-* E *tros, ſaltem non eſſe compromiſſarios, de quibus agimus; & proinde ab illis non ab iſtis appellari.l.fin.C.de iudic. Coactio enim illa, liberum tollit arbitrium.l.rem legatam,de adimend.legat.Pand.Coactio vero ſit in pluribus, veluti & clericus cogitur eligere arbitros, ſi agat contra ſuum epiſcopum,capit.ſi clericus,46.& ibi gloſſ. 11,q.1.cap.ſecundo requiris,de appellat. Compromittere autem, eſt ſimul libere promittere, quod ſtabitur ſententiæ arbitrorum, leg.diem proferre, §.ſtari, & §. ſi.de recept.arbitr.P.inde arbitrium vocatur compromiſſum, l.ſocietatem arbitrorum, pro Socio, Pand.latius de his proximo capite.*

## Capvt II.

*Species arbitrorum.*

LAtius tamen aliquando arbitri appellatio accipi pro aliis poteſt; quare arbitrorum in genere quidam dicentur ordinarii arbitri, alii ſimpliciter arbitri, vel arbitrarii; ordinarii ſunt, qui poteſtatem quidem habent iudicandi, ſed non in eos qui ſui iuriſdictioni ſe ſubiiciunt ad iudi-
C cium accipiendum, eos eligendo.*a* Arbitrarii vero tātum ſunt, qui aliunde nullam legitimam poteſtatem acceperunt, quam a compromittentibus,qui ad iudicandum de quæſtione,quam inter ſe habent, *b* eos elegerunt. Eſt & amicabilis compoſitio, quæ differt ab arbitrio,& quæ fit ſine forma iudicii,& de his etiam,de quibus compromitti non poteſt in arbitros. *c* Diſtinguuntur & interdum arbitri, quod qui-
D dā dicantur accepti ex forma iuris,quoſve quis tenetur ſecundum ius eligere; Alii autē dicantur ex cōpromiſſo,id eſt,ſponte a partibus nullo iure iubente, electi.*d*

## Scholia.

a *Hæc omnia traduntur in d.c.a iudicibus, in §.1.2.quæſtio.6.& ſuperiori proxima, ca.1.annotatione quodammodo explanauimus. Differentia & addenda horum;*
E *quod a iudicib.non ſuis, cōmuniter electis appellatur, niſi aliter conuenerit; ab arbitris ſolum,non vtiq.l.ex conſenſu,de appellat. Receptum autem eſt, poſſe compromitti in iudices pprios ordinarios & delegatos, quando poteſtas illorū redditur ar-*

*bitraria, promittendo & compromittendo, quod ſententiam illorum velut arbitrium obſeruabunt compromittentes, cap. cum olim 7. & cap. innotuit, de arbitris, cap. niſi eſſent viri prouidi, de præbendis, cap. literas, de præſumtio. Superiori diuiſioni claſſici interpretes addunt aliam diſtinctionem, nempe arbitrorum ſimpliciter, & arbitrorum arbitratorum; de qua & Panormit. ad cap. cauſam quæ, de elect. Vocant arbitrum eum, qui iudicare debet de iure, ſecundum ordinem iudiciarium; Arbitratorem, qui aſſumitur ſuper contractu ad litem decidendam; videtur hæc diſtinctio originem ſumſiſſe ex leg. ſocietatem mecum, 76. §. arbitrorum, pro Socio, libro 17. P. ti. 2. cui iungendum principium legis eius; vbi dilucidius, quam inuoluant interpretes, res manifeſta fit. Propoſita enim quæſtione de coita ſocietate ea lege, vt Nerua amicus communis partes ſocietatis faceret, & cum Nerua conſtituiſſet, vt tu ex triente ſocius eſſes, ego ex beſſe, cumq; quæreretur, vtrũ id ratum iure ſocietatis eſſet, an nihilominus ſocii ex æquis partib. eſſemus, reſpondit Proculus, melius quæſitum fuiſſe, vtrũ ex his, partib. ſocii eſſemus, quas ipſe conſtituiſſet, quã ex his, quas virũ bonum conſtituiſſe oportuiſſet. Quærendum enim putabat, quam poteſtatem dediſſemus huic Neruæ, non inquam, in eum compromiſiſſemus tanquam in arbitrum, an vero tanquam in bonum virum, vt ſententiam diceret, & quid ſibi videretur. Sicque ſtatim Proculus addit, in §. arbitrorum; arbitrorũ enim genera duo ſunt, vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum, parere debemus; quod obſeruatur cum ex cõpromiſſo ad arbitrium itum eſt; alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitrium redigi debeat, etſi nominatim fuerit comprehenſum, vt arbitrium eius fiat (& poſtea l. 77.) veluti cum lege locationis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat, & l. 78. In propoſita vero quæſtione arbitrium boni viri exiſtimo ſequendum eſſe, & magis, quo iudicium pro ſocio bonæfidei eſt, & poſtea 79. vnde ſi Neruæ arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta eius iniquitas appareat, corrigi poteſt per iudicium bonæfidei, &c. quæ ſequuntur iuncta l. 80. ex quibus patet aliter differre arbitros, quam contorqueatur textus ab interpretibus, nempe arbitros alios dici eos, qui in forma iudiciali debeant iudicare, alios qui ſine forma illa & ſine litigãtium contentione reciproca, mentis ſuæ ſententiam, vel quod videatur proferre debent, quorum poſtremi non pertinent ad iudiciorum qualitatem, neque etiam de his agitur titulo de arbitris; nam illorum arbitrum eſt voluntas tantum ſimplex, vt cum dicitur, aliquid arbitratu alicuius relictum vel collatum, id eſt, in voluntatem, quæ ſi non fuerit viſa iuſta, debet reduci ad id, quod bonus vir faciendum exiſtimaſſet ſine ſtrepitu iudicii, vt ſequenti annotatione dicetur. In hoc tamen commiſſo arbitrio non erit recedendum a perſona, in quam arbitrium dicendum reiectum eſt, id eſt, debent qui arbitrium eius elegerunt exſpectare eius voluntatem, l. ſi quis arbitratu, de verborum obligatio. l. ſi coita pro ſocio, P. l. ſi libertus, de ope. liber. P. l. fin. de contrahen. emtio. C. veruntamen ſi is non fuerit, vt iuſtum eſt arbitratus, illius arbitrium arbitrio boni viri, id eſt iudicis, emendari poterit, l. continuus, §. cum ita, de verbor. obligatio. quod ex iure videtur aliter ſtatui in arbitrio ex compromiſſo prolato, in quo ſiue bene ſiue male ſtatutũ ſit, ſtandum erit metu pœnæ. l. diem proferre, §. pari, de recept. arbit. P. niſi forſan ex doli exceptione ſubmoueatur, leg. arbitrorum, C. de arbitris, vel aliis modis ſubueniatur læſo enormiter per recurſum ad arbitrium eiuſdem boni viri, vel per appellationem, vt poſtea inferius ſuo loco dicetur. Nihil propemodum quoque pertinent ad iudiciales arbitros ſeu cõpromiſſarios aliæ ſpecies, quas proponit gloſſa in d. §. arbitrorum, l. ſocietatem, pro ſocio, veluti quod quis*



*quis ſit arbiter rei ſuæ, l. arbitro, qui ſatiſdar. cogan. Pandect. l. antepenult. de iudic. C. l. in re mandata, C. manda. l. quiſquis, de poſtula. & arbitrium voluntatis vltimæ, l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. nam iſta arbitria pro voluntate libera accipiuntur, nec ad inſtitutum tractatum pertinent. Si velis nihilominus explere animum de eorum diſtinctione, conſules quæ diximus lib. 47. ſyntagm. iur. cap. 39. addam tamen ne tyrones, conturbet doctorum & interpretum lectio; in ſumma notare oportere apud illos interdum arbitrium accipi pro iudice delegato vel ordinario, vt in l. quiſquis, C. de poſtul. l. arbitro. & ſequent. qui ſatiſda. cogan. interdum pro eo, qui de iure eligitur, dum iudex recuſatur ex cauſa ſuſpicionis, vt in cap. ſuſpicionis, de offi. delega. in l. apertiſſimi, C. de iudic. c. cum ſpeciali, de appellationib. cap. legitima, eodem titu. in Sext. quem vocant interpretes iuris arbitrum, interdum arbiter is eſt, qui eligitur a partibus ex compromiſſo, de quo nos agimus, & ſic accipitur in l. 3. §. 1. & toto titulo, de recept. arbit. & de arbitris hunc tamen interpretes vocant arbitratorem, quem dicũt differre ab arbitro; quod arbiter ex iure; arbitrator de iure & de facto ſiue ordine iudiciali ſententiam dicat, quod admonuiſſe ſufficiet; alioquin enim non erit diſtinctioni vel differentiæ inhærẽdum vt commentitiæ, quemadmodum etiam docet Coraſius lib. 4. Miſcella. cap. 18. ſed erant tentanda quæ ante docui,*

b *c. ſiquis epiſcopus accuſatus, 36. §. arbitrarii tantum, 2. q. 6.*

c *c. peruenit, 3. de arbit.*

d *vt in cap. legitima, 2. & ibi gloſſa ad verba* formam iuris, *de appellationib. in Sexto. c. cum ſpeciali, 61. eodem tit. apud Gregor. vbi ex cauſa ſuſpicionis iudicis probanda contendentes tenentur eligere arbitros ad eam decidendam; notat autem prædicta gloſſa in arbitris iuris huiuſmodi, pro iudicandis cauſis ſuſpicionis iudicis eccleſiaſtici, arbitros eſſe debere clericos & non laicos, & ſine ſuſpicione; & quod non multum ſint remoti a loco, ſinque in locis vbi poſſit haberi copia peritorum.*

## CAPVT III.

### *De quibus rebus compromitti in arbitros poſſit, vel non.*

DE omni cõtrouerſia generaliter in arbitros cõpromitti poteſt, *a* niſi nominatim prohibeatur. Prohibetur autẽ ſuper beneficio, *b* ſuper electione, *c* decimis, *d* & ſuper his, in quibus non licet priuatis declinare forũ iudicis, aut transferre earum rerum in alios iuriſdictionem. *e* Proinde delegati ab ordinariis, qui iuriſdictionem non habent, ſed tantummodo facultatem iudicandi, ſeu arbitri, de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere non poſſunt, niſi coram eis mota fuerit incidenter. *f* In matrimoniali quoque, *g* liberali, *h* vel criminalibus cauſis, *i* cum maiores iudices illa exigant, arbiter aſſumi non poteſt, *k* vt neque prælato compromittere licebit de rebus ſuæ eccleſiæ in præiudicium exemtionis. *l* Minus compromittere permiſſum de his, quæ iam ſententia legitimi iudicis ſopita fuerunt, aut de dubiis ex ea ſententia prouenientibus, quæ poſſent peruertere ſententiam. *m* Poſſunt vero eccleſiaſticæ perſonæ de rebus ciuilib. compromittere in laicum, *n* ſed non de rebus ſpiritualibus, *o* præterquam ſi de his cum auctoritate ſuperioris in clericum & laicum ſimul compromittant. *p*

### SCHOLIA.

a *ca. fin. de tranſact.* in his, *inquit textus*, ſuper quib. ius non inuenitur expreſſum procedas æquitate ſeruata, in humaniorem partem declinando, &c.

b *veluti ſuper beneficio, c. 2. de arbit. ca. niſi eſſent viri prouidi, de præben.*

c *cap. cum dilectus, 32. ca. cum in iure, 33. de elect.*

d *ca. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a prælatis ſine conſen. capit.*

e quia arbiter non conſequitur iuriſdictionem ex arbitrio ſibi delato, ſed tantum cognitionem ſeu notitiam, l. 1. C. de arbit. l. ait prætor, de re iudic. & priuatorum conſenſus iudicem non facit eum, qui nulli præeſt iudicio, neque quod is ſtatuit rei iudicatæ obtinet auctoritatem, l. priuatorum, 3. & l. fin. de iuriſdict. omnium iudic. lib. 3. Cod. titul. 13. contra, ſi is alicui præeſſet, & eius fieret extenſio. l. 1. C. eod. l. 1. de iudic. P.

f c. in cauſa reſtitutionis, 9. de reſtitut. in integ. lib. 1. tit. 41.

g dict. cap. cauſa reſtitutionis, §. fina. & cap. fin. de tranſact. cauſa quippe matrimonialis debet tractari per iudices diſcretos, & eccleſiaſticos, iuxta concilium Tridentinum ſeſſio. 24. de ſacrament. matrimon. cap. fin. & ſecundum ſacros canones, capit. tua nos, de ſponſalibus. & per eos, qui poteſtatem habeant iudicandi, cap. ex literis, de conſanguini. & affinit. Coniugii ſacramentum compoſitionis remedium non admittit, neq; in eo a ſeueritate canonica recedere licet, cap. fin. de tranſactio. maxime dum de validitate vel improbatione agitur matrimonii, quos Deus enim coniunxit, non poteſt homo ſeparare; canon. quos Deus, ca. an quod, 31. quæſt. 2. cap. deinde opponitur, 26. diſtinct. ca. inter corporalia, de translatio. epiſcop. vt neq; ſententia lata contra matrimonium vnquam tranſit in rem iudicatam, ca. lator, de ſent. & re iud. cum ſimil.

h cap. cauſa reſtitutionis, de reſtitut. in integ. l. non diſtinguemus, §. de liberali, de recept. arbitr. liberalis cauſa eſt, quæ pertinet ad ſtatum libertatis, inde & liberale iudiciũ, vt liquet ex titulis de liberali cauſa in P. & C.

i criminalis cauſa in arbitrium deduci non poſſet, ſi in ea ſit famoſum delictum, d. cap. cauſa, de in integ. reſtitutio. d. l. non diſtinguemus, §. Iulianus, de recept. arbitr. aut ſi agatur de vindicta publica, & pœna fiſco adiudicanda, quam partes non poſſunt remittere, gloſſa in l. 2. ad Senatuſconſult. Syllania. Bartol. ad leg. 1. §. vſque adeo, de iniur. Pan. ſi tamen crimen famoſum non ſit aut ſi ciuiliter agatur, ex eo poteſt compromitti; ideo ſententia arbitri ſuper eo infamare non dicitur, leg. quid ergo, §. ex compromiſſo, de his qui notan. infam. vide doctor. ad cap. Quintauallis, de iureiuran. ſi etiam in crimine maiori fuerint ad cognoſcendum de eo delegati quidam, qui arbitrium etiam ſuper illo ſuſceperint retenta poteſtate delegata, valebit eorum arbitrium vt compromiſſum, vt in capit. literas, 14. de præſumtio. libro 2. titul. 23. quia non ſunt ſimpliciter arbitri, aut abſq; poteſtate; poterant enim alioquin, & ſine compromiſſo cognoſcere. Poterunt & arbitri cognoſcere. ſi de cauſa criminali agatur tantum de intereſſe pecuniario contendentium, vt notat Maſſuerius in praxi, titul. de arbitris, §. 11. item non valet compromiſſum, per dict. l. non diſtinguemus, §. ſuper errorem.

k d. c. cauſa, de reſtitut. in integ.

l c. cum tempore, 5. de arbit. idipſum in aliis quæ ſunt in præiudicium eccleſiæ, aliter autem ſi fiant in fauorem. Et proinde ſi compromiſſum ſit de rebus eccleſiæ, quod non inducit alienationem rerum eccleſiæ, valet, non etiam ſi inducat. Panormi. ad dict. cap. cum tempore, & ad cap. contingat, de tranſactio. Anchara. ad capit. 1. de rebus eccleſ. non alien. in Sexto. Bartol. ad l. nulli, de tranſact. quocirca ſi de rebus eccleſiæ prælatus velit compromittere, vt compromiſſum valeat debet adhibere conſenſum capituli, & ſolemnitates in rebus eccleſiaſticis alienandis requiſitas, relatas in cap. ſine exceptione, 12. quæſtione 2. & in cap. 1. de rebus eccleſ. non alienand. quas nec conſuetudo tollere poteſt, vt notant interpretes in capit. nulli, de rebus eccleſ. non alienand. gloſſ. ad cap. ſicut, & ad can. ſine exceptione, 12. quæſtio. 2. facit ca. quanto, de his quæ fiunt a prælatis ſine conſen. cap. Et generaliter qui rem non poteſt alienare,



re, non poteſt eandem iudicio committere, l. 1. de iure delibera. P.

m capit. expoſita, 13. de arbit. vide l. cum fideicommiſſum, 7. de confeſſ. Pandect. quæ diſtinguit, vt neque poſt ſententiam a qua non eſt appellatum, valeat tranſactio, quia amplius res dubia non dicitur, quæ eſt requiſita in tranſactione, leg. ſi cauſa, Cod. de tranſactio. l. etiam poſt rem, eodem titul. P. l. eleganter, §. ſi poſt, de condict. indeb. P. quod ſi etiam de interpretatione ſentẽtiæ agatur, adeundus erit is, qui protulit; cuius enim eſt condere, eiuſdem & eſt interpretari, cap. inter alia, de ſentent. excom. cap. ſicut, §. ex his, 11. quæſtione 1. l. fin. C. de legib. Et recurrendum eſt ad ſenſum & intentionem proferentis vel ſcribentis, c. petitio, de procura. c. licet, de offic. ordin. c. ex tuarum, de vſu pallii.

n vt in c. expoſita, 11. de arbit.

o cap. contingit, fin. de arbitr. quia, inquit, non decet, id eſt, non conuenit, vel decens non eſt, vt de talibus laicus arbitretur, cum de ſpiritualibus non poſſit cognoſcere, cap. lator, qui filii ſint legitim. capit. decernimus, de iud. & de eccleſia male iudicat, qui in his quærit iudicium laicorum, cap. placuit, 11. q. 1.

p vt colligitur ex c. per tuas, 9. de arbit.

## Capvt IIII.

*Quis poſſit compromittere.*

POterit compromittere *a* etiam, qui nominatim non prohibetur, *b* & qui habet liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, de rebus enim alienis nemo compromittens ſine mandato, poteſt in præiudicium domini quippiam agere, niſi is poſtea ratum compromiſſum habeat. *c* Sic non valet compromiſſum per pupillum aut filium familias factum, ſine auctoritate tutorum vel curatorum, aut patris, exceptis his, in quibus filiusfamilias admittitur ad agendum aut defendendum ſine patris auctoritate, *d* fauor maximus in exceptione controuerſiarum verſatur extra iudicium, & proinde epiſcopi munus dicitur, tam clericos quam laicos diſſidentes & litibus implicatos, ad pacem & concordiam compellere, potius quã in iudicium trahere *e*.

### Scholia.

a vtilitas iſtius quæſtionis, quis poſſit compromittere, in eo verſatur, vt ſi compromittatur ab eo, qui non poteſt, corruente compromiſſo, corruat etiam pœnæ petitio. l. diem, §. coram, & l. ſi pupillus, de recept. arbitr. Pandect. nec ſtabitur ſententiæ cum principale enim corruit, & conſequenter acceſſorium. l. cum principalis, de regulis iur.

b quia edictum de arbitris, eſt prohibitorium certarum perſonarum, l. ſi pupillus, l. non diſtinguemus, §. ſi ſeruus, de reo. arbitr. P.

c cap. per tuas, 9. §. ſuper quo, de arbit. quia res aliena in iudicium deduci non poteſt, l. 1. de iure delibera. P. rubric. res inter alios geſta, &c.

d gloſſ. ad cap. cum dilectus, de arbit. l. diem proferre, §. coram, & l. Pedius, cum l. ſeq. de recept. arbitr. P. admittitur autem ad agendum & defendendum filiusfam. ſolus ſine patre, in ſpiritualibus, ca. fin. de iudic. in Sext.

e tota 90. diſtinct.

## Capvt V.

*De compromiſſi formula.*

QVando eligendi ſunt a contendentibus arbitri, aut vnus aut tres eligẽtur; vt vel tres conueniant, vel duorum potior ſit ſententia, *a* Si tamen in duos compromiſſum fuerit, valebit nihilominus compromiſſum; qui ſi inter ſe diſcordent, poterunt tertiũ eligere concorditer. *b* Recepta & eſt clauſula compromiſſi in duos, vt ſi ipſi diſſideant inter ſe in ſentẽtia, poſſint certam tertiam nominatam perſonam eligere, alioquin de incerta non valeret. *e* quanquam valeat forma compromiſſi, vt

arbitri per ſe diffiniant, vel per alios duos mediatores, quos ipſi elegerint. *d* Arbitri porro de his tãtum, ſuper quib. in eos fuerit compromiſſum, iudicare poſſunt. *e* Cęterum in compromiſſo; vt arbitrium teneat, adiici debet, vel pœna aduerſus non ſeruantem, aut iuramentum de ſeruando, *f* forma autem compromiſſi diſtinguit arbitrum verum ab amicabili compoſitore, quem vulgus vocat arbitratorem. Nam ſi ita in aliquem compromittatur, vt libellum, reſponſiones & probationes recipiat, iuriſque ordine ſeruato, procedat, arbiter cenſeri debet, *g* ſin autem in aliquem compromittatur, vt controuerſiã de plano, & ſine ſerie litis amici componat, & ex æquo & bono ſtatuat, quamuis arbiter dicatur, tamen vere talis non eſt, ſed amicabilis compoſitor. *h*

### Scholia.

a *cap. 1. de arbitr. expedit autem vnum vel tres impari numero potius quam duos eligi, quod alioquin facile ſine exitu futura ſit eorum ſententia, propter hominum ad diſſentiendum facilitatem. l. item ſi vnus, §. principaliter, de recept. arbit. P. duorum autem ex tribus ſententia præſente tertio, valet, licet ipſe diſſentiat præſens, ſi tamen abſens eſſet, non valeret, l. ſi in tres, de re arbit. P. niſi expreſſum eſſet in compromiſſo, vt duo poſſint procedere ſine tertio, l. non diſtinguemus, §. cum in plures, de rec. arb. c. vno delegatorum, 42. de offic. & poteſta. iudic. deleg. lib. 1. titul. 39. per clauſulam,* quod ſi non omnes, *&c. quæ & in iudicibus plurib. delegatis locum habet, c. prudentiam, de offic. delega.*

b *vt in cap. ſuſpicionis, de offic. delega. l. item ſi vnus, §. principaliter, de recept. arbi. P.*

c *c. innotuit, 12. de arbit. d. l. item ſi vnus, §. ſi in duos, de rec. arb.*

d *cap. cum a nobis, 13. de arbit. ſunt autem illi mediatores amicabiles compoſitores, nõ arbitri, ne proxime dicta repugnent.*

e *cap. cum dilectus, 6. de arbitris. Stricti iuris ſunt compromiſſa, neq; extra ea quippiam arbitri valide agere poſſunt, l. non diſtinguemus, §. fina. de recept. arbitr. & in arbitrium tantum ea veniunt, de quibus dictum eſt vt veniant. l. ſi cum dies, §. plenum, eod. titul. Pand. niſi accedant quædam coherẽtia, ſine quibus cauſa commode explicari nequeat, quẽadmodum quando ſtatuitur dies ſolutioni faciendæ, dict. l. ſi cum dies, §. fin. & l. quid tamẽ. §. ſolutioni, & l. Celſus, eod. titul. Poteſt & de cauſa reſtitutionis in integrum arbiter incidenter, non autem principaliter cognoſcere, l. cauſam reſtitutionis, de reſtitutio. in integ.*

f *iure pœna adiicitur & iuramẽtum, vt eorum metu ſeruentur dicta per arbitrium, cap. 2. capit. per tuas, de arbitr. Cod. §. quia vero, de iudicib. in nou. l. litigatores, §. 2. de recept. arb. P. & de iureiurando iterum in l. 4. C. eod. titul. Permiſſum tamen olim & compromittere ſine pœna, quo iure, contra non ſtantẽ arbitrio electorum ex compromiſſo agebatur incerti actione, l. diem proferre, 27. §. fina. de recept. arbit. Correxit Iuſtinia. nou. 82. de iudicib. cap. 11. §. quia vero multa, in pleriſq; ius ea de re antiquum, & primum ne eſſet vlla actio ex compromiſſo ſine pœna conſtituto; rurſum, ne iuramentũ cõpromiſiſſis adiiceretur, ſed ſufficeret mulctam vel pœnam non ſeruanti cõcipere, qua ſoluta liceret libere ab arbitrio reſilire, idipſum relatum in d. authen. decernit, C. de arbit. voluit tamen Leo Imperator nouella 73. vt pactum etiam non conſtituta pœna valeat, vt & ius pontificium in cap. 1. de pœnis, etiam nudum, cap. 1. de pact. quamuis illud iure ciuili non actionem ſed exceptionem producat, l. iuriſgentium, 7. §. 4. de pact. P.*

g *in l. 1. l. idem Pomponius, alias incipit, ſi de meis, §. recepiſſe, de recept. arbitr. P.*

h *verba enim rebus ſeruire debent, non contra, can. humanæ aures, 22 quæſtio. 5. l. 2. §. ſed vt ſubtilitati, de conſtituta pecunia, C. cap. intelligentia, de verbor. ſignificat. cum*

*cum ſimilib. appellatio itaque arbitri, non facit arbitrum, ſed forma compromiſſi; Panormit. ad cap. Quintauallis, de iureiurand. Ludouic. Roman. ſingulari 515. Bartolus, ad leg. ſocietatem, §. arbitrorum, numero 12. pro ſocio Pandect. Sic qui iurat, quod ſtabit arbitrio alicuius, vt in eum, per cap. veniens, de iureiurand. & ibi Panor. & alii, non vt in arbitrum, ſed vt in compoſitorem amicabilem & arbitratorem, vt & ait Ludouicus Romanus in prædicto loco. Ita arbitramentum, eſt veluti tranſactio quædam. authen. ſi contigerit, de iudic. C. Iaſ. ad ca. nemo poteſt, in 1. lectura. num. 64. de leg. 1.*



## Caput. VI.

### *Qui poſſint eſſe arbitri vel non.*

Liberum eſt compromittere in quoſcunque arbitros, nec refert, an is, qui arbitrium ſuſcipit, integræ famæ ſit, ignominioſus, *a* ſit ne in poteſtate vel extra eligentis, *b* libertinus, vel ingenuus, *c* magiſtratus aut priuatus, *d* alteriusve qualitatis; niſi expreſſe iure prohibeatur *e* arbiter fieri. Prohibentur vero, ſerui *f* mulieres, *g* niſi illæ ſint præcellentes, quæ vt in Gallia iuriſdictionem in ſubditos habere dicantur, *h* Item prohibetur, manifeſte excommunicatus, *i* monachus, maxime ſine ſuperiorum licentia. *k* Poterit tamen & a ſummo pontifice, cauſa ei aut abbati cognoſcenda nominatim delegari. *l* Prohibitum quoque in proprium iudicem ordinarium de cauſa eius fori cognoſcẽtem, compromittere, de eadem. *m* Si tamen non ſit competens, compromittenti reo, nõ eſt prohibitum, quin in eum compromiſſum fiat. *n* Quemadmodum & licet in delegatum compromittere, qui retenta ſibi conceſſa poteſtate, poteſt tanquam arbiter ſtatuere. *o* At nemo rei ſuæ hoc modo conſtitui arbiter poteſt, quia ſententiam ſibi dicere, & ſibi imperare non poteſt. *p* In laicum de rebus ſpiritualibus compromitti non poteſt, *q* cum ex ſua perſona ſit incapax eius cognitionis, *r* niſi id fiat auctoritate Papæ, vel ſuperioris, vel delegati. *s* Poſſet tamen de temporalibus eccleſiæ compromitti in laicum, *t* & de ſpiritualibus quoque in clericum & laicum ſimul, *v* vt dictum antea. Cæterum electi arbitri non tenentur ſi nolunt arbitrium recipere, ſi ſuſceperint tamen, coguntur ſententiam proferre. *x*

### Scholia.

a *ca. infames, 2. §. cognitores, 3. q. 7. l. Pædius, 7. de recept. arbit. P.*

b *nam filius in cauſa patris, conſentiente aduerſario, poteſt eſſe arbiter, d. c. infames, §. filius, 3. q. 7. l. quin etiam, de recept. arbitr.*

c *d. c. infames, §. ſeruus.*

d *l. 4. & 5. de recept. arbitr. P.*

e *quia edictum de arbitris, vt dixi, prohibitorium eſt, certarum perſonarum, & ita illas promittit quas non prohibet, leg. ſi pupillus, & l. non diſtinguemus, §. ſi ſeruus, de recept. arbitr. ſicq; imitatur iudicia arbitrium, l. 1. eod. titu. in quibus perſonæ, quæ non prohibentur iudicare, permittuntur. l. cum prætor, de iud. P.*

f *d. cap. infames, §. ſeruus, 3. q. 7. l. Pædius, 7. de recept. arbit. ſi tamen tempore compromiſſi & ſententiæ ſeruus habitus ſit pro libero, poterit ſuſtineri eius ſententia, per l. Barbatius Philippus, de offic. prætoris. P. l. 1. C. de teſta. cap. conſultationibus, de iure patronat. cap. Apoſtolicæ, de cleric. excom. miniſtr.*

g *cap. dilecti, 4. de arbit. l. fin. C. eod. tit. quia fœminæ ab omnibus officiis ciuilib. remotæ ſunt, d. cap. dilecti, c. infames, §. tria, 3. quæſtio. 7. can. mulierem, 33. quæſtio 5. l. fœminæ, de reg. iur. l. cum prætor, de iud. P.*

h *d. c. dilecti, de arbitr. nam & illis ſummus pontifex cauſas aliquando delegauit cognoſcendas ſciens prudensque, vt in cap. Mennam, 2. q. 5. can. ſi quis. & cap. cum deuotiſſimam, 13. quæſtio. 2. inueniuntur & mulieres aliquando in lege antiqua populum iudicaſſe. Iudic. 4. Debora, & §. 1.*

15. *quæſtione 3. meminit Polyænus lib. 7.* ςρατηγηματικῶν, *in cap.* περὶ κελτῶν. *Gallos Celtas, aliquando inteſtina ſeditione laboraſſe, & ad bellum arma ſumſiſſe; vxores autem ipſorum ipſas inter medias acies opponentes crimina deprecatas, tranſegiſſe, vt viri in gratiam redirent & litem deponerent, & inde in poſterum vicatim oppidatimq́ue ſi quando Galli conſilium ineunt, inquit, de bello, de pace, aut etiam de aliis quæ communiter ad ipſos aut ſocios pertinent, ſingula de mulierum ſententia adminiſtrantur. Atque in fœderibus cum Annibale factis continetur, ſi de Carthaginenſibus Celtæ conquerantur, equitum præfectos & duces litem diremturos; ſin de Gallis Carthaginenſes,* τὰς κελτῶν γυναῖκας δικάζειν *Gallorum mulieres iudicaturas.*

i *cum dicatur arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum fuiſſe redacta, leg. 1. de recept. arbit. Pand. non valeat autem ſententia a manifeſto excommunicato prolata, capit. ad probandum, 24. de ſent. & re iudic. lib. 2. titul. 27. cap. exceptionem, de exceptionibus. aliter tamen dicendum, ſi fuiſſet occulte excommunicatus, cum nemo talem euitare aut diuinare teneatur. cap. vni. vt eccleſiaſtic. benef. ſine diminu. confer. l. ſi putator, ad l. Aquil. P.*

k *interdicuntur enim monachis litigiorum miniſteria & officia, capit. 20. de præſentium, 16. quæſtione 1. & ibi gloſſ. ſingul. l. repetita. Cod. de epiſcopis & cleric l. conſulta diualia. de teſt. §. Deo nobis, de ſanctiſſ. epiſ in nou.*

l *in cap. cum olim, propter, 14. de priuileg. ita delegatur cauſa cognoſcenda monacho fratri Palmerio canonico ſanctæ Trinitatis, in cap. conqueſtus, 16. de foro compet. quanquam hodie non fiant a ſummo pontifice delegati ſimplices monachi, niſi ſint priores conuentuales, vel expreſſe de monachiſmo in delegatione mentio fiat, clem. 2. & ibi gloſſ. de reſcript. cap. ſtatutum, eodem titul. in Sexto. Sunt & inquiſitores ſacræ ſidei & hæreticæ prauitatis hodie monachi, ordinis Dominicanorum, vel Minorum. Scribit & Angelus Clauaſius in ſumma, ad verbum arbiter, nume. 5. monachum poſſe eſſe arbitrum cum licentia abbatis, & pro vtilitate monaſterii, argu. cap. 2. de teſt. in Sext. & num. 4. ex Oldrado tenet, quod etiam ſine licentia abbatis, poſſit fieri amicabilis compoſitor ſeu arbitrator. Eo quod officium ſit pietatis, reducere diſcordantes ad concordiam. can. iniuſtum. 2. quæſt. 3. alii dicunt ex licentia tantum abbatis poſſe, quod mihi magis placet, cum nec ſine licentia eius poſſit cum illis colloqui, qui eum ſequeſtrum pacis & honorarium conſtituerunt arbitratorem.*

m *can. infames, §. ſiquis vero iudex, 3. quæſt. 7. explicat ita leg. ſed ſi in ſeruum, § ſi quis iudex, de receptio. arbitr. Pandect. facit le. ſecunda, & le. conuenire, de iudic. P. rationem addit Maſſuerius in praxi, ti. de arbitris nu. 8. § idem nec iudex, quia ſi hoc admitteretur, poſſet conuerti in præiudicium Domini iuſtitiarii regis, ducis, aut principis, cuius perſonam gerit iudex ordinarius. Item de qua re cœpit iudex cognoſcere, de eadem pronuntiare cogitur, l. de qua re, de iudic. Pand. nihil prohibet tamen, quominus iudex ordinarius de cauſis, quarum eſt iudex, amicabiliter poſſit cognoſcere. can. ſiquis membrorum, 23. quæſt. 8. ca. ſi primates, 5. q. 2. & in nouell. 86. capit. 1. §. ſi vero iudices, vt differ. iudic. &c.*

n *cap. a iudicibus, §. ordinarii, & arbitrarii, 2. quæſt. 6.*

o *ſic intellige cap. cum olim, 7. de arbit. cap. literas, de præſumt. c. cum cauſam, de elect. c. veniens, de iureiuran.*

p *l. ſi de re ſua, 56. de rer. arbit. l. 40. §. fin. de fideicom. liberta.*

q *cap. contigit, de arbitris, vt ſi agatur de decimis, quæ ſpiritualibus annumerantur, c. cauſam, de præſcriptionib. cap. tua nobis, de decimis.*

r *c. lator. qui filii ſint legitimi, c. 2. de iudic.*

s *cap. prætor, §. verbum. & ibi gloſſ. 32. diſt. c. per tuas, de arbit.*

t *d. c. contingit, & ibi interpretes, de arbit.*

v *c. per tuas, de arbit.*

x *l. 3. §. fin. & ſequent. 4. & 5. de recept. arbi. P. l. litigatores, 11. §. 1. eod. tit. recepiſſe autem arbitrium videtur, qui iam iudicis partes ſuſcepit finemq́ue ſe ſua ſententia impoſiturum pollicetur, l. idem Pomponius, §. recepiſſe, de recept. arbitr. P. & proinde hodie quoque cogi poteſt arbiter ſupplicatione edita iudici ordinario, arbitrari. Et ſi in longa mora ſit, poteſt pars, cuius intererit, accelerare ſententiam, citare aduerſariam, & arbitrum ad irritandum arbitrium & compromiſſum, & ad proſequendam inſtantiam coram iudice, coram quo antea introducta erat introducenda, vt Maſſuerius tradit titulo de arbitr. §. item ſi arbitri, alioquin pars altera, quæ non expectata ſententia arbitri veniret ad ordinariam, compromiſſo remanente pœnam deberet dictam compromiſſo, l. ſed ſi in ſeruum, §. fin. & l. ſiquis rem, §. fin. de recept. arbit. & ſic iudicatum in Senatu Pariſien. anno Domini 1534. 1. Decemb. poſſunt tamen adferri exceptiones, ob quas arbiter non cogatur ſententiam dicere: Prima ſi is ſit magiſtratus ſuperior, cui alius imperare non poſſit, l. nam magiſtratus, de recept. arbitr. P. quia par imperium, non habet in parem, nec in ſuperiorem, l. ille a quo, §. tempeſtiuum, ad Senatuſconſult. Trebellia. l. c. cum inferior, de maior. & obedien. cum ſimilibus. Secunda, ſi ſordes, corruptio ſeu turpitudo arbitri manifeſte appareant, l. ſed ſi in ſeruum, 9. §. ſunt & alii, de recep. arbit. Tertia ſi eum infamauerint litigatores, vel eo ſpreto ad alium arbitrum peruenerint, vel ad iudicem, dict. l. ſed ſi in ſeruum, §. penult. & l. vel alium, 10. & l. litigatores, 11. eodem tit. Quarta, ſi compromiſſum non interuenerit, vel interuenerit quidem, ſed pœna non ſit appoſita ab vtraque parte, dict. leg. litigatores. Quinta, ſi ſit lapſum tempus compromiſſo adiectum, leg. idem Pomponius, cum ſimilibus, eodem titulo. Sexta, ſi quædam alia iuſta impediant, ne arbitrium ſubeatur, vt ætas, inimicitiæ, profectio neceſſaria, valetudo, & ſimilia. de quibus in l. licet 15. cum 2. ſequentib. leg. non diſtinguemus, 32. eodem titulo. Cæterum iure pontificio diſputatur, num quis teneatur arbitrium in ſe in cõpromiſſum recipere, alioquin liti iudicandæ idoneus, an vero poſſit recuſare. Et notatur, non poſſe ſine peccato hoc officium repudiare, in canon. ſicut enim, per illum textum, & ibi gloſſa ad verbum* vſum, *11. quæſtione 1. & per canon. præcipimus, 90. diſtinctio. nempe vt dixi, ſi alioquin ei muneri ſit idoneus, & ſi agatur de cõpoſitione amicabili ei delata, non autẽ ſi agatur de cõpromiſſo iudiciarii ordinis, cuius non ſunt omnes periti, maxime clerici, qui ſe a ſeculo negotiis debent, & volunt ſe eximere toto titulo, ne cleric. vel monach.*

## CAP. VII.

### *De quibus modis finitur arbitrorum poteſtas.*

EXſtinguitur arbitrii poteſtas, morte arbitrorum, vel alterius ipſorum; *a* Et mortuo altero ex litigatoribus, quia ad illorum hæredes poteſtas, ſi hæredis mentio non fuerit facta, non extenditur; *b* item ſi non tulerint ſententiam intra tempus, quod eius cauſa comprehenſum compromiſſo erat; *c* ſimiliter poſtquam arbitri diffinitiuam tulerint ſententiam, abſoluendo vel condemnando. *d* Idipſum ſi ad alium arbitrum vel iudicem partes compromittentes iuerint; *e* vel ſi de negotio tranſactum ſit; vel homo, vel res, de quibus arbitrium ferendum, intereant. Et in ſumma compromiſſum ſoluitur, morte, acceptilatione, iudicio, pacto. *f*

SCHOLIA.

a *cap. ex parte, 10. de arbitr. l. arbiter calen-*

*dis, 40.de recept. arbitr. Pano.in compro-*
*miſſis perſonæ arbitrium inſertum, perſo-*
*nam non egreditur, l.in compromiſſis, 46.*
*eod.tit.*

b *c.fin.de arbit.l.diem proferre, 27.§.1.l.ſed*
*& interpellatur, 49.§.ſi ab altera, eod.tit.*
*de recept.arbit.P.*

c *l.ſi cum dies, 22. & l. arbiter ex cõpromiſ-*
*ſo, 50.eo.poterit tamen proferri dies, ante-*
*quam labatur ex conſenſu partium, vel ex*
*poteſtate data arbitro proferendi in com-* B
*promiſſo ſi opus ſit, l. ſi cum dies, 5. l. labeo*
*ait, 25. l. diem proferre, l.arbiter ita ſum-*
*tus, de recept.arb.*

d *l.qualem autem, 19.eod.tit.Pandect.quia*
*vt ibi dicitur, poſtquam ita ſententia lata*
*eſt, arbitri nihil in ea addere minuere vel*
*interpretari poſſunt, quanquam iam eſſe*
*deſinant arbitri, poſtquam functi ſunt*
*offic. facit l. iudex poſteaquam, 55. de*
*re iudicat.* C

e *l.ſed ſi in ſeruum, 9.§.ſi.cum duab.ſequen.*
*de recept.arb.P.*

f *leg.non diſtinguemus, 33.§.ſumma rei, &*
*§.item non eſt cogendus, eo.tit.ita ſi vtraq;*
*pars declaret, ſe nolle ſtare compromiſſo,*
*ſoluetur compromiſſum d.l.non diſtingue-*
*mus, §. compromiſſo. quia omnis res per*
*quaſcunque cauſas contrahitur, per eaſ-*
*dem diſſoluitur regulariter, l.nihil tam*
*naturale, de reg.iur.P.l.1.eod.titul. apud* D
*Greg. multis etiam modis aliis exſtingui-*
*tur compromiſſum, de quibus conſulen-*
*dus Speculator, tit.de arbitris, & arbitra-*
*torib.§.finitur.*

## Capvt VIII.

### *Compromiſſi effectus.*

Efficit autem compromiſſum in arbi-
tros, vt eo pendente ſuſpendatur iudi-
cis ordinarii & iuriſdictio & cognitio, *a* E
etiam in cauſa principali & appellationis,
*b* & per arbitrium comprobatum & ho-
mologatum, finiatur lis; *c* neque tempus
compromiſſi computetur in tempore a-
lioquin litis finiendæ, vel proſequendi ap-
A pellationem, vel audiẽdi teſtes. *d* Ex com-
promiſſo etiam litis conteſtatione facta,
actiones perpetuantur, & præſcriptio in-
terrumpitur, *e* Item acta coram arbitris fi-
dem faciunt coram iudice. *f*

### Scholia.

a *dummodo conſtet, & opponatur de com-*
*promiſſo, clem.quandiu, appellat.authen.ſi*
*tamen, de temporib appellat. C. & qui pro-*
B *ſequitur litem coram iudice, omiſſo arbi-*
*trio, in quem compromiſit, incidit in pœ-*
*nam compromiſſi. l.ſi quis rem, de recept.*
*arbit. P.*

b *vtraque enim cauſa ſuſpenditur per com-*
*promiſſum, donec fuerit pronuntiatũ, vel*
*ſolutum arbitrium, d.clem.quandiu, & d.*
*authen.ſi tamen.*

c *authen.ne in arbitris. C.de arbitris, atque*
*hæc exceptio, vt exceptio litis finitæ, poteſt*
C *impedire ingreſſum litis ſuper diffinitis.*
*Iuxta Ancharan. ad cap.1. de litis conte-*
*ſtatio.in Sex. Iaſonem conſil.12.volum.2.*
*vt tranſactio.l.eleganter, §.ſi quis poſt, &*
*ibi Bartol. & alii, de condictio.indebit.*
*Pandect.*

d *in dict. clem. quandiu, de appellatio.quia*
*nulla eſt negligentia in eo, & ideo nulla*
*pœna, cap.quia diuerſitatem, de conceſſio.*
*præb.*

D e *l.cum antea, §.fin. de arbit. C. Panor. Feli.*
*ad c.illud, de præſcript.*

f *l.pen.de arbit. C.l.c.cauſam, c.præſentata,*
*de teſtib.*

## Capvt IX.

### *De ſententia arbitrorum & eius effectu.*

CÆterum pluribus conſtitutis arbitris,
præualet ſententia plurium; verum ſi
tres ſint diuerſæ ſententiæ in ſumma, mi-
E nor erit eligenda. *a* Et ſi ex tribus arbitris
vnus vocatus, noluerit vel non potuerit
examinando aut terminando negotio in-
tereſſe, duo procedere poterunt, perinde
ac ſi ille præſens eſſet iure pontificio. *b* Se-
quenda autem forma compromiſſi, vt ſen-
tentia



tentia valeat. Et proinde arbitri electi, ea A
lege, vt habito tractatu & conſilio aliquo-
rum ſententiam ferrent, tenentur vt recte
iudicaſſe dicantur, illorum tractatum, &
conſilium adhibere, quamuis non tenean-
tur illud ſequi. *c* In ſumma ſententiam ar-
bitrorum ſeu arbitrium æquitate ſubni-
xum, ab vtraque parte obſeruare *d* ap-
pellatione remota, *e* compromittentes
compellendi ſunt, niſi illud contineat pec-
catum per partes non remiſſibile, *f* aut ſi B
illicitum per ſententiam præceptum ſit, vt
puta filium exhæredari, vel vxorem dimit-
ti, *g* aut ſi contra formam iuris vel com-
promiſſi ſententia dicta ſit, *h* aut contra
prius rem iudicatam. *i* Sed & ſi ex plurib.
arbitris pares numero diuerſas ſententias
dicant, licebit ſententiæ illorum non ſtare,
ſi tamen maior pars in vnam conueniat,
ei ſtabitur, alioquin pœna committitur. *k* C
Ex compromiſſo tamen pro implemento
arbitrii, exceptio non naſcitur, ſed pœnæ
petitio. *l*

### Scholia.

a *c.1.de arbit. in Sext.*

b *iure pontificio ſic ſtatutum in c.2.de arbit.*
*in Sext. etſi non fuerit dictum in compro-*
*miſſo, quod duo ſine tertio poterunt pro-*
*cedere; quamuis in iure ciuili, contrarium*
*reſponſum fuerit, in l.ſi in tres, alias eſt §.* D
*legis, item ſi vnus, de rer. arbitr. P. voluit*
*enim lex canonica huiuſmodi ita abſentẽ*
*haberi pro præſente, habita ratione æqui-*
*tatis, ne differantur lites. veruntamẽ con-*
*ſtitutio d.c.2.de arbit. in Sext. non ſerua-*
*tur in foro ſeculari ſed lex ciuilis, præter-*
*quam in terris eccleſiæ, vt notat gloſſ. ad*
*d.c.2.ad verba,* lex ciuilis, *& ibidem Pe-*
*trus Ancharanus, Dominicus, & Philip-*
*pus, qui adiicit ſex limitationes, vidẽda &* E
*& gloſſ.c.2.de reg.iur.in Sext.*

c *ca. cum olim, 7.de arbit. Plerunque enim*
*quis tenetur conſilium aliquorum petere,*
*vel actui adhibere, quod nõ tenetur ſequi,*
*cap.licet, de regulis iur.apud Greger.l.fin.*
*C.de iure emphyteo.l.quidam decedens, §.*
*Papinianus, de adminiſtrat.tutor. l.1.vbi*
*pupillus educa. debeat. Pand. vtile autem*
*hoc erit adhibenti nihilominus, nam quod*
*a pluribus quæritur, facilius inuenitur, ca.*
*de quibus, 20. diſt.l.fin.C. de fideicom.ſic-*
*que adhibito conſilio, debebit quis apud ſe*
*expendere an illud implere expediat. l.2.*
*manda.P. poſſunt & adhibiti, quædã ad-*
*ferre & admonere, quæ præteriiſſent for-*
*ſan ſolum conſulentem, l.item ſi vnus, §.ſi.*
*alias l.ſi in tres, de recept.arb. arg. ca.Ni-*
*cena, 32. diſt.*

d *cap.2.in fi.de arbitr. Quod intelligitur de*
*arbitrio ſimplici ex compromiſſo, a cuius*
*arbitrio appellari non poteſt communiter,*
*quia ſibi imputare debent litigantes, quod*
*tales arbitros ſibi elegerint, can.ſi quis epi-*
*ſcopus, 36.§.arbitrarii, 2.quæſtio.6.ſicque*
*in l.diem proferre, §.ſtari, de recept.arb.P.*
ſtari, *inquit Vlp.* debet ſententiæ arbitri,
quam de re dixerit, ſiue æqua ſiue ini-
qua ſit, & ſibi imputet, qui compromi-
ſit. Nam & Pii reſcripto adiicitur, vel
minus probabilem ſententiam æquo
animo ferre debet. *Sicuti in §.fin.de ſo-*
*cietate apud Iuſtinia. qui parum diligen-*
*tem ſocium ſibi coniunxit, & eligit, impu-*
*tare ſibi debet, & de ſe queri, non de eius*
*culpa. Idem in l. cum duobus, 52.§.fina.l.*
*ſocius, 72.pro ſocio.P. Atque id exemplo*
*quoque iudiciorum dicendum, in quibus*
*cum prætor cognita cauſa, per errorem vel*
*etiam per ambitionem iubet hæreditatem,*
*vt & fideicommiſſum reſtitui, etiam pu-*
*blice intereſt reſtitui propter rerum iudi-*
*catarum auctoritatem, leg.ſeruum inui-*
*to, 65.§. cum prætor, ad ſenatuſconſult.*
*Trebell.Pan.videturque inſuper ex com-*
*promiſſo res tranſacta, nemoque dubitat*
*pacta ſeruanda eſſe, & habere obligatio-*
*nem, c.1.de pact.l.iuriſgentium, §.prætor*
*ait, & l.1.eodem titul.Pand. Quod & in*
*trãſactione multo fortius admiſſum, l.fra-*
*tris, C.de tranſact. vt ſit litium finis, quod*
*curant maxime legiſlatores, vt accidit ce-*

lerius quam fieri poterit, c. ſinem litibus, de dolo & contuma. l. properandum, C. de iud. ad formam autem iudiciorum compromiſſa redacta ſunt finiendarum litium gratia, l. 1. de recept. arb. P.

e Quamuis enim remoueantur appellationes ab arbitrorum ex compromiſſo ſententia, vt dicitur in cap. 2. de arbit. ſi non habeant aliam, quam ex compromiſſo poteſtatem, cap. a iudicibus, & can. ſequenti. 2. quæſtio. 6. l. 1. Cod. de arbitr. in Synodo Carthaginenſi, cap. 98. & ca. 123. dantur tamen loco appellationis exceptiones vt doli mali, quæ pœnæ petitioni obſtat, & per quam retractatur iudicatum; l. non diſtinguemus, 12. §. cum quidam arbiter, de recept. arbit. Pan. Sunt & caſus in quibus ipſa appellatio recipitur, de quibus proxime dicetur; Poteſt & arbitrium compromiſſorum reuocari ad arbitrium boni viri, id eſt iudicis, l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, pro ſocio. P. Appellatio quoque recipietur ab arbitris, in quos compromiſſum fuerit, ſi illi alioquin ſine arbitrio cauſæ, ex qua compromiſſum eſt, fuerint ordinarii vel delegati iudices, ca. a iudicibus, §. 1. verſi. ab iis etſi, 2. qu. 6. Sed neque coactio vel exſecutio arbitrii ſit per arbitros, ſed per ordinarios iudices, l. cum antea, C. de arbit. ibi in hac quidem, &c. & Bald. ibidem & c. per tuas, de arbit. & ibi Panorm. l. a diuo Pio, in princip. de re iud. P. Quia autem appellatio ordinario iure ciuili Romano, reiicitur a ſententia arbitri, cum proponitur tamen exſecutioni exceptio læſionis vel alterius immodici damni, petitur reductio ad arbitrium boni viri, vel ad æquum & bonum, coram iudice ordinario, cap. 2. de arbi. Nempe coram eo, qui cauſæ fuiſſet iudex, ſi non fuiſſet de ea compromiſſum, per text. in l. 2. vbi & apud quem cognitio reſtitutio. in integrum agit. ſit, lib. 2. C. titul. 47. cap. expoſita, de arbitris. hæc porro petitio reductionis, eſt quædam ſpecies prouocationis ad iudicem competentem, vt notat Bartol. ad l. ſocietatem, §. arbitrorum, pro ſocio, nume. 21. Panor. ad cap. Quintauallis nume. 39. de iureiurand. ad c. dilectus, num. 20. de arb. Alexand. conſil. 131. nume. 1. volum. 2. incip. in cauſa vertente, & ibi ad illũ Molinæus, ait in practica ita obſeruari in praxi in Gallia. Sic quoque obſeruari in camera Imperiali tradit Andreas Gaylius lib. 1. practicarum obſeruationum, obſerua. 149. vbi plura. Quanquam Bartolus & alii, ſint in contraria ſententia, & dicãt adiri debere iudicem arbitri, quos non ſequitur praxis. Sed quæſtio hinc naſcitur, num a iudice reductionis confirmante vel retractante arbitriũ, vel vt loquũtur laudum, appellari poſſit. Cuius refert plures & contrarias ſententias diuerſorum doctorum in prædicta obſeruatione Gaylius. ſequitur autem ipſe adfirmatiuam, vt poſſit appellari, vt ante Baldus ad leg. vnic. ne liceat in vna eademq; cauſa tertio appella. C. nume. 7. Cum regulare ſit, in omnibus cauſis maioribus & minoribus, licitum eſſe appellare, niſi ſit expreſſe prohibitum, l. & in maiorib. C. de appellatio. In hoc caſu autem, expreſſe non inuenitur prohibitum, dum de reductione cognouit iudex. Quinimo hæc ſententia reductionis perinde habetur, ac ſi fuiſſet ab ordinario primordialiter lata. Et huius etiam ſententiæ eſt Alexand. conſi. 106. nu. 7. vol. 3. incipient. viſo themate. Et ibi Molinæus ſcribit, in regno Franciæ, eam opinionem in praxi eſſe, licet opinio Bartoli ad leg. 1. num. 17. de lega. 2. quæ eſt contraria, habeat plures aſſeclas, vt ſcribit Couarruuias lib. 2. variarum reſolutionum. ca. 2. num. 3. & 5.

f d. c. 2. de arbitr. veluti ſi ſententia contineret ſimoniam, vt ibi. & capi. cum pridem, de pact. c. præterea, in 1. & 2. de tranſact. c. conſtitutus. eod. neq; etiam pœna adiecta compromiſſo peti poſſit, ſi tali quis non obſequeretur iniquo arbitrio, leg. non diſtinguemus, §. cum quidam, de recept. arbit.

g c. Quintauallis, 23. de iureiur. c. 3. de arb.

h cap. examinata, 7. de confirmat. util. vel inut. cap. cum olim, 7. de arbit. cap. cum in veteri, 12. de electio. leg. Labeo ait, 25. §. hæc autem, de recept. arbit.



i c. expoſita, 11. de arbit.

k cap. fin. §. fin. de re iudicat. l. diem proferre, 17. §. ſi plures, de recept. arbit. P. quod intellige, quando arbitri ſunt ſingulares in ſuis opinionibus, vt tunc nulli illorum obtemperandum ſit, ea eſt ſententia in quam maiorum pars conſenſerit, ſequenda, ca. 1. de arbit.

l l. 2. de recept. arbitr. P. multo minus naſcitur iudicati actio. l. 1. C. eodem tit. & ideo naſcitur tantum pœnæ petitio & pacti exceptio, l. fin. Cod. eodem titul. Si autem ſub iureiurando compromiſſum ſit, datur vtilis in rem actio, vel actio in factum ex l. 4. & pen. C. de arbit. Olim etiam ſi ſine iureiurando vel pœnali ſtipulatione fuiſſet compromiſſum, dabatur ex arbitrio incerti actio, l. diem proferre, 27. §. final. de recept. arbi. Pandect. id eſt condictio certi ad incertum intereſſe, vt in leg. fin. Cod. ſi quis in ius vocat. non ierit. quod emendauit Iuſtinian. vt dixi antea, & ſine pœnæ adiectione compromiſſum non obligare voluit, cap. 11. nouell. 82. ius tamen antiquum reſtituiſſe videtur Leo Imperator nouell. 72. dum & pacta nuda efficacia ad obligandum declarauit. Poteſt & omnino compelli quis obedire arbitrio, ſi poſt ſententiam prolatam acquieuerit vel ſubſcripſerit, vel intra certa tempora non fuerit conqueſtus, aut ſi ſoluerit, leg. 4. §. fin. de arbit. Cod. Cum autem ex compromiſſo pœna petitur, is qui eam commiſit damnandus eſt, nec intereſt, an aduerſarii interſit arbitrii ſententiæ ſtari, nec ne. leg. cum pœna ex compromiſſo, 38. de recept. Pandect. pœna tamen non petetur cum eo, quod iudicatum eſt, niſi dictum fuerit in compromiſſo, vt contra non ſeruantem arbitrium pœna committatur rata manente ſententia. arg. l. penultim. de tranſactio. P. Prodeſt itaque illa clauſula rata manente ſententia vel pacto, in compromiſſo pœnali vel ex ſtipulatione adiecta, quod duo compromiſſa facta fuiſſe intelligãtur; vnum pœnale, aliud nudum & ſimplex, ita quod contradicens & pœnam ſoluere & nihilominus ſententiæ ſtare arbitri, teneatur. gloſſ. in l. 2. verbum, exceptionem, de recept. arbitr. Pand. Bartol. ad l. ait prætor, nume. 4. de re iudic. Pandect. Iaſon ad leg. nemo poteſt, nume. 88. de lega. Panorm. ad cap. 2. nume. 8. de arbitr. Si quis tamen ex compromiſſo iuſſus ab arbitro ſoluere pecuniam, moram fecerit, pœnam ex compromiſſo debet, ſed poſtea ſoluendo, pœna liberatur, l. fin. de recept. arbitr. Pandect. Debetur autem pœna in compromiſſo, promiſſa etiam in foro conſcientiæ, capit. dilecti, de arbitr. quia loco contumaciæ, quod non pareatur ſententiæ arbitri, ſoluitur, & ita ſemper exigi poteſt Alexand, conſilio 31. opportune, volum. 2.

## Capvt X.

*In quibus caſibus recepta eſt appellatio a ſententia arbitri.*

CÆterum, quamuis regulariter, vt dictum eſt, reiiciatur appellatio ab arbitrorum ſententia & arbitrio, aliquãdo tamen placuit ex quibuſdam caſibus admittẽdam. *a* Veluti ſi in iudicem, ordinarium vel delegatum in cauſa fuerit compromiſſum. *b* Si non ſponte, ſed iure vel iudice cogente, electio arbitrorum facta fuerit. *c* Si etiam ſententia arbitrorum contineat enormiſſimam læſionem, vel manifeſtam vel euidentem iniquitatem, quamuis iuratum fuiſſet compromiſſum; *d* aut ſaltem peti poſſet reductio ſententiæ arbitrorum, ad arbitrium boni viri, diſpenſatione adhibita iuramenti. *e* Adeundus autem eſt iudex, ſiue per viam querelæ, ſiue per viã appellationis, ordinarius inquam litigantium; nempe is qui alioquin adeundus fuiſſet pro lite, ſuper qua compromiſſum eſt. *f*

S c h o l i a.

a *Quando a ſentẽtia arbitri appellari liceat, tractat Alciatus, ad leg. nemo poteſt, 41. de lega. 1. Socinus in fallentiis regulæ 18. Maranta parte 6. titulo de appellatio. nu. 210. & ſequent. Panormit. ad cap. 2. nu. 14. & ad cap. cum dilectus, nume. 17. de arbit. & ad cap. Quintauallis, num. 31. de iureiurand.*

b *c. a iudicib. §. 1. 2. q. 6.*

c *c. ab arbitris, 11. de offic. delega. in Sext. l. ex conſenſu, 22. de appella. in Pand. l. fina. in fin. Cod. de iud. l. arbitro, 9. qui ſatiſdare cogant. Pandect.*

d *§. per textum in leg. non diſtinguemus, §. cum quidam arbiter, de recept. arbitr. P. l. arbitrorum, C. eodem titu. Socinus ſenior conſilio 220. nume. 6. volum. 2. Decius conſil. 523. num. 1. incip.* iuridicas puto. *Vbi & addit multa verborum ſubtilitate compromiſſi reductionem excludi poſſe, ſi de magna iniquitate & enormi læſione quis conqueratur, & conſtet. Et hanc eſſe communem doctorum opinionem, ſcribit & Baldus ad leg penult. num. 3. de recept. arbitr. Pandect. & conſil.* 380. promitto quod iſta, *per totum. 1. Notat & Gaylius li. 1. practicarum obſeruationum, obſeruatio. 110. numero 9. & 10. vbi addit cautelam eſſe pro petente reductionem, vt in libello pro obtinenda citatione, enormiſſimam læſionẽ vel manifeſtam nullitatem alleget, ſeq; ad acta, quæ notorium faciunt inter eaſdem partes, referat, iuxta c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. quo caſu reductio admitti, & citatio ad deducendam coram iudice reductionis enormiſſimã læſionẽ vel manifeſtã nullitatem in dubio decerni poterit, ſicut & appellatio quoque, in dubio recipienda erit lex. & Paul. Caſt. ad l. 1. num. 4. ſi quis cautio. Pandect. & Alexand. ibi nume. 21. cum cæteris ibi citatis. Sicq; Gaylius prædicto loco tradit, in camera Imperiali in cauſis compromiſſi ſæpe citationes fuiſſe obtentas. Læſio enormis poterit hic definiri, ſi quis decipiatur vltra dimidium veri & iuſti pretii ex l. 2. de reſcind. ven. Cod. Decius conſil. 60. viſo themate, vel verius æſtimatio eius relinquetur arbitrio iudicis vel principis cõcedentis literas.*

e *Quidam exiſtimarunt iuratum compromiſſum, nec appellationem admittere, nec petitionem reductionis, ad arbitrium boni viri, quia iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, etiam cum damno facultatum, ſit ſeruandum, cap. ſi vero, de iureiurand. ca. quamuis, de pact. in Sext. Hoſtienſ. & alii ad c. Quintauallis, de iureiurand. Ferrarienſis, cautela 8. incip.* tu ſcis, &c. *Caldericus conſil. 1. de arbitris, & ita iudicatum dicit Guido Papeus, deci. 519. incip. licet renunciauerint. Æquum tamen eſt reductionem peti, non obſtante iuramento, diſpenſatione ex cauſa impetrata agendi. Quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. etſi Chriſtus, de iureiurand. Sicq; diſpenſatione impetrata, iuramentum non obſtabit, vt conſuluit Ioan. Ananias conſilio 16.* viſo puncto. *Maſſuer. titu. de arbitr. §. item ſignanter, quia ceſſante cauſa ceſſabit effectus exceptionis, c. cum ceſſante, de appellatio. Atque cap. Quintauallis, de iureiurand. agens, ſeruandum eſſe iuratum arbitrium, intelligendum eſt, ſi æquum eſſet, non aliter: & ideo iurare in cõpromiſſo, merito Iuſtinianus prohibuit, §. quia vero multæ, de iud. in nouel. auth. decernimus, C. de arbit. ne partes poſtea periurium facile incurrerent. Ea ratione quidam in Gallia impetrãt literas a cancellaria regia, vt in hac cauſa liceat illis agere diſpenſatione obtenta iuramenti, quam poſtea obtineant, quod & probatur ex cap. 2. de arbi. & docet Socinus conſilio 121. in cauſa, columna 5. volumine 3. ſuper hoc eſſe quandam conſtitutionem legati, concedentis reductionẽ non obſtante iuramento. Sic hodie in Gallia, impetrata tamen, vt plerunque diſpenſatione, audit partes*



*index, quamuis Panorm. conſil. 77. incipiente in quæſtione, in 5. dubio, volum. 2. dixerit, quod ſi enormis eſſet læſio, non requireretur diſpenſatio, per cap. veniens, & ca. Quintauallis, de iureiur. vide Rebuffum in tomo 3. commentariorum cõſtitutionum regiarum, tractat. de arbitris, art. 1. gloſſ. 5. num. 12. & ſeq. In conſtitutionibus autem Ludouici regis Gallorum, art. 34. in publicatis anno domini 1512. permiſſum eſt parti grauatæ ab arbitro compromiſſario recurrere vel appellare ad iudicem ordinarium, nõ obſtante renuntiatione facta appellandi a partibus in compromiſſo, vel non recurrendi ad arbitrium boni viri, ex ratione legis nemo poteſt, de legat. 1. Intra quod tamen tempus hic recurſus haberi debeat, diſputat late Rebuffus dicto tractatu, de arbitris, art. 1. gloſſ. 8. Refertque quoſdam ad 10. dies retuliſſe, aliquos ad annum, aliquos ad 30. vel 40. annos, vt officiũ iudicis, alios ad quadriennium. Reſoluit autem, quod in Gallia cum recurſus hic fuerit ad naturam, & cauſam appellationis reductus, ex vi eiuſdem cõſtitutionis intra decem dies eſſe appellandum, iuxta capit. concertationis, de appellatio. in Sex. vel poſſe per conſtitutionem regiam dantem poteſtatem petẽdi reciſionem contractuũ per 10. annos, ex dolo & fraude, ex eiſdem cauſis intra ipſum tempus peti reductionem, niſi ante qui petere vult approbarit aliquo modo ſententiam arbitri. vide & Rotam deciſ. 211. in antiquis, quæ ait, ſic intelligendum eſſe, vt non obſtante iuramento perueniatur ad emendationem & reductionem ad æquum & bonum, & illud intelligi in iuramento renuntiationis, dummodo ſecundũ æquum & bonum iudicatum eſſet, non aliter, pro quo etiam facit, l. ſi libertus, de operis libertor. P. quo pertinent iam citati textus, cap. veniens, & c. Quintauallis, de iureiu. ita iudicatum tradit in ſenatu Tholoſano Afrerius, deciſ. 267. vide Guidonem Papaum, deciſ. 519. incipiente,* licet.

f *ca. ſi. de foro competent. c. venerabilibus, §. 1. de ſenten. excommun. in Sex. Aufrerius in Stylo parlamenti tit.* des appellationis, *vide Imbertum, libr. 1. inſtitutio. forenſium, §. nec vero. Hic eſt bonus vir, ad quem habetur recurſus, vel ad quẽ ab arbitris appellatur, permittente cõſtitutione regia, nam iudex ordinarius litigantium ſine metu pœnæ. Veruntamen, ſi is iudex ordinarius ſententiam arbitri approbauerit, appellatio partis ab eo poſtea non recipietur, niſi prius fuerit ſoluta pœna in compromiſſo appoſita, quia præſumitur pro ſententia, l. heremus de euictio. in P. c. in præſentia, de renuntia. vt contra, ſi iudex reprobauerit ſententiam, pignora & omnia occaſione compromiſſa accepta reſtituenda ſunt, & hoc ipſum pronuntiare debet iudex, ſi pars petierit, c. expoſita, de arbit.*

## DE OFFICIO ET POteſtate Iudicis delegati.

### *a* TITVLVS V.

a *Hæc rubrica exſtat, lib. 1. decretal. tit. 29. libr. 1. Sexti tit. 14. & libr. 1. Clementinarum, titul. 8r. & libr. 1. Pand. tit. 21. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdict.*

### Capvt. I.

*Continuatio & quid iudex delegatus.*

Qvia plerumque iudices recuperatores, ſeu aut delegati dicuntur arbitri, *a* ideo poſt arbitros & de delegatis dicemus. Delegatus iudex is eſt, qui mandatam iuriſdictionem, nõ ſuo, ſed alterius nomine aut beneficio exercet. *b* Et ideo etiam fidem facere debet de mandato, antequam pro tali habeatur. *c*

S c h o l i a.

a *vt in leg. 1. de pedaneis iudicibus, libr. 3. C. tit. 3. dicuntur & aliquando iudices dati, l. 2. C. eod. leg. 1. de iuriſdict. omnium iud. commiſſarii vulgo, quibus aliqua cauſa, vel quippiam ex cauſa committitur.*

b *colligitur hæc finitio ex iuribus titulorum,*

*de offi. deleg. & de officio eius cui mãda. eſt iuriſdict. in P. potiſſimum ex l. 1. vbi & in §. qui mandatã, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, nihil proprium habet, ſed eius qui mãdauit, iuriſdictione vtitur, & in leg. etſi prætor, 3. eod. titul.* Et ſi prætor ſit is, qui alienam iuriſdictionẽ exſequitur, non tamen pro ſuo imperio agit, ſed eius, cuius mãdato ius dicit, quoties partibus eius fungitur. *Facit capit. cum cauſa, de appellatio. & expreſſe in cap. præterea, 5. de offic. delega. leg. ſolet prætor, 16. de iuriſdict. omnium indic. Eius quoque auctoritate in cauſa, qui mandauit vtitur. in can. 1. neceſſarium, 94. diſtin. atque honore mandanti debito, in ca. parte commiſſa. c. nobiliſſimus, 97. diſtinct. Affinia vocabula ſunt, ſed diuerſæ ſignificationis, delegatus, legatus, vicarius, officialis, locum tenens, iudex etiã datus, qui vel maxime differunt, vt liquet ex propriis titulis, vel ex eo, quod delegatus, vt ante dixi, nihil proprium habet, alii autem habeant & ordinariam iuriſdictionem. Et quamuis iudices delegati dicantur vices gerere delegantis, vt in c. 3. & cap. ſane, quia is de offic. delega. can. fin. 93. diſt. can. 1. 94. diſtinct. eſt enim delegare alium in ſui locum ponere, alicuius rei demandatæ cauſa, leg. NeZennius de re iudic. l. delegarem, de nouation. P. Tamen non omnis, qui vices alterius agit, dicitur ab eo delegatus, vt notat gloſſ. in l. 2. de eo, qui vices alterius gerit. Alexan. ad l. 1. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdict. num. 12. & ſequen. refert Bartolum conſtituiſſe differentiam, inter delegatum, & vicegerentem, quod delegatus inquit, eſt ille, cui ipſemet iudex cõmittit, ſed vicesgerens ille, cui ſuperior cõmiſit in locum alterius, & ipſe quoque habet iuriſdictionem ordinariam, dict. l. 2. de eo, qui vices alterius gerit, quod tamen non probatur Alexandro, cum & vicarius dicatur, quem ſibi conſtituit & in ſui locum ſummus pontifex, in ca. ſua, de offic. vicar.*

c *in can. nobiliſſimus, 97. diſtinct. cap. cum in iure, 31. de offic. & poteſta. iudic. delega. vbi & notat gloſſa, non credi ſententiæ delegati, niſi ſimul fidem faciat de commiſſione ſeu mandato, argum. cap. cum a nobis, de teſtib. & illud probat etiam lex. 1. C. de manda. princip. Si tamen aliquando ante fuiſſet publicatum in iudicio reſcriptum delegationis, ſufficit, ſi de hac publicatione conſtet, licet poſtea fuerit reſcriptum amiſſum, cap. cum olim. de priuileg. leg. publicati. C. de teſtamen. cap. fin. de fide inſtrument. vel ſufficiet, ſi ſententia redacta fuerit in publicam chartam & formam, c. ſignificauit, de teſtibus. §. 1. vt fratrum filii, licet videatur contrarium, cap. cum inter vos, de ſenten. & re iud. adduntur & in gloſſ. dict. c. cum in iure alia, quæ fidem poſſunt facere. mandati.*

## Caput II.

### *Delegatorum ſpecies.*

DElegatorum alii dicuntur delegati a principe ſpirituali, vt a ſummo pontifice, *a* vel a temporali, vt ab imperatore vel rege, *b* alii ab aliis magiſtratibus. *c* Et horum rurſum, alii delegati ad vniuerſitatem cauſarum, *d* alii ad certam cauſam. *e* Sunt & alii ſubdelegati, *f* eorum, quibus eſt ius ſubdelegandi. *g* Sunt item quidam delegati facti ex dignitate adepta, cui delegatio facta eſt, vt ſi delegatio fiat abbati talis loci, nam & quicunq; fiet abbas, delegatus cenſetur. *h* Sunt contra alii delegati ratione ſuæ perſonæ & non dignitatis. *i* Inter delegatos connumerari poſſunt cõſeruatores dati, quibus ſummus pontifex committit ſingulariter, vt defendant aliquos a manifeſtis iniuriis & offenſis, qui nec ad alia, quæ iudicialem poſtulant indaginem conceſſam poſſunt extendere poteſtatẽ. *k* Poſſent inſuper conſtitui diuerſæ ſpecies delegatorum, ratione cauſarum, quæ illis committuntur. Delegantur quippe aliqui, vel vt concordia vel iudicio, negotium aut cauſam determinent, *l* aut vt gratias a ſummo pontifice conceſſas ad effectum perducant, vel exſequantur. *m* Vel vt ſententias exſecutioni mandẽt, teſtes examinent, vel alia quædam agant. *n*



### Scholia.

a *eſt delegatus a Papa & delegatus a principe, c. paſtoralis de offic. delegat.*

b *l. a iudice 5. de iudic. Cod. leg. 2. de ſportulis, lib. 3. C. tit. 2.*

c *tit. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. l. placuit, de pedaneis iud. C.*

d *explicat. l. ſolet, 16. de iuriſdict. omnium indi. P.* Solet, *inquit,* prætor iuriſdictionem mandare, & aut omnem mandat, aut ſpeciem vnam, & hic, cui mandata iuriſdictio eſt, fungetur vice eius, qui mandauit, non ſua. *Idem in l. prætor ſicut vniuerſam, 17. eod. tit. & mandari iuriſdictionem generalem, id eſt, ſine reſeruatione tradit. l. cognitio, 4. de officio eius, cui manda. eſt iuriſdict. P. meminerunt ſæpius interpretes de his delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, vt gloſſ. ad l. 2. ad verbum* ſupponere, *de ſportulis. Cod. gloſſ. ad l. 1. §. qui mandata, ad illa verba, de offic. eius, cui manda. eſt. iuriſ. Et gloſ. in dict. l. ſolet, ad verbum,* omnem, *ait generali demandatione iuriſdictionis contineri eam, quæ competit iure magiſtratus: non quæ ineſt mero aut mixto imperio, quam ſpecialiter delegaturus non eſſet, argumento l. obligatione, de pignoribus. Pan. & mandãdo omnem iuriſdictionem mandatam quoque iudicis dandi licentiam. vt leg. imperium, §. fin. de iuriſdict. omnium iudi. Hincque fiet, vt qui ita ad vniuerſitatem cauſarum delegatus ſit, poſſit vnam cauſam ſubdelegare, vt in leg. 1. in fin. quis & a quo appelletur. Pan. non omnes. Cum tamen ad vnam cauſam delegatus, ſubdelegare non poſſit, quia non iuriſdictio, ſed ſpecies iuriſdictionis eſt ſubdelegata, hæc prædicta ait Gloſſa.*

e *dicta l. ſolet, cum ſimilibus.*

f *Delegati quib. primum delegata vel mãdata fuit iuriſdictio: Subdelegati vero qui a delegatis iterum delegantur.*

g *non enim omnes habent ius ſubdelegandi, vt dicemus paulo poſt.*

h *Exemplum, vt ſi cauſæ delegetur cognitio iudicibus Archiepiſcopo Tholoſano & abbati ſancti Saturnini, eiuſdem ciuitatis, non adiectis nominibus. In qua formula mortuo vno prælato, alius qui ei ſuccedit in beneficio, ſubrogatus & delegatus cenſetur c. quoniam abbas, 14. de off. & poteſt. indi. deleg. quia dignitas nunquam moritur, c. ſi gratioſe, de reſcrip. in Sex.*

i *quando exprimitur perſonæ delegatæ nomen, cuius cenſetur electa induſtria, quæ non poteſt explicari per aliũ eius ſucceſſorem in hereditate, leg. quia late, ſolut. mat. Pandect. leg. inter artif. ſolut. mat.*

k *capit. 1. & final. de offic. & poteſta. iudi. delega. in Sexto. libr. 1. titul. 14. notat. & in capit. 1. gloſſa ad verbum.* conſeruatores, *hos conſeruatores eſſe iudices delegatos, cui & ſuſcribunt Petrus Ancharanus & Ioannes Andreas. Quod formari poteſt ex eo, quod illæ decretales, & finales ponũtur ſub titulo de officio delegati.*

l *cap. 1. in fine & ibi Gloſſ. ad verbum,* concordia *de mutuis petitio. cap. querelam, de ſimonia. auth. ſi vero, Cod. de iudic. ca. final. ibi* qua diſſoluta *de tranſactio.*

m *vt in cap. is cui, 12. de officio & poteſta. iudic. delega. in Sexto cum ſimilibus, iſti vocantur etiam exſecutores gratiarum.*

n *cap. ſuper quæſtionum, 17. de officio & poteſta. iudic. delega. cum ſimilibus ibi,* nota. *leg. 2. Codic. de pedaneis iudicib.*

## Caput III.

### *Quæ delegari poſſint.*

DElegari per ſummum pontificem cauſas, quæ ſuæ poteſtatis ſunt, nemo dubitat, propter plenitudinem poteſtatis eius. *a* Magiſtratus quoque, qui ſuo beneficio habet iuridictionem, poteſt ea, quæ iure magiſtratus competunt mandare, quæcunque autem ſpecialiter lege vel

ſenatuſconſulto, vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur. *b* Verum mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium quod non eſt merũ videtur mandari. Quia iuriſdictio nulla eſt ſine modica coercitione. *c* Merum vero imperium non mandatur a magiſtratu, qui illud habet. *d* Delegantur porro cauſæ, quæ pertinent ad iuriſdictionem delegantis, non quæ alterius ſunt iuriſdictionis. *e* Poterit & Archiepiſcopis impeditus delegare, & alteri ex coepiſcopis committere cõſecrationem ſui ſuffraganei, dummodo catholicus habeatur, & impedimentum ei ex ſubtractione ſedis apoſtolicæ non obſiſtat. *f*

S c h o l i a.

a *in pontifice ſummo, plenitudo eſt poteſtatis, cap. propoſuit, de conceſſ. prætor. & omnes quoque iuriſdictiones a principe pendent, ideo poteſt eas in ſolidũ, & pro parte delegare, & cui voluerit committere.*

b *leg. 1. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſ. lib. 1. Pand. tit. 21. ita in leg. cum hi, 8. §. ſed nec mandare, de tranſactionib. magiſtratus non poteſt mandare alteri fugiendam inquiſitionem decretã in tranſactione alimentorum, cum ea ſibi iniuncta a lege ſit, alia exempla ſunt in l. 2. de pedaneis iudicib. modica autem negotia poſſe mandari a magiſtratibus, dicetur in l. fin. eiuſdem tit. de peda. iud.*

c *dictum & ratio ponuntur, in l. fi. §. fi. & l. 1. §. fin. de offic. eius, cui mand. eſt iur. & de ratione, in l. 2. de iuriſdi. omnium iud. P.*

d *dict. leg. 1. §. qui mandatum, de offic. eius, cui man. eſt iur.*

e *l. 1. qui pro ſua iuriſdict. iudices dare dariue poſſ. lib. 4. C. tit. 4.*

f *c. quod ſedem, 10. de offic. iud. ordin.*

C a p v t IIII.

*Qui delegare poſſint.*

PRinceps, ſummus Pontifex, & magiſtratus igitur, mandare & delegare poſſunt, exceptis proxime dictis. Porro a iudice iudex delegatus, iudicis dandi poteſtatem non habet. *a* Niſi a ſummo Pontifice vel principe delegatus fuerit, quo caſu & ſubdelegabit, *b* etiam ſi fuerit ei iniũctum perſonaliter exſequi commiſſum, de conſenſu tamen partium, quorum intereſt, *c* præterquam ſi ſummus pontifex deleget perſonaliter confectionem inquiſitionis, vel demandet poteſtatem prouidendi eccleſiis de prælatis, vel aliis miniſtris, in quibus cum perſonæ fides & induſtria electa ſit, delegatus etiam cum conſenſu partium non poterit ſubdelegare, *d* niſi formam commiſſionis habeat, vt per ſe vel per alium poſſit hoc expedire. *e* Quemadmodum nec is, cui commiſſum fuerit prædicare crucem, excommunicare vel abſoluere aliquos, diſpenſare cum irregularibus vel iniungere pœnitẽtias, poterit aliis demandare, quia non iuriſdictio, ſed certum miniſterium potius in hac parte ſibi commiſſum ſit. Excepta legatorum ſedis apoſtolicæ auctoritate, qui hæc poſſunt. *f* Sic etiam conſeruatoribus non licet, niſi expreſſe permittatur alios conſeruatores facere, vel alios delegare. *g*

S c h o l i a.

a *cap. cum cauſam, 62. §. final. de appellatio libr. 2. tit. 28. leg. a iudice, 5. de iudiciis, C libr. 4. titul. 1. l. fin. de iuriſ. omnium iudic. Pand.* Mandatam, *inquit Paulus*, iuriſdictionem mandari alteri nõ poſſe, manifeſtum eſt, *& Iulianus in l. more maiorum, 5. eod. tit.* more maiorum ita comparatum eſt, vt is demũ iuriſdictionem ſuam mandare poſſet, qui eam ſuo iure non alieno beneficio haberet. *Nec obeſt, quod legatus proconſulis mandata ſibi iuriſdictione habeat licentiam, dandi iudicem, l. legatus mandata, 12. de offic. procõſ. Pandect. qui tamen nihil proprii habet, niſi a proconſule mandata fuerit ei iuriſdictio. l. legati proconſulis, 13. eo. Nam vt diximus in officio legati ſupra, iſti habent quodammodo iuriſdictionem a lege, vel a principe & quodammodo propriam, l. penultim. ibi cum propriam iuriſdictionem, de offic. eius, cui manda eſt iuriſdict. Et in l. cum prætor, 12. §. 1. de iudic. ibi,* iudicem dare poſſunt, quibus id lege, vel conſtitutione, vel ſenatuſconſulto conceditur, leg. ſicut proconſuli, is quoque, cui mandata eſt iuriſdictio iudicem dare poteſt, vt ſunt legati proconſulum, item ii, quibus more conceſſum eſt propter vim imperii, ſicut præfectus vrbi cæterique Romã magiſtratus, &c. *Sic officialis & vicarius epiſcopi, ſubdelegare poſſunt. Sed & eſt ſingularis gloſſa. ad cap. 16. cui, 12. ad verba* per alium, *de officio deleg. in Sext. quod quamuis delegati a magiſtratibus ſimpliciter ſubdelegare non poſſint, quia non habent a lege poteſtatem, tamẽ ſi delegati ſint cum poteſtate, vt per ſe, vel per alium poſſunt, negotium expedire, idipſum poterũt: quod probari etiam per prædictum capit. poteſt. Quemadmodum procurator ad iudicia datus alium ſubdelegare vel ſubrogare non poteſt ante litis conteſtationem ex poteſtate iuris, cap. 1. & 2. de procurat. in Sex. niſi ad rem ſuam datus eſſet. Attamen ſi habeat mandatum ſpeciale ſubdelegandi vel ſubſtituendi, poteſt, vt & procurator ad contrahendum matrimonium qui iure alium ſubrogare non poteſt, poterit alium ſuo loco conſtituere, ſi habeat ad id mandatum ſpeciale, idque ex poteſtate hominis non legis, cap. final. de procurat. in Sex. Idem dicitur de compromiſſario ad eligendum, ca. penultim. §. porro, de elect. in Sex. cum ſimilibus. Atque ita hodie in praxi & in vſu communi ſeruatur, vt ordinarii delegent cum clauſula,* per te vel per alium quem ex nunc, &c. *vt notat Philippus Francus, ad dict. c. is cui, vbi & remittit ad Bartolum in leg. more maiorum. de iuriſdict. omniũ iud. & tenet Bal. ad leg. non diſtinguemus, §. quæſitum per illum tex. de recept. arbitr. P.*



b *cap. quoniam apoſtolica, 43. de offic. & poteſta. iudic. deleg. cap. ſuper quæſtionum, 27. eo. dict. cap. is cui, 12. eod. tit. in Sext. & leg. a iudice 5. de iudic. C. leg. vnic. C. qui pro ſua iuriſdict. iudices dare, &c.*

c *dict. cap. quoniam apoſtolica, §. 1. de offic. deleg. cap. cum dilecta, 22. & ibi gloſſa ad verbum mentio, de reſcrip. Conſentire autem debent, quorum intereſt perſonaliter mandatum per delegatum non impleri, alioquin mandatum perſonæ iniunctum, in perſona exſequendum eſt, leg. qui hæredi, de conditio. & demonſtratio. l. fi. de verbo. oblig. P. l. inter artifices, de ſolutio. P.*

d *dict. capit. quoniam apoſtolica, §. 1. verſic. præterquam.*

e *nempe cum ita committitur non expreſſa certa perſona, vt alicui perſonæ idoneæ, de certa eccleſia vel beneficio prouiderit: quia circa electionẽ perſonæ eius induſtria videtur tunc electa, & ita ſibi commiſſum alteri demandare non poterit, niſi forma commiſſionis contineat, vt per ſe vel per alium id poſſit expedire, d. ca. is cui. 12. §. 1. de offic. deleg. in Sex.*

f *dict. cap. quoniam apoſtolica, §. fin. de offic. delega.*

p *cap. final. de offic. & poteſtat. iudic. deleg. in Sext.*

C a p v t V.

*Quæ obſeruare debeat delegatus.*

IN delegationibus obſeruanda eſt forma mandati ſeu commiſſionis aut delegationis, & illa ſequenda, *a* Item vidẽdum, vt certi iudices delegati ſint, cum reſcripta de incertis eligendis non valeant. *b* Non eſt facienda extenſio delegationis de perſonis contentis in illa ad non expreſſas. *c* Nec de re ad rẽ in procuratore ſine mandato. *d* Locum tamen ad exſequendum mandatum, ſi comprehenſus in eo non ſit exſecutioni cõmodus, delegatus in commodiorem transferre poterit, ſine dolo malo tamen & fraude. *e* Exceptis conſeruatoribus, qui non poſſunt munus ſuum

exſequi alibi quam in ciuitatibus vel diœceſibus ſibi conſtitutis.*f* Quanquam autem iudici delegato expediat formam ſibi ſtatutam ſeruare, debet nihilominus rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa iuxta iuris æquitatem procedere. Niſi in literis delegationis (quod tamen raro vel nunquam fit) exprimatur, quod nullæ exceptiones debeant admitti.*g* Itaque erit quidam ordo de legatis cognoſcentibus ſeruandus, & citatio non omittenda ante decretum.*h* Quod ſi diuerſæ delegationis literæ præſententur aut offerantur, priores ſequendæ, ſi ſecundæ illis non derogent, vel de illis nõ meminerint.*i* Si tamen diuerſæ literæ de eodem negotio ſub contraria forma exhibentur eiuſdem datæ, ſuſpendendum erit iudiciũ, donec conſulatur ſummus pontifex, a quo proceſſiſſe dicantur.*k* Ceterum interdum cõmittitur ſimpliciter cauſa duobus, quo caſu iudicium ab vno ſine altero latũ non valet,*l* cum eo enim; vel cum eius ſubdelegato iudicandum eſt.*m* Idipſum plures dentur vel delegentur: niſi in commiſſione fuerit clauſula appoſita; *Quod ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo vel alter eam nihilominus exſequantur.* Quo caſu & abſente eo, qui iudicio intereſſe ſubterfugit, iudicium ab aliis factum tenet.*n* Quemadmodum duobus delegatis cum clauſula, *quod ſi ambo, &c.* ſi alter ex illis fuerit recuſatus, alter ex illis ſolus iudicare poteſt, nec teneret proceſſus, ſi cum recuſato procederet.*o* Cum autem plures iudices vel exſecutores a ſede Apoſtolica deputari contingit, ſub illa forma, *vt omnes aut duo vel vnus eorum mandatum Apoſtolicum exſequantur*, aut ſub alia ſimili formula; *Quod quilibet eorum in ſolidum per ſe iudicare & exſequi poſſit, & quod alter alterum non exſpectet aut requirat*; ipſorum quilibet libere iniũctum poteſt adimplere mandatum, vno autem incoante cæteri nõ poſſunt vlterius ſe de negotio intromittere.*p* Eadem autem formula reſcripti debet iudicari actor reconuentus, quo iudicaretur reus conuentus.*q*

### Scholia.

a *cap. cum contingit, 36. cap. venerabili, 37. de officio & poteſta. iudi. delega. neque etiam immutandus eſt ordo ſcripturæ, cap. cum dilecta, 22. de reſcrip. c. ſi rector. 43. diſtinct. can. in grauibus, 3. quæſt. 6. ca. in primis, 2. quæſt. 1. Si modo forma iuri non contradicat, aliter ſi contradiceret, nec expreſſe ei derogaret; can. eam te, de ætate & qualitat. Siquidem, quamuis contradicat & nihilominus ſummus pontifex ita fieri mandet vel princeps, forma erit ſequenda, etſi durum videatur mandatum. ca. contra morem, 100. diſtin. ca. in memoriam, 19. diſtinct. Veruntamen ſemper intentio mandantis, quatenus liquere poterit, erit potius ſequenda, quam verborum ſuperficies, cap. ſuper eod. 15. de offic. delega. cap. audita, de reſtit. ſpolia, c. cum cauſam, & c. fin. de preben. cum alioquin actus ad incogitata extendi non debeant, leg. tres fratres, de pact. Pandect. l. cum Aquiliana, de tranſact. Pand. nam duo ad actum humanum valide perficiendum concurrere debent, voluntas & poteſtas, l. multum intereſt. C. ſi quis alteri. ver. ſibi.*

b *c. ad hæc ſumus, 10. de reſcrip.*

c *ca. ſignificante, 34. cap. Rudolphus, de reſcript. c. quia quæſitum, c. leg. & glo. 40. de offic. & poteſta. iud. deleg.*

d *c. cum olim, 33. eo. tit. de offic. deleg.*

e *ca. ſtatuimus, 13. de offi. deleg. in Sext. ſic & tenetur citare ad locum non ſuſpectum, c. cum R. 35. de offic. deleg.*

f *c. fin. §. vices, de offic. deleg. in Sex.*

g *c. ex parte tua, 13. de offic. deleg. Sicque ſecundum iuris ordinem procedendum potius quam ſecundum formam reſcripti, niſi expreſſe aliter caueatur, in eod. cap. cauſam, quæ inter, de reſcrip.*

h *c. conſultationibus, 10. de offic. deleg.*

i *cap. ex parte N. 12. de offic. delega. videlicet quando vtræque literæ fuerint ſpeciales, & fuerunt ſimul præſentatæ, alioquin generalibus ſpeciales derogarent. cap. 1. de reſcript. atque prius præſentatæ potius ſequendæ. c. capitulum, de reſcrip.*



k *c. 2. de offic. delega.*

l *ca. cauſam matrimonii, 16. eod. tit. altero ſcilicet abſente, can. ei qui, §. definitum, 2. qu. 6. idem ſi plures ſint & alter ſine altero pronuntiet non valebit, leg. duo ex tribus, de re iudica. Pand. ſi. ca. de ſenten. & re iudica. lib. 2. tit. 27. cuius verba*, duobus iudicibus, vt accepimus, diuerſas ſententias proferẽtibus, ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo nõ pro actore ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote teſtamento pro ipſo fuerit promulgata. Si vero ex delegata poteſtate vtraq; pendet ſententia ex arbitrio delegantis. Quod ſi ex cõpromiſſo, neutra debet habere vigorem.

m *c. cum cauſa, 22. de offic. deleg. c. 3. eod. tit. in Sex. Si tamen appoſita fuerit clauſula*, quod ſi non ambo, &c. *non tenetur collega collegæ impediti ſubdelegatum ad iudicandum admittere, cap. coram dilecto, 34. de offic. delegat.*

n *c. prudentiam, 21. §. adiicimus, de offi. delega. conſuli tamen debet tertius, & abſens interpellari, aliter alii nihil agerent, c. cum cauſa, 22. eod. tit. atque ibi gloſſa ſingularis ad verba*, ad illis, *notat, conſtare debere quod interpellatus & rogatus noluerit cum condelegatis adeſſe, vel noluerit alium in ſui locum ſubdelegare, ibiq; videnda plura notabilia de hac quæſtione.*

o *c. cum ſuper abbatia, 23. de offic. deleg.*

p *iſta omnia expreſſe traduntur, in cap. cum plures, 8. de offic. delega. in Sext. vbi gloſſa ſingulariter notat, iſtam formam differre a ſuperioribus*, quod ſi non omnes, &c. *vel*, quod ſi ambo, &c. *Nam illæ ſunt cõditionales & exigũt interpellari nolẽtes, vel qui non poſſunt intereſſe iudicio. Et quod de illorum conſtet impedimento & voluntate. Quod non exigitur in aliis clauſulis, in quibus eſt diſiunctiua clauſula, nõ conditionalis. Eſt & alia differentia notata ad dictum c. cum plures, ad verbum*, nequibunt. *Quod in clauſula*, quod ſi non omnes, *vno impedito procedit alter, ceſſante vero impedimento & ſimul procedunt. Et impeditus expeditus veniẽs cum alio, qui cœpit, poteſt procedere, vt & notatur a gloſſa 2. in d. ca. quoniam abbas, & a gloſſa pen. ad c. coram, de offi. & poteſt. iud. deleg. At in clauſula*, vt omnes aut duo, vel vnus, &c. *vno incipiente procedere alii in poſterum excluduntur, & perpetuatur eius iuriſdictio per præoccupationem, d. ca. cum plures. Eaq; præoccupatio, quod pertinet ad perpetuandam iuriſdictionem, fit per ſolam citationẽ, ante litis conteſtationem, c. gratũ, c. ſuper eo, de offi. & pot. iudi. deleg. c. ſi a ſubdelegato, eo. tit. in Sex.*

q *cap. 2. de mutuis petitio. lib. 2. tit. 4.*

## Cap. VI.

### *Quibus poſſit delegari.*

SVmmus pontifex non ſolet aliis, quam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis delegare, aut canonicatum, aut perſonatum in eccleſia cathedrali habẽti,*a* maiori non minori 20. annorum,*b* niſi & aliis & his ex certa ſcientia cõmitteret.*c* Ita delegatus a papa non poteſt ſubdelegare, non habenti dignitatem.*d* Magiſtratus vero ſpiritualia delegare vel ſubdelegare nõ poterunt laicis.*e* Nõ licet quoq; epiſcopis ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis delegare nõ epiſcopo, alia poteſt alioquin idoneis.*f* Nihil prohibet autẽ iudices delegatos, ſi ſuſpecti ſunt recuſare,*g* non minus quam iudices ordinarios, & ex iiſdem cauſis, quæ corã arbitris eã ob rem deputatis probantur.*h* Niſi ſi contra vnum ex duobus iudicibus datis a ſum. pontif. cum clauſula (*quod ſi ambo intereſſe non poſſint alter illorum in cauſa procedat*) ſuſpicionis cauſa legitima proponatur, quia tunc coram non recuſato iudice cauſa proponenda.*i* Quemadmodum ſi delegatus epiſcopi, vel eius officialis

recuſetur, cauſa probanda erit non coram arbitris, ſed coram epiſcopo. *k* Poterit at delegatus ſum. Pont. ſuſpectus, ante cauſas non ſuſpectum ſubdelegare. *l* Grauiſſime autem arguendus eſt & puniendus, qui mandatum apoſtolicũ exſequi non vult. *m* ſicut & delegatus a principe, qui tamen, ſi non malitioſe ſe exoneret, poteſt cogere ſubdelegatum acceptare ſubdelegationem. *n* Alii tamen iudices non poſſunt cogere inuitos non ſuæ iuriſdictionis homines, accipere delegationem, vt nec Archiepiſcopus ſuffraganei ſui ſubditum ad id compellere poſſit. *o*

### Scholia.

a *cap. ſtatutum, de reſcript. in Sext. Clem. 2. eod. titu. vbi & prior conuentualis dicitur idoneus ad delegationem & habere dignitatem, non prior clauſtralis, qui eſt ſecundus poſt abbatem. Sed neque delegatus a ſum. Pontif. poteſt ſubdelegare cauſæ cognitionem, niſi perſonæ qualitatis idoneæ, iuxta prædictum. c. ſtatutum, meram autem exſecutionem poteſt. deciſ. Rotæ 98.* nota quod exſecutor, *in antiq.*

b *cap. cum viceſimum, 41. de offic. delegat. cap. cum in cunctis, de elect. l. cum prætor. de iudic.*

c *vt not. in d. clem. 2. de reſcrip. & ad dict. c. cum viceſimum.*

d *ſic communiter tenetur, in d. c. ſtatutum, §. in illo, de reſcrip. in Sext. glo. ad ca. cum te, 18. de offic. deleg.*

e *c. decernimus, de iud.*

f *c. aqua, de conſecra. eccle. vel altar. c. quod ſedem, eod.*

g *& ab initio ante litis conteſtationem, cap. cauſam quæ, 17. de offic. deleg. & poſt conteſtationem, ex noua cauſa poſtea ſuborta, vel de nouo apparente, ca. inſinuante, 25. eod. tit.*

h *c. ſuſpicionis, 39. de offic. deleg. c. 4. eod. tit. in Sexto.*

i *dict. ca. ſi contra vnum, 4. de offic. delega. in Sexto.*

k *dict. c. ſi contra, §. pen. & fin. & vbi gloſſa, ad verbum*, epiſcopi, *notat idipſum habere locum in recuſatione ſubdelegati, vt probetur coram ſubdelegante, qui non abdicauit omnino a ſe poteſtatem.*

l *cap. iudex ab apoſtolica, 5. de reſcript. in Sexto.*

m *c. ſciſcitatus, de reſcript. cap. prudentiam, 31. §. adiicimus, de offic. delega. vbi gloſſa ad verbũ*, arguendus, *notat, a quibus argui & puniri hic contumax debeat & poſſit. An autem in aliis, quam ſummo Pontifice delegantibus id ipſum locum habeat, & poſſint cogi acceptare delegationẽ, mox dicetur.*

n *cap. paſtoralis, 28. in princ. & §. item cum totum, de offic. delegat.*

o *cap. paſtoralis, 11. de offic. ordinarii, libr. 1. tit. 31. vbi tamen gloſſa ad verbum*, inuitum, *notat, quod epiſcopus poteſt cogere ſubditos ſubditorum ſuorũ acceptare delegationem.*

## Capvt VII.

*De poteſtate delegatorum.*

DElegatorum poteſtas & auctotitas ex auctoritate & poteſtate delegantis metienda erit, & ex mandato conceſſo. Vt ſi a ſummo pontifice vel principe, quis delegatus ſit, maiorem habeat auctoritatem ſupra perſonas ſibi commiſſas, & ſupra ipſum ordinarium, & proinde contra rebelles & impedientes iuriſdictionem poteſt vti interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia, *a* adhibito tamen temperamento coercitionis, & habita ratione perſonarum, in quas animaduertere voluerit. *b* Poteſt principis delegatus ſubdelegare, & transferre poteſtatem, vel ſub hac formula, *Quoties eum abeſſe cõtigerit*, *c* *vel donec vices conceſſas duxerit reuocandas.* Et ſi delegatio fiat rerum alicuius prouinciæ, ſi poſtea illa in duas diuidatur, retinet nihilominus poteſtatẽ in vtramque. *d* Delegatus a ſummo pontifice, poteſt exſequi ſententiam ſuam vſque ad annum, *e* aut iubere ordinario illam exſequi, *f* cui tamen prius fides fieri debet de reſcripto delegationis. *g*



### Scholia.

a *ca. 1. & c. ſane, 11. de offic. & poteſta. iud. de lega. c. paſtoralis, de offic. ordin. idque vice ſummi pontificis quam gerit, can. fin. 93. diſt. c. 1. 94. diſtin. l. ſi prætor, de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. P. cum ſimilib. neque etiam ex cauſa reſiſtit ordinarius. l. ſi quando, §. fi. de offic. iudi. deleg. neq; ſine aliqua coercitione vnquam mandatur iuriſdictio, ne inutilis ſit, & ſine effectu poteſtas, c. præterea, 5. c. ſignificaſti, 7. c. paſtoralis, 28. §. fin. de offic. & poteſta. iudic. delega. l. fin. § fin. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſ. P. Itaque mandata iuriſdictione omnia cenſentur mandata, ſine quibus ea expediri non poteſt. l. 2. de iuriſd. omn. iud. & vnicuiq; etiam licet pœnali iudicio iuriſdictionem ſuam tueri. l. 1. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. P*

b *c. ſane, 11. de offi. & poteſt. ind. deleg. ca. 2. eod. tit. in Sext.*

c *c. ſi delegatus, 7. de offic. deleg. in Sext.*

d *ca. vnic. de offic. delegat. in extrauag. communib.*

e *c. quærenti, 26. de offic. deleg. vbi ſunt pulcræ & copioſæ gloſſæ.*

f *c. paſtoralis, 28. §. quia vero, eod. tit.*

g *c. cum in iure, eod. tit.*

## Capvt. VIII.

1 *De ſuſpenſione iudicis delegati.*

2 *Et appellatione,*

1 IVriſdictio delegatorum † porro interdum ſuſpenditur, interdum exſtinguitur. Suſpenditur quando recipi poteſt, quod fit, veluti ſi quando literæ variæ delegationis proferantur, donec enim delegans conſultus, de his certum quid ſtatuerit, ſuſpenditur exſecutio, *a* Item ſi delegatus ſubdelegauerit, & ſubdelegatus antequam cœperit cognoſcere, moriatur, tunc enim delegans reaſſumit datã iuriſdictionem, *b* & ſuſpenſio fit quandiu delegãtem abeſſe contigerit. *c* Suſpenditur & per propoſitam recuſationem, donec de cauſis pronuntiatum fuerit, num fuerint improbæ. *d*

Item ſi appellatum ſit a ſententia delegati, & alii iudices dati ſint, pro cauſa appellationis, *e* appellatur autem a delegato ad delegantem, *f* a ſubdelegato vero, cui non fuerit in totum cauſa commiſſa, appellatur ad ſubdelegantem. *g* Sic enim ab eo tanquam a iudice cũ iuriſdictione dato appellatur, ſi tamen ei tantum medium cauſæ commiſſum ſit, ab ipſo, tanquam ab auditore, appellari nõ poteſt, niſi mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus, vnde poſſit recuſari. *h* Quando etiam delegatus a ſummo pontifice in alium totam iuriſdictionem ſubdelegat, non ad ſubdelegantem, ſed ad ſummum Pontificem erit appellandum. *i* Veruntamen delegato procedente cũ ſubdelegato alterius condelegati ſummi Pontificis, appellatio deuoluitur ad ſummum pontificẽ delegantem. *k* Item ſi delegatus, tempore appellationis a ſubdelegato inueniatur excõmunicatus vel mortuus, ad eũdem ſummum pontificem erit appellandum, *l* idipſum fiet in aliis caſibus a ſubdelegato appellando, ſi negetur, delegatũ vllam iuriſdictionem habere, *m* vel ſi fiat prouocatio ab arbitris iuris datis pro ſuſpicione iudicis a principe delegati. *n* Fit tamen aliquando delegatio appellatione remota, ex qua clauſula, nihilominus non cenſetur princeps voluiſſe præiudicare iuri cuiuſquam, quare permittitur ea non obſtante, ei cuius intererit appellare. *o* 2

### Scholia.

a *c. 2. de offic. & poteſta. ind. deleg.*

b *c. quamuis alicui, 6. eod. tit. in Sex.*

c *c. ſi delegatus, 7. eod. tit. in Sext.*

d *c. ſuſpicionis, de offic. delega.*

e *c. paſtoralis, 28. §. præterea, de offic. & põteſta. ind. deleg. generalis quippe eſt regu-*

*Aaaaa*

*la, quod appellatio ſuſpendit iuriſdictio-* A
*nem, tit. nihil noua. appell. pend. P. debetq;*
*interim differri exſecutio ſententiæ, ſi per*
*eam alicui præiudicium irrogetur, c. cum*
*ſuper controuerſia, de ſenten. & re iud. Ni-*
*ſi præſumtio in contrarium ſit, quod mali-*
*tioſe ſit appellatum, quemadmodum dici-*
*tur in reſtitutione in integrum, ca. ſuſpica-*
*ta, de reſtitut. in integr.*

f *in c. ſuper quæſtionum, 27. §. fi. de offi. dele-*
*ga. l. 3. C. de pædaneis iudicib. l. 1. l. fin. quis* B
*& a quo appell. cum ſimil. de quib. agetur*
*inferius. tit. 15. c. 3. glo. 2.*

g *c. cum te conſulente, 18, de offi. deleg.*

h *d. c. ſuper quæſtionum, 27. §. verum, de of-*
*fic. deleg. a nudo miniſtro enim & exſecu-*
*tore alioquin non appellatur. l. ab exſecu-*
*tore, 4. de appellationi. P.*

i *d. c. ſuper quæſtionum, §. porro.*

k *cap. 3. de offi. iud. deleg. vbi tamen gloſſa,*
*ad verba* cum delegato, *notat, quod ſi in* C
*reſcripto delegationis eſſet clauſula*, quod
ſi non omnes, *& duo committerent, &*
*tertius ſe excuſaret nec committeret, quod*
*in hoc caſu ab illis duobus ſubdelegatis ad*
*delegatos ſubdelegantes appellaretur, &*
*non ad primum delegantem. Ceſſat enim,*
*inquit, ratio textus, etiam ſi ab initio fue-*
*rat conceſſa delegatio appellatione remo-*
*ta. cap. ſuper quæſtionum, 37. ſi vero, de of-*
*fic. delegat.* D

l *c. ſi is cui cauſa, 10. eod. tit. in Sexto. nem-*
*pe ſi ſit excommunicatus maiori excōmu-*
*nicatione. nam ex minori non impediun-*
*tur, quæ ſunt iuriſdictionis. c. ſi celebrat, de*
*clerico excommunicato miniſtra.*

m *c. ſi a ſubdelegato, 14. de offi. & pot. iud. de-*
*leg. in Sext.*

n *c. ab arbitris, 11. eo. tit. in Sexto.*

o *ca. ſuper eo, 15. de offic. delega. can. non ſo-*
*lent, 2. quæſtio. 6. Et quia, vt diximus, non* E
*ſit extenſio negotiorum aut perſonarum in*
*reſcriptis, ideo omnes, quorum intereſt, poſ-*
*ſunt ſe reſcripto opponere, & ita poſtea ap-*
*pellare, ſi ius eis non reddatur, alioquin niſi*
*ſe interponerent vel obiicerent, non admit-*

A *terentur, vt notat gloſſ. fin. in d. ca. ſuper eo,*
*argum. l. ſi eo tempore, de remiſſ. pigno. lib.*
*8. C. tit. 26. & licet appellatio remota ſit a*
*principali, tamen non cenſetur remota ab*
*incidenti quæſtione, ca. cum teneamur, de*
*appellat.*

## Caput IX.

*De exſtinctione iuriſdictionis & pote-*
*ſtatis delegati.*

B EXſtinguitur porro in totum poteſtas
delegati, ſi ipſe pronuntiet, ſe non ha-
bere iuriſdictionem. *a* Si intra certum ter-
minum ad cauſam decidendam datus, non
iudicauerit, & dies præfixa, non fuerit de
communi partium conſenſu prorogata. *b*
Item morte vnius delegatorum ſimplici-
ter datorum, ſi aliud in delegatione non
fuerit expreſſum. *c* Vel ſi condelegatus ſeu
collega non poſſit iudicare, puta factus in-
C famis, *d* aut fuerit remotus vt ſuſpectus, *e*
Finitur item morte delegãtis re adhuc ex-
ſiſtente integra, antequam ad vllum actum
proceſſerit delegatus. *f* Aliter autem ſi res
non ſit integra dicendum, veluti ſi citatio
iam fuerit facta partis, *g* aut lis conteſtata
ante mortem delegantis. *h* Et niſi forſan
delegatio facta ſit pro exſecutione gratiæ,
quæ non exſtinguitur morte delegantis, *i*
vt nec delegatio inquiſitionis hæreticæ
D prauitatis, *k* aut legationis prouinciæ. *l* Ex-
ſtinguitur etiam delegatorum poteſtas re-
uocatione eius, ſeu delegationis, re inte-
gra factæ. *m* Et per malitiam vel negligen-
tiam delegati. *n* Item per legitimam & ad-
miſſam eius recuſationem. *o* Dehinc, ſi de-
legatione generali facta, poſtea cauſa in
ſpecie alteri delegetur, per eam enim ſpe-
cialem a generali cenſetur exemta. *p* Simi-
liter ſi delegatus cauſam retulerit ad dele-
E gantem, nō poterit de ea, ſine noua dele-
gatione amplius cognoſcere. *q* Ex quo et-
iam iudex, vel per ſe, vel per alium ſenten-
tiam exſecutioni mandauerit, vel mandari
præceperit, ceſſabit eius auctoritas & iu-
riſdictio, *r* quemadmodū per appellatio-
nem



nem ab eo interpoſitam legitimam, *s* vel a- A
liter per illam admiſſam. *t* Subdelegati et-
iam finitur iuriſdictio, finita poteſtate ſub-
delegantis re integra, non aliter. *u*

### Scholia.

a *cap. ſignificantibus, 38. de offic. delegat. vbi*
*nec poteſt poſtea depoſitā ex conſenſu par-*
*tium reaſſumere iuriſdictionem.*

b *ca. de cauſis, 4. cap. conſuluit, 24. de offic.*
*& poteſtat. iudic. delega. vide tractata per* B
*gloſſ. ad C. Pand. & 6. eo. titul. de proroga-*
*tione iuriſdictionis.*

c *cap. vno delegatorum, 42. eod. tit. niſi fue-*
*rit appoſita clauſula,* quod ſi non omnes.
*Idipſum dicitur ſi delegatus moriatur, vſ-*
*que adeo, vt nec iuriſdictio delegata Epi-*
*ſcopo, mortuo eo, ſede vacante transfera-*
*tur ad capitulum, vt ait Ioan. Andre. ad*
*c. ad abolenda, de hæret. in vltim. gloſſ. in*
*nouellis. Felin. ad c. eam te, de reſcript. Ro-* C
*ta deciſ. 553.* nota quod capitulum, &c.
*in antiq. licet cōtrarium teneat Ioan. Mo-*
*nach. ad ca. vnic. de maior. & obed. Ratio*
*deciſionis textus noſtri capitis, quod alter*
*delegatorum ſine altero procedere non po-*
*teſt, & pro vno habentur, vt ſimul etiam*
*iudicare iuſſi ſint. l. duo ex tribus, de re iu-*
*dic. Pand. quamuis alter alteri dum vi-*
*uit, poſſit ſuas vices concedere, ita efficaci-*
*ter, vt ſi is cœperit cognoſcere, nihil interſit* D
*an poſſit poſtea iudicare, ſed ſolus procedet,*
*c. quamuis, c. licet, de offi. delega.*

d *cap. ſciſcitatus, de reſcript.*

e *dict. c. licet, 30. de offic. deleg.*

f *dict. cap. licet, & cap. fin. §. 1. de offic. legat.*
*l. & quia, de iuriſdict. omnium iudic. ge-*
*neraliter morte mādantis reuocatur man-*
*datum, §. recte, de manda. apud Iuſtinian.*
*l. ſi vero, §. ſi mandauero, mandat. P. niſi*
*forſan tale mandatum ſit, quod poſt mor-* E
*tem mandantis habeat exſecutionem, vt*
*dicitur de exſecutoribus teſtamentorum,*
*de mandatis impoſitis hæredibus, de im-*
*plenda voluntate.*

g *Per citationem enim hic quod pertinet ad*
A *perpetuandam iuriſdictionem, videtur lis*
*cœpta, cap. gratum, 20. de offi. delegat. Res*
*litigioſa etiam efficitur per libelli oblatio-*
*nem, quod ad eandem iuriſdictionis per-*
*petuationem pertinet. l. 1. quando libellus*
*principi datus litis conteſtationem faciat.*
*can. anteriorum, 2. q. 6.*

h *ca. relatum, 19. de offic. deleg. adde. c. 6. &*
*7. eod. tit. in Sext. Cæterum ſi poſt mortem*
*mandantis partes reſponderint coram eo-*
B *dem iudice, nulla de eo obiecta exceptione,*
*valebit geſtum & iudicatum, ca. cum ve-*
*niſſent, 25. de appellat. veluti ex conſenſu*
*partium.*

i *cap. ſi ſuper, 9. de offic. delegat. in Sex. quan-*
*do videlicet ipſa gratia non perimitur*
*morte concedentis, & cui exſecutoris da-*
*tio veluti acceſſorium cohæret, vt ibidem*
*dicitur, & ita conſentit, ca. ſi cui, de præb.*
*in Sexto.*

C k *Nā hæc delegatio nō exſpirat morte man-*
*dantis, c. ne aliqui, 10. de hæret. in Sex.*

l *c. legatos, 2. de offi. legat. in Sex.*

m *cap. vt noſtram, de appellat. cap. quamuis*
*alicui, 6. de offic. delegat. cap. 1. de reſcript.*
*l. iudicium ſoluitur, 58. de iudic. Pandect.*
*§. recte, de manda. l. ſi vero §. ſi mandaue-*
*ro, manda. P.*

n *c. quoniam, de offi. deleg.*

o *c. licet, de for. compet. c. ſecundo requiris,*
D *de appellat.*

p *in c. 2. de offic. delegat.*

q *c. licet Tranenſes, 5. de offic. legat. can. no-*
*men presbyteri, 2. q. 1. can. multum ſuper,*
*3. quæ. 6. l. 1. C. de relationib. l. ex illo, C. de*
*relationib. l. ex, illo. C. de appellationib. &*
*in dec. Rotæ, 718.* dic quod, *in antiq. dici-*
*tur quod iuriſdictio delegati exſpirat per*
*remiſſionem cauſæ ad ſeniorem, per cap. ex*
*literis, de offic. delegat.*

E r *cap. in literis, 9. eod. nempe cum effectu, c. ſi-*
*gnificaſti, & c. quærenti, c. venerabilis, eo.*
*tit. l. iudex poſteaquam, de re iud. P.*

s *c. vt debitus honor, de appellat.*

t *c. interpoſita, & c. ſæpe, de appellat.*

v *c. ſi. de offi. leg. l. venditor, 49. §. ſi. de iudic.*

# DE IN IVS VOCANDO.

## *a* TITVLVS VI.

a *Hæc rubrica non exſtat expreſſa vel ſeparata in iure Pontificio, quamuis de vocatione in ius, in eo diuerſis in locis & neceſſario agatur, vt liquebit ex ſequentibus. At in iure ciuili, exſtat titulus, de in ius vocando. libr. 2. P. tit. 4. & libr. 2. C. tit. 2. & in Pandect. adhuc rubr. in ius vocati eant, &c.*

### CAPVT I.

*Continuatio, & quid in ius vocare.*

COgnita quæſtione de iudicibus, agamus de materia eorum, & primum de lite apud nos deferenda. Omnium autem inſtituendarum actionum initium, ab ea parte proficiſcitur, quæ eſt de in ius vocando. Aduerſarius enim vocandus in ius, vocandus corã eo, qui cõtendentibus ius dicturus eſt. *a* In ius vocare itaque eſt iuris experiundi cauſa vocare. *b* Canonica vero vocatio eſt, quando obſeruato legitimo dierum interſtitio, cauſæ ſuæ quis adeſſe iubetur. *c*

SCHOLIA.

a *§. omnium, de pœna temer. litiga. l. 1. de in ius vocan. P. l. iudices, cum authent. ſeq. C. de iudic. Inter ea, quæ in ordinato iudicio requiruntur, eſt citatio. cap. inter quatuor, de maior. & obedien. cap. quoniam contra, de probation. neque iudicium contra non citatum valet, cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, 10. de conſtitutio. c. cum dilecti, 6. de dolo & contu. ibi*, volentes iuris ordinem obſeruare, &c. *Vide extrauagantem communem, vnam ſanctam, & ibi gl. fin. de dolo & contumac. vocatio in ciuilibus, vel ideo neceſſaria negotiis, quod de vno quoque negotio præſentibus, quorum intereſt tractandum ſit. l. de vno quoque, de re iudica. P. l. nam ita diuus, de adoptionib. P. In criminalibus multo magis, vbi de fama, corporis ſupplicio, vel de vita agitur, idq; vel exemplo Dei, qui quamuis occulta mentis & cordis hominum nouerit, tamen noluit damnare Adamum inauditum & nõ citatum ad iudicium, Geneſ. 3. c. can. Deus omnipotens, 2. q. 1. facit clem. paſtoralis, de ſenten. & re iudic. can. nullam ante, can. iudicantium, 30. qu. 5. l. fin. C. de accuſ. Ita ſtatutum, & can. 5. relatum, 5. q. 2. non eſſe recipiendam inſtitutam accuſationem, priuſquam accuſatus fuerit vocatus. Nullus in ſumma maior defectus iudicii, quam citationis, quæ defenſionem a iure prouenientem naturali, reſpicit, defenſio quippe naturalis & iure gentiũ permiſſa, l. ut vim, de iuſtit. & iur. neque principẽ hunc defectũ ſupplere poſſe, ſecundum Felin. ad cap. ex parte, 2. de offi. delegat. Decium, conſil. 63.* viſo puncto, *de Afflictis, deciſ. 307. in fin. Boerium, deciſio. 247. num. 7. tractatur & in non citatum & inauditum non eſſe ſtatuendum, imo nihil congrue poſſe ſtatui, in can. caueant, 3. & ſequen. omnia, 2. quæſt. 9. Verum contra præſentem nõ eſſe vocationem, de ſubſtantia iudicii, docet Ioan. Andr. in c. fin. de elect. in Sexto. Plato quoque in 8. de legibus, exiſtimat in iudiciis vocationem eſſe neceſſariam.*

b *l. 1. de in ius vocan. lib. 2. P. tit. 3. c. cum dilecti, de dolo & contum. litis præparatio eſt vocatio, hæc & denũtiatio, vt & libelli oblatio; appellatur & hæc præparatis in ius vocatio. l. quemadmodum, 2. de inoffic. teſtam. P. & citatio vnde citati in clem. 2. de pœnis, conuentio, vnde conuenti & cõuenire, in capit. eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtit. Prima citatio itaque ad iudicium fit, videtur anteiudicialis, vt notatur per Innoc. & Hoſtienſ. ad c. quoniam contra, de probat. gloſſ. ad clem. 1. ad verbum*, citationes, *de iudic.*

c *can. fin. §, his auctoritatibus, 5. quæ. 2. Hæc autem finitio intelligenda erit, de legitime & ſuo tempore facta citatione, non de alia aliter facta, dict. can. fin. in princ. & can. vocatio, 5. q. 2.*

### CAPVT II.

*Quotuplex in ius vocatio ſeu citatio.*





CItatio quædam eſt iuris, quædam hominis. *a* Iuris eſt, quando ius ſeu lex ſtatuit aut canon, certum dierum terminum, intra quem debeat quis iudicio ad actum aliquem exercendum ſe ſiſtere vel adeſſe. *b* Hominis vero, cum iudicis mandatu in ius vocatur. *c* Vtraque duplex, vel generalis, vel ſpecialis. Generalis eſt admonitoria, vt quicunque ſua intereſſe putauerit, negotio adſit & veniat in ius. *d* Specialis continet certam perſonam vocandam, & vt plerunque cauſam vocandi & litem, vel litis partem, *e* & fit verbis & literis. Eſt & alia realis, quæ fit per prehenſionem vel captionem perſonæ, quę ad ius ducitur. *f* Et illa perſonalis, cuius & alia ſpecies, quãdo vocatus iubetur in propria perſona venire. *g*

SCHOLIA.

a *Clemen. 2. de pœniten. ibi*, ne citati ad Apoſtolicam ſedem, vel ab homine, vel a iudice, &c. *Neque minus arctat citatio iuris quam hominis, Rota deci.* 484. ſi appellans, *num. 7. in nouis, imo magis, quia citatio legis eſt peremtoria, etſi lex nihil de peremtione dicat, non autem hominis, ca. cauſam quæ, de reſcrip. cap. 1. de electio. in Sext. iuncto. ca. 1. de appellatio. in Sext. & ibi Innoc.*

b *Vt in c. 1. de electio. in Sexto conſtitutum, vt qui impugnat electionem, a die qua appellauerit, intra menſem in curia Romana compareat, idem in cap. cupientes, eod. titul. in capit. quamuis, de offic. ordinar. capit. 1. de appellatio. in Sexto. in l. ſcire oportet, 13. §. 1. de excuſatio. tutor. libr. 27. P. tit. 1. l. ſi. C. de dolo.*

c *Vt in c. cum dilecti, de dolo & contuma. lib. 2. tit. 14. ca. veniens, de accuſat.*

d *Quemadmodum in c. 1. de elect. in Sext. l. ſi eo tempore, de remiſſio. pignor. C. tractat. de hoc Hoſtienſis & Innocentius ad capit. dilecti, de exceptio. vbi plene & in deciſione Rotæ* 419. ſi impetretur, *num. 2. in nouis.*

e *Fit enim in initio litis generalis quædam vocatio, quæ habet litis cuiuſdã certæ admonitionem. Atque etiam in exordio litis ſolet talis generalis vocatio decerni ad legitime comparendum ad ſingulos actus, vſq; ad ſentẽtiam incluſiue inſtructã, cum omnibus iuribus, ſcripturis ac monumentis cauſam concernentib. Rota deciſ. 245.*

f *cum iuſſu iudicis, non aliter. l. fin. C. de exhib. reis. l. cum clericis, l. omnes, C. de epiſcop. & cler. Debent quoque & eſſe iudices, qui hoc iubeant ex maioribus, qui ſaltem habeant mixtum imperium, §. ſi vero etiam, cum ſequen. de exhibendis reis. in nouel. authent. qui ſemel, C. quomo. & quan. iudex, niſi ageretur de debitore fugitiuo, qui prehendi poteſt iure, vt iudici ſiſtatur, l. ait prætor, §. ſi debitorem, quæ in fraudem creditor. P. Fit hæc realis ductio maxime in criminalibus, l. plerique, de in ius voc. P. cap. propoſuiſti, & ibi Henric. Bohic. de for. comp. c. ſi iudex laicus, & cap. ſi clericus, de ſent. excommu. in Sex. Species quædam etiam realis ſeu perſonalis citationis eſt, quando apparitores parlamentorũ vel regiorum maiorum magiſtratuum, maloferarii ſeu virgæ delatores, ea tactos vocatos citant, dicendo*, rex vos ſalutat, *pro qua citatione facit l. hac lege, §. 1. ibi*, aut plures forte feriendi ſunt, *de proximis ſacro. ſcrinior. libr. 12. C. vbi tamen corrupte legitur*, ferendi ſunt, *pro* feriendi.

g *Vocant* adiournement perſonnel, *Galli, quale in c. 1. de iudiciis in Sex. quæ citatio, vt plerunq; decernitur in delictis leuibus, & in quibus perſonam ipſam exigit iudex præſentem, per ſe, vt in exemplis, ſequentis capitis tertii.*

### CAPVT III.

*Pro quibus quis in ius vocari poteſt aut debet.*

QVia ergo citatio eſt iudicii principiũ & fundamentum, *a* ideo ſine ea fieri non debet. *b* Regulariter etiam omnis actus iudicialis, contra non citatum ipſo in-

re nullus eſt,*c* ideo & quilibet actus diſtinctus, indiget citatione.*d* Veruntamen pro ciuilibus negotiis, nemo poteſt citari, vt perſonaliter cõpareat, cum poſſit ſi velit, vel per ſe vel per procuratorem comparere.*e* Pro criminali tamen poterit,*f* aut pro veritate dicenda,*g* aut pro præbendo iuramento calumniæ,*h* aut ſi alio modo neceſſitas poſtulet partes vel perſonas iudici exhiberi,*i* aut ſi actus gerendi ſint præſentibus quorum intereſt.*k* A B

S C H O L I A.

a *§.fin.de pœna temere litigan.clem.paſtoralis,de re iud.c.quoniam contra,de proba.*

b *l.de vnoquoque,de re iud.P.l.nam ita diuus,de adopt.P.*

c *in prædictis iuribus, & per interpretes ad d.clem.paſtoralis. Matth. de affiict. deciſ.307.nu.29.*

d *Marantha in praxi,part.6.tit.6.Felin.fuſe,ad c.cum olim,nu.11.de ſent.& re iudi. & Bal.ad c.quoniam contra,4.col.in fi.de probatio.tradit,interpretes diuidere citationẽ,in eam, quæ ante iudicialis dicatur, quæ fiat pro litis ingreſſu, & in iudicialem quæ fit pro litis ad vlteriora progreſſu, & in aliam iudicialem peremtoriam, & poſt iudicialem,quæ fit poſt ſententiam, in articulis opportunis, & in exſecutione.* C

e *c.querelam,de procurat.l.1.& fin.eo.tit. in c.1.de iud.in Sext.* D

f *Hæc & ſequentia probantur, in cap.1.§.fin.de iudic.in Sexto.Cauſa criminalis intelligitur de crimine criminaliter intentato,non autem ſi ciuiliter, quia tunc poſſet interuenire procurator,cap.tuæ,de procurator.ca.ſuper his, de accuſat. non ita ſi criminaliter, exceptis caſibus notatis, in ca.ſi quando,2.q.6.in glo.fin.*

g *dict.cap.1.de iudic.in Sext.Hoc enim perſonale,dicere teſtimoniũ,de veritate, ideo coguntur venire teſtes ſæpe, toto titulo, de teſtib.cogen.* E

h *dict.c.1.de iudi.in Sexto. & hoc perſonale etiam,ca.in pertractandis,de iuramen.calum.auth.principales, de iureiur. propter calum. dando. C.poterit tamen dari procurator ad hoc iuramentum præſtandum, cum ſpeciali mandato, de iurando in animam conſtituentis,c.fi.de iura.cal.in Sex.*

i *dict. c.1.de iudi. in Sext. quod arbitrio iudicis relinquitur, vbicunque autem quis perſonaliter venire mandatur, non poteſt per procuratorem comparere,c.fin.de maior.& obed.libr.1.tit.33.c.dilecti, de dolo & contuma.cap.expoſuit, de dilatio. Rota deciſ.272.* licet contra,*in nouis, & ſi non poteſt venire, non tenetur etiam procuratorem mittere.l.fin.C.de procurator.poteſt tamen, imo debet, nuntium mittere ad allegandas excuſationes iudici, coram quo debebat ſe ſiſtere,c. querelam, de procura. vbi de hoc agitur.*

k *Iuxta l. de vnoquoque,de re iudic.Pan.l. properandum,§.ſin autem,de iudi.l.iudices, de fide inſtrument. Bartol. ad l. item illa, de conſtitutio.pecunia.Felin.in ca.in nomine Domini,nu.31.de teſtib. vel ſi agitur de teſtibus vel inſtrumentis producendis, & audiendis vel impugnandis, vt ibidem. ſi verificanda ſit ſcriptura priuata.Paul. Caſtr. & tex.ad l.etſi contractus, de fide inſtrum. Felin.ad c.ſcripta, eod.tit. ſi dandæ ſint literæ compulſoriæ ad exhibendum exemplum, vel vt loquuntur ad copiam inſtrumentorũ penes aliquem exſiſtentium, & tranſumta faciẽda ſint, vel ex archiuis, vel aliũde, citantur quorum intereſt, vt veniant, adſint vel mittãt procuratorem, Paul.Caſtr.ad l.iudices,nu.8. de fide inſtrum. Octauianus Weſtrius, lib. 6. introductionis in aulæ Romanæ actionem,c.1.nu.12.& 13.*

## C A P V T IIII.

1 *Quis vocare vocariue in ius poſſit.*

2 *A quo iudice, vnde & vbi.*

3 *De quibuſdam, qui non poſſunt vocari vel prehendi.*

1 OMnes in ius alios vocare, † ipſiq; vocari poſſunt, niſi expreſſe prohibeantur.*a*



Prohibitio autem, vel eſt abſoluta, vel cum venia tantum permiſſa, poſtulata a iudice, veluti quando liberto permittitur, eo tantum modo vocare in ius patronum.*b* A

2 Omnes item iudices, † quibus eſt permiſſa vel conceſſa aliqua iuriſdictio, poteſtatem citandi habent, quia aliter iuriſdictionem exercere nequirent.*c* Attamen iudex delegatus per reſcriptũ ſummi pontificis, non poterit vltra duas dietas extra prouinciam quenquam citare, niſi nominatim idipſum ei permittatur.*d* Nec citare eis licet extra locum, vbi tenetur iudicare,*e* aut ad locum non ſatis tutum, aut inhoneſtum.*f* Non poteſt quoq; iudex manifeſte incompetens valide coram ſe extra poteſtatem vocare.*g* B

3 Non vocatur quoque † in ius ſpoliatus ad inſtantiam ſpoliantis, vel ſaltem non tenetur ei reſpondere, priuſquam reſtitutus fuerit.*h* Non poſſunt quoque regulariter prehendi confugiẽtes ad eccleſiam,*i* niſi forſan fuerint homicidæ, per proditionem & inſidias,*k* non prehenduntur quoque, aut capiũtur corporaliter, vt carceribus detrudantur, mulieres.*l* Aliæque quædã perſonæ, quæ ex iure ciuili cognoſci poſſunt.*m* C

S C H O L I A.

a *In l.2.de in ius voc. Pandect. vbi perſonæ cum ſequen.ponũtur prohibitæ, iunge l. de vnoquoque, de re iud. Pandect. Cum enim edictum, de in ius vocando ſit prohibitorium, quæ non inueniuntur prohibitæ, cenſentur habere permiſſionem, l.cum prætor, de iudi. cum ſimil.* D

b *ſan.epiſcopus, qui mancipium, 58.§.libertus,12.q.2.l.4.§.1.& l.fi.de in ius voc.*

c *Commiſſa enim iuriſdictione, omnia cenſentur commiſſa, ſine quibus non poteſt expediri, l.2.de iuriſd.omnium iudic. P.*

d *c.nonnulli,28.de reſcript.c.olim,7.de excep.c.fi.§.conſeruatores autem,de offic.deleg.in Sex.dieta eſt, ideo vnius diei, quod ex conſuetudine regionum metiendũ erit. Quamuis de iure ciuili, 20. milliaria pro ſingulis diebus numerentur, l.3.de verbor. ſignif.l.vicena, ſi quis cautio.in P.*

e *c.fi.§.conſeruatores, & ca.ſtatutum,11.§.in nullo, de reſcrip.in Sext.*

f *In c.de cætero, de ſenten.excommun.c. veniens, de accuſatio.ca.cum R.35.de offic. delegat.ca.ex parte,37.de appellat.l.21.§.ſed etſi, de recept.arbitr.P.clem.paſtoralis, de re iudica. Pro loco non tuto etiam habetur, ſi in eo ſit morbus contagioſus, c. communis,23.diſtinct. Quod ſi quis citetur ad locum, non tutum, poterit appellare, etſi non petat locum ſecurum, c. ex parre, & ibi Innocentius, de appellat. Tutius tamen faciet pars, ſi mittat excuſatores, de loco non tuto, quo caſu, ſi non admittatur eius exceptio, vel excuſatio, poterit appellare, maxime ſi petat ſibi aſſignari locum tutum & ei denegetur, Rota deciſ.15.* nota quod vbi, *in antiq.*

g *ca. cum Epiſcopus, de offic.ordina.in Sext. ca.ſi duobus, 7. de appellatio.l.fi. de iuriſ. omnium iudic.Pand.l.53.§.fin. & l.54. §.fin. de re iudica. dixi vero oportere manifeſte eſſe incompetentem iudicem, cui impune non pareatur. Alioquin enim, ſi dubitetur, vocatus debet comparere fori ſui priuilegium allegaturus, l. ſi quis ex aliena,5.de iudic. P. l. 2. ſi quis in ius vocatus non ierit P. tractant interpretes, ad cap. cum ordinem, de reſcript.c.cum parati, de appellatio. Nihil autem hic intereſt, ſint ne ordinarii aut delegati iudices, qui male & ſine poteſtate vocauerint, veluti ſi pluribus datis iudicibus, pars tantum citauerit eorum, vocatus non tenetur venire, cap. prudentiam, & ſeq.c.ex literis, de offic. deleg.c.ſi duobus, de appella.* E

h *c.prius,3.q.2.*

i *c.inter alia, de immunita.eccleſia.l.2.C.de his, qui ad eccleſ.confuger. Alexand.conſi. 145.volum.7.*

k *c.1.de homicid.d.c.inter alia, & ca.fin.de immuni.eccleſ.*

l *l. 1. & auth. ſeq. C. de offic. diuerſ. iud. authen. hodie, de cuſtod. reorum. C.*

m *enumerantur, in l. 2. & ſequent. de in ius voca. libr. 2. P. tit. 4. l. 1. 2. 3. eod. tit. libr. 2. C. tit. 2.*

## Cap. V.

1 *De formulis & modis vocandi ſeu citandi per edictum.*
2 *Per vocem iudicis.*
3 *Aut praconis.*
4 *Per literas, voceue apparitoris.*
5 *In eccleſia per curionem, per ſonitum tubæ vel campanæ.*
6 *In citatione quæ conſiderãda, nempe commiſſio, citatio, relatio, terminus, cauſa.*
7 *Vocari quomodo debeat citandus.*
8 *Quo die, num feſtiuo, & ad quem diem & locum.*

1 CItationum † ſeu vocationũ in ius, quædam fiunt *a* per modum edicti, *b* diebus ſolemnibus, *c* in quibus ſummi Pontifices ſolent facere proceſſus generales, cõtra reos, aut contra criminibus quibuſdam generaliter infectos, *d* & proponunt citationum edicta in publica audientia literarum apoſtolicarum, vel in Papali palatio, vel poſtea in maiori eccleſia loci, vbi Romanus eſt Pontifex. Ita vocatur quis in ius per publicam edicti propoſitionem.

2 Et per vocẽ ipſius quoq; † iudicis, monentis præſentẽ, vt certa die veniat, *e* quæ vocatio habet vim peremtorii edicti. *f*

3 Item per vocem præconis, † ad quam, poſtquam citatus in ius non venerit, maxime peruenitur, vel ſi quando vocandus latitet, vel vagetur, & fraudulenter ſe abſentet, & neſciatur vbi ſit, cumque ad damnationem ob contumaciam procedendum eſt, quo caſu & trinæ citationis edictum publicatur. *g*

4 Fit & citatio per literas iudicis † per apparitorem, *h* iubetur & viua voce ſine literis nuntio, vt citet vocandum, *i* addito legitimo & ſufficienti ad comparendum termino. *k*

A Fit & aliquando † citatio in eccleſia per curionẽ in publica prędicatione, vt in publicatione monitoriarum literarum, ante excommunicationem pro occultis reuelandis, & in publicandis matrimoniis, & in quibuſdam aliis. *l* Fit & per ſonitum campanæ & ſonitum tubæ, vel cornu per præconem. *m* 5

In omni citatione † tria erunt conſiderãda, iudicis cõmiſſio, citationis exſecutio, 6
B & ipſius exſecutionis relatio. *n* Item vltra datus ad comparẽdum idoneus terminus, ſine quo citatus venire non cogitur. *o*

Debet & legitima citatio † continere 7 cauſam vocationis, & tenorem cõmiſſionis delegati, vt per ea vocatus ad cedẽdum iudicio, vel ad defendendum ſe præparet. *p* Vocandus autem debet vocari, ſi inueniatur in perſona propria, vel ſi abſens ſit, ad domum eius facienda denũtiatio, vel pro-
C curatori eius. *q*

Obſeruandum etiã, † ne citatio die feſtiuo ſeu dominico fiat, alioquin improbanda. *r* fiet citatio interdum ad totã cauſam: quæ id operatur, vt nõ debeat poſtea in articulis eius repeti, & perſeueret vſque ad definitionem. Interdum ad vnum articulum tantum, quæ pro aliis non prodeſt. *s* Fieri & debet ad certum & vnum locum vocatio, alioquin ſi reus actorem virtute 8
D impetrati reſcripti, eodem tempore ad diuerſa loca, vel indeterminate ad villã, quæ commune cum pluribus eiuſdem prouinciæ villis habet vocabulum, citari procurat, vt dum non comparuerit excommunicetur, vt contumax, & ſic eum a ſua intentione repellat, reſcripti commodo carere debet, & in expẽſis ac damnis aduerſario condemnari. *t*

### Scholia.

E a *Vt docetur in clem. 1. de iud. vbi ponuntur quæ ſequuntur, & reſtringitur extrauagans Bonifacii vnic. de dolo & contumac. in extrauag. communib.*

b *edictum hoc publice proponitur, exemplo edicti prætoris in albo deſcripti, in l. ſi quis id quod, de iuriſdict. omnium iudic. P. Dimittitur autem illa citatio affixa per aliquot horas, vt aiunt Milius & Rota deciſ. 223. in nouis, idque vt legatur ab omnibus originalis ſcriptura. Sicq; affixio & publicatio, quamuis publice non legatur, ſufficit. Sicut Caſſiodorus teſtatur deciſio. 4. de dolo & contuma. Tiraquell. de vtroque retractu. §. 9. in ſecunda glo. nu. 8. & ſequent. Edictum dicitur citatio, quia prætor edicebat talem eſſe citandum ſeu* B *in ius vocandum, §. fin. de pœna temere litigantium, ibi* quia prætor edicit, *&c. l. cum vero, §. fin. de fideicommiſſa, liberta.*

c *ſolemnes dies, in quibus fiant iſti proceſſus generales, ſunt, dies Iouis hebdomadæ ſanctæ, dies aſcenſionis domini, dies dedicationis baſilicarum diuorum Petri & Pauli menſis Nouemb. gloſſ. ad clem. 1. ad verb.* ſolemnes, *de iud. Ioan. Andreas ad cap. vt commiſſi. de hær.* C

d *vt contra hæreticos c. excommunicamus, §. ſane, & ibi glo. ad verbum* piratis, *de hæret. contra piratas, in c. excommunicatione, de raptorib. contra noua vectigalia imponentes, ca. innouamus, de cenſibus, & contra alios infectos criminibus comprehenſis in bulla publicata in cœna domini, Romæ.*

e *l. 2. C. quomod. & quando iud. Barbatia ad c. ex literis, numero 15. de reſcript. fitq; hæc citatio per iudicem in præſente, nec intereſt regulariter ſitne iudex ordinarius vel delegatus, vel arbitrator, omnibus enim id permiſſum eſt, gloſſ. & doctores, in l. ſancimus, per illum textum, de iudic. C. Imola ad clem. 1. de iudic. Speculator titulo de citatione, §. ſequitur. facit l. ſed interpellatur, & ibi notat. de arbit. P.* E

f *gloſſa ad §. illud, in verb. decreto, de hæred. & Falcid. in nouel. literis autem & mandatis iudicis iubetur citatis, vt adſint iudicio. Illa mandata ſunt denuntiationes, edicta, literæ, d. l. ſed interpellatur, § arbiter, de recept. arbitr. P. l. cum vero, §. euocari, verſ. proinde denuntiationibus, &c.*



A *de fideicommiſ. liberta. P. l. conſentaneum, C quomodo & quando iudic. cap. prudentiam, de officio delega. cap. nec epiſcopi, de temporib. ordinatio. cap. 1. 3. quæſt. 5. cap. ſi ægrotans,. 5 quæſt. 3. plene Bartol. ad extrauag. ad reponendum, ad verbum,* literas, *quomodo in crimine læſæ maieſt. proceden. ſit. Diriguntur porro iſtæ literæ exſequẽdæ in curiis eccleſiaſticis clericis, notariis, & aliis, qui ex cõmiſſione exſequuntur, & relationibus illorum creditur, ma-* B *xime notariorum, qui ſunt perſonæ alioquin publicæ, & fide dignæ, cap. ad audientiam, de præſcriptio. cano. ſancimus, 1. quæſt. 7. Curia autem ſecularis, vt plerunque ſuos habet viatores, apparitores & nũcios, quibus committat huiuſmodi citationes vel vocationes perſonales, verbales & reales faciendas, quibus creditur in relationibus exſequutionum factarum, maxi-* C *me dum præſentibus teſtib. exſequuti ſunt, quod fieri debere in Gallia ne fraus committatur placuit regibus.*

g *l. fin. de feriis, C. auth. qui ſemel, C. quomodo & quando iudex. Edictum interdum trinum ad conſtituendam contumaciam; interdum vnum pro tribus peremtorium,* D *quo iudex comminatur etiam parte aduerſa vocata, abſente, cogniturum & pronuntiaturum, l. in peremtorio, l. ad peremtorium, & ſequen. de iud. P. l. 1. § hoc edicto, quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. fit ita vel trina citatione, vel vna pro trib. ſufficiente peremtorium edictum. c. ex tuæ, 11. de cleric. non reſident. Datur autem ordo perueniendi ad illud peremtorium edictum, in d. l. ad peremtorium,* E *68. cum 5. ll. ſequentib. de iudic. P. Interpoſito inter trinas vocationes ad minus ſpatio decem dierum; hodie autem 30. ex nouella 112. ca. 3. Peremtorium dictum interdictum, quod perimat diſceptationem, & vltra non patiatur aduerſarium tergiuerſari, l. & tertium, l. in peremtorio; de iudic. P. idque comminatio ante peremtorium docet, qua iudex præmonet ſe cogni-*

turum etiam abſente parte, ſi ſtato tempore A
non veniat. l. nonnunquam, 72. & ſeq. 73.
& poſt edictum, eo. tit. Conſentit ſuperio-
ribus formulis, l. conſentaneum, 8. Codic.
quomod. & quan. iudex. lib. 7. tit. 43. me-
minit & de vno edicto & de citatione per-
emtoria publice in eccleſia maiori propoſi-
ta pro omnibus, cap. 1. de dilatio. in extra-
uagant. communibus. Singulare tamen,
quod tractatur in capit. conſuluit, 24. de
offic. delega. quod ſi poſt edicti peremtorii B
diem aduenientem, duret iuriſdictio ci-
tantis, quod poſſit prorogari dies iudicii in
aliam diem ſequentem ex æquitate ad ex-
ſpectandum citatum, vocant curiæ noſtræ
Galliæ, la ſurſeance apres le iour de l'
aſſignation. Si tamen periculum immi-
neat, vt in delegato & aliis, ne exſpiret iu-
riſdictio, non debet prorogari, vt in proxi-
me citato capite dicitur. Citatio peremto-
ria, voce etiam fit præconis, de qua memi- C
nit. l. diuus Antoninus, 7. de in integ. reſti.
lib. 4. P. ti. 1. Notabile etiam hanc citatio-
nem voce præconis fieri non poſſe iuſſu de-
legati ab inferiore, quam a principe ſeu
ſummo pontifice, aut auctoritate iuſſu or-
dinarii, §. omnem, de litigioſis, in nouellis,
Bal. ad l. 2. ad authent. qui ſemel. quomod.
& quan. iud. C.

h de trib. illis formulis vocationis, meminit
ca. vnicum, de dolo & contumac. in extra- D
uag. communib. &, vt dixi, ſi quando la-
titauerit reus vel vagabundus ſine certo
domicilio ſit, legemus edictis voce præconis
aut tuba euocatur, & ſi non compareat in
illum ſecundum leges proceditur, §. ſi vero
quis comprehenſorum. nouell. 134. c. 5. vt
nulli iudicum liceat habere loci ſeruato-
rem. Eodem proceditur in citandis poten-
tibus, ad quos tuto iri non poteſt, vt notat
Guido Papæus, q. 49. Iaſon conſi. 86. in 3. E
volumine.

i vt in capit. cum dilecti, 6. de dolo & con-
tumac.

k dict. clem. 1. de iudic. c. vni. de dolo & con-
tumac. Terminus autem debet eſſe conue-
niens diſtantiæ locorum, in quibus compa-
rendum & veniendum eſt, iuxta l. 1. ſi
quis cautionib. Pan. §. qui excuſare, de ſu-
ſpect. tutor. cum ſimi. Aliter non exſiſtente
competente termino, citatio tanquam te-
meraria non arctaret citatum ad compa-
rendum etiam poſt terminum, vt notat.
Barbatia & Panormit. ad c. cum dilecti,
de dolo & contumac. Caſſiodor. deciſione
6. eiuſdem tituli, de dolo. facit l. aut quali-
ter, quod vi aut clam. Et ita etiam cita-
tionem factam cum arcto tempore adſi-
ſtendum & comparendum non valere,
docet Matthæus de Afflictis, deciſione
124. incipien. eſſe, num. 3. & deciſi. 366.
in pleno, nume, 15. Caſſiodor. deciſ. 3. de
dilatio. dubitatum autem, an ſi citatio
abſq; termini præfixione fieret, valeat. In
qua quæſtione maioribus ſuffragiis con-
cluſum, valere & eſſe efficacem, atque in
ea tacite intelligi, vt citatus congruo tem-
pore compareat. Felinus in c. conſuluit, de
offic. deleg. Alex. ad leg. liber homo, §. 1. de
verb. oblig. Boerius deciſ. 235.

l clem. vnic. de foro compet. c. cum inhibitio,
de clandeſtina deſponſa.

m per campanam citatio fit ad congreganda
capitula, collegia, vniuerſitateſque alias
ſeu municipes, c. in cauſis, §. nuncii, & ibi
Panormit. & alii de electio. gloſſ. in c. ſi ca-
pitulo, de conceſſio. præben. in Sext. l. ſicut,
quod cuiuſq; vniuerſita. nomine. in P.

n Felinus ad c. gratum column. 3. de offic.
delega. & in c. 1. de iudic. Bald. ad l. pr. C.
de feriis. Iaſon ad §. quadrupli, de action.
nec præſumitur citatio facta auctoritate
iudicis, niſi appareat. Aretinus conſ. 33.
Felinus ad c. quoniam contra, de probatio.
Examinat Ripa ad c. 1. de iudic niſi con-
ſuetudo ſit in loco, vt publico nuntio cre-
datur, vt prædicti interpretes tradunt, &
Corneus conſil. 95. lib. 4. Poteſt & citatio
per partem ipſam litigantem fieri in tribus
caſibus, primo ex pacto ſi conueniſti mecum
quod te repræſentabis iudici ad meam re-
quiſitionem & requiram te, vt eas & te
præ-



præſentes, nam illa requiſitio ſufficiet ſi con- A
ſtet ſaltem duob. teſtibus præſentibus eam
factã fuiſſe, & vim citationis habet; licet
non interrumpat præſcriptionem, l. fin. in
princip. & ibi Bartolus & alii, de eo, per
quem factum erit, &c. Felinus ad c. cum
cauſa. colum. fin. de offic. delegat. Hodie
tamen hoc non eſt proprie citatio, ſed re-
quiſitio, Rebuffus tract. de citationibus
in præfatio. nume. 77. & ſequent. In tertio
tomo commentariorum ad conſtitutiones B
regias. Secũdo poteſt fieri citatio per ipſam
partem, ex commiſſione iudicis, per gloſſ.
ad l. ſi vt proponis, in 2. C. quomo. & quã-
do iudex. Speculator titulo de citatione, §.
ſequitur. Rebuffus proxime citato loco,
num. 78. veluti, ſi iudex illi dicat, præcipio
tibi, vt notifices aduerſario tuo, vt tali die
& hora compareat coram me, & tu quo-
que compareas, vt docet Socinus tract. de
citatione, articulo 8. quæſtio. 4. Angelus & C
Iaſon ad §. pœnales, & ad §. quadrupli, de
actionib. verum in Gallia hoc non ſuffice-
ret, niſi illa citatio probaretur literis vel
alio legitimo modo. Tertio ſi pars non in-
ueniret nuntiũ ſeu apparitorẽ qui citet; vel
ſi inuenerit quidẽ, ſed is noluerit citare ad-
uerſarium ob metum vel alio modo, poſſet
in eam cauſam coram notario & duobus
teſtibus proteſtari contra apparitorem, &
poſtea coram illis teſtibus vel aliis, literas D
citationis parti oſtendere, & requirere, vt
compareat iuxta iudicis præceptum; ta-
liſque citatio valebit, vt ait Bartol. ad ex-
trauag. ad reprimendum, ad verba, per
literas, quomodo in crimi. læſæ maieſt. pro-
ceden. ſit. Iaſon ad l. iubere, num. 3. colum.
3. de iuriſdict. omium iud. Alex. ad l. iuſte,
nume. 31. de acquirend. poſſeſſ. Alioquin
nemo propria auctoritate priuatus poteſt
aduerſarium in ius vocare, nec per ſeipſum E
vel ſine apparitore ſeu viatore. Cura enim
iudici eſſe debet, dare viatorem, qui cita-
tionem factã ei renuntiet, l. magis puto, §.
ne tamen, de rebus eorum qui ſub tutel. vel
cur. ſunt. P. l. ſed interpellatur, §. arbiter,
de recept. arbi. l. is cui, §. miſſus, vt in poſ-
ſeſſ. legato. & c. P. leg. properandum, §. et ſi
quidem, de iudic. C. Periculum enim alio-
quin immineret, ſi permitteretur parti ipſi
vocatio, ne odio mentiretur iudicii ad ſup-
plantãdum vel decipiendũ aduerſarium;
neq; facile ei crederetur in cauſa propria
in præiudicium tertii, l. 1. §. cum quis, de
quæſtionibus. P. ſcriptum etiam ne credas
inimico viro, & c. eccleſia. 12. Poſſet & ve-
xare aduerſarium temere illum in ius vo-
cando, ſi iudex prius non diſcerneret an
vocari deberet, etiam in ciuilibus, l. ad-
optiuum, de in ius vocand. Suntque, vt li-
quet ex eodem titulo, perſonæ, quæ & vo-
care & vocari in ius nequeunt ſine licen-
tia iudicis & mandato eius expreſſo. Mul-
to magis in criminalibus eſt interdicta
realis citatio ſeu aduerſarii prehenſio, per-
miſſa viatori: cum expreſſo iudicis mãda-
to tantum. l. neminem, C. de exhiben. reis.
Neq; etiã eſt ſingulis concedendum, quod
per magiſtratus publice fieri poſſit, ne ſit
occaſio maioris tumultus, l. non eſt ſingu-
lis, de regulis iur. P. quãquam debitorem
fugientem in defectum iudicis retinere, &
ad iudicem deducere permiſſum ſit in l. ait
prætor, §. ſi debitorem, de his quæ in frau-
dem creditor. Et hæc proprie loquendo ac-
cipienda ſunt; alioquin enim quotieſcunq;
viator citati iuſſu iudicis ad inſtantiam
partis aliquem, dicitur ipſa pars citaſſe, c.
1. de iud. l. 1. videri, de vi & vi arma. P.

o can. 1. vocatio, 5. q. 1. cuius hæc verba, Vo-
catio ad ſynodum iuxta decreta Patrum
canonica, eius, qui impetitur rationib.
ſcriptis, per ſpatiũ fieri debet congruũ,
atq; canonũ. Quia niſi canonice voca-
tus fuerit ſuo tẽpore & canonica ordi-
natione, licet non venerit ad conuentũ
quacunq; neceſſitate, niſi ſpõte volue-
rit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidia-
torib. Quomodo autẽ poſt tẽpora compari-
tioni præſcripta, ad hunc nõ veniens ſit ex-
ſpectãdus ante condemnationem, dicetur
in c. præſenti, 2. eadem 5. q. 1. Docet autem

pluribus & ex profeſſo Andreas Gaylius A lib. 1. practicarum obſeruationum, obſeruatione 48. ſex requiri in citatione, & quare nomen iudicis mandantis citari exprimendum ſit; & obſeruatione 49. quare nomen & cognomen citandi in obſerua. 50. quare nomen citantis & cognomen in 51. cur cauſa citandi libello citationis ſit inſerenda; in 52. quod citatio nomen iudicii continere debeat, & quare; in 53. de die & termino exprimendo: & in 54. & ſequenti, B de exſecutionis relatione per nuncium facta, & de eius relatione; in 56. de citatione extra territorium; in 57. de citatione edictali, quando locum habeat; in 58. de citatione illegitima per comparitionem validata; in 59. de contumacia actoris; in 69. de contumacia rei. Vide etiam quæ nos ipſi ſatis copioſe tractauimus de citatione lib. 48. ſyntagma. cap. 2. & de contumacia eodem lib. cap. 3. capit. præterea, de dilationibus. C

p c. præterea. de dilationib.

q cap. cauſam quæ, de dolo & contuma. l. dies cautioni, 4. §. prætor ait, & ſeq. de damno infecto. lib. 39. P. tit. 2. denuntiatio ſeu citatio facienda dicitur in perſonam ſi inueniatur; ſi non inueniatur in domicilium vbi habitet. Cæterum ſi non ſit habitata res vbi citatio fit, vt puta ſi inſula, vel hæreditas adhuc adita non ſit, tutius erit libellum D vocationis ad ipſas ædes proponere; fieri enim poteſt vt ita monitus, defenſor exſiſtat, hæc ibi; vbi & doctores communiter tenent, quod ille, qui præſens ſit eſt adornandus ſeu citandus in perſona, ex ca. cauſam quæ, de dolo & contuma. Imola ad c. ſi. de eo, qui mittitur in poſſeſſio. rei ſeruan. cau. Contrarium tamen ſeruatur de ſtylo, maxime ſi ſit impedimentum; datur autem cautela, vt in tuto res ſit, vt nuntius E ſeu apparitor referat ſe citaſſe reum in domicilio, eo quod non inuenerit perſonaliter. Atque ſi citatus non compareat, ſufficit publice citationem ad domum vel ad eccleſiam proponi, ca. ſin. de dolo & contu. clem. vnica, verſ. ad domum, in princi. eo. tit. Refert Mynſingerus centuria 2. obſeruationum ſingularium, obſeruatio. 69. poſt multam cõtrouerſiam in camera imperiali obtinuiſſe aduerſum D. Philippum Landgrauium etiam incarceratum & delendum ab Imperatore, valuiſſe citationem contra eum factam ad domum eius. Placuit & valere citationem factam in perſonam vxoris, vel ad domum habitationis viri, & ſufficere, vt & tractat Guido Papæus deciſ. 44. & conſi. 121.

r can. 2. placita, 15. quæſt. 4. l. ſi. C. de feriis, lib. 3. titu. 12. quia tunc temporis ea in iudiciis non ſunt agitanda, niſi agatur de periculo animæ. can. 1. & ſequent. & ibidem gloſſ. 15. quæſtio. 4. in praxi adornamentum factum ſeu citatio die feriata, & ad diem feriatam valet de conſuetudine, ſed feriata dies aſſignata, ipſo iure extenditur & differtur ad ſequentem non feriatam, niſi coram cancellario, vt notat Maſſuerius in praxi, titulo de adornamentis, §. 6. item adornamentum, & de hoc notatur in l. 1. §. nuntiatio, & leg. 2. de operis noui nuntia. Scribit & Caſſiodorus, deciſ. 5. de dolo & contuma. omnem citationem quocunque tempore etiam feriarum generalium, vel alias die feriato exſecutioni mãdari poſſe in curia Romana vel extra in prouinciis, licet iis temporibus contradictarum audientia quieſcat; Et ita obſeruari quoque tradit Octauianus Weſtionis, lib. 4. introductionis in aulæ Romanæ actionem, cap. 3. Bart. hoc etiam probat, ad leg. ex quacunque, §. ſi. ſi quis in ius vocat. non ierit. P. Lanfrancius de Oriano, ad cap. quoniam contra, in verbo citationes, in fin. de probationi. Baldus id etiam eſſe in conſuetudine teſtatur in praxi de citatione, quæſt. 7. Guido Papæus deciſ. 225. incip. an exſecutio. Tractat hãc quæſtionem & fuſe Tiraquellus tractat. de vtroque retractu. §. 36. nume. 9. Temperant at aliqui hanc ſententiã, vt hoc verum ſit, quando a principe citatio emanauerit, vel quãdo



do citatio fieret pro cauſa, quæ diebus feriatis poſſet agitari; quarum aliquæ ponuntur in l. 2. & 3. de feriis. P. l. prouinciarum, 10. C. eo. tit. cum ſimil. Cæterum non erit alienum addere, quod tradunt interpretes, relationem exſecutionis citationis, adeo eſſe de ſubſtantia ipſius citationis, vt non valeat die ad honorem Dei feriata facta ſecundum Salycetum in l. fin. Cod. de feriis. Alex. ad l. 2. §. nuntiatio, de operis noui nuntiat. quæ autẽ fieri poſſint diebus feſtis, notat etiam glo. cap. ſi. de feriis.

s Ioannes Andreas ad rub. de dolo & contutuma. Innocent. ad cap. conſuluit, & ad c. ad petitionem, de offic. delega. Non ideo tamen prima citatio perſonaliter facta impediet, quo minus neceſſario quis ſit citandus ad alia, quæ exigunt citationem ſpecialem, vt ad teſtes audiendos.

t c. ſin. de reſcrip.

## Caput VI.

1 De fine & effectu citationis, vt veniat vocatus.
2 Perpetuetur iuriſdictio vocantis.
3 Præſcriptio interrumpatur.
4 Litis pendentia fiat.
5 Vis citationum ſummi pontificis.
6 Contumacia ex vocatione actoris & rei, & eius pœna.
7 Diuiſio contumaciæ veræ & fictæ.
8 Inualidæ citationis effectus.
9 Citationis dilatio ſuſpendit iudicis officium.

Effectus & finis citationis præcipuus, vt vocatus veniat vel compareat per ſe vel per procuratorẽ legitimum, vt ſe poſſit ſi velit defendere. a

Per primam etiam citationem ad iudicium, iuriſdictio iudicis in ius vocantis firmatur & perpetuatur, & præuentionem E habet. b

Interrumpitur & longi temporis præſcriptio. c

Dicitur quoque lis pendere, poſtquam in eo a iudice competenti emanauerit ci- A tatio, & ad aduerſarium citatum peruenerit, vel per eum factum fuerit, quominus ad eius notitiam perueniret; dum tamen in eius citatione talia ſint expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur. d

Citationes rurſum auctoritate Apoſtolica, ad inſtar eductorum in albo prætoris propoſitorum, etiam extra dies ſolemnes, in quibus Romani pontifices B proceſſus conſueuerunt facere, generales, ab ipſo Papa ſpecialiter & certa ſcientia factæ, in Apoſtolicarum audientia publica literarum, vel in Papali palatio publice poſtmodum maioris eccleſiæ loci, in quo Romanus pontifex cum ſua curia reſidebit, ianuis affigendæ, ſic valent ac arctant citatos poſt lapſum terminum, quem conſiderata diſtantia locorum citationibus apponi conuenit competentem, ac ſi ad C eos perſonaliter deueniſſent; nempe tantum, quando illi impediunt, ne ad eos citatio perueniat, vel ſi tuto domicilium eorum non poſſit adiri. e

Contumacia naſcitur quandoque, reſpectu non venientis, f ſiue vocantis, ſiue rei. Nam actor ſi non venerit in termino ad quem fecerat aduerſarium citari, reo venienti in expenſis propter hoc factis legitime condemnari debet; nec ad aliam D citationem faciendam admittendus eſt, priuſquam cauerit, quod in termino fideliter debeat comparere. g Neque a communione quis eſt ſuſpendendus, niſi ad cauſam ſuam dicendam die ſtatuta literis iudicum euocatus occurrerit. h Quod ſi legitime & ſufficienter citatus non venerit ſtatuto tempore; agetur nihilominus cauſa, & ſententia ferri poterit contra abſentem, Dei præſentia replente locum ab- E ſentis. i Poterit & vere contumax excommunicari, k & ad expenſas ob contumaciam factas condemnari. l Poteſt & actorem ante litis conteſtationem, propter rei contumaciam mitti in poſſeſſionem rerum contumacis cuſtodiæ cauſa. m Et

vltra mulctam, ob cõtemtum iuriſdictionis, dicere in contumacem. *n* Qui etiam citatos vel a lege vel ab homine ad curiam Romanam, detinuerunt, ne poſſent ſedibus conuenientibus ibi ſiſtere; quique ſe capi procurant, ne tempore venirent impoſito, priuantur ſuis beneficiis eccleſiaſticis. *o*

Porro contumacia in non veniendo conſtituitur *p* vera, ficta, præſumta; verus contumax ille, qui perſonaliter citatus reſpondit, ſe nolle venire ad iudicium, *q* quique in capturæ ſeu præhenſionis breui trinaq; citatione perſonali, ſiue in perſona ſiue in domicilio, ſiue voce tubæ præconis, ſiue alta apparitoris aut ſeruientis voce per vicos aut in quadriuiis euocatus, coram iudice, a quo fluxerint edicta, non comparet. *r* Non verus & fictus dicitur, qui cum ad domum tãtum fuerit vocatus, non comparet. *s*

Erit & effectus citationis, vt quanquam citatio inualida ſeu defectuoſa non conſtituat citatum in mora, aut in contumacia, & proceſſus ſuper eam factus nullus ſit, *t* tamen ſi male ex illa citatus, ſponte compareat, validabitur. *v* Is autem, qui notorie vocari non poteſt, non eſt contumax, ſi non compareat. *x*

Addemus & alium effectum citationis, vt pendente dilatione veniendi data in citatione, nihil cõtra vocatum a iudice fieri vel ſtatui poſſit. *y*

## SCHOLIA.

a *Clem. paſtoralis, de re iudic. leg. nam ita diuus, de adoptio. in P. & eſt iudicii fundamentum, §. fin. de pœn. temere litiga. glo. ad c. quoniam, ad verbum* citationis, *de probatio. Alioquin omnia in abſentes ſtatuta, irrita fiunt. canon. omnia, can. caueant, 3. q. 9. atque ita reus vocatus ſaluis exceptionibus ſibi competẽtibus iudicium ſuſcipere tenetur, cap. 1. de iud. vel proponere ius reuocandi domum, vt in leg. 2. §. legatis, de iudic. P. c. fin. de foro competen. vt contra, comparente reo, actor tenetur vſq; ad finem inſtitutũ perſequi iudicium, & in lite perſiſtere, auth. qui ſemel, C. quomod. & quan. iud.*

b *cap. propoſuiſti, de foro compet. c. gratum, cap. relatum, de offic. delegat. vide Rotam, deciſio. 396.* nota valet citatio, *in antiq. glo. ad clem. 1. de iud. l. ſi quis poſteaquam, eod tit. P.*

c *l. cum notiſſimi, de præſcriptio. 30. vel 40. annor. C. cano. penult. 16. q. 3. ſi citatio ſit valida, non aliter.*

d *clem. 2. vt lite penden. nihil innouetur lib. 2. tit. 5. Pendere autem lis pluribus modis dicitur, & non tantum poſt litem conteſtatam, vt in cap. ex parte, 2. de verbor. ſignific. ſed etiam per oblationem libelli factam principi. l. 1. C. quando libellus princip. oblat. lit. conteſt. fac commiſſione negotii, cap. cauſam, de teſtib. aliisq; modis, & per hanc factam citationem, in qua cauſa propter quam in ius vocatus quis ſit contineatur, d. clem. 2. notatur tamen in deciſ. Rotæ, 279. incip.* clementina 2. *in nouis, hodie in ſtylo curiæ Romanæ ſeruari, vt ſufficiat curſoris citatio ſimplex ſine expreſſione cauſæ ad inſtituendam litis pendentiam, & ad finem, vt poſtea facta in contrarium tanquam attentata reuocentur, dummodo citatio ad partem citatam peruenerit. Caſus porro, in quib. litis pendentia conſideratur, notantur in cap. præſenti, gloſſ. 2. de offic. legat. in Sext.*

e *Tota ſequens deciſio ſumta eſt ex clem. 1. de iud. vbi refertur Bonifacii conſtitutio, quæ idipſum ſtatuerat generaliter de edicto citatorio, & tamen reſtringitur ad perſonas impedientes, ne ad eos perueniret citatio, vel quorum domicilium non poſſit adire tuto.*

f *cap. 2. & 3. de dolo & contumac. non veniente actore vel reo. §. ſi vero cauſam in nouel. 112. & verus contumax fit ex citatione in perſonam vocati facta, non tamen manifeſtus. vide gloſſ. ad dict. clemen. 1. de iudic. ad verbum* perſonaliter, *naſcitur*



*tur tamen & ex aliis capitibus, de quibus notat gloſſ. ad capit. 2. ad verbum* contumaciter, *de dolo & contumac. in ſumma tamen, qui ſe ſcit citatum, & nõ comparet, præſumitur malitioſe verſari, c. ad hæc, in 3. de appellat.*

g *capit. vnic. de dolo & contumac. in Sexto. & erit abſoluendus reus, capit. reprehenſibilis, 26. §. ſi autem, de appellatio. canon. final. §. ſi ergo, 3. quæſtione 3. nouell. 53. in princip. maior eſt autem contumacia actoris non venientis quam rei, can. 1. 4. quæſt. 4.*

h *can. 1. quiſquis, 4. q. 5.*

i *cap. vnic. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan. in Sexto. cap. 2. de arbitr. in Sext. cap. 3. & 4. de dolo & contumac. ca. per tuas, 58. de appellatio. cap. quoniam, 5. §. porro ſpeciales, vt lite non conteſtat. cap. 1. qui matrimon. acui poſſ. can. de illicita, §. de conuentione, 6. 24. quæſtio. 3. in can. 73. Apoſtolorum, quæ omnia ibi intelliguntur & explicantur, quando vocatus eſt declaratus contumax tribus edictis, aut vno peremtorio, l. properandum, §. etſi quidem, de iudic. C. l. & poſt edictum, 73. eod. tit. P.*

k *can. 8. honoratus, 74. diſtin. & in ſumma 4. quæſtione 5. cap. querelam, de procurat. cap. 1. cap. 26. cum igitur. cap. 3, cap. quoniam, 5. verſ. licet, vt lite non conteſtat. cum ſimilib. notatur tamen in deciſio. Rotæ 789.* ſciendum eſt, *in antiq. quod citatus per auctoritatem audientiæ contradictoriarum extra curiam, ſi fuerit contumax, & porrexerit libellum aduerſarius, non poteſt excommunicari in cauſa ſpirituali, poſſit autem in profana, & ita tenere Rotam.*

l *fuſe tractatur in gloſſa can. honoratus, in gloſſa ad verba tot ſcriptis. 74. diſtinct. & in cap. vnico, de dolo & contumac. l. properandum, de iudi. C. & ad intereſſe, l. ſancimus, C. eadem titul. capit. auditis, in 1. de procurat. cap. pia de exceptio. Quanquam enim pro vera contumacia trina edicta requirantur, tamen poterit quis damnari ad expenſas pro ſimplici cõtumacia & prima. can. de illicita, 24. q. 3. auth. qui ſemel, quomodo & quando iudex.*

m *cap. 1. 2. 3. c. fin. de eo qui mittit. in poſſeſſ. rei ſeruan. cauſa. lib. 2. tit. 15. idque vt tædio affectus reus, teneatur ſe ſiſtere iudicio. cap. 3. c. quoniam, 5. §. in aliis vero, vt lite non conteſtat. capit. 2. & 3. de ſequeſtra. poſſeſſio. l. 2. quibus ex cauſ. in poſſeſſio. eat. P. l. 2. §. fin. vbi in rem actio. &c. Quod ſi adhuc non ſe ſiſteret intra annum, datur detentori poſt annum plena poſſeſſio ex ſecundo decreto. cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſio. rei ſeruan. cauſa. niſi agatur de beneficio eccleſiaſtico, pro cuius lite non fit hæc miſſio; ne vitioſus detur ingreſſus, cap. vni. de eo qui mittitur in poſſeſſio. rei ſeruan. cauſa. in Sexto.*

n *l. 2. §. 1. ſi quis in ius voca. non ierit. libr. 2. P. titul. 5. quanquam neuter litigantium comparuerit, quia hoc contemtu offenditur publicum munus, idq; ſecundum aliquos, at ſecundum alios, tantum locum id habet, ſi alteruter ex litigantibus compareat, eritq; mulcta hæc arbitraria, l. vni. §. fin. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. vide gloſſ. ad ca. vnic. ad verbum contumacia, de dolo & contumac. in Sexto. Contumacia a contemnendo dicta, nulla exſiſtente iuſta excuſatione veniendi. l. contumacia, 53. §. 1. de re iud. P.*

o *clem. multorum, 2. de pœn.*

p *gloſſ. in clem. 1. de dolo & contumacia. Ioannes Andreas, ad c. præſumitur, de regulis iur. in Mercurialib. vide Bartol. ad l. diuus, de in integrum reſtitutio. Quis etiam verus aut fictus ſit contumax, docet Iaſon ad leg. properandum, §. ſin autem reus, de iud. Bartol. & Imol. ad l. ex conſenſu, §. fin. de appellat.*

q *Qui reſpondit, ſe nolle obedire iudici, iuxta cap. 2. de dolo & contumac. & ibi gloſſ. item ſi perſonaliter ſit citatus & dicat, veniam, & non veniat nec mittat, deciſ. Rotæ 364.* cum iura, *in nouis. ideo qui verus*

*ita contumax eſt, non appellat. d.l.ex conſenſu, de appellat.l.& poſt edictum, in fin. de iudic.P. niſi qui dixerit ſe venturum, poſtea doceat de ſuperueniẽte impedimento ſine culpa, l.diuus, 7. de in integ.reſtitut. contumax etiam is eſt, qui comparet quidem, ſed reſpondere non vult, c.1.de iud.*

r *can.de illicita, 24.q.3.*

s *Quamuis quilibet citationem ad domum ſuam factam ſcire præſumatur, & ſic concludunt Accurſius, Bart.& Bald.ad leg.ſi tutor, de periculo tutor. Bald.tamen hoc ipſum cum temperamento intelligit, ad c. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non conteſt.niſi a domeſticis vel amicis citatio ad domum facta ei denuntiata fuiſſet, de quo vide Tiraquellum alios doctores & iura cumulantem, tractat de vtroque retractu, §.9.gloſſ.2.nume. 4. videndum & capit.cum ſit Romana, de appellat.verum demum contumacem non admittendum appellantem conſtat.l. 1.quorum appellat. non recipian. C.l.ex conſenſu, §.fin. de appell. Fictum autem contumacem admitti debere, nemini propemodum dubium eſt, ex gloſſa approbata, ad clem.1. de dolo & contuma.*

t *c.ſi.de feriis lib.2.tit.9.gloſſ.in c.de cauſis, ad verbum* venire, *de offic. deleg. in cap. veniens, ad verbum* propter, *de accuſati. gloſſ.ad verbum ſi accuſatorib.ad verbum* eundem. *eod. tit.C.*

v *l.1.§.ſed ſi, de feriis, P.& ibi Alex.Bart.ad l.1.de in ius vocan.Felin.ad c.illud, nu.8. de præſumtio.*

x *Vbi quis citari nõ poteſt, vel ratione perſonæ; vel ratione temporis, vel ratione cauſæ, citatus non tenetur venire; quia citatio nulla eſt, vt tenet gloſſ. ad can. nullus clericus, 6.ad verbum* exhibeatur, *11.q.3. & ad can.ſi epiſcopus, 3.q.2.in can.2.3.q.1.& l.1.de feriis. Pand.*

y *Sicque quieſcit officium iudicis vocantis pendente dilatione veniendi, vel mittendi data vocato.l.ſi me pars, C.de dilation. Ius enim acquiritur ex ea dilatione citato, vt tempus illud exſpectari debeat, ca.cum inter vniuerſas, de electio. Imola ad cap.ſi.de his, quæ fiunt a prælat.ſine conſenſ.capitul.*

# DE LIBELLI OBLATIONE.

## TIT. VII.

*Hæc rubrica exſtat tantum lib.2. decretalium, titu.3.eſt & in lib 1.C.titul.23. titulus quando libellus principi datus litis conteſtationem faciat.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Finitio libelli.*
3 *Diuiſiones.*

VOcatione facta, quid ab aduerſario conuento petatur, coram iudice exponendum eſt. *a* Petitiones autem, vel verbo tantum ſine ſcriptura; *b* aut cum ſcriptura, quæ dicitur libellus, *c* fiunt. 1

Libellus itaque eſt, certa petitio ſeu intentio actoris vel accuſatoris *d* in iudicio ſcriptis concepta, & propoſita. *e* Voce autem petitio fit verbalis, dum principales litigantes per ſe vel per aduocatos factum & quæſtionem proponunt. *f* 2

Omnis petitio ſiue verbalis ſiue libello contenta, vel eſt inconueniens & inepta, vel conueniens ſeu apta. *g* Diſtinguunt etiam iura facilioris doctrinæ gratia libellum, vt alius ſit conuentionalis, ſeu poſtulationis, *h* qui datur in ciuilibus negotiis; alius accuſatorius, qui datur in criminalibus. *i* 3

### SCHOLIA.

a *edita actio ſpeciem futuræ litis continet.l.3.C.de eden.*

b *In cauſis ſummariis, quæ ex tempore proponi & iudicari poſſunt, ſufficit iudici exponere vocato reo in tribunali petitionem, quam tamen amanuenſis iudicis excipit, & notis conſignat ſeu deſcribit prout profertur. Lanfranc.in clem. ſæpe, de verbor. ſignific.*



*ſignific.ad verbum libellus, Alexan.conſi. 50.volum.2.Maranta.in praxi & in 4. parte, diſt.9.nume.12.dicitur autem hæc petitio narratio & poſtulatio, l.1. C.de libelli oblat.l. 2. de iureiurand. propter calumniam dan. In ea autem narratione, facti ſpecies, quid inde ſequatur & petatur in concluſione ponitur. c.dilecti, 6. de iud. ſublatis formulis ſuperſtitioſis proponendarum actionum, l.1.& 2.C.de for.& impet.ſubl.*

c *Et pertinent tituli de libelli oblatio.in c.1.1.3.lib.2.tit.3. Sic libellus paruus liber dictus, vt titulo de famoſis libellis, C. nempe ſcriptura in alicuius iniuriam conſcripta, can.1.& 2.can.ſi qui, 5.q.1. dicitur & libellus ſupplicatio ſcripta, cum qua aditur princeps, qui ad eam reſcribit, vt tit. quan. libellus principi oblatus litis cõteſtat. facit l.nec quicquã, 9.§.ſi.de offic.procõſul. Hinc magiſtri libellorũ, qui & ſupplicum,* maiſtres des requeſtes. *Sũt & literæ quæ dãtur appellantib. a iudice a quo, directæ iudicibus ad quos appellatur, quibus teſtatur talem a ſe appellaſſe, & ad illum mittere; vnde & libelli dimiſſorii dicti, ſeu Apoſtoli.l.vnic.iuncta rub.de libellis dimiſſoriis, lib.49.P.tit.6.*

d *Hæc finitio generalis eſt, pertinens ad ciuilẽ & criminalẽ libellũ: in vtroq; enim fit petitio in ſcriptis, vt liquet ex diuiſione.*

e *can.offeratur, 3.q.3.auth.offeratur, de litis conteſt.*

f *ca.paſtoralis, 14.de iudic.inepta actio vel ineptus libellus dicitur generaliter non aptus, quando ex eo non concluditur ius agendi.l.2.C.de formul. actio.ſublat.ibi,* ſi aptam, &c. *& ibi interpretes, & gloſſ.ad l.2.§.circa primam ad verba* ſine cauſa, *de doli metuſue except. P.vide quando libellus ſit ineptus Rotam deciſio.35.* ſi quis in cauſa profana, *num.4.in nouis. Socin.ad c.2.nume.118. de libell.oblat. Ineptitudo libelli cognoſcitur ex materia & forma. Materia conſtat ex cauſa & re; cauſa facti & iuris eſt, vt ex contractu & obligatione; vel cauſa ſcilicet iuris tantum vt ex dominio; quæ ſi habeant conſonantiam faciunt libellum aptum; ſi diſſonantiam, faciunt ineptum, vt notatur in d. l. 2. cuius ineptitudinis exceptio poteſt opponi quandocunq; etiam poſt ſentẽtiã, c.cum dilecti, de emtion.& vend. forma libelli, eſt veluti ſyllogiſmus, cuius formæ maxima pars eſt concluſio; requiruntur & alia pro forma, de quibus poſtea proximo capite.*

g *c.examinata, 5.de iud. in inepta petitione abſoluitur reus, in apta condemnatur.*

h *ca.1.& fin.de libelli oblat.auth.offeratur, de litis conteſtat.*

i *can.de ſcripta, §.libellorum, 2.q.8.can legum, 2.q.1.toto tit.de accuſat.libellorum, eod.tit.P.*

### CAPVT II.

1 *De quibus fiat petitio vel libellus.*
2 *Et de forma libelli criminalis.*
3 *De ciuili in actione perſonali.*
4 *In reali.*
5 *Vniuerſali.*
6 *Quãdo libellus emẽdari vel mutari poſſit.*

CAuſæ petendi variant libellos, & petitionum concluſiones & fines; alia enim eſt cauſa criminalis, alia ciuilis. 1

In cauſa criminali libellus accuſatorius ſuam conceptionis formam habet, qua exprimatur, dies, & annus, apponãtur nomen & cognomen accuſantis, & accuſati, & iudicis, coram quo accuſatio fit, crimen & tempus quo commiſſum fuit, cum inſcriptione interdum. *a* 2

Sunt & in cauſa ciuili fere prædictæ circumſtantiæ conſiderandæ; *b* ſed potiſſimum ſi agatur perſonali actione, exprimi debet cauſa obligationis, vt ex mutuo, locato, commodato, & ſimilib. *c* 3

Cum petitur autem res, ita debet in ſpecie determinari & deſcribi, vt intelligatur quæ ſit illa. *d* 4

In iudicio vero vniuerſali, puta petitionis hæreditatis, libellus ſufficit generalis, vt peto a te hæreditatem talis; vt non ſit 5

neceſſarium res per ſpecies vel indiuidua petere, quod & in aliis iudiciis vniuerſalibus admittitur,*e*

6 Poteſt & libellus mutari, emendari & corrigi, ex arbitrio proponentis, vſque ad litis conteſtationem.*f*

SCHOLIA.

a *c. tuæ fraternitati, 5. de procurat. lib. 1. tit. 18. can. libellorũ, 2. q. 8. 1. libellorum, 3. de accuſat. P. lib. 48. tit. 2. Hæcq́ſolemnitas ſeruanda, non tantum in criminibus publicis proſequendis, ſed etiam in priuatis, ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur d. c. tuæ. & in actione iniuriarum, in qua quis cum alterius præiudicio vagari non debet. l. prætor edixit, 7. de iniur. lib. 47. P. ti. 10. & ibi Bart. l. exigit, & ibi glo. ad verbum* vagari, *de dolo malo.*

b *Dantur circumſtantiæ bene concepti libelli obſeruandæ in gloſſ. ad c. 1. de lib. oblat. his verſibus, qui ibi explicantur.*

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & a quo

Recte compoſitus rite libellus habet.

*Et iterum:*

Conuẽti nomen, & nomẽ cõuenientis,

Iudicis & nomen ſcribit, cauſamq; petendi,

Et quaſcunque petet res iſtas ſcribere debet.

c *c. fi. de libelli oblat. idq́; vt aduerſarius conuentus intelligat, num iuſtam cauſam habeat litigandi, numq́; velit contendere aut cedere, gloſſ. ad l. 1. ad verba,* vt perinde, *de eden. in P. glo. in c. 2. de libelli oblat.*

d *dict. c. de libelli oblatio. vbi gloſſa notanda ſingularis, quæ explicat certitudinem rei, quæ vel ex nomine proprio, l. 1. de mutatio. nom. C. vel relatione facta ad aliud certũ, vel dum conſtat de corpore ex demonſtratione, l. 2. de ſent. quæ ſine certa quanti. C. l. certum eſt, 6. de rebus credit. P. l. ſtipulationum quædam, 74. §. 1. & ſeq. 75. de verb. oblig. l. ſi quis in fundi vocabulo, 4. de lega. 1. In fundo etiam certitudinẽ addit duorum fundorum proximorum adiectio. l. forma cenſuali, de cenſib. P. Generalitas alioquin petitioni parit confuſionẽ; & confuſio impedit certitudinem ſententiæ, quæ tamen requiritur. can. habuiſſe, 33. diſtin. can. graue, 11. q. 3. §. curare, de actio. apud Iuſtinia.*

e *Veluti tutelæ, negotiorum geſtorũ, pro ſuo, & ſic in ſimilibus generalibus actionibus, in l. licet, C. de iudic. l. 4. l. ſi quo tempore C. de petitio. hæred. glo. ad l. 1. & ad verba,* vt perinde *de eden. & ibi Alexand. Bart. Paul. Caſt. Iaſ. & alii. glo. ad c. pen. ad verbum* ſignificantibus, *de offic. iudi. ord. & ibi interpretes.*

f *can. libellorum, 2. qu. 8. l. 3. C. de eden. poſt cõteſtationem litis non poteſt. l. non poteſt, de iud. Legi, & l. cum quæritur, de except. rei. iud. ſaltem ſine noua citatione, d. l. non poteſt, & l. in hæredem, §. eligere, de tribu-tor. actio. eoq́; caſu pro variatione, qui variat, tenetur ad expenſas iam factas in prima propoſitione libelli, & in eo quod intereſt. l. de æta. §. fin. de interrog. actio. Si tamen quis in locum actionis propoſitæ, aliam vellet proponere, non eſſet audiendus, ſed cogendus eſſet vſque ad finem primam proſequi actionem, auth. qui ſemel, C. quomodo & quan. iud. lib. 7. tit. 43.*

## CAPVT III.

*Effectus libelli.*

EFfectus libelli erit, vt poſt editam vel propoſitã petitionem, ſi reus reſpondeat, vel partem negauerit, partem autem confiteatur defendendo, cenſeatur litis cõteſtatio facta, *a* firmata petitio, quæ non poſſit ab actore temere mutari, *b* & ſi inepta actio edita ſit, conuentus reus abſoluatur. *c*

SCHOLIA.

a *Hoc enim eſt litem conteſtari, c. vnico. de litis conteſta. c. dudum, de elect. c. prout, de dolo & contuma. Rota deciſ.* 354. ſi dato libello, *in nouis.*

b *authen. qui ſemel, C. quomodo & quando iudex, lib. 7. tit. 43.*

c *c. examinata, 15. de iudic.*



# DE EXCEPTIONIBVS. *a* TIT. VIII.

a *Ponitur hæc rubrica, lib. 2. decretalium, titul. 25. & lib. 2. Sexti. tit. 12. & lib. 2. clem. tit. 10. li. 44. P. tit. 1. de exceptionib. & præſcriptionib. & titu. 2. de exceptione rei iudic. & tit. 3. de diuerſis & temporalibus præſcriptionib. titu. 4. de doli mali & metus exceptione, & titul. 4. Quarum rerum actio non datur & de exceptione iuriſiurandi. lib. 8. tit. 36. C. de exceptionib. & præſcriptionib. & lib. 4. Inſtitut. Iuſtiniani, titu. 13. de exceptionib. & tit. 14. de replicationib.*

## CAPVT I.

1 *Continuatio, exceptio quid.*

2 *Et diuiſiones.*

IN litis conteſtatione fiunt aſſertiones & reſponſiones, quę opponuntur agenti, & dicuntur exceptiones *a* & his obiecta, replicationes, & deinceps aduerſus replicationes, duplicationes, & iſtis oppoſitæ triplicationes. *b*

Exceptiones aut dilatoriæ, aut peremtoriæ, ſunt: dilatoriæ, quæ rem & iudicium differunt; non tamen tollunt. *c* Peremtoriæ, quæ in totum ius & intẽtionem agentis perimunt. *d* Quarum omnium aliæ temporales, aliæ perpetuæ. Temporales & dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, & euitari poſſunt. Perpetuæ atque peremtoriæ ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt. *e* Dilatoriarum rurſum, alia declinatoria iudicii, alia dilatoria ſolutionis. *f* Dilatoria iudicii proponitur, vel contra iudicem, *g* aut contra reſcriptum *eh* aut contra perſonam actoris; *i* item ex perſona rei, *k* ex parte fori, cui obiicitur præſcriptio, ne ibi agi poſſit, *l* vel ex perſona iudicis, *m* vel ex perſona procuratoris, ſi mandatum legitimum non habeat. *n* Ex parte actionis ſeu libelli, veluti quod is ſit ineptus & incertus, *o* ſi ante tẽpus & conditionem, & plus quam debeatur, petitum ſit, *p* exceptiones dilatoriæ ſolutionis poſſunt eſſe, per quas quis debiti ſolutionem in tempus aliud, quam petatur, differendã eſſe proponit; vt ſi pactum ſit de non petendo, niſi poſt annum, *q* ſi vſuras debiti acceperit creditor pro futuris annis, *r* ſi impetrauerit á principe, ne teneatur ſoluere debitũ, niſi poſt quinquennium, *s* ſi cum iuratoria cautione quis relaxatus a iudicio & actione petitionis ob inopiam. *t* Peremtoriarum etiam exempla multa occurrent, qualia tranſactionis, *v* præſcriptionis, *x* iuramenti maxime delatorii, *y* rei iudicatæ, *z* ſi quid contra leges canoneſque actum dicatur, *aa* aut vi, aut metu, *bb* dolo, *cc* ſi obiiciatur agenti, quod ſua non interſit agere. *dd*

SCHOLIA.

a *l. 2. de exceptio. lib. 44. P. tit. 1. exceptio eſt actionis excluſio. Ibidem & in cap. 2. §. nos autem, de ordine cognitionum.*

b *dict. l. 2. de except. §. 1. de replicatio. lib. 4. Inſtitutio. tit. 14.*

c *de hac diuiſione & finitionibus eius, agit gloſſ. ad c. exceptionẽm, 2. iuncto textu de except. lib. 2. tit. 25.*

d *Exceptio ſolutionis debiti vel pacti de non petendo. ſolutione enim tollitur omnis obligatio. §. 1. quib. mod. tollit. obliga.*

e *Iſta diſtinctio proponitur in l. 3. de except. P. §. appellatio, eo. tit. apud Iuſtinia. lib. 4. tit. 13. Tẽporalis habebit vltra exemplum in ea, quæ opponi poteſt ſecundo reſcripto contra primum impetrato, intra annum, non poſtea, c. ſi autem, 9. c. plerunq́; de reſcript. c. paſtoralis, de offic. ordin.*

f *gloſſ. ad d. c. exceptionem, de except.*

g *Tanquam ſuſpectum, Et ideo recuſatur, c. quoniam contra, de probat. & dum cauſæ proponuntur ſuſpicionis, interim differtur iudicium, c. ſecundo requiris, 41. §. tertio. c. cum ſpeciali, 6. de appellat. c. licet, §. fin. de foro compet.*

h *c. ſi autem, 9. de reſcript.*

i *Si excommunicatus, cap. exceptionem, de*

*de exceptio.c.1.eodem tit.in Sext.clem.1.* A
*eodem tit. apud clem. vel ſi alio modo non
poſſit eſſe in iudicio, iuxta rubr. C. qui le-
gitimam perſonam ſtandi in iudicio ha-
beant ſi ſua non intereſſe dicatur, Panor.
ad c.ex parte, de teſtib.*

k *Vt ſi ſpoliatus ſit, & dicat ante omnia ſe eſ-
ſe reſtituendum; non enim antea tenetur
reſpondere, in princ.2.quæſt.2.can.omnes,
can.nullus, can.in ſcripturis, can.fin.eod.
can.1.& can.epiſcopi, 3.q.1.c.in literis, de* B
*reſtitut.ſpoliat.*

l *can.pulſatus, 3.q.6, can.clericus, 11.q.1.
tit.de foro competen. titulo, ſi a non com-
peten.iudice. C. Et hanc exceptionem eſſe
dilatoriam, docet can.ſiquis epiſcopus, 2.§.
exceptio, 3.q.6.poteſt & eius generis eſſe
exceptio, ſi dicatur litem præuentam eſſe
coram alio, coram quo pendeat.*

m *Vt ſi iudex ſit ſurdus, mutus, furioſus, &
ſic de ſimilibus, quæ obiici poſſunt iudicib.* C
*can.1.§.tria ſunt, 3.q.7.l.cum prætor, 12.
§.non autem, de iudic. P. Si dominus fa-
miliaris vel ſocius actoris ſit, vel rei con-
uenti, c.cauſam, 17.c.inſinuante, 25.cap.
cum R.35.de officio delega.cum ſimil. &
ſic de aliis, ex quibus recuſari poteſt iu-
dex.can.ſi.§.& reuera, 3.q.5.l.apertiſſi-
mi, 14.§.liceat, C.de iud.*

n *ca.1.de procuratorib.c.procurator, 36.de
elect.in Sex.ſi mandatum tantum habeat* D
*generale, & in negotio requiratur ſpeciale,
c.qui generaliter, 5.de procurat.in Sex.*

o *c.examinata, 15.de iud.*

p *§.appellantur, verſ.temporales, de excep.c.
vnic.de plus petitio.l.vnica, C.eod.titul.§.
plus, de actio.apud Iuſtinia.*

q *pactum de non petendo perſonale tempora-
le perpetuum, vt ſi abſolute ſit de non peten-
do, habet exceptionem perpetuam perem-
toriam, §.ſi.de replicatio.* E

r *l.qui in futurum, 57.de pactis, libr.2.P.
titul.14.*

s *can.vniuerſa, 25.quæſtio.2.l.vniuerſa, 4.
de precib.imperator.offeren.l.ſi.C.qui bo-
nis cedere poſſ.*

t *c.Odoardus, de ſolut.*

v *l.poſtquam liti, C.de pact.l.fratris, Cod.de
tranſactio.cum ſimil. atq; ea exceptio im-
pedit litis ingreſſum, c.ſi.de tranſact.c.fin.
eod.tit.in Sext.*

x *Titulis de præſcriptionibus, & de vſuca-
pionibus.*

y *Exceptio iuriſiurandi, eſt exceptio litis fi-
nitæ, ideo impedit litis ingreſſum, c.1.de li-
tis conteſt.in Sex. Iaſon ad l.ait prætor, iun-
cta l.nam & poſtea, de iureiurand.P.c.etſi
Chriſtus, eod.tit.apud Gregor. c.veniens,
de accuſat. iuramentum habet vim diffi-
nitiuæ, l.2.non erit, §.dato, l.ſi duo patroni,
§.item ſi iurauero, de iureiurand.§.æque ſi
debitor, de except. Si etiam pactum iura-
tum fuerit, non admittetur agens contra
illud, ſaltem ſine diſpenſatione, c.licet mu-
lieres, de iureiuran.c.quamuis pactum, de
pact.in Sex.*

z *Quia pro veritate habetur res iudicata,
l.ingenium, de ſtatu hominum, l.res iudi-
cata, de regul.iur.P.ſi modo ab eo, qui po-
teſtatem iudicandi habet lata fuerit, l.4.§.
condemnatum, de re iudic.l.non putauit,
§.non quæuis, de bonor.poſſeſſ.contra tabu-
las, aliter non teneret iudicatum, c.at ſi cle-
rici, de iudic.*

aa *l.non dubium. C.de legib.l.iuriſgentium,
§.prætor ait, de pact.*

bb *Titulis quod metus cauſa, in P. C. & iure
pontificio.*

cc *l.ſi pactum, 6.C.de except.*

dd *in deciſ.capellæ Tholoſanæ, 68.ibi,* quinta
regula.

## Capvt II.

*Quando proponendæ & iudicandæ
exceptiones.*

EXceptiones quidem, poſt actiones & intētiones propoſitas obiiciuntur; veruntamē prius de exceptione cognoſcendum, quā de actione pronuntietur, *a* proinde ignorandum non eſt, quando proponendæ ſint. Et quidem declinatoriæ fori dilatoriæ exceptiones, ab initio & in ingreſſu



litis proponi debent; alioquin omiſſæ non repetuntur; vt neque, quæ contra iudicem vel eius incompetētiam proponuntur, quæ præcedere debent defenſionē. *b* Niſi forſan poſtea cauſa exceptionis de nouo ad notitiam peruenerit; *c* vel de nouo cœperit excipienti competere. *d* Peremtoriæ autem poſſunt obiici in quacunq; parte litis ante ſententiam. *e* Poteſt & excommunicationis exceptio obiici poſt litem conteſtatam, *f* ſed & poſt ſententiam poteſt aliquando excipi de nullitate, vel manifeſta eius iniquitate. *g* Omittemus alia exceptionum & replicationum capita, quæ ex ſingulis negotiis in iudicium deductis oriri poſſunt.

### Scholia.

a *Vt in c.literas tuas, 13.§.ſecunda vero aſ-
ſertio, de reſtitutio.ſpoliat.cap.1.2.3.de
ordine cognitio. capit. exhibita, 18. de* C
*iudic.*

b *c.inter monaſterium, de re iudic.l.penult.
& l.ſin.de exceptio. C.l.19.C.de proba-
tio. cauſæ ſuſpicionis iudicis tanquam di-
latoriæ ante litis ingreſſum opponi debent,
alioquin coram eo ſubeundo iudicium illis
videtur renuntiatum, vt dicitur in d.c.
inter monaſterium, & in ca.paſtoralis, de
exceptione, can.ſi quis epiſcoporum, §.ex-
ceptio.3.q.6.l.apertiſſimi, & l.cum ſpecia-* D
*lis, de iudiciis. P. ita qui ab initio eas non
proponit & comparet, defendit, & appro-
bat perſonam iudicis, & ideo poſtea ipſum
reiicere aut reprobare non poteſt, can ſi te-
ſtes, §.item ſi quis teſtibus, 4.q.3.can.cu-
ius in agendo, 3.q.8.l.ſed etſi ſuſceperit, de
iudic.P. vide pleniſſimam gloſſam de his,
ad d c.inter monaſterium, ad verba* ſub-
eundo iudicium, *de ſent.& re iud.*

c *vt in c.noſtra, de procura.c.paſtoralis, 4.de* E
*except.*

d *c.inſinuante, de offic.delega.l.non diſtin-
guemus.§.cum quidam, de recep.arbit.P.*

e *l.peremtorias, Cod.ſenten.reſcin.non poſſ.
leg.præſcriptionem, 8.de exceptioni.lib.8.* A
*C.titul.37.capit.per tuas, qui matrimon.
accuſar poſſ.*

f *c.exceptionem, 12.de exceptio.clem.vnic.
eod.tit.*

g *Imo & contra tres ſententias conformes,
Boerius in conſuetud. Biturigum titulo de
iuriſdiction.omnium iudicum, §.27.vbi
multa, & apud Alexan.conſil.33.in fin.
incipiente,* viſo themate, *1.volum.qui
etiam ait, exceptionem nullitatis impedi-* B
*re exſecutionem ſententiæ.*

# DE ACCVSATIONIBUS, *a* inquiſitionibus, & denuntiationibus.

## Tit. IX.

a *Hic titulus exſtat lib.5.decretalium, titulo 1.&
lib 1.Sexti tit.1.lib.48.P.tit.2.de accuſationib.
& inſcriptionibus & lib.9.C.tit.2.de accuſatio-
nib.& tit.1.qui accuſare non poſſunt. Eo referri* C
*poſſunt titul.vt nemo inuitus agere vel accuſare
cogatur lib.3.C.tit.7.& vbi de criminibus agi
oporteat.tit.15.Cod.eod lib.3.& lib.7.tit.20.de
colluſione detegenda.& tit.21.ne de ſtatu defun-
ctorum poſt quinquennium quæratur.tit.22.li-
bri 5.decretalium, de colluſione detegenda. Rur-
ſum lib.10.C.tit.11.de delatoribus, & titulus 13.
de his, qui ſe deferunt.item titulus, de calumnia-
toribus, lib 5.decretalium, tit.2.& lib.3.P.tit.6,
& lib.47.P.tit.15 de præuaricatoribus.& lib.9.
C.tit.42.de abolitionibus, & tit.45.ad ſenatuſ-
conſultum Turpillianum, & tit.ſequen.de calu-* D
*mniatorib.*

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid accuſatio.*
3 *Diuiſio eius.*
4 *Inquiſitio.*
5 *Denuntiatio.*
7 *Exceptio.*

DIximus antea *a* in libelli oblatione ciuilem & criminalem cauſam conſiderari; actum autem eſt de ciuili, agendum eſt nunc de criminali, in quo exceptiones quoq;, vt defenſiones, ſi legitimæ ſunt, admittuntur. *b* Noluit autem conſulto hunc titulum ſeorſum ab ordine iudiciario tra- E

ctare, vel ea ratione, quod licet in pluribus A
ciuilia negotia a criminalibus diſtinguan-
tur, *c* attamen in multis conueniant. *d*

2 A cauſa in iudicium deducta, accuſator
dictus, quaſi cauſator. *e*

3 Hæc porro cauſæ delatio, vel eſt ſecre-
ta, vel publica. Secreta rurſum interior,
vel exterior inuenitur. Interior in conſci-
entia cuiuſq; eſt; *f* exterior priuata, appa-
rens, accuſatio, quæ & caritatiua moni-
tio dicitur. *g* Publica item eſt, quæ fit, vel B
ſolemniter, vel per inquiſitionem, vel per
denuntiationem, vel per exceptionem.
Solemnis accuſatio, eſt delatio & perſecu-
tio criminis vſq; ad ſententiã, facta coram
iudice per libellum, verbis conceptis iux-
ta formã iuris compoſitum, & porrectum
iudici, ad vindictam publicam. *h*

4 Per inquiſitionem fit detectio criminis,
vel ad denuntiationẽ particularem, cum
quis conqueritur de crimine ſibi illato, & C
petit inquiri de veritate ſuper illo contra
inferẽtem; vel ad denuntiationem factam
per habentem officium deferendi, cuius
particulariter alioquin non intereſt, vel
ſuper accuſatione inſtituta, vel ex officio
iudicis ex delatione famæ publicæ deli-
ctum eſſe commiſſum. *i*

5 Denuntiatio & delatio dicitur, quando
crimen iudici, ſine inſcriptione commiſ-
ſum detegitur, *k* & maxime per eum, cuius D
non intereſt. *l* Eſtq; proprie delatio criminis
latentis facta iudici vel fiſco, non ob-
ſeruata formula accuſandi, nuntiatio. *m*

6 Per exceptionem crimen proponitur
& obiicitur per modum defenſionis, vt
aduerſarius vel teſtis tollatur. *n* Cæterum
quamuis excipere de crimine reus poſſit
cõtra accuſatorem, tamen non poteſt tan-
quã accuſator illud proſequi, donec prius
de eo, quod ſibi infertur, ſe purgauerit. *o* E

SCHOLIA.

a *ſupra titu. 7. de libelli oblatio. in diuiſione, c. 1. & 2.*

b *c. 2. §. nos autem, de ordine cognitio.*

c *In gratiam tyronum iuris, harum quaſdam referam differentias, prior erit ratione antiquitatis, quod prius fuerit peccatum & iudicium eius, quam dominiorum diſtributiones, vnde lites, ca. 3. Geneſ. nam dominia ſucceſſu temporis poſt ortum & multiplicationẽ hominum fuerunt diſtributa iure gẽtium, & legib. principum, can. quo iure, 8. diſtin. l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. cum ſimil. ſecunda, quod ciuilia negotia potius vtilitatem priuatam & priuatorum reſpiciant; criminalia vero, magis vigorem publicæ diſciplinæ; Pomponius in l. licitatio, alias locatio, §. quod illicite, de publica. & vectiga. & intereſt reipublicæ delicta puniri, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. can. eſt iniuſta, 23. quæſt. 4. Tertia in cauſis ciuilib. procurator ad agendum & defendendum admittitur in iudicio. l. 1. §. vſus, l. licet, §. porro, de procurat. l. fin. C. eo. & in eo. tit. in decretalib. & Sex. maxime c. tuæ, eo. tit. At in criminalib. vbi reus ad vindictã publicã experitur, non admittitur procurator, l. pen. §. ad crimen, de public. iud. P. l. tunc conuenit, de accuſat. C. cano. in criminalib. 5. qu. 3. can. abſens. per alium. 3. q. 9. can. ſi quando, 3. q. 6. Quarta quod pro delictis publicis reus, & aliquando accuſator etiam in grauioribus carcerib. concluduntur, l. 1. de exhiben. reis. C. l. 2. C. de cuſtodia reorum, imo & mulier, auth. hodie, eo. ti. de cuſto. reorũ. C. pro ciuilib. nequaquã regulariter, l. nemo carcerem, de exactorib. tribut. C. authent. ſed hodie, de offic. diuerſor. iud. C. cum ſimil. paucis exceptis, in quibus pro ciuilib. quoque propter contumaciam aut dolum, quis incarceratur, vt ibidẽ notatur. Quinta, in criminalibus accuſator ante inſcriptionem poteſt deſiſtere, nec tenetur litem proſequi, can. ſi quem, can. ſi quis iratus, 2. qu. 3. l. libertus, de in ius vocan. P. l. quæſitum ad Senatuſcon. Turpil. At in ciuilibus, poſt oblationem libelli tenetur offerens vſque ad finem litem proſequi. auth. quia ſemel, C. quomodo & quando iudex.*

*d Con-*



d *Conueniunt in nomine, quia & actio, accuſatio dicitur in l. qui accuſare, C. de eden. & accuſatio aliquando pro actione, in l. Senatuſconſulto, §. ſi propter mortis, ad Senatuſcon. Turpil. 1. Poteſt etiam de criminibus aliquando ciuiliter & criminaliter agi, c. tuæ, de procurat. l. fin. de priua. delict. P. l. fin, de fur. P. 3. quemadmodum accuſans poſt inſcriptionem libelli, debet vſque ad finem iudicium proſequi, cano. quiſquis, can. qui crimen, 2. qu. 8. ſic & in ciuili qui agit, & obtulit libellum, authen. qui ſemel, quomod. & quand. iud. C. lib 7. tit. 43. §. omne, de litigioſ. in nouel. authen. offeratur, de litis conteſt. C. 4. in vtraque cauſa, ciuili & criminali, debet eſſe iudex competens, non ſuſpectus, c. at ſi clerici, de iudic. tit. ſi a non competen. iud. C. l. fin. de iuriſdict. omn. iud.*

e *c. forus, de verbo. ſignif.*

f *Conſcientia ipſa etiam nobis ſilentib. dum male agimus, nos lancinat & accuſat. can. in cunctis, 11. q. 3. can. nos poteſt, can. ſenti de Auguſtino, eadem 11. q. 3. Interior hæc dicta accuſatio, quæ & occulta, quãuis vultus interdum animũ ex parte prodat, quæ pertinet ad forum pœnitentiale, non ad contentioſum; eoque nemo ſeipſum teneatur accuſare aut declarare publice, aut crimen occultum inuitus, quamuis interrogatus contra ſe confiteri, c. inquiſitionis, §. 1. de accuſ. c. 1. de proba. l. nimis graue, de teſtib. C. cum nec alioquin audiatur propriam allegans turpitudinem, l. tranſactione finita, C. de tranſact. l. ſi creditoribus, de ſeruo pignori dato. C. l. 1. de liberal. cauſa, l. mercalem, C. de condictio. ob turpem cauſ. cum ſimil. in foro tamen pœnitentiali tenetur occultum crimen manifeſtum ei, qui confeſſionem eius audit, facere, & ſponte etiam non interrogatus, in tota diſtinctione prima de pœnitentia. & Pſal.* Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. *Eſtque hæc accuſatio ſalubris. can. presbyter, c. cognouimus, 6. diſt. Eruuntur etiam confeſſiones & accuſationes ſui ipſius quandoque, per tormenta & torturam, quando videlicet aliunde ſubſunt indicia, quæ occultum crimen quodammodo detegere vel ſignare videntur. l. qui ſententiam, l. quoties, C. de quæſtionib. l. 1. eo. tit. P.*

g *Exterior hæc ſecreta accuſatio, vel cauſatio, dicitur monitio fraterna, in cap. 2. de accuſat. collocutio præcedens iudicium, l. quidã Hyberus, de ſerui. vrban. prædior. P.*

h *Colligitur ex l. vnic. C. de famoſ. libellis, facit l. qui cum natu, §. accuſaſſe, de bonis libert. & colligitur ex titulis de accuſationib. & ex illis, quæ hic ſubiicientur.*

i *c. inquiſitionis, c. qualiter & quando, de accuſat. c. licet Hely, de ſimonia. inquiſitio tamen non eſt ius proſequendi in iudicio, ſed quidam modus deducendi cauſam in iudicium, vt notat Bartol. ad l. tranſigere, nu. 13. de tranſact.*

k *d. c. qualiter, & c. ſuper his, de accuſa. ſimpliciter, non vt agatur criminaliter c. per tuas, 33. de ſimonia. lib. 5. titul. 3. Nomine accuſationis venit dilatio. l. eum, §. qui nomen detulit, de iure patrona.*

l *c. inquiſitionis, §. 1. de accuſ.*

m *Colligitur ex l. edicto, §. id autem deferri debet, de iure fiſc.*

n *Exceptio eſt excluſio intentionis vel actionis, vel condemnationis, c. 2. §. nos autem, & ſeq. de ordine cognitio. l. 2. de exceptio. P. §. 1. eod. tit. apud Iuſtinia. Ita per exceptionem opponitur crimen agenti, c. ſuper his. de accuſ. aut teſtib. vt eorum teſtimonia improbentur, c. teſtimonia, de teſtib. c. 1. de except. ante publicationem videlicet teſtimoniorum, non poſtea, niſi & ante publicationem proteſtatus fuerit, cap. præſentium, de teſtib. aut niſi crimina obiicienda, poſt publicationem excipienti innotuerint, c. fin. de cogna. ſpirit.*

o *Non enim licet reo reaccuſare, antequam ſe ab obiectis purgauerit, l. 1. qui accuſ. nõ poſſ. l. is qui reus, de publi. iudic. at licet ei excipere de crimine obiecto, quia tunc*

*ſuas proſequitur iniurias ſe defendendo, l.* A *neganda, C. qui accuſa. non poſſ.*

## Capvt II.

1 *De quibus fiat accuſatio.*
2 *Et inquiſitio.*

CRimina, pro materia ſunt accuſationum, denuntiationum, inquiſitionum & exceptionum. De quocunq; enim crimine, qui generaliter poteſt accuſari criminaliter, *a* de his tamen criminibus, a B quibus iam accuſatus abſolutus fuerit in iudicio contentioſo, non poteſt accuſatio replicari; *b* niſi ex colluſione accuſatoris primi, ſecundus doceat perperam abſolutum. *c* Non controuertuntur etiam crimina remiſſa per veniam eius, qui habet poteſtatem remittendi. *d* Euidentia autem patrati ſceleris, non indiget clamore accuſatoris. *e*

Vt contra inquiſitio generalis fieri non C debet ab officio iudicis de occultis criminibus, ſed tantum de his, de quibus præceſſit infamia. *f* Si tamen contra aliquem commiſſa alicui fuerit ſimpliciter facienda inquiſitio, & is eo tacito, de criminibus eius, omiſſa inquiſitione de infamia, inquiſierit, valebit nihilominus inquiſitio. *g* Nam & non præcedente infamia vel ſine inquiſitione de ea, ſi reus coram inquiſitore ante inquiſitionem de criminibus D fuerit confeſſus, nihil ei proderit exceptio, quod prius de iiſdem criminibus non fuerit infamatus. *h* De quibus autem inquirere debet, qui poteſtatem habet, poterit cognoſci interdum ex eius delegatione. *i* Quod ſi generaliter, vt inquirat, ei committatur, pendebit ex eius arbitrio, de quibus inquirat. *k*

### Scholia.

a *l. fin. de furt. l. fin. de priua. delict. ſiue crimen ſit publicum, ſiue priuatum, capitale aut non capitale, ſic enim crimina diuiduntur in l. 2. de public. iud. P. l. 1. de priua. delict. P. §. 1. 2. 3. de public. iudi. apud Iuſtinia. c. vnum orarium, §. criminis appellatio. 25. diſtinct. poteſt & quis de pluribus criminibus accuſari eodem libello. c. licet, de accuſa.*

b *c. de his, 6. de accuſat. nec de delicto vnius hominis ſæpe quæri debet. can. veniam, 35. quæſtio. 9. l. licet, §. penult. nautæ caupones ſtabula. P. dixi autem in iudicio contentioſo, ad differentiam fori pœnitentialis, nã ſi in eo quis fuerit abſolutus vel a Deo, vel confeſſore, quamuis in eo foro non poſſit repeti vindicta: tamen de eodem crimine ibi abſoluto, ſæpe in iudicio cõtentioſo quæri ſolet ad imponendam pœnam legalem, quæ non impedit, vt nec publicam abſolutionem, iudicium vel abſolutio fori pœnitentialis, can. admonere, 23. q. 2.*

c *cap. 1. de colluſio. detegen. c. ſi quis homicidii, de accuſ. l. 3. de præuarica. P.*

d *can. ſi illic, 25. q. 4. cano. ſi quem, 8. §. notandum, 2. q. 3. can. diuina clementia, de pœniten. diſtin. 3.*

e *c. euidentia. 9. de accuſ.*

f *c. qualiter, 17. in fin. & c. qualiter, 24. ca. cum oporteat, 19. c. inquiſitionis, 21. §. 1. de accuſ.*

g *c. 2. de accuſa. in Sex.*

h *c. 1. de accuſ. in Sex.*

i *dict. capit. qualiter, 24. §. debet igitur, de accuſat.*

k *c. olim, 26. ibi,* quæ videritis inquirenda, *de accuſ.*

## Capvt III.

*Qui accuſare poſſunt, vel non.*

QVærendum autem in accuſatione, cuius ſit fidei, qui accuſat, & qui accuſatur. *a* Quia vbi non eſt legitimus accuſatur, non eſt vexandus reus. *b* Edictum porro de accuſando, prohibitorium eſt, vt qui E non prohibeantur, dicantur legitimi accuſatores. *c* Munus accuſandi tamen hodie defertur procuratoribus fiſci. *d* Permittitur nihilominus his, qui ſuã vel ſuorum proſequuntur iniuriam, & ex ea cauſa accuſare, quamuis aliunde prohiberentur. *e* Alioquin & neceſſarium erit his, qui A nec ſuorum, nec ſuam proſequuntur iniuriam, ſi alios velint accuſare, vt ipſi ſint immunes & puri a crimine, *f* & proinde non poſſunt accuſare heretici aut pagani Chriſtianos, *g* inceſtuoſi, *h* excommunicati, *i* ſortilegi, aut diuini, *k* quive ad ſortilegos magoſque concurrerint, *l* aut qui malæ famæ & exiſtimationis ſunt, *m* vt nec inimici, *n* & cohabitantes inimicis accuſati, *o* conſpiratores, *p* aut conſpirantes in reum, B *q* confeſſor accuſans confeſſum de crimine ſibi confeſſo, *r* viles perſonæ, quæ quẽadmodum nec ad denuntiandum, multo magis ad accuſandum crimen admittuntur. *s* Non accuſat etiam *t* laicus perſonam eccleſiaſticam, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam: *u* aut agatur de criminibus occultis, quæ maxime deteſtatur eccleſia, in quibus laici, dummodo ſint probatæ vitæ & fidei, audiuntur contra clericos, vt in crimine ſimoniæ, hæreſeos, læſæ C maieſtatis. *x* Monachi accuſare poſſunt, niſi alia rationabilis cauſa impediat, ſuum abbatẽ, *y* licet alios accuſare non poſſint. *z* Quare & illis debent, cum proprium non habeant, de rebus monaſterii expenſis neceſſariæ, donec cauſa debitum finem accipiat miniſtrari. *aa* Qui denuntiauerint cõtra aliquem crimina, & noluerint ſe ſubſcribere, de iiſdem criminibus nõ poſſunt D in poſterum eundem accuſare, vel de illo, ob eadem male loqui. *bb* Nemo deinceps per procuratorem poteſt accuſare aut defendere in cauſa criminali, ſeu publico iudicio, *cc* ad excuſationem tamen non veniendi, reus abſens mittere poteſt procuratorem, *dd* vel ſi agatur de crimine non criminaliter, *ee* vel de crimine priuato. *ff* Neque accuſat qui iurauit ſe non accuſaturum, *gg* vt neque regulariter ad accuſandum admittuntur impuberes, E pauperes de corruptione ſuſpecti, *hh* ſerui, *ii* mulier. *kk* Nemo quoque inuitus accuſare cogitur. *ll*



### Scholia.

a *can. quærendum, 2. quæſt. 7. tractat Gellius, lib. 14. c. 2.*

b *ca. 1. c. accedens, de accuſatio. diui Ioan. cap. 8. gloſſa autem in d. c. 1. de accuſationibus refert hos verſus, quibus continentur accuſatores illegitimi.*

Hi non accuſant, quos metra ſequentia ſignant.
Fœmina, pupillus, delatus, crimine rẽtus.
Suſpectus, quæſtu corruptus, ſortileguſque,
Infamis ſeruus, pauper cũ milite princeps,
Libertus, ſocius ſociũ, necnõ inimicus,
Clericus eccleſiã nullus deferre valebit.

c *l. qui accuſare, de accuſatio. in P. can. prohibetur, 2. quæ. 1. vbi etiam ponuntur, qui ab accuſatione arcẽtur, vide quæ dixi, lib. 32. Syntagm. c. 12. & quæ per totum ipſum librum tractaui ſatis, ni fallor, accurate, de partibus & rebus accuſationis.*

d *Sic iniunctum munus accuſandi procuratoribus fiſci, & aliis prohibitum docet. l. omnes, de delatori. libr. 10. C. dicitur & in iure abſolute officium, accuſator publicus. l. ea quidem, quæ per officium, de accuſatio. C. loco officii & denuntiatorum antiquorum, hodie ſunt in curiis ſpiritualibus ſeu eccleſiaſticis, electi viri probæ fidei clerici, qui crimina clericorum & laicorum, ſi pertineant ad curiam eccleſiaſticam, deferant iudicibus eccleſiaſticis, vt epiſcopis, officialibus, vicariis, archidiaconis, vel archipresbyteris vel aliis, vt erit illis a ſuperiore iniunctum, & dicuntur promotores, vel procuratores fiſcales, interdum nuntii, de quibus vide Bernardinũ Diaz, in practica criminali canonum. capit. 4. 5. 6. hoc munus quoque exercent in Gallia procuratores regis & fiſci, quibus denuntiantur crimina, ipſi vero dant operam, vt accuſatione per illos propoſita puniantur. Atque hos omnes neceſſitas officii a calumniæ liberat ſuſpicione, niſi ea manifeſte in illis*

appareat, l.poſt legatum 5.§.qui accuſauit, A
§.ſi aduocatum, de his quibus vt indign.P.
l.ex varia ſtatutorum, de delatoribus.lib.
10.Cod.Coniungit ſe tamen vt plerumque
procuratori regio vel fiſcali, alius priuatus,
cuius aliunde intereſt delictum puniri, qui
& ei denuntiat & ſuppeditat probationes,
ſuam ſuorumq; proſequuturus iniuriam,
quo etiã nomine euitat delatoris prohibi-
ti notam, l.deferre, §.ſed & communem
cauſam, & l.delator, de iur.fiſc.P. B

e can. omnibus, 4. quæſtio. 6. l. hi tamen,
11. de accuſatio.

f cano.qui ſine peccato, cano.poſtulatus, cap.
ſacerdos, 3.quæſtio.7.capit.qui crimen, 6.
quæſtio.1.non repellet autem quis a ſui ac-
cuſatione eum, quem ante neglexerit a ſui
familiaritate repellere, cap.nulli epiſcopo-
rum, 5.de accuſa.Repellatur eadem ratio-
ne ab accuſatione & publicus concubina-
rius, excommunicatus per denũtiationem, C
cap.cum dilectus, 20.de accuſatio.

g ca.alieni, & ſeq.2.q.7.ca.1.& 2.4.q.1.

h can.conſanguineorum, 3.q.4.

i can.nullus, can.omnes, 3.q.4.

k can.conſtituimus, q.5.

l can.quiſquis, 3.§.fin.2 q.8.

m can.probibetur, 2.q.1.l.qui accuſare, de
accuſationibus.infames ibi repelluntur ab
accuſando, infames autem ſunt homicidæ,
malefici, fures, ſacrilegi, adulteri, inceſtuo- D
ſi, periuri, venefici, raptores, & alii, qui a
teſtimoniis reiiciuntur, c. Euphemium, §.
1.2.q.3.cano.conſtituimus, 3.quæſt.6.ex-
communicati, cano.infames, can.illi qui, 6.
quæſt.1.heretici, can.alieni, 2.quæſt.7.hi-
ſtriones, ca.definimus, 4.quæſt.1.& alii de
quibus in l.1.de his qui notant. infam. P.
iure etiam ciuili cenſentur infames ex o-
mni crimine publico dãnati, & ex priuato,
furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, E
l.infamis, de pub.iudic.P.item ex aliis pri-
uatis, quorum actio infamat, vt de dolo,
pro ſocio, mandati, tutelæ, depoſiti, directa,
§.ex quibuſdam, de pœna temere litigan.l.
1.§.qui furti, & ll.4.5.6.de his qui notan.
infam.Regulariter etiam infames dicti iu-
re ciuili, ſunt infames iure Pontificio, ca.
omnes, vero, 6.quæſtio.1.capit.Euphemi-
um, cap.proximo, 2.q.4.paucis exceptis, vt
de muliere, quæ infamis iure ciuili eſt, ſi in-
tra annum luctus mariti nupſerit, l.1.de
ſecund.nupt.Codic.non autem iure Ponti-
ficio, cap.penult.& fin.de ſecund.nuptiis.

n Inimici ob ſuſpicionem, ne prætextu accu-
ſationis reo nocere deſiderent, repelluntur,
capit.omnes, can.canonica, cap.quod ſu-
ſpecti, 3.quæſt.5.cap.detractores, 3.quæſt.
4.Sic reiiciuntur inimici in ca.cum opor-
teat, 9.ca.cum Pont.Manconella, ca.me-
minimus, de accuſatio.

o ca.repellantur, 7.de accuſatio. Sic nec ad
denuntiandum admittuntur, qui inimici
ſunt denuntiati, dict.ca.cum oporteat, ca.
inquiſitionis, 21.§.tertiæ, ca.qualiter, 24.
§.ex quibus.de accuſ.

p cap.conſpiratores, 3.quæſt.4.

q ca.cum dilectus filius, de accuſatio.

r ca.ſi ſacerdos, de officio ordi.ca.ſignificaſti,
5.de aduiter.ca.omnis vtriuſque ſexus, §.
fin.de pœnit.& remiſſ.ca.ſacerdos, de pœn.
diſt.6.in quibus inueniuntur rationes pro-
hibitionis, & in cano.placuit.6.quæſt.2.

s c.cum in tua, de ſponſal. cap. nullus laicus,
& ſeq.ca.ipſi Apoſtoli, & can.ſicut.2.q.7.
can.omnes vero, & can.ſacerdotes, 6.q.1.

t c.cum P.Manconella, 10.de accuſ.lib.5.
tit.1.l.omnibus, 4.q.6.

v dicto can.omnibus.

x c.tanta eſt, de ſimonia, can.ſacerdotes, ca.o-
nes, 2.q.7.c.ſane, 15.q.3.l.ſi quemquã, C.
de epiſ.& cler.dummodo bono Zelo ad ac-
cuſandũ vel teſtificandum accedant: non
autem ſi odio: c.licet.Heli, c.per tuas, de ſi-
monia.c.meminimus, c.cum oporteat, de
accuſation. Quod ſi laici eſſent viles perſo-
næ vel malæ famæ, diſtinguitur, dum quæ-
ſtio eſt, an in exceptis criminibus admittã-
tur accuſatores, an clerici ſint bonæ famæ,
& non admittãtur eos accuſantes: aliter
contra, c.inprimis in ſi.1.q.2.c.tanta, c.per
tuas, de ſimon.





y ca.ex parte tua, 11.ca.illa, 3.de accuſat.ca. A
Euphemium, 2.qu.4. Intereſſe enim vide-
tur monaſterii & monachorum, neque ob-
edientia debita abbati eos ab hac denun-
tiatione repellit aut prohibet, d.c.illa, & c.
non ſemper, & ca.Iulianus, 11.q.3.argu-
men.c.dilecti, in fine, de maior.& obed.ca.
qua propter, 2.quæſt.7.vt autem liberius
id fiat, & ſit reformatio facilis monaſterii,
diſpenſatio conceditur obedientiarum ipſo
iure, atque iuramentorum, ca.olim, 26.de B
accuſat.

z dict.cap.ex parte tua, de accuſat. niſi in-
terſit monaſterii, & de licentia abbatis, ca.
monachi, 16.quæ.1.quia alioquin mortui
ſunt mundo, ca.placuit, ca.16.qu.1.l.Deo
nobis.C.de epiſcop.& cler.

aa dict.cap.ex parte tua, de accuſa.& c.olim
eod.Sed & ipſe abbas, vt ait gloſſa.1.ad di-
ctum, ca.ex parte, debet habere expenſas,
vt ſe defendat vſque ad finem cauſæ, etiam C
ſi ſit ab adminiſtratione remotus, ſecun-
dum Alã.& Vincentium, vt refert ibi Io-
annes Andreas, argum.l.ſi inſtituta, de in-
offic.teſta.P.

bb In c.licet in B.Petro, 14.de accuſat.ca.1.
4.q.5.can.illi qui, 5.q.5.l.ſi ea, qui accu-
ſare non poſſunt.C.l.qui deſtitit, ad Sena-
tuſconſult.Turpilliæ. P.potuit autem, qui
denuntiauit ſine periculo calumniæ ante
inſcriptionem deſcendere, cum nemo com- D
pellatur accuſare, ca.ſi quem, c.ſi quis ira-
tus, 2.q.3.& poſt oblationem libelli licet
impune deſiſtere, leg.quæſitum, ad ſenatuſ.
Turpillia.P.l.libertus, de in ius vocan.Ni-
hilominus tamẽ, qui reum ita infamaue-
rit iniuriarum nomine tenetur.l.itẽ apud
Labeonem, §.ſi quis libello, de iniur.P.

cc c.veniens, 15.de accuſatio.& ibi gloſſa
notat, ad verba, criminalis exceptionis,
can.abſens per alium, 3.qu.9.l.pen.§.1.de
public.iudic.P. E

dd dict.c.veniens, c.cum dilecti, de dolo.ca.
reos.23.q.5.

ee c.tuæ, de procurat.c.ſuper his, 16.in fine,
de accuſa.

ff vt in crimine iniuriarum, c.abſens, §.niſi,
3.quæſt.9.l.fin.C.de iniur.idipſum dicen-
dum de aliis leuibus criminibus, l.leuia, de
accuſat.P.

gg d.cap.veniens, de accuſa.c.quemadmo-
dum, §.fin.de iureiur.

hh can.probibetur, 2.quæ.1.c.epiſcopus, qui
mancipium, & ſeq.12.q.2.ca.1.cum 3.ſe-
quentib.15.q.3.

ii c.querendum eſt, 2.q.7.ca.forus, de verb.
ſignificat.

kk can.probibentur, 2.q.1.in princip.15.q.
3.can.de crimine, eod.ca.forus, de verbor.
ſignificat.l.8.de accuſatio.P.l.12.C.qui
accuſ.nõ poſſunt. Dicimus autem regula-
riter, non permitti accuſationem mulieri-
bus, aliquando enim permittitur ex cauſa
aliqua, vt ſi ſuam vel ſuorum proſequan-
tur iniuriam, vt in principio 15.quæſt.3.
verſic.niſi forte ſuas.ca.ex eo quod, §.fin.
& c.certis de cauſis, in prin.& §.vxor tua,
ea.15.quæſt.3.l.1.& 2.de accuſatio.Pan.
l.4.& 12.verſi.niſi certis ex cauſis, C.qui
accuſ.non poſſ.item in crimine læſæ maie-
ſtatis mulieri deferre poteſt reum, dicto
ca.certis de cauſis, ca.in quæſtionibus, ca.
ſane, §.vnde, 5.q.3.l.8.ad leg.Iul.maieſt.
item in crimine legis Iuliæ de annona, ca.
prohibentur, §.mulierum, 2.qu.1.l.13, de
accuſa.P.admittuntur & mulieres & in-
fames in criminib.atrocioribus, & in fa-
uorem fidei contra hæreticos, c.præſumũt,
2.qu.7.vt & in ſimonia, & vt diximus, in
crimine maieſtatis, can.ſane, 15.q.3.

ll ca.ſi quem pœnituerit, ca.ſi quis iratus, 2.
q.7.l.vnica.C.vt nemo inuitus agere vel
accuſare cogatur.l.fin.de vſur.pupillar.C.
videlicet ante libelli oblationẽ & ſubſcri-
ptionem. Poſtea namque cogitur, nec im-
pune deſiſtere poteſt. leg.quæſitũ, ad ſena-
tuſc.Turpill.l.in ſenatuſconſultum.eo.tit.
iunge quæ paulo ante diximus litera.C.

## CAPVT IIII.

1 Requiſita accuſationi vt monitio, & in de-
nuntiatione.

1 *In inquiſitione infamia præcedẽs, & quã-do fiat ſine ea.*
3 *Præſens ſit accuſans, & libellus forma poſi-ta detur.*
4 *Quibus probationib. vti debeat accuſans.*
5 *Formæ accuſandi antiquatæ veterum.*
6 *Edenda nomina teſtium iis contra quos inquiritur.*

1 ANte omnem † cuiuſcunque generis accuſationem exteriorem, admonitio quædam præcedere debet, quemadmodum & denuntiationem fraterna monitio delinquentis, ad correctionem prius ſi fieri poſſit ab eodem impetrandã, quam ad inducendam publicã vindictam, *a* quinimo, niſi denuntiatio procedat a radice caritatis, tanquam maligna reiicitur, *b* cum neque vindicta a reo ſoleat de rigore exigi, ſine admonitione præcedente. *c* Accuſationem debet præcedere inſcriptio legitima, *d* vt denuntiationẽ caritatiua monitio, *e* inquiſitionẽ clamoroſa inſinuatio ſeu infamia. *f*

2 Ex officio tamen prælatus & iudex, † de ſtatu generali prouinciæ ſingulis annis, nulla fama etiam delictorũ interueniente, inquirit. *g* Formaque iuramenti, quod generales inquiſitores deputati obſeruare debent, hæc eſt, vt iurent clerici, quod ſuper his, quæ ſciunt, vel credunt eſſe in ſua eccleſia reformanda, tam in capite quam in membris, exceptis occultis criminibus, veram & plenam dicent inquiſitoribus veritatem. *h*

3 Per ſcripta & epiſtolam † nemo abſens accuſare poteſt, ſed præſens & præſente accuſato. *i* Cæterum in accuſatione criminali, nihilominus ſcriptura libelli quoque præſentis requiritur, *k* eiuſque iuridica conceptio, *l* quæ cõtinet annum & diem, quibus fit accuſatio, *m* nomen iudicis coram quo proponitur, *n* nomen accuſatoris & accuſati, *o* & criminis de quo fit accuſatio, *p* tempus, *q* locum, *r* perſonas, in quibus & cum quibus factum dicitur. *s* Dehinc & continet ſubſcriptionem eius, qui accuſat, & libellum proponit, vel ſi literas non nouerit, quod alius pro eo ſubſcribat & inſerat, ſe probaturum, & ſubiturum alioquin pœnam talionis. *t*

Accuſator autem debet † vti probationibus luce meridiana clarioribus, expeditis idoneis teſtibus, apertiſſimis documẽtis, iudiciis ad probationem indubitatis. *u* 4

Fuerũt & olim ex more † & legiſlatione antiquorũ formulæ in accuſandis criminibus propoſitæ & ſeruatæ, quæ quia partim in deſuetudinem abierunt, partim vero immutatæ ſunt, ſub ſilentio relinquemus. *x* 5

Illud autẽ ſeruandum, † vt ab iis, a quibus inquiritur, iuramentum exhibeatur de dicenda veritate, *y* & vt edantur nomina & dicta teſtium ei, contra quem inquiritur. *z* 6

SCHOLIA.

a *c.2. & c.cum dilectus, de accuſ. & Matth. ca.*18. ſi peccauerit in te frater tuus, & *quando videlicet agitur in modum denũtiationis ad pœnitentiam, c.nouit, de iudi. c.ſi peccauerit, 2.quæſt.1.ca.licet Hely, de ſimon.*

b *c. cum in iuuẽtute, 5. de præſumt. lib. 2. tit. 24. can. nullus introducatur, 4.q.4.*

c *can. indigne, 12. quæſt. 2. can. quidam monachi, 16.q.1. ca. omnes decimæ, 16. qu. 7. cap. de illicita, 24.q.3. ca. ſacro, de ſentent. excommunic.*

d *c. tuæ, de procurator. ca. ſuper his, de accuſ. inſcriptio continet obligationẽ ad pœnam talionis, id eſt, ad ſubeundam eandem pœnam, quã accuſatus mereretur, ſi crimen contra illum propoſitum fuiſſet probatum, ca. quiſquis, ca. qui crimen, 2. quæ. 8. ſunt tamen quædã crimina relata per gloſſam, in c. ſuper his, de accuſa. in quibus non exigitur ſubſcriptio, vt in crimine abigeatus, l. cui de abigeis. C. l. in leuibus, l. leuia, de accuſa. & in his, quæ per officium, vel per perſonas publicas accuſantur, l. ea quidem, quæ per officium, C. de accuſa. Item ſi accuſa-*



*-tur Iudæus, qui cõtraxit cum Chriſtiana matrimonium, vel Iudæa, quæ nupſit Chriſtiano l. nequis, C. de Iudæ. Si de apoſtaſia quoque accuſatio inſtituatur, l. Apoſtatarum, C. de Apoſta. ſi maritus iure mariti intra tẽpus ad id a lege conſtitutum, accuſet vxorẽ de adulterio, l. quamuis, in 2. & l. iure mariti, C. ad l. Iul. de adulter.*

e *ca. 2. & c. cum dilectus, de accuſa. iure tamen canonico in laicorum criminibus denuntiandis, non requiritur monitio præcedens, c. qualiter & quando, in 2. §. fin. de accuſa. Et iure ciuili fama & rumor pro monitione habentur, d. l. ea quidem, C. de accuſat. facit l. ab accuſatore, §. nuntiatores, ad ſenatuſconſul. Turpill. P.*

f *Id eſt, late ſparſa fama, & quæ ſit publica & conſtans de crimine commiſſo, & non a maleuolis & data opera diſſeminata, ca. qualiter, in 2. & c. inquiſitionis, §. adhæc, de accuſa.*

g *ca. ſicut, 25. de accuſat. c. Romana, de cenſibus, in Sext. c. cum venerabilis, eod. tit. apud Gregorium, idipſum & omnibus magiſtratibus iniunctum ſecularibus, l. congruit, de offi. præſid. P. c. 1. de offi. ordin. & Archidiaconis viſitantibus, in cap. 1. de cenſibus, in Sext.*

h *c. qualiter & quando, 17. de accuſ. non ſit autem prius inquiſitio, quam conſtet de infamia, c. cum oporteat, 19. de accuſat.*

i *c. per ſcripta, 5. 2.q.8. c. a nobis, qui matrimo. accuſar. poſſ. nihil prohibet tamẽ, quin libellus dari poſſit abſente accuſato, ca. Epiphanium, 5.q.6. l. 2. C. de exhib. reis.*

k *c. 1. 2.q.8. ibi*, accuſatorũ perſonæ nunquam recipiantur ſine ſcripto, &c. *can. quiſquis, 3. & ſeq. ead. q. & cauſa, libellorum, de accuſat, P. l. in criminalibus, & l. fi. C. eod. tit. Admonet autẽ ſcriptura, deliberandum eſſe mature de accuſatione rei, in cuius probationis defectum ſuccedit pœna talionis contra accuſantem, l. ſi cui crimen, de accuſat. P.*

l *Qualis ſit conceptio libelli, tractatur in ca. fi. §. libellorũ, 2.q.8. in l. libellorũ, de accuſat. P. ex quibus, quæ ſequũtur ſumta ſunt.*

m *Sic enim exempli cauſa concipitur*, anno Domini, &c. die tali, &c. talis coram vobis, &c. *dict. l. libellorum. Adiectio certi temporis facit, vt noſcamus, ſi tempore permiſſo vel extra, inſtituta ſit accuſatio, quæ & tempore perire poteſt, quemadmodum & præſcriptio non accuſati criminis obiici poteſt ad ſummum poſt viginti annos l. querela, ad leg. Cornel. de falſ. C. l. 2. & 3. C. de requiren. reis. ca. cum venerabilis, §. intelleximus, de exceptio. & contra accuſationem adulterii quinquennium, l. mariti lenocinium, §. quinquẽnium, & §. hoc quinquennium, ad l. Iuliam. de adult. P. l. adulter, C. eod. tit. niſi adulterium ſit cum inceſtu, quo caſu 10. anni, in præſcriptione exiguntur, l. vim paſſam, §. præſcriptioni, eod. tit. & ita etiam obſeruari in curiis ſupremis, in Gallia, notat Papus, libr. 24. Rhapſodiæ arreſto. tit. 2. arreſt. 1. & 2. Adiiciũtur quoq; anni imperii & nomen imperatoris, vel regis, vel ſummi Pontificis, ſecundum mores curiarum & regionum, vt in §. ſi qua vero, vt præponatur nomen Imperatoris iuncta glo. in nouel.*

n *Nomen iudicis habet certitudinem fori, coram quo conuentio fit, vt ſciatur num legitima ſit accuſatio ratione competentis iudicis, iuxta titulum, vbi de criminibus agi oporteat. & authent. qua in prouincia, eod. tit.*

o *Nomina quoque hæc neceſſaria, vt conſtet de perſonis iudicis, actoris, rei, quæ iudicium conſtituunt. l. Iulianus. l. inter litigantem, de iudic. P. & num, qui accuſat accuſare poſſit, & accuſatus accuſari ab eo.*

p *Nomen criminis indicat qualitatem eius, cum circumſtantiis, ex quibus inſtruitur iudex ad imponendum modum pœnæ, iuxta leg. reſpiciendum, l. aut facta, de pœnis. Pandect.*

q *Tempus etiã criminis diſcernit qualitates eius, vt in fure diurno & nocturno, cmanſoremque a deſertore ſeparat, & c. d. l. aut*

facta, §. tempus, de pœn. P. Habetur & ratio temporis, quo vulnera illata ſunt, ſi homicidii quis accuſatur, vt de eo teneatur, ſi tunc fuerint lethalia, imputetur autem mors fato, ſi aliter poſtea ſuperuiuens moriatur, l. nihil intereſt, 32. ad leg. Iul. de adult. l. huic ſcripturæ, §. 1. ad leg. Aquil. l. ita vulneratur, eod. tit. Sic a teſtibus, dum ſuper crimine examinantur, inquiritur de die & tempore, quo commiſſum eſt, ca. nihilominus, 3. q. 9. ca. in teſtibus, 4. q. 3.

r Locus etiam maleficia diſtinguit, augetq; vel minuit vindictam eorũ, l. aut facta, §. locus, de pœnis, & ibi locus diſtinguit furtum ſimplex a ſacrilegio, vt & in l. ſacrilegii, & l. ſacrilegi. ad l. Iul. pecul. & iniurias, l. ſed eſt quæſtionis, §. 1. de iniur. P. & adulterium, l. mariti lenocinium, de adult. Pand. locus etiam alicui auget vel minuit dignitatem, cap. cum ſis, de auctoritat. & vſu pallii, l. 1. de offic. procon. Pand. Subinde certitudo loci conducit ad diiudicandum, num calumnioſe crimen inferatur, & num crimen commiſſum ſit: quia & rei incertitudo arguit calumniam, vt liquet ex cap. 13. Danielis.

s Hæc etiã pertinent ad criminis diſtinctionem, vt ſi de adulterio agatur, multum intereſt, cum ſanguine coniuncta, an cũ alia, commiſſum ſit, & in ſtupro, num cum puero, vel Veſtali, vel alia. pœnæ enim in his diuerſæ, leuiores aut grauiores, vt docuimus ſuperius, lib. 4. tit. 14, de adult.

t dict. l. libellorum, & can. fin. §. libellorum, 2. quæſtio. 8. Subſcribens hac inſcriptione videtur approbare omnia in eo libello cõprehenſa: vt in aliis quoque ſcripturarum ſubſcriptionibus manifeſtum eſt, l. ſi quis ex argentariis, §. 1. de edend. Pandect. §. 1. de emtio. apud Iuſtinia. §. ſed etſi quis, aut mutui, & de inſtrumento fide ac cautela, in nouell. l. ſi fideiuſſor, §. pater, de pignori. Pand. ſit ſubſcriptio libelli ante litis conteſtationem, l. in ſenatuſconſultũ, §. qui poſt, ad ſenatuſconſul. Turpillia. P. ſubſcriptio eſt potiſſima & ſubſtantialis pars libelli accuſatorii. Sic enim ait in ea, profitetur ſe eſſe accuſatorem, id eſt, ſe velle proſequi accuſationem, & ſubiturum taliõe, dict. l. libellorum, §. item ſubſcribere, & d. can. fin. §. item ſubſcribere, & can. qui crimen, 2. quæſt. 8. can. nullus introducatur, §. inſcriptio, 4. quæſt. 4. l. qui crimen. C. qui accuſare non poſſ. Ante hanc ſubſcriptionem non eſt accuſator audiendus, neque reus poſtulatus vexandus vel vocandus, l. 2. §. ex longinquo, de exhib. reis, vt non exiſtente legitimo accuſatore, capit. 1. de accuſatio. Talionis autem pœna, quæ ex illa inſcriptione naſcitur, nihil aliud eſt, quam vt is, qui crimen illatum nõ probauit, ſubeat pœnam, & ea plectatur, qua afficiendus eſſet reus accuſatus, ſi plectatum fuiſſet, ca. 3. & 4. 2. q. 8. l. fi. C. de accuſ. l. in priuatis, ad ſenatuſconſul. Turpill. & dicemus paulo poſt in effectu accuſationis.

v ca. ſciant cuncti, 2. quæſt. 8. l. fin. C. de probat. can. dicit, 32. quæſt. 1. can. 1. 35. quæ. 6. alioquin pro reo ſententia fertur, vt ibidem dicitur, & in dubiis fauorabiliores rei, l. fauorabiliores, de regul. iur. Pand. promtiores ad liberandum, quam ad obligandum, leg. Arrianus, de actio. Pandect. cum ſatius ſit nocentem abſolui, quam innocentem cõdemnare in dubio, l. abſentem, de pœn. P.

x Ordo antiquus exercẽdorum iudiciorum abrogatus fuit, & cœpit extra ordinem in iudiciis criminum procedi, l. ordo, de public. iud. Pandect. l. 1. §. in ſenatuſconſultum, ad ſenatuſconſul. Turpill. P. l. 1. §. fin. & l. hodie, de pœn. P. fuit autem antiquus ordo, vt in primis accuſator ad quæſitorẽ, cui iudicii exercitium contigerat, rei nomen deferret, & poſtularet, illud nomen recipi, poſtea ſubſcriberet ſe, & ad talionem ſe obligaret, dict. l. libellorum, §. item ſubſcribere, de accuſatio. Pand. Subſcriptione facta, proponebat accuſator talem tale crimen feciſſe. Si ſilebat reus conuentus, lis æſtimabatur, vt eo victo, ſi negabat, a magiſtratu dies inquirendorum criminum poſtulabatur, & hoc modo legibus reus interrogari dicebatur, poſt hanc interrogatione reus in reatu conſtitutus quoq; dicebatur. Iudices vero reorũ prætor ex decuriis conſtituebat Romæ, eorumque nomina in vrnã mittebat, & ex his numerum neceſſarium ſortiebatur, ex eoque numero reo & accuſatori integrum erat reiicere, quos ex aliqua cauſa ſuſpectos habebat. In reiectorum autem locum, prætor alios ſubſortiebatur, quoad legitimus numerus, qui legibus definiebatur, conficeretur, dehinc iureiurando conſcripti iudices, vt refert Dionyſius Halicarnaſ. lib. 7. adigebantur, iurabantque omnes in leges, præter ipſum prætorem. Die cognitionis citabantur voce præconis iudices, rei & accuſatores, vt ait Feſtus Pompeius, libr. 16. Aſconius Pædianus, in 13. Verrinam Ciceronis, Si citatus accuſator non veniſſet, nec excuſatus eſſet, ex reis eximebatur accuſatus. Cicero in 4. Verri. Si vtraque pars aderat iudicio, oratoribus dicendi poteſtas fiebat. Citabantur & teſtes palam, & publice interrogabantur, dicta eorum in promtu refellebantur. Cauſa vtrinque perorata, præco dixiſſe oratores pronunciabat. Quintil. libr. 1. cap. 5. Aſcon. in 3. Verrinam. Deinde iudices accipiebant tabellas iudicii, inſcriptas literis abſolutionis, condemnationis, & ampliationis. Quarum aliquam cum ad conſilium miſſi fuiſſent, in ciſtam coniicere neceſſe habebant, antequam lege Glaucia comperendinandi data illis fuiſſet poteſtas. Ex hoc autem ſolemni ordine nonnihil Pompeia lex immutauit, quæ refert Aſconius Pæd. in orat. pro Milone. Euerſa autem omnia fere cum populi libertate fuerunt ab Imperatoribus poſtea.

y c. qualiter, 17. §. formam vero, de accuſ.

z dict. cap. qualiter, §. debet igitur, verſ. & non ſolum dicta, & c. olim, 26. §. ſi vero teſtes, de accuſat.



## CAPVT V.

*Qui accuſari poſſunt.*

Regulariter omnes accuſari poſſunt delinquentes, *a* cuiuſcunque ſexus ſint, *b* quandocunque apparuerint. *c* Poſſunt a ſubditis clericis prælati, a monachis ſuis Abbates accuſari, *d* maiores ætate & minores, cum etiam ſint delicta, quæ in pueris vindicari poſſunt. *e* Accuſari autem non poteſt inimicus aut eius amicus. *f* Difficilius autem & cum maiori iudicio admittitur accuſatio vel inquiſitio contra præpoſitos, quam contra ſubditos, quia prælati poſiti ſunt tanquam ſignum ad ſagittam, & quia nõ poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, ſuſpendere, ligare. Ideo odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Atque etiam in eorum accuſatione eccleſiæ periculum imminet, columnis eius excuſſis & impulſis. *g* Non admittitur contra abſentem, niſi in contumacem, accuſatio. *h* Qui ſacerdotes fieri nequeunt, ſacerdotes accuſare prohibentur. *i* Multo magis laicis paſſim accuſare epiſcopum non licebit. *k* Quamuis autem iure ciuili non liceret vxori maritum de adulterio accuſare, *l* tamen hoc iure Pontificio licet, quo mutuo ſe coniuges accuſare de eo poſſunt, etſi non æqualiter. *m* Veruntamen conſanguineos coniunctos matrimonio, extraneorum nullus accuſat, ſed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, vt pater, mater, frater, ſoror, patruus, auunculus, amita, matertera & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit ab antiquioribus & veracioribus, quibus ea propinquitas nota ſit, epiſcopus inquiret. *n* Niſi propter quæſtum quidam accuſent. *o* Non accuſantur de crimine rei poſt eorũ mortem, *p* paucis exceptis. *q* Nec admittitur regulariter inquiſitio aduerſus denuntiatos, qui ſunt famæ integræ, *r* niſi non fuerit inquiſitioni hæc exceptio oppoſita, *s* aut niſi is, contra quem inquiritur, fuerit crimen confeſſus. *t*

S c h o l i a.

a *Intereſt enim Reipublicæ, delicta cognita eſſe, l. eum, qui nocentem, de iniur. Pan. vt puniantur, l. ita vulneratus, ad l. Aquil. P.*

b *can. ſi quis cuiuslibet, 21. q. 5.*

c *Iure Pontificio can. quicunque, 81. diſt. ca. qui contemta, 8. diſt. can. ecce, 24. q. 3. quamuis quoad pœnam legalem, interdum ad accuſandum detur certum tempus, vt in lucro adulterii & ſeparationis thori quinquennium, l. adulter. C. de adul. ca. tuæ, de procurat. & in aliis accuſatio excludatur 20. annorũ lapſu, l. querelam, C. de falſ. quæ tamen habent locum in pœna legali, nam in alia, vſq; ad milleſimum annum accuſationem, quandocunque crimen apparuerit, inſtitui poſſe, tradit Hugo gloſſator, ad can. admonere, ad verbum,* pœnitentiæ, *33. q. 2.*

d *c. 2. c. penult. de accuſatio. can. Paulus, & ſeq. can. quapropter, can. ſi quid in eccleſia, 2. quæſt. 7. Accuſare etiam & monachi ex caritate poſſunt epiſcopum, ca. nullus monachus, §. ſed aliud eſt, 2. q. 7.*

e *ca. 1. & 2. de delict. pueror. can. illa, 15. q. 1. & ætas non dat impunitatẽ, l. auxilium, §. in delictis, de minor. 25. ann. l. impunitas, C. de pœn.*

f *c. repellantur, c. meminimus, de accuſ.*

g *Hæc omnia, in c. qualiter, 24. de accuſat. & latius, in c. 2. epiſt. Stephani Papæ primi, de accuſationibus epiſcoporum.*

h *c. eorum, 11. q. 3. & per totam. 3. q. 9.*

i *can. ipſi apoſtoli, 2. quæſt. 7. can. omnes vero, can. ſacerdotes, 6. quæſt. 1. niſi agatur, de ſimonia, & hæreſi, can. nos ſequentes, & ſeq. ead. 6. q. 1.*

k *ca. 1. can. clericos, 49. can. laici, 2. q. 7.*

l *l. 1. C. ad l. Iul. de adult. can. apud, §. hoc in mulieribus, 32. q. 5.*

m *can. Chriſtiana, 32. q. 5.*

n *can. 1. & 25. q. 6. ſaltem propinqui præferendi in hac accuſatione extraneis, ca. videtur, qui matrimon. accuſar. poſſ. libr. 4. tit. 18.*

o *Nam & mater ipſa, & quæ ſpe quæſtus accuſauerit matrimonium, reiicitur ab accuſatione, c. ſignificante, 5. qui matrimon. accuſar. poſſ.*

p *ca. admonere, 8. 33. qu. 2. quia morte crimina exſtinguuntur, ca. quorundam, 23. diſt. l. 1. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit, C. l. defuncto, de public. iudic.*

q *Veluti ſi agatur de criminibus atrocioribus, ex quibus etiam mortui memoria poſt mortem damnatur, vt in criminibus læſæ diuinæ & humanæ maieſtatis, in crimine peculatus, & ſimilibus, l. ex iudiciorũ, 20. de accuſat. in P. vbi de his non finiuntur etiam morte crimina, ſi ratione bonorum poſt mortem, quis agere velit. l. fin. ſi penden. appellat. mors interuenerit, vel ſi reus moriatur poſt litem conteſtatam, cum eo, quo caſu, & contra hæredes bonorum perſecutio in pœnã datur. d. l. ex iudiciorum, & l. vni. ex delicto defunctor. in quantum hæred. teſtam. cum ſimilib.*

r *In c. cum oporteat, 19. verſ. niſi ſuper prædictis, §. tertiæ, verſ. nullam eſſe pro crimine, de accuſatio. c. inquiſitionis, 21. §. quæſiuiſti, & §. ex quibus, eod. tit.*

s *nam ſi ab initio inquiſitioni non obiiciatur hæc exceptio, nõ vitiabitur ideo inquiſitio, ca. 2. de accuſat. in Sext.*

t *ca. 1. de accuſatio. in Sext.*

## C a p. V I.

1 *Effectus inquiſitionis.*
2 *Denuntiationis.*
3 *Et accuſationis.*
4 *Effectus obiectionis criminis per exceptionem.*
5 *Qualis pœna criminis per inquiſitionem apparentis.*

SI per inquiſitionem iudicis † crimen probatum fuerit, quod ordinis ſuſcepti exſecutionem, aut retentionem beneficii, etiam poſt peractam pœnitentiam impediret, puta ſi homicidium commiſiſſet, aut adeptus fuiſſet ordinem, aut beneficium vitio ſimoniæ, erit in cauſa ſicut in accuſationis iudicio procedendum, alioquin ſecundum 1



cundum perſonę merita & qualitatem exceſſus, pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. *a* Infamia tamen ſola ad condemnandum nõ ſufficit, niſi probetur; inducit tamen neceſſitatem purgationis infamato, & in qua deficiens punitur, vt conuictus. *b*

2 Denuntiationis finis, manifeſtatio criminis ad emendationem & pœnitentiam ſine intentione proſequendi. *c*

3 Vt accuſationis † ad vindictã pœnæ, *d* & ideo, qui ex aliqua cauſa prohibetur accuſare, vt quia iurauit, ſe nõ accuſaturum, non prohibetur denuntiare. *e* Ad denuntiationem & famam pertinet inquiſitio, cuius finis indagatio veritatis, *f* cum vanæ populi voces audiendæ non ſint. *g* Accuſato prælato, interim ei interdicitur alienatio rerum eccleſiaſticarũ. *h* Nemo autem debet de crimine non manifeſto ſine legitimo accuſatore damnari, *i* de manifeſto poteſt, *k* aut ſi in modo inquiſitionis cognitum fuerit de crimine, *l* aut iudex intelligat quempiam calumniatũ fuiſſe, *m* aut ſi infamatus de crimine deficiat in purgatione. *n* Sed etſi libellus non fuerit legitime cõceptus, aboletur nomẽ rei, *o* quamuis non aboleatur crimen eius. *p*

4 Per exceptionẽ † facta detectio criminis, defenſionem habet excipientis, & repulſionem tantum eius, contra quem obiicitur. *q* Opponuntur autem crimina per exceptionem tantum teſtibus ante publicationem teſtimoniorum, non poſtea, *r* niſi poſt publicationem crimina in notitiam venerint opponentis, vel fuerit proteſtatus ante publicationem opponere ſe velle crimina. *s* Qui per viam exceptionis obiicit crimina nullo periculo calumniãtis vel deferentis innodatur, qui nemini facit iniuriam, qui iure publico vtitur, & ad ſui defenſionem. *t*

5 Quando vero † per modum inquiſitionis crimen probatũ fuerit, regulariter arbitraria, non ordinaria pœna imponitur, *u* niſi tale crimen per inquiſitionem fuiſſet detectum, quod etiam poſt peractam pœnitentiam impediret ordinis ſuſcepti exſecutionem.

S c h o l i a.

a *c. inquiſitionis, 21. accuſat.*

h *d. c. inquiſitionis, 21. §. ſi. & c. accedens ad præſentiam, 23. de accuſatio. de neceſſitate purgationis, toto tit. de purgat. canonica, & in ſumma, 2. q. 4. & in glo. in ſumma, 15. quæſt. 5.*

c *c. ſuper his, de accuſ. vt nota crimina fiant iudici, qui poteſtatem habet inquirẽdi, de reliquo ſit denuntiatio vel delatio.*

d *Accuſatio habet finem, vt fiat probati criminis vindicta publica.*

e *c. quemadmodũ, 25. de iureiu. lib. 2. tit. 24.*

f *l. diuus Adrianus, de cuſtod. reorum. P. c. qualiter, in 2. de accuſat. ca. licet Heli, de ſimonia.*

g *c. Oſius, de elect. neque ad vanas voces populi quiſpiam damnandus vel abſoluendus eſt, c. miramur, 61. diſt. l. decurionum. C. de pœnis, can. ſi ergo, 8. quæ. 1. ideo in ca. inquiſitionis, §. quæſiuiſti etiam, de accuſat. ſola fama delicti non facit reum, neque infamat inter bonos & graues, quãquam infamato ſit imponenda purgatio canonica, vt dictum eſt.*

h *c. prælatorum, de accuſatio.*

i *c. vnic. vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutio. conferan. lib. 3. tit. 12. can. de manifeſta, 2. q. 1. can. quiſquis poteſtatem, 22. quæ. 4. l. reſcripto, §. ſi quis accuſatorem, de munerib. & honor. P. gloſſ. ad d. c. vnicum, ad verb.* ſine accuſatore, *addit exceptiones, in quibus ſine accuſatore quis damnari poteſt, vt ſi ſuſpecta, de falſo in iudiciũ producantur, l. iubemus. C. de probat. ſi teſtes vacillent, l. nullum. C. de teſtibus, cap. ſuper his, de pœnis, & c. colligit & alias exceptiones, ad ca. de manifeſta, 2. q. 1.*

k *c. euidentia, de accuſ. c. manifeſta, ca. quæ Lotharius, 2. q. 1. ponitur ratio, in §. 1. d. c. Lotharius, quod in manifeſtis, calliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimẽ celatur, cum*

culpa oculis omnium ſe ingerat, atque ideo nec in talibus iudicialis ordo requiritur.

l ca.qualiter & quando, & c.inquiſitionis, de accuſ.

m c.ſi quem, §.notandum, 2.quæ.3.c.1. & 2. de calumniatoribus, leg. 1.§.1.ad ſenatuſ. Turpill.P.

n cap.de hoc, de ſimonia.

o l. libellorum, §.quod ſi libelli, de accuſat.

p Aliud autem eſt aboleri crimen, aliud nomen rei ex defectu accuſationis, quod minus eſt. Nam criminis abolitio abolet accuſationem, accuſationis autem abolitio non abolet crimen. Aboletur autem accuſatio, quando accuſator renuntiat accuſationi criminis publici, vel deſiſtit ab accuſatione impetrata abolitione, id eſt, poteſtate deſiſtendi ex certa cauſa, aliter enim puniretur deſiſtens, vt tergiuerſator, l. 1. in prin. & §.ſi quis autem, ad ſenatuſ. Turpil. l.3.§.fin.de præuaric. P. poterit autem ita derelicta accuſatione accuſatus ab alio accuſari iterum de nouo, ſi oſtendat is ſecundus priorem colluſiſſe vel præuaricaſſe, ca. fin.de colluſio. detegen. l.ſi quis homicidii. C. de accuſation. atque non obſtante defectu accuſationis, iudex crimen obiectum inquirere poteſt, & de colluſione, c.1.& 2. de colluſ. detegen. item & alius, ſi ſuas vel ſuorum vlciſcatur iniurias, abolito crimine, repetit accuſationem, l.ſi cui crimen, §. iiſdem criminibus, de accuſationibus. P. dummodo delatus iam a reis exemtus ſit, non aliter. l.hi tamen, §.ſi eo.tit. de accuſatio.P. Eſt & alia abolitio reſpectu accuſatoris, quando non ſeruauit formã requiſitam in libello, quo caſu ſi ob id a reis eximatur accuſatus, poterit iterum accuſari etiam ab eodem accuſatore, l.libellorum, §. quod ſi libelli, de accuſationib. Contra ſi ex parte rei abolitio criminis contingat, vel quia remiſſa pœna & crimen eſt, vt tit. de abolitionibus, & de generali abolitione, in C. & in l.libellorum, §.fin.de accuſat.

q Quare exceptiones teſtium, quæ fiunt per obiectionem criminum per illos commiſſorum, nõ habent illum finem, vt de commiſſis ſumatur vindicta, ſed vt reiiciãtur: ideo nec puniuntur etiam ratione illorum, ſed conuicti reiiciuntur a teſtimonio, cap. 1. de excep. c. cum teſtimonium, c. 2. in fi. de ordine cognit. l. Lucius Titius, de ordine cognitio. nec admittitur triplicatio contra exceptionem, ca. ſuper his, de accuſat. quia iam finem adepta eſt exceptio, nempe quod teſtis reiectus ſit, nec ideo exceptum de crimine, vt de eo fieret vindicta, ſed vt pro defenſione cõcederetur, facit. c. intelligimus, de iudic.

r c.præſentium, de teſtibus.

s c.fin.de cognatio. ſpiritua.

t l. iniuriarum, §.1. de iniur. cap. cum in eccleſia, de elect. l. in re mandata, C. manda. l.ſi quis, §.ſicut, de petitio. hæred. neque iniuriam irrogat, qui ex iure commodum ſuum proſequitur, l.ſi donaturus, §.1. de condict. cauſa data. P. l.1.§. quod ait prætor, de incẽdio, ruina & naufragio, & excuſatur, qui voluit qualitercunque ſanguinem ſuũ redimere, l.1. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerint. Pand.

u c.inquiſitionis, 21. in prin. c. qualiter, 24. §. verum ita, verſ. quatenus, de accuſat.

x d.c.inquiſitionis, verſ. in quo quidem.

## CAPVT VII.

### De accuſationum vitiis.

1 *De calumnia & pœna talionis.*
2 *De denũtiatione nõ probata & delatorib.*
3 *De præuaricatore.*
4 *De tergiuerſatore.*

ACcuſationes aliquando finem ſuum non conſequuntur, ob calumniam, aut propter præuaricationem, aut tergiuerſationem accuſantis.

1 Calumniari eſt falſa crimina † ſciẽter & malitioſe alteriuſque vexandi cauſa, intendere. *a* Calumniantes ſimili ſupplicio affici merentur, quo puniendi eſſent accuſati, ſi criminis illati rei peracti eſſent. *b* Et



vocatur horum pœna, pœna talionis. *c* Punitur & acrius calumnia inſontibus & maxime ſacratis hominib. illata, quare ſi ſubdiaconus ſit, qui ſubdiaconum vel alterius ordinis maiorem calumniatus fuerit, officio debet priuari, & verberibus publice caſtigatus in exilium deportari. *d*

2 Denuntians vero † ſeu delator, quamuis ex ſubſcriptionis vinculo ad talionem non teneatur, attamen, ſi perſona eccleſiaſtica ſuperiori denuntiauerit crimẽ, quod non potuit ſufficienter probari, donec canonice ſuam purgauerit innocentiã, quod non calumniandi animo ad crimina denuntianda proceſſit, ab officio & beneficio eſt ſuſpendendus, vt cæteri perterriti, ad infamiam aliorũ maxime ſuorum non proſiliant prælatorum. *e* Pernitioſum genus hominum delatorum, qui nolunt videri accuſatores, & tamen ſecreto famam & bonam exiſtimationem prætextu cuiuſdam conſcientiæ ſuis delationibus maculant. *f* Vt merito a Cæſaribus tanquam impiiſſimi delatores, ſi ſua non interſit, cum pœna reiecti fuerint. *g*

3 Præuaricatio fit in accuſatione, † quando corruptus pecunia accuſator, colludit cum accuſato, & fouere incipit partes accuſati, propriis relictis, ita præuaricari eſt falſa crimina abſcondere. *h*

4 Quando vero, † quis omnino ab accuſatione deſiſtit, tergiuerſator & tergiuerſari dicitur. *i*

## SCHOLIA.

a l. 1. ad ſenatuſconſul. Turpil. l. athletas, §. calumniator, de his, qui notan. infam. P. Notare autem oportet illas circumſtantias, ſcienter, malitioſe, vexandi cauſa, intendere, cum quibus, qui non probat, calumniari dicitur, l. 1. de aduocat. diuerſor. iudicio. P. l. & in priuatis, ad ſenatuſconſ. Turpil. l.ſi quis repetere, §.ſi ſtellionatus, eod. tit. Cæterum ex eo ſolo, quod quis non probauit intentata crimina, non dicitur calumniator, niſi quoque in ſententia abſolutionis rei, & eius cõdemnationis adiiciatur, calumniatus es, id eſt, non probaſſe & calumniatum eſſe, l. qui non probaſſe. C. de accuſat. l. 1. §. ſed vtique, ad ſenatuſconſ. Turpill. P. d. l. athletas, §. calumniator. de his, qui notantur infam. Pan. Sic iudex in declarando calumniatore, mentem examinat accuſantis, ſi neceſſitas, vel iuſtus dolor ſit accuſandi, & ceſſat calumniæ pœna in paternæ mortis accuſatione. l. calumniæ pœna, 4. de calum. C. ſi mater de filiæ morte accuſat, l. 2. C. eod. titul. ſi ob damnum, l. qui cum maior natus, §. ſi patri, de bonis liberto. Pand. ſi ex officii neceſſitate accuſet tutor. l. tutorem, C. de his, quibus vt indign. Niſi aliunde euidens calumnia appareret, l. 2. C. de his, qui accuſar. non poſſ. Idipſum ſeruatur in accuſatione officii, vel procuratoris fiſci, qui ex officio accuſare tenetur, leg. poſt legatũ, §. admonet, de iure fiſc. P. l. monetæ, & l. ex varia, de delatoribus, libr. 10. C. Eſt etiam calumniator, qui alios ad accuſationem falſam inſtigat, quiue ſubiicit accuſatores, l. 1. §. incidit, ad ſenatuſcon. Turpil. & ideo eadem pœna punitur, ac qui per ſe calumniatus eſt, vt ibidem dicitur, & in l. noſtros, C. de calumniatori.

b can. calumniator. can. qui non probauerit, 2. q. 3. ca. 1. can. 2. ca. qui calumniam, 5. q. 6. l. in priuatis, ad ſenatuſconſ. Turpill. l. ab Imperatore, de præuaricatorib, C. l. fi. de priuat. delict. Iſque eſt obligationis ex ſubſcriptione effectus, cano. quiſquis, can. qui crimen, 2. q. 8. l. qui crimen, qui accuſare non poſſunt. C.

c Talio ἀμοιβὴ Græcis, ſeu retributio, vt qualia quis intulit, talia patiatur. Leuit. 24. Deutero. 19. dicitur & pœna talionis modus vltionis. can. ſex differentiæ, 23. qu. 3. can. quod debetur, 14. q. 1. ca. hac autem, §. ex his, 23. qu. 4. Talionis pœnam delinquentibus indictã ex lege 12. tabularum, meminit etiam Gellius. libr. 20. ca. 1. & §. pœnã, de iniuriis, apud Iuſtin. videndus & de hac repaſſione geometrica & arithme-

*tica, Ariſtoteles, lib. 5. & hic. c. 5. dum explicat quoque legem ſimilẽ Rhadamanti.*

d *ca. 1. de calumniatori. lib. 5. tit. 2. ſacratæ & ibi perſonæ dictæ ſunt Eccleſiaſticæ, & c. non nos beatum Petrum, 40. diſt.*

e *cap. fi. de calumniatori. dixi de calumniatorum & accuſatorũ delictis, lib. 32. Syntagma. iuris vniuerſi, c. 20. 21. 22. Sicque in ſumma denuntians, vt accuſator, ſi non probat, quod intendit, calumniari præſumitur, can. qui non probauerit, 2. q. 3. l. 1. C. de aduocatis diuerſ. iudi. Probabitur autem non propoſuiſſe animo calumniandi, ex purgatione canonica, quæ pendet ex arbitrio iudicis, num talis ſit. Sunt enim purgationes arbitrariæ, c. inquiſitionis, de ſimonia. maxime vbi non ſunt formæ purgationis determinatæ a lege, ca. de cauſis, §. illis autem, de offi. deleg. probabitur & per iuramentum, vt c. præſentium, de teſtibus. c. paſtoralis, de excep.*

f *Non minus quam maledici libellos famoſos ſecrete componentes, l. vnica, de famoſ. libel. C.*

g *l. penult. de delatorib. lib. 10. C. inter calumniatores poſiti, qui ſecreto deferunt. l. noſtris, de calumniat. Cod. ita Tyberius Cæſar præcipuos ex delatoribus priuatis, qui antea ab Imperatorib. probabantur, & præmio donabantur, vno die occidi iuſſit, vt ſcribit Dio Caſſius, li. 38. Titus vero vrbe expulit, vt ait Xiphilinus ex Dione. At Traianus naufragio ſine velis & remis nauibus impoſitos, mari expoſuit, vt teſtis Plinius in Panegyrico eius. Euadet tamen maculam delatoris, is qui denuntiauerit, ſi ſua intereſt, l. deferre, §. ſed etſi communem, & l. delator, de iure fiſc. l. nulla macula, de delator. lib. 10. C. c. 3. de accuſat.*

h *l. 1. & 3. de præuaricatoribus. P. l. 1. ad ſenatuſconſul. Turpil. P. l. 4. athletas, §. item præuaricator, de his, qui notan. infam. P. l. præuaricatores, 212. de verborum ſignificat. vide quæ dixi, de præuaricatore eiuſque pœna, libr. 32. ſyntagmatis iuris vniuerſi. c. 21.*

A i *l. 1. ad ſenatuſconſ. Turpil. vide & quæ diximus, de tergiuerſatore prædicto, lib. 32. ſyntagmatis, c. 22. Quis dicatur deſtitiſſe ab accuſatione, tractatur in l. fi. C. ad ſenatuſcõſ. Turpil. l. deſtitiſſe, l. ab accuſatione, in prin. & §. deſtitiſſe, de accuſat.* P.

# DE PROBATIONIBVS.

## a TITVLVS X.

B a *Agitur de probationibus, lib. 2. decretalium, tit. 19. lib. 2. Clem. tit. 7. lib. 22. P. tit. 13. de probationibus & præſumtionibus, & lib. 4. C. tit. 19.*

### Capvt I.

1 *Continuatio.*
2 *Et quid probatio.*
3 *Diuiſio.*

IN criminalibus & ciuilibus cauſis † ple- 1
raque dubia, idque fere ſemper, propo-
C nuntur, de quibus probatio exigitur, ante-
quam certa ſententia ferri poſſit, quæ ſe-
cundum allegata & probata fertur, & pro-
inde poſt petitiones, accuſationis propoſi-
tiones & conteſtationes neceſſe eſt, per-
ueniri ad probationes, *a* actore quippe
non probante, reus abſoluitur. *b*

Cauſa iudicii, † aut argumẽto, aut pro- 2
batione conſtat. Argumentum, nunquam
teſtibus, nunquam tabulis dat probatio-
D nẽ, ſed ſola ſui inueſtigatione inuenit ve-
ritatem. Vnde dictum argumentum, quaſi
argute inuentum, probatio autem teſtib.
& fide tabularum cõſtat. *c* Probare eſt rei
dubiæ fidem facere. *d*

Probationum † quædam apertiſſima 3
& euidentiſſima, *e* quæ maxime in crimi-
nibus demonſtrandis exigitur, *f* alia, quæ
euidens & clara, quæ fit per teſtes, vel facti
euidentiam, ſeu apparentiam. *g* Alia mi-
E nus euidens, quæ fit per coniecturas. *h*
Rurſum probationum quædã plena, quæ-
dam ſemiplena vel imperfecta. Plena quæ
perfecta, & quam lex cenſet habendam
pro veritate, *i* & ex qua iudex adducitur ad
fidem & credulitatem eius, quod propo-
ſitum eſt, *k* ſemiplena ea eſt, quæ non o-
mnino perfecta eſt. *l*



### Scholia.

a *l. illicitas, §. veritas, de offic. præſid.*

b *l. qui accuſare, C. de eden. leg. actor. C. de probat.*

c *c. cum eccleſia, de cauſa proprieta.*

d *c. forus, 10. §. cauſa, de verb. ſignific. & ita probatio dicitur lumen veritatis, in l. 4. de temporibus & reparatio. appell. & luci cõparatur, l. fi. C. de prob.*

e *De qua meminit, ca. 1. de except. in Sext. quando ea eſt indubitata & clara.*

f *Vt ſit luce meridiana clarior, cano. quiſquis, cano. ſciant, 2. quæſtio. 8. & l. ſciant, C. de probatio. excepto crimine ſimoniæ, ad quod etiam per veriſimiles præſumtiones peruenitur, cap. ſicut, de ſimonia. & in crimine hæreſeos, ca. cum contumacia, de hæretic. in Sexto. l. 1. C. de hæretic. Quia iſta crimina ſolent, vt plerunque in ſecreto committi, & ideo, vt nec ſimilia occulta, facile niſi præſumtionibus deteguntur.*

g *can. ſcelus, can. primo, 2. qu. 1. c. tua, de cohabita. clericor. & mulier.*

h *Vt in cap. adferre mihi gladium, de præſumtio.*

i *Notat Decius ad rubric. de probatio. num. 12. gloſſ. ad l. proprietatis dominium, 4. de probatio. C. & in text. ibi*, quibuſcunque aliis legitimis probationibus oſtenditur. *Panormitan. ad capit. fin. §. 1. num. 7. de iureiuran.*

k *Panorm. in proximo citato loco. facit l. ad fidem de teſtibus, l. quinquaginta. in fi. de probat. l. 1. C. de reb. alien. nõ alien. l. eos, & ibi glo. ad verbum,* iudiciariæ, *de teſtibus. Cod. Qualiter autem iudex ad certam fidem adducatur, certa regula dari non poteſt, plerumque autem id fit, aut per teſtes, aut per præſumtiones, aut confeſſiones partium, vt in capit. cum cauſam, de probatio. in l. 3. ibi,* tu magis diſpice, *de teſtibus. Pand.*

A l *Semiplenam probationẽ dicunt interpretes vnum teſtem, literarum comparationem, ſcripturam priuatã, leuem præſumtionem.*

### Capvt II.

*De quibus fit probatio.*

DE dubiis fit probatio, nõ de notoriis: *a* neq; etiam quis admitti debet ad probationem eius, quod probatum non re-
B leuat. *b*

### Scholia.

a *in ca. tua nos, de cohabita. clericor. & mulier. c. ſuper eo, 3. de teſtibus. cog. ca. de manifeſta, 17. 2. q. 1. Idipſum cũ diſtinctione relatum his verbis*, de manifeſta & nota pluribus cauſa, non ſunt quærendi teſtes, &c. ſi ſine tergiuerſatione negari non poteſt. *Et poſtea, in §. ſed ſciendum, addit Gratianus*, ſed ſciẽdum, quod eo-
C rum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita aliis, alia ſunt manifeſta aliis & occulta iudici, quædam vero ſunt nota iudici & aliis. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione ferri non poſſunt, quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas admittitur. *In vna namque cauſa nemo poteſt ſimul eſſe accuſator & iudex. Sed & quædã noſſe poteſt iudex, quæ perinde ha-*
D *bentur, ac ſi ignoraret, veluti ſi ei detecta ſint in confeſſione auriculari tanquã Deo, can. fin. §. ſed mirandũ, 15. q. 5. c. ſi ſacerdos, 2. de offic. ordin. niſi & alibi idem confeſſus publice ue ſit, tit. de confeſſis in vtroque iure ciuili & pontificio.*

b *c. per tuas, in fi. verſi. etſi probata, de ſimonia. l. ad probationem. C. de probat.*

### Capvt III.

E
*Quis probet.*

ACcuſanti & agenti, nõ reo onus probandi incumbit. *a* Negantis autẽ factum per rerum naturam nulla eſt probatio. *b* Per indirectum tamen poſſet admitti, dum a negatiua in affirmatiuam fit, quo-

dammodo tranſitus, *c* vt & is, qui excipit, A
cenſetur actor in eo, & ſuam intentionem
probare debet. *d* Sed & præſumtio quæ-
dam pro aſſerēte, aliquādo transfert onus
probationis in negantem. *e*

### SCHOLIA.

a *ca. bona, 23. §. porro exceſſus, de elect. can.*
*quod autem, 1. & ſeq. 6. q. 5. l. qui accuſa-*
*re, l. actor, 23. de probat. C.*

b *ca. quoniam contra, 11. de probat. ca. bonæ*
*memoriæ, 23. verſ. contra legati, de elect.* B
*nam eius quod non eſt, nulla exſiſtit qua-*
*litas, ex qua manifeſtum dici poſſit. l. eius,*
*qui in prouincia, de reb. cred. P.*

c *c. ex tenore, 35. de teſtib. Vt autē hoc pla-*
*nius fiat, notandæ ſunt gloſſæ diſtinguentes*
*ſpecies negatiuæ propoſitionis, vna ad can.*
*accuſator, 2. ad verbum,* accuſator, *6. qu.*
*5. & ad c. bonæ, 23. §. cōtra legati, ad ver-*
*ba,* per rerum naturā, *de elect. in quibus* C
*negatiua dicitur eſſe, aut iuris, aut facti,*
*aut qualitatis. Quarum quæ facti eſt, di-*
*citur eſſe aut pura, aut non pura, pura ea*
*dicitur, quæ ſimpliciter proponitur ſine de-*
*terminatione loci, vel tēporis, aut alterius*
*rei. Nō pura, non ſimplex. Negatiua pura*
*probari non poteſt, directe vel indirecte, vt*
*ſi quis dicat, ſe non contraxiſſe, non duxiſ-*
*ſe Bertham. &c. & iſta negatiua tranſ-*
*fert onus in dicentē, non in negantem, vt in* D
*d. ca. accuſator, 6. q. 5. d. c. bonæ memoriæ,*
*cum ſimilib. Non pura vero, cui adiicitur*
*locus, tempus, vel alia circumſtantia, pro-*
*bari poterit per indirectum, c. ex tenore, c.*
*ſeries, de teſtibus, l. optimam, C. de cōtrah.*
*ſtipulat. veluti ſi exhibeantur inſtrumen-*
*ta, in quibus contineatur contrario die,*
*vel alibi quam aſſeratur, rem geſtam fuiſ-*
*ſe, vt ibid. dicitur. circumſtātia etiam in-*
*ducit in negatiua probationem, quæ habet* E
*ex conſequentia affirmatiuam, vt cum*
*quis non ſponte dicitur renuntiaſſe benefi-*
*cium, ſequitur eum inde, quia non ſponte,*
*ergo coacte renūtiaſſe, & illud negans de-*
*bet probare, poſtquam confirmans renun-*
*tiationem probauerit factam, c. ſuper hoc,* A
*de renunt. Negatiua etiam iuris probatur,*
*vt ſi negat quis recte factam emancipatio-*
*nem, hoc enim probare debet, l. ab ea parte,*
*§. 1. de proba. P. continet enim & ibi nega-*
*tio adfirmatiuā, quod ibi ſit omiſſa ſolem-*
*nitas, vel quod a iure requiſita non fue-*
*rint adhibita. Negatiua qualitatis requi-*
*rit probationē ſi qualitas contra iuris com-*
*munis præſumtionem negetur, vt nego ta-*
*lem eſſe idoneum ad beneficium, probare*
*enim debet. nā alioquin iure quilibet præ-*
*ſumitur idoneus, niſi de contrario conſtet.*
*c. dudum, c. ſi. de præſumt. c. vnic. de ſcruti-*
*nio in ordine faciendo, l. cū quidam. l. cum*
*pater. §. rogo, de legat. 2. l. omnimodo, C. de*
*inoffi. teſta. l. ex perſona, C. de probat.*

d *c. in præſentia, de proba. l. in exceptionibus,*
*eo. tit. P. l. in ciuile, de rei vendi. l. 1. l. fru-*
*ſtra, C. de proba. l. ſi ex cauſa, l. 1. l. adſeue-*
*ratur, de non numera. pecunia. C. l. ſi non*
*deſignata, de falſa cauſa adiect. leg. Ei in-*
*cumbit probatio, qui dicit, l. ei incumbit, de*
*prob. P. quia quemadmodū qui aſſerit, de-*
*bet habere commodum, ſic & ſentire debet*
*onus, l. ſecundum naturam, de reg. iur.*

e *Vt in l. ſi chirographum, 24. de probat. P.*
*ſi chirographum debiti fuerit cancella-*
*tum, præſumtione liberatus debitor eſſe vi-*
*detur, & ideo ſi aſſerit ſe ſoluiſſe, liberatur*
*a probatione, & in contrarium creditor*
*debet probare non ſolutum. Idem ſi inue-*
*niatur chirographum integrum redditum*
*penes debitorem, l. 14. & 15. de ſolutio. C.*
*Multo magis ſi creditor fateatur ſe red-*
*didiſſe, l. 2. §. 1. de pactis. Pandect. aut con-*
*ſtet ei reddi mandaſſe, l. 7. C. de remiſſ. pi-*
*gnor. Præſumtionem autē hanc transferre*
*onus probandi in creditorem contrarium*
*negantem ſolutum, docet etiam Cynus ad*
*l. 1. C. de probatio.*

### CAPVT IIII.

*De modis probandi.*

IN criminalibus negotiis *a* & cauſa ma-
trimoniali, *b* plena debet eſſe probatio,
& lu-



& luce ipſa clarior, neque ſemiplena ad- A
mittitur. *c* Nec probatio generis in quæ-
ſtione ſpeciei, niſi & in ſpecie fiat, non ſuf-
ficit, *d* vt neque alioquin dubia, *e* attamen
probationis facultas non eſt coanguſtan-
da, ſed amplianda. *f*

### SCHOLIA.

a *l. fin. C. de probat.*

b *Quando maxime ad diſſoluendum ma-*
*trimonium agitur, ca. in literis, & ibi glo.* B
*ad verbum,* probatæ, *de teſtib. Alexan.*
*conſi. 143. vol. 2.*

c *In defectū probationis, vel ad ſupplemen-*
*tum in criminalibus non defertur iura-*
*mentum. Bartolus fuſe ad l. maritus, num.*
*4. de quæſtio. & ad l. admonendi, num. 52.*
*de iureiurand. gloſſ. ad leg. quacunque, ad*
*verb.* agatur, *& ibi Salycet. de iureiur. fuſe*
*Panor. ad c. fin. nu. 12. cum ſeq. de iureiur.*
*Quemadmodū autem in criminali cauſa,* C
*ſic in matrimoniali probatio per famam*
*cum vno teſte non ſufficit, quamuis ſuffi-*
*ceret in aliquibus cauſis aliis ciuilibus, vt*
*notat gloſſa, ad c. veniens, in 1. ad verbum*
*illorum. de teſtibus, gloſſ. in ca. mulieri, ad*
*verb.* abſoluto, *de iureiur.*

d *Veluti ſi quis dicat, aliquem ſuum eſſe ſub-*
*ditum, & ex eo probet, quod ſibi tributum*
*ſoluerit, quia tributi præſtatio aliud poteſt*
*ſignificare quam ſubiectionem, ca. recepi-* D
*mus, de priuileg. cap. quanto, ca. præter-*
*ea, de cenſibus. Ita probatio generalis vel*
*æquiuoca, non releuat probantem ſuper*
*certa ſpecie contenta ſub genere probato, c.*
*conſtitutus, de religioſ. domib. c. cum vene-*
*rabilis. de cenſib.*

e *cap. de præſentia, 18. & ibi interpretes, de*
*probatio.*

f *l. quorundam, in fine. C. de hæretic. l. gene-*
*raliter, §. neceſſitate, de rebus creditis. cap.* E
*quoniam frequenter, §. 1. vt lite non con-*
*teſtat. &c. can. fin. 14. quæſtio. 2. ca. ſi-*
*gnificauerunt, de teſtibus. ca. quanquam,*
*14. quæſtio. 2. deciſio. Rotæ, 30. ſub dubi-*
*tatum, in nouis.*

### CAP. V.

Per quæ ſit probatio.

1 *Per inſtrumenta & ſine illis, per alia.*
2 *Per præſumtionem certam.*
3 *Per rem iudicatam & confeſſionem.*
4 *Per literas excommunicationis, per libros antiquos, famam, acta litis, adminicula.*

PRobatio † vt communiter fieri poteſt, 1
per publica inſtrumenta, *a* & ſine illis
per alia, ipſiſq; deperditis, *b* per iuramen-
tum neceſſariū, vel iudiciale, *c* per rei no-
torietatem. *d*

Per præſumtionem violentam, *f* † vt ex 2
anteacta vita præſumitur præſens, *g* niſi de
præſenti contraria liqueat, *h* præſumitur
& ex anteacta vita, quæ erit futura, *i* & e-
ruitur præſumtio animi, quod male agere
voluerit ex ipſo negotio male acto, vt ſi
quis lanceas, vel ſagittas in mortem in a-
lium mittat, quamuis deprehenſus dicat
ludens feci. *k* Præſumitur & contra eum,
qui iudiciū ſubterfugit. *l* In dubiis & præ-
ſumitur quilibet eſſe idoneus, *m* & bo-
nus, *n* vicini quoque ſcire facta vicinorum
præſumuntur. *o*

Fit & probatio † per rem iudicatam, *p* 3
per confeſſionem quoque rei contra ſe
confitentis. *q*

Per literas etiam † excommunicatio- 4
nis probatur excōmunicatio, donec con-
trariū & abſolutio probetur. *r* fines diœ-
ceſeos, per libros antiquos, per teſtes, per
famā, & alia adminicula probari poſſunt, *s*
acta litis ordinaria facta coram prioribus
iudicibus, fidem faciunt coram ſecundis
inter eaſdem perſonas, & in eodem nego-
tio. *t* Adminicula autem, etſi per ſe ſeor-
ſum non probent, tamen probationem
adiuuant: *u* & vt plerunque probationes
plures imperfectæ, ſi tendant ad eundem
finem, coniunctæ faciunt plenam proba-
tionem, ſecus ſi ad diuerſum, *x* fama autem
probandi vim non habet, niſi aliis admini-
culis iuuetur. *y*

### Scholia.

a *titulo, de fide inſtrumentorum, in iure ciuili & pontificio, & in nouella, de inſtrumentorum fide & cautela, creditur & literis epiſcopi, tãquam publico inſtrumento, ca. ſtatuimus, 19. q. 3. ca. curæ, 11. q. 3. ca. de conſiliis, 18. diſt. c. peruenit, de fideiuſſor. cum ſimilib.*

b *nempe per teſtes, l. ſicut iniquum, 5. l. ſtatum tuum, 6. l. inſtrumentis, 9. l. cum inſtrumentis, 10. & l. emancipatione, 11. de teſtib. C. cum ſimil.*

c *ca. 2. vbi interpretes, de probatio. cap. ſtatutũ, §. cum vero, & ibi gloſſ. de reſcript. in Sext. aliter in voluntario & litis deciſorio, l. admonendi, de iureiurand. Pand. fit & probatio per iuramentum in deperditione inſtrumenti, arg. l. fi. C. de proba. Item per creditur & iuramento pro deperditione rerum ex vi illata per aduerſarium, l. ſi quando. C. vnde vi, ca. in primis, 2. q. 1. c. fin. quod metus cauſa, fit etiam probatio expenſarum factarum per iuramentũ ſolum expendentis, c. cum olim propter, 14. §. iudices, de priuileg. l. ſancimus, C. de iudic. taxatione, vt ibi dicitur, præmiſſa, & in can. offeratur, 3. q. 4. cap. conſtitutis, de procuratorib. & c. ſi. quod metus cauſa.*

d *titulis de teſtibus, parem enim vim habent teſtes & inſtrumenta, niſi in priuilegio. l. in exercendis, C. de fide inſtrumentor. c. cum ad ſedem, de reſtitu. ſpolia.*

e *notoria non indigent probatione, quia æquiparantur ſententiæ, l. emtorem, in prin. de actionib. emt. multa de notorio. in c. veſtra, de cohabitatione cleric. & mulier. in can. manifeſta, & ibi glo. 2. q. 1.*

f *c. adferre, 2. ca. literis, 12. c. tertio loco, 13. de præſumt. ca. dixit dominus, 32. qu. 1. l. ſi qui adulterii, C. ad leg. Iuliam, de adulter. veruntamen maximæ debent eſſe præſumtiones, aliiſque argumentis ſociatæ, antequam ex illis in criminibus quiſpiam damnetur. c. literas, 14. de præſumtio.*

g *c. ex ſtudiis, 3. c. mandata, 6. c. cum in iuuẽtute, 15. de præſum. c. ſemel, 8. de reg. iur.*

h *c. ferrum, 50. diſt.*

i *d. c. 3. c. mandata, & c. pen. de præſumt. lib. 2. tit. 23.*

k *c. 1. eod. tit. de præſumt.*

l *c. nullus dubitat, 4. de præſumt. qui enim ſubterfugit iudiciũ, de iuſtitia ſua cauſa diffidere præſumitur, c. Chriſtianus, 11. q. 1. c. decreuimus, 3. qu. 9. ca. honoratus, 74. diſt. quemadmodum dicitur de corruptore iudicis, qui amittit ideo actionem, quod diffidentia iuſtæ ſententiæ, in pecuniæ corruptionem ſpem negotii poſuerit. l. 1. C. de pœna iudic. qui male iudica. libr. 7. C. tit. 49. & qui poſt commiſſum homicidium, ſtatim & ante inquiſitionem fugit, ſuſpectus efficitur, quod conſcientia patrati ſceleris aufugerit, atque fuga ea iudiciũ facit ſufficiens ad torturam, potiſſimum ſi ſit homo vilis & reprobatæ vitæ, ſecundum Bart. ad l. fi. nu. 5. de quæſtionib. Imola ad ca. nullus, de præſumt. Decius, conſi. 234. nu. 3. incip.* in effectu quæritur, *niſi facta inquiſitione vel accuſatione, metu carceris aufugerit, quo caſu ſola fuga non facit indicium ſufficiens ad torturam per rationem, quod liceat vnicuiq; ſanguinẽ ſuum quomodocunque redimere, l. 1. de his, qui ante ſentent. mort. ſibi conciu. Pandect. & nemo teneatur ſe periculo exponere, ca. 1. de cleric. non reſident. cap. cum perſonæ, de priuil. in Sext.*

m *c. ſi. de præſumt. c. vnic. de ſcrutinio. in ordine facien. ca. ſiquidem, 86. diſt.*

n *l. merito, pro ſocio, P. l. ſuper ſeruis, qui milita. non poſſ. lib. 12. C. auth. cõtra qui propriam, C. de non num. pecun.*

o *c. quoſdam, 7. & ca. quanto, 8. de præſumt. ca. quod dicitis, 16. diſt. ca. cum in tua, qui matrim. accuſſ. poſſ.*

p *Quia pro veritate habetur, l. ingenium, de ſtat. hom. P. l. res iudicata, de reg. iur. P.*

q *cap. 1. de confeſſis, l. certum, eod. tit. Pan. quæ autem requirantur, antequam hæc confeſſio probet, tractatur, in l. vnic. & ibi gloſſ. de confeſſ. C. nempe, vt quis confiteatur contra ſe, quod natura non reſpuat, & in iudicio, ſponte in præſentia partis, de quibus etiam vide Chaſſanæum ad §. 12.* d: retraictz, *ad verba,* & par le ſerment, *nume. 1. & ſeq. in conſuetud. Burgundiæ, cenſetur hæc confeſſio anteſtare probationi teſtium vel æqualis illi, l. qui de inofficioſi, & l. Titia. ſoluto matri. P.*



r *l. 2. C. de in ius vocan. l. cum te, C. de tranſact. c. quoniam per confeſſionem, de priuileg. nec tunc opus eſt teſtibus, vbi adeſt confeſſio. l. illam, ibi,* quid opus eſt teſtib. *de teſtib. C.*

s *cap. cum cauſam, 13. de probatio. can. plures, 16. q. 1.*

t *ca. fin. de probatio. c. cauſam quæ, de teſtib. ſic atteſtationes in vno iudicio receptæ, valent in alio, §. quoniam multæ, de teſtib. in nouellis. l. penult. & fin. C. de arbit. l. fin. de teſtibus. Quod verum intelligo, ſi inter eaſdem perſonas, vel inter ſuccedentes in locum earum, & inter eos, qui alio modo ius habent ab iiſdem, agatur, & ſi ad idem, cap. quamuis, de re iud. & ibi Innocentius, & idem, in ca. cauſam quæ, eodem titul. & Ioannes Andreas ad clem. ſæpe, de verborum ſignific. Alioquin fidem non faciunt inter alias perſonas, c. veniens, de teſtib. quia res inter alios acta & iudicata aliis præiudicium adferre non ſolet. rubrica C. res inter alios acta. exceptis caſib. notatis ad dictum c. quamuis, de ſenten. & re iud. vide Rotam deciſ. 410. ſi poſt diffinitiuam, in nouis.*

v *cap. per tuas, de ſimonia, c. cum dilectus, de ſucceſſio. ab inteſta. c. præterea, de teſtib. c. literis, & ca. 3. de præſumtio. argumento, quod ſingula quæ non proſunt cumulata iuuant, l. ſancimus, C. de teſta. l. nec non, §. ſi quis ſæpius, ex quibus cauſis maior. l. iudicia. C. de rei vind.*

x *Felinus ad c. cum cauſam, de probatio. col. 4. vbi multa poſt Bartol. ad l. 1. §. 1. verſic. item Cornelia, de quæſtio. & ſic iudicatum in camera imperiali refert Mynſinger. centuria 2. obſeruatio. 100.*

y *c. ſuper eodem, 5. §. fin. de eo qui cogn. conſanguineam vxor. ſuæ, c. tam literis, 23. de teſtib. §. tua nos, 8. §. ſi vero publicum, de cohabita. clericor. & mulier. adiuta autem fama aliis indiciis & argumẽtis, probandi vim habet. c. cum cauſam, 13. verſ. famam, de probatio. capit. præterea, 27. de teſtibus.*

### Caput VI.

*Effectus probationis.*

Actor, qui plene probauit, non tenetur iurare, *a* item pro eo, qui melius & magis ſufficienter probauit, ferenda eſt ſententia, *b* alioquin neque ius, neque voluntas defuncti quicquam poteſt; vbi probatio deficit. *c*

### Scholia.

a *c. 2. de probat.*

b *c. licet, 9. §. ex præmiſſis, de probat. ſecundum allegata & probata, l. illicitas, §. veritas, de officio præſid. P.*

c *l. 30. de teſtam. tutel. P.*

## DE TESTIBVS. *a*

## Tit. XI.

a *Agitur de teſtibus & atteſtationibus lib. 2. decretal. tit. 20. libro 2. Sext. tit. 10. lib. 2. clement. tit. 8. & in titulo de teſtib. cogendis lib. 2. decretalium titul. 21. & titulo vt lite non conteſtatæ non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam diffinitiuam, eod. lib. 2. tit. 6. & lib. 22. P. tit. 5. lib. 4. C. tit. 20. in nouell. de teſtib. 9.*

### Caput I.

*Continuatio & quid teſtes.*

Cvm autem probationes, vt dictum eſt, aut teſtibus aut fide tabularum conſtent, *a* poſt tractationem de probatione in genere, ad ſpeciem & ad teſtes perueniẽdum eſt, poſtea ad fidem inſtrumentorum. Teſtes antiquitus dicebantur, quaſi ſuperſtites; eo quod ſuper cauſæ ſtatu producebantur, nunc parte priore nominis ablata, teſtes vocantur. *b*

### SCHOLIA.

a *cap. forus, §. iurgium, verſ. probatio, de verborum ſignific. æquiparantur teſtes & inſtrumenta in probatione facienda in l. in exercendis, C. de fide inſtrumento. & teſtes veniunt appellatione inſtrumentorum, l. 1. de fide inſtrumentorum. P. gloſſa & interpretes ad l. ſi ex falſis, de tranſact. & ad c. peruenit, in 1. de teſtib. cogen. Lanfrancus ad c. quoniam contra, ad verba* inſtrumentorum productiones, *in principio, de probat.*

b *d. c. forus, §. teſtes, de verb. ſig.*

## CAPVT II.

*Diſtinctio teſtium.*

TEſtium quidam dicũtur comprobantes; quidam ſingulares, de diuerſis ſeparatim teſtificantes; *a* quidam contrarii, aut ſibi, aut aliis; *b* quidam falſi, contra veritatem deponentes; quidam corrupti. *c* Inuenitur & teſtis ſuperior, Deus; *d* interior, conſcientia cuiuſque; *e* exterior, de quo nos agimus, cum perſona teſtatur, *f* item teſtimonium aliud verbo, aliud facti euidentia conſtat. *g*

### SCHOLIA.

a *capit. cum dilectus, 32. de electio. vbi nec ſingulares teſtes probant, ſi ſinguli aliud dicant.*

b *Qui nec probant. c. licet, 9. §. quanquam, de probat. can. nihilominus, 3. q. 9. cap. ſi teſtes, §. item qui falſa, 4. q. 3. can. quod autem, 23. q. 7. c. ſolicitudinem, de appellat. l. cum precum, C. de libera. cauſ.*

c *c. licet, de probat. vbi contra illorum teſtimonia ex illis opponitur legitime.*

d *can. ſi peccatum, 22. quæſtio. 1. cano. inter verba, 11. q. 3.*

e *dicto can. inter verba, & can. cuſtodi. 11. quæſt. 3.*

f *can. iubemus, de conſecra. diſtin. 1. can. nolo vt, 12. q. 1. can. non ſunt. 11. q. 3.*

g *can. priuſquam, 82. diſtinctio. can. propo-* A *ſuiſti, 28. diſtin. can. de his vero, 3. q. 2. ſic Apoſtoli dicuntur fuiſſe teſtes in tota Iudæa, opere & ſermone, can. exiſtimant, in 11. q. 3.*

## CAPVT III.

1 *Super quib. teſtificentur teſtes; an iterum audiendi.*

2 *De quibus interrogati probent.*

3 *Quando corrigere poſſunt teſtimonium.*

B TEſtes ſuper dubiis generaliter adhibentur. Nam factum notorium non indiget teſtium depoſitionibus declarari, cum talia probationem vel ordinem iudiciarium non exigant, *a* vt contra teſtis, qui obſcure depoſuit, examinãdus eſt iterum, vt veritas habeatur. *b* Apertis tamen & publicatis teſtationibus, iidem teſtes vel alii non ſunt recipiendi ſuper eodem articulo, quo iam examinati ſunt, metu ne C corrumpantur, *c* & niſi ſuper nouis articulis, *d* aut (vt dixi) nimium obſcure ſuper iiſdem antea depoſuerunt, quo caſu auditionem teſtium iudex repetit; *e* aut ſi culpa aut dolo examinatoris, teſtes non fuerint de omnibus examinati. *f*

De his etiam tantum articulis, de quib. D iurarunt, ſe dicturos veritatem, interrogati & deponentes probant, de aliis vero teſtantes non iurati, deponentes non probant, neque etiam de aliis quam iuratis interrogati deponere non tenentur. *g*

Poteſt autem teſtis in continenti ſe corrigere, addere, vel diminuere dictis in depoſitione ſua, non autem ex interuallo. *h*

### SCHOLIA.

E a *capit. ſuper eo, 3. de teſtibus cogen. lib. 2. titul. 21.*

b *c. cum clamor validus, 53. de teſtib.*

c *c. fraternitatis, in textu, & gloſſ. & c. conſtitutis, in 2. de teſtib.*

d *cap. cauſam quæ, 19. de teſtib. clem. 2. eo. titul. Sic diſtinguit ca. cum veniſſet, 25. §. penult. & fin. de teſtibus.* Quæſtiones, *inquit*, alias, ſuper quibus teſtes fuerint produ-



cti, & depoſitiones publicatæ eorum, vel renuntiatum fuerit teſtib. hinc A inde, nullis aliis ab alterutra parte receptis, ſecundum tenorem ipſarum mediante iuſtitia terminetis, ſi quæ vero fuerint quæſtiones, ſuper quibus vel teſtes non fuerint producti, vel renuntiatum iiſdem, audiatis, ſi qua hinc inde propoſita fuerint, finem debitum imponentes. *Et in cap. ſeries, 26. eod. tit. poteſt reus producere teſtes ad probandum* B *contrarium eius, quod actor probauit, ſi publicatio atteſtationum non eſt facta, non obſtante conſuetudine contraria. Atque in c. ex tenore, 15. eod. titu. poſt publicatas atteſtationes aduerſarius admittitur ad probandum contrarium, ſi ante publicationem ſuper hac probatione contraria inſtrui non potuit; ibi enim nouus articulus & noua exceptio eſſe videtur, & ita teſtes recipi debent, vt dixi, & probat, l. ſi qui-* C *dem, C. de exceptionibus, l. exceptionem, Cod. de probat. c. denique, de exceptio. Super veteri vero articulo, poſt publicationem non eſſent recipiendi teſtes, c. fraternitatis, de teſtib. Notantur & ad c. de teſtib. ad verbum* publicatæ, *de teſtib. caſus tres, in quibus teſtes publicatis atteſtationibus non admittuntur ſuper eodem articulo. c. ſi renuntiatum ſit. 2. ſi ſufficiens facta productio ſit. 3. ſi publicatio ſit facta. Dum-* D *modo in eodem articulo ſit idem modus agendi. Aliter enim aliud dicẽdum eſſet exſiſtente diuerſo modo, ca. veniens, cap. cum in tua, de teſtib. vel ſi inter alias perſonas, de eodem articulo contenderetur, cap. præſentium, 31. de teſtib.*

e *c. cum clamor, 53. iuncta gloſſ. de teſtib.*

f *c. per tuas, 48. eod. tit.*

g *c. de teſtib. 29. c. veniens, c. conſtitutus, de teſtib. l. ſi quis libertatem, §. fin. de petitio.* E *hæredita. l. fin. C. qui legitimam perſonam ſtandi in iudic. habeat.*

h *Notatur in cap. cum cauſam, de teſtib. per Cynum ad authen. qui ſemel, de probat. C. Bartol. ad l. eos qui, de falſ. debet autem* A *qui examinat ſcribere ſubtus primam depoſitionem, quod teſtis redit in continenti, & dixit, quod reduxit in memoriam tale, &c. Maſſuerius in practica tit. 17. de teſtib. num. 25. Quando vero in continenti, & quando ex interuallo dicatur teſtis ſeipſum corrigere, docetur in can. præterea, de teſtib. cogend. & ibi Panor.*

## CAPVT IIII.

*Qui poſſunt aut non poſſunt eſſe teſtes.*

B GEneralis eſt regula, teſtes admittendos non eſſe, niſi idoneos & fideles. *a* tales autem dicuntur, qui non poſſunt iure reiici. *b* Conſideranda itaque in teſtibus, dignitas, mores, grauitas, fideſque. Et perſona cuiuſque teſtis exploranda, num decurio, num plebeius, num honeſtæ aut inculpatæ vitæ, an notatus vel reprehẽſibilis, an locuples, vel egenus ſit, vt lucri cauſa quip- C piam facile admittat, vel an inimicus ei, aduerſum quem teſtimonium fert, vel amicus ei, pro quo teſtimonium dat, quorum ſi ſuſpicione caret, eſt admittendus. *c* Teſtimonium clerici aduerſus laicum in criminali nemo recipere debet; *d* vt neque laici vel eius, qui clericus eſſe non poteſt, contra clericum, *e* exceptis cauſis electionum, *f* & grauiorum criminum exceptorum, vt ſimoniæ, *g* aut niſi ſuam vel ſuo- D rum laici proſequantur iniuriam. *h* Non admittuntur quoque teſtes vt probati, qui aduerſus teſtationes ſuas vacillant, *i* non periurus, *k* non hæreticus, *l* niſi pro orthodoxo teſtetur; *m* non apoſtata, *n* excommunicatus *o* excepta cauſa hæreſis, *p* non iudicio publico damnatus, *q* vel ob famoſum carmen, *r* quive ad dicendum vel non dicẽdum teſtimonium pecuniam accepit; *s* qui publici iudicii reus eſt; *t* nec E is etiam contra quem obiecto crimine excipitur; *v* non infamis, viliſve perſona, *x* aut qui eſt litigioſus, ſeu qui de facili litigat, *y* quive multum pauper eſt. *z* Neque etiam regulariter reus de ſe confeſſus crimen, contra conſocios criminis au-

ditur accuſans aut teſtimonium profe- A rens, *aa* exceptis quibuſdam occultis & grauiorib. criminibus, vt læſæ maieſtatis, *bb* hæreſeos, *cc* ſimoniæ. *dd* Non admittendum quoque inimici teſtimonium, vt dixi, contra inimicum, *ee* nec domeſtici, familiaris, amicive cognati, & affinis producentis, vel exſiſtentis ex numero eorum, quibus is imperare poteſt. *ff* Non auditur etiam libertus contra patronum, *gg* filius contra patrem, pater contra filium, *hh* ne- B que is, qui ex negotio, pro quo teſtatur, commodum aut damnum conſequi poteſt. *ii* Non dicit etiam teſtimonium impubes, *kk* mulier, quæ quæſtum corporis fecit palam; *ll* alioquin mulieribus in quibuſdam negotiis creditur, in quibuſdam minime. *mm* Nemo etiam poterit eſſe iudex & teſtis, *nn* nemo quoque in ſua cauſa pro ſe teſtari poteſt, *oo* contra ſe, poterit. *pp* Quicunque item ad accuſan- C dum non admittitur, a teſtimonio pariter repelletur. *qq* Sacerdotes pro negotiis ſecularib. non debent apponi pro teſtibus, *rr* In teſtamentis autem presbyter parrochianus teſtantis, cum duobus teſtib. plenam fidem addit. *ss*

D

## Scholia.

a *id eſt, vt ſint omni exceptione maiores. c. 1. de teſtib. can. placuit, 4. q. 2.*

b *can. ſi teſtes, in princip. & §. teſtium, 4. q. 2. l. 3. de teſtib. P. ſi ſine ſuſpicione ſint omnes erunt admittendi; pro illorum enim fide communiter præſumitur, l. 71. §. ſi teſtes, de teſtib. in P. ſicut in aliis quilibet bonus præſumitur, c. dudum, & c. fi. de præſumt. l. non omnes, §. a barbaris, de re milita. P. & edictum de teſtibus eſt prohibitorium, vt qui non prohibentur expreſſe, admitti debeant. l. 1. de teſtib. P.*

c *Hæc omnia ponuntur in can. ſi teſtes, 3. §. in teſtibus, & §. teſtium, 4. quæſt. 2. in l. 2. & 3. de teſtib. P. in c. forus, 10. §. fi. de ver. ſig.*

d *cano. 9. teſtimonium, 11. q. 1. c. de cætero, 14. de teſtib.*

A e *d. c. de cætero, & can. beati, §. fin. cum can. ſeq. 2. q. 7.*

f *c. tam literis, 33. de elect.*

g *cap. tanta, de ſimonia. cap. cum P. de accuſatio.*

h *d. c. de cætero, in fin. de teſtib.*

i *dict. c. ſi teſtes, 1. §. in teſtibus, 4. quæſt. 2. & l. 2. de teſtib. P. quia & qui ita dubitat in ſuo teſtimonio, & contrarius ſibi eſt, incidit in crimen falſi, l. eos qui, ad leg. Cornel. de falſ. P. c. pura, 3. q. 9. l. de minore, in fin. & l. ex libero, in prin. de quæſtio. ca. ſuper, de accuſat. ca. vni. vt eccleſiaſtic. beneficia ſine diminut. confera. niſi teſtes in continenti ſe correxerint, c. præterea, 7. §. fin. de teſtib. cogen. aut ſi agatur de cauſis hæreſis & teſtis, qui antea negauerit, poſtea fateatur. c. accuſatus, 8. §. licet, de hæret. in Sext. in fidei fauorem, & dummodo aliud teſtimonium non reiiciat.*

C k *can. conſtitutus, verſ. periuri. 3. q. 5. c. quicunque, 6. q. 1. can. paruuli. §. is qui ſemel, 22. q. 5.*

l *c. 1. de hæretic. ca. non poteſt, can. ſi hæreticus, §. orthodoxis, cano. teſtis, verſ. & veræ fidei, 2. quæſt. 7. can. beatus, ca. ſi quis vero, 3. quæſtio. 4. can. ſuſpectos, verſi. qui recta m, 3. quæſt. 5. & in can. Apoſtolo, 74. l. quoniam multi, 21. de hæretic. C. cum ſimil. Aliquando tamen hæreticus contra hæreticum admittitur. d. l. 11. de hæretic. c. in fidei fauorem, 5. de hæretic. in Sexto. can. ſi hæreticus, 2. quæſtio. 7. hæc clare diſtinguitur in c. 1. illud quoq; nuntiaſti, nouel. 45. vt non liberentur curiali fortuna Iudæi, &c. vt actore & reo hæreticis litigantibus, hæreticus teſtis eſſe poſſit; hæretico & orthodoxo litigantibus, hæreticus in* E *hæreticum teſtis eſſe poſſit, at non in orthodoxum; inter orthodoxos vero lite exſiſtente, nullo modo teſtari poſſit, niſi orthodoxus refugiat munus curiæ. addit & rubrica dictæ nouel.* poſſe vero, *inquit*, eos, *ſcilicet Samaritanos & hæreticos & Iudæos*, contra orthodoxos, quod ſubiaceat curiali fortunæ, teſtimonium prohibere, vt qui



qui & pro orthodoxa politia recte teſtimonium perhibeant. A

m *d. ca. ſi hæreticus, §. ſin autem orthodoxus, 2. q. 7. §. enimuero, nouel. 45.*

n *can. ſi quis vero, & can. beatus, 3. q. 4.*

o *c. decernimus, 8. de ſent. excom.*

p *in qua & excommunicatus teſtatur, ca. in fidei, de hæret. in Sext.*

q *can. fin. §. lege Iulia, 4. q. 2. l. 3. §. lege Iulia, de teſtib. P. l. athletas, §. calumniator, de his qui notant. infam. P.* B

r *dict. can. fin. §. ob carmen, 4. q. 2. & l. 21. in prin. de teſtib.*

s *can. placuit, can. fin. §. lege Iulia, 4. quæſt. 2. can. fi. §. ſed nõ ideo, 1. 4. q. 5. c. 1. ca. ſicut nobis, 9. de teſtib. l. 3. §. lege Iulia, eo. tit. P.*

t *can. fin. §. in teſtimonium, 4. q. 2. cap. fin. de teſtib. l. 20. eod. tit. P.*

v *ca. teſtimonium, 54. de teſtib. debet autem ſpecifice proponi & declarari crimen obiectum, aliter non admittitur exceptio. ca. præſentium, §. teſtis, de teſtib. in Sex. ca. vt circa, de elect. in Sex. & ibi gloſſ. ad verba* omnia & ſingula. C

x *cano. in primis, §. ſed & de perſonis, 2. q. 1. cano. præſul, in fin. 2. q. 4. can. teſtis, 2. q. 7. can. ſuſpectos, can. conſtituimus, 3. quæſt. 5. can. nulli, 1. q. 4. cano. qui crimen, §. teſtes autem, 6. q. 1.*

y *d. can. ſuſpectos, §. aut facile litigantes, can. nullus, §. nullus frequenter litigans, 3. q. 5.* D

z *can. in primis, §. ſed & de perſonis, 2. q. 1. can. fi. §. teſtium fides, 4. q. 2 l. 3. §. an etiam egenus, de teſtib. P.*

aa *cap. 1. de confeſſ. cap. veniens, 10. §. perſonas, de teſtib. can. fin. §. item liberi, 4. q. 3. can. pen. §. fi. & can. fin. 15. q. 3. l. fin. de accuſatio. Cod. vide Iulium Clarum, libr. 5. Sententiarum iuris, §. final. quæſt. 21. & Papam, lib. 22. Rhapſod. arreſtor. tit. 13. arreſt. 2. & 3.*

bb *d. c. 1. de confeſſ. & d. can. fin. verſ. prӕterquam de crimine, 4. q. 3.*

cc *c. in fidei fauorem, 5. de hæret. in Sext.*

dd *cum diſtinctione tamen, num de crimine ſimoniacus infamatus ſit, vt tunc admittatur non aliter, cap. veniens, & ibi gloſſ. de teſtib. c. 1. eod. tit. in Sext. c. ſi quis Papa, §. propter occultas, 79. diſt.*

ee *inimici conſpiratores reiiciuntur, nec probant, cap. cum I. & A. 22. de ſententia & re iudica. cap. per tuas, 2. & c. licet Heli, de Simoniac. cap. cum oporteat, vbi ratio de accuſatio. cap. in primis, §. ſed & de perſonis, 2. quæſt. 1. & in principio 3. quæſtio. 5. verſ. & quod vox, & can. accuſatores, & teſtes, can. ſuſpectos, in prin. ca. omnes, in fi. ca. 3. quæſt. 5. ca. conſpiratorum, & ca. coniurationum, 11. quæſtio. 1. l. 3. de teſtib. P. videbit autem iudex, an tales inimicitiæ ſint quæ ſufficiãt, vt & reliqua fere omnia eius arbitrio committuntur, l. 1. §. præterea, de quæſtionib. præſumitur autem inimicus alicui, qui alias contra eundem in cauſa criminali protulerit teſtimonium, c. meminimus, de accuſat. l. produci teſtes, de teſtibus.*

ff *can. 1. verſ. vel etiam eos quos ipſe, & cap. fin. §. teſtium, 4. quæſt. 2. ca. fin. §. etiam, & cap. item idonei, §. teſtes, §. teſtis, eadem 4. quæſtio. 2. ca. 1. ca. 2. ca. ſimiliter, verſi. vel adfines, ca. accuſatores, 3. quæſt. 5. c. abſens, §. nec adfinis, 4. quæſt. 9. c. ſuper eo, 22. cap. in lites, 24. de teſtib. cap. forus, §. fin. de verborum ſignific. cap. inſinuante, de offic. delegat. l. parentes, l. quoniam liberi, de teſtib. C. l. 6. 3. quæſt. 24. eodem titul. P. niſi teſtis productus contra producentem vel alium producentis familiarem, teſtimonium perhibuerit, can. 1. 3. quæſt. 5. aut niſi cogatur de conſanguinitate probanda, & matrimonio contrahendo vel diſſoluendo, ca. 3. qui matrimo. accuſar. poſſ. ſic & ſerui contra dominos, ſi alia non ſit probatio admittuntur, in can. fin. §. ſerui reſponſo, 4. q. 2. l. 7. de teſtib. P.*

E gg *can. epiſcopus, §. fin. 12. q. 2. can. fi. §. liberti, 4. q. 2. l. 11. C. de teſtib.*

hh *can. fin. §. parentes, 4. q. 2. l. 5. C. de teſtib.*

ii *in re propria nullus eſt teſtis idoneus, can. ſane, 15. quæſt. 3. can. fin. §. nullus, §. omnibus, 4. quæſt. 2. l. 10. de teſtib. P. l. 9. C. eod.*

*tit. ſic nec creditur teſti deponenti, ſi ſimilem ei cauſam habeat. cap. perſonas, 20 de teſtib. c. cauſam quæ, in 2. de iud.*

kk *l. 3. §. lege Iulia, de teſtib. can. 1. 4. q. 2. ca. forus, §. fi. de verbor. ſignif.*

ll *can. fin. §. lege Iulia, 4. q. 2. l. 3. lege Iulia, de teſtib. P. aliquando tamen omnib. mulieribus dicendi teſtimonii ius negatum, vt ait Gellius lib. 6. c. 7. Et exſtat Conſtantini lex* 1. *de raptu virginum in Codice Theodoſiano, quam legem renouauit Leo Imperator nouella* 48. ne mulieres in contractib. teſtimonium præbeant. *eo quod pudicæ honeſtati mulierum non conueniat in virorum oculos occurſare; permittit autem in rebus peculiariter ad illas pertinentibus, quibus intereſſe viris fas non eſt, ſua peculiaria viriſque occulta teſtari, vt de partu, & ſi cui rei alii ſola mulier adhibetur, vt & ad domeſticum teſtimonium adhiberi poteſt, in l. 8. §. ſexto. de repud. C.*

mm *vide c. forus, §. fi. de verb. ſign. can. ex eo, can. de crimine, 15. q. 3. c. 3. coram literis, 33. de teſtib. l. 18. eod. titu. P.*

nn *can. nullus vnquam, 4. q. 4. neque qui iudex vel aſſeſſor vel aduocatus fuit in eadem cauſa teſtimonium recte dicet. cano. ſtatuendum, 10. q. 2.*

oo *can. ſane, 15. q. 3.*

pp *§. 1. 14. q. 2. c. 1. de confeſſ. l. vnica, & ibi gloſſ. C. eo. tit.*

qq *can. 1. 4. q. 4.*

rr *can. quanquam, 14. q. 2.*

ss *c. cum eſſes, 10. de teſta.*

## Capvt V.

### Quæ obſeruanda in teſtibus.

1 *Ne audiantur ante litis conteſtationem, quibuſdam exceptis.*
2 *Sint vocati, & is contra quem producuntur.*
3 *Item iurati, & de duplici iuramento eorum.*
4 *Forma probandi contenta in inſtrumento deperdito.*
5 *Quomodo teſtes interrogandi.*
A 6 *Quoties produci poſſint.*
7 *Quomodo teſtes deponant.*
8 *Qua die examinari debeant, & quid, dum contrarii ſunt.*

Generaliter, teſtes in cauſa non ſunt 1 producẽdi vel recipiendi, niſi lite conteſtata, *a* præterquam ſi forte de morte teſtium, vel de abſentia diuturna timeatur, vel vbi agitur de cauſa matrimonii, electi- B onis, publicationis, inquiſitionis, *b* vel de cauſa denuntiationis; *c* item in abſentia actoris, præſente reo, recipiuntur teſtes, *d* & in cauſa hæreſis poſt mortem rei, *e* & vbi offenditur publicum commodum, *f* ſi perſona eſt incerta, *g* & in aliis quibuſdam. *h*

Teſtes non debent ad teſtimonium di- 2 cendum ſponte ſe vltro offerre, ſed vocati, & veluti inuiti debent deponere. *i* Vocari C item debet aduerſarius vel præſens eſſe, dum recipiuntur & iuramentum præſtant teſtes. *k*

Non enim prius audiri vel examinari 3 in alterius debent præiudicium, quam iurauerint; *l* duplex autem iuramentum teſtium, nempe vt iurent ſe nõ priuato odio neque amicitia, neque pro aliquo commodo quod habuerint, vel habent, vel habituri ſint, ad hoc iurandum inductos, D & ſicuti ipſi dicunt, rei veritatem ſe dicere, & credere ſe ita eſſe. *m* Neque excuſabit a iuramento præſtando, quod ſint regulares ſeu religioſi, niſi a partibus iuramentum remittatur. *n* Forma tamen iurandi non eſt eadem in perſonis eccleſiaſticis, preſbyteris, epiſcopis, ac aliis. Neque enim tenentur manus ſacroſanctis euãgeliis admouere, ſufficitq; ſi propoſitis ſcripturis manu ad pectus admota iurant. *o*

E Qui voluerit contenta inſtrumento 4 deperdito probare per teſtes, inprimis probare debet tenorem inſtrumenti, dehinc quod fuerit ſine aliquo vitio vel ſuſpicione falſitatis. *p*

Debent autem examinari ſeu interro- 5 gari



gari teſtes ieiuni de honeſtate, non tamen A de neceſſitate, *q* ſigillatim ſeu ſeparatim, & diligenter. *r*

Poſſunt vero ter produci ante teſtationes publicatas & ante renuntiationem teſtium productioni, *s* non autem quarto, niſi ſolemnitate legali interueniente, & ex cauſa. *t* Refrenanda tamen erit multitudo teſtium. *v*

Teſtes non debent per quamcunque ſcripturã teſtimonium proferre, ſed præ- B ſentes de his, quæ viderint & nouerint, veraciter teſtimonium dicere. *x* Aliquando potiſſimum in grauioribus & criminalib. humilibus & abiectis teſtibus fides non erit abhibenda ſine tormentis. *y* Debet & teſtis ſui dicti reddere rationem, vt ei credatur, cur id, quod dixerit ita ſit. *z* Et de ea re tantum, ſuper qua productus fuerit. *aa* Nec ſufficit pro veritatis fide teſti dicere, ſe audiuiſſe ab aliis ita factum, vel ita ſe ha- C bere, quod deponit, non enim de auditu ab alio dictum, fidem facit ad aliorum fidem relatum, *bb* niſi cum auditu alia accedant adminicula, *cc* aut ſi agatur de antiquis, quæ quis ſe audiuiſſe a ſenioribus, alioquin tamen fide dignis, dixerit. *dd*

Poſſunt examinari die feriata teſtes, *ee* ſunt & alia in teſtibus ſeruanda, quæ quotidiana praxis docet per ſe, *ff* in quibus ſi contrarii teſtes ſunt, ſi fieri poſſit, redu- D cendi erunt ad concordiam. *gg*

## Scholia.

a *c. 1. & c. quoniam, 5. vt lite non conteſtat. non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam, lib. 2. tit. 6.*

b *dicto c. quoniam frequenter, vt lite nõ conteſt. cum ſimil. ibi per gloſſ. notatis. In hac nihilominus cauſa citandus eſt aduerſarius, ad videndam productionem teſtium* E *& eorum iuramentum. Gaylius diſputat li. 1. practicarum obſeruationum obſerua. 94. poſt Socinum ad d. c. quoniam contra, nume. 11. Summatim vero audiuntur teſtes, antequam lis moueatur de cauſa, ſi periculum ſit eos, non adfuturos, quando illis opus erit, vt in dict. c. quoniam, & in l. lege Aquilia, 40. ad l. Aquil. P.*

c *c. nouit, de iudic.*

d *vt in cap. cauſam quæ, de dolo & contuma. authent. qui ſemel, C. quomodo & quando iud.*

e *can. ſane, in 2. 24. q. 2.*

f *ca. quia ea, 3. q. 5. can. quidam, 5. q. 1. can. 2. 5. q. 2.*

g *Quæ enumerantur per gloſſ. ad d. cap. quoniam, vt lite non conteſt. ad verbum regulariter.*

h *Toto titulo de teſtib. cogen. authen. rogati, C. de teſtamen. qui enim ſe vltro offert non vocatus aut rogatus, habetur vt dicũt ſubornatus & ſuſpectus, argum. ca. illi, 5. q. 5. l. quæ omnia, de procur. P. niſi forſan fortuito teſtes in iudicio inuenirentur; tunc enim abſque citatione examinari poſſent, vt Iaſon tradit in l. nec quicquam, §. vbi decretum. nume. 27. de offic. proconſul. P. quinimo & qui iurauit, ſe non dicturum teſtimonium, poteſt cogi ad dicendum, ca. intimauit, 18. de teſtib.*

i *cap. 2. de teſtib. ſufficitque ibi vna citatio, nec trina deſideratur. At ſine illa vna, non valet examinatio, vt ibidem dicitur, & in c. in nomine domini, de teſtibus, l. ſi quando, C. eod. Alexand. conſil. 79. volum. 2. Non requireretur tamen citatio partis, ſi teſtes ad inſtruendũ tantum iudicem examinandi eſſent, Bald. ad l. ſi qua per calumniam, verſi. ſed pone, de epiſco. & cler. C. aut ſi grauiora eſſent crimina, quam requiri aut admoneri reus debeat, aut ſi vocationem partis nõ patiatur ob breuiorem dilationem, vt puta quia interim iuriſdictio iudicis ſit peritura, Oldrad. conſil. 85. & in quibuſdam aliis, de quibus tractat cumulate Felinus & Decius, ad d. c. in nomine domini.*

k *Teſtes ſine iuramento præſtito non probant contra alium, cap. de teſtibus, capit. nuper, 51. cap. tuis quæſtionibus, de teſtibus. can. fin. §. & prius, 2. quæſtio. 4. can. penultim.*

3.quæſtio.9.l.8.C.de teſtib.l.iuriſiurandi. A
C.eod.can.ſi teſtes,§.item iuriſiurandi. 4.
q.3.cano.hortamur, 3.q 9.quantumuis
cauſa ſit ſummaria, vt ait Imola ad clem.
ſæpe, de verb.ſignific.

l c.quoties aliqui, 5 .de teſtib.

m c.tuis quæſtionibus, 39.c. nuper, 51. de te-
ſtib. Remiſſio autē debet fieri expreſſe Fe-
linus ad d.c.tuis quæſtionib.

n vt tractant doctores in c.fin. de iurament.
calumniæ per authent .ſed iudex, de epiſco. B
& cleric. quanquam in dict.c.fin. dicatur,
clericos tangere debere ſacras ſcripturas
iurantes; quod tamen hodie in vſu non eſt,
& ſolent tantum eis proponi, vt & gloſſ.
tradit ad clem. 1. de homicid. ad clem. 1.
§.porro, de hæretic. Speculator in titulo de
teſte, §.4.& 7 .textus in can.teſtimonium,
9.§.fin.11. quæſt.1.in Auſtria etiam &
Bauaria nobilibus permiſſum eſt, vt ſine
corporali iuramento per ſcripturam depo- C
nant, vt refert And. Gaylius lib.1.practi-
carū obſeruationum, obſerua.100 nu.22.

o cap. cum olim fuiſſemus, 12. de priuileg.
lib.5.tit.33.& ibi Panorm.& Felinus, &
vbi ea ratione decem teſtes dicuntur exa-
minati, facit l.teſtium, C. de teſtib. l.fin. C.
de fide inſtrum. Alexand. conſi.196.viſo
teſtamento, volum.2. Si tamen aduerſa-
rius furatus fuiſſet inſtrumentum, ſufficit
probare amiſſionem, leg.ſi de poſſeſſione, de D
probat.C.in odium furantis. Et aliquan-
do amiſſio inſtrumenti probatur per iura-
mentum eius, qui amiſit, leg.fin.de fide in-
ſtrument. vt & aliarum rerum perdita-
rum, l.ſi quando, C.vnde vi.cap.fin. quod
metus cauſa.can.in primis, 2. quæſt.1. vi-
de de his Guidonem Papæum, deciſ. 244.
incip.quiſpiam in cauſa propria.

p cap.1.in fin.& ibi gloſſ. de teſtib.cano.pla-
cuit, 4.q.2. E

q c.venerabili, 52.de teſtib.l. nullum, C.eo.
circumſtantiis cauſæ diligenter inquiſitis,
c.cum cauſam, 36.eod.

r clem.2.de teſtib.cap.iurauit, 6.de probat.
cap. cum veniſſet, 25.§. quæſtiones, de te-
ſtib.§.quia vero, nouella 90. in curia ta-
men Romana & aliis ſupremis alibi, ex
gratia interdum articuli & teſtes admit-
tuntur & probationes, & ante & poſt con-
cluſionem in cauſa. Ægid. Bellamera,
concluſ. 447.incip. articuli, de probatio.
& concluſione 745 .de reſtitutio. in integ.
Rota deciſ.448.nota quod, in antiq.

s cap.in cauſis, 5. cap. ſignificauerunt, 36.
capit.cum cauſam, 37. & cap. conſtitutis,
40.cap.vltra, 55. de teſtib. Hodie vnica
dilatio datur in Gallia ad producendos &
examinandos teſtes; & ſecunda cum cau-
ſæ cognitione, tertia vero dari non ſolet et-
iam ex reſcripto principis pro eo impetra-
to, ex conſtitutione Franciſci 1.Regis Gal-
liarum in nouis, articulo 31.33.34.35.

t c.cum cauſam, 37.de teſtib.

v Hoc eſt, teſtes viua voce præſentes, non per
ſcripturam abſentes, teſtimonium dicere
debent, cap.15.teſtes, 3.q.9.cap.fin.§.alte-
ra eſt, 4.q. 2.can.relatum, §. vnde cano-
nica, 5.q.2.cap.tua nos, 8.§.ſi vero publi-
cum, verſ.cum non ſit, de cohabita. cleric.
& mulier.c.a nobis, 2.qui matrim.accuſa-
re poſſunt, leg.3.§.idem diuus, de teſtib.P.
faceret tamen præſumtionem ſcriptum te-
ſtimonium, dict.cap.2.qui matrim.accuſ.
poſſ.diſputat Felinus ad cap. de teſtib.nu.
7.an per ſcripturam teſtes deponere poſ-
ſint, & tenet, quod non, limitat tamē quin-
que modis. Sed & in Bohemia & vicinis
prouinciis in Auſtria & Bauaria receptū
eſt, maxime in nobilium perſonis, vt ſine
corporali iuramento per ſcripturam obſi-
gnatam deponant, vt diximus referre An-
dream Gaylium, lib. 1. practicarum ob-
ſeruationum, obſerua.100.de conſenſu et-
iam iudicis, vel commiſſarii teſtis litera-
tus poteſt dictum ſuum redigere & trade-
re in ſcriptis, iuxta l.diſcretis, C.qui teſta.
facere poſſ.aliter abſque eo conſenſu, non
poteſt arg.l.de minore, §.tormenta, de quæ-
ſtio.P.notat & Maſſuerius titul.de teſtib.
nume.40.

x can. in primis, §. teſtes autem, 2.q.1.cano.
fin.§.ſin autem rei, 4.q.2.l.21.§.ſi ea rei, A
de teſtib.P.

y c.fin.§.ſolam, 4.q.2.l.3.C. de teſtib.

z cap. de teſtibus, 29. vbi diſtinguitur, de
teſtib.

aa c.præterea, 27.c.tam literis, 33.de teſtib.
can.in primis, §.ſed & de perſonis, 2.q.1.
c.teſtes, 3.q.9.

bb d.c.præterea, verſ.vel etiam de auditu, de
teſtibus.

cc vt in can.de parentela, 35.q.6.& ibi gloſſ. B
in verbo audiſti, & c.licet, 47. de teſtib.l.
1.§.item Labeo, de aqua pluuia arcen.

dd Veluti quod examinatores debent inſerere
teſtium depoſitionibus nomina & cogno-
mina eorum, cuiuſque ſint ſtatus & digni-
tatis, num clerici aut laici, an artifices, &
quod fuerint producti & iurati, pro tali &
ſuper tali articulo, contra talē adornati de
mandato talis iudicis, iurati in præſentia
aduerſarii iuxta l.ſi quando, C. de teſtib. C
ita ſeruatur vt notat Maſſuerius in praxi
tit.de teſtib.nume.11.de hoc & in clem.1.
de offic.deleg.

ee l.2.de contract.ib.iudicum, C.c.cum nobis,
de teſti.iuxta l.in exercendis, Cod. de fide
inſtrum.

## Capvt. VI.

1 Coram quibus produci & audiri debeant teſtes.
2 De confeſſione extraiudiciali.

1 TEſtes producendi & audiendi coram iudice, qui de cauſa cognoſcit; *a* vel ſi qui ſint ex his valetudinarii, ſenes vel debilitate confecti, aut paupertate nimia oppreſſi, ita vt non poſſint ad perſonam iudicis adduci, mittuntur ad ipſos perſonæ idoneæ & diſcretæ. *b*

2 Confeſſio tamen extra iudicium facta a parte, aduerſario abſente probat ſemiplene tantum. *c* D

## Scholia.

a c.cum olim propter, 14.§. interim autem,
de priuil.

b c.ſi qui teſtium, 8.de teſtib.l.ad egregias,
de iureiur. P. deputatur interdum iudex
loci, vbi teſtes ſunt per iudicem cauſæ, vt
eos recipiat & interroget, & dicta illorum
ſigillata ad illum remittat, §. & quoniam
ſancimus, verſ.multæ, de teſtib. in nouell.l.
iudices, 17. & authent. apud eloquentiſſi-
mum, de fide inſtrum.l.3.§.item diuus, de
teſtib.P.c.conſtitutus, 3.§.præterea, de fi-
deiuſſ.in auth. apud eloquentiſſimum id-
ipſum non permittitur in criminalibus, in
quibus dicitur, teſtes eſſe repræſentandos,
& cum res exegerit tormentis ſubiicien-
dos. Receptio teſtium iuriſdictionis eſt, ex-
aminatio vero eſt facti, quæ poteſt com-
mitti notario, & fieri quandocunq; extra
iudicium, vt not.in c.cum Bertholdus, de
ſent.& re iudic.clem.2.de iudic.Rota de-
ciſ.588.nota ſi in remiſſione, in antiq.in
c.fin.de ſucceſſ.ab inteſta.

c l.certum, §.ſi quis abſente, de confeſ.l.capi-
te, 5.de adult.P.l.quæro, de ædilit, edict.

## Cap. VII.

1 De cogendis teſtib. ad teſtimonium.
2 Quod temere euocandi non ſunt.
3 Quod ſacerdos nullo modo cogatur ſibi cō-
feſſa reuelare.

TEſtes ſi vocati ſponte noluerint teſtimonium perhibere veritati, cogi poſſunt a iudice ordinario vel eius delegato ſeu commiſſario, *a* propter publicam vtilitatem; ne veritas occultetur, *b* maxime ſi teſtimoniū teſtis contumacis neceſſarium ſit, in eaque cauſa clericus poterit per ſententiam excommunicationis & depoſitionis compelli. *c* Et quamuis iure ciuili quidam non cogantur inuiti dicere teſtimonium, vt ſenes, valetudinarii, milites, magiſtratus, *d* & alii; *e* tamē Pontificio coguntur, vel coram iudice euocati, vel coram perſona ad illos miſſa, *f* ſi veritas aliunde haberi nequeat. *g* 1 E

Cauēdum tamen, ne temere, & niſi exigente cauſa teſtes euocentur, *h* & vt ſumtus euocandis a producente dentur, alio- 2

quin enim venire non tenentur. *i* Sed & puniendi ſunt, qui teſtes teſtimonium dicere, vel ad examen venire impediunt. *k*

Attamen cogi non poterit ſacerdos teſtimonium dicere de re ſibi in confeſſione reuelata; quia non tanquam homo, ſed tanquam Deus ſciat; prohibitumq; ſit adiectis pœnis, detegere ſibi commiſſa ſeu confeſſa, vel verbo, vel ſigno, expreſſe vel tacite. *l*

### Scholia.

a *cap.1.3.4.7.8.9.10. de teſtib. l. ſi quando, iuncta authen. ſequen. de teſtib. §. præterea, nouel. 90.*

b *can. quanquam, 14. q. 2. cum veritatem occultare ſit mortale peccatum, can. quiſquis, 11. q. 3. cap. 1. de teſtib. & ibi gloſſ. ad verbum occultent; item quia munus publicum eſt & neceſſarium teſtimonium perhibere, ad quod quis inuitus compellitur, l. cum ab initio, quemadmod. teſtam. aperia. & ibi gloſſ. ad verbū cogat. l. ſi quis, eo. tit. Spec. ad tit. de teſte, §. ſequitur, nu. 6.*

c *cap. 2. 5. 6. de teſtib. c. 1. 2. & fin. de teſtib. cogen.*

d *can. ſi teſtes, 3. §. inuiti, 4. q. 2. l. inuiti, 8. l. 3. § fin. de teſtib.*

e *De quib. in l. lege Iulia publicorum, 4. & l. in legib. 5. de teſtib. P.*

f *tit. de teſtib. cogen. cap. ſi qui teſtium, 8. de teſtib. idq; ſecundum canones potius propter peccatum, quod ineſt occultationi veritatis, can. quiſquis, 11. q. 3. cap. 1. de falſ. c. nouit, de iud.*

g *c. peruenit, 5. de teſtib. alioquin non coguntur dicere illi, qui enumerantur in can. fin. cum ſuis §§. 4. q. 2. vt aduerſum ſponſum filiæ, l. 5. de teſtib. neque cogitur libertus teſtari contra patronum, l. 11. C. eod. non publicanus, l. 19. eod. tit. P. pupillus, ead. l. 19. qui eſt de domo aduerſarii, l. 6. C. de teſtib. qui clericus eſt vel eccleſiaſtica perſona, can. ſtatutū, 2. q. 6. facit can. fi. 14. q. 6.*

h *c. ſtatutum, 11. § proferendo, de reſcript. in Sext. l. 3. §. teſtes. de teſtib.*

A i *d. c. ſtatutum, §. proferendo, verſic. ſed nec tunc, de reſcript. in Sexto. can. fin. §. liberi teſtes, 4. q. 2. l. 10. C. de teſtib.*

k *cap. cum cauſam, 37. §. quod ſi forte, & c. conſtitutis, 45. de teſtib.*

l *cap. ſi ſacerdos, de offic. ordinar. ca. omnis vtriuſque ſexus, §. final. de pœnitent. & remiſſ.*

## Capvt VIII.

B 1 *De effectu teſtimoniorum, quod probent cum ſufficiente numero.*

2 *Numerus ordinarius duorum vel trium.*

3 *Non vnius, niſi in quibuſdam.*

4 *In quibus plures teſtes quam duo exigantur.*

5 *Singularis non probat nec reiecti, & quomodo crimina teſti obiecta punienda.*

SEcundum teſtium dicta iudicādum eſt, niſi aduerſarius contrarium probet. *a* C Quia quādo ſufficiens eſt teſtium non reiectorum numerus, fides eorum teſtimoniis adhibetur. *b*

Quis autē numerus requiratur, vt plerunque in negotiis adiicitur; qui tamen ſi non ſit definitus, in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum. *c*

Vnius autē vel ſingularis teſtis dictum, communiter non probat in alterius præiudicium; *d* ſi vero nulli noceat, proſit autem alicui, poterit admitti, vt ſi quis dicat D aliquem baptizatum, vel eccleſiam conſecratam, *e* ſi quis velit per ſuum confeſſorem ſe egiſſe pœnitentiam, probare. *f* Et in aliis quibuſdam. *g* Atque ſoli dicto Cardinalis aliquando ſic creditur, & alterius alicuius inſignioris qualitatis perſonæ ſine præiudicio tamen alterius, & extra iudicium. *h* Alioquin ad teſtimonium vnius etiam epiſcopi, nemo eſt condemnandus, E *i* niſi ſpeciali quadam iuris deciſione idipſum iuuetur. *k*

Plures teſtes quam duo in quibuſdam negotiis exiguntur, vt in præſulibus & prælatis Romanis damnandis, Syluester exigit ſeptuaginta duos; *l* in Cardinali preſby-



tero quadraginta quatuor; in diacono Cardinali, viginti ſeptem; in ſubdiacono, acolyto, exorciſta, lectore, oſtiario, eiuſdem eccleſiæ Romanæ ſeptem. In teſtamentis nuncupatiuis ſecundum leges requiruntur quinque: *m* in ſolemnibus, ſeptem, hiq; ſubſcripti; *n* iure pontificio tres, *o* & ad pias cauſas duo. *p*

Teſtes porro ſingulares non probant, *q* inſuper notandum erit teſtes reiectos ob obiecta illis crimina & probata, vltra reiectionem, ideo non puniri pœna ordinaria, vel infamia ob eadem crimina. *r*

### Scholia.

a *c. tertio loco, de prob. l. illicitas, §. veritas, de offic. presbyt. P.*

b *cano. fin. 4. quæſtio. 2. l. 3. l. 21. §. ſi teſtes, de teſtib. P.*

c *leg. vbi numerus, de teſtib. P. can. 1. 2. q. 4. can. fin. §. vbi numerus, 4. q. 2. Deut. c. 27. diui Ioan. c. 8, & cum duobus teſtib. accuſari clericus poteſt, c. 1. 2. q. 4.*

d *Vnus teſtis ſolus vel ſingularis non probat, cap. veniens, 10. §. fin. cap. licet, 28. cap. licet, 47. §. nec tamen, de teſtibus. can. fin. §. vnius vero, 4. quæſtio. 2. can. fin. §. quod autem, 35. quæſtio. 6. & in princip. 33. quæſt. 2. verſi. per vnum hominem, in can. Apoſtolorum, 74. l. iuriſiurandi, C. de teſtibus. vnus tamen teſtis omni exceptione maior, ſemiplene probat, vt aiunt interpretes ad l. admonendi, de iureiur. P. vide & quando ſemiplenæ probationes exigantur ad plene probandum, deciſ. Matth. de Affli. 12. & deciſ. 337. incip.* in cauſa, &c. *per gloſſ. ad d. l. admonendi, & l. in bonæ fidei, de iud. C. & c. fi. de iureiur. aitq; ibid. de Afflict. famam inducere ſemiplenā probationem, & cum vno teſte in cauſis ciuilibus inducere plenam, vt tenet gloſſ. ad c. 1. de appell. & ad §. item ſæpe, 4. q. 3. Cyn. in l. fin. C. de teſtib. & in l. 4. C. de proba. Tamen Bald. ad c. veniens, in 1. de teſtib. ait, nos debere conſiderare, ex quib. fama acceperit originē, & an multū vrgeat, an non.*

A e *can. paruulos, c. cum itaque, de conſecrat. diſtinct. 4.*

f *ca. nemo, de ſimonia, vt in c. teſtimonium, 54. de teſtib.*

g *Quemadmodum in ſpecie l. Theopompus, de dote prælegat. P. ſi teſtator commiſerit alicui voluntatē ſuam referendam: item ſi tabellio teſtificetur, vt in l. ſi quis decurio, C. ad l. Cornel. de falſ.*

h *vt can. nobiliſſimus, 97. diſt. ad præſumtionē quoq; facit cuiuſdā inſignis viri teſtimonium, vt in can. tanta nequitia, 24. & ibi notat glo. 86. diſt. in can. talia, 8. q. 3.*

i *in tota 6. q. 2. ca. teſtes, §. ſequi, verſ. vnius, 4. quæſt. 3.*

k *Vt in c. ex literis, de in integ. reſtit. in c. ex inſinuatione, de procur. cap. fin. quod met. cauſ. c. in omni, de teſtib.*

l *can. præſul, 2. & ſeq. 2. q. 4.*

m *c. cum eſſes, 10. de teſta. l. hac conſultiſſima, C. eod. tit.*

n *dictis proxime iurib.*

o *d. c. cum eſſes.*

p *c. relatum, 11. de teſtam.*

q *Singulares dicuntur teſtes, vel in quantitate, vt ſi vnus de media, alius de tertia dicat parte. Bald. in l. teſtium, C. de teſtib. ca. licet cauſam, de probat. c. bonæ, de electio. vel in facto, & loco; vt ſi vnus dicat Tholoſæ, alius Lugduni factum, & ſic de ſimilib. ſi diſcordant in tempore perſonis, &c. ad probandum quippe actum, duo teſtes ad minus conteſtes requiruntur, cap. licet ex quadam, de teſtibus. l. iuriſiurandi, C. eodem. tit.*

r *c. cum dilectus, de ordine cognitio.*

## Capvt IX.

1 *De falſis teſtib. & pœna eorum.*

2 *De ſententia ex falſis lata.*

E QVi falſum teſtimonium corrupti muneribus ferunt, Iudæ crimen imitantur, & proditorem veritatis. *a* falſum teſtimonium ferēs, ab omni teſtimonio in poſterum erit remouendus, & ſecundū leges infamis fit. *b* Qui vero cōuictus fuerit alios

ad falſa teſtimonia attraxiſſe, vel corruptione ſolicitaſſe, vſq; ad exitum vitæ non debet communicare. *c* Aliter vtriſque & falſis teſtibus & ſolicitantibus imponitur pœnitentia ieiunii in pane & aqua quadraginta dierum, & alia ſeptem ſequentium annorum. *d* Si quis ex reuerendiſſimis aut preſbyteris, aut diaconis, inuentus fuerit pro pecuniaria cauſa falſum dixiſſe teſtimonium, ſufficere debet, vt pro verberibus ſeparentur a ſacris miniſteriis, & tradantur monaſterio; pro criminalibus autem, ſi falſum dixerint teſtimonium, clero nudati, legitimis pœnis ſubdi debent; reliqui autem eccleſiaſticorum ordinum, pro falſo teſtimonio in ciuili cauſa dato, ab eccleſiaſtico gradu repelli, & verberibus ſubiici. *e* Falſidicus teſtis, tribus perſonis eſt obnoxius; *f* primum Deo, cuius perſonam contemnit; inde iudici, quem mentiendo fallit, poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Vterque autem reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. *g* Quamobrem quia falſus teſtis Deum offendit, pœnitentia ei iniungitur, pro periurio, ſeptem annorum. *h* Et quia deluſit iudicem, infamia notatur, *i* verberibus caſtigatur, *k* aliiſque pœnis extraordinarie pro modo falſi punitur; *l* in quo autem proximum læſerit, in eo & ei condemnabitur. *m*

Atque ſententia per falſa inſtrumenta & teſtimonia lata, debet retractari falſitate detecta, vſq; ad viginti annos; *n* nec debet mandari exſecutioni, ſi de illa falſitate aduerſus eam excipiatur, *o* habebitur tamen pro ſententia quouſque conſtet de falſitate. *p*

### Scholia.

a *can. abiit Iudas, 83 ſub 11. quæſt. 3. diuus Thomas, lib. 1. de regimine principum, c. 7. dicebat inter omnia terrena videri eſſe præcipuũ, teſtimoniũ de veritate reddere.*

b *can. ſi quis coactus, can. 7. 22. q. 5. ex concilio Matiſconenſi. c. 17.*

c *d. can. ſi quis conuictus, & Gelaſius Papa, in can. 4. ſi quis peierauerit, 32. q. 5. Qui etiam vſus eſt falſis teſtibus, vel interrogatus dixerit, ſe velle vti eorum teſtimonio, iure cauſa ſua cadit, vt qui reſponderit falſis inſtrumentis, ſe velle vti, Matth. de Afflict. deciſ. Neapolitana 189. incip.* facta publicatione, *num. 4. iuxta l. ſi aduerſarius, C. de fide inſtrum.*

d *can. ſi quis peierauerit, 22. q. 5.*

e *can. quia iuxta, 3. §. fi. 5. q. 6. in c. 20. §. reuerendiſſimis, nouel. 120. de ſanctiſ. epiſc. auth presbyteris, C. de epiſc. & cler.*

f *Hæc & quæ ſequuntur poſita ſunt in ca. 1. de crimine falſ. lib. 5. tit. 20.*

g *dict. c. 1. de crimine falſ. & can. quiſquis, 11. q. 3.*

h *can. quicunq;, 6. q. 1.*

i *can. quiſquis conuictus, 12. q. 5.*

k *can. illi qui, 5. q. 5.*

l *Nã durante lite, iudex poteſt teſtẽ falſum punire, l. nullũ, C. de teſtib. & cauſa etiã finita põt reus fieri lege Cornelia, de falſ. l. 1. ad l. Corn. de falſ. P. & aliquando quoq; l. Corn. de ſica. accuſatur, l. 1. §. 1. ad l. Corn. de ſicar. P. & punitur conatus ſeu falſum teſtimoniũ, etſi ad illud nihil fuerit ſecutũ.*

m *Argum. can. nihilominus, 3. q. 9.*

n *c. cum venerabilis, de except.*

o *cap. 2. de crimine falſ. l. ſi prætor, de iudic. P.*

p *cap. accepimus, de fide inſtrumen, quia niſi manifeſta ſit falſitas, non poterit ſuſpendi exſecutio ſecundum diſtinctionem, ca. paſtoralis, de offic. deleg. & ca. de cætero, de de ſent. & re iudic. ſemper enim præſumitur pro ſententia, quandiu obiecta non probantur.*

# DE FIDE INSTRVMENTORVM. *a*

## TIT. XII.

a *Exſtat titulus de fide inſtrumentorum, lib. 2. decretalium, c. 22. & lib. 22. P. tit. 4. de fide inſtrument. & lib. 4. C. tit. 21. de fide inſtrumentorum & amiſſione eorum, & de apochis & antipochis faciendis, & de his quæ ſine ſcriptura fieri poſſunt, & lib. 10. C. tit. 3. de fide inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, & de addictionibus, & eod. lib. 10. tit. 22. de apochis publicis, & deſcriptionibus curialium, & tit. 69. de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualib. & nouella Iuſtinia. 67, vt præponatur nomen imperatoris documentis, & vt Latinis literis apertius tempora præſcribantur, & nouella itẽ 73. cuius inſcriptio continet ſummam eorum, quæ ibidem explicantur in hæc verba, de inſtrumentorum cautela & fide, & primum de depoſito & mutuo, & aliis documentis priuate quidem ſcriptis, habentib. autem teſtes, & de non habentibus teſtes, & de inſtrumentis publice confectis; & de collationibus manus propriæ ſcripturæ, & de expoſitis inſtrumentis ab illiteratis aut paucas literas ſcientibus, & de non ſcriptis contractibus, & de contractibus vſque ad vnam libram auri; & de contractibus qui in agris fiunt, & vt in documentis & contractib. futuris locum habeat lex. Eo etiam pertinet nouella 44. de tabellionibus, & vt protocolla dimittant in chartis.*



### Capvt I.

*Coniunctio tituli, & de appellatione inſtrumenti.*

PRobationes teſtium & inſtrumentorum in exercendis litibus æquiparantur, *a* & aliquando eodẽ nomine teſtes per inſtrumenta continentur; *b* quamuis proprie in multis diſtinguantur. *c* Inſtrumentorum etiã nomine hic intelligimus ſcripturam, qua inſtruimur & docemur de aliqua re, cuius & appellatione continentur principum reſcripta ſeu literæ, *d* ſententiæ, *e* epiſtolæ, teſtamenta, libri rationum, & alia quæ ſcriptura fiunt.

### Scholia.

a *l. in exercendis, C. de fide inſtrum. l. non figura. de actio. P.*

b *Inſtruunt enim negotium & iudicem teſtes, vt inſtrumenta. Ideo & inſtrumentorum nomine continentur aliquando ex lata ſignificatione, ca. peruenit, de teſtib. cogen. c. forus, de verb. ſignificat. c. fraternitatis, c. ex literis, de frigid. & maleſic. l. notionem, §. inſtrumentorum, de verb. ſig. P. & in l. 1. de fide inſtrum. P.*

c *Ex ſtricta ſignificatione diuerſa ſunt, cap. cum Ioannes, de fide inſtrum. can. forte, in fine, 24. q. 4. Et ita primo loco diſtinguuntur in nomine ex l. ſi idem, C. de codicil. & ſunt ſeparati & diuerſi tituli, de teſtib. & de fide inſtrumen. dehinc 2. poſt publicationem atteſtationum, vt ſuperiori titulo docuimus, regulariter teſtes produci nequeunt; inſtrumenta vero poſſunt ante renuntiationem productionum, & ante concluſionem in cauſa, ca. cum dilectus, de fide inſtrument. Tertio inſtrumenta in antiquis probant, quæ probari non poſſunt per teſtes viua voce, Speculator tit. de probat. Quarto quædam negotia pro forma probante ſcripturam deſiderant, vt dicemus paulo poſt, & ideo in illis teſtes non ſufficerent.*

d *c. literæ, c. quod ſuper his, 7. de fide inſtrum. l. 1. de mandat. princip. C.*

e *l. 1. & 2. de ſenten. ex breuiculo recitan.*

### Capvt II.

*Diſtinctio inſtrumentorum.*

SCripturarum & inſtrumentorum quędam publica & authentica per ſe firma & approbata, *a* quædam per ſe plenam fidem non faciunt. *b* Authentica ſcriptura eſt, quæ per iudicem vel manum publicam cum trium aut duorum ad minus teſtium ſubſcriptione vel teſtimonio facta eſt, *c* vel per manum duorum proborum virorum, *d* vel quæ habet ſigillũ authenticum; *e* item & talis ſcriptura quam facit priuatus in præſentia trium teſtium. *f* Species ſunt inſtrumentorum, apocha & antipocha. *g*

### Scholia.

a *Hoc enim ſignificat* αὐθεντικὸν, *authẽticum Græcis, id eſt, probatum ab his, qui poſſunt & debent; vnde & authenticæ tabulæ in l. 4. familiæ erciſcun. P. & authen. rationes, in l. Pomponius, eo. tit. & c. 1. de fide inſtru. lib. 2. titul. 22. ſi authenticam, inquit, ſcri-*

*pturam non videmus, ad exemplaria nihil*
*facere poſſumus, & can. dicenti, 25. q. 2.*

b *Ita inſtrumenta domeſtica, dicuntur ſcri-*
*pturæ priuatæ, l. inſtrumenta domeſtica,*
*5. de probat. C.*

c *Hæc finitio datur & probatur per gloſſam*
*primam ad d. c. 1. de fide inſtrum. per c. 2.*
*eiuſdem tituli. Probatur & per §. ſed &*
*inſtrumenta, ſeu c. 5. de inſtrum. cautela*
*& fide, nouella 73. manus publica dicitur*
*notarius & ſeruus publicus, l. 2. rem pupil.*
*ſaluam fore. In iudiciis tamẽ acta valent,*
*& fidem faciunt expedita per amanuen-*
*ſem iudicii, ſine teſtium ſubſcriptione, l. 31.*
*C. de donat.*

d *vt in c. quoniam contra, de probat.*

e *c. 2. de fide inſtrum. ca. poſt ceſſionem, de*
*probat. & ſtatur ſigillo epiſcopi, donec con-*
*trarium oſtendatur d. c. poſt ceſſionem, &*
*can. curæ, 11. q. 3. idipſum in ſigillo capitu-*
*li, cap. 3. de probatio. can. in nomine patris,*
*in fin. 73. diſt. & in ſigillo principis ſecula-*
*ris, iuxta conſuetudinem per quam ei cre-*
*ditur, c. cum dilectus, de fide inſtru.*

f *§. ſi tamen quiſquam, nouell. 73. de inſtru-*
*men. caut.*

g *Apocha ſeu ἀποχὴ, eſt Latinis receptio, vul-*
*go quittantia, nempe ſcriptura, qua credi-*
*tor confitetur, ſe recepiſſe pecuniam debi-*
*tam a debitore, de qua in l. ſi accceptola-*
*tum, de acceptolatio. P. l. apochæ, de fide in-*
*ſtrum. exſtat titulus de apochis lib. 10. C.*
*tit. 22. meminit & rubrica 21. lib. 4. C. de*
*fide inſtrumentorum & amiſſione eorum,*
*& de apochis & antapochis. & ibid. l. plu-*
*res, 18. Antapocha eſt ſcriptura, quam fa-*
*cit debitor creditori in præſtationibus cri-*
*minis. Sic gloſſ. ad dictam l. plures, ad ver-*
*bum* apochis. *Apocha, inquit, eſt de re-*
*ceptis, puta confiteor me recepiſſe tantum,*
*& a creditore fit, & datur debitori, vt in*
*l. fin. §. Titius, de condictio. indebiti. l. qui*
*tabulas, & apocha, de furt. antapocha eſt,*
*de ſolutis a debitore, & fit ita, confiteor me*
*tantum vſurarum nomine vel penſionis*
*ſoluiſſe, & datur creditori.*

## Capvt III.


1 *De quib. fiat ſcriptura ſeu inſtrumentum ex placito.*
2 *Neceſſaria in electione.*
3 *Excommunicatione, interdicto, ceſſatione officiorum.*
4 *Priuilegiis, mandatis, alienatione rerum eccleſiæ, &c. 5. 6. & in aliis.*


A Nihil eſt fere in rerum natura, de quo 1
vt dici, ita ſcriptura fieri non poſſit;
B verum diuerſa ratione. Nam quædam ſcri-
buntur, quæ alioquin ſine ſcriptura recte
geruntur, vel ex placito ſcribentium, *a* vel
ad futuram rei memoriã perpetuandam. *b*

Alia autem quædam pro ſubſtantiali 2
forma ſcripturam deſiderant. *c* Veluti ſi
agatur de antiquo facto, quod teſtib. pro-
bari non poteſt, *d* ſi agatur de electione, *e*
vel de eius impugnatione, ſeu de interceſ-
C ſione ſeu oppoſitione aduerſus eam. *f*

Aut de ſententiæ excommunicatione, 3
aut interdictis; *g* vel de conceſſione pote-
ſtatis eligendi Senatorem vel Capita-
neum vel Rectorem vrbis Romæ ex per-
ſonis prohibitis. *h* Quando etiam ceſſatio
diuinorum officiorum fit, neceſſarium eſt
publico authentico inſtrumento cauſam
& perſonas, ob quas fiat ceſſatio, perſcri-
bere. *i*

D In priuilegiis quoq;, ſcripturæ tenor ſe- 4
quendus, *k* & in mandatis principum ſcri-
pturam deſideramus, *l* & in alienatione
rerum eccleſiaſticarum. *m*

In facultate ſeu licentia accipiendi or- 5
dines ab alieno epiſcopo dimiſſoriæ literæ
requiruntur. *n*

Scriptura item exigitur in appellatione 6
ab interlocutoria; *o* in definitione ſeu ſen-
tentia viſitationis faciendæ prouinciæ; *p*
E in variatione procuratoris, *q* abiuratione
hæreſeos, *r* legatione, *s* voti regularis pro-
feſſione, *t* expoſitorum puerorum colle-
ctione, *v* in baptizandorum ſuſceptione,
vbi nomen inſcribi debet; *x* in prælaturæ
renuntiatione, *y* in teſtatione ordinatio-
nis



nis data clericis peregrinari, vel alio tranſi-
re volentibus. *z* In ordinatione ſerui, quæ
fieri nõ debet, niſi prius data & lecta char-
ta libertatis conceſſæ. *aa* Quemadmo-
dum & requiritur in manumiſſione facta
ſeruorum eccleſiæ ab epiſcopo, *bb* in le-
gum cõſtitutione, & quo nomine ius ſcri-
ptum a non ſcripto diſtat. *cc* Exigitur & vt
libellus, qui aduerſario in lite mouenda
offerendus eſt, ſcribatur; *dd* quemadmo-
dum & criminis accuſatio libellum exigit.
*ee* Vocatio etiam ad ſynodum iuxta decre-
ta patrum canonica, eius, qui impetitur, ra-
tionalibus ſcriptis, per ſpatium fieri debet
congruum & canonicum. *ff* Literatorie
etiam vocatus epiſcopus ad ſynodum, de-
bet, ſi nõ poteſt venire, ſe excuſare. *gg* Sed
& ſententiæ, de negotiis potiſſimum ar-
duis, debent in ſcriptis a iudice profer-
ri. *hh* Sicut & in appellatione literæ di-
miſſoriæ, ſeu Apoſtoli debent interueni-
re, & dari a iudice, a quo appellatur, quib.
ſignificet appellatũ, & a quo, ſuperiori iu-
dici, *ii* Liberti eccleſiæ inſup debẽt chartis
profiteri, quod ſint eccleſiæ; ne pereat ex
longinquitate tẽporis eorum ꝓbatio. *kk*
Qui etiam habent adminiſtrationem be-
neficii, aut beneficium poſſident, ſi quid
acquirant ex rebus ſeu fructibus eccleſiæ,
nomine ipſius eccleſiæ debent curare ſcri-
pturam acquiſitionis fieri; *ll* ideo & mor-
tuo epiſcopo inuentarium fideliter con-
ſcribi debet, de rebus penes illum inuen-
tis, vt quæ eccleſiæ ſunt ei ſeruẽtur, & ſuc-
ceſſori in beneficio, & alia hæredibus de-
functi. *mm* Teſtamentum etiam ſolemne,
iure ciuili ſcripturam neceſſario requirit.
*nn* Sunt & alia plura eius generis, quæ ex
eodem iure ciuili cognoſci poſſunt. *oo*

### Scholia.

a *Veluti quando contractus fit emtionis &*
*venditionis, & placet de eo, vt in ſcriptu-*
*ram reducatur; nam quamuis valida ſit*
*emtio per ſe ſine ſcriptura, ſimul atque de*
*pretio conuentum fuerit; tamen poſtquam*
A *placuit ſcripturam de eo fieri, nõ prius va-*
*lebit quam ſcriptura de eo fuerit in mun-*
*dum redacta, §. 1, de emtione, apud Iuſti-*
*nia. l. contractus, de fide inſtru. C. facit no-*
*uella 73. Aliud exemplum in l. 1. & 2. de*
*iure emphyt. idem de ſimilib. ca. 2. de pact.*
*c. contractus, de reg. iur. in Sex.*

b *cap. 1. de renuntia. in Sexto. lib. 1. titul. 8.*
*cap. ad Apoſtolicæ, de re iudic. in Sexto. l.*
*contrahitur, de pignor. P. in ſubſcriptione,*
B *l. pactum, C. de pact. antiquorum memo-*
*ria melius per ſcripta tenetur, c. tertio loco,*
*de probat. omnium meminiſti, & in nullo*
*penitus errare potius diuinitatis quam hu-*
*manitatis, l. 2. §. ſi quid autem, de veteri*
*iure enuclean. C. cap. vt noſtrum, vt eccle-*
*ſiaſtica beneficia ſine vlla diminutione*
*conferantur. Sic non eſt de ſubſtantia, vt*
*extrauagantes ſeu conſtitutiones ſummi*
*pontificis redigantur in ſcripta, vt diſpu-*
C *tat Ioan. Andreas ad regulam nemo po-*
*teſt, de regulis iur. in Sexto. Rota deciſio.*
*238. per glo. in l. 1. C. de legib. Panorm. ad*
*cap. 1. de poſtul. de illis tamen fit ſcriptura*
*ad futuram rei memoriam perpetuam, d.*
*c. 1. de renunt. in Sext. & ſi dubitatur, de-*
*bẽt produci ſub plumbo in forma authen-*
*tica, vt ait Franc. de Pauinis in proœmio*
*extrauagant.*

D c *Notantur caſus in c. 1. §. poſtquam autem,*
*ad verba* in ſcriptis, *de cenſib. Matth. de*
*Afflict. deciſ. Neapolita. 398. Panor. ad c.*
*2. de probat. Alex. conſi. 95. volu. 4. Felin.*
*ad rubricam de conſtitu.*

d *c. cum cauſam, de proba. c. ad audientiam,*
*de præſcript. l. cenſus, de probat. P.*

e *ca. qui propter, de elect. debet enim fieri &*
*proferri in ſcriptis electio, can. quanto, 63.*
*diſt. can. legum, 2. q. 1.*

f *c. vt circa, 4. de elect. in Sext.*

E g *cap. 1. de ſentent. excommunicat. in Sext.*
*cano. curæ, 11. quæſtio. 3. dicto can. legum,*
*2. quæſt. 1.*

h *c. fundamenta. §. digne, de elect. in Sex.*

i *c. ſi canonici, de offic. ordina. in Sext.*

k *cap. porro, cap. recipimus, c. petiſtis, de pri-*

uileg.lib.5.tit.33.c.accepimus, de fide inſtrum ca.cum & plantare,eo.§.ſi quis autem,de mand.princ.in nouellis,ca.cum dilecta.de reſcript.nemini enim credendum eſt dicenti ſe habere priuilegium,niſi illud oſtenderit,ca.cum in iure,de offic.delegat. cap.cum capella,de priuil.can.contra morem,100.diſt.

l *l.1.C.de mandat.princip.*

m *can.ſine exceptione,12.q.2.cano.hoc ius, can.caſellas,10.q.2.c.1.de his quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu capit.*

n *can.extraneo,70.diſtinct.*

o *c.1.de appell.in Sext.lib.2.titul.16.ibique appellandum ad Papam,in ſcriptis & alibi.can.poſt appellationem,2.q.6.quod introductum fuit, ne variandi detur occaſio in forma appellãdi, can.ſaluberrimum, 1.q.7.can.omnes fœminæ,27.q.1.can.vidua,20.q.1.ſic & placuit appellantem inſtanter petere debere Apoſtolos ſeu literas dimiſſorias,a iudice,a quo appellatur, d.c.1.& c.adeo,de appel.in Sext.clem.quamuis,eod.titu.l.vnica,de libellis dimiſſor.P. l.dimiſſoriæ,de verb.ſignif.P.*

p *c.1.§.poſtquam, de cenſib.in Sext.*

q *c.1.de procura.in Sex.*

r *cano.ego Berengarius,de conſecr. diſt.2.c. legum, 2.q.1.*

s *In qua delegationis ſcriptura requiritur, can.nobiliſſimus,97.diſt.etiamſi ſit delegatus Papæ,ca.cum in iure,de offic.deleg.l. vnica,de mandat.prin.*

t *d.can.omnes fœminæ, 27.q.1.can. vidua, 20.q.1.*

v *can.ſi expoſitus,87.diſt.*

x *can.baptizandi,de conſecrat.diſt.4.c.legum,2.q.1.*

y *can.ſicut vir,§.ecce,7.q.1.*

z *Dabantur enim literæ formatæ,de quibus tota 73.diſt,requirebantur, & literæ in c. extraneorũ clericorum ſuſceptione, vt in c.nullus,& can.transmarinos,93.diſt.*

aa *can.2.nulli,53.diſt.*

bb *can. epiſcopus qui mancipium, 12. quæſtione 2.*

cc *Quando promulgatur,can.quod quis,35. quæſt.9.can. bene quidem,circa medium, 96.diſt.can.lex eſt,1.diſtin.§.conſtat autem,de iure natur.gent. & ciuil. l.humanum, C.de legib.*

dd *authen.offeratur, de litis conteſta.C.can. induciæ,4.§.offeratur,3.q.3.tit. de libelli oblatio.lib.2.tit.5.*

ee *can.quiſquis,2.q.8. can. legum,2.qu.1.l. libellorum, de accuſat.P.cum ſimil.lib.Illa ſcriptura ſolemnis & ſubſcripta eſt neceſſaria præſentis;alioquin enim non licet abſenti abſentem per ſcripturam accuſare,c. relatum,5.q.2.*

ff *can.1.vocatio.5.q.2.*

gg *can.placuit,10.18.diſt.vbi tamen gloſſa notat,& per nuncium expreſſum dignum, cuique credi poſſit, poſſe ſe excuſare, vt in can.nobiliſſimus,97.diſt.ca.prudentiam, de offic.delega.c.ex parte,ca.ſciſcitatus,de reſcript.*

hh *can.in primis,2.§.fin.can.ſtatutis,8.can. legum,9.in fin.2.q.1.§.hac lege 2.l.ſtatutis,3.de ſent.ex peric.recitan.lib.7.tit.44. niſi breues ſint lites, & maxime viliũ perſonarum, & minorum cauſarum, in quibus ſcriptura non valde deſideratur, quia ſine ſcriptis & ſine aliqua expenſa, de his iudex debet cognoſcere, authent.niſi breues,de ſentent.ex peric.recitand.C.& cap. 3.nouellæ 17.& nouella 83. aut niſi epiſcopus cognoſcat inter ſibi ſubditos, vt ibidem dicitur; nam inter illos ſine ſcriptura iudicare poterit. cano.ſi quis cum clerico, 11.q.1.*

ii *can.poſt appellationem,2.q.6.l vnic.de libellis dimiſſ.lib.49.P.tit.7.vel literis ſignificabit, quare non receperit appellationem, l.ſi dudum,de appell.recip.P.*

kk *can.longinquitate, 64.cano.ſæpe ſit, 72. 2.q.2.*

ll *Nempe vt poſt mortem eorum eccleſia ea quæſita percipiat;can.1.ſacerdotes, 2.q.4. & quæſita ex bonis propriis per ſacerdotem,hæredibus eius relinquantur,can.penult.& fin.cano.2.q.4.*

mm can.



mm *can.ſicubi,6.12.q.5.*

nn *l.hac conſultiſſima, §.at cum humana, C.qui teſtamenta facere poſſ.*

oo *Veluti literarum obligatio,tit.de literarum obligatio.lib.3.Inſtit.tit.22.l. in contractibus,C.de non numera.pec.& alia,de quibus conſule.gloſſ.ad ca.1.§.poſtquam, ad verb.in ſcriptis,de cenſib.in Sexto.*

## Capvt IIII.

1 *A quibus fieri poſſint ſcripturæ.*
2 *De inſtrumentorum domeſticorum fide.*
3 *De inſtrumentis publicis vt probent, & a quibus ingroſſentur.*
4 *Aut renouentur.*
5 *Clerici non poſſunt eſſe tabelliones.*
6 *Probatio ex ſcripturis lapidum librorum antiquorum archiuorum.*

1 AB omnibus, † qui nouerint ſcribere, ſcripturæ quidem fieri poſſunt, ſed non omnibus fides, nec omnino adhibetur,vel cõtra omnes: & niſi tales ſint, quales fidem habere, & quatenus credendum voluit. Sic quilibet ſibi quidem conficit ſcripturam, *a* aliquando aliis,non ſibi, *b* aliquando aliis & ſibi.*c*

2 Ex quibus inſtrumenta domeſtica,† ſeu priuata annotatio,rationes priuatæ,ſi aliis quoque adminiculis non adiuuentur contra alios probare nequeunt.*d*

3 Quæ vero aliis fiunt, † vel fiunt auctoritate publica,& illę,inter quos factæ ſunt probant.*e* Item aliæ certi generis, quibus conſuetudo vim donat, vt præbent.*f* Tabellio qui notas accepit inſtrumentorum ipſe per ſe dum viuit, debet cõplere, iuxta protocollum ſine vlla additione, vel diminutione, nec poteſt alteri committere.*g* Poſt mortẽ vero eius, auctoritate iudicis, ad petitionem partis, per alium notarium poterunt in formam publicam redigi.*h*

4 Innouationes autem † inſtrumentorum antiquorum,de quibus dubitatur, ne mox vel in poſterum legi non poſſint, literis euaneſcentibus, aut labentibus, cum auctoritate etiam iudicis ordinati fieri debent, qui prius diligenter inſpicere debet, num illa aliqua in parte fuerint vitioſa, vel per publicam perſonam iubebit tranſcribi.*i*

5 Clerici ſacerdotes † & monachi in cauſis profanis & ſecularibus, non poſſunt eſſe notarii, & inſtrumẽta publica tabellionatus expedire.*k*

6 Probatio quoque inſtrumentorũ † eruitur ex libris antiquis diuiſionum diœceſeon, & ex productis ex archiuo publico,etſi ſcriptionem nõ habeant.*m* Si ſcriptura quoque reperiatur in antiquo vel alio lapide, *n* dummodo auctoritate publica poſita fuerit, quemadmodum olim album proponebatur prætoris.*o*

## Scholia.

a *Vt in teſtamentis,quæ quis ex arbitrio mutare poteſt, l.rem legatam,de adimen.leg. l.ſi quis in principio, de leg. 1.tales epiſtolæ & ſimilia.*

b *Vt notarius amanuenſis iudicum,ca.quoniam contra, de probat.*

c *Sicut cum quis chirographum ſcribit,apocham,antapocham & ſimilia.*

d *l.inſtrumenta domeſtica,5.l.rationes,6.l. non epiſtolis,13. C.de probation. quemadmodum neque teſtes domeſtici probant, l. 2.C.de teſtibus.*

e *tit.de inſtrumentorum cautela & fide, in nouell.*

f *cap.cum dilectus, 9.§.fin. de fide inſtrument.*

g *In nouella de tabellionibus,gloſſ.fin. ad ca. cum P.tabellio,de fide inſtrumento.Eſt & vſus,vt ab ipſo notario ſine auctoritate iudicis inſtrumenta habeantur, vt notat Octauia.Weſtrius, libr. 6.introductionis in aulæ Romanæ actionem.ca.1. Hic tamen notandũ, quod ſi creditor habuerit literas obligatorias groſſatas, vt dicunt, hoc eſt in mundũ tranſcriptas & ſignatas a notario, & eas amiſerit, illæ non debeant amplius ita facile tranſcribi vel groſſari a notario, & niſi parte vocata, & ex præcepto iudicis,*

Hhhhh

*Literæ vero perpetuæ, vt matrimonii, vẽditionis, & huiuſmodi, poſſunt regroſſari cum cauſa, ſi ille, cuius ſunt literæ, vel ad cuius vtilitatem ſunt, aſſerat medio iuramẽto eas amiſiſſe, & hoc de præcepto etiam iudicis, niſi in notula appoſitũ fuerit, quod fiant tot, quot petitæ erunt, &c. Maſſuerius in praxi. lib. 8. de literis notis & notatis, §. 18. Item aduertendum per Cyn. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo, Bart. ad l. ſi quis, de tabulis exhibend. P. l. chirographis, de tabul. exhib. facit l. fin. C. de fide inſtrument.*

h *cap. penultim. de fide inſtrument. l. contractus, C. eod. tit.*

i *cap. fin. de fide inſtrum. & antequam fiat renouatio inſtrumẽtorum, præcipuum eſt, vt non dubitetur de illorum tenore, quare & ſolẽt prius teſtes adhiberi ſuper illorum integritate, c. cum olim, de priuil.*

k *c. ſicut te accepimus, 8. ne cler. vel monach. ſecularibus negotiis ſe immiſceant, l. conſulta diualia, de teſtamentis, cum ſimil.*

l *c. cum cauſis, 13. de probat. ca. ad audientiam, de præſcript.*

m *cap. peruenit, 30. q. 1. §. illud, de his, qui ingrediuntur, de appell. in nouell. authen. ad hæc, de fide inſtrument. cap. ex literis, de in integr. reſtitutio.*

n *Gloſſ. ad c. cum cauſam, ad verba,* per libros, *de prob.*

o *l. ſi quis id quod. de iuriſd. omn. iud.*

## Cap. V.

### *De forma inſtrumentorum variæ vt probent.*

MVlta *a* requiri in inſtrumẽto authentico publico & probante ex plena fide, annotatur, veluti teſtium præſentiam, ſigillum authenticum, *b* quod habeat characteres apparentes. *c* E Item quod contineat diem & annum, *d* cum his & in aliis locorũ conſuetudo erit obſeruanda, num ſecundum eam inſtrumenta probent aut authentica habeantur. *e* In iudicialib. autem actis expeditis ab amanuenſe, eius ſo-A lius ſubſcriptio & fides ſufficit. *f* Fiunt autẽ notulæ per notarios ſeu protocolla de his quibus adhibentur, & quibus fides datur, dummodo ibi ſint, quæ ad groſſandũ, vt dicunt, ſunt neceſſaria. *g* Poſtquam vero tabellio reddidit literas in mundum redactas & ſignatas, nihil eis debet addere vel minuere, potiſſimum ſi fuerint in iudiciũ productæ, præſumeretur enim ſuſpectus, ſi vellet corrigere dictum ſuũ. Quod B ſi omiſerit adiicere diem & annum, & conſtet de nota, poterit addere de præcepto iudicis ſecundum exigentiam negotii. Teneretur tamen tabellio, ſi quid intereſſit partis errorem non fuiſſe commiſſum, ei reſarcire. *h* Scriptura porro libelli actionis & accuſationis, ſuas formulas habet ſubſtantiales, *i* de quib. ante dictũ fuit. *k*

### Scholia.

C a *Speculator in tit. de inſtrum. editione tradit, nouem requiri ad eſſentiã publici inſtrumenti, quæ enumerat Bar. ad l. ſi quis, §. initium, de eden. P. quo loci tamen Bart. ſub finem addit, in quæſt. quando authenticum dicatur inſtrumentum, ſequendam eſſe locorum & prouinciarum conſuetudinem. At in nouella 44. de tabellionib. ſtatuitur, in c. 1. §. 3. vt tabelliones nõ fingant ægritudinem, vt aliis complementum committant negotii, ſed ipſi contractui interſint a principio vſque ad finem,* D *& in ca. 1. eo. dicitur, ne prius complementum ſeu hypotheſin adponãt, quam perfecte nouerint negotium, de quo agitur. Permittitur autem illis in dict. c. 1. §. 4. per ſubſtitutum & adiutorem ſuum, in ſola tamen ſtatione, cõtractus formare, item & ſubſcribere. In nouell. 73. de inſtrum. cautela & fide. c. 7. §. 1. iubeturq́, vt in protocollo acta deſcribant cum die & conſule,* E *dicta nouell. 44. c. 2. forma porro redigendi inſtrumenta in mundum, vel deſcribendi, traditur in nouella 47. vt præponatur nomen Imperatoris, & in ca. 2. eius tituli, vt ſcribantur Latinis literis formatis, ſine abbreuiationibus ſeu*



*ſeu notis aut ſignis. Statuitur deinceps, vt* A *ſubſcribantur a teſtibus, antequam dicantur completa documenta, nouell. 73. c. 3. §. ſed & ſi inſtrumẽta, quamuis acta iudicialia valeant ſine teſtium ſubſcriptione, l. 31. C. de donat. Pro ſubſcriptione teſtium habetur in teſtibus, qui non norint literas, ſigni cuiuſdã appoſitio, quod ipſi recognoſcant per ſe factum in inſtrumentis, quemadmodum & olim ſignum crucis pro fide & ſubſcriptione apponi ſolitum erat,* B *nouella Iuſtin. 73. c. 8. nouella Leonis Imperatoris 72. l. ſi. §. 2. de iure deliberan. C.*

b *cap. 1. de fide inſtrum. glo. ad l. generali, de tabulariis, lib. 10. C. Speculator de inſtrumentor. editio. §. nunc videndum reſtat.*

c *c. inter dilectos, de fide inſtrum.*

d *dict. cap. inter dilectos, & ca. eam te, de reſcript. quod aliquando non exigitur in priuata ſcriptura, vt in l. cum tabernam, §. 1. de pignoribus, & ideo Barto. notat & gloſ-* C *ſa, & Cynus ad l. ſi qua beneficia, de diuerſis reſcrip. C.*

e *c. cum dilectus, 9. de fide inſtrument.*

f *l. in donationibus, C. de donation. ca. quoniam contra. de probat.*

g *Cynus ad leg. contractus, de fide inſtrum. Bartol. ad l. admonendi, de iureiurand. videndum tamen, cap. inter dilectos, de fide inſtrument. notatur, & in cap. poſt ceſſionem, eod. titul. l. ſi quis decurio, de falſ. §.* D *ſi quis vero, vt nulli iudic. liceat habere loci ſeruator. in nouell. Maſſuer. in practica, titul. 18. de literis, notis & notatis. §. 19.* Item danda eſt fides, &c. *addit & in §. 20. etiam ſi nota eſſet ſcripta in tabula cerea, in petra, in gypſo, vel litera groſſata in papyro, ei credendum per Bartolum ad leg. qui tabulas, de fur. P. l. in commodato, §. ſicut commoda.*

h *Maſſuerius iiſdem fere verbis in practica, titul. 18. de literis & notis, §. 40.* Item E poſtquam tabellio, *per l. fin. de magiſtratibus cõuenien. notatur in l. actorum verba, de re iud. P. Sed ſi fuerit litera duplicata, & alteri parti tradita, notarius, non* A *debet facere, nec iudex ei præcipere, niſi parte vocata, vt correctio ſit mutua & falſitas euitetur, argumento l. in cauſæ, §. cauſa cognita. de minorib.*

i *c. ſi. §. libellorum, 2. quæſt. 8. l. libellorum, de accuſatio. P.*

## Cap. VI.

### *De inſtrumentorum productione.*

B VTraque pars litigantiũ etiam poſt publicationem atteſtationum, vſque ad diffinitiuæ ſentẽtiæ calculum, inſtrumenta exhibere, antequã in cauſa concluſum fuerit, poteſt, *a* fit autem illa productio iudici, corã quo litigatur, & ex cauſa alibi. *b* Editur & inſtrumentum interdum, ſi producenti ita videatur, non in totum, ſed in tantum quoad cauſæ conuenit. *c* Quemadmodum nec actori reus tenetur inſtrumenta ſua cõmunicare, vel in iudicio con-C tra ſe proferre, *d* niſi forſan ea communia ſint. *e* Imo & ſi quæſtio ſit de priuilegiis, iudex non debet ea omnibus manifeſtare, ſed in inſpectione eorum, duodecim hominum numero debet eſſe contentus, & reſtituere producenti. *f*

### Scholia.

a *cap. cum dilectus, 9. de fide inſtrumentor. In concluſione porro cauſæ renuntiatur omnibus allegationibus, & aliis probationibus, ideo, qui renuntiauit hoc modo, non admittitur ad productionem inſtrumentorum, c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſion. cap. auditis, de procuratoribus, & in deciſ. Rotæ 9.* nota poſtquam, *in antiq. dicitur poſt concluſionem cauſæ non recipi probationem, etiã per inſtrumẽta, maxime in cauſa profana, vt in d. c. cum dilectus, in cauſa vero beneficiali, ſecundum aliquos, admitti, vt innuit Hoſtienſ. ad ca. ad petitionem,* E *de accuſatio. c. lator, c. conſanguinei, de re iudica. quia renuntiatio non eſt neceſſaria, vt in clem. ſæpe, de verb. ſignific. vt etiam poſſint recipi teſtes poſt concluſionem. Et in deci. 146.* nota quod poſt ter-

minum, in antiq. dicitur, quod poſt ter- A
minum ad producendum omnia poſſunt
produci inſtrumenta, donec dictum fue-
rit in cauſa, non autem poſtea, vt poſt ter-
minum peremtorium. ca. coram, de in in-
tegrum reſtitutio.

b ca. accepimus, 4. de fide inſtrumentor. leg.
iudices, 17. in ſi. C. eod. in loco tamen con-
gruo & ſecuro, dict. c. accepimus, can. hor-
tamur, 3 quæſt. 9. can. ſuis, 33. quæſt. 2. ca.
ex parte, de appellatio. ca. accedens, in 2. vt B
lite non conteſta.

c cap. contingit, 5. de fide inſtrumento. l. ar-
gentarius, §. edi autem, de eden. Pand. lib.
2. tit. 13.

d cap. penult §. qui intendit, 4. quæſt. 3. ca. 1.
de probatio. l. nimis graue. C. de teſtibus. l.
cogi, 11. de petitio. hæred. C. lib. 3. tit. 31. l.
poſſeſſiones, de probatio. l. exſtat decretum,
de iure fiſc. P.

e c. G. perpetuus, 12. de fide inſtrum. Sic ar- C
gentarius & publicus exactor, tenetur cõ-
tra ſe inſtrumenta edere, l. in fraudem, §.
ex his bonis, & §. ſequen. de iure fiſc. ratio-
nes quoque communes ita edendæ, in l. non
eſt nouum, & l. iuſtum eſt. C. de edend. &
contra non exhibentem iurari poteſt in li-
tem, quanti interſit petentis, l. in teſtamen-
tis, 10. de in litem iuran. libr. 12. Pandect.
tit. 3.

f ca. accepimus, 4. de fide inſtrum. praxiſ- D
que eſt, quod de iure producens inſtrumen-
tum, non teneatur aut cogatur dimittere
originale authenticum penes curiam vel
actuarium eius, ſed tantum exemplar, &
vt dicunt copiam concordatam cum ori-
ginali per notarium, ſecundum Paulum
Caſtrenſem. in l. fin. C. de fide inſtrumento.
debet tamen aduerſarius producta inſtru-
menta in originali ipſo ſeu autographo pri-
mo videre, atque ita iudex permittit ſemel E
producta inſtrumenta in originali, reddi
producenti, cum cautione, de iterum pro-
ducendis, ſi quãdo iudex exhiberi iubeat.
Et ſi quando aduerſarius inſtaret, ſe velle
arguere originale de falſo, vt ait Paul. Ca-
ſtren. ad. dict. l. fin. 2. notabili. C. de fide in-
ſtrumento. Maranta in praxi. part. 6.
num. 10. & textus exſtat expreſſus. in leg.
cum quidam, 20. C. de fide inſtrumen. Hic
rurſum & obſeruãda diſtinctio circa red-
ditionem originalium inſtrumentorũ pro-
ductorum ante rem iudicatam relicto ex-
emplari, quam tradit Speculator in titulo
de inſtrumentorum editione, §. nunc dice-
mus, nu. 12. aut inquit inſtrumentum ex-
hibitum, aut ſcriptura producta pertinent
ſpecialiter ad cauſam illam pendentem in
iudicio, pro qua exhibita ſunt, quo caſu
parti petenti non debent reddi, quia origi-
nalia debent remanere penes iudicem, ca.
quoniam contra, de probatio. ne falſum fa-
bricari poſſit. Aut eſt generalis ſcriptura,
ſeu inſtrumentum ad alias cauſas etiam
pertinens, & tunc debet originale reſtitui
exemplo vel copia, vt loquuntur, fideliter
tranſcripta & per notariũ, ſeu amanuen-
ſem iudicii cum originali collata, apud a-
cta remanente, in qua amanuenſis debeat
adiicere, quod collata cum originali per
omnia concordet ſua ſubſcriptione ita te-
ſtatus: quo facto exemplar illud perinde ac
originale probat, vt & idem ait Specula-
tor, tit. de teſtamentorum editione. §. oſten-
ſo. numer. 32. tractat Alexand. conſi. 12.
num. 1. incipiente, in cauſa, volum. 4. Pa-
normit. ad ca. Albericus, num. 5. de teſtib.
Porro ſi pars vel alter ex litigantibus acta
iudicii falſauerit, cauſa cadere debet, l. in
fraudẽ. §. quoties, de iure fiſci. & ibi gloſſa
in verbo cadat. Si vero teſtes corruperit,
aut inſtrumentum falſauerit, aliter pu-
niendus per l. diuus, de re iudic. P. l. qui no-
mine, ad leg. Cornel. de falſ. tit. ſi ex falſis
inſtrum. &c. C.

## Caput VII.

1 Effectus, & inſtrumentorum probatio fa-
cilis, & quæ ſint, quæ probent & quate-
nus priuata aut publica.
2 Inſtrumentum pro titulo.
3 Antiqui inſtrumenti fides.

Literæ



1 Literæ quidem per ſe non obligant, ne- A
que perficiuntur negotia ſcriptura,
verum ea ratione ſcripturæ fiunt, vt faci-
lius, quod actum eſt, probari poſſit. a Itaq;
productione ſeu exhibitione facta inſtru-
mentorum, adhibendũ erit iudiciũ, num
ex genere ſint ſcripturarum, quæ fidem &
probationem faciant. Reſoluendum au-
tem erit in hac re, inſtrumenta publica ſo-
lemniter facta adhibitis teſtib. & ſubſcri-
ptionibus, probare, b atque ſententiam B
ſuper illis vel aliis publicis literis, quamdiu
de falſo in contrarium non conſtat, ſortiri
effectum debere, & defendendam. c Pro-
bant & alia documenta authentica quam-
uis publica manu confecta non ſint, ſi te-
ſtes illis adſint, d aut ſi habeant authenti-
cum ſigillum. e Priuata quoque ab alteru-
tra partiũ facta ſcriptura, dummodo par-
tium aut teſtium ſubſcriptione fulciatur,
in actione perſonali probationis vim & C
robur habet. f Si quis tamen habeat in-
ſtrumentum publicum, ex quo ſibi res de-
bitoris hypothecæ nomine fuerit obliga-
ta, & alius eiuſdem debitoris creditor pri-
uatum, vt dictum eſt, habeat obligationis
inſtrumentũ, præfertur auctoritas publici
priuato, niſi & illud priuatũ prius factum
ſit, & habeat triũ vel plurium teſtium ſub-
ſcriptionem, per quam fraus, quę pręſumi
poſſet, facta cõtra publicum elidatur g Va- D
lent & priuatæ ſcripturæ in præiudicium
eorum, qui ſcripſerunt ſibi, h non et-
iam ad commodum eorundem, & in præ-
iudicium tertii. i Habent item auctorita-
tem probãdi ſine teſtibus, quæ exactis pu-
blicis prodeunt. k Et quæ proferuntur ex
archiuo publico. l Si tamen cautio, quam
quis dicit a ſe indebite expoſitam, indeter-
minate loquatur, aduerſarius tenetur pro-
bare debitum, quod ea continetur, ſed ſi E
cauſam, propter quã huiuſmodi ſcriptu-
ra proceſſerit expreſſa ſit in eadem, ei ſta-
tur, niſi oſtendatur indebite proceſſiſſe. m
Et quamuis ſcriptura priuata non probet
contra alterum, n tamen cõtra producen-
tem fidem facit. o Quod ſi quando inſtru-
mentum deperditum fuerit vel conſum-
tum, ex eo adhuc iudicari poterit, & ſe-
cundum illud, ſi modo probetur per te-
ſtes, quod illud viderint ſine vitio in forma
publica tale quid continens. p

Rurſum † hæc vis inſtrumẽti eſt acqui- 2
ſitionis rei, vt eius dominium repræſentet
& habeat, & ſit tanquam titulus: quamob-
rem & donato traditove inſtrumento ac-
quiſitionis traditæ & donatæ, cenſentur
res in illo acquiſitæ. q Cæterũ inſtrumen-
tum habens defectũ ſolemnitatis extrin-
ſecæ probat nihilominus, ſi ab eo, qui po-
tuit opponere, non fuerit obiectus defe-
ctus. r

Præſumũtur etiam in antiquis † inſtru- 3
mentis omnia ſolẽniter acta propter an-
tiquitatem temporum, & difficilé in con-
trarium probationem. s

## Scholia.

a l. cum res, C. de probatio. l. non figura, de a-
ctio. Pand. can. quanto, 63. diſtinct. can.
noſtrates, 30. q. 5.

b vt in cap. cum a nobis, 28. §. nec ſcriptum,
de teſtibus. l. fin. §. fin. ſi certum peta. publi-
ca inſtrumenta perpetua firmitate nitun-
tur, ad damnum & commodum vtriuſ-
que partis, c. 2. de fide inſtrumentor. ca. 2.
54. diſt. ca. ſi quis de clericis, 12. quæ. 2. ca.
cum pridem, de pactis. Tunc enim comple-
mentum accipiunt inſtrumenta, cum te-
ſtium adhibetur præſentia. Nouella 73. de
inſtrumentorum cautela & fide, c. 5. §. ſed
etiam. Nam vt in c. 3. eius nouellæ dicitur,
ſi literarum fides a voce teſtium diſcrepet
teſtes præferuntur. facit & l. 15. de fide in-
ſtrumento. Sed eſt magnæ auctoritatis in-
ſtrumentum inſinuatum, nouella 73. c. 3.
Notarii ſeu tabelliones, ſunt perſonæ publi-
cæ ſeu ſerui publici. l. 2. de ſtipulatio. ſeruo-
rum. P. conſtituti ad conſcribendos & au-
ctorandos publice cõtractus priuatorum,
l. 14. §. 2. de ſacroſanct. eccleſ. l. 17. de fide
inſtrument. l. 1. C. de Eunuchis, l. 1. C. vt

*nemo ad ſuum patrocinium, &c. & teſta-* A
*mentorum ſcriptores, l. 24. C. de teſtam.*
c *cap. accepimus, 4. de fide inſtrumento. l. di-*
*uus, de re iudic. falſitate contra probata,*
*nullius momenti erit ſententia ſuper falſis*
*lata, c. noſtra, de procuratio. in fine. l. licet,*
*C. eod. tit. de procurat.*
d *c. 2. de fide inſtrument.*
e *dict. c. 2. de fide inſtrument. c. poſt ceſſio-*
*nem, de probat. can. curæ, 11. q. 3.*
f *§. ſed etſi quis, de inſtrument. caute. & fide* B
*in nouellis. gloſſa, ad verbum* authentica,
*in capit. 2. de fide inſtrument. per illum*
*textum.*
g *l. ſcripturas, qui potiores in pignore habean.*
h *l. generaliter, de non numera. pecunia. C. l.*
*publica. §. fin. depoſit.*
i *l. inſtrumenta, l. rationes. l. exemplo. C. de*
*probatio. l. fin. de conuenien. fiſci debitori,*
*C. libr. 10. vt neque libri mercatorum pro-*
*bent pro illis. gloſſa. ad l. quædam, §. numu-* C
*larios, de eden. P. ad verb.* decurritur, *quæ*
*tamen gloſſa nõ tenetur abſolute per inter-*
*pretes, dicunt enim libros mercatoris ſemi-*
*plene probare in caſu, quo qui illos produ-*
*cit ſit integræ opinionis, & ſua manu ra-*
*tiones ſcripſerit, cauſa obligationis certa*
*appoſita & expreſſa. Item ſi in iiſdem libris*
*non ſolum credita, ſed etiam debita data*
*& accepta, contineantur, ita vt proferen-*
*ti iuramentum ſuppletorium deferri poſ-* D
*ſit. Bart. in l. admonendi, numer. 26. & ibi*
*Iaſon. num. 127. & ſeq. de iureiuran. Bal-*
*dus, ad l. 2. numer. 12. de eden. Guido Pa-*
*pæus, deciſ. 441. incip. pro declaratione.*
*Collige itaque hic requiri, vt mercator ſit*
*bonæ fam, æ & ſolitus ſit veritatem ſcribe-*
*re, l. vniuerſorum, de pignor. actione. l. qui*
*ſemiſſis, §. 1. de vſur. Pand. 2. quod ratio-*
*nes propria manu ſcripſerit per l. genera* E
*liter, C. de non numera. pecunia. 3. quod*
*cauſa debiti ſit expreſſa, l. cum de indebi-*
*to. §. fin. de probatio. Pand. d. l. generaliter,*
*4. quod liber hic contineat data & acce-*
*pta, l. publica. §. fin. depoſit. Pand. deciſ. ca-*
*pellæ Tholoſa. 496. inter mercatores, eſt*
*etiam conſuetudo, vt libri mercatorum*
*probent, Bald. conſi. 198. num. 3. idipſum ſi*
*inter illos factum fuerit de hoc ſtatutum,*
*de his, quæ ad mercaturam pertinent, po-*
*teſt enim conſuetudo ex priuata ſcriptura*
*facere publicam, c. cum dilectus, 9. de fide*
*inſtrument.*
k *ca. quoniam contra, de probatio. l. in dona-*
*tionibus, 31. de donation. libr. 8. C. tit. 54.*
*vbi ratio, quia ſuperfluũ eſt priuatum te-*
*ſtimonium, cum publica monumenta ſuf-*
*ficiant. Et notat ibi gloſſa, in donationibus,*
*quas neceſſarium non eſt, actis publicis in-*
*ſinuari, credi tabellioni ſine teſtibus, vt col-*
*ligit ex illa lege, & ex §. ſi vero neque. de*
*inſtrumento, cautela & fide in nouellis, l. ſi*
*quis decurionum, ad leg. Corneliam, de*
*falſ. C. & in §. ſi vero, de hæredib. & Falc.*
*C. in nouella, dicitur tamen, quod & ſer-*
*uatur, neceſſariam quidẽ non eſſe teſtium*
*ſubſcriptionem, ſed nihilominus eos inter-*
*uenire & adeſſe actui, & notarium eorum*
*nomina ſcribere debere, vt in §. ſed inſtru-*
*menta, de inſtrumento, cautela & fide, in*
*nouell, dummodo donator, vel alius pro eo*
*voluntatem ſuam ſubſcripſerit, vt dicitur,*
*in dicta l. in donationibus, & l. vice, l. do-*
*natio, C. de donationibus. l. contractus, C.*
*de fide inſtrum.*
l *authen. ad hæc, de fide inſtrumen. C. §. illud*
*etiam iudicauimus, de his, qui ingrediun-*
*tur ad appell. in nouell.*
m *Sunt verba c. ſi cautio, 14. de fide inſtrum.*
*& probat l. generaliter, C. de non nume-*
*rata pecunia. facit ca. per tuas, de probatio.*
*& ibi ratio. poteſt enim opponi pecunia*
*confeſſæ infra biennium exceptio non nu-*
*meratæ pecuniæ, leg. in contractibus, C. de*
*non numera. pecun. & in dote, l. fin. de dot.*
*cauta non numera.*
n *l. inſtrumenta, cum 2. ſequent. C. de pro-*
*bationib. niſi habeat ſubſcriptionẽ trium*
*teſtium, l. ſcripturas, C. qui prior. in pign.*
*habean, c. 2. de fide inſtrumen. l. penult. C.*
*eo. tit. §. ſi quis igitur, & §. ſeq. de inſtrum.*
*cautela, in nouell.*

o *vel*



o *vel contra ſcribentem, vel contra produ-* A
*centem, qui ex eo illam probat. l. Titius, de*
*conſtit. pecunia. P. l. publicam, depoſiti. P.*
*l. fin. de lega. 2. qui enim ſcripturas ſimpli-*
*citer producit, videtur fateri omnia, quæ*
*in eis ſcripta ſunt vera eſſe, etiam quæ ſibi*
*producenti præiudicarent, ſecundum no-*
*tata per Innocentium, in c. cum olim, in fi-*
*ne, verſ. ſed dies, de cenſibus, & in cap. cum*
*venerabilis. num. 4. verſi. item licet pro-*
*ducens, de exceptio. nec admittit hæc con-* B
*feſſio reuocationem prætextu erroris; po-*
*tuit enim præuideri, cum confeſſio hæc ſit*
*ſcripta, quæ non reuocatur. Panorm. & alii*
*in c. fi. de confeſſ. niſi producendo quis pro-*
*teſtetur, ſe inſtrumentum tantum produ-*
*cere, inquantum facit pro ſe non aliter, quæ*
*proteſtatio excuſat & admittitur de iure,*
*vt notat Barto. ad l. publicæ, §. fin. depoſit. l.*
*Aurelius, §. penult. de libera. lega. P. Feli-*
*nus ad c. imputare, de fide inſtrum.* C
p *cap. cum olim, 12. de priuileg.*
q *ca. cum pridem, de pact. l. 1. C. de donat. l.*
*qui filium, & l. qui chirographum, de le-*
*gat. 3. l. ſeruum filii, §. eum qui chirogra-*
*phum, de leg. 1.*
r *& ita pro eo inſtrumento poteſt ferri, ca. ea*
*noſcitur, de his, quæ fiunt a prælatis ſine cõ-*
*ſenſu capituli. Dec. conſi. 409.*
s *l. filiusfamilias, C. de petitio. hæred. l. qui in*
*aliena, §. ſed etſi, de acquirend. hæredit. Fe-* D
*linus, in c. ſicut, num. 29. de ſententiis, &*
*re iudicat. admitteretur tamen probatio;*
*contra hanc præſumtionem: quia ea non*
*eſt iuris, nec de iure. Cynus ad l. ſi certis*
*annis. nu. 4. C. de pact. Decius conſi. 409.*
*Alex. conſi. 113. num. 4. incipiente,* ſuper
primo, *volum.*

## Capvt. VIII.

1 *Exceptiones contra ſcripturas, falſi ſuſpi-* E
*cio. 2 Si tantum exemplar cum diſtin-*
*ctione. 3 Iudicis auctoritas vim dat in-*
*ſtrumẽtis & teſtamẽtis inſinuatis. 4 Te-*
*ſtes num contra inſtrumenti tenorem pro-*
*bent. 5 De contrariis ſcripturis produ-*
*ctis. 6 Non probat inſtrumentum ſigil-* A
*latum niſi legi poſſit. 7 Nec vi extortum.*
*8 De locationis inſtrumento. 9 De pœ-*
*na dicentis & non probantis inſtrumẽtum*
*falſum.*

PLura tamen † obiici poſſunt ſcripturis 1
& inſtrumentis, vt fidei & probationi
derogetur, veluti, ſi vitium aliquod eis in-
ſit, quod inducat falſi ſuſpicionem, puta ra-
ſura, vel ſuperinſcriptio in loco ſuſpecto B
non aliter, aut ſi quæ alia adſint, quæ falſi
cauſas arguant. *a*

Excipitur † & de fide ſi exemplar tãtum 2
producatur, quod ſe referat ad illud inſtru
mentũ, *b* niſi forſan & illud exemplar fue-
rit tranſcriptum ab alio notario, & aucto-
ritate iudicis, qui fecit poteſtatem exem-
plandi inſpecto diligenter, & inuento ſine
vitio originali, quo caſu perinde exempla-
to, ac originali creditur, *c* ſed etſi tabellio C
morte præuentus non perfecerit quædam
inſtrumenta, quæ in notã redacta fuerant
ab eodem, ad petitionem eorum, ad quos
pertinẽt, auctoritate ordinarii iudicis po-
terunt in publicam formam redigi, habi-
tura per hoc perpetuam firmitatem. *d*

Quemadmodum † & iudex teſtamen- 3
to coram ſe publicato, addit ei auctorita-
tem publicam & vim, *e* & donationibus
quoque, quæ iure ciuili ſcripturam & in- D
ſinuationem exigunt, *f* cuius & auctorita-
tis eſt teſtamentũ corã principe factum. *g*
Expugnatur etiam inſtrumentũ, ſi falſum
in eo narratum ſit. *h* Quare ſi inſtrumen-
tum eiuſdem cauſæ, pro parte inueniatur
falſum continens, & in omni parte falſum
cenſetur. *i* Niſi diuerſa capita contineat ad
diuerſa relata, non ſi acceſſoria, quæ poſ-
ſint ſeparari, quorum falſitas in vno, ad a-
liud non extenditur. *k* Si tamen falſitas in E
ipſo inſtrumento, vt in ſcriptura inuenia-
tur in loco ſuſpecto, omnino cenſetur fal-
ſum & reprobatum, niſi erratum eſſe aſſe-
ratur, vt dixi. *l*

Poſſunt & contra inſtrumentum teſtes 4

quatuor vel quinque probare, quod nota- A
rius quædã omiſit in eo perſcribere, quæ
tamen inter contrahentes placuerint, &
ita vincunt inſtrumentum, *m* vt contra, ſi
plus ſcriptum quam factum ſit dicant, *n* eo
obſeruato, vt plures ſint cõtra inſtrumen-
tum deponentes, quã in inſtrumento ſcri-
pti, & honorabiliores, & vt agatur de facto
recenti, non de antiquo, in quo magis in-
ſtrumento ſtatur. *o*

5 Imputari quoque ei poteſt, † qui con- B
trarias inter ſe ſcripturas in iudicio protu-
lit, fidem ſibi inuicem derogantes, cum in
ipſius fuerit poteſtate, quam voluerit, non
proferre, ſic enim ex contrarietate abro-
gatur fides inſtrumentis. *p*

6 Quemadmodum † & inſtrumento pu-
blico etiam ſigillato, ſi literę illius legi non
poſſint, vt non valeat intelligi, quid in illis
ſcriptum fuerit. *q*

7 Placuit † & vi extorta maxime a clericis C
inſtrumenta, nullam vim habere. *r*

8 Sed neque † inſtrumentum locationis
factum per aliquẽ, probat poſſeſſionem,
quantũ ad extraneos, probat tamen, quan-
tum ad contrahentes pertinet. *s*

9 Obſeruabimus autem, † accuſantem
in iudicio inſtrumentum tanquam falſum,
& non probantem, puniri tanquam falſa-
rium. *t*

## Scholia. D

a *c. licet, c. ex conſcientia, de crimine falſ. c. ex literis, cap. inter dilectos, de fide inſtrument. c. cum venerabilis, de religioſ. domibus. l. fin. §. 1. de edicto D. Adria. tollen. l. penult. C. de teſtibus.*

b *c. 1. de fide inſtrument*, ſi ſcripturam, *inquit*, authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere poſſumus, *auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. l. 2. de fide inſtrumen. P.* E

c *c. fin. de fide inſtrumen. vbi gloſſa addit, ad verba*, publicam perſonam, *quod ſi perſona publica non poſſit habere ad tranſcribendum ex originali, poſſit reſcribi per auctoritatẽ iudicis, per aliam honeſtam perſonam. argum. c. quoniam contra, de proba. ita tamen quod ſigillum authenticum apponatur, quod adhibeat fidẽ inſtrumento. c. 2. & c. cũ dilectus, de fide inſtrument. iudex enim curare debet, vt ſalua ſit rerũ probatio, l. curent, de teſtib. in P. facit l. publicati. C. eod. tit. Cæterum hic obſeruari debet, tranſumtum ſeu exemplar ſumi & fieri debere vocatis & citatis, quorum intereſt, vt adſint, ſi velint certo die, certo loco, dum exhibebitur inſtrumentum vel ſcriptura tranſcribenda, obiecturi & oppugnaturi, ſi quæ habeant, quibus impediant vel improbent, impetranturq; literæ compulſoriæ a iudice contra notarium vel alium habentẽ penes ſe ſcripturã tranſcribendam, vt eam edat, eaq; ratione, quorum intereſt, citantur, vt veniãt, vel ad locum domicilii, ſi certæ perſonæ ſint vocandæ, iuxta c. ſi. de eo, qui mittitur in poſſe. vel per edictum, ſi incertæ ſint. Rota deciſ. 10. in nouis. Tractat de his citationib. ad finem, vidẽdi exemplar fieri, Octauia. Weſtrius, lib. 6. introductio. in aula Roma. actiones. c. 1. num. 12. 13. 14. 15. Alioquin, ſi aduerſaria pars nõ fuerit citata aut præſens, in exemplis iſtis tranſcribendis, tranſcriptum nihil ei officiet. authent. ſi quis in aliquo. C. de edendo. Guido Papæus deciſio. 471. Alexand. conſi. 6. col. fi. lib. 4. valebit tamen contra eum, qui ita fecerit tranſcribi. l. chirographum, de adminiſtr. tutor. & contra alium producentem, authent. ad hæc. de fide inſtrumen. C. probat tamen ſine citatione exemplum datum ab eo, qui & fecit originale, dicta deciſio. Rotæ 10. in nouis, Iaſon. & Bart. ad dict. authen. ſi quis in aliquo, C. de eden. ſemel enim approbatus notarius reprobari nequit ab eodem, qui approbauit, l. 1. quod quiſque iur. P.*

d *c. cum P. Tabellio, 15. de fide inſtrumento. Tractatur autem nouella, 73. ca. 7. ex perſona ſcribentis, & aliorum quemadmodum mortuo tabellione inſtrumenti & literarũ eius fiat comparatio, & rurſum in*

*c. 6. vt*



*c. 6. vt notæ ſi quæ ſint in inſtrumento, diligentiſſime comparãtur inter ſe, apud iudices, poteritque fieri comparatio ex ſolis documentis publice celebratis & publica arca depromtis, non autẽ ex priuatis, quibus pro ſe aduerſarius vtitur, vt habetur in nouella, 49. de his, qui ingrediuntur ad appellationem, cap. 2. vbi & additur committi quoque literarum comparationem hominibus peritis & literatis.* A

e *l. teſtam. l. conſulta diualia, l. publicati, C. de teſtam.* B

f *l. pen. §. fin. & l. ſancimus, C. de donat. l. donationes, quas parentes, de donat. inter vir. & vxor. C.*

g *in l. omnium. C. de teſtam.*

h *Illud erit vel per mendaciũ, vel falſi ſuggeſtionem, obreptionem, vel ſubreptionem, ex quibus corruunt reſcriptorum & gratiarum ſcripturæ, quæ non aliter cenſentur conceſſæ, quam cum clauſula,* ſi preces *C* veritate nitantur, *ca. vniuerſa, 25. quæ. 2. cap. 2. de reſcript. l. vniuerſa, 7. de diuerſis reſcriptis. C. l. præſcriptionem, & l. etſi legibus, ſi contra ius vel vtilita. publicam. C. l. 1. de natalib. reſtituen. diſtingue tamen, quæ ſit veritas ſuppreſſa, quæue expreſſa fuerit falſitas, & quo animo, iuxta cap. ex parte, de reſcrip.*

i *In ca. canones, 16. diſt. c. pura, 3. q. 9. c. non liceat, de cõſec. diſt. 3. l. eiuſdem, de edilitio edicto. P. facit ca. ſi ad ſacras, 9. diſtin. ca. quieſcamus, 42. diſt.* D

k *can. qui de menſa, 37. diſtinct. c. ſi quis, 12. qu. 2. ca. ſi non ſanctificatur, de pœnitentia, diſt. 4. ca. ſunt, 17. q. 4. ca. cum tempore, de arbitr. cum ſimilibus citatis a gloſſa, ad ca. ſi ad ſacras ſcripturas, 7. ad verba,* ſic in eis, *9. diſtinct. quæ ſic diſtinguit per leg. etiam, §. fin. de minoribus Pandect. & per l. cum actum, de nego. geſt. & c. diffinitiua, 2. q. 6. & melius in l. ſi ex falſis, 42. de trãſactio. C. libr. 2. tit. 4. ex falſis inſtrumentis prolata ſententia non habet vim rei iudicatæ, & ſi damnatus conqueratur contra illam, de nouo auditur. l. 1. 2. 3. 4. ſi ex falſis inſtrumentis, & c. lib. 7. C. tit. 58. notat & gloſſa ad can. conſtat. 211. §. fin. 1. q. 1. per illum textum, inſtrumentũ non quoad alia, ſed in quo verum eſt recipiendum. Rurſum gloſſa ad ca. relatum, 14. ad verba,* ſi quid veri, *37. diſtin. tradit, teſtes vel inſtrumenta poſſe pro parte rata haberi, pro parte non, vt & dixit ad c. ſi ad ſacras, 9. diſtin. ſed illud verum eſt, quando teſtes reprobãtur ratione perſonæ, & inſtrumenta ratione ipſorum, non autem ſi ratione dictorum.* E

l *In principio huius tituli, ex capit. 2. de fide inſtrumento. l. 2. eod. tit. P.*

m *cap. cum Ioannes heremita, 10. de fide inſtrument.*

n *ca. tertio loco, 5. de probat. præfertur viua vox mortuæ, vt in §. ſi vero, de inſtrumento, cautela & fide.*

o *Et has omnes circumſtantias diſcutit gloſſa ad dictum ca. tertio loco, ad verbum teſtium, & in ſumma, ſine his præualere inſtrumenta teſtibus, l. celſus, de probatio. l. cum de indebito, §, fin. eo. l. ſi alterius, §. 1. in fine, ſi minor ſe maiorem dixerit. l. final. C. arbitrium tutelæ. Admitti autem teſtes in contrarium, ſi per viam exceptionis obiiciatur inſtrumento falſitas, vt quod conditio omiſſa, vel aliud, vel additio facta eſt præter dicta, quibus caſibus præualebunt teſtes, c. ex tenore, de teſtibus. d. c. Ioannes, de fide inſtrumento. l. optimam. C. de contrahen. vel committen. ſtipula. At in antiquis, magis credendum eſt inſtrumentis, quam teſtibus, quia memoria hominũ labilis, l. peregre, de acquiren. poſſe. c. vnic. vt eccleſiaſt. benefi. ſine diminutio. conferant. Et teſtes ſolent fidem ſuã variare, & ſcientiam ex temporis diuturnitatẽ. l. 3. §. duc. ad ſenatuſconſ. Carbonia. P. l. qui bona. §. ſi. alias incipiens, l. in cauſæ, de damno infect. P. Et certe in aliis quoque, niſi magna & iuſta cauſa aliter ſuadeat, adhærẽdum eſt inſtrumentis, ſi a fide dignis tabellionibus facta ſint, & careant vitio falſitatis aperto producta, l. fin. C. de edicto diui Ha-*

*dria.tollen. Alioquin nihil poſſet certum* A
*conſtitui, & conarentur, qui conuenta &*
*pacta ſubuertere vellent, in ſuas partes te-*
*ſtes trahere & corrumpere, vt contrarium*
*docerent, atq; etiã teſtes contra quam ſcri-*
*ptum eſſet illis præſentibus, dicentes, nõ ca-*
*rerent ſuſpicione falſi & corruptionis ob*
*mutationẽ geſtorum, fideſque publica no-*
*tariorum & perſonarũ aliarum publica-*
*rum, cum maxima reipublicæ cõturbatio-*
*ne, in dubiũ paſſim reuocaretur, vnde lites* B
*infinitæ & immortales orirẽtur, quod quia*
*nec expedit, ita nec via facile his aperiẽda,*
*vt nec conceditur probatio contra inuẽta-*
*rium publice factum. l. fi. C. arbitrium tu-*
*telæ. Veruntamen, ſi vnus teſtis ſcriptus in*
*litera ſeu inſtrumẽto, ei contradicat, facit*
*eius fidẽ vacillare, l. 1. in fi. quemad. teſta.*
*aperian. ſecus ſi non ſit in ſcriptura conten-*
*tus, aut ſi dicat, ſe non recordari, vt nota-*
*tur, in l. iuriſiurandi, de teſtib. C. c. cum Io-* C
*annes, eo. tit. notat plene Ioannes Faber. ad*
*l. in exercendis, C. de fide inſtrum. vbi &*
*tractat, quot teſtes requirantur ad repro-*
*bandum inſtrumentum. vide Maſſuer. in*
*praxi titulo, de literis notis & notatis, §. 48.*
itẽ ſi vnus. *Suſtineri tamẽ debebit inſtru-*
*mentũ ex fide vnius teſtis, iuncta ſcriptu-*
*ra & tabellione, contra duos alios negãtes.*
p *c. imputari, 13. de fide inſtrumẽto. ſic ſcri-*
*pturæ mutuo directe contrariæ, ſibi inui-* D
*cem fidem abrogant, l. 14. C. de fide inſtru-*
*men. c. cum inter R. de electione. & contra-*
*ria allegans, non eſt audiendus, c. quod au-*
*tem, 33. q. 7. c. quo iure, 8. diſt. c. ſolicitudi-*
*nem, de appell. l. 1. C. de fur. cum ſimil. Hic*
*tamen obſeruandum pro hoc effectu, ab eo-*
*dem ambas cõtrarias produci debere ſcri-*
*pturas, aliter a diuerſis productis contra-*
*riis, illæ potiores, quæ maioris erunt aucto-*
*ritatis, quod relinquitur religioni arbitrii* E
*iudicis. Si etiam diuerſæ ſcripturæ, aduer-*
*ſariæ ad diuerſos ſenſus producantur, non*
*erit reprobanda productio. cap. nihil eſt, de*
*verb. ſignifi.*

q *c. inter dilectos, 6. de fide inſtrumento.*

r *can. 1. & can. auctoritatem, 15. q. 6.*

s *dict. c. inter dilectos, in fin. de fide inſtrum. & ibi per Felinum. Rota. deciſ.* 87. nota quod inſtrumentum, *in antiq.*

t *l. iubemus, C. de prob. diximus ſupra, li. 4. tit. 12. de falſis, & pœna falſi. vide ſi egeas.*

# DE IVREIVRANDO.

## a TITVLVS XIII.

a *Exſtat hic titulus, de iureiuran. libr. 2. decretalium, tit. 24. & in Sex. lib. 2. tit. 11. in Clementi. libr. 2. tit. 9. & libr. 12. P. tit de iureiurando ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali. & lib. 4. C. tit. 1. de reb. credit. & iureiurando, & libr. 10. C. tit. 54. de his, qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt. & in nouella 48. de iureiurando a moriente præſtito, propter menſuram ſui patrimonii. Eo etiam referri debent tituli, de iuram. calum. lib. 2. dec. tit. 7. & lib. 2. Sex. tit. 4. de iureiu. propter calum. dando. li. 2. C. tit. 59. de his, qui ingrediũtur ad appellationem, & quãdo per ſcripturã manus propriæ fiat collatio literarum, de iureiurando delationis, & vt coniungatur iuriiurando calumniæ, nouell. 49. vt litigantes iurent in exordio litis, quia neque promiſerint dane iudicibus, neque dabunt, nouella 124. de iureiurando mulierum ſenicarum nouella 51. ne quis iuret per capillos Dei, 76. vt iurata bonorum deſcriptio facta a parente, inter liberos valeat, nouell. 48. de iudicibus & vt nullatenus cum iureiurando eligantur, & 82. nouella. de iuramento eorum, qui adminiſtrationem ſuſcipiunt 8. Nouella, de iuratoriis cautionibus, nouell. 53. nouella Leonis 97. vt in conteſtatione litis & magiſtratuum initio iuretur. nouella Leonis, 107. vt actor ante litis cõteſtationem porrecto libello iudici fidem ſuam probet. & nouella 99. vt qui iuſiurandum defert, prior de calumnia iuret. Item, libr. 12. Pand. tit. 3. de in litem iurand. & libr. 5. C. tit. 53.*

### CAPVT I.

1 *Continuatio.* 2 *Finitio.* 3 *Diuiſio generalis.* 4 *Alia extraiudicialis & iudicialis, & ſubdiuiſio extraiudicialis.* 5 *Iudiciale, quid & eius ſpecies.* 6 *Singula membra vtriuſq; ſubdiuiſionis explicantur.* 7 *Alia diuiſio in ſimplex & ſolemne, credulitatis, iuratoriæ cautionis.*

1 QVia iam antea † poſt generalem de probatione tractationem, de ſpeciali, quæ per teſtes & inſtrumẽta fit, locuti ſumus, recte de iuramento, vt de alia ſpecie A
probationis agemus, per quod fides extra
iudicium, & in iudicio fieri poteſt.

2 Eſt enim iuramentum, † adfirmatio vel
negatio, ſacræ vel ſuperioris ſeu diuinæ rei
atteſtatione, ſeu inuocatione firmata. *a*

3 Quemadmodũ autem † aſſertio vel ne-
gatio, variis pluribuſque negotiis accom-
modari poſſunt, ſic atteſtatio quoq;, quæ
ſuper his fit per diuinum numen, vel per
aliud, quod ſuperiorẽ cauſam videtur ha- B
bere, aſſertioni vel negationi diuerſas po-
teſt demonſtrare iuramenti diſtinctiones,
tum etiam ratione loci, & rerum quibus
adiicitur.

4 Sed in ſumma iuramentum † ad duas
ſpecies contrahitur, vt aliud ſit extraiudi-
ciale: aliud iudiciale. *b* Extraiudiciale rur-
ſus, quod ſine iudicio & extra illud fit, vel
temerarium, ſiue reprehenſibile eſt, vel aſ-
ſertorium veritatis, quod & pro veritate C
dicenda præſtatur quoque in iudicialibus
quibuſdam, vel promiſſorium, vel confir-
matorium contractus.

5 Iudiciariũ rurſus, † quod in iudiciis ha-
bet locum, vel eſt voluntarium, vel neceſ-
ſarium, vel de calumnia, de malitia, in litẽ,
purgatorium. De ſingulis pauca.

6 Temerarium eſt, † quod ſine diſcretio-
ne fit, & ob res illicitas. *c* Veritatis eſt, quã-
do propter veritatem dictã aut dicendam D
iuratur. *d* Promiſſorium, quando ſub iura-
mentum obedientiæ, *e* fidelitatis, *f* vel ob
aliquid faciendum dandumve. *g* Confir-
matorium contractus eſt, quando ex iu-
ramento quippiam, quale eſt iuramen-
tum, ſuper obſeruatione præſtito, contra-
ctus vim habet & obligationem, quam
alioquin non haberet, *h* voluntarium iu-
diciale, quod in iudicio defertur a parte
parti. *i* Neceſſariũ iudiciale, quod a iudi- E
ce delatum ob defectum probationum,
nec referri nec recuſari poteſt, niſi forte
ex aliqua iuſta cauſa excepta. *k* Defert au-
tem hoc iudex vel actori vel reo, prout vi-
derit ex negotiis, præſumtionibus, fide-



A que perſonarum, expedire, *l* ſi tamen a-
ctor nihil præſtiterit, non erit opus hoc
iuramento deciſorio, ſed reus abſoluen-
dus *m* erit. Iuramentum de calumnia eſt,
quando actor iurat, non calumniandi ani-
mo, ſed exiſtimans, ſe bonam cauſam fo-
uere, ad litigandum venire, & reus quo-
que iurat, ſe arbitrari iuſtã cauſam defen-
dendi habere, & in aliis, ſe non odio, non
differẽdi iudicii cauſa, probationes vel iu-
B ramentum ab alio exigere. *n* Iuramentum
de malitia etiam poſt iuramentum calu-
mniæ exigitur, dum quis iurat requirente
iudice, qui de malitia ſuſpicatur, veluti,
quod nõ malitioſe proponat exceptionẽ,
vel petat dilationem. *o* Iuramentum in li-
tem, eſt iuramentum affectionis, quod iu-
dex concedit actori, vt litem & rem quam
petit certa quantitate, ne in infinitũ vaga-
ri liceat, æſtimet, quantive ſua intereſſe
C putet, non quidem, vt ſecundum illud iu-
ramentum & æſtimationem condemnet,
ſed vt habita ratione eius, non quidem
pluris, ſed minoris condemnet reum, per-
penſis rerum & perſonarum circumſtan-
tiis. *p* Purgatorium vero iuramentum eſt,
illud, quod præſtatur ab eo, qui accuſa-
tus, vel diffamatus fuit, de aliquo crimine,
contra quem tamen nõ fuit probatum, &
ideo iurat & purgat ita ſe non cõmiſiſſe. *q*
D Rurſum † prædictorum iuramẽtorum
quoddam eſt ſimplex, quoddam ſolemne. 7
Simplex ſine ſolemnitate eſt, *r* ſolemne
contra, quæ habet & verba concepta. *s* In-
uenitur & iuramẽtum credulitatis, quan-
do quis iurat ſe vere aliquid ſuum eſſe cre-
dere, vel ſe ſine malitia petere, *t* vel putare
alium verum dicere, *u* vel alium ſe credere
idoneũ. *x* Eſt & iuratoria cautio, per quam
relaxatio fit ſententiæ excommunicatio-
E nis, inopis debitoris. *y*

### SCHOLIA.

a *Colligitur hæc finitio ex cap. etſi Chriſtus, 26. de iureiura. vide quæ tractauimus de finitione diuiſioneq; iuramenti, & de aliis*

*ad illud pertinentibus, lib. 50. ſyntagmat. iuris, a ca. 3. vſque ad fin.*

b *Hanc diuiſionem porro & meliorẽ & faciliorẽ rati ſumus, ideo poſtquam eandem tradidimus. lib. 50. Syntagmatis iuris. ca. 4. nu. 2. aliam huic loco inſerere noluimus.*

c *Exempla plura ſunt, veluti in cap. ſicut ex literis, 13. de iureiuran. quando prior monaſterii iracundiæ calore ſuccenſus iuramento temere firmauit, quod in clauſtro monaſterii, quo ſe vinculo profeſſionis obſtrinxerat, cum G. Monacho non eſſet amplius moraturus, aliud exemplum de non præbendo ſubſidio proximo. cap. cum quidam, 2. §. 1. eod. tit. aliud de exhæredandis liberis, cap. quintauallis, eod. de ſeparanda arbitrio alterius a ſe vxore, c. tua nos, 24. eo. de iureiur. Sunt & inter temeraria iuramenta blaſphemia, & temere & ſine cauſa iurare, Deo tribuere quod non eſt, & ei detrahere quod ineſt, per exſecrationes, ca. 2. de maledict. iuramentum de illicito, vt de homicidio alioue peccato faciendo, & ſic de ſimili, vbi diſcretio nulla eſt corũ, quæ fieri debent & quæ prohibentur. c. etſi Chriſtus. de iureiur.*

d *Aſſertio veritatis ſeu authoratio, vt fides habeatur dictis, item de veritate dicenda, quale præbet teſtis, c. ex literis 32. de iureiura. cap. 2. de iura. calumniæ, in Sex. cap. nuper, de teſtib. l. iuriſiurandi, C. eod. tit. cũ ſimilibus.*

e *c. nullus, 5. de iureiuran. c. legebatur, de maiorit. & obedien. cano. quanquam, 23. diſt. cum ſimilibus.*

f *Quod in feudis exigitur, vt hominiũ, ſeu homagium, c. veritatis, 4. de iureiur. can. 18. de forma, 22. q. 5. tit. de forma fid. libr. 2. feud. tit. 6. & tit. 7. de noua forma fidel.*

g *Vt in cap. quintauallis, c. veniens, c. debitores, de iurei.*

h *Vt in authen. ſacramenta puberum ſi aduerſus vend. C. c. licet mulieres, de iureiur. in Sex. ca. cũ contingat, eo ti. apud Greg. c. quamuis pactum, eo. tit. in Sex.*

i *c. fin. de iureiur. Et dicitur ideo voluntarium, quod ex voluntate partis deferentis deferatur, & ex voluntate recipiatur, neque referatur. leg. iuſiurandum quod ex conuentione, 17. de iureiur. P. & ibi tract. de hoc iureiurando, & quis deferat, & in l. 18. 19. 20. vſque ad 26. & in 39. eiuſdẽ titul. Neq; ante acceptationem delationis, is cui defertur poteſt cogi acceptare, & ideo non dicitur neceſſarium, cum & poſſit referri & reiici in differentem. d. ca. fin. de iureiur. in l. generaliter, §. ſin autem is cui, & l. delata, C. de reb. creditis. Poſt quã autem acceptatum eſt vel conuentum, nolle iurare vel iuramentum referre, manifeſtæ habebatur turpitudinis, l. manifeſtæ turpitudinis, de iureiur. P. Sicque poſt conuẽtionem ex voluntario fit neceſſarium, veluti de contractibus dicitur, qui antequam conſtituantur, liberi & volũtarii ſunt, poſtquam autem contractum fuerit, neceſſitatem habent obſeruationis, l. in commodato, §. ſicut commod. P. l. ſicut, C. de actio. Conſentit & huic interpretationi gloſſa ad ca. fin. ad verbum a te, de iureiur. Quare etiamſi actor petitionem ſuam & intentionẽ aliis legitimis probationibus docuerit, non tenetur ob delatum iuramentum in contrarium iurare, aut illud acceptare, aut deferenti referre, atque improbantur contrariæ fori, ſi quæ ſint conſuetudines in c. de probatio. Veruntamen quando lex defert iuramentum, recuſari impune non poteſt. l. quæſtionem ex facto, C. de fideicommiſſ. l. ſcimus, §. licentia, Cod. de iure deliberan. nec etiam in actione rerum amotarũ, furti & aliis ſimilibus famoſis actionibus. c. ſi. de iurei. l. Marcellus, §. ſi. l. non magis. l. idẽ, rerum amotar. P.*

k *d. c. ſi. de iureiu. l. generaliter, §. ſin autem, de reb. cre. C. de quo & in l. in bonæ fidei, C. eo. ti. c. 2. de prob. & vocatur hoc iuramentum litis deciſorium. Neceſſarium vero quia ad officium iudicis pertinet lites dirimere, & proſpicere, ne illæ ſint immortales, l. properandum, de iud. c. ſi. litibus, de dol. & contum.*

I in



l *in d. c. fin. de iureiurand.*

m *c. cum cauſa, de cauſa poſſeſſ. & propriet. c. vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine vlla diminut. conferant. c. mulieri, de iureiur. l. qui accuſare. C. de eden. Eſt enim iuramentum delatum ad ſupplementum probationum, quæ ſi nullæ adſint, recte ſuppleri non dicuntur, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia, C. de reb. cred. Quare prius oportet quippiã probatum, vel ſemiplene fuiſſe per actorem, vel præſumtionem pro eo eſſe vrgentem, vt ſi habeat vnum teſtem bonum & omni exceptione maiorem, ca. ſuper hoc, in fine, de renuntia. c. ex inſinuatione, de procur. cum ſimilib.*

n *Quod docetur per l. 1. & ibi fuſe per gloſſ. 4. & per l. 2. cum authent. ibi poſitis de iureiuran. propter calumniam eden. libr. 2. C. titul. 49. eo pertinent tituli de iuramento calumniæ, in decretalibus, & in Sexto, l. inter cohæredis, §. qui familiæ herciſcund. Pand. Calumniari apud iuriſconſultos, eſt falſa crimina intendere, leg. 1. §. calumniari. ad ſenatuſc. Turpill.*

o *De hoc iuramento, in ca. 2. §. fin. & ibi glo. fin. de iuramen. calum. in Sext. c. paſtoralis, de except. cap. vltra tertiam, de teſtib. l. fin. C. de fide inſtrument. cano. indicantem, 30. q. 5.*

p *l. 1. & 2. l. videamus, in princip. & §. deferre, & l. in actionibus, de in litem iuran. Pand. l. 3. ad exhiben. iuramentum in litem dici iuramentum affectionis, tradit l. ſi per alium. fin. §. 1. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt vi eximat.*

q *Si quando tamen accuſatus vel delatus eſſet alioquin bonæ famæ, capit. 1. ca. quoties, c. conſtitutus, de purgation. canonica, Exod. 22. l. eos qui, 26. §. fin. de vſur. libr. 4. C. tit. 32.*

r *Simplex iuramentum, quando ſimpliciter ſine ſolemnitate exigitur & præſtatur.*

s *Solemne ſecundum formam delatam præſtitum, vt in oratoriis, vel oblatis & tactis ſacroſanctis ſcripturis Euangeliorum, vel ſuper reliquias ſanctorum, vel alia forma, l. generaliter. C. de reb. credit.*

t *Sic iuratur de crudelitate in iuramẽto calumniæ, l. 2. § quod obſeruari, de iuram. propter calumn. dando, C. & quando fertur teſtimonium, de auditu, cap. ſi arbiter, de probatio.*

v *Vt in iuramento compurgatorum, qui iurant, ſe credere purgantem, ſe iuramento verum iuraſſe, l. quoties, 5. C. de teſtibus. c. ſi. de purg. can. libr. 5. tit. 34.*

x *c. vnic. de ſcrutinio in ordine faciendo.*

y *c. Odoardus, de ſolutio. coniunge huic. c. 1. quæ ſequenti, 2. tractantur.*

## Capvt II.

1 *Pro quibus iurandum eſt.*
2 *De illicito iuramento reprobato.*
3 *De reprobatione, ſi in præiudiciũ ſuperioris, rerum turpium & impoſſibilium.*
4 *De iuramento fidelitatis Archiepiſcopi.*
5 *Iuramentum ſupplementi probationis non dari in arduis.*

IVrandum facile vel temere non eſt, nec nomen Dei accipiẽdum eſt in vanum. *a* Cæterum quemadmodum iuramentum appetendum non eſt, vt bonũ, ita aliquando neceſſitas cogit iurare, cum homines pigri ſunt, quod eis vtile eſt credere, niſi eis iuramento firmetur. Quare in neceſſariis ad faciendam fidem veritatis malum non eſt, ſed probabile. *b* Et proinde ſunt caſus, pro quibus iuratur licite, vt pro firmanda pace, *c* ad firmandã teſtium depoſitionem, *d* ad protegẽdam famam & infirmandam infamiam ex obiectis criminib. non tamen probatis coortam, *e* quæ dicitur probata purgatio & canonica, *f* iuramento credulitatis a cõpurgatoribus adhibito *g* improbata purgatione vulgari olim vſurpata: quæ fiebat per iudiciũ aquæ frigidæ, *h* vel tactum ferri candẽtis, *i* vel aquæ feruentis, *k* per duellũ, *l* & aliis modis illicitis & reprobatis, quibus Deus tentabatur. *m* Conceſſum & iuramentum ad promiſſa vel geſta confirmanda, *n* ad ſup- 1

plendam veritatis probationem, o & ad a- A
lia, quæ colligi poſſunt ex proxime dictis ſuperiori capite de diuiſione iuramenti, ꝙ diuerſitatem accipit ex cauſis quoque iurãdi, vt pro æſtimatione damni dati in certis negotiis, p de vſuris ſoluendis, q & de illis non repetendis: r de grauamine non inferendo debitori, s in ſpiritualibus etiam cauſis, quamuis olim non iuraretur de calumnia, t hodie tamen iuratur. u Iuratur item de calumnia & veritate dicẽda in cau- B
ſis appellationis. x

2 Porro rei illicitæ † & turpis iuramentum reprobatur. y Illicitum autem eſſe poteſt, vel ex parte iurantis, vt ſi is ſit impubes, z vel ex parte perſonæ, cui iuratur, vt ſi clericus ſupra ſacra Euangelia iuramento purgatorio iuret laico, aa vel ex parte rei, per quam iuratur, vt ſi ea nõ ſit ſacra, bb vel ex fine, ſi iuratur pro electione certi, vel ante electionem. cc Ex cauſa item obligato- C
ria ad malum impellente, vt dum iurauit Herodes ſaltatrici. dd Item ex modo, ſi temere & indiſcrete, vel ſine neceſſitate iuratur, quale fuit iuramentũ Iephthe. ee Ex tempore quoq;, ſi die prohibito iuretur. ff

3 Reprobatur & iuramentũ, † quod præſtitum vergit in detrimentum ſalutis æternæ vel tẽporalis, gg vel ſi ex eo ius ſuperioris lædatur, quod in omni iuramento ſubditi cenſetur hh exceptum. Item, ſi ſit con- D
tra bonos mores de re turpi, ii ſi promittantur impoſſibilia, kk aut ll alioquin iniqua iurentur, cum iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, ſi item ſit contra vtilitatem, vel libertatem Eccleſiæ. mm

4 Iuramentum fidelitatis † præſtãdum eſt ab Archiepiſcopo, ſummo Pontifici in pallii conceſſione. nn

5 Iuramentum in ſupplementum † pro- E
bationis, non defertur in cauſis arduis, veluti matrimonii. oo

SCHOLIA.

a Exo. 20. c. etſi Chriſtus, de iureiur. Sit ſermo veſter, eſt eſt, nõ non, &c. D. Matth. c. 5. eo pertinent tradita in princ. 22. q. 1. can. peierabis, 22. q. 4. can. iuramenti, 22. q. 5. periculum enim imminet, ne ex aſſiduitate iurandi ſequatur lapſus in periurium, can. 5. itaq; ergo, 22. q. 1.

b can. non eſt contra, 2. can. in nouo, 3. can. vt noueritis, 4. can. ita ergo, 5. can. tu malum non facis, 6. can. & iurabunt, 7. 22. q. 1. Iurãdum pro veritate & iuſtitia d. can. & iurabunt, Hierem. 4. c. etſi Chriſtus, de iureiurand. Inſtitutionis iuramenti cauſa dicitur, vt iurans ad hoc iuret, vt quod verum eſt, loquatur, can. iuramenti, 22. q. 5. vtque infirmitas dubitantis, qui non vult credere, firmetur, can. ſi peccatum, 22. q. 1.

c can. 1. 22. q. 1. titu. de pace iuramento firman. in vſib. feud. Ita tranſactio magis iuramento firmatur, quæ eſt pacis, l. fratris, l. cum te proponas, l. ſi quis maior. C. de trãſact. ſic valet iuramentum, quo quis iurat ſe remanſurum obſidem pro ſeruando contractu, c. ex reſcripto, 9. de iureiur. c. expoſita, de arbit.

d Iurati enim eſſe debent teſtes, vt illis plenius fides adhibeatur. l. iuriſiurandi. Cod. de teſtibus, vt ſupra in titulo de teſtibus docuimus.

e d. can. omne. 22. q. 1. can. presbyter, can. habet, 2. q. 5. cap. 1. 2. c. moniales, de purgat. canoni. lib. 5. tit. 34. ſi delictum obiectum eſſet probabile, non indiceretur in contrarium purgatio, c. ſi quis de gradu, 4. eod. tit. de purga. can. nec etiam ſi notorium ſit, cap. cum dilectis, 15. eod. tit.

f Canonica purgatio eſt, quæ a canonib. permittitur, recepta, iurante infamato de veritate, quod non id, de quo impetitur, commiſerit, & adhibitis compurgatoribus honeſtis, qui iurent ſe credere, quod prædictus iurans verum dicit, c. quoties, 5. c. cum P. Manconella, 7. c. conſtitutus. 9. de purga. can. cum ſimil. Et indicitur aliquando ad inſtantiam eius, qui purgandus eſt tantum, vt c. cum in iuuentute. 12. de purgat. canon. Cogitur & a iudice aliquando quis



quis ſe purgare, alioquin ſuſpenditur a be- A
neficiis de crimine graui infamatus, augeturq; numerus compurgatorum in ca. nos inter, 6. c. inter ſolicitudines, de purgat. canonica. Aliquando ſi infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, non eſt de neceſſitate inducenda, cap. cum in iuuentute, 12. de purgat. canonica. can. quod autem. 6. q. fin. Imponitur & iuramentum purgatorium ad euitandam criminis ſuſpicionem, Deuter. c. 21. quando homo in- B
uenitur necatus, & ignoratur quis eum necauerit, &c. item pro furto. Exod. 22.

g cap. quoties. 5. c. de teſtibus. 13. c. fin. de purgat. cano. c. quoties. de teſtib.

h De hac purgatione mentio in c. ex tuarum, 8. de purgat. canonica.

i c. fin. de purgatione vulga. lib. 5. tit. 35. ca. mennam, & can. conſuluiſti. 2. q. 5. c. ſententiam, ne cleric. vel monach.

k d. can. mennam, can. omnibus, ca. conſului- C
ſti. 2. q. 5. d. c. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel monachi.

l c. 1. & 2. de purgat. vulgari, vide quæ de hac purgatione, & de duello diximus lib. 48. Syntagma. c. 15.

m Vulgares modi purgationis, & ab Ethnicis & Chriſtianis aliquando vſurpati recenſentur a nobis, cum reprobationib. eorum, in lib. 48. Syntagma. iuris, c. 14. Ratio vero reprobationis, quod in illis tentetur D
Deus, & quod ſcriptum ſit, non tentabis Dominum Deum tuum, probatur in c. pen. & fin. de purgat. vulgar.

n cap. quintauallis, c. cum contingat, de iureiur. cum ſimilib. in diuiſione s. c. 1. citatis.

o cap. 2. de probatio. cum ſimilib. In ſumma, pro quacunq; veritate inquirenda, ſiue a teſtibus, ſiue ab aliis, iuramentum exigi poteſt, can. quanquam. 14. q. 2. E

p Vt in can. in primis, circa medium. 2. q. 1. ſic in litem iuratur tantum ex certis cauſis & contractibus, in quibus deeſt probatio, & dolus ineſt aduerſarii, prout fuſe docetur in l. 2. & ſeq. vſq; ad 10. de in litem iur. lib. 12. P. tit. 3. l. in actione. C. de reb. cred.

q cap. debitores. de iureiur.

r cap. ad noſtram. 20. eod. titu. iuramentum autem hoc & ſuperius de ſoluendis vſuris, valet, quia quamuis ſit prohibitum vſuras accipere, tamen prohibitum non eſt vſuras dare, propter neceſſitatem, qua quis compellitur ſub fœnore mutuari, vt notat gloſ. fin. ad d. c. debitores. Et ideo quia hoc iuramentum poteſt impleri citra diſpendium ſalutis æternæ, ſoluere tenetur promiſſas, vt ſe liberet ab eo iuramento: verumtamen ſolutas repetere poſtea poterit, d. c. debitores, & c. ad noſtram; vel ſi antequam ſoluat, velit agere, poterit contra creditorem experiri, vt eum liberet, ſiue vt eum abſoluat a iuramento, & ei illud remittat, iuxta c. 1. de iureiur. c. tuas. de vſur.

s cap. ad noſtram. 7. de iureiur.

t cap. 2. de iuram. calum.

u cap. 1. §. ſi. eo. tit. de iuram. calum. in Sexto.

x cap. 2. eod. tit. in Sexto.

y Regula iur. in Sex. non eſt obligatorium. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar, verſ. & generaliter. de pact. in Pand. auth. quod eis. C. de nupt. §. 1. in nouella: Scenicos non ſolum, ſi fideiuſſores dederint, &c. l. ſi quis inquilinos. §. fin. de legat. 1. l. non dubium. C. de legib. quia quæ turpia ſunt, & contra bonos mores, non poſſe nos facere, exiſtimãdum eſt. l. filiusfamilias, de conditionibus, Inſtit. & omne iuramentum debet habere comitem iuſtitiam, habere autem dicitur iuſtitiam, cum iuſtum & licitũ eſt, quod iuratur, neque tendit ad mortale peccatum, cano. innocens, cano. illicitum. 22. q. 4. maiusq; peccatum cenſetur illicitum iuramentum adimplere, quam peierare non adimplendo, can. vnuſquiſque. 22. q. 4. ita illicitum iuramentum non eſt adimplendum, cano. duo, can. ſeq. 12. diſtinct. Illicitum dicitur, quod opponitur licito, & licitum idem, quod a lege permiſſum, non reprobatum. quare & tot modis dicetur illicitum iuramentum, quot prohibetur vel improbabatur, vt de quibuſdam per circumſtantias exempla docent.

z Sunt aliqui, quorum iuramentum non admittitur aduerſus ſeipſos, nec contra alios generaliter, ideo ſi illæ perſonæ iurauerint redditur iuramẽtum illicitum, quale impuberum & paruulorum, can. paruuli, 14. & can. ſequen. 22. quæſt. 5. item aliorum, qui iudicio & diſcretione carent, vt iſti, l. 1. §. impuberes, de falſa moneta, C. diſcretio enim eſt comes iuramenti, ca. etſi Chriſtus, de iureiuran. nec ita dicitur impubes peierare, l. qui iuraſſe, de iureiurand. in P.

aa ca. 22. nullus ex eccleſiaſtico, 22. q. 5. qui de iuramento purgatorio intelligi debet, niſi hoc fieret auctoritate Papæ, vt ca. mennam, 2. quæſt. 5. nam alioquin pro aliis poteſt iurare, maxime ſi terras aut feuda ab imperatore, vel alio teneat, quæ debeant iuramenta fidelitatis.

bb ca. clericum, 9. 22. q. 1. vbi clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum, ſi perſtiterit in vitio, excõmunicandum eſſe ſtatuitur.

cc Quia ſpecies eſt ſimoniæ, dum quis iurat, ſe aliquid daturum, vt eligatur, can. fin. 8. quæſt. 3.

dd can. 8. vnuſquiſque, 22. q. 4. vbi de eo iuramento. D. Matth. c. 14. cap. cum iuramento, 4. de homicid.

ee Hiſtoria habetur de Iephthe, Iudicũ, 11. c. vnuſquiſquis, §. miſerabilis, 22, q. 4.

ff can. 17. decreuit, 22. quæ. 5. vbi, decreuit ſancta ſynodus, vt a ſeptuageſima, vſque ad octauam Paſchæ, & ab aduentu domini, vſque ad octauam Epiphaniæ, nec non & in ieiuniis quatuor temporũ, & in litaniis maioribus, & diebus Dominicis, & rogationum, niſi de concordia & pacificatione, nullus ſupra ſacra Euangelia iuret, & ibi gloſſ. nunc vſum in contrarium eſſe tradit. Ego autẽ exiſtimo ibi agi de iuramẽto ſolemni, vel de eo, quod in iudicio præſtatur, cũ his temporibus iudicia non exerceantur, c. 1. & 2. 15. q. 4.

gg c. ſi vero, de iureiu. c. innocens. § fi. 22. q. 4.

hh c. ad noſtram, c. eam te, de iureiur. cap. ad noſtram, de reſcript.

A ii c. non eſt obligatorium, c. in malis promiſſis, de reg. iur. P. l. ſi quis inquilinos, §. fin. de leg. 1. auth. quod eis. de ſecun. nup. P. l. non dubium, C. de legibus. l. iuriſgentium, §. & generaliter, de pactis. P.

kk l. impoſſibilium, de regul. iur. P. §. item impoſſibilis, de vtilib. ſtipulat. atque iuratum & promiſſum intelligendum eſt, ſi ſieri poſſit, aliter eſſet temerarium, cap. ad noſtram, 21. de iureiuran.

B ll c. quanto, de iureiuran. c. 1. eod. tit. in Sex. c. inter cætera, 22. q. 4. vt ſi quis iuraret, ſe non accuſaturum vxorem, ſi adulteraſſet, c. quemadmodum, de iureiur.

mm ca. 1. de iureiuran. in Sext. veluti ſi quis indebite alienãs bona eccleſiæ ſuæ, iuraret, ſe non reuocaturum alienata, c. 2. de iureiuran. non obſtante enim hoc iuramento, reuocarentur alienata, etiam per ipſum alienantem, cap. intellecto, 33. eo. tit. de iureiurand.

nn c. ſignificaſti, de elect.

oo ca. mulier, & ibi gloſſa, de iureiur. & ibi, Panorm. num. 6. Alexand. conſi. 143. nu. 4. volum. 2. ſicut enim in criminalibus debent eſſe probationes luce meridiana clariores, l. fin. C. de probatio. ſic & in matrimoniis, maxime ſi de eo diſſoluẽdo agatur, c. in literis, de teſtibus. & ibi gloſſa, ad verbum probata, c. lator, de ſentent. & re iudi. & ibi gloſſa ad verbum permanere, neque etiam eſt in poteſtate partium poſitum, diſſoluere matrimonium. Si vero pro matrimonio ſemiprobato adferatur iuramentum, iudicis erunt partes, diſpicere, num velit illud admittere, vt ait Panor. ad dictum c. mulieri, Alex. ad l. 3. nu. 16. de iureiur. & ibi glo. in verb. probatione.

## Capvt III.

*Qui iurare debeant & poſſint, vt eis credatur, vel nomine proprio vel aliorum.*

NEmo iurare ſine neceſſitate, aut niſi aliquo cõpellente, debet. *a* Delato autem iureiurando iuramentum eius, qui iurauit, cuiuſcunque ſit ætatis aut ſexus, erit ſeruandum deferenti. *b* Iurat autem & quis & pro ſe & pro alio procuratorio nomine in animam conſtituentis eum procuratorem cum mandato ad hoc & pro certa re ſpeciali. *c* Non iurant efficaciter contra ſe nec pro aliis, furioſi, paruuli, ſeu pueri. *d* Iurat clericus de calumnia & per ſe & per alium ſi velit, *e* iurant pro aliis in iudicio nõ tãtum procurator vt dictũ eſt, ſed etiam qui eius partibus fungitur, vt œconomus, *f* ſyndicus, *g* qui & iurant pro ſe iuramento calumniæ, & pro dominis. *h* Si deficiente probatione in iudicio iuſiurandũ parti delatum ſit, aut iurare debet aut cauſa cadit; *i* niſi pupillo aut furioſo iuſiurandum delatum ſit, qui iurare non compelluntur; *k* aut niſi is, cui delatum eſt, velit referre. *l* Non eſt tamen permiſſum referre in famoſa actione. *m* Iurare poſſunt licite & ex cauſa, religioſi ſeu regulares, *n* verum ex leui cauſa ſacerdotes non debent. *o* Cogent & iudices de veritate dicenda nolentes iurare, *p* & in iuramento deciſorio litis. *q* Cæterum vbi timetur periurium, nullus cogi debet, *r* & qui cogit iurare eum, quem ſcit veriſimiliter falſum iuraturum, ipſemet periurus & grauior homicida eſt. *s*

## Scholia.

*a* Nolite iurare, *inquit*, Deus, &c. ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non, quod enim vltra eſt, a malo eſt, *Matth. c. 5. explicatur & tota, 22. q. 1. cano. ſi quis presbyter, 2. q. 4. cap. etſi Chriſtus, de iureiurand. neque prætor iuramentum illud tuetur, quod nemine deferente præſtatur; ſibi enim quis iurat tantum, l. 3. de iureiuran. P. & proinde ab illo ipſo teſtator, qui iurauit ſe non retractaturum teſtamentum, non cenſetur obligatus, quominus poſſit illud retractare, l. ſi quis, in princ. de legat. 3. ideoque etiam hoc ſponte oblatum iuramentum, non habet neceſſitatem relationis vel iurandi, l. iuſiurandũ quod ex conuentione, de iureiu. P.*

A b l. qui iuraſſe, & l. ſi ſeruus, de iureiurand. P. qui enim cogit vel vult aliquem ſibi iurare, etiam ſi is alioquin non ſit ad fidem idoneus, ſibi præiudicat, cenſeturque ſe ſponte illius ſubiicere ſententiæ, & ita perſonam eius approbare, vt poſtea eam reprobare non poſſit, l. quemadmodum, de iureiuran. P. quod approbatum enim fuit, non reprobatur ab eodem, l. Pomponius, de negot. geſtis. P. gloſ. fuſe ad c. 2. de exceptio. l. vxor, in fin. de adulteriis, facit in argum. l. 1. de iudic. P. l. eſt receptum, de iuriſdict. omn. iudic. P.

c can. optatum, 100. diſt. cano. tibi domino, 63. diſtinct. vbi gloſſa ponit formulam iuramenti eius, iurõ in animã Domini mei conſtituentis, quod ipſe hæc ſeruabit. *Vel*, Dominus meus iurat per me, quod ipſe hæc ſeruabit. *facit l. fin. §. fin. de iureiurand. P. Ita procurator, cum ſpeciali tamen mandato nõ aliter, vel in rem ſuam procurator datus, aut vniuerſorum bonorum, defert iuramentum, l. iuſiurandum, quod ex conuentione, 17. § fin. alias l. 18. de iureiurand. P. l. vulgo præſumitur, de in litẽ iuran. Quare qui ſine domini mandato expreſſo aliter iurauerit aut retulerit delatum iuramentum, domino non officit, l. nec filius, 7. C. de rebus cred. & iureiurando. vt contra nemo etiam pro alio ſuo periculo iurare cogitur; non mater pro filio, non tutor pro pupillo, non curator pro minore, cum graue viſum fuerit ignorantes & inuitos cum alieni compendii emolumento, anceps ſubire periurium, quamuis volentibus liceat, l. videamus, 4. de in litem iuran. P. lib. 12. P. titul. 3. ita ſi velit iurat pater pro filio, eum dare non oportere, l. qui iuraſſe, 26. §. 1. de iureiurand. P.*

d can. paruuli, can. honeſtum, can. pueri, 22. quæſt. 5. vt & a teſtimonio arcentur cap. placuit, 4. q. 3. indiget enim iuramentum diſcretione & iudicio, cap. etſi Chriſtus, de iureiurand. Hæ autem perſonæ carent iudicio, l. cum prætor, de iudic. P. ideoque & iſtæ iurantes falſum, non dicuntur peieraſ-

ſe, neque eo nomine argui poſſunt, l. qui iuraſſe, de iureiurand. ita & pupilli quidem ſibi obligant iuramēto eos, qui eis credunt, & in quantum in commodum illorum iuramentum eſt, at aliis non obligantur, l. pupillus obligari, §. pupillum vendendo, de auctor. tutor. §. 1. eod. tit. apud Iuſtinia. l. Iulianus, §. ſi quis a pupillo, de actio. emt. P. l. pupillus, de actio. P.

e Per procuratorem aut per œconomum ſi per eum litigat, cap. 1. 3. 4. de iurament. B calum.

f Iurat in ſua cauſa clericus de calumnia, c. 5. de iuram. calum. item & vniuerſitas, c. 4. eod. tit.

g d. c. 3. & 4. de iuram. calum.

h c. cum cauſam, 6. eod. tit.

i c. 2. §. 1. eod. tit. in Sexto de iuram. calum.

k l. iuſiurandum, 34. §. ait prætor, §. datur, l. manifeſtæ, de iureiur. l. delata. 9. C. de reb. C cred. & iureiurand. dummodo is cui defertur iudicium ſuſcipere cogi poſſit non aliter, l. tutor, 35. §. fin. de iureiur. & dummodo is, qui defert ſit habilis, d. l. tutor, §. fi. de iureiur.

l d. can. paruuli, can. pueri, can. honeſtum, in fin. 22. q. 5. l. 34. §. pupillo, de iureiuran. D P omitto plures alias exceptiones in quibus iure ciuili delatum iuramentum, nec ſubeundum neceſſario delatum, nec referendum eſt, de quibus agit Vigelius in methodo iuris ciuilis, lib. 2. c. 21. q. 2.

m d. l. manifeſtæ, 38. & l. iuſiurandum, 34. in princ. & §. datur, & §. fin. de iureiur. l. delata, 9. & l. generaliter, 12. §. ſed iuramento, C. de reb. cred. & iureiur.

n in c. fin. § nec liceat, de iureiur. l. Marcellus, 21. § fi. cum l. ſeq. rerū amot. P. l. idem E Labeo, 13. de iureiur. P.

o c. etſi Chriſtus, 26. de iureiur.

p can. ſi quis presbyter, 2. q. 5.

q c. ex literis, 32. de iureiur.

r c. fin. de iureiur. nempe actorem vel reum, prout negotium diſpoſitum ei videbitur, in d. c. fi. § fin. de iureiuran. Atque ita bonus iudex in dubiis cauſa cognita diligen- A ter intuebitur, cuius potius iureiurando, an actoris, an rei dirimenda ſit quæſtio, vtroque ſcilicet in probatione deficiente, l. fin. de ſucceſſio. fratrum. lib. 2. feudorum, titul. 11.

s c. 3. de cohabita. clericorum & mulier. neque adigi debet quis id iurare, quod veriſimile eſt, non eum conſeruaturum promiſſum. arg. can. ita ergo, & ca. non eſt contra, 12. q. 3. c. ex tenore, de ſent. excom. ca. literas, de præſumtio. l. 2. de indicta viduita. tollen. C.

t can. ille qui hominem, 5. & ſeq. qui exigit, 22. quæſtione 5. capit. 22. inter cætera, 22. quæſt. 4.

## Capvt IIII.

### De forma iurandi & loco.

IVrandi formulæ diuerſæ ſunt pro modo iuramenti dati vel poſtulati, habita C ratione temporum & morum. *a* In omnibus tamen per Deum, non per creaturas aut deos falſos iurandum eſt. *b* Vt autem delatum erit iuramentum, in eadem forma iurādum, vel referendum. *c* Iurare per attributa falſo Deo, quæ ei vere non ſunt, eſt blaſphemia damnata, vt etiam temere D & deteſtando, quæ ei inſunt, vſurpare, & per virginis matris & ſanctorum nomina temere deierare. *d* Adeſſe debent comites iuramento, veritas, iuſtitia, & diſcretio. *e* Iuſtitiam habet iuramentum, quod eſt licitum, nec tendit ad mortale peccatum. *f* Diſcretionem autem, quando cum cauſa deliberate, non ex impetu, vel ira vel odio, vel nimio amore aut ſola gratia fit. *g* Veritas cum falſum abeſt, dicitur. Decens porro E viſum eſt, vt iuramentum a ieiunis præſtetur, *h* & formæ iurandi negotiis, de quibus iuratur accommodæ ſint, vel ex legis præſcripto, *i* vel ex iudicis vel partis deferentis iudicio. *k* Iurat epiſcopus propoſitis tantum, & non tactis Euangeliis; *l* iuratur autem alibi illo & aliis modis coram iudice regulariter, *m* vel alibi, prout conceptione iuramenti continebitur. *n*

Scho-



## Scholia.

a Tempore veteris legis iurabatur, viuit Dominus, viuit anima mea, can. & iurabūt, 22. q. 1. in primitiua eccleſia, teſtis eſt mihi Deus, & teſtis eſt mihi conſcientia mea, can. ſi peccatum, 22. q. 1. Moderniorum autem eſt iuramentum, ſic me vel te Deus adiuuet, & iſtæ reliquiæ ſanctorum. & ſimilia, can. de parentela, cum aliis 4. canonibus ſequentib. 32. q. 6. c. quo- B ties, 1. q. 7. cano. habemus, 22. q. 1. ſic me Deus adiuuet, & iſta Euangelia. c. ego N. 4. de iureiur.

b can. & iurabunt, can. conſidera, can. clericum, can. ſi quis per capillum, ca. mouet te, §. ſicut etiam, 22. q. 1. & ibi etiam apponitur pœna ita iurantis. D. Matth. c. 5. Per creaturas, in quātum ſolæ conſiderantur, non licet iurare, quia illis diuinitatis & ſuperioritatis tribueretur numen, quod C fieri nō debet; quemadmodum & aliquando Iudæi per angelos & creaturas male iurarunt. At licitum erit iurare per creaturas, prout illarum honor refertur in Deum; vt dum iuratur tactis Euangeliis, per Euangelia, per crucem; & ita intentio iurantis inſpicitur. Quare ſi quis iuret ſuper lapidem putans ſe iurare ſuper Euangelia, obligatur, can. humanæ, §. proximo, 22. q. 5. & qui iurat per lapidem vel aliam D creaturam falſum ſciens periurus eſt, can. ecce, 22. q. fin.

c l. ait prætor, 3. §. fin. cum legibus ſequentib. & l. qui per ſalutem, 33. de iureiur. ratio in l. iuſiurandum, §. ait prætor, eod. tit. vide tamen de relatione in l. iuſiurandum, 34. § non ſemper, de iureiurand. vbi iudex poteſt mutare conceptionem formæ iuramēti in relatione, habita ratione perſonarum, E vel quoad locū, vel quoad formam, vt vel in oratoriis ſacris fiat, vel tactis Euangeliis, vel alio modo iuretur, l. generaliter, §. fin. de reb. credit. C.

d c. ſtatuimus, de maledic. can. ſi quis per capillum, 22. q. 1.

A e d. c. etſi Chriſtus, de iureiu. can. & iurabūt, 22. q. 1. can. animaduertendum, 22. q. 2.

f can. innocens, §. illicitum, 22. q. 4.

g d. can. innocens, §. illicitum, circa medium, & can. ſacramentum, 2. q. 4. ca. ſicut ex literis, de iureiuran. ca. non eſt, 15. q. 1. quæ autem conſideranda ſunt in voto temere & indiſcrete facto, vide gloſſ. ad c. dudum, de conuerſio. coniugato. Eo pertinet, quod dicitur quatuor modis humanum iudi- B cium peruerti ſolere, timore, cupiditate, odio, & amore, c. quatuor, cum 2. capitibus ſequentibus, 11. q. 3. can. accuſatorem, in 2. 3. q. 5.

h can. non tamen eſt neceſſarium, ca. honeſtum, 22. q. 5.

i Ita forma, qualiter epiſcopi iurant fidelitatem Papæ, & eius ſucceſſoribus eſt determinata & deſcripta in can. ego N. 4. de iureiurand. & forma abiurantis hæreſin C ponitur in c. ego Berengarius, de conſecrat. diſt. 2. can. quoties, 1. q. 7. Aliæ formæ iuramenti fidelitatis, titulo de forma fidelitatis, & de noua forma fidelitatis, in vſibus feud. item forma iuramenti eius, qui vult probare parentelam, in cano. de parentela, 2. & ſeq. 35. q. 6. Alia forma iuramenti in reconciliatione diſſidii matrimonii, in can. ab iſto die, in 2 ſic incipiente, 35. q. 6. Alia & forma renuntiationis iuris eligēdi ſum- D mū pontificem Ludouici Imperatoris, in can. ego Ludouicus, 30. 63. diſt. Hic etiam ſuperſedeo referre alias formas iuriſiurādi ſolemnes, verbaq; concepta, & item ſimplices Ethnicorum, Iudæorum, Chriſtianorum, & vtriuſq; paginæ; quia iam de illis dixi lib. 50. ſyntag. iur. c. 8. vnde ſi quis eget, poterit eas haurire.

k Seruanda & ſequenda forma iuramenti delati per iudicem vel deficientem, alio- E quin ſi ab ea recedatur, & alio modo iuratum ſit, non erit ratum iuramentum, l. 3. & l. non erit ratum, 5. l. iuſiurandum & ad pecunias, 34. §. qui iuſiurandū, de iureiu. P.

l c. fin. de iuram. calum.

m leg. generaliter, 12. §. omne igitur, & §.

*in omnibus, de reb. credit. C. Alibi tamen* A *aliquando is, cui defertur iuramentum iurat, ſi ſit egregia perſona aut morbo detineatur, l. ad perſonas, 15. de iureiurand. vt dicitur etiam de iuramento à teſtibus præbendo, in c. ſi qui teſtium, de teſtib. authent. apud eloquentiſſimum, de fide inſtrumentor.*

n *l. generaliter, §. in omnibus, de reb. cred. & iureiur. C.*

## Capvt V.

### *Quibus iurari debeat.*

IVramentum fidelitatis eſt præſtandum, cui debetur fidelitas, & alteri præſtitum nihil prodeſt. *a* Nullus autem epiſcopus clericos ſuos, niſi forte, quibus eccleſiaſticarum rerum commiſſa fuerit diſpenſatio, ſibi iurare compellere debet. *b* Nimis etiam laici de iure diuino vſurpare dicuntur, cum viros eccleſiaſticos nihil temporale ab illis obtinentes, ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramentum cõpellunt; Quare & interdicitur ne talia laici iuramenta laicis prę́ſtare cogantur; *c* Indignum enim, & a Romanæ eccleſiæ conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualibus quis facere hominium ſeu homagium compellatur. *d* Sed & qui iurauit ſemel domino fidelitatem, non tenetur ſucceſſorib. eius iterum iurare. Quanquam tamen illis teneatur fidelitatem & homagium, perinde ac ſi iuraſſet eis conſeruare. *e*

### Scholia.

a *cap. ea te credimus, 22. de iureiurand. vbi textus argumentatur abſolutione facta, num creditori, quæ ſoluentem a creditore vero non liberat, l. in ſumma, §. fin. de condict. indebit. l. ſi vero mihi, de conſtit. pecun. P. l. vero procuratori, § . 1. de ſolutio. c. ſicut enim, §. eos, de homicid.*

b *c. nullus, 5. de iureiurand. c. fin. 22. q. 5. ca. legebatur, de maior. & obedi. qui vero adminiſtrationem ab epiſcopo ſuſcipiunt & iurare compelluntur, can. quanquam, 23. diſtinct. c. dilecti filii, de maior. & obedien. ca. ego N. de iureiurand. cap. antiqua, de priuileg.*

c *Sunt verba cap. nimis, 30. de iureiurand. idem in c. ex diligenti, de ſimon. cap. fin. de re iud. quando vero clerici res poſſident a laicis datas, pro his fidelitatis iuramentum præſtare debent, quia ex his minores laicis ſunt, ca. ſolitæ, de maior. & obedien. cano. ſi epiſcopus, 18. diſt.*

B d *cap. fin. de regul. iur. in Sexto. pro ſpirituali aliquo obtinendo, quis non debet facere homagium ſeu iuramentum fidelitatis, quia hoc eſſet ſimoniacum, c. ex diligenti, de ſimonia. ca. pactiones, de pactis.*

e *c. veritatis, 14. de iureiurand. ſicq; tranſit iuramentum fidelitatis in ſucceſſores eius, cui iuratum eſt; hic tamen cenſeo animaduertendas leges & conſuetudines traditionis feudorum, vt ſequantur eas, ſi aliter diſpoſuerint, valuaſores.* C

## Capvt VI.

### *De effectu iuramenti, ſeruetur, expediantur lites, confirmet dubia, &c.*

IVramentum omne eſt regulariter ſeruandum, ſi modo poſſit ſine detrimento ſalutis æternæ ſeruari; *a* & periurus habetur, qui non ſeruat. *b* Maximum & habetur remedium expediendarum litium D iuramentum; *c* confirmat dubia, & ad veritatis indagationem pertinet, *d* præponderat ſententiis & tranſactionibus, *e* æquiparatur nouationi, *f* ſolutioni, *g* receptilationi; *h* & ex delato vel relato iureiurando præſtito, datur actio & exceptio. *i* Idipſum dicendum, ſi iuſiurandum remiſſum fuerit dicenti. *k* Atque iuramentum dari oportere, aſſertio impedit, ne præſcriptioni locus ſit, perinde ac litis conteſtatio. *l* Iu- E ramentum, quo ad periurii vinculum, ex parte iurantis perſonale eſt, & perſonam non egreditur, neque tranſit ad hæredes; licet ex parte recipientis ſit reale, & ad eius hæredes tranſeat. *m* Quod pertinet tamen ad effectum obligationis, tranſit ad ſucceſſores;



ſores; *n* & in quantum pertinet ad probationem. A *o* Iuramentum tamen non extenditur ad incognita. *p* Porro ea, quæ in intellectu & noſtra ſola conſcientia conſiſtunt, per ſimplicem noſtram aſſertionem cum iuramento probãtur, *q* item & ignorantia. *r* Cæterum iuramentum de aſſenſu vtriuſque conuenientis factum, non ligat eum qui præſtitit, ſi is, cui prę́ſtitum fuerit, ſeruare negligit quod promiſit. *s* Mulieri quæ iurauerit aliquẽ ſuum eſſe maritum, B quamuis non obtinuerit, & reus abſolutus aliam vxorem ducere poſſit, non datur a iudice licentia nubendi, ne auctor videatur periurii, nec tamen ei prohibendum eſt nubere, ne forte ſi falſum iurauerit, matrimonium legitimum contingat impediri: ſed ſuæ cõſcientiæ potius eſt relinquenda. *t* Qui iurauit, ſe ſeruaturum ſtatuta, nõ tenetur ſeruare ex eo edenda, ſed edita; *v* neque etiam edita, ſi contra licitum & li- C bertatem eccleſiæ ſint. *x*

### Scholia.

a *c. ſi vero, cap. cum contingat, de iureiuran. c. licet mulieres, eod. tit. in Sext. c. quamuis pactum, de pact. in Sexto. cano. quod Dauid, & ſequentib. vſque ad fin. 22. q. 4. ca. cũ dilecti, quod met. cauſ. quia iuramentum eſt iuris naturalis. Quæri autem poſſet ex iuramentis duobus contrariis, quod* D *ſeruandum eſſet. In quo generaliter & regulariter dicunt doct. poſtremum ſeruandum, licet qui contra primum venit, periurus ſit, per l. duobus, §. fi. vbi interpretes, de iureiurand. ca. tua nos. eo. quemadmodum in pactis, codicillis, teſtamentis, reſcriptis, conſuetudinibus, & mora, vltima derogant prioribus, l. pacta nouiſſima, C. de pact. l. ſi vnus, §. pactus, eodem tit. P. Sed illud intelligendum eſt, quando reuo-* E *catio primi nemini præiudicat, aliter contra, vt & pacta ipſa ſunt ita irreuocabilia, leg. ſicut, de actio. l. in commodato, §. ſicut commoda. Quin etſi mulier ſeu filia, conteſtatione coram aliquib. facta, iuret propria ſponte; nunquam ſe ſucceſſioni paternæ renuntiaturam, quod ſi contingat de facto illam renuntiare in futurum, ſe inuita facturam, ſi poſtea renuntiet, non valebit renuntiatio etiam iurata, gloſſ. in ca. licet mulieres, de iureiurand. in Sexto. ad verbum* compellendos, *Imola & alii ad c. cum contingat, eodem tit. apud Gregor. Bartol. ad l. ſi quis pro eo, nume. 9. de fideiuſſor. Alexand. ad l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 13. de verborum obligat. Iaſon ad l. duobus, nume. 9. de iureiurand. vbi etiam notant, quod ſi mulier primum iurauit, ſe non alienaturam fundum dotalem, & poſtea fuerit facta alienatio etiam iurata, ea non valeat, quia ſecundum iuramentum non poteſt ſeruari ſine præiudicio ſalutis æternæ irritando primum.*

b *ca. breui, 17. de iureiur. & obligat ex præcepto, can. ſi pactum, 22. q. 1. ca. etſi Chriſtus, de iureiur.*

c *l. 1. de iureiurand. in P. æquiparaturq; iuramentum rei iudicatæ, l. 1. quarũ rerum actio non datur, l. 2. & l. qui iuraſſe, 26. §. fin. de iureiur.*

d *can. & iurabunt, 22. q. 1. can. animaduertendum, 22. q. 2. cap. ſignificaſti reges. 4. §. hoc nimirum, de elect. omnis controuerſiæ finis ad confirmationem eſt iuramentum ad Hebr. c. 6.*

e *l. 2. de iureiuran. in P. atque poſtquam ex delato iureiurando eſt iuratum, non quæritur amplius, an debeatur; ſed an iuratũ ſit, & de quo, quaſi in reliquo ſatis res probata ſit, l. duobus reis, 28. l. eum qui, 40. §. ſi mulier, de iureiur. P.*

f *l. qui iuraſſe, 26. §. fin de iureiur.*

g *l. iuſiurandum & ad pecunias, 27. eod. tit. Laberius apud Gellium, lib. 16. c. 17. dicebat,* iuſiurandum eſſe emplaſtrum æris alieni, *quia delato iureiurando, poſt præſtitum non quæritur de iurantis periurio. l. 2. 5. & 15. de iureiur. P.*

h *l. iuſiurandum, 40. de iureiur.*

i *l. ſi duo, 13. §. ſi quis iurauerit, de iureiur. l. ait prætor, 17. & l. nam poſtea, 9. §. 1. &*

*l. iuſiurandum, 40. de iureiurand. l. cum proponas, C. eod. titul. §. æque ſi debitor, de except. apud Iuſtinia. exceptio iuriſiurandi tollit omnem actionem negotii, ſuper quo legitime iuratum eſt, l. duobus reis, 28. §. exceptio, de iureiur. P.*

k *Dummodo alterius non interſit quam remittentis, Feli. in c. ex adminiſtrationis, per illud c. de iureiur. l. remittit, 6. eod. tit. P. c. 2. de ſponſalib. c. 2 de renuntia. & ca. ſignificaſti, l. ſin. qui & a quibus manu. lib. non fiant. P.*

l *l. nam poſteaquam, 9. §. ſi is qui temporali, l. ſi duo patroni, 13. §. Iulianus, de iureiur.*

m *c. veritatis, de iureiurand. & ibi interpretes, & in c. fin. de foro compe. in Sext. Gui. Papæus, deciſ. 375. Et ideo hæres defuncti non indiget abſolutione vt transgreſſor iuramenti ad effectum agendi, quia ipſe non iurauit, ſed ipſe recta via agere poteſt contra eum, qui indebite iuramentum a defuncto exegit. Ange. in l. generaliter, num. 4. C. de reb. credit. per illum textum Guido Papæus deciſ. 140 num. 5. Alex. conſil. 129. incipien.* videretur prima conſideratione, *num. 21. & ſeq. volum. 6. & conſil. 151. nume. 10. viſo themate, volum. 7. Et ita finitur iuramentum, quoad vinculum periurii, morte iurantis, quamuis iurauerit pro ſe & ſuis hæredibus. Panor. ad c. veritatis, de iureiur.*

n *Panor. ad d. c. veritatis, de iureiur. Felin. ad c. cum ſit, nume. 9. de foro compet. Guido Papæus deciſ. 375. & ita quod pertinet ad efficaciã indictã per iuramentũ, tranſit ad quoſcunque ſucceſſores, neque hac ratione iuramentum eſt perſonale, ſed ſequitur naturam contractus tranſmiſſibilis, l. cum quis decedens, §. codicillis, de legat. 3. & ibi Bartol. num. 10. Bald. ad authen. ſacramenta puberum, Cod. ſi aduerſ. vendit. num. 7. Poteſtq́ hæres virtute iuramenti compelli, vt ſeruet contractum vel iuramentum.*

o *d. l. cum quis decedens, §. codicillis, de legat. 3. §. final. de iureiur. a morien. præſtit. in nom. Guido Papæus ſingulari 376.*

p *c. veniens, de iureiur. & ibi gloſſa ad verbum* præſciuiſſet, *cap. quemadmodum, eodem tit. l. fin. C. de non numera. pecu. & nemo cenſetur renuntiare iuri, quod ignorat ſibi competere, l. mater decedens, §. cæterum, de inofficio. teſtam. l. legitimam, de petitio. hæred.*

q *ca. cum in tua, §. fin. qui matrimon. accuſ. poſſunt. cap paſtoralis, in fin. de exceptionib. l. num omnes, §. a barbaris, de re militar. gloſſ. ad c. præſumitur, de regul. iur. in Sex. glo. ad c. ſignificaſti, in primo, ad verba,* ſi ita eſt, *de homicid. Rota fuſe deci. 42. incipien.* ſi impetretur, *in nouis. per cap. ſi vero, de ſentent. excommunicat. cap. ſtatutum. de reſcript. in Sext. c. vt circa, eod. tit. & lib.*

r *c. nulli, de elect.*

s *c. ſicut, 29 §. 1. & c. 3. §. fin. de iureiurand. nam fidem nõ ſeruanti fides reciproca impune frangitur, c. peruenit, c. quemadmodum, de iureiur. contractus enim non debent claudicare, quia vltro citroq́ obligãt, l. Labeo, §. contractus, de verbo. ſignificat. & vno non implente ex contrahentib. alius implere non tenetur, l. Iulianus, §. offerri, de actio. emt. P.*

t *c. mulieri, 34. de iureiu. vbi videnda gloſſa id diſputans, ad verbum* periurii. *Eccleſia viam periuriis non aperit, ca. ſi vero, de iureiur. leg. 1. ſi aduerſus venditio. l. 2. in prin. de indict. viduit. a. toll. C.*

v *ca. clericus, 35. de iureiur. nam iuramentum non extenditur ad futura non cogitata, ſed tantum ad præſentia vel præterita, cap. quemadmodum, ca. ad noſtram, in 2. de iureiur. exemplo aliorum actuum, c. de teſtibus, de teſtibus. l. cum Aquiliana, de tranſactio. P. l. qui cum tuto, de pact. cum ſimilib.*

x *c. 1. de iureiur. in Sext.*

## Cap. VII.


1 *Periurium quid.*

2 *De periurii pœnis.*

3 *De interpretatione iuramenti.*




Conuenit in cauſa iuramenti ſpectare quoque periurium, quod eſt mendacium iuramento firmatum vel iuramenti promiſſorii indiſcreta tranſgreſſio. *a* Periurus & cenſetur, qui poſt iuramentum contraria profert, niſi eum iuſta & rationabilis cauſa excuſet. *b*

Periurus Deum habet vltorem. *c* Statuunt & leges humani iuris, peierantem in iuramento alii præſtito, eſſe infamem, *d* omnique actione priuari, in qua peierauerit, *e* & incapacem teſtimonii dicendi fieri, *f* & collationis beneficiorum. *g* Debet & huiuſmodi periurium ab eccleſiæ adminiſtratione ſubmoueri. *h* grauius & puniendi peierantes in maiori dignitate conſtituti, cum eorum exemplo malo alii poſſint ad ſimilia prouocari. *i* In foro conſcientiæ, pro temerario iuramento imponitur pœnitentia vnius anni, pro directo periurio ſeptem annorum. *k* Et alia alibi impoſita, vt ieiunetur per quinque dies in pane & aqua. *l* Non mentitur, qui animum fallendi non habet, aut qui ſuperiori cauſa impeditus non potuit promiſſum exſequi. *m* Sed & ſi promiſſionis iuramenti exſecutio delictum habeat, periurium non punibile, ſed laudabile eſt. *n*

Quamobrem & quædam iuramenta, ne periurium committatur, recipiunt, alia interpretationem, alia autem nulla declarantur. *o* Interpretatio fit in dubio, quando aliquid excipi poteſt, de quo iuratum non cenſeatur, *p* iuramentum in foro animæ recipit interpretationem ſecundum intentionem iurantis, *q* in foro vero contentioſo ſtabitur verbis, *r* excuſatur tamen a pœna periurii, q. neceſſitate peierauerit. *s*

## Scholia.

a *can. 1 & 2. 22. qu. 2. & tractatur in 3. lib. Magiſtri ſententiarum. diſtinct. 39. per Baldum in l. fin. C. de reb. cred. quomodo falſum iuratum diſtinguat peccatum ex ignorantia vel ſcientia iurãtis, vel ex perſona alterius, cap. homines, & ſeq. 22. q. 2. Octo etiam ſpecies mendacii, & quæ ſint ex his capitalia vel non, docetur in c. primum eſt capitale, 22. q. 2.*

b *c. fin. de iureiur. in Sexto. contraria excuſari poſſunt ſi diuerſi intellectus in aliquo concurrant, vel ſi tolerabilis ſit error, vt in c. cum dilectum, de accuſa. l. fin. pro ſuo, P. vide gloſſam ad c. fin. ad verba,* iuſta cauſa, *de iureiur. in Sext.*

c *l. 2. de rebus cred. C. nam Deus offenditur periurio, c. 1. de crimine falſi lib. 5. tit. 10. & eſt grauius diuinam quam humanam offendere maieſtatem, authen. gazaros, C. de hæreticis. Prohibuit & Deus,* non peierabis, *inquit,* in nomine meo. *Leui. 19. Malachiæ 3. Matth. 5. & iuſtis non eſt lex poſita, ſed iniuſtis & periuris, 1. ad Timot. ca. 1. qui etiam in Deum peccant, legibus Imperatorum aut principum puniri debent, l. 1. C. de apoſta. l. Arriani, C. de hæreticis, l. 1. C. de ſumma Trinita.*

d *can. infamis, 6. q. 1. l. ſi quis maior, C. de tranſactio. Iaſon in l. ſi duo patroni, §. fin. de iureiur. infamem periurum eſſe de iure & de facto. Diſtinguit autem Panor. ad c. teſtimonium, de teſtib. an quis de præterito vel de præſenti falſo iurauerit, vt ſit infamis ipſo iure, qui falſum iurauerit per l. 1. & fin. de crimine ſtellion. P. atq́ ſic intelligendum putat c. cum dilectus, in fin. de ordine cognitio. item ſi de periurio condemnatus fuerit. An vero iurauerit de futuro, & non ſeruauerit promiſſum; in quo caſu ſi iurauerit ſibi tantum aut Deo; ex periurio non fit infamis, l. 2. C. de reb. cred. ſi vero alii iurauerit & fefellerit eum, fit infamis per l. ſi quis maior, de tranſac. Quod & tractat gloſſ. & Bart. ad l. Lucius, de his qui notant. infam. P. qui deliberate etiam iurauit falſum in alterius præiudiciũ potiſſimum, extra ordinem puniri debet per iudicem, l. ſi. iuncta glo. de crimine ſtellion. P. poteſtq́ iudex iubere talem fuſtigari, l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, de iureiuran. Pand. vel adiudicare torqui ver-*

*ſatili, vel catamidiari, vt ait Chaſſaneus* A
*in conſuet. Burgundiæ, titulo* de retraictz,
*§. ſi. vide gloſſam ad cap. querelam,* 10. *ad*
*verbum* periurii, *de iureiur.*

e *l. ſi quis maior, C. de tranſactio.*

f *can. paruuli,* 22, *quæſt.* 5. *can. quicunque,*
6. *quæſt.* 1. *c. teſtimonium, cap. ſicut, de te-*
*ſtib. c. literis, de præſcript. gloſſa in l.* 3. *§. le-*
*ge Iulia. de teſtib. P. vide Alexand. conſil.*
133. *volum.* 1. *etiamſi periurus adhuc non*
*fuerit per ſententiam condemnatus, Bald.* B
*ad l. ſi vteris, C. de fide inſtrumentor. quia*
*facile iterum præſumitur peieraturus, l. ſi*
*cui, §. iiſdem, de accuſatio. P. l. Caſſius, de*
*ſenatorib.*

g *Innocentius ad cap. conſtitutus, in* 2. *Rota*
*deciſio.* 5. *incip.* de iure patronatus, *in no-*
*uis. vide Panor. ad c. querelam, ad c. cum*
*noſtris, de conceſſ. preben. ad cap. cum in*
*cunctis, de electio. facit cap. fin. de iureiur.*
*in Sexto.*

h *c. querelam,* 10. *c. cum quidam,* 12. *de iu-*
*reiurand. vbi gloſſa plura notat, ex quibus*
*doceat dignitatem peccantis aggrauare*
*delictum, & can. homo,* 40. *diſt. can. præci-*
*pue,* 11. *q.* 3. *cum ſimil.*

i *can. qui ſacramento,* 22. *q.* 4.

k *cano. quicunque,* 6. *quæſtio.* 1. *can. fin.* 22.
*quæſt.* 1.

l *d. can. quicunq.*

m *can. beatus Paulus,* 22. *q.* 2.

n *can.* 1. 2. 3. 4. 22. *q.* 4.

o *cap. quanto, de iureiur.*

p *Veluti in c. cum tu,* 16. *de teſtib. c. quanto,*
*& ibi gloſſ. ad verbum* abſolui, *de iureiur.*
*facit §. ſacramenta, de pace iuramento fir-*
*man. in auth. c.* 1, *& c. cum tu, de iureiur.*
*in Sexto.*

q *can. humanæ aures,* 22. *q.* 5.

r *cap. ex literis. de ſponſalib. facit l. proſpexit,*
*qui & a quib. manumiſſi liberi non fiant.*
*P. nec eſt recedẽdum a ſignificatione ver-*
*borum, niſi manifeſte conſtet de contraria*
*voluntate loquentis, l. non aliter, de lega.*
3. *imo & contradicentẽ ſit interpretatio,*
*in cuius poteſtate fuit latura verba conci-*
*pere. l. veteribus, de pact. P. l. quicquid ad-*
*ſtringendæ, de verborum obliga. P. haben-*
*da tamen erit intelligentia dictorum ex*
*cauſis dicendi, c. intelligentia, de verb. ſig.*
*c. querelam,* 10. *ibi,* nulla neceſſitate, &c.

s *& ibi gloſſ. de iureiur. Neceſſitas itaque*
*excuſat a periurio, ca. ſi nulla,* 23. *quæſt.* 8.
*c. presbyteros,* 50. *diſtinct. c. breui, de iure-*
*iur. Neceſſitas legem non habet, c. ſi nulla,*
*diſt.* 1. *can. diſcipulos, de conſecra. diſtin.* 5.
*c. ſi quis per neceſſitatem, de furt. c. quar-*
*to, de pignor.*

## Capvt VIII.

1 *De diſpenſatione ſeu gratia iuramenti.*
2 *A quo fiat.*

ALiquando iuramentum dici nequit
nullum, & de rigore iuris eſt ſeruan-
dum. *a* Verum ſubeſt quædã æquitatis &
iuſtitiæ ratio, per quam abſolutio ſeu gra-
C tia aut diſpenſatio fiat *b* iuramenti, ne, non
obſeruando efficiatur quis periurus, *c* et-
iam ſi iuramentum eſſet præſtitum per
dolum aut temerarie, aut cum pernicie
promittentis. *d* Quæ tamen habent iura-
menta cum exſecutione peccatum, abſol-
uenda erunt cum pœnitentia, *e* iuramen-
D tum etiam metu aut vi extortum, tenet;
niſi abſolutione remittatur. *f* Eget item
diſpenſatione iuramentum de vſuris ſol-
uendis, vel de non repetendis. *g* Item ſi per
vim vel metum, vel alio modo indebito
apponatur alienationi ab vxore de non re-
uocandis alienatis dotalibus; *h* ſic de aliis
ſimilibus. *i*

Fit autem diſpenſatio ab eo, qui pote-
ſtatem habet, *k* & cauſa cognita, *l* vocatis
E quorum intereſt non abſolui. *m* Cum au-
tem iuramentum ſit mere eccleſiaſticum,
pro eius abſolutione ad perſonam eccle-
ſiaſticam poteſtatem habentem confu-
giendum eſt, vt ad epiſcopum; *n* vel in gra-
uioribus, & quæ non conceduntur epiſco-
pis ad ſummum pontificem. *o* Iudex quo-
que laicus & princeps aliquando, pro diſ-
penſatione & liberatione iuramenti in-
terue-



teruenient, *p* poteſt & is, cuius intereſt ſer- A
uari iuramentum vel præſtari, remittere ſi
velit ipſum, & ita remiſſione ſua abſoluit
eum a vinculo eius. *q*

### Scholia.

a *Nam omne iuramentum, vt diximus an-*
*tea, quod poteſt ſeruari ſine detrimento ſa-*
*lutis æternæ, ſeruandum eſt, etiam ſi alio-*
*quin detrimentum bonorum immineat; c.*
*ſi vero, c. cum contingat, de iureiurand. c.* B
*quamuis, de pact. in Sex. Petitur diſpenſa-*
*tio, quando iuramentum obligat ipſo mero*
*iure, ſed ex eo cõtra aliquem ſequitur pec-*
*catum vel delictum aliquod, vide Paul.*
*Caſtren. conſil.* 122. *vol.* 2.

b *Diſpenſatio ſeu abſolutio, eſt rigoris diſci-*
*plinæ relaxatio & tolerantia, ratione tem-*
*pore vel intuitu perſonæ, pietatis, aut neceſ-*
*ſitatis, vtilitatis, c. requiritis, §. niſi rigor, c.*
*ſi qui, & ſequent.* 1. *q.* 7. *Qui voluerit co-* C
*gnoſcere, in quib. fiat diſpenſatio iuramen-*
*ti conſulat Panormita. in quæſtionib. q.* 2.
*circa finem, verſi.* ſi ego autem, *&c. poſt*
*eius conſilia.*

c *cano. prædicandum,* 22. *quæſt.* 1. *cap. per-*
*uenit, de fideiuſſor. cap. etſi Chriſtus, de*
*iureiurand.*

d *cap. venerabilem, de electio. c. quamuis, de*
*pactis. in Sexto. cap. magnæ, & ibi gloſſ. de*
*voto. can. mulier.* 21. *§. ex his, & can. ſe-*
*quens,* 22. *q.* 4.

e *can. qui ſacramento,* 22. *q.* 4.

f *cap.* 2. 28. 29. *c. verum.* 15. *de iureiur. cap.*
*ad aures, & ibi gloſſ. de eo quod met. cauſ.*
*c. cum inter; de renuntia. c.* 2. *de reſtitutio.*
*ſpolia.*

g *cap. debitores,* 6. *c. ad noſtram,* 10. *de iure-*
*iur. c. tuas dudum, de vſur.*

h *c. cum cõtingat, de iureiu. c. licet mulieres,*
*eo. tit. in Sext.*

i *De quibus Guido Papaus,* 22. *q.* 4.

k *Semper enim in omni iuramento, intelli-*
*gitur excepta poteſtas & auctoritas ſupe-*
*rioris. c. venientium, de iureiur.*

l *Notat gloſſ. ad cap. non eſt, de voto. Guido*
A *Papæus deciſ.* 225. *quia diſpenſatio non ſit*
*rigoris iuris, niſi ex cauſa, ca. requiritis, §.*
*niſi rigor, & c. ſeq.* 1. *q.* 7.

m *Quia non poteſt de cauſa legitime cogno-*
*ſci, niſi vocatis quorum intereſt, l. de vno-*
*quoque, de re iudica. l. non ita, de adoptio.*
*l. fin. de reſcind. venditio. l. in concedendo,*
*de aqua pluuia arcen. P. vide Guidonem*
*Papæum, deciſio.* 225. *&* 140. *& quæſtio-*
*nem Tholoſanam* 62. *ca. licet canon. de e-*
B *lectio. in Sex. Notanda tamen erit praxis,*
*quam refert Stephanus Aufrerius, ad di-*
*ctam deciſ.* 61. *quod quando gratia iura-*
*menti ab epiſcopo vel eius vicario petitur,*
*vt obligatio tollatur, quæ erat contracta,*
*tunc eſt neceſſaria ipſius partis vocatio, &*
*ſic procedunt & locum habent prædicto-*
*rum iurium & interpretum ſententiæ.*
*Quod ſi abſolutio iuramenti petatur, non*
*vt obligatio tollatur, ſed ad habilitandam*
C *perſonam, vt non obſtante iuramento poſſit*
*detegere fraudem & dolum ipſius contra-*
*ctus, nõ ſit neceſſaria vocatio partis aduer-*
*ſæ, quia & ſaluum ius reſeruatur ad defen-*
*dendũ ſi quod ius competat. Quam diſtin-*
*ctionem ſequitur Oldradus, conſi.* 120. *Sic*
*ad effectũ agendi ſine aduerſario diſpenſa-*
*tur, non ad effectum cauſæ vel probationis,*
*Rota deciſ.* 767. *in antiq.*

D n *c. fin. de foro compet. in Sex. Poteſt autem*
*epiſcopus, de quibuſdam, non de omnibus*
*diſpenſare, de his inquam poteſt in quibus*
*dubium eſt, an iuramentum ſit licitum*
*vel illicitum c. conſtitutis, de teſtib. c. ſi ve-*
*ro in primo, c. verum, c. cum quidam, §.* 2.
*de iureiur. c. ſignificauit, de teſt. num quoq;*
*epiſcopus omnia iuramenta relaxare poſ-*
*ſit, tractat Felinus ad c. præterea,* 2. *nu.* 17.
*& ibi alii etiam interpretes, de ſponſalibus.*

E o *Felinus tradit caſus, in quibus & quan-*
*do poteſt vel non poteſt diſpenſare ad cap.*
*conſtitutis, num.* 18. *de reſcript. poſt Inno-*
*centium & Butrigarium ad c.* 2 *de renun-*
*tiatio Ioan. And. ad c. quando, de iureiur.*
*Poteſt vero propter plenitudinem poteſta-*
*tis ſummus pontifex de omni iuramento*

diſpenſare, per viam commutationis, A
diſpenſationis & totalis relaxationis, imo
& in his, quæ iuris diuini ſunt, ſummus
pontifex poteſt ex cauſa interuenire. In-
nocent. in c. fin. de conſuetud. gloſſ. & r A-
chidiacon. ad can. ſunt quidam, 25. quæſt.
1. quia, vt dictum eſt, in omni iuramento
cenſetur excepta ſuperioris voluntas, cap.
venientes, de iureiur.

p Regula generalis eſt, quod iuramentum
inter res ſpirituales eſt, & ideo ad forum B
eccleſiaſticum pertinet eius cognitio, c. fin.
de foro competenti. in Sexto. nec de eo eſt
competens iudex laicus, vt notat gloſſ. fin.
ad c. venerabilem, ad verbum, periurii,
de electio. gloſſ. ad c. cum ſit, de foro compe-
tent. & in c. prædicandum, 22. quæſtion. 1.
Felinus ad c. præterea, nume. 28. de ſponſa-
lib. Niſi inquit, in eius foro contentioſo ex-
ciperetur de ipſo iuramento non diſputan-
do, de eius vinculo, an eſſet licitum vel non, C
ſed de eius obſeruatione; quia tunc & iu-
dex ſecularis & eccleſiaſticus quiſque in
ſuo foro, de eo poteſt cognoſcere & iu-
dicare; vt de laico iudice agitur in capit.
licet mulieres, de iureiurando. in Sexto. &
quando quis conuenitur ad implendam
promiſſionem, etiā ſi ſimplex ſit, iurata ta-
men c. 1. de pact. de eccleſiaſtico autē iudi-
ce agitur, in c. fi. de foro compet. in Sext. Et
proinde ſi agatur de pœna tranſgredientis D
licitum iuramentum, iudex ſecularis di-
cetur quoque legitimus & competens, cap.
Rex, 23. quæſt. 5. ibi periuros non ſines
viuere; & eccleſiaſticus, in c. nouit, de iud.
& quia iudex laicus ita competens eſt ad
cogendum ſeruare licitum iuramentum,
ſic & erit competēs in illicito, & ad cogen-
dum eum, qui illicite exegit, vt conſentiat
reſolutioni faciendæ iuramenti aduerſa-
rii illicite extorti, & ad remiſſionem eius E
quod turpiter iuratum eſt. c. 1. de vſur. vt
ait Federicus conſi. 166. Ludouicus Rom.
ſing. 508. facit c. licet mulieres, de iureiur.
in Sexto. Cognoſcit & iudex ſecularis, ſi
quis dicatur periurium commiſiſſe, Ludo-
uicus Rom. ſingul. 430. quia & lex ciuilis A
punit periurium, l. ſi quis maior. Cod. de
tranſact. gloſſ. ad l. ſolus fuſtium, de his qui
notat. infam. Sed & iudex ſecularis poteſt
cognoſcere de nullitate abſolutionis iura-
menti datæ per iudicem eccleſiaſticum, vt
ait Felinus in dict. c. præterea, num. 31. de
ſponſali. Petrus Anchar. conſil. 375. incip.
retento ordine. Ioannes Andreas ad c. in
iure, de offic. deleg. per c. 1. de offic. ordina.
Adfert & notabile prædicto loco Felinus, B
interdum nullum eſſe iuramentum, de quo
contendatur, & tunc, veluti ſi appoſitum
fuerit ſuper contractu ſimulato, cognitio
huius iuramenti & nullitatis non eſt pro-
prie relaxatio, quæ epiſcopi eſt, ſed declara-
tio nullitatis, quæ eſt iudicis laici. l. emtio-
ne, C. plus valere quod ag. l. fin. Cod. de non
numera. pecunia. Baldus quoque hoc notat
ad l. 1. verſ. modo ſolet dubitari, de operis
libertor. Item & ad l. nec patrum, eod. tit. C
de oper. libertor. P. Fuit & facta gratia &
diſpenſatio iuramenti aliquando ex cauſa
per imperatores Romanos, vt in l. fi. ad mu-
nicipales, lib. 50. P. tit. 1. Suetonius Tran-
quil. in Tyberio, c. 35. Atq; in camera Im-
periali Spirenſi ex ordinatione eius parte
2. tit. 24. ex Cæſaris & Statuum permiſ-
ſione licet aſſeſſoribus cameræ, præuia cau-
ſæ cognitione, iudicare, vtrum iuramen- D
tum ſit vel non ſit obligatorium, per dict.
l. fin. ad municip. P. l. fin. qui ſatiſd. cogant.
l. adigere, § fin. de iure patron. P. l. 1. C. qui
milita. poſſ. Pro hac etiam definitione con-
cludit Guido Papæus deciſio. 178. num. 3.
& 194. vbi ait, principem temporalem ſeu
ſecularem ſuper iuramento diſpenſare poſ-
ſe, vt & Bald. ad l. 1. de oper. lib. C. Felinus
ad c. cum ſit generale, nu. 1. de foro compet.
& ad c. 1. nu. 22. de iureiur.

E q Remiſſio iuramenti duplex; antequā iure-
tur, & poſtea: ante quando is, cui defertur,
paratus eſt iurare, & tunc is, qui defert
gratiā facit & remittit, contentus volun-
tate ſuſcipiendi iurādi, & ita quod nō eſt
ſuſceptum, & antequam ſuſcipiatur, non
remit-



remittitur. l. remitti, 6. de iureiur. P. æqui- A
paraturque hæc remiſſio iuramento, l. nam
poſtea, §. iureiurando dato, de iureiur. l. a-
ctori. C. eod. titul. Pro remiſſione habetur
etiam, ſi is qui deferret, nollet prior ipſi iu-
rare de calumnia, l. ſi non fuerit, 37. de iu-
reiur. Poſt iuramentum autem præſtitum
remiſſio fit, quando is cuius intereſt imple-
ri iuramentum, etſi alterius non interſit,
remittit promiſſum iureiurādo, & ita ha-
betur promiſſum pro impleto. Felinus ad c. B
ex adminiſtrationis, num. 1. de iureiu. per
illud caput, & c. 2. de ſponſalib. c. 2. de re-
nuntiat. c. ſignificauit, de cenſib. l. fin. C. qui
& a quibus manumiſſ. liberi non fiant. fa-
cit quod nihil tam naturale quam eodem
modo, quid diſſolui quo colligatum eſt. l.
nihil tam naturale, de regul. iur. P. c. 1. eo.
tit. apud Gregorium. l. ab emtione, de pact.
P. neq; quicquam prohibet cuiq; ius ſuum
poſſe ſi velit remittere, l. ſi quis in conſcri- C
bendo, de pact. C. cum ſimilibus vulgarib.
niſi forſan qui remiſſionem poſtulat, ante
eam commiſerit periurium, vt ait Felinus
ad d. c. ex adminiſtrationis, nu. 1. de iure-
iur. & ad c. 2. num. 35. de ſponſalib.

## Capvt IX.

### De nullis iuramentis.

SVnt iuramenta quædam, quæ nec diſ-
penſatione aut remiſſione egeant, per D
ſe nulla, vt facta de occidendo patre, de
violanda moniali, & aliis ſimilibus, *a* & ea
quæ per metum atrocem extorta fuerunt,
quæ nec obligant, quanquam ſine ipſa a-
trocitate metus ipſe non reddat promiſ-
ſum nullum, niſi diſpenſatio accedat ſeu
cauſæ cognitio. *b* Iuſtus autem metus erit,
quando renuntiatio fit beneficii eccleſia-
ſtici, vt frater liberetur a carceribus, *c* vel ſi
fiat ab eo, qui aliter timet amiſſionem pa- E
trimonii, *d* & ſic in ſimilib quibuſdam aliis
dicendum. *e*

### Scholia.

a In concilio Toletano 8. & c. ſi publicis, can.
vnuſquiſque, c. ſi aliquis, e. actione quar- A
ta, 22. q. 4. vbi & alia exempla per totam
illam q. 4. magna enim ſapientia eſt ho-
minem reuocare, quod male promiſerit, c.
magnæ ſapientiæ, 22. q. 4. neque vocanda
fides, quæ ad peccatum, inuitat. c. ſi ad pec-
tum, 22. q. 4.

b c. 2. de iureiur. ca. vbi, de electio. in Sex. c.
2. de pact. in Sex. c. cum contingat, de iure-
iur. c. licet mulieres, eod. tit. in Sex. notan-
tur porro actus, qui ipſo iure irritantur per B
metum a gloſſa, & doctores ad c. abbatem,
de eo quod metus cauſ. ſi tamen iuſtus me-
tus ſit, & qui cadat in conſtantem virum,
iuxta l. metum, quod met. cauſ. P.

c Felinus ad c. ſi vero, num. 1. de iureiur. per
per clement. 1. de homic. l. præterea, de li-
berali cauſa.

d l. ſciant cuncti, de elect. in Sext.

e Vt ſi vergat in diſpendium ſalutis æternæ,
vel in diſpendium ſalutis corporalis, gloſſ. C
2. ad c. ſi vero, de iureiur. & ibi Felinum,
nec eget iuramentum abſolutione ſecun-
dum Felinum ad ca. præterea, de ſponſalib.
nu. 35. ſi interponatur ſuper actu ipſo iure
nullo & inualido ad illum roborandum. c.
quamuis, de pact. in Sext. Panorm. ad cap.
cum contingat, de iureiur. Anchar. conſil.
351. Item idipſum ait, ſi eſſet coactio præ-
ciſa, Panorm. & gloſſ. ad c. verum, de iure- D
iurand.

## DE SENTENTIA ET re iudicata. *a*

## Tit. XIIII.

a Inſcriptio ſimilis tituli de ſententia & re iudica-
ta, exſtat lib. 2. decretalium, titul. 27. & libro 2.
Sexti, titu. 14. & lib. 2. clementinarum tit. 11. &
lib. 42. P. titu. 1. de re iudicata, & effectu ſenten-
tiarum, & interlocutionibus iudicum. & lib. 7. E
C. tit. 45. de ſententiis & interlocutionib. omniū
iudicum, & titu. 52. de re iudica. & in nouella 6.
Manuelis Comneni. ſunt & ſub lib. 7. C. alii ti-
tuli, qui ad hunc referri poſſunt, vt titu. 42. de
ſententiis præfectorum prætorio. tit. 43. quomodo
& quando iudex ſententiam ferre debeat præ-
ſentibus partibus vel vna parte abſente. 44. de
ſententiis ex periculo recitandis. 46. de ſenten-

*tia quæ ſine certa quantitate profertur. 47. de ſententiis, quæ pro eo quod intereſt proferuntur. 48. ſi a non competenti iudice iudicatum fuerit. 49. de pœna iudicis, qui male iudicauit, vel eius, qui iudicem vel aduerſarium corrumpere curauit 50. ſententiam reſcindi non poſſe 51. de fructibus & litium expenſis 53. de exceptione rei iudicatæ, qui & titulus exſtat in P. lib. 44 titul. 2. 54. de vſuris rei iudicatæ 55 ſi plures vna ſententia condemnati ſunt. 5 . quibus res iudicata non nocet. 57. comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, rei iudicatæ auctoritatem, non habere. 58 ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis iudicatum erit. 60. res inter alios acta vel iudicata, aliis non nocet. Et ex lib. 9 C. poteſt hic adferri tit. 48 ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare, & tit. 51 de ſententiam paſſis & reſtitutis, & lib. 48. P. tit. 23.*

## CAPVT I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid ſententia & quotuplex.*
3 *Quid res iudicata, quotuplex ſententia.*

POſtquam partes & officia innotuerint litigantium, optimum viſum eſt de partibus iudicis in determinandis negotiis agere, quæ conſiſtunt in ſententia, qua ius dicitur. Iudex enim dictus quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet; iure autem diſceptare, eſt iuſte iudicare. *a*

Inde, quod in eo ſentit & exiſtimat iuri conſonum & iuſtitiæ iudex, ſententia dicitur; ſententia quippe iudicis eſt, quod ipſe ita proponit & iudicauit, vt velit litigantium dubia & cauſam determinare, & definire. *b* Sentẽtiarum alia eſt interlocutoria, alia diffinitiua. *c* Interlocutoria eſt, quæ inter principium & finem cauſæ ſuper aliquo incidenti vel emergenti profertur, *d* & ita ratione principalis cauſæ, quæ adhuc non determinatur, eſt interlocutoria; ratione vero negotii emergentis de quo fertur, dici poteſt diffinitiua; *e* diffinitiua tñ ſententia proprie eſt, quæ cauſæ principali omnino finẽ imponit, per abſolutionẽ vel condemnationem. *f* habet interdum tamẽ ſentẽtia interlocutoria vim diffinitiuæ, *g* continens aliquando cauſam vel exſecutionem irreparabilem per aliam ſententiam. *h* Interlocutoria vim quoque diffinitiuæ habere dicitur, quando per illam quidem non diffinitur integre cauſa principalis, verum per indirectum deciditur articulus, qui ad diffinitiuam pertinet. *i*

Rurſum ex ſententiis, quædam tranſeunt in rem iudicatam; quædam nõ tranſeunt. Res iudicata hic dicitur ſententia, quæ ſine vllo contrario remedio ſeruanda eſt, *k* quæ pro veritate habetur. *l* Sentẽtia alia quæ impugnari poteſt, nõ tranſit in rem iudicatam; cuius generis illa eſt, quæ contra matrimonium lata eſt, quæ non tranſit in rem iudicatam; *m* nec ea quoq; quę ꝓ matrimonio cõtracto, quod in gradu prohibito ſubſiſtere nequit, lata erit, *n* contra tamen, ſi nullo gradus impedimento contrahatur, & pro eo ſine appellatione iudicetur. *o* Non tranſit etiam in rem iudicatam ſententia ſecundum iudicium peritorum prolata; *p* ſunt & alia his exempla ſimilia. *q*

### SCHOLIA.

a *ca. forus, 10. §. in omni quoque negotio, de verb. ſignific.*

b *l. 1. de re iudica. P. ſententia generaliter, id quod per ſenſus corporis comprehenditur dicitur; a ſenſibus enim ſentio, & a ſentiendo ſententia. Et iudex etiam ex allegatis viſis & auditis, intimatis, & probatis, colligit & inſtruit ſuum iudicium l. illicitas, §. veritas, de offic. præſid. P. Sententia autem debet eſſe conformis libello, l. vt fundus, communi diuidun. P. veruntamen non omnia, quæ a iudice pronuntiantur ſentẽtiam faciunt iudicialem, niſi ea mente & cum deliberatione pronuntientur, vt velit illis per litigẽtes obtemperari. Quare comminationes, epiſtolæ, programmata iudicum, vim ſententiæ non habent, l. 2. 4. 6. & fi. C. comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, auctoritatem rei iudicatæ non habere, lib. 7. C. tit. 57.*

c *gloſſa in ſumma 2. q. 1. ad verba* quod autem, *facit ſententiam aliam diffinitiuam,*



*aliam interlocutoriam, aliam præcepti; dicit autem præcepti, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcipit alicui, puta vt ſoluat cuipiam decem; quæ ſi ſoluantur, quamuis iniuſte repeti nequeunt. l. fin. quod metus cauſ. quanquam, vt dixi proxime, ſententiæ vim non habeant comminationes iudicum. Iudicati porro nomen de omni ſententia intelligitur, l. 4. l. miles, & l. qui iudicati, de re iudic. in P. & præceptum iudicati nomine poteſt intelligi, vt in l. ſi debitori, de iudic. P. Quia præcepta iudicum ſi non appelletur, merentur exſecutionem, l. ſi prætor, de iudic. P. l. quod iuſſit, de re iudica. Gloſſa rurſum in ſumma 11. q. 3. ait, ſententiarum aliam eſſe condemnationis, aliam excommunicationis, aliam ſuſpenſionis, aliam præcepti, quæ tamen improprie dicatur ſententia; adhibet & inter has differentiam, quia, inquit, cõdemnationis ſententia ſemper tenet, niſi ſit iniuſta ex ordine; quia tunc non valet, vt ca. fin. §. diffinitiua, 2. q. 6. exceptis caſibus ibi poſitis, & niſi appelletur ab ea. Item ſentẽtia excommunicationis ordinem & cauſæ propter quam feratur, cognitionem habet, ca. 11. nemo epiſcopus, 2. q. 1. c. reprehenſibilis, de appell. c. ſacro, de ſenten. excom. nec tamen releuatur per appellationẽ, niſi quoad cognitionem, vt c. perpetuas, de ſententia excommun. ſententia vero præcepti vel mandati, non ligat, niſi id quod præcipitur pertineat ad officium præcipientis, c. quia frater noſter, 7. q. 1.*

d *c. ſignificantibus, de appell. c. ſignificauit, in 1. de teſtib. cap. cum olim, de offic. delegat. gloſſa ad clem. 1. ad verbum diffinitiua, de ſequeſtra. poſſeſſ. Philippus Francus ad ca. cum ceſſante, num. 36. de appella. l. ex ſtipulatione, de ſententiis & interlocut. iudi. C. Alexander ad rubric. de re iudicat. nume. 7. interlocutoria & interlocutio a modo ferendi appellantur; quod ſummarie inter partes, interim & dum exſpectatur iudicium diffinitiuum fertur. cap. quod ad conſultationem, de ſententia & re iudicat. Eſt & omnis pronuntiatio iudicis poſt diffinitiuam latam mere interlocutoria, non habens vim diffinitiuæ, prout docet Imola ad l. ſi finita, §. non autem, de damno infecto. Aretinus ad l. 5. de verbor. oblig. Felinus ad rubricam, de ſententia & re iudica. quia diffinito negotio nihil契 ſupereſſe videtur diffiniendum, & quod pertinet ad illud, iam cẽſetur functus iudex officio ſuo.*

e *Felinus ad rubric. de ſentent. & re iudica. num. 2.*

f *c. 2. de ſenten. & re iudi. c. 70. ſummopere, 11. q. 3. l. 1. de re iudica. P. alioquin enim non valet diffinitiua ſententia, niſi abſolutionem vel condemnationem contineat, can. fin. §. diffinitiua, 2. q. 6.*

g *Quorum plura exempla refert Felinus ad rubricam, de ſententia & re iudic. Franciſcus Aretinus conſ. 20. tractat. & Bartolus ad l. quod iuſſit, de re iudica. P. talis eſt ſententia competentiæ iudicis, abſolutionis ab inſtãtia ſeu ab obſeruatione iudicii, deſertionis, reuocationis attentatorum, de procedendo vel non procedendo in cauſa, item exceptionem peremtoriam obſtare vel non, probatum eſſe vel non, & ſimiles. licet enim aliquando ſperetur, quod feretur diffinitiua, tamen hæ feruntur ſuper eo, in quo pendet victoria cauſæ, & ita præiudicant vt diffinitiua.*

h *Veluti ſi iudex aliquem torqueri iuberet, vt in l. 2. de appell. recipien. P. aliud exemplum in l. 2. de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. in Sex. lib. 2. tit. 7. ſi controuerſia mota de beneficio aduerſarius mittatur in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, quia ex hoc vitioſus ſequeretur ad beneficium ingreſſus, cum tamen ſine canonica inſtitutione obtineri non poſſit. c. 1. de reg. iur. in Sext.*

i *l. intra vtile, de minorib. 25. ann. & ibi Bart. num. 1. gloſſa ad clem. fin. ad verbum* repulſione, *in fin. de appellatio. Felinus ad rubricam, de ſentenia & re iudic. Bart. ad l. quod iuſſit, de re iud.*

k *Sic enim intelligenda, l. 1. de re iudicat. P.*

dum Modeſtinus ait, res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronuntiatione iudicis accipit, quod vel condemnatione vel abſolutione accidit. Et ita accipit finem controuerſia, ſi ab ea appellari non poſſit. l. eleganter, §. ſi quis potest, de condict. indeb. P.

l l. ingenuum, de ſtatu hominum, l. res iudicata, de reg. iur. P.

m c. lator, & ibi gloſſa, ad verbum permanere, c. tenor, c. conſanguinei, de ſenten. & re iudic. & vbique Panor. & ad c. ex literis, nume. 12. de conſanguinit. & affinit. gloſſ. in c. 1. vt lite non conteſt. & c. ad verbum ſeruetur, vbi referuntur quædam ſpecialia in cauſis matrimonii, & per Felinum ibidem nume. 2. Si tamen non impugnetur ſententia, præſumtio pro ea eſt, etſi non fuerit appellatũ, quod recte lata fuerit. c. quod ad conſultationem, de ſententia & re iudi. c. præſentia, de renuntiat. c. ſicut nobis, in fin. de ſent. & re iud.

n dict. c. conſanguinei, & c. tenor, de ſentent. & re iudic. Nam quum matrimonium impeditur iure, quilibet illud expugnare poterit, c. fin. c. videtur, qui matrimon. accuſa. poſſint.

o Quia eius obſeruantia non nutrit peccatum, vt ſuperius exemplum, gloſſ. in c. lator, & ibi Panormit. numer. 9. notatur ad c. quod ad conſultationem, de ſentent. & re iudic.

p cap. ſignificaſti, in 2. de homicidio iuncta gloſſ. ad verbum per errorem, Alexand. ad l. ſi ab hoſtibus, nume. 10. & l. ſequent. ſoluto matrimo. P. Iaſon ad l. admonendi, num. 3. & 41. de iureiurand. & ideo ſi de contrario probetur, retractatur, quemadmodum, quando ſententia eſt lata ex falſis teſtibus & inſtrumentis. c. cum 7. & A. 22. de ſentent. & re iudic. l. falſam, Cod. ſi ex falſis inſtrument. iud. fuer. l. fin. de re iudic. P.

q Eſt hæc communis Doctorum opinio, ſententiam, quod pertinet ad iudicem proferentem, maxime ſi per ſordes aut per imperitiam magnã eam ferat nunquã tranſire in rem iudicatam, quamuis ab ea pars non appellet. Bartol. ad l. 1. numer. 9. quod quiſque iuris. P. & Alexand. ibid. nume. 19. & Angelus numero 3. Philippus Francus ad c. ſæpe, nume. 43. & ſequent. de appellatio. Socinus ſenior conſilio 24. nume. 8. & ſequent. viſis ac diligenter, &c. volumine 1. quia iudex male iudicando per imperitiam in dolo eſſe præſumitur, & ſic in faciendo delinquit, non appellans vero in omittendo; ideo iudicis factum præponderat, vt in l. ſi mora, in princip. ſoluto matrim. & ibi gloſſ. in verbum dolum, textus in l. item ſi obſtetrix, §. fin. in fin. ad legem Aquil. & ibi gloſſ. ad verbum tuebitur. Tenetur autem iudex ad damna & ſumtus, & id quod intereſt parti læſæ, vt ait Socinus d. conſi. 24.

## Capvt II.

*De quibus feratur ſententia.*

DE omnibus autem, quæ in controuerſiam veniunt, dici ſententia a iudice debet, ſi ei liqueat de negotio; in dubiis enim non poteſt quicquam vel de iure vel de facto ſtatuere, *a* ſed vel iudicium ſuſpendere vel negotium ad ſuperiorem, vt ad ſummũ pontificem, referre, *b* communicato conſultationis & relationis litigantibus exemplo; *c* qua relatione pendente nec quicquam innouare vel iudicare de negotio relato poterit, *d* & donec reſponſum acceperit, ſecundum, quod lata ſententia non recipit appellationem. *e* Inſuper de eo tantum quod petitur, non de alio ſententia ferenda eſt, *f* vt ſententia conformis ſit libello. *g* De abſentis autem & inauditi cauſa, regulariter non iudicatur, *h* niſi is fuerit prius contumax declaratus. *i* Duæ porro cauſæ vna ſententia terminari poſſunt, *k* verum is, cui demandata eſt executio ſententiæ, non poteſt de negotio toto iudicare, ſed quæſtiones motas debet ad delegantem referre. *l*

Scho-



### Scholia.

a In re dubia non poteſt dari certa ſententia, c. graue, 11. q. 3.

b can. denique, §. quod ſi qualibet, 6. q. 3. can. de libellis, §. nam ſi tale, 20. diſt.

c ca. intimaſti, 68. de appel. l. 1. §. fin. & l. 2. de relatio. C.

d c. licet, 5. de offic. deleg. c. nomen, verſ. quod nec in negotiis, 2. q. 1. l. 1. l. iubemus, 34. verſ. non prius, de appel. vide exceptionem in l. 1. §. 1. de appel. in P.

e c. biduum, §. fin. 2. q. 6. l. fin. quando appel. ſit. P.

f l. 1. & 2. ſi a non competent. iudic. iud. eſſe dicatur, lib. 7. C. tit. 48.

g c. licet Hely, de ſimonia. c. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, in fi. de accuſatio. clement. ſæpe, §. verum quia, de verborum ſignific. l. vt fundus, cõmuni diuid. P. c. conſultationibus, 10. de offic. & poteſt. iudic. deleg. c. ex parte, de reſcript. tota 3. qu. 9. potiſſimum, c. 2.

h ca. inter quatuor, de maior. & obedient. l. abſentem, de pœnis. C. l. abſentem, de accuſatio. P. l. meminerint, ſi per vim vel alio modo. C.

i d. c. inter quatuor, & d. c. conſultationib. lite conteſtata & inſpectis actis & documentis pro vtraque parte, c. prout, de offic. deleg. al. quando etiam lite non conteſtata, c. vnico, de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſerua. in Sexto. lib. 2. titul. 7. l. properandum, §. cum autem, de iud. C. 2. eod. tit. in Sexto.

k c. 1. de mutuis petitionib.

l c. de cætero, 5. de ſenten. & re iudic. l. ſi vt proponis, C. de executio. rei iudic. c. ſuper eo, de crimine falſ.

## Capvt III.

1 *Qui ferant ſententiam.*

2 *Qui non.*

SEntentia dicitur ferri interdum a iure ſeu canone ſeu lege; interdum a iudice; interdum ab arbitro. A iure fertur, quãdo in diſpoſitione canonis ſeu legis ſtatuitur, vt qui tale quid cõmiſerit, tali pœna condemnatus habeatur, quæ ſententia interdum ipſo iure & facto incurritur ſine alia declaratione iudicis tanquam lata; *a* interdum non niſi cum declaratione iudicis. *b* Iudex porro, cui negotium commiſſum eſt finiendum, ſententiam proferre debet, *c* iſque qui regulariter condemnare poteſt, & poterit abſoluere. *d* Dicitur & arbiter dicere & ferre ſentẽtiam; *e* iudex autẽ, qui pronuntiauit interloquendo, ſe non poſſe cognoſcere, & abdicauit a ſe iuriſdictionem, non poteſt poſtea ſententiam dicere, *f* vt neq; qui legitime eſt recuſatus. *g*

Cæterum nemo catholicus poteſt ſe iudicandum ſententiæ hominis catholici committere, alioquin eſt excommunicandus. *h* Neque hæreticus excommunicatus palam, alium excommunicare poterit; *i* occulte tamen excommunicatus iudicare poterit, niſi aliud prohibeat. *k* Prohibentur *l* etiam natura iudicare mutus, ſurdus, perpetuo furioſus, impubes, quia iudicio carent. Lege item, vt ſenatu motus. Morib. vt fœminæ ſerui. Item laicus non iudicat de clericis, *m* niſi forſan a pontifice ſummo cauſa delegetur ſpiritalis. *n*

### Scholia.

a Quemadmodum in c. fin. de conſuetudine in Sexto. in ſtatuto epiſcopi, vt quicunque furtum fecerit excommunicatus ſit, idem in c. a nobis, de ſent. excom. Sunt & caſus in quibus quis incurrit iure excommunicationem ipſo facto prohibito commiſſo, vt in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. c. non dubium, ca. veniens, cap. dæmonialibus, de ſentent. excomm. cum ſimilib. item in caſu c. dura, de crimine falſi, ca. tua nos, c. conqueſti, de ſententia excommunicat. cum ſimilib. ſunt ita & caſus, in quibus ipſo iure quis priuatur ſuo beneficio eccleſiaſtico facto aliquo, vel delicto cõmiſſo, vel inhabilis ad aliud efficitur, vt in c. licet epiſcopus, in 2. de conceſſio. præbend. cap. cum noſtris,

*eodem de conceſſione præben. vbi nec opus eſt declaratione priuationis per ſententiam cum ipſo iure priuantur, vt nec in aliis, in quibus ipſo iure priuatio fit, l. iubemus, §. œconomus, de ſacroſanct. eccleſ. Satis enim lex interpellat pro homine in leg. magnam, de contrahen. & committen. ſtipulat. C.*

b *Cuiuſmodi ſunt omnes fere pœnæ a iure impoſitæ, quæ exigunt ſententiam declaratoriam reum crimen commiſiſſe, ex quo pœnæ illi ſtatuantur, quemadmodum non cenſetur prodigo ademta bonorum adminiſtratio, quin prius fuerit declaratus prodigus, & interdicta expreſſe fuerit ei per ſententiam, l. is cui bonis, de verb. obli.*

c *l. de quare, 17. & l. vbi cœptum, de iudi. P.*

d *l. 3. & 5. de re iud. l. nulli, 10. de ſenten. & interlocut. omn. iud. C.*

e *Toto tit. de arbitris, in iure põtificio, & ciuili. l. 3. de ſent. & interlo. omnium iud.*

f *c. ſignificantibus, de offic. & poteſtat. iudic. deleg.*

g *c. cum ſuper, 23. de offic. deleg.*

h *can. 32. catholicus, 2. q. 6. ſic hæreticus damnatus alium damnare nõ poteſt, c. Acatius, 3. §. ſi ergo, & §. audiuimus, 4. §. ſin autem, 24. q. 1.*

i *dict. can. audiuimus, in principio, & §. 1. 24. q. 1.*

k *can. excellentiſſimus, 11. q. 3. c. ſi quis confugerit, 16. eo. can. concubina, 16. diſtinct. can. quorundam, 23. diſt.*

l *Quæ ſequuntur ſumta ſunt ex can. infamis, 1. §. tria ſunt, 3. qu. 7. l. cum prætor, §. non autem omnes, de iudic. P. vbi gloſſ. adfert iura ſimilia conuenientia ſingulis.*

m *c. 17. clericum nullus, ca. Chriſtianus, 12. c. Sylueſter, 13. c. relatum, 14. & aliis, 11. q. 4. c. at ſi clerici, de iud.*

n *can. illud, 10. q. 3.*

## Capvt IIII.

*Quæ in ſententia dicenda ſeruanda.*

Sententia vt valeat, debet iuxta ſacrorum canonum legumque decreta ferri, *a* vocatis quorum intereſt, *b* adhibita matura deliberatione, & abſque præcipitatione; *c* committitur tamen res aliquando alicui determinanda ſecundum eius conſcientiam, *d* citius quam fieri poterit. *e* Debet & ferri non ad acclamationes populi, *f* ſed ex iure & ſeruato iuris ordine, quem & ſummus pontifex ſeruare ſolet, *g* & in ſcriptis per ipſum iudicem *h* ſedentem, *i* niſi forſan tam breues lites ſint, & ita exiguæ cauſæ, vt illa ſolemnitate non indigeant. *k* Sentẽtia eccleſiaſtica excommunicationis ferri nõ debet, niſi prius trina admonitione præcedẽte. *l* In dubia cauſa potius reo quam actori fauendum erit, *m* & quod minimum *n* & benignius *o* præferendum. Debet & ſententia eſſe certa, *p* & relata ad libellum vel ei conformis, *q* aut ſi conueniant inter ſe litigantes, relata ad conuẽta. *r* Debet & ferri die non feriata ſed iuridica, *s* in loco cõſtituto, *t* publice, non clam, aut ſecreto, *v* nec ſub conditione. *x* Porro quæ a litigatorib. vel eorum aduocatis omiſſa ſunt in iure, iudex debet ſupplere. *y* De qua re tamen cognouerit, de eadem pronũtiare tenetur, *z* atq; regulariter, victus victori eſt condemnandus in expenſis tanquam temerarius litigator, *aa* niſi forſan probabilem quãdam cauſam litigandi *bb* habuerit.

### Scholia.

a *c. 1. & c. ne innitaris, de conſtitutio. c. 1. de ſententia & re iudic. can. iudices, §. bonus iudex, 3. qu. 7. vbi gloſſæ notabiles, quando ſecundum propriam voluntatem & opinionem vel aliorum, iudex iudicare debeat, iunge can. ſummopere, §. fin. 11. q. 3. l. præſes prouinciæ, 27. de re iudica. P. nec exemplis ſed legibus iudicandum eſt, l. nemo, de ſententiis & interlocutio. omnium iudicum, C. § omnis denique, nouella 82. §. fin. de offic. iudic. apud Iuſtinia. Clericorum & ſpirituales cauſæ potiſſimum ſunt iudicandæ ſecundum canones, c. quod clericis, 9. de foro competent. cap. penultim. & fin. de ſecund. nupt. temporalium vero rerum & ſecularium, ſecundum leges ciuiles, vt plerunq; debent fieri iudic. c. 1. & 2. de oper. noui nuntiatio. facit tota 10. diſtinct. apud Gratianum, & ſi lex deficiat, tunc relinquitur iudicium arbitrio iudicis. ca. vnaquæq;. §. fin. 13. q. 2.*



b *l. de vnoquoq;. de re iudic. P.*

c *can. ſummopere. 11. q. 3. c. quoniam contra. de probat. can. 4. Apoſtolicæ. 35. q. 9. l. 2. de ſentent. ex periculo recitan. Cod. l. eos qui. 6. §. fin. de modo multarum. C. l. 1. in princ. de requiren. reis. C. Papa etiam debet cum magna deliberatione ferre, cano. Apoſtolicæ. 35. q. 9. & cum mentis tranquillitate non in furore, can. illa, cum trib. ſequentibus. 11. q. 1.*

d *Secundum conſcientiam relinquitur iudici aliquando res iudicanda, vel a principe, vel a lege eius, vt in c. ſtatutum. 11. §. aſſeſſorem, & cap. niſi cum pridem, in fine, de renuntiat. cap. final. in fine, de hæreticis, in Sext. cap. fin. de voto, lib. 3. tit. 34. can. vir cum propria. 2. quæſt. 4. can. habuiſſe. 33. diſtinct. can. deniq;. 4. diſtinct. can. 1. 15. quæſt. 8. cap. mulieri, de iureiurand. quare tunc nõ appellatur a iudicato per illos, quorum conſcientiæ iudicium relictũ eſt, quia conſcientiæ ſolus ſuperior Deus eſt. l. 2. C. de rebus credit. Iaſon ad §. ſed iſtæ, numero 121. de actio. apud Iuſtinia. & ad l. nec quicquam. §. vbi decretum, de offic. proconſul. P. ad l. de pupillo. §. qui opus, de op. noui nuntiat. P. ad l. admonendi, numero 11. de iureiuran. verumtamen ſi enormis eſſet iudicati læſio grauatus poſſet recurrere ad ſuperiorem, per textum, iuncta gloſſ. in Clemen. 1. §. oneramus, de iure patrona. vel per officium iudicis fieri poſſet reſtitutio, argumento l. maioribus. C. communia vtriuſq; iudicii.*

e *nam iurgantium controuerſias celeri ſententia terminare, & æquitati conuenit & rigori. c. 2. de ſent. & re iudic. cano. ſicut. 2. q. 1. l. properandum. C. de iudic. c. finem litibus. c. venerabilis, de dolo & contumac. idipſum dicitur de ſententiis proferendis in reos conuictos confeſſos. l. cum reis. Cod. de pœnis.*

f *cap. ad audientiam, de conſuetud. c. Oſius, de elect. l. decurionum. 12. de pœn. C.*

g *c. in cauſis, 19. de ſentent. & re iudic. l. prolatum, de ſent. & interloc. omn. iud. P. lib. 7. tit. 45. non valde tamen intereſt, ſi ordo verborum non ſeruetur aut forma, c. in his, de verb. ſignif. gloſ. in ſumma. 2. q. 1. notat, omnem ſententiam interlocutoriam & diffinitiuam, exigere ordinem iuris, & alioquin eo non ſeruato, nullam eſſe, vt dictum, & habetur in c. fin. 2. q. 6. diſtinguit tamen, duplicem eſſe iuris ordinem: vnum, qui eſt de natura ſeu ſubſtantia iudiciorum, nempe vt poſt citationem quis habeat inducias, & fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiantur, ſententia feratur in ſcriptis, contra quẽ ordinem ſententia lata non valeat, d. §. diffinitiua: alium vero dicit eſſe ordinem, qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum: veluti, vt ſententia non feratur ſub conditione, nec prius de proprietate, quam de poſſeſſione agatur, qui ſi non ſeruetur, nihilominus valeat ſententia, can. biduum. 2. q. 6.*

h *c. fin. de ſent. & re iudic. in Sext. l. 1. 3. 4. de ſent. ex breuicu. recitan. Leo etiam nouell. 45. exigit, vt ſententiam iudices referant, ſuaq; manu obſignent, ne ſi temere poſtea fuiſſe iudicatum deprehendatur, negare illi ſuam ſcripturam queant, aut ne ſuppoſita ſententia in iudicium producatur. Ardua negotia ſententia ſcripta ſunt determinanda, vt præmeditata, alias non valet, can. in primis. 2. quæſtio. 1. nec intereſt in quacunque materia ſcribatur, dummodo ſcribatur, vel in pariete, vt ait gloſſ. ad ca. poſtulatus, ad verb. ſcribebat. 3. quæſt. 9. quia & edicta prætoris in albo parietis ſcribebantur. l. ſi quis id quod, de iuriſdictio. omn. iudic.*

i *d. cap. fin. §. fin. de ſentent. & re iudicat. in Sexto.*

k *d. c. fi. §. fi. de ſent. & re iud. in Sex. auth. niſi breues, de ſent. ex breuiculo recitan. C. ſic*

*ſententia de modicis cauſis non eget ſcriptu* A
*ra, c.ſi quis cum,* 11.*q.*1.

l *c.*1.*de treuga & pace.lib.*1.*tit.*34.*c.ſacro,*
*de ſent.excommunicat.c.*1.*eo.tit.in Sexto.*

m *In dubiis potius reo, quam actori fauendũ,*
*c.cum ſint,* 11.*cap.in pari,*65.*de reg.iur.in*
*Sex.cap.ex literis.§.quod ſi ambarum, de*
*probat. c. inter dilectos,* 6. *de fide inſtrum.*
*niſi ageretur de cauſa liberali, d.§. quod ſi*
*ambarum, non in ambiguis ſemper pro li-*
*bertate eſt reſpondendum, l. quoties,* 20. *l.* B
*in obſcura,* 139.*de reg.iur.l.cum inter ve-*
*teres,* 14.*in ſi. C.de fideicommiſſ.libertati-*
*bus.l.inter pares, de re iudic.P.alioquin fa-*
*uorabiliores rei, l.fauorabiliores,*167.*l.ne-*
*mo,*167.*l. in pari,*170.*l.cum par,*196.*l.*
*in eo,*33.*de reg.iur.P.cum ſimilibus, quia*
*proniores eſſe debemus ad liberandũ, quam*
*ad obligandum, l. Arrianus, de actio.l.ab-*
*ſentem, de pœnis. P.*

n *In obſcuris quod minimum eſt, ſequimur,* C
*c.ex parte,*18.*de cenſib.cap. in obſcuris, de*
*reg.iur.in Sexto.l.ſemper,*9.*eo.ti.in P.l.in-*
*ter pares,*38.*de re iud.P.*

o *c.eſtote,*2.*de reg.iur.l.ſemper,*55.*l.ea quæ,*
152.*l.factum,*197.*in ſi. de reg.iur.l.non*
*ſine ratione,*5.*C.de bonis quæ liberis. Atq;*
*humanius, quando datur electio, eſt ſeque-*
*dum, l. cum inter veteres,* 14. *de fideicom-*
*miſſ.libert.P.l.ſi fuerit,*11.*§.ſi.de reb.dub.*
*Et hoc maxime in pœnis infligendis erit* D
*obſeruandum. Cauendum tamen erit iu-*
*dicanti, ne quid aut durius, aut mitius con-*
*ſtituat, quam cauſa depoſcat. Nec enim*
*aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affe-*
*ctanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout res*
*expoſtulat, ſtatuendum eſt. Porro in le-*
*uioribus cauſis proniores iudices ad lenita-*
*tem eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeue-*
*ritatem legum, cum aliquo temperamen-*
*to ſubſequi, ut ait Martianus in l.perſpici-* E
*endum,*11. *de pœn. vide quæ dicuntur de*
*iuſtitiæ imagine his conueniente, ex Chry-*
*ſippo apud Gellium, lib.*4. *c.*14.

p *§. curare, de actio.apud Iuſtin.l.in ſenten-*
*tiis,*58.*de re iudic. l.*1. *&* 2. *de ſententiis,*
*quæ ſine certa quantita. proferun. C.l.vnic.*
*C.de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt,*
*proferunt.lib.*7.*ti.*45.

q *c.*1.*ibi*, tunc vobis, &c. *& cap.*2. *de libellis*
*oblat.lib.*2.*tit.*3.*l.vt fundus, communi di-*
*uidun.P.*

r *c.*2.*de pact.c.*1. *de tranſact.l.ſi conuenerit,*
26.*de re iud.P.*

s *c.*1.*de feriis, lib.*2.*tit.*9.*nec valet ſententia*
*diebus feriatis in honorem Dei, etiam con-*
*ſentientibus partibus lata, niſi forte aut ne-*
*ceſſitas, aut pietas id ſuadeat. In feriis ta-*
*men in vtilitatem hominum introductis,*
*licet in iudicium, vel ad ſubeundam ſen-*
*tentiam conſentire litigantibus. Vtrumque*
*caput probatur in c.ſi. de feriis, in l. omnes,*
*C. eo.tit.l.ſi vt proponis,* 4. *C. quomodo &*
*quando iudex, lib.*7. *C.tit.*43.*l.ſi feriatis,*
*eod.tit.P.*

t *c.ſi.de reſcrip.l.ſi vt proponis præſes prouin-*
*ciæ,* 5.*C. quomodo & quando iudex, ſi lo-*
*cus certus ſit iudicio exercendo aſſignatus,*
*in eo pronuntiandum, quod ſi non ſit, intel-*
*ligitur locus idoneus, vbi iudicari conſue-*
*uit, l.ſi locus, de iud.* P.*l.ſi cum dies, §.ſi ar-*
*biter, de recep. arbit. debet autem eſſe locus*
*tutus litigantibus & honeſtus, vbi ſenten-*
*tia reddi poſſit ſaluo honore maiorum, l.pe-*
*nul.de iuſti.& iur.l.ſi cum dies.§ penul.de*
*recep.arbit.*P.

v *Præſumtio quippe mala eſt contra occulte*
*iudicantes, c.conſuluit, de off.deleg.c.Ana-*
*ſtaſius,*9.*diſt.l.cum ſententiam præſidis,*6.
*de ſent.& interloc.omn.iudi. ſicut & fraus*
*præſumitur contra conferentes occulte be-*
*neficia, in c. vnic.vt eccleſiaſt.benefic.ſine*
*diminu.conferan. & in aliis occulte factis,*
*vt in cap.cum inhibitio, de clandeſtina de-*
*ſponſ.can.pernitioſam,* 18.*q.*2.*l. ita fidei,*
*de iure fiſci, l.non exiſtimo, de adminiſtra.*
*tutor.l.ſi.de ritu nupt.*P.

x *Sententia non debet ferri ſub conditione,*
*can.biduum,*2.*q.*6.*tenet autem, ſi feratur.*
*cap.a nobis, de ſententia excommun.intel-*
*ligitur tamen conditio in ſententia ex re-*
*ſcripto lata,* ſi preces veritate nitantur,
*quia*



*quia ex falſis propoſitis poteſt retractari* A
*ſententia, vt ſi ſuper falſa inſtrumenta ſit*
*indicatum, cap.cum venerabilis,* 6.*§.licet*
*autem, de except.cap.ſuper eo,*2.*de crimine*
*falſi.l.*1.2. *& fin. C.ſi ex falſis inſtrumen-*
*tis indica ſit.l.qui agnitis,*11.*de exceptio.*
*vt & ſuper falſis teſtimoniis, cap.ſicut no-*
*bis,*9.*de teſtibus, c.cum I. & A.*22. *de ſen-*
*tent. & re iudic. l. D. Adrianus,*33. *de re*
*iudic. P.dummodo probetur iudicem, vel*
*ſupra falſum teſtimonium, vel iuxta falſa* B
*inſtrumenta pronuntiaſſe, non aliter, l.fal-*
*ſam,*3.*C.ſi ex falſis inſtrum.*

x *l.vnica, C. vt quæ deſunt aduocatis iudex*
*partium ſuppleat.*

z *l.de qua re,*74.*de iud.l.prætor,*13.*§.fin.de*
*vac.mun.*

aa *c.finem litibus,*5.*de dolo & contum.c.ſi.de*
*maio.& obed.c.calumniam, de pœnis.§.o-*
*portet, de iud. auth.generaliter, §. etſi, de*
*epiſc.& cleric. maxime quando conſtat de* C
*malitia victi, c.ex literis, de dolo & contu-*
*ma.c.cæterum, & c.ſi.de reſcript.*

bb *Et litigauit ſine malitia, c.ſacro, §. cumq;*
*aduerſus, de ſent.excommu. l.qui ſolidum,*
*§.etiam, de legat.*2.*alioquin enim, niſi eſſet*
*ita receptum, poſſet quis metu expenſarum*
*ſoluendarum omittere perſequi aut defen-*
*dere ius ſuum, l. illud, de petit. heredit.in*
*Pandect. niſi vt dixi, conſtaret de malitia*
*& calumnia, quia tunc condemnabitur* D
*in expenſis. vide de his plenam gloſſ. ad c.*
*finem litibus, ad verbum* expenſis, *de do-*
*lo & contumac.*

## Capvt V.

*Contra quem ferenda non eſt ſententia.*

COntra Epiſcopum inconſulto ſummo Pontifice ferenda non eſt ſententia, *a* neque contra abſentem non vocatum, & E contumacem. *b* Non eſt quoque pœnalis ferenda ſententia ab Eccleſia, cum multitudo cauſa eſt peccati, vel quando ille peccat, qui ſociatam habet multitudinem, *c* vel quando inde immineret periculum ſchiſmatis. *d* Sunt & maiores cauſæ, quæ tantum apud ſedem Apoſtolicam ſunt tractãdæ, ex ſua natura, vel ad illam euocatæ. *e*

### Scholia.

a *cano.accuſatus, in ſi. & can.ſeq.cano.diſ-*
*cutere, & can.quamuis, can.nullum, can.*
*dudum, cum ſequentibus vſque ad c.pere-*
*grina,*3.*quæſt.*6.*can.*1.*§.iudices, verſic.ſi-*
*nis vero,*3.*q.*8.*can.ſi. verſi.etſi inter eos,*9.
*quæſt.*3.

b *Vt ſupra diximus, & docetur tota,* 3.*q.*9.
*& c.tenor,*10.*de ſentent.& re iudic.c.con-*
*ſultationibus,*10. *de off.delegat. cap.inter*
*quatuor,* 8.*de maior.& obed. cano.in pri-*
*mis.§.ſed & de perſonis.*2.*quæſt.*1. *Quo-*
*modo autem in abſentes & cõtumaces pro-*
*cedatur, docetur in l.*2.3.4.7.*& auth.ſeq.*
*& l.*9. *&* 10. *C.quomodo & quan.iudex,*
*lib.*7.*C.tit.*43.

c *in can.ſi quis poteſtatem.*31.*§.ſimiliter, &*
*ſeq.non poteſt.*23.*q.*4.*& in eo caſu dicitur*
*diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia, fa-*
*cit can. vt conſtitueretur.*50.*diſt. ſic vin-*
*dicta ratione multitudinis relaxatur, can.*
*quoties.*1.*q.*7.*can.ipſa pietas.*23.*q.*4.*can.*
*ordinationes.*9.*q.*1.*vbi rationes.*

d *ca.cum quiſq;,*19. 23.*q.*4.*ex diuo Augu-*
*ſtino contra epiſt. Parmeniani, lib.*3.*cap.*2.

e *cap.nec licet.*17.*diſtinct. c.maiores, de ba-*
*ptiſmo in concil. Trident.*24.*ſeſſion. de re-*
*forma.c.*20.

## Cap. VI.

*De effectu ſententiæ.*

FIrma ſententia eſſe debet, quæ iuſte & rationabiliter fuerit diffinita, multo magis, ſi fuerit per ſuperiorem roborata. *a* Fit autem cõfirmatio a ſummo Pontifice poſtulata, ne vlla controuerſia poſtea, de re maxime cum conſenſu partium confirmata, moueri poſſit, quamuis alioquin ante moueri potuerit. *b* Quare ſententia legitime a iudice competente lata, nec expugnata, ſeu res iudicata, producit actionem & exceptionem. *c* Præſumitur

autem ſemper, vt oportet, & legitime lata, e donec contrarium probetur. *d* Quamobrem aduerſus non venientem, & legitime vocatum, pro exſecutione & effectu ſententiæ conceditur miſſio in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, bonorum eius, qui vocatus copiam ſui non facit, *e* vel aliter ſententiæ non ſatisfacit: *f* niſi agatur de beneficio Eccleſiaſtico, in quo non fit ea miſſio ob contumaciam aduerſarii. *g* Vt autem ante ſententiam, & condemnationem exſecutio fieri non debet contra debitorem: *h* ſic contra, poſtquam ſententia lata eſt, maxime ſi tranſierit in rem iudicatam, exſecutio non eſt differenda: *i* verumtamen non eſt exſequenda ſine mandato iudicis, *k* quæ nulla vero eſt, non debet mandari exſecutioni. *l*.

## Scholia.

a *cap. 4. de ſent. & re iudic. operatur autem confirmatio vel roboratio facta per ſummum Pontificem, vt ſi cauſa cognita facta fuerit, & ex certa ſcientia, non poſſit inferior iudex de ea iudicare vel ſtatuere. c. 1. & 2. de confirm. vtili vel inutil.*

b *vt in cap. 2. de pact. c. 1. de tranſact. cano. omnimodo. 35. q. 9. can. ſicut. 2. q. 1.*

c *can. 1. ca. loci noſtri, 35. q. 9. c. cum inter. 13. de re iud. l. 1. C. de his, qui propter metum iudic. non appellau. l. ſi contra. 8. C. de appellat. l. ſi pecuniam. C. de re iud. l. 3. C. vt lite pendente vel poſt prouocat. & c. l. ingenuum. 25. de ſtatu hom. P. dixi a competente iudice, cum aliud dicendum ſit in incompetente, ſi per exceptionem obiiciatur, c. at ſi clerici, de iud. ca. in primis. §. de perſona Epiſcopi, 2. q. 1. can. 1. §. nullum. 3. q. 8. can. 1. 9. q. 2. cano. 1. & cano. in clericorum. 11. q. 1. can. cui eſt. 11. q. 3. l. ſi. C. ſi a non compet. iud.*

d *c. in præſentia, verſi. & tanta ſit, de renunt. c. ſicut, & c. cum inter vos, de ſent. & re iud. res iudicata pro veritate habetur, d. l. ingenuum, de ſtatu homi. P. l. res iudicata, de reg. iur.*

e *c. tua fraternitati. 3. vt lite non conteſtata, quæ ſit a magiſtratu eius loci, vbi bona ſunt, c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in Sext. l. 1. quibus ex cau. in poſſ. eat. P. l. 2. §. fi. vbi in rem actio exerceri debeat. Quis autem ſui poteſtatem in iudicio vocatus facere nõ dicatur, docet l. 2. §. 1. quib. ex cau. in poſ. eat. Notat tamen Rebuffus tomo 1. Commentariorum ad conſtitutiones regias, in proœmio numero 101. in Gallia non mitti actores in poſſeſſionem bonorũ propter reorum contumaciam: ſed aliam eſſe praxim, quam notat ad rubricã tractatus* des defauts & contumaces, *& ſic ait, non ſeruari in ſua ſpecie titulum, quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, & titulum, de bonis auctorit. iud. poſſiden. verumtamen aliter alibi & ex iure ſcripto, eo tamen obſeruato, quod ſi agatur actione in rem, fiat tantum miſſio in ſolam rem petitam, non in vniuerſa bona poſſeſſoris, c. quoniam. 5. §. in aliis vero, vt lite non conteſtat. l. Fulcinius. 7. §. item videamus, quibus ex cau. in poſſeſſ. eat. P. Si vero perſonali actione agatur, fiat tantum miſſio in poſſeſſionem mobilium, vel his non ſufficientibus, immobilium, pro modo debiti declarati. d. c. quoniam. §. ſi autem ſuper. Quin & ſi clericus debitor abſit, contumaciter ſatisfacere oportet ex fructibus, ex præbenda ſui beneficii. cap. peruenit, 2. de fideiuſſor. fit & adhuc contumace vocato exſiſtente poſt annum alia miſſio ex ſecundo decreto, per quam miſſus verus poſſeſſor, conſtituitur reſeruata quæſtione proprietatis abſenti, c. quoniam. 5. §. in aliis, verſi. qui ſi venerit, vt lite non conteſt. c. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſ.*

f *Non enim ex vna cauſa ſola contumaciæ, ſed etiam ex aliis fit miſſio quoque in poſſeſſionem bonorum non obedientis ſententiæ, vel non ſoluentis, vt liquet ex titu. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. ſi reus conuentus minor ætate tutorem vel curatorem nõ habeat, vel ab eo non defendatur. l. ſi pupillus. 10. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. P. l. ſi*



*minor, 5. de rebus auctorit. iudic. poſſiden. aut ſi reus conuentus ſit furioſus, prodigus, vel alius, qui curatoris egeat opera, & is non adſit, l. Fulcinius, §. adeo autem, quibus ex cauſ. in poſſeſſionẽ ea. l. vbi non voce, 166. de reg. iur. P. l. ſi debitor ſine herede deceſſerit, l. ſi bona, 5. & l. pro debito, 6. §. quod ſi ſpecialiter, de bonis author. iudi. poſſiden. C. vel ſi hæres quidem ſit, ſed ſuſpectus ſit, & noluerit ſatiſdare creditoribus, l. ſi creditores, 15. de priuileg. credit.*

g *cap. vnico, de eo, qui mittit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeru. in Sext. ca. olim, de reſcrip. vbi interpretes.*

h *c. ſignificante, 69. de appella. l. 1. C. de exſecut. rei iudic. l. 8. de re iudic. P.*

i *can. ſicut, 2. qu. 1. regulare illud, vt ſententia mandetur exſecutioni, non obſtante exceptione, can. ſicut, 2. quæ. 1. niſi incontinẽti probetur exceptio, ca. veniens, de teſtibus. c. literas, de reſtit. ſpoliat. vt in quibuſdam caſibus notatis. in can. cum apud, 11. q. 3. dilatio autem exſecutionis prohibetur, quæ non eſt, vel a iudice, vel a lege condemnatis ad ſoluendam data, non quæ ab his concedatur, l. debitoribus, 31. de re iud. l. 2. C. de vſur. rei iudic. traditur & ratio, cur etiam in cauſa criminali prius mature conſultata ſententia, poſt prolationem ſit celeriter exſequẽda, in l. cum reus, 18. de pœn. C. l. pen. de cuſtod. reor. C. l. 6. de ſicariis. Pan. Niſi forſan ira commotus princeps iuſſerit ſine cauſæ cognitione reum aliquem vltimo ſupplicio affici, cuius tunc exſecutio debet ad 30. dies differri, donec efferbuerit ira eius, l. ſi vindicari, 20. C. de pœn. quam conſtitutionem latam fuiſſe a Theodoſio ſuaſione D. Ambroſii tradit Sozomenus, lib. 7. cap. 24. Poſſunt & eſſe aliæ exceptiones, ex quibus differtur exſecutio ſententiæ, veluti ſi is damnauit, cui ius damnandi non eſt, l. 2. §. fin. de pœnit. Pand. veluti ius nõ eſt magiſtratibus municipalibus damnare vltimo ſupplicio, leg. magiſtratus, 12. de iuriſdict. omn. iud. P. nec omnibus, ſed certis iudicibus ius deportandi datur, l. 2. §. conſtat, de pœn. P. l. inter pœnas, 6. §. 1. de interdict. & relegandi, de offic. præfect. vrb. nec relegandi, l. relegatorum, §. 1. de interdict. & relega. & ſic de ſimilibus, quæ per appellationem cognoſcuntur.*

k *in l. 8. C. de appellat. etiam ſi videatur iniuſta exſecutori, ca. paſtoralis, 28. §. quia vero, de offi. deleg. poteſt & delegatus mandare iudici ordinario exſequi ſuã ſententiam, d. §. quia vero, c. de cætero, de ſenten. & re iudi. vel ipſe, ſi velit, poteſt eam exſequi, ca. ſignificaſti, 7. de offic. delegat. ordinarius tamen ex lege habet poteſtatem exſequendi ſententias ſuas, ca. ſi quis contra, 4. §. fin. de foro compet.*

l *l. 4. §. condemnatum, de re iud. P. nempe ſi notoria ſit nullitas, alioquin ſi pendet adhuc proceſſus ſuper nullitate, debet interim mandari exſecutioni, & ita etiã in praxi ſeruatur, idque merito. Alioquin enim quilibet ſententiã, aduerſum ſe latam nullam dicere poſſet, & malitiis hominum eſt obuiandum, l. in fundo, de rei vendic. P ca. ſedes, de reſcript. atque ſemper, vt alibi ſæpius dictum, præſumitur pro ſentẽtia, & quandiu dubium eſt de his, quæ non ſunt & non apparent, idẽ dicitur eſſe iudicium, l. duo ſunt, de teſta. tut. P. Quando autem ſententia nulla dicitur, quæſtio nullitatis ad iudicem, qui protulit eam, efferẽda eſt, cap. de cætero, de re iudi.*

## Capvt VII.

### *Ex quibus impediatur fiatque inualida ſententia.*

Sententia effectu priuatur pluribus modis, & fit inefficax, veluti ſi contra non citatum & abſentem pronuntietur, *a* maxime etſi contra citatũ extra territorium, quo & caſu nulla erit. *b* Si a non ſuo iudice ſeu ab incompetente pronuntietur, *c* ſi contra formam canonis, & ius cõſtitutionis pronuntiata ſit expreſſe, *d* ſi non ſeruato ordine feratur, *e* aut ab vno tantum ex duobus vel pluribus datis, *f* iudicibus,

nisi aliter in compromiſſo vel denegatione permittatur, vt ſi non omnes non poſſint, vel nolint iudicare, alii iudicent. *g* Poteſt tamen vnus arbitrorum vel iudicum aliis præſentibus & mãdantibus, ſcriptam ſententiã recitare, & perinde habetur, ac ſi ab omnib. eſſet recitata. Oportet autem vt is, qui recitat, non vtatur verbis ſingularis numeri, ſed plurali dicens, *Nos tales iudices pronuntiamus ſeu ſtatuimus in hunc modum.* *h* Non valet etiam ſententia contra rem iudicatam, a qua non fuerit appellatum, *i* ſi modo ea fuerit iudici exhibita ante iudicium. Alioquin enim, ſi non fuerit propoſita ea prior, res iudicata, vel ſaltem non ſit probata, valebit ſecunda contraria. *k* Item ſi agatur de ſententia matrimonii, contra quam alia pronuntiari poſſit, cum prior non tranſeat in rem iudicatam. *l* Nulla & dicetur ſententia, quæ lata eſt poſt elapſum tempus iudici ad iudicandum vel pronuntiandũ præfixum. *m* Item, ſi contineat impoſſibile præceptum, *n* ſi cum falſo procuratore lata. Verũ hæc ſuſtinebitur quouſq; falſitas fuerit detecta. *o* Item & nulla, quæ incertam cõdemnationem continet, & quæ non poſſit certificari relatione facta ad acta, vel ad libellum, vel alio modo. *p* Reuocatur & ſententia, quæ ſuper reſcripto per ſubreptionẽ impetrato interuenit. *q* Eſt & ſententia aliquando iniuſta ex animo proferentis. Iuſta autem ex ordine & cauſa, aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine, aliquãdo iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. *r* Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullum in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum, aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia, ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate ordinis, in adulterum, vel in aliquem crimino ſum non amore iuſtitiæ, ſed liuore odii, vel pretio, vel fauore aduerſariorũ inductus ſententiam profert. Neque valebit etiam ſenten-

A tia de alia re facta, quam datus ſeu delegatus fuerit iudex, *s* nec ſi ad alias perſonas, quam comprehenſas in mandato delegationis prorogata fuerit iuriſdictio, *t* quanquam poſſit terminus iudicandi præfixus a litigantib. ante eius lapſum prorogari. *u* Ordinarii tamen iudicis laici iuriſdictio, cum prorogari poſſit ex litigantium laicorum conſenſu, *x* poterit & ad alias res extendi, *y* & ad alias, quam ſuæ iuriſdictionis B ordinariæ perſonas. *z* Porro diffinitiua ſententia, quæ abſolutionem vel condemnationẽ non continet, pro nulla habetur. *aa* Redditur & inualida ſentẽtia, ſi ſub cõditione lata, illa reſoluatur, *bb* vel ſi feratur, poſtquam quis ſe protectioni ſuperioris ſubiecerit *cc*

## Scholia.

a *cap. tenor, de re iud. & ibi interpretes, c. lator, eo. tit. ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de cõſtitut. neque debet proferri diffinitiua partibus inauditis, ca. 1. de accuſat. & peremtorium etiam requiritur contra abſentem citationis edictum, l. ad peremtorium, de iudic. P. cum ſimilib. Matthæus de Afflict. deciſ. 346. nu. 16. quinimo in ſummariis quoque cognitionib. requiritur præcedens citatio, aliter ſententia erit nulla, Clem. ſæpe, de verb. ſignific. Rom. conſi. 255. quanquam a principe ita ſine citatione lata fuerit ſententia, cuius & eadem ratione nulla eſt, c. paſtoralis, de ſenten. & re iudi. Felin. ad c. cum olim, num. 12. eo. tit. atque ideo & in curia Romana ad audiendã ſententiam ſemper pars citatur, Rota deciſ. 241. in nouis. Verum alibi ex ſtylo receptũ, vt plerunque citatus legitime ab initio, & ad procedendum generaliter, non debeat amplius ſpecialiter vocari ad audiendam ſententiam, vt notat Antonius Granatia, in Canonicationibus, ad c. fi. nu. 38. lib. 7. Octauiani Weſtrii introductionis in aula Romana actiones, poſt Marantam in praxi, 6. part. 1. memb. 10. & poſt Matth. de Afflict. deciſ. 755.* ſciendum eſt, quod in vacatione, *in antiq. Cæterum arbitror ibi non requiri citationẽ in prolatione ſententiæ, quando citati & vocati fuerint ab initio litigantes & comparuerint, & proceſſum fuerit in cauſa & concluſum, & ſtatuerit iudex, ius ſe dicturum. Sic & ſolet fieri vocatio ab initio cum intimatione, quod ſiue venerit vel non, proceditur ad negotii diffinitionem: eoque ſtylo vtuntur omnes curiæ parlamentorũ ſeu Senatuum Galliæ, vt ait Maſſuerius in praxi. tit. 34. de re iud. §. fi. Probat idipſum Cynus, ad l. ſi quis ex cõſenſu, de epiſcop. audien. l. quamuis, C. ad leg. Iul. de adult.*

b *Clem. 2. de ſent. & re iud.*

c *c. at ſi clerici, de iud. c. ad noſtram audientiam, de conſuet. §. ſi vero Eccleſiaſtico, vt cler. apud proprios epiſc. conueniant. in nouel. c. accuſatorem, 3. q. 8. c. 1. & can. Epiſcopum, 9. q. 2. c. in clericorum, 11. q. 1.*

d *cap. cum inter, c. cum cauſa, de ſenten. & re indic. l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſ. c. 1. de ſent. & re iudicata. Similiter nec licebit ſtatuere valide contra conſuetudinem notoriam ſcriptã & approbatam, aut contra ordinationem regiam publicatam, l. de quibus, de legib. P. Felin. & Panorm. ad c. 1. de ſent. & re iud.*

e *cap. ad probandam, de ſenten. & re iudic. l. prolatam, de ſent. & interloc. omn. iudi. C. can. qui appellat, 41. §. item ſententia citra ſolitam, 2. q. 6. Attamen ſi non appelletur tenebit ſentẽtia, l. 1. C. de appell. Nulla etiam in iure ſententia dicitur, ratione ordinis a iure cõſtituti nõ ſeruati, vt ſi iudex dum debebat condemnare procuratorem, condemnauit dominum litis, l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. iud. Vide tamen, quando dominus, quandoue procurator cõdemnari debeat, in c. licet cauſa, de proba. ca. inter dilectos, de fide inſtrum. c. querelam, de elect. l. nihil intereſt, de procurat. C. l. fin. de iniu. C. Et in hac quæſtione tutius aget iudex, ſi dominũ & procuratorẽ condemnet: in criminib. tamen condemnandus eſt dominus, non procurator. d. l. fi. C. de iniur.*

f *can. ei, qui appellat, 41. §. item ſi plures, 2. q. 6. l. 4. C. de ſentent. & interloc. omn. iudic. l. item ſi vnus, §. item ſi plures, l. ſi in tres, l. ſicuti de recep. arbit. Pand. Nam omnes in quos compromiſſum eſt, vel qui delegantur ſimpliciter, debent iudicio intereſſe & ſententiæ, aliter autẽ, vel vno eorum mortuo, vel abſente, vel nolente iudicare, vel incapace reddito, alii iudicare nequeunt, ca. vno delegatorum, 42. de offi. delega. ca. cum cauſa, 22. eod. tit.*

g *dict. cap. vno delegatorum, cap. cum ſuper abbatia, 24. cap. prudentiam. 21. cum ſuis §§. de offi. deleg. can. Raynutius, in prin. de teſtam. l. non diſtinguemus, §. cum in plures, de recept. arbit.*

h *c. cum ab vno arbitrorum, 4. de ſentent. & re indic.*

i *ca. ei qui appellat, 41. §. ſi item ſit ſententia lata, 2. q. 6. l. poſt ſententiam, de ſent. & interloc. omn. iudic. C. l. 2. quando prouocar. non eſt neceſſe.*

k *cap. inter monaſterium, 20. de ſentent. & re iud. quando videlicet is, qui pro ſe priorem ſententiam habebat, omiſit ex certa ſcientia & malitioſe eius exceptionem proponere, vt vexaret aduerſarium ſumtibus, vel quia illa ſententia non ſatis fundata erat, vt in dict. cap. inter monaſterium, argumen. l. ſi decipienti, ad ſenatuſc. Velleianum. non autem, ſi ex ignorantia omiſerit eam exceptionem rei iudicatæ, vel quia eo tempore non poterat eam probare, quo caſu omiſſio tunc ei non præiudicabit, quominus poſſit poſtea proponere omiſſam, can. plerunque, 2. quæſtio. 7. & ſic notat gloſſa, ad dictum canon. ei qui appellat, §. item ſi ſententia lata, ad verbum,* iudiciales, *2. quæſt. 6.*

l *can. loci, 2. §. quia ergo, 25. quæſt. 9. cap. lator, cap. conſanguinei, de ſentent. & re indi. Idipſum & verum puto, de aliis ſententiis, quæ nõ tranſierunt in rem iudicatam, vt eas poſſit contraria ſentẽtia, potiſſimum ſuperior, corã quo res tractatur, emendare male latas, d. c. inter monaſterium, de ſent.*

& re iudic. Solet & eſſe in praxi, vt ſi con- A
tendatur de aliqua re iudicata in inferio-
ri tribunali, coram ſuperiori iudice impe-
trentur literæ appellationis ab ea ſententia,
quæ apponitur, cum clauſula reſtitutionis
in integrum contra deſertionem appella-
tionis, vel quod non fuerit intra diffinita
tempora appellatum.

m cap. de cauſis, de officie delegat. l. cum non
eo die, quando prouocare non eſt neceſſ. l.
fin. C. quomodo & quando iudex, l. 1. C. de B
arbitris.

n Non valet ſententia, & nulla remanet cõ-
tinens præceptum impoſſibile, vel cui non
potuit propter rerum naturam, l. penult.
quæ ſentent. ſine vlla appellat. reſcin. l. im-
poſſibilium, de reg. iur. P.

o in c. in noſtra, de procura. c. ex parte, de re-
ſcript. l. licet, C. de procurat. l. fin. C. ſi a non
compet. iudic.

p c. peruenit, de fideiuſſor. l. 1. & ſeq. de ſent. C
quæ ſine certa quantita. proferuntur. C. §.
curare, de actio.

q c. ſua nobis, de offic. vica, lib. 1. tit. 28. c. ad
audientiam, de reſcript. c. venia, 35. quæſt.
9. nempe tanquam prolata a non ſuo iudi-
ce, c. penult. 11. q. 1. l. fin. C. ſi a non compe-
tent. iud.

r Quæ ſequuntur ſumta ſunt ex ca. Epiſco-
pus presbyter, 45. §. 1. 11. qu. 1. docetur &
canonibus ſequentibus, quomodo iudex D
delinquat iudicium exercendo, dum ira,
præmio, muneribus, & gratia mouetur.
Iniuſta tamen ſententia non impugnatur,
ſi res ex iniuſta ſententia poſſeſſa ſit per tri-
ginta annos a morte iudicis computandos,
can. ſi ſacerdos, 16, quæſtio. 3. At multo
magis iniuſtum iudicium & diffinitio in-
iuſta, regio metu aut cuiuſcunque Epi-
ſcopi aut potentis a iudicibus ordinata &
& facta non valet, cano. 89. iniuſtum iu- E
dicium, 11. q. 3.

s cap. cum olim, 32. de offic. deleg. ca. dilecta,
22. §. dictum, de reſcript. l. 1. l. ſi de propie-
tate, 3. C. ſi a non competen. iudic. Pro ea-
dem cauſa tamẽ cenſetur, quod cauſæ prin-
cipali accedit, & ita qui ad principale ne-
gotium datus cognoſcit, poterit regulari-
ter de acceſſorio quoque cognoſcere, cap.
prudentiam, 21. §. ſexta de offic. deleg.

t In c. P. & G. 40. de offic. delegat. etiam ex
conſenſu partium, quia delegatus non ha-
bet iuriſdictionem, niſi iuxta mandatum,
ſecundum cuius formam exſequi, nec fi-
nes excedere debet, d. ca. prudentiam, 21.
verſ. illa quippe, de offic. delegat. l. diligen-
ter, mand. P. neque priuatorum conſenſus
ei vllam iuriſdictionem dare poteſt, qui a-
lioquin non habet. l. priuatorum, C. de iu-
riſdict. omn. iudic. Si tamen quiſpiam im-
pedire vellet iuriſdictionẽ delegati, quam-
uis is mandato expreſſe non inſeratur, ta-
men poteſt in eum per conſequentiam de-
legationis ſtatuere, cum ſine eo non poſſit
mandatũ exſequi, c. 1. c. præterea, ca. ſigni-
ficaſti, c. prudentiam, c. ſuſpicionis, de offic.
delegat. c. tam literis, de teſtib. mandata e-
nim iuriſdictione, cenſentur omnia man-
data, ſine quibus ea explicari vel exerceri
nequit, l. fin. de offic. eius, cui manda. eſt iu-
riſd. l. 2. de iuriſd. omn. iud. P.

v cap. de cauſis, 4. de offic. delegat. facit lex.
diem proferre, de recept. arbitr. Pan. ita ſo-
lemnitates, quæ ſunt introductæ in fauo-
rem partiũ, ab illis remitti poſſunt, ca. tuis,
de teſtibus. l. 1. de feriis, P. non autem illæ,
quæ ſunt introductæ propter reuerentiam
dierum ſacrorum, cap. fin. de feriis, vt ne-
que ea, quæ fuerunt pro vtilitate publica,
& pro ſubſtantia iudiciorum inducta, ca.
accuſatoribus, 3. quæ. 5. can. quorundam,
23. diſtinct. l. nec ſi volens, l. fin. §. ſed quia,
C. de liber. cauſa, authent. decernimus, C.
de arbitr. prorogatio tamen hæc temporis
debet fieri non tantum ex conſenſu litigan-
tium, ſed etiam conſenſu iudicis, qui non
cogitur alioquin extra tempus delegatio-
nis iudicare, l. 2. §. ſed ſi iudex, de iudic. P.
l. diem proferre, l. arbiter compromiſſo, de
recept. arbit. P.

x Dicitur hoc permiſſum laicis. nam clerici
per ſe non poſſunt in ſe prorogare iuriſdi-
ctionem



ctionem ſecularem, quantumcunque con- A
ſentiant, neque alterius iudicis Eccleſiaſti-
ci non ſui, niſi de licentia proprii Epiſcopi,
c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, de foro com-
pet. & abrogata eſt contraria. l. ſi quis in
conſcribendo, C. de epiſcop. & cler.

y Ita iudex de vna re cognoſcens, poteſt de a-
lia inter eaſdem partes cognoſcere, ſi partes,
& ipſe iudex conſentiãt, & iuriſdictio or-
dinaria, de re ad rẽ prorogatur, c. cũ olim,
1. de offi. deleg. l. de quare, §. 1. de iud. B

z Interdum hæc prorogatio fit inuita perſo-
ſona alterius fori, quando in fraudem li-
tis, ea in illum translata eſt ad mutandum
forum. c. 1. de alien. iud. mut. c. fac. lib. 1.
tit. 42. fit & interdũ ſine fraude prorogatio
ad alias perſonas iuriſdictionis, nempe ex
conſenſu litigantium ſe ſupponentiũ alie-
næ iuriſdictioni, l. 1. C. de iuriſd. omn. iud.
Exigitur autem, vt ea prorogatio fiat ex
certa ſciẽtia, nempe vt litigantes ſciãt eum, C
quem adeunt non eſſe propriũ iudicem, ſed
alienum, alioquin, ſi tanquã proprium ad-
irent, error nõ prorogaret illius iuriſdictio-
nem, l. 1. & 2. de iud. P. l. ſi per errorem, de
iuriſdict. omn. iud. P.

aa c. fi. §. diffinitiua, 2. q. 6. l. 3. C. de ſenten-
tiis & interlocut. omn. iudi. quæ ideo diffi-
nitiua dicitur, quod finem imponat nego-
tio. l. qualem, de arbitr. P. can. ſummope-
re, 11. qu. 3. reliquæ vero ſententiæ interlo-
cutoriæ dicuntur. Pro abſolutione vero &
condemnatione habentur alia verba, quæ
abſoluendi vel condemnandi vim habent,
vt in c. in his, de verb. ſignif. l. quid tamen,
de recept. arbit. Debet autem abſolutio vel
condemnatio certa eſſe, alioquin non va-
leret ex alio capite, titulo, de ſententiis, quæ
ſine certa quantita. proferuntur. vt in can.
Apoſtolicæ, 4. in fin. 35. q. 9.

bb d. ca. Apoſtolicæ, 35. q. 9.

cc c. ad audientiam, 34. de appellat.

## Capvt. VIII.

1 De aliis remediis contra ſententias, appel-
latione.
2 Reſtitutione.
3 Retractatione, ſupplicatione.
4 De tempore & cauſis proponendi prædicta
remedia.

SVnt autem ſententiæ quædam, † quæ 1
a ſuperiori per remedium ordinarium
appellationis emendantur, a vt proximo
dicemus Deo iuuãte titulo. Sunt aliæ quæ
illud non admittunt, & a quibus appellari
nequit, contra quas alia remedia ſunt in-
troducta.

Veluti reſtitutio in integrũ, † quod per- 2
B ſonis quibuſdam datur, b quæ ſe valde læ-
ſas ex ſententia lata dicunt, c etiam contra
ſententiam Papæ. d

Eſt & aliud remedium retractatio † ſen- 3
tentiæ, ex eo capite data, vel quod in ea de-
fuerint probationes, vel quod inſtrumen-
ta non fuerint producta, vel quod per er-
rorem facti iudicatum ſit. e Vt & contra
matrimonium ſententia ex falſa cauſa, vel
errore lata retractatur. f

C Semel autem † contra ſententiam ſup- 4
plicare licet, g & iure intra biennium, h &
pro graui cauſa, non pro modica. i Benefi-
cio in integrum etiam denegato in alio iu-
dicio, iterum eidem denegandum vide-
tur, præterquam ad appellationem omiſ-
ſam, & niſi nouis defenſionibus ad huiuſ-
modi beneficium ſit admittenda. k Ad-
mittitur enim Eccleſia ad impetrandam
retractationem ſententiæ, vel contractus,
D intra quadriennium ad beneficium reſti-
tutionis, non poſtea, l niſi præuaricationis
vel fraudis manifeſtæ probetur ſuper hoc
interueniſſe conuentum. m Pendente ve-
ro reſtitutionis cauſa indeciſa, nihil inno-
uandum, & ſententia, contra quam peti-
tur reſtitutio, non mandatur exſecutioni,
niſi forte per malitiam & damnum aduer-
ſarii videatur propoſita reſtitutio, vt diffe-
E ratur exſecutio, quo caſu æquitate perpen-
ſa ſtatuitur, vt exſecutio fiat data idonea
cautione, vt ſi actor in reſtitutionis cauſa
præualuerit, vniuerſa, quæ medio tempo-
re ſententiæ ipſius occaſione percepta
erunt, actori reſtituantur, n ſic & ſententia
pendente ſupplicatione exſequenda data
cautione, de omnibus receptis reſtituen-

d.5, ſi iudicatũ retractetur, *o* in quo *p* vt in A
alijs ſupplicatio differt ab appellatione. *b*

S c h o l i a.

a *Appellatio eſt præſidium innocentiæ nõ ini-*
*quitatis, ad emendandas iniquas iudicum*
*ſententias maxime inuentum, ca. cum ſpe-*
*ciale, 61. §. fin. de appella. l. 1. eo. tit. P. alio-*
*quin, ſi non appelletur ſtandum eſt rebus*
*iudicatis. l. 1. C. de his, qui per metum iu-*
*dic. non appella. c. quod ad conſultationem,* B
*de ſent. & re iudi.*

b *Vt in c. 2. & 3. de in integr. reſtit. lib. 1. tit.*
*41. in cauſa eccleſiæ condemnatæ propter*
*negligentiam procuratoris, qui iura Ec-*
*cleſiæ non produxit. Item in cauſa matri-*
*monii fauorabili, capit. ex literis, 4. eod. tit.*
*ca. 2. §. 25. quæſt. 9. Extraordinarium, hoc*
*eſt remedium, quod non datur, quando*
*competere poteſt cõmune & ordinarium,*
*c. aram felicis, 7. de reſtit. in integ. Eſt au-* C
*tem reſtitutio in integrum repoſitio in pri-*
*ſtinum ſtatum, in quo quis erat ante ſen-*
*tentiam, c. ſi. 2. q. 3. l. 1. C. de ſententiã paſſis,*
*l. vnic. C. de reputatio. ſic Reſpublica in in-*
*tegrum reſtitutionem poſtulat, l. vni. C. de*
*officio eius, qui vices alterius iudi. obtinet,*
*l. Rempublicam, C. de iure reipublicæ, lib.*
*11. ratio in l. Reſpublica, C. ex quib. cauſis*
*maior. vide not. ad c. 1. de reſtit. in integr.*
*in Sexto, minor quoque 25. annis læſus. l.* D
*minoribus, 8. de in integr. reſtit. minor. C.*
*c. conſtitutus, de in integr. reſtit.*

c *Datur & alias in integrum reſtitutio læſis*
*ſeu circumſcriptis, aut metu, aut abſentia,*
*aut calliditate aduerſarii, aut ætate. l. 1. &*
*2. de in integr. reſtit. Pan. & tit. de reſtitu-*
*tio. militum, libr. 2. C. tit. 5. & ſequen. 52.*
*Eaque conceditur cauſa cognita, leg. 3. de*
*reſtit. in integr. dumq; agitatur illius quæ-*
*ſtio, omnia in ſuo ſtatu ſine innouatione re-* E
*manent, l. vnica, C. in integr. reſtit. poſtu-*
*la. ne quid noui fiat. Licet autem reſtitu-*
*tionem in integrum petere coram iudice, a*
*quo appellari non poteſt, quod tamen non*
*eſt receptum in appellationis tractatione.*
*Gratia diuerſitatis, quia appellatio ini-*
*quitatis ſententiæ querelam, in integrum*
*reſtitutio erroris proprii veniæ petitionem,*
*vel aduerſarii circumuentionis allegatio-*
*nem, cõtinet, l. præfecti prætorio, 17. de mi-*
*nor. 25. annorum. vide totum titulum. C.*
*ſi aduerſus rem iudica. & datur tantum*
*reſtitutio pro magna læſione, non pro modi-*
*ca, c. penul. de reb. eccleſ. non alien. l. ſcio. de*
*reſtitutio. in integr. ca. tum ex literis, eod.*
*Enormis vel magna læſio conſideratur a*
*iudice, habita ratione, & rei & perſonæ ſeu*
*Eccleſiæ læſæ, & ſi ſint exiguarum faculta-*
*tum, vide Clem. 1. de reſtit. in integr.*

d *c. tum ex literis, 5. de reſti. in integr.*

e *De quibus omnibus, in l. ſi quis aduerſus,*
*& auth. quæ ſupplicatio, de precib. Impe-*
*rator. offer. C. l. 1. de ſent. præfect. prætor. C.*
*Olim fiebat reuiſio proceſſus, loco eius ſup-*
*plicationis, vt ait Guido Papæus, conſ. 39.*
*incip.* literæ. *Peticurq; per ſupplicationem*
*retractatio ob errorem facti, nõ iuris, quia*
*in iure non præſumitur erraſſe iudex, ma-*
*giſtratus aut princeps, qui omnia iura cen-*
*ſetur habere in ſcrinio ſui pectoris, ca. 1. de*
*conſti. in Sex. l. omniũ. C. de teſta. ius etiam*
*facere potuit ſenatus, cõtra cuius placitum*
*ſupplicatur, l. non ambigitur, de legi. P.*

f *Vt in can. 2. §. quia ergo, 35. q. 9. can. cum*
*per bellicam, 34. q. 1.*

g *l. ſi quis, de precib. impera. offer. l. fin. de col-*
*luſione detegẽda. niſi dicatur quoque ma-*
*ximum errorem interueniſſe in ſupplica-*
*tione, Guido Papæ, deciſ. 345. incip.* a ſen-
tentia, *& d. conſi. 139.*

h *c. 2. de reſtit. in integr. in Sext. & d. auth.*
*quæ ſupplicatio, & l. vnic. de ſenten. præfe-*
*ctorũ prætorio. Aliquando in Gallia olim*
*vſque ad 30. annos recipiebatur, vt nota-*
*tur in tit. de concluſione Eccleſiæ Gallica-*
*næ, ad verbum,* parlamentum, *in pragm.*
*ſanctio. Guiliel. Benedict. in repetit. c. Ray-*
*nutius, ad verbum mortuo, 1. nu. 273. de*
*teſtam. Hodie tamen ex conſtitutionibus*
*Regiis eſt tantum datus annus, quæ etiam*
*ſtatuunt ſupplicantem non probantem er-*
*rorem propoſitum, damnandum in expen-*
*ſis & multa, 120. librarum Pariſienſium.*



*Quemadmodum & apud Hiſpanos, mul-* A
*tatur ex lege ad mille quingentas duplas,*
*ne quis temere audeat ſupremarũ curia-*
*rum arreſta impugnare, & ne ea ludibrio*
*ſint, iuxta l. ſi prætor, de iudi. P.*

i *cap. fin. de in integr. reſtit. libr. 1. tit. 41. l. 1.*
*2. 3. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtu-*
*letur.*

k *cap. 1. & 2. de in integr. reſtitut. l. 1. Se-*
*xti, tit. 21. clem. 1. eo. titul. Hoc & tem-*
*pus datur minori ad eãdem reſtitutionem* B
*poſtulandam & finiendam, quando factus*
*eſt maior. Clem. ab Eccleſia, de reſtitu. in*
*integr. libr. 1. tit. 11. l. petendæ, & l. fin. de*
*tempor. in integr. reſtitut. l. Papinianus*
*exuli, de minor. 25. ann. niſi forſan per iu-*
*dicem, aut reum ſteterit, quominus intra*
*tempus prædictum fuerit deciſa cauſa, d. l.*
*petendæ, & ſic intelligi debere. c. tum ex li-*
*teris, de in integ. reſtit. c. ad noſtram, de re-*
*bus Eccleſiæ non alien. gloſſa notat, ad c. 1.* C
*de in integr. reſtitut. in Sexto, ad verbum,*
quadriennium, *ſiquidem hic nulla mora,*
*aut negligentia culpoſa eſt, cum per peten-*
*tem non ſtet. Olim etiam dabatur tantum*
*ad petendam reſtitutionẽ in integrum an-*
*nus vtilis, ſed poſtea datũ quadriennium*
*iure, l. ſi. C. de temp. in integ. reſtit.*

l *dict. cap. 1. in fine. de in integr. reſtitut. in*
*Sext. c. dilectus filius, de præbend. c. non ſo-*
*lum, de reg. iur. in Sex. non enim debet ad-* D
*uerſarius ex dolo ſuo quippiam lucrari, l.*
*ne ex dolo, de dolo.*

m *Quæ omnia probantur, in ca. ſuſcitata, 6.*
*de in integ. reſtitutio.*

n *Authen. quæ ſupplicatio, de precib. imper.*
*offeren. Panor. ad d. c. ſuſcitata, Cardin. ad*
*Clem. vnic. de cauſa poſſeſſio. & propriet.*
*q. 10. gloſſ. ad cap. ex literis, de in integr.*
*reſtit. Matth. de Aſſict. deciſ. Neap. 341.*
*incip. lata eſt ſententia.*

o *Nam appellatio ſuſpendit iudicatum, l. 1.* E
*in fi. ad ſenatuſconſ. Turpill. ca. veniens, de*
*iureiur. & per conſequens, vt plerunque*
*exſecutionẽ eius, quia nihil nouari debet*
*appellatione pendente. rubr. nihil nouari*
*appell. pend. c. an ſit, de appell. l. appellatio-*
*ne, C. eo. tit. ſupplicatio contra nõ ſuſpendit,*
*vt dictũ ex c. ſuſcitata nihil nouari appel.*
*penden.*

p *Quas refert Rebuffus tractatu, de ſuppli-*
*cationib. nu. 84. & ſeq. tom. 1. Commenta-*
*riorũ in conſtitutiones regis, quarũ prior*
*hæc erit, quod appellatio iuri communi in-*
*nititur. tit. de appell. & l. 1. eod. P. ſupplica-*
*tio ex gratia indulgetur. dict. authent. quæ*
*ſupplicatio. Secũda, quod appellatio debet*
*fieri intra 10. dies. ca. concertationi, de ap-*
*pell. in Sext. Auth. hodie, eod. tit. C. ſuppli-*
*catio poteſt fieri intra biennium de iure,*
*can. anteriorum, 2. q. 6. d. auth. quæ ſuppli-*
*catio. Tertia, de appellatione alius iudex,*
*quam qui grauauit cognoſcit, c. 2. de con-*
*ſuetud. in Sex. de ſupplicatione vero, iidem*
*iudices, d. auth. quæ ſupplicatio. Quarta,*
*appellatur bis a diffinitiua, tit. ne liceat ter-*
*tio appellare. C. at ſupplicatur tantũ ſemel,*
*l. ſi quis, C. de precib. Imper. offer. Quinta,*
*appellans conqueritur, de iniquitate ſen-*
*tentiæ, & iudicum, l. apertiſſimi, C. de iu-*
*dic. l. 1. de appell. P. Supplicans tantum, de*
*errore, l. perfecti, de minorib. Sexta, in cri-*
*minalibus licet appellare, l. non tantum, de*
*appella. P. non autem ſupplicare, ſed impe-*
*tratur venia vel indulgentia, l. reſcripta,*
*C. de precib. Impera. offeren. C. can. reſcri-*
*pta, 25. qu. 2. Septima, a quibus appellare*
*non licet, iiſdem tamen ſupplicare licet.*
*Octaua, ſolus princeps admittit ſupplica-*
*tionem, non minor iudex, l. 2. & 3. C. ſen-*
*tentiam reſcindi non poſſe, ſuperior vero*
*alius proximus iudex appellatur. Cæterũ*
*extra conſtitutas ex iure ſcripto differen-*
*tias, ſtatuta in cauſa appellationis locum*
*habebunt, in cauſa ſupplicationis, per te-*
*xtum, in l. fin. §. penultim. de temporibus*
*appellat. C. & ibidem Angelus, & Salyce-*
*tus, atque gloſſa ad l. 1. de ſent. prætor. C.*

q *l. ſcio, de in integrum reſtitut. P. quia fa-*
*ciendum id non eſt, in quod plus expenda-*
*tur quam lucrari poſſumus, l. mediterra-*
*nea, de annonis & tributis, libr. 10. C. Fe-*
*linus ad cap. nonnulli, de reſcript. Magna*
*autem, quæ ſit vel modica cauſa, relinqui-*

*tur arbitrio principis, qui admittit ſupplicationem, argument. capit. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in Sext.*

# DE APPELLATIONIBVS.

## a TITVLVS XV.

a *Exſtat titulus de appellationibus, recuſationibus, & relationibus, libr. 2. Decretalium, tit. 18. & lib. 2. Sexti, tit. 15. lib. 2 Clementinarum, tit. 12. & lib. 49. P. tit. ſunt, 1. de appellationibus & relationibus, 2. a quibus appellari nõ licet 3. quis & a quo appelletur. 4. quando appellandum ſit, & intra quæ tempora 5. de appellationibus recipiendis, vel non 6. de libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur, 7. nihil nouari appellatione interpoſita. 8. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. 9. an per alium cauſæ appellationis reddi poſſint 10. ſi tutor vel curator, vel alius appellauerit. 11. eum qui appellauit, in prouincia defendi. 12. apud eum, a quo appellatur aliam cauſam agere compellendum. 13 ſi pendente appellatione mors interuenerit. Et libr. 7. C. ſunt tituli. 62. de appellationibus & conſultationibus. 63. de temporibus & reparationibus appellationum, ſeu conſultationum. 64. quando prouocare non eſt neceſſe. 65. quorum appellationes non recipiãtur. 66. ſi pendente appellatione mors interuenerit. 67. de his, qui propter metum iudic. non appellarunt. 68. ſi vnus ex plurib. appellauerit. 69. ſi de momentanea. poſſeſſione fuerit appellatum, 70. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare, vel poſt duas ſententias iudicum, quas definitio præfectorũ roborauerit, eas retractare. In nouellis Iuſtiniani, nouel. 23. de appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari. 49. de his, qui ingrediuntur ad appellationem, &c. nouel. 20. de adminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus.*

### CAPVT I.

1 *Cõtinuatio. 2. Quid appellatio. 3. Diuiſio.*

QVia iudicatũ plenũ non poteſt ſortiri effectum, ſi appellatũ ab eo ſit ad ſuperiorem, cuius ope ſentẽtia dicta, reſciſſa ſit vel reſcindi ſperetur, *a* quia etiã ſententia contra ius litigatoris lata, ſi ab ea appellatum non ſit, tenet, licet non teneat, ſi feratur contra ius conſtitutionis, *b* ideo de appellatione dicamus.

Appellatio itaq; † quæ & prouocatio, dicitur hic inuocatio auxilii ſuperioris ad emendanda facta iudicis *c* vel alterius. *d*

Appellationũ † aliæ ſunt extraiudiciales, aliæ iudiciales. *e* Extraiudiciales ſunt de his, quæ nondũ in iudicium deducta ſunt, vt dum appellatur ab electione, ſpoliatione, & ſimilib. *f* Eſtq; hęc proprie prouocatio ad cauſam, & habet vim conuentionis ſeu vocationis in ius, & proinde hæc prouocatio ſeu appellatio fit ad iudicem ordinarium, coram quo citãdus vel vocandus eſſet pro lite aduerſarius, dum eſt litigandum via ordinaria. *g* Iudicialis eſt de his, quæ in iudicium veniunt, vel ante litis cõteſtationẽ, *h* vel poſt. *i* Harum rurſum quędam ſunt rationales, quædam friuolæ, vanæ, & inanes, & leues. *k*

### SCHOLIA.

a *c. ſi quis epiſcopus, in fin. & ſeq. 6. q. 4. & in prin. 35. q. 9. ſententia poſt appellationem non debet exſecutioni tradi. c. venientes, de iureiu. tum propter ſuperioris auctoritatẽ, tum etiã, quia nihil eſt poſt appellationem innouandum, c. dilectis, de appell. tit. nihil nouari appellat. penden. tum quod iudicatum exſtinguitur inſpecto præſente ſtatu, l. 1. in fi, ad Senatuſconſul. Turpill. P.*

b *c. cum inter vos, de ſent. & re iud. ca. ei qui, §. diffinitiua, verſ. item ſi ſententia, 2. q. 6. l. 2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. §. 1. quæ ſent. ſine appellation. reſcin. P.*

c *Nos hãc finitionẽ tradidimus omiſſis aliis, lib. 50. Syntag. c. 2. cõtinet prouocatio iniquæ ſententiæ querelã, l. præfecti, de minorib. 25. an. ſic in cã. 1. 2. q. 6. licet appellãti vitiatã cauſam remedio appellationis ſubleuare, maiores iudices contra minorũ iudicum ſubditorum ſententias inuocantur. c. anteriorũ, 2. q. 6. l. 1. §. ſi quis in appellatione, de appell. Cæterum, qui prouocat, ea mente id agit, vt arbitretur futurũ emendandam ſententiam, de qua conqueritur quamuis plerunq; in euentu & effectu ſuperior in peius ſententiam inferioris reformet, l. 1. de appell. Pand. ſic habita ratione intentionis, vel eius quod fieri debet, non eius quod ſæpe aliter quã oporteat fit, dicitur emẽdatio ſententiæ inferioris fidei per appellationem, arg. l. per. de iuſt. & iur. ſuperior*



*ſuperior hic dicitur iudex proximior immediate eius, de cuius ſententia quiſpiam cõqueritur & prouocat, nec appellatur ad ſuperiorem omiſſo medio. c. dilecti. 66. de appell. l. 1. eo. tit. P. ita nec fit ad comparem iudicis iudicantis, ſed ad ei ſuperiorem appellatio. §. illo videlicet, ſeu cap. 4. nouella 23.*

d *Dixi vel alterius, vt complecterer quoque extraiudicialem appellationem, quæ ab aliis quam iudicatis fit, vt ab electione & electoribus, cap. conſtitutus, de appellatio. & ſic de ſimilibus, de quib. poſtea.*

e *Vide, quæ diximus de hac diuiſione, libro 50. Syntag. iur. c. 2. num. 5.*

f *Clemen. ſicut, de appellatio. tradit & Bald. de extraiudicialibus appellationibus in l. fi. de appellatio. recipien. vbi & lex aliquas enumerat. Dupliciter autem erit illa extraiudicialis conſideranda, primo, quando non appellatur a iudice, ſed aperte extraiudicium, per textum in cap. bonæ memoriæ, de appellat. & ibi interpretes. ſecundo, quando appellatur a iudice extraiudicialiter procedente, Philippus Francus in d. cap. bonæ, licet tamen a grauamine extraiudiciali ad ſuperiorem appellare, cap. concertationi. 3. de appellationib. in Sexto, c. cum ſit Romana, eo. tit. apud Gregor.*

g *Dicto cap. cum ſit Romana. §. ſi vero, de appellatio. gloſſ. ad d. cap. concertationi, ad verbum,* grauatum, *eod. titu. in Sext. Panorm. ad cap. cum inter, numero 17. de except. Ideo ordinarius iudex eſt adeundus, habetque hæc appellatio vim oppoſitionis, veluti ſi ab exſequente appelletur, nec prouocabitur ad ſuperiorem ordinarii. Et Panorm. ad cap. dilecti, numer. 47. de appellatio. ait, quod extra iudicium nemo poteſt appellare, niſi ad ſuperiorem, quem poteſt adire per viam querelæ, eo quod appellatio extraiudicialis nihil aliud ſit, quã prouocatio ad cauſam, vt qui non poteſt citari coram aliquo iudice, non poſſit etiam ad eum prouocare edicto, c. cum ſit Romana, de appella. vide Bartho. ad l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, in 1. oppoſit. de op. noui nunt. P. & ad l. ſi res, & ibi text. de appel.*

h *Vt ſi quis vocatus ſit a iudice cum breui nimis termino. c. 1. de dilatio. l. 1. §. ſolent, quando appella. ſit P.*

i *Ante vel poſt ſententiam, cap. ſignificante, 34. cap. Rodulphus, 35. de reſcriptis. ſi a ſententia diffinitiua, vel eius exſecutione. l. ab exſecutore, de appellat. l. ab exſecutione, quorum appellat. non recipian.*

k *cap. cum appellationibus, de appellation. in Sext, cap. vt debitus honor, eod. titul. apud Gregor. ſunt inter fruſtratorias, quæ morandæ ſolutionis cauſa, vel iudicii ſuſpendendi interponuntur apud Modeſtinum in l. tutor, 41. de vſur. libro 22. titu. 1. friuola & leues, quæ pro minimis ſiunt, quas & reiicit Vlpianus in l. ſi rem alienam, §. ſolutam autem, de pign. actio. lib. 13. P. tit. 7. fruſtratorias dixit Pragmatica ſanctio, moratorias iudicii, titu. de friuol. appell.*

### CAPVT II.

*Pro quibus appellari poſſit.*

APpellare licet hoc iure, maxime Pontificio, pro omnibus rebus maioribus & minoribus, *a* niſi expreſſe prohibeatur, *b* quia nõ conſideratur tam res in ipſis, quantum iniuſtitia, *c* & in ciuilibus, & in criminalibus cauſis. *d* Atque ſacri canones ante & poſt litis cõteſtationem, & in prolatione ſententiæ, & poſt, ſingulis tribuunt appellandi facultatem: leges autem ciuiles appellationem, niſi in certis caſibus, ante ſententiam non probant. *e* Verum & iure Pontificio quædam requiruntur in appellatione recipienda ab interlocutoria, de quibus paulo poſt. *f* Prohibitum autem eſt, ne appellet damnatus manifeſtus, raptor, vel fornicator, qualis ille, quem abſentem Apoſtolus excommunicauit. *g* item ne appellet officialis a ſuo iudice propter officii ſui cauſam damnatus, *h* ne ab exſecutore, niſi is excedat. *i* Reiicitur & appellatio, per quam quis impedire nititur, ne interim aperiatur teſtamentum, neque

recipietur de eo, quod perpetuo edicto A
receptum, & decretum eſt, *l* vel de mo-
mentanea poſſeſſione, *m* vel de regularis
diſciplinæ correctione, *n* vel de ſententia
interdicti, *o* ſaltem in his non obſtante ap-
pellatione, & ſine præiudicio eius fiet ſen-
tentiæ exſecutio, & quoties etiam fiſcalis
calculi ſatisfactio poſtulatur, aut tributum
expoſcitur, aut publici vel priuati debiti
euidentis & conuicti, redhibitio flagita-
tur: vt & appellatione excluſa, neceſſario B
in contumacem, vigor iudiciarius exerce-
tur. *p* Non valet etiam appellatio genera-
lis ſuper omni cauſa, quæ contra appellan-
tem moueri poſſet, *q* nec a futuro graua-
mine, niſi de eo comminatio facta ſit, vel
per indicia iam appareat. *r* Si quando et-
iam cauſa iudicanda delegatur appellatio-
ne remota, appellatio non impediet co-
gnitionem, vel ſententiæ exſecutionem, *s*
exceptis quibuſdam caſibus. *t* non appel- C
latur item a confirmatione electionis, *v*
neque appellat per contumaciam damna-
tus abſens, *x* neque a ſententia diffinitiua
conformiter appellare licet, *y* neq; a con-
ceſſione reſcripti, *z* non magis quam nec
a lege vel conſtitutione generali, edita ab
eo, qui habet poteſtatem edendi, *aa* nec
a compromiſſorum arbitrorum ſententia,
*bb* nec generaliter valida erit appellatio
contra ius. *cc* D

## SCHOLIA.

a *cap. de appellationibus,* 11. *de appellation.
l. litigatoribus.* 14. *& l. & in maioribus. C.
de appellat. l. Imperator Alexander,* 25. *in
fi. de appel.*

b *Prohibentur enim in quibuſdam appella-
tiones, vt ex ſequentibus liquet. Atq; Spe-
culator tit. de appellationibus ponit 37. ca-
ſus, in quibus prohibetur, & Iaſon ad auth.* E
*ad hæc, de appel.*

c *cap. ad noſtram, cap. cum ſpeciali. § porro,
de appellationib. Et ex conſtitutione Caro-
li 8. Regis Galliarum, articulo 52. in cau-
ſis pure perſonalibus, ſententiæ non exce-*
*dentes condemnationem decem librarum,* A
*exſecutioni demandari poſſunt, non ob-
ſtantibus oppoſitionibus, aut appellationi-
bus quibuſcunque, ſine præiudicio tamen
illarum, & forſan, quia de modico non cu-
rat prætor, & pro modico iure ciuili appel-
latio non recipitur, auth. niſi breuiores. C.
de ſent. ex periculo recita. l. vnica. C. ſi de
momentanea poſſeſſ. fuerit appel. quamuis
iure canonico aliter receptum ſit. c. de ap-
pellationibus, de appel.* B

d *l. & in maioribus, de appellationibus, C. ca-
no. liceat, 2. quæſt. 6. cap. cum ſit Romana,
5. § fin. de appellation. l. addictos ſupplicio,
29. l. ſi quis. 30. de appellation. l. addictos,
6. § fin. de epiſcopa. audien. Cod. l. non tan-
tum, de appellationib. P. l. 2. § cum accipi-
mus, de pœnis. P. l. 2. C. ſi penden. appella-
tion. mors interuen. quibus tamen obeſt. l.
ſi qua pœna. 244. de verborum ſignificat.
quæ tamen intelligitur de damnato & con-* C
*feſſo, & eo, quem damnauerit is, qui pote-
ſtatem damnandi habuerit ſecundum pœ-
nam, quæ a lege impoſita eſt crimini eius,
& iuxta l. 2. quorum appellatio. non reci-
pian. ſicut in l. obſeruare. C. eod. & in ca-
no. fin. § nullus. 2. quæſt. 6.* Nullus, *inquit,*
homicidarum, veneficorum, malefico-
rum, adulterorum, itemque eorum, qui
manifeſtam violentiam commiſerunt,
argumentis conuictus, teſtibus ſupera- D
tus, voce etiam propria vitium ſceluſ-
que confeſſus, audiatur appellans. *O-
portet autem concurrere ſimul confeſſio-
nem, & quod confeſſus conuincatur, an-
tequam denegetur appellatio, aliter ſola
confeſſio in criminali cauſa non nocet, ne-
que etiam in ciuili, ſecundum quoſdam,
quominus poſſit appellari, l. non tantum,
de appellatio. P. gloſſ. ad dictum § nullus,
ad verba,* & hoc in notoriis. *Punitur* E
30. *auri pondo iudex erga principem, &
totidem erga officium eius vltra damna
grauati, qui non admiſit appellationem, l.
quoniam iudices. 21. de appellation. C. &
in nouella 127. cap. 3. Galba Cæſar ani-
maduer-*



*maduertit in Capitonem, quod non detu-* A
*liſſet appellationi cuiuſdam rei, ſed dum
is ab eo ius dicente ad Cæſarem prouocaſ-
ſet, ſtatim in excelſiorem cellam tranſiliſ-
ſet, age, inquiens, dic cauſam coram Cæ-
ſare, eumque cauſa cognita damnaſſet, vt
ſcribit Xiphilinus ex Dione, in Nerone.
Rebuffus etiam in tractatu de ſentētiis ex-
ſecutoriis, in præfationibus num. 4. in tomo
primo commentariorum in conſtitutiones
Regias, tradit ex Boerio, in deciſ. 153. in-* B
*cip.* Iudex pactus Iordanum quendam
de l'Isle, *qui neptem Papæ deſponſauerat
laqueo ſuſpenſum, quod poſt appellatio-
nem emiſſam ad ſenatum, & quia nolue-
rant renuntiare appellationi ſuſpendi fece-
rat Seguinum & Rhenatum, valete, anno
1313. die Sabbathi. Ipſe autem Rebuffus
ibidem ait, recipi in Gallia, in criminali-
bus quoque appellationem, & in omni cau-
ſa, niſi delinquens captus ſit in ipſo male-* C
*ficio, vel ſit ſponte confeſſus, vt fuit ſtatu-
tum in parlamento Pariſienſi anno Domi-
ni 1286. Et in illis quoque caſibus hodie
recipi, & adeo eſſe fauorabilem appellatio-
nis in hoc regno admiſſionem, quod tres la-
trunculatores, quos præpoſitos mareſchal-
corum dicimus, ſeu* Preuoſts de mare-
ſchaux, *fuerint capite truncati, eo quod
non obſtante exceptione fori a reo oppoſita,
& poſt appellationem ad ſenatum emiſſam* D
*exſequuti fuiſſent ſententiam ſuam, licet
recte poſſint, non obſtante appellatione ex-
ſequi ſententias ſuas, vbi fori non obiicitur
eis exceptio ſeu præſcriptio. Cæterum ex
conſuetudine generali Germaniæ, appel-
lationes in criminalibus non admittuntur,
vt habetur in ordinationibus Imperii, par-
te 1. tit. 28. § 5. Et ita obſeruari in Ca-
mera Imperiali Spirenſi notat Minſinge-
rus, lib. 4. obſeruationum, obſeruation. 41.* E
*& 42. & Andreas Gaylius lib. 1. practi-
carum obſeruationum, obſeruat. 1. nume-
ro 28. tamen vt iidem ibidem notant, prin-
cipaliter ratione nullitatis proceſſus, dum-
modo iudex criminalis immediate Impe-
rio ſubiectus ſit, in Camera Imperiali ci-
tatio ad deducendam nullitatem proceſ-
ſus decerni poteſt, nempe quod contra ac-
cuſatum abſentem non legitime citatum,
vel captum, inauditum, & indefenſum,
& ſic nulliter proceſſum ſit, iuxta cap. qua-
liter & quando, in 2. § debet igitur, de ac-
cuſation. & l. abſentem, eodem tit. Cod. &
iuxta textum in cap. fin. § debet igitur, de
hæretic. in Sexto. & ibi gloſſ. in verb.* iudi-
ciis, *& text. in l. vnus. § cogniturum, de
quæſtion. in quo caſu ipſe iudex compare-
re debet, & docere per acta criminalia le-
gitime proceſſum fuiſſe. Iure Pontificio,
qui non defert appellationi in grauioribus
criminibus, debet ſubmoueri ab omni of-
ficio cleri, id eſt, debet deponi, cano. decre-
to. 2. quæſt. 6. & in ciuilibus debet ad ſu-
periorem remitti puniendus eius arbitrio,
cap. de priore, & ibi interpretes, & gloſſa
de appellation. Vlpianus etiam ait in l. lege
Iulia, de vi, 7. ad leg. Iuliam, de vi public.*
Lege Iulia de vi publica tenetur, qui
cum Imperium, poteſtatemq; haberet,
ciuem Romanum aduerſus prouoca-
tionem necauerit, verberauerit, iuſſe-
ritque quid fieri, aut, quid in collum in-
iecerit, vt torqueatur. *Iubeturque in l.
a proconſulibus, de appellatio. C. corporali
condigno ſupplicio affici, qui in criminali
cauſa noluerit appellationem admittere,
& l. addictos, de epiſcopali audien. Cod. ait
capite puniri iudices, qui poſt appellatio-
nem interpoſitam, ſententiam exſecuti fu-
erint capitalem, quia paria ſunt occidere
innocentem, & occidere eum, qui confugit
ad iuſtam iuris defenſionem.*

e *Sunt verba Alexandr. 3. in cap. ſuper eo,
12. de appellation. facit cap. vt debitus ho-
nor, eod. tit. Ius porro ciuile non permittit
appellationes ante ſententiam diffinitiuam,
ſi grauamen reuocari, & reparari poſſit in
diffinitiua, l. 1. § huic conſequens, de appel-
lationib. niſi noluerit iudex reuocare gra-
uamen, conſentit l. eos. § ſuper his ve-
ro, de appellationibus, l. ante ſententiæ*

*tempus, quorum appellation. non recip. P. l. fin. C. de ſentent. & interlocuto. omnium iudicum, l. apertiſſimi. C. de iudic. cum ſimili. Permittit autem, ſi grauamen interlocutoria illatum non poſſit poſtea in diffinitiua emendari, veluti ſi tortura ſtatuatur, l. 2. de appellat. recip. P. ſi appelletur a comminatione iudicis, inducente iuſtum metum, cap. cum ceſſante, de appellation. Et ſic in ſimilibus, in quibus ſatius eſt in tempore grauamini occurrere, quam poſt læſam cauſam ad remedium recurrere, vt in l. vnica. C. quando liceat ſine iudice ſe vindic. l. fin. C. in quibus cauſis in integr. reſtitutio non eſt neceſſar. Cõſtituit & Synodus Baſilienſis in §. ſtatuit de cauſis, in Pragma. ſanctio. idipſum quod ius ciuile, ne a quacumque inſtantia ante diffinitiuam ſententiam quomodocumque appelletur, niſi forſan tale grauamen exſtiterit, quod in diffinitiua reparari non poſſit. Idipſum & ſtatutum in §. 1. de friuolis appellationibus, in eadem Pragmat. ſanctio. Conſentit & regula cancellariæ Apoſtolicæ. 35. In Gallia etiam ex conſtitutione Regum Caroli 8. artic. 52. & Franciſci primi in publicatis anno 1519. articulo 4 ſtatutum, vt iudices, a quibus ante ſententiam diffinitiuam appellatur, poſſint proſequi iudicium, vſque ad diffinitiuam, non obſtante appellatione, & ſine præiudicio eius, de his, quæ in diffinitiua reparari poſſunt. Verumtamen ſi appellationibus velint deferre iudices, poterunt vtique: non enim eſt illis prohibitum. Idipſum ſi a iudicibus, ad quos appellatum eſt, inhibitum fuerit iudici, a quo appellatur, ne vlterius procedat, quod fit vel per literas ſuperioris iudicis, vel per literas a principe, vel eius cancellaria in Gallia impetratas, quibus iudici inſinuatis is ſuperſedit ob reuerentiam ſuperioris, vt notat Rebuffus ad Rubricam de friuolis appellat. gloſſa 1. in concordatis. Statutum & idipſum in conſtitutionibus Imperii, non recipi ad cameram Imperialem appellationes a ſententiis interlocutoriis, quando grauamen poteſt reparari in diffinitiua ſecundum ius Cæſareum, vt habetur in ordinationibus iudicii Cameræ Imperialis, parte 2. tit. 28. articulo 11. ſed & in Concilio Tridentino, ſeſſione 13. de reformatione, cap. 1. in hac verba ſtatutum:* In cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, nec non in criminalibus ab epiſcopo, ſeu illius in cauſis ſpiritalibus vicario generali, ante diffinitiuam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocũque grauamine, non appelletur, nec epiſcopus ſeu vicarius appellationi huiuſmodi tãquam friuolæ deferre teneatur, ſed ea hac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo & conſuetudine, etiam immemorabili contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere, niſi grauamen huiuſmodi per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua appellari non poſſit, quibus caſibus ſacrorum & antiquorum canonum ſtatuta illibata perſiſtant. *Hæc ibi & hæc eadem cum aliis capitulis decreta ſeſſion. 24. in decretis de reformatione c. 20.*

f *Infra hoc titulo capite quarto.*

g *Hæc in c. cum ſit Romana, 5. §. fi. cap. peruenit ad nos, 13. de appellation. In aliis autem criminibus, in quibus non eſt notorietas, appellatio recipitur, vt ibidem dictum eſt.*

h *can. fi. §. nulli quoque, 2. q. 6. l. 3. quorum appellat. non recipian.*

i *c. nouit ille, 43. de appellat. c. quod ad conſultationem, 15. §. fi. de re iud. c. ei qui appellat. 41. §. ab exſecutione, 2. q. 6. l. 4. & 5. quorum appellatio. non recip. l. ab exſecutione, 4. de appellat. l. quoniam, in 1. Cod. eod. tit.*

k *Si impediatur vna, ne ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur, can. fi. §. ſi quis etiam, 2. q. 6. l. 6. C. de appell.*

l *c. conſuluit, 27. de appellat. l. 7. §. penult. de appellat. recipien.*

m *Nempe*



m *Nempe ſi appellatum fuerit a decreta fiduciaria poſſeſſione, quam vocant recredentiam vel momentaneam poſſeſſionem, donec liquido conſtet de proprietate alteri ex litigantibus adiudicata. l. vnic. ſi de momenta. poſſeſſio. appellat. fuer. C. dicto can. fin. §. de poſſeſſione, 2. q. 6. l. 2. de edicto diui Adrian. tollen. C.*

n *cap. ad noſtram, 3. c. reprehenſibilis, §. nec ſubiecti, & §. fin. cap. quia nos, 32. de appellat. c, licet, de offic. ordina. niſi excederetur modus in corrigendo, c. de priore, de appellatio. cap. ſuper quæſtionum, §. nos autem, de offic. delega. quemadmodum appellatur ab exſecutore modum excedente, capit. quod ad conſultationem, in fine de re iudica.*

o *c. ad hoc, 37. de appella.*

p *dict. can. ei qui appellat, §. quoties etiam, 2. quæſtio. 6. l. 4. Cod. quorum appellatio. non recipian.*

q *c. 2. de appellationib.*

r *c. 2. c. conſuluit, 18. in 2. ſic incipien. & ca. cum ceſſante, de appel.*

s *c. paſtoralis, 53. de appellat. c. 1. de reſcript. de hac clauſula remota appellatione in ca. meminimus, 9. & in ca. ſuggeſtum, 15. de appellationib. item in l. 1. §. final. a quibus appellare non licet. Et per hanc clauſulam remotus a poteſtate appellãdi ab vno cauſæ articulo, remouetur ab aliis, ca. ſecundo requiris, 41. de appellat. & ſi plures ſint diuerſi articuli in reſcripto cum illa clauſula delegati, ſi ea clauſula in fine ponatur poſt illos ad eoſdẽ pertinet; ſin autem inter plures inſeratur, ad ſuperiores, non ad ſequentes pertinet, niſi negotia fuerint connexa, c, inquiſitioni, 71. de appel.*

t *Clauſula appellatione remota, non pertinet, primum ad caſus, in quibus appellatio expreſſe conceditur etiam appellatione remota. vt notat gloſſ. ad d. ca. paſtoralis, 53. de appel. vt ſi iudex deneget reſtitutionem ſpoliato, cap. ex conqueſtione, de reſtitutio. ſpoliator. ſi non vult admittere recuſationem ex conſanguinitatis cauſa, ca. poſtremo, 36. de appellatio. quomodo autem ad hanc recuſationem ſit procedendum, vide cap. nouit, 43. & cap. 61. de appel. item ſi citauerit perſonas ad locum non tutum, c. ex parte, 47. eodem titu. ſi cogit partes litigare coram ſubdelegato ſuſpecto. ca. ſuper quæſtionum, de offic. delega. dehinc ſecundo quamuis a iudice, cui cauſa delegata eſt remota appellatione, non admittatur appellatio, quæ in iure expreſſe in caſu clauſulæ non eſt conceſſa, tamen hodie licet appellare, & non obſtante clauſula agitur coram iudice appellationis, de ea cauſa appellationis, etſi non fuerit admiſſa, & ſi iuſta viſa fuerit, retractatur iudicatum, c. vt debitus, de appellat. Solet & poſtquam cauſa fuerit deuoluta ad ſuperiorem per appellationem, per inhibitionem ſuperioris prohiberi cognitio cauſæ inferiori. Quemadmodum & 23. loco poterit appellari non obſtante clauſula illa, ſi ſententia manifeſtam contineat iniquitatem. ca. inter cætera, 9. de ſententia & re iudica. Item & 4. non obſtante illa clauſula poterit tertius ſeu alius ab illis, quib. iudex cum illa clauſula datus eſt, pro ſuo intereſſe appellare a ſententia eius iudicis, ca. ſuper eo, 15. de officio delega.*

v *cap. conſtitutus, 47. de appellat. vbi tamen dicitur contra electum & confirmatum poſſe opponi, non per modum exceptionis vel appellationis, ad impediendum electionis & confirmationis effectum, ſed in modum denuntiationis vel accuſationis coram epiſcopo vel ſuperiore, ſi quod ſit vitium in electo, quod mereatur priuationem, facit ad idem c. poſt electionẽ de conceſſ. præbend. qui enim per electionem & confirmationem miſſus eſt in poſſeſſionem beneficii, aſſequitur eius plenum ius, ideo exceptio aduerſus illum, vt nimis ſera, non admittitur; accuſatio vel denũtiatio contra, & per exceptionem quis quidem repellitur ab obtinendo beneficio, ſed non a iam obtento, ca. ſuper his, de accuſatio. vbi confirmatus non habebat plenum ius, ideo*

exceptio contra illum locum habuit; con- A
trarium autem, vbi plenũ ius fuiſſet con-
ceſſum, & exigitur tantum exſecutio, quæ
tunc non eſt impedienda per exceptionem,
niſi electus & conſecutus plenum ius eſſet
publice de crimine infamatus. c. accedens,
de accuſationibus. alioquin exſecutio non
debet impediri prætextu exceptionis oppo-
ſitæ, niſi obiiceretur de falſo, c. de cætero, de
ſent. & re iudi. c. ſuper eo, de crimine falſi.
x can. ſunt etiam, 2. q. 6. can. de illicita, §. de B
conuentione, 24. q. 3. l. 1. quorum appellat.
non recipian. C. l. & poſt edictum, 73. §. fi.
de iud. l. ex conſenſu, §. fi. de appel. P. requi-
ritur autem hic, quod ante contumaciam
adfuerit, & quod poſtquam cõtumax fue-
rit declaratus, damnatus exſtiterit. d. l. &
poſt edictum, §. fi. & quod ſtatim poſt pro-
nuntiatum non adfuerit petens reparatio-
nem ſententiæ, & reſtitutionẽ in integrum,
per l. diuus Antonius, 7. in prin. de reſtit. in C
integ. Conſideratur etiam vt appellatio de-
negetur abſenti, quod ante ſententiam non
appellauerit; nam ſi idẽ abfuerit, eo quod
appellaſſet ante diffinitiuam, poterit & ab-
ſens ab ea diffinitiua quoq; appellare. iuxta
id, quod explicatur in clemen. 1. de dolo &
contum.

y Hoc ita explica, veluti ſi iudex delegatus
ad cauſam de ea ſententiam dixerit, & ita
primo ab eo appellatum ſit, & poſt appella D
tionem alius delegatus fuerit, qui eandem
confirmauerit ſententiam, a qua iterum
appellatum fuerit; & ad alium vel ad eun-
dem cauſa remiſſa eadem ſententia termi-
nata ſit. nam ſi ab ea tertia ſententia con-
firmatoria duarum priorum appelletur,
non valet appellatio. c. ſua nobis, 65. de app.
clem. fi. eo. tit. c. ſi autem, in prin. & §. vnde
in ſeptimo, & c. ſi quis in quacunq;, 2. q. 6.
l. vnica, ne liceat in vna eademq; cauſa ter E
appellare. C. nouel. 82. §. præbebunt, verſi.
vel niſi tertio, nec obeſt quod quis poteſt
quotieſcunque grauatus erit appellare, d.
c. quoties, & ca. pulſatus, 3. qu. 6. nam illud
intelligitur de omni & diuerſo grauami-

A ne, ſed non quando in diffinitiua ſententia,
contra eandem quis idem grauamen pro-
ponit pluries, a quo in duabus appellationi-
bus recidit, & iudicatum eſt, non fuiſſe
grauamen; minus quoque obeſt c. Lotha-
rius, 31. q. 2. vbi Theodeberga dicitur ter
appellaſſe, nam illud ter, in eadem appella-
tione repetitionem habet, dicendo appello,
appello, appello, & ſic vna eſt appellatio,
nec de ea ter fuit ſeorſum iudicatum a ſu-
B periore vel alio iudice, & ita poteſt ter &
quater & quinquies appellari a iudice, ſi
non admittat appellationem, vt ſi non ob-
ſtante appellatione interpoſita procedat, ſe-
cundo licet ab eo apppellare, & ſi non ob-
ſtante ſecunda ab eo procedente, tertio &
ſic conſequenter. renouatur enim graua-
men, ideo toties appellare licet quoties reno-
uatur. c. directæ, cum ibi notatis, de appel.
ſic intelligitur c. omnis oppreſſus, & cano.
C ideo, 2. q. 6. Conſentiunt ſuperioribus defi-
nita in conuentionibus regis Galliarum &
ſummi pontificis, tit. de friuolis appellatio-
nibus, in concordatis. Ab interlocutoriis,
inquit, ſecundo, a diffinitiuis vero ter-
tio prouocare non licere decernimus;
ſed volumus ſecundã ſententiam inter-
locutoriam cõformem, & tertiam diſ-
finitiuã etiam conformem, omni mo-
ra ceſſante, exſecutioni debite deman-
D dari debere, quacunque appellatione
interpoſita non obſtante. Idemq; & an-
te ſtatutum in Pragmatica ſanctione, eod.
titu. de friuolis appellatio, & in 35. regula
cancellariæ Apoſtolicæ.

z a conceſſione enim reſcripti non appellatur,
ſed ab eius exſecutione, l. 1. a quib. appella.
non licet, P. l. 1. §. quæſitum, de appellatio.
l. iubemus, 34. eo. tit. C. neq; enim obtentu
reſcripti principis a recto deuiare oportet,
E ca. ſi quando, 5. & ibi nos multa diximus
de reſcript. c. ex parte, 4. de ætate & quali-
ta. ordina.

aa Textus & doctores in c. quia nos, de appel.
l. ſi res, & ibi Bartol. de appellationib. re-
cip. P.

bb Quod



bb Quod exprimitur & declaratur in cap. a A
iudicibus, & §. ſi quem, & c. ſi quis epiſco-
pus, §. arbitrarii tantum, 2. qu. 6. dicimus
autem non appellari a compromiſſis electis
arbitris, vt excludamus arbitrorum ſen-
tentias, quæ ab ordinariis habentibus alio-
quin iuriſdictionem proferuntur, a quib.
appellatur, d. c. a iudicibus, verſ. ab iis, etſi
vt arbitrarii, poſſunt enim iudices ordina-
rii, qui habent alioquin iuriſdictionem,
eligi in arbitros, c. cum tempore, de arbit. B
& c. cauſam, de electione. item delegati, c.
literas, de præſumt. c. cum olim, de arbitr.
ca. niſi eſſent, de præbend. & iſti poſſunt, vt
iudices in conſentientes ſententiam dicere,
l. 1. C. de iuriſdict. omnium iudic. & ita ab
illis appellatur, l. arbitro, qui ſatiſda. cogan.
Pan. niſi expreſſe ſe ſententiam dicere tan-
quam arbitros tantum dixerint; nam tunc
electi vt ſimplices arbitri compromiſſarii,
non habita ratione iuriſdictionis alterius C
iudicant, & ab illis non appellatur. Poſ-
ſunt & iudices ordinarii cauſam introdu-
ctam ſuæ iuriſdictionis amicabiliter com-
ponere, vt in ca. ſi quis membrorum, 25. q.
8. can. ſi primates, 5. q. 2. §. ſi vero, vt diffe-
rentes iudices, in authen. veruntamen eius
cauſæ arbitrium nõ poſſunt in ſe ſuſcipere, D
ca. 1. infamis, §. tria, 3. q. 7. circa fin. ſicque
ordinarii poſſunt eſſe arbitri cauſarum al-
terius fori, vt & iudices ex conſenſu liti-
gantium, & cauſæ non introductæ ſuæ iu-
riſdictionis. Quamuis quidam dicãt iure
canonico poſſe proprium iudicem in arbi-
trum eligi, vt gloſſ. ad can. iudicibus, 33. §.
ordinarii, 2. q. 6. cui ego adſtipulor, dum-
modo non ſit in fraudem principalis iuriſ-
dictionis domini, vel emendarum ſtatuta- E
rum; eſt enim proprium munus officii iu-
dicis, prius tentare, an poſſit litigantes ad
concordiam inducere, l. æquiſſimum, de v-
ſufruct. P. eodem modo & per verba electi-
uorum compromiſſorum excludimus ſen-
tentiam arbitrorũ, in quos non ſponte, ſed
iure cogente compromiſſum eſt; a qua ap-
pellatur, c. ab arbitris, 11. de offic. delega.

A in Sext. l. 23. in princ. de appella. l. is, in fin.
C. de iud. & ſic intelligendus eſt Alexan-
der, dum ait, conſi. 254. nume. 7. volum. 6.
iure pontificio poſſe a ſententia arbitri ap-
pellari, iure ciuili quoque non admitti
appellationem a ſententia arbitrorum ex
compromiſſo ſponte electorum, docet l. 1. de
arbitr. lib. 2. C. tit. 56. l. non diſtinguemus,
32. §. cum quidam, eod. tit. P. acquieſcere
itaq; debent compromittentes arbitrio, vel
B pœnam ſoluere, vel nullum erit arbitrium,
ſi pœna adiecta non fuerit, vel dabitur ex-
ceptio, l. 1. & fin. C. de arbitr. l. non diſtin-
guemus, §. cum quidam, eod. titu. P. dum-
modo omnes, in quos compromiſſum eſt, iu-
dicauerint, non aliter, c. ſane ſi ex conſenſu
partium, 2. q. 6. qui canon ita intelligẽdus
eſt, iuxta verba Gratiani, quando a pau-
ciore numero, quam conſenſum fuerit, iu-
dicatum eſt; alioquin enim ſi numerus e-
C lectorum arbitrorum interuenerit, non eſ-
ſet prouocatio recipienda, vt habetur con-
cil. Carthaginenſi. 3. c. 10. Africano, c. 89.
apud Iuonem parte 6. c. 363. & ſic etiam
in c. a iudicib. 33. 2. q. 6. a iudicibus, quos
communis conſenſus elegerit, non li-
ceat prouocare. ex concilio Mileuitano
D c. 24. vide quæ tractauimus lib. 47. ſyntag.
c. 39. Sed & notandum, quod ſcribũt Bal.
& Iaſ. ad l. nemo poteſt, in prima lectura,
num. 66. de lega. 1. & in ſecunda lectura,
num. 93. communem eſſe ſententiam, fieri
poſſe pacto, vt poſſit appellari ab arbitrio
compromiſſorum in caſibus, in quibus non
oritur actio, nõ quidem proprie ſed impro-
prie appellationem accipiendo pro recla-
E matione, d. l. nõ diſtinguemus, §. cum qui-
dam, de arbit. facit textus in l. ex conſenſu,
de arbitris, P. conſentiunt Butrigarius &
Imola, ad c. quintauallis, de iureiu. Notat
etiam Coſmas Guinier antiquus gloſſator
pragmaticæ ſanctionis, ad §. ſtatuit eadem,
ad verbum iudice, de cauſis. in Pragmat.
ſanctio. quod de iure canonico, arbitrium
iniquam poterit per viam reclamationis
retractari, & ſic per implorationem offi-

cii iudicis,per c.2. de arbit.quo loci & annotant interpretes, arbitrium continens manifeſtam iniquitatem debere retractari ex arbitrio iudicis,cap.expoſita,de arbitris,vbi Panormit.& c.fin.de rerum permuta.c.examinata, de confirma.vtili vel inutili, dum tamen intra decennium fuerit reclamatum a parte conquerente,alias contra, vt notatur in c.per tuas,de arbitr. Quia nulla lex vel ſuperior ſuſtinere recte poteſt actum cum peccato, cap.fin. de præſcriptio.quare ſententia non tranſit in rem iudicatam ratione peccati imminentis. c. lator,eodem tit.& iniquitas notoria habet dolum præſumtum, cap.1.de præſumtio. l. creditor, §.Lucius, manda.P. notat inſuper Guinier prædicto loco,de conſuetudine Franciæ in patria conſuetudinaria & foro ſeculari, appellari a ſententia huiuſmodi arbitrorum, eamque iudices emendare, ſi male fuerint arbitrati, quemadmodum & iure appellatur ab arbitris iuris,cap.ab arbitris,de officio deleg. in Sex. l.fi.l.apertiſſimi,C.de iudic.Cæterum & quãquam ab arbitrorum ſententia appellari non poſſit,tamen contra poterit ſupplicare, c. non ſine,de arbit. Speculator titulo de arbit. §. 1.verſic.arbitrator, Bald.& Salyc.ad l.1. C.de arbit.atque etiam poterit contra eorum ſententiam recurri ad arbitrium boni viri, vt infra docebitur.

cc c.conſuluit,de appell.

## Capvt III.

### A quo & ad quem appelletur.

REgula generalis conſtituenda,ab inferioribus ad ſuperiorem *a* proximum *b* eſſe prouocandum,non ad parem, *c* niſi ſit conſuetudo contraria recepta. *d* licet tamen appellanti, qui errauit in proximo ſuperiore adeundo,& appellando, mutare & errorem ſuum corrigere. *e* Ad Papam omnes appellare poſſent,nemo autem ab eo, *f* vt neque ab Imperatore *g* ſeu principe non habente ſuperiorem, *h* non tamen a ciuili ſeu ſeculari iudice, ad Papam appellatur, niſi is eſſet de temporali iuriſdictione eccleſiæ Romanæ. *i* A delegato iudice appellatur delegãs; *k* niſi forſan ſummus pontifex iudici ordinario mandauerit iudicãdam cauſam, quo caſu non princeps,ſed proximus iudicis ſuperior appellandus eſt. *l* cauetur autem, ne clericus iudicem laicum appellet, *m* aut Chriſtianus alterius fidei iudicem. *n* Appellatur a ſubdito ordinario epiſcopi ad epiſcopum; *o* ab officiali generali epiſcopi,& ab epiſcopo ad archiepiſcopũ, non ad epiſcopum *p* a concilio generali non eſt appellatio, *q* ſed a concilio archiepiſcopali appellatur primas. *r*

### Scholia.

a c.anteriorum, c.placuit, 2.quæſt.6.l.præcipimus, C.de appellat.l.1.eod.tit. P.ſuperior inferioris legem tollere poteſt, nõ contra inferior ſuperioris. c.cum inferior, de maio.& obed. Ad maiorem,non ad minorem fit prouocatio, glo.ad c.2.ad verbum, officiali, de conſuetud.in Sext. Hinc notat Bald. ad leg.fin.C.communia deleg. quod quando aliquid fit iudicio ſortis vel fortunæ, non appellatur, quia ea res non habet ſuperiorem in mundo. Sicq; admonet Rebuff.tracta.de appel.art.3.gloſſ.vnica, diuiſiones bonorum, quæ interdum in Gallia fiunt iudicio ſortis, non ſolere reſcindi, nec ex ea minorem reſtitui. l. verum.§.ſciendum, de minor.25.ann.P.quia quod fato contingit cuilibet patrifamilias,quamuis diligentiſſimo,poſſet accidere.§.ſi locupleti, eiuſdem leg.niſi eſſet enormis læſio,quo caſu per officium iudicis reſcindi poſſet,argu. l.maioribus,communi.vtriuſque iudic.C. vbi Bald.vel niſi minor appellauerit in regno Galliæ ab hac diuiſione, dicens, ſe non quidem iudicio ſortis læſum, ſed dolo aduerſarii,doluſque tunc reipſa interueniens probabitur,aliquin non daretur reſtitutio. d.l.verum,de minorib.

b id eſt,non appellatur ad maiorem ſuperiorem omiſſo medio ſuperiori; gradatim enim



nim ſemper ad proximum ſuperiorem appellatio facienda eſt,ca.dilecti,66.de appel.c.duo ſimul, 9.de officio & poteſt.iud. ordinar.c.Romana,3.§.archidiaconus, de appellat.in Sext.l.imperatores,21.in prin. de appel.§.ſcito autem, de app.in nouellis, niſi forſan princeps aut ſummus pontifex appelletur, qui & alia via per ſimplicem querelam & ſupplicationem adiri poſſunt, vt ordinarii ordinariorum, titulo quãdo imperator inter pupillos & viduas, ita & per appellationem ſummus pontifex inuocatur,c.ſi quis veſtrum,ca.omnes, cap.ad Romanam,c.ſi quis putauerit,c.ideo hinc, c.decreto,c.qui ſe ſcit, cum ſimilibus, 2.q. 6.can.accuſatus,2.quæſt.6.c.ſi duobus,7. de appellatio Poteſt & legatus Papæ omiſſo medio appellari, vel adiri.c.1.de officio lega. Quando tamen appellatur ad Papam iuxta formam,c.ſtatutum, de reſcript.in Sext.non debet agitari cauſa appellationis in curia Romana, ſed debet delegari in partibus ſeu locis litigantium cognoſcenda & determinanda,ca.qua fronte,& ibi doctores,de appell.Et ita quoque ſtatutum in concilio Baſilienſi, §.ſi vero quippiam, de cauſis, in pragmatica ſanctio. niſi forſan propter defectum iuſtitiæ,aut iuſtum metum probatum ſummo pontifici, non poſſit in partibus delegari, vt in d.§.ſi vero, dicitur. Poteſt & ex conſenſu partium appellatio tractari, vbi appellatum eſt ad ſuperiorem mediatum maiorem quam oporteat, vel apud parem, ſi modo conſuetudo ſit talis præſcripta, & in his de facto non nocebit error, contra ſi ad inferiorem prouocatum ſit .l.1.§.ſi quis in appellatione,de appella.P.l.ei cuius,5.de appel.recipien.Et valet etiã appellatio ad maiorẽ quam proximũ, ſed fit ab eo remiſſio ad proximum immediate ſuperiorem per l.imperatores, 21.de appellat.vide Maſſuerium, tit.de appella.§.27.quod ſi ex litigantibus, vnus ad proximum ſuperiorem, alius ad ſummum pontificem appellet, ſi ordinarius ſuperior faciat prior citare appellantem ad ſummum pontificem, debet is nihilominus coram illo comparere de ſua appellatione ad ſummum pontificem dicturus.c.ſi duobus,7.c.ad hæc,30.de appella.

c cano.anteriorum,§.illo videlicet, 2.quæſt. 6.& §. illo videlicet, nouellæ 23. quia par in parem non habet imperium, l. nam magiſtratus,de recep.arbit.l.ille a quo,§.tempeſtiuum, ad Senatuſconſ.Trebellian. nec valet conſuetudo, vt ad minorem vel ad parem appelletur; neq; de ea re receptum pactum, quia eſt contra ſubſtantiam appellationis, gloſſ.ad ca.2.ad verbum officiali, de conſuetud. neque pactum mutat ſubſtantiam actus, cui adiicitur, l. vbi ita donatur, de donatio. cauſa mort. l. cum precario, de precar. Pan. nec ſtatutum aut conſuetudo,l.2.de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur. Niſi conſuetudo parem vel minorem fecerit in eo caſu appellationis maiorem, Ioannes Andreas ad capit.Romana, de appellationibus, in Sexto.

d d.c.Romana,3.§.ab archidiaconis,de app. in Sext.iuncta diſtinctione proxime ſuperioris annot.

e can.fin.§.ſi vero is qui, 2.quæſt.6.l.28.C. de appel.

f ca.ipſi ſunt canones,16.& ſequen.17.cuncta per mundum, cum ibi notatis,9.qu.3. can.omnes qui, 22.diſtinct. Nec valet appellatio a Papa ad concilium,d.can.cuncta per mundum,cum ibi notatis,9.quæſtio.3. c.anteriorum,§. illo, 2.quæſt.6.Panormit. ſuper rubricam, de appel.niſi in tribus caſibus, in quibus dicitur eſſe concilium generale ſupra Papam, vt notatur in cap.2. §.1.de auctoritate ſacrorum conciliorum, & ibi per gloſſam Coſmæ Guinier. & in princ.tit.de collation.eodem lib. Pragma. ſanct. Poſſet tamen a Papa male informato ad eundem bene informatum appellari, can.ſententiam,35.quæſtio.9.cano.prece, can.cum apud,11.quæſt.3.c.tum ex literis, de reſtit.in integ.vbi doctores. Et peccaret Papa, ſi talem appellationem non ad-

*admitteret; iuſtitiam enim denegaret, vt notatur per doctores ad c.conſultationibus, de offic.delega.& per Cardinal.Florent.ad clement.paſtoralis,de re iudic.Verum hæc appellatio nõ imponit neceſſitatem ſummo pontifici, nec impedit eius ſententiæ exſecutionem, niſi ipſe ſuſpendat, & præſumitur ſemper pro iuſtitia eius ſententiæ. Prohibuit etiam expreſſe Pius Papa II. eius nominis,appellari a Papa ad futurum concilium, & voluit ſic appellantem ſtatim incurrere excommunicationem, a qua non poſſit ab alio quam a ſummo pontifice, excepto mortis articulo, abſolui. Item & incurrere cenſuras,quibus notatur criminis maieſtatis læſæ reus. Exſtat eius rei conſtitutio in fine tom. 1. conſiliorum ſub data 4. Calend. Februarii, anni Domini, 1459.*

g *l.1.a quibus appel. non licet, ſic nec a Rege Galliarum appellare non licet, qui non habet ſuperiorem, c.per venerabilem, qui filii ſint legitimi.nec ab aliis, qui vices cum pleniſſima poteſtate gerunt principis, vt nec olim a dictatore, qui ſemeſtrem apud Romanos gerebat poteſtatem abſolutam, l.2. §.populo deinde, de origine iur.nec a ſenatu, l.1.§.ſciendum eſt, a quibus appella. non licet.*

h *Vt a Rege Galliarum qui non habet ſuperiorem,vt dixi, ex c.per venerabilem, qui filii ſint legitimi.*

i *ca.ſi duobus,7.§.fin.de appel.*

k *ca.ſuper quæſtionum,27.§.fin.de offic.delega.l.3.C.de pedan.iudic.l.1.& l.fin.quis & a quo appelletur, l.ſolent, §.legatos, de offic.proconſul.ſic ab arbitris delegatis a Papa, Papa appellatur, l.ab arbitris, 11.de offic.delega.in Sexto. & a delegatis a principe, princeps appellandus, l.eos etiam, 16. de appel.c.ſignificantibus,eo.tit.a ſublegato ad ſubdelegãtem, ſi ſibi retinuerit quippiam ex iuriſdictione delegata, nõ etiam, ſi nihil ſibi retinuerit, ſed omne negotium ſubdelegauerit, quo caſu a ſubdelegato ad primum delegantem appellatur, cap.ſuper quæſtionum,27.§.porro,§.ſi vero,in fin.& §.eius ergo,& ca.cum te conſulente,18.de offic.delega.l.1.§.fin.quis & a quo appelletur.P.c.ſi delegatus,7.§.fin. de offic. delega.in Sexto. Appellatur autem a ſubdelegante ſubdelegans, ſi modo is poſſit iudicare, aliter prior delegans appellatur, veluti ſi ſubdelegans ſit excommunicatus vel mortuus, capit.ſi is cui, 10.de officio delegat.*

l *c.licet,12.de officio ordin.in Gallia tamen in caſibus abuſus appellatur a iudice eccleſiaſtico ad ſenatum, ſi quid committat contra ſacroſancta concilia, decreta eccleſiaſtica, & conſtitutiones regias, vel concordata inter regem & ſummum pontificem, vt habetur in fine concordatorum, vbi conceſſa eſt poteſtas regi & exſecutio eorum, & vt cogat ea ſeruare.*

m *In principio & canonibus ſequentib.25.q.1.in Gallia tamen a iudicibus & cognitoribus eccleſiaſticis recipitur interdum appellatio, in caſibus notorii abuſus; hoc eſt, quando iudex eccleſiaſticus vel Prælatus ſua abutitur poteſtate, cum contra vſum commiſſum agit. Id enim eſt abuti, l.plenum, §.1. de vſu & habit. P. abutuntur etiam legibus & maieſtate principali, qui ad quæſtum & libidinem vtuntur poteſtate, vt ait Cicero pro Roſcio Amerino, notorius exceſſus & abuſus iudicibus archiepiſcopalibus concedit facultem cognoſcendi etiam in prima inſtantia de negotio ſuffraganei, quod aliter non permittebatur, cap. Romana, §.ſane, de cenſib.in Sex.c.Romana, de pœn.in Sex.ſic & in Gallia ab abuſu officialium & perſonarum eccleſiaſticarum, appellatur curia ſuperior parlamenti eius diœceſeos in certis caſibus, qua nomine Principis impartitur opẽ & auxilium eccleſiæ, ne ſacroſancta & Apoſtolica decreta violentur, aut concilia eccleſiaſtica, tãquam filius eccleſiæ enim rex huic muneri adſtringitur. tractatur de his caſibus appellationum a Rebuffo in 3.tom. Comment.ad conſtitut.regias, tracta. de appellationibus*



*lationibus tanquam ab abuſu, in conſtitutione ſeu ordinatione Frãciſci 1.regis Galliarum publicata anno 1539.artic.5.6.7.8.& in Rapſodia arreſtorum Papi, lib.19. titu.1.& a nobis lib.50.ſyntagm.iur.cap.2.numer.36.& in noſtro tractatu de abuſu & remedio generali ſub prætextu religionis.*

n *Alioquin excommunicatus eſt, cano.32. Catholicus, 2.qu.6.niſi forſan, vt notat ibi gloſſ. Catholicus tunc degeret ſub infideli principe; quemadmodum & D. Paulus prouocauit ad Cæſarem, Actor.c.25.facit can.ſi in adiutorium, 10.diſt.*

o *d.c.3.§.1.de appel.in Sex.ſunt enim aliqui qui vltra epiſc.habent in eius diœceſi certam iuriſdictionem ex priuilegio, vel conſuetudine, vel alio modo, quorum appellationes ad epiſc.deuoluuntur, niſi aliter exemti ad ſedem Apoſtolicam perueniant; ſic & a capitulo epiſc.appellatur, cum diſt.c. a collatione, 11.de appel.in Sext.*

p *c.2.de conſuetudine, in Sext.c.3.de appell. in Sexto.niſi forſan quædam ſit probabilis cauſa, quæ recipi appellationem ad epiſcopum ſuadeat.d.c.3.§.cum autem, vel conſuetudo recepta id obtinuerit, d.c.3.§.debet autem, de appel.in Sexto.*

q *Quia concilium generale repræſentat vniuerſam eccleſiam, & auctoritate ſummi pontificis publicatur, a quo non licet appellare, vt diximus, & iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare cõtenderit, l.nemo, de ſumma trinit.C.*

r *c.placuit, 2.q.6.c.ſi inter, 6.quæſt.4.c.preſbyteri, 11.q.3.*

## CAPVT IIII.

### *De forma appellandi.*

APpellatio fit vel viua voce verbo, appello, illico ſententia lata, *a* vel in ſcriptis, poſt viuam vocem, vel ſine ea, *b* intra tempus a iure conſtitutum. *c* Appellandi forma ad Papam vel in iudicio vel extra eſt, *d* vt ea fiat in ſcriptis, expreſſa cauſa, petitis Apoſtolis, *e* & conſtituto ad agendum procuratore. Debet & a ſententia interlocutoria appellans, cauſam vel grauamen exprimere rationabile, corã iudice a quo, quod ſi probatum eſſet, iuſtum haberetur ad reformationem ſententiæ; *f* debetque addere in appellatione, ſuã exceptionem non fuiſſe admiſſam; *g* in diffinitiua illa expreſſio non exigitur, ſed ſufficit viua voce dicere, appello ſimpliciter, ſi incontinenti poſt ſententiam appelletur; vel ſi ex interuallo, dicere ſimpliciter vel ſcribere ſe prouocare. *h* Pro appellatione habetur, ſi poſt grauamen illatum, grauatus ſe ſubmiſerit protectioni ſuperioris omiſſo per ſimplitatem verbo appello. *i* Iuſto etiam metu prohibitus appellare, exiſtimandus eſt ad appellationis beneficium conuolaſſe, ſi intra tempus quo prouocatur, coram iudice, a quo appellare voluit, vel ſi cum habere non potuit illius iudicis copiam, in præſentia bonorum virorum, proteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſas appellationis expreſſerit. *k* Procurator ad appellandum conſtitutus, non debet excedere formam mandati; aut aliter agens non præiudicat domino. *l* Si a pluribus iudicibus appellatio facienda, corã maiori parte fiet. *m* Pro appellatione quoque habetur, recurrere ad iudicem pro emendatione ſententiæ. *n*

### SCHOLIA.

a *Fit illico verbo lata ſententia, ſedente pro tribunali adhuc iudice, aut eo nondum diuertente ad extraneos actus, aut apud acta eodem die, l.litigatoribus, 14.de appel.C.l.2.eod.tit.P.can.poſt appellationem, §.forma, 2.q.6.facit l.a ſententia, 5.§.fi.de appella.P.vel ſi fiat intra tempus, quod indulgetur nouo iure ad appellandum, de quo poſtea. Et ſi propter metum iudicis, grauatus non poſſit ab eo appellare, vel ſi is abſit poteſt appellari coram notario & teſtibus, c.ſi.de appella.l.2. C.de his qui per metum iudic.non appel.*

b *Poſtquam appellatum eſt verbo, aliquando, & vt plerunque appellatio conijcitur in ſcripta & intimatur ſeu ſignificatur iudici & parti, aliquando ſola ſcriptura appellationem continens eiſdem datur; neq; eſt de ſubſtantia appellationis in ſcriptis facta, vt ea legatur coram iudice, c. appellatio, 9. de appel.* A

c *In appellationibus quatuor ſunt obſeruanda tempora, tempus primum appellandi, 2. petendi & concedendi Apoſtolos, 3. offerendi prædictos Apoſtolos iudici ad* B *quem, 4. tẽpus perſequendi appellationem, Quod ad primum pertinet, antiquitus appellabatur tantum in ſcriptis, in cauſa propria intra biduum; in cauſa autem aliena, ſeu procuratorio nomine, intra triduum a prolatione ſententiæ computandum, l. 1. §. biduum, cum §§. ſequentib. quando appellan. ſit, lib. 49. P. tit. 4. l. eos, 6. §. ſin autem, in iudicio, de appellat. C. cano. biduum, 2.* C *q. 6. fuit poſtea tempus appellandi conceſſum quinque dierum, vt ait Iulius Paulus, lib. 5. receptarum ſententiarum, tit. 33. c. 1. can. 22. propter ſuperfluum, 2. q. 6. vbi & vltra dicitur datum tempus ſufficiẽs adeundi ſuperiorem habita ratione itineris, & facta connumeratione 20. milliarium pro ſingulis diebus, vt & in can. 23. habita dinumeratione, ead. 2. quæſt, 6. l. 1. ſiquis cautionibus. P. deinceps & dati ad* D *appellandum decem dies, ſiue a diffinitiua, ſiue ab interlocutoria appellandum ſit, ſiue a iudiciali, ſiue ab extraiudiciali grauamine ex Iuſtiniani nouel. 23. de appellationib. §. 1. & authent. hodie, C. eodem tit. de appel. & nouel. 123. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. ſi quis contra aliquem, quod & approbatum iure pontificio, in c. concertationi, 8. de appel. in Sexto. can. biduum, §. quod autem, in ſententiis, c. anteriorum,* E *2 quæſt. 6. quo elapſo ſine appellatione tempore, excluditur appellandi facultas, vt ibidem dicitur. Quod locum habet non tantum in appellante, ſed etiam in eo, qui alterius appellationi voluerit adhærere,*

A *quod facere debet intra decem dies, vt ait Rota, deciſio. 539. incip.* in grauamine, *in antiq. & deciſio. 225.* adhibentes, *in antiquis. Alexan. conſi. 101. & 125. vol. 2. & alii poſt gloſſ. ad c. vt circa, §. alioquin, in verbum adhærẽtes, de elect. Guido Papæus, deciſi. 13. & 78. & 436. metiuntur autem iura hoc tempus decem dierum, a tempore illati grauaminis. Quare ſi grauamen perſeueret poſt latam ſententiam,* B *poterit ſemper prouocari, vt ſi quis incarceratus detineatur, & appellet ab incarceratione, Iaſon ad l. error, nume. 8. de iur. & fac. ignor. vide Guidon. Papæum, deciſio. 436. nume. 64. & hæc de primo tempore. Secundum vero tempus, quod eſt in petendis & dãdis Apoſtolis, eſt triginta dierum, intra quos peti, dari, vel denegari debent a iudice, a quo appellatur; in quibus iudex deliberare poteſt, num admittere* C *vel reijcere debeat appellationem, c. ab eo, de appel. in Sexto. clem. quamuis, eod. tit. l. iudicibus, C. eod. tit. quod ſi iudex noluerit dare, ſufficit appellanti petiiſſe inſtanter, & eum conteſtatum ſuper eo fuiſſe, l. vnica, de libel. dimiſſo. quamuis enim iudex nõ differat appellationi, tamen leges differunt, l. quoniam iudices, C. de appel. l. ei cuius, de appel. recip. Hi dies triginta incipiunt currere ſeu labi a die appellationis ſecun-* D *dum Hoſtien. ad c. cordi. de appel. in Sext. Secundum autem Ioannem And. & alios, a die prolatæ ſententiæ, gloſſ. ad d. c. ab eo, de appel. in Sex. & ad l. 1. de libellis dimiſſor. l. cum quidam, 7. de appel. in Sexto. petitio inſtans eſt, & quæ ſemel ſit, & non amplius gloſſa ad dictam l. 1. de libellis dimiſſor. Notabile & eſt, quando iudex noluerit dare Apoſtolos, quod appellans debet iterũ appellare a denegatione, alioquin* E *enim iudici conſentire videretur, & deſerere appellationem, & ſententia tranſiret in rem iudicatam. Zabarella ad clement. 1. colum. 3. verſic. ex hac gloſſa. de dolo & contumac. Tertium tempus eſt, quod poſt petitos Apoſtolos adire oportet iudicem ad quem*



*quem appellatur, & ad reddendos ei Apoſtolos ſeu ad præſentandos ſuperiori, in l. præſes prouinciæ, de appella. C. l. nemo, 3. de temporibus appell. Et in hoc tempore debet intimari appellatio aduerſario, & dies ei dici proſequendæ appellationis cauſa, clement. 1. de appel. Quartum tempus conſtituitur in proſequenda appellatione, cap. vt perſonas eccleſiarum, 4. c. peruenit, 13. de appellatio. cum ſimilib.* A

d *c. 1. de appell. in Sexto.* B

e *Apoſtoli ſunt literæ iudicis dimiſſoriæ, quibus teſtatur ſuperiori talem a ſe appellaſſe, libr. 1. de libellis dimiſſor. lib. 49. P. tit. 6. §. Apoſtolos. de appel. C. l. dimiſſoriæ, 106. de verbor. ſignific. P.* ἀποστέλλω dimitto, *vt ſimplex* στέλλω.

f *d. c. 1. de appell. in Sex. c. vt debitus honor, 59. c. interpoſita, c. cum ſpeciali, 51. c. cauſam, eod. tit. apud Greg. clemen. appellanti, eod. tit. l. appellanti, 13. §. fi. eo. tit. P.* C

g *c. dilecto filio, 65. eod. tit. de appel.*

h *cap. 1. verſ. is qui, & ibi gloſſ. de appella. in Sexto. c. Romana, §. cum autem, & ibi notatur eod. tit. Solemnitas alia non requiritur, nec ſcripturæ neque cauſæ in l. 1. in fin. & l. 2. & l. litigatoribus, C. de appell. & ita poſt hanc appellationem a diffinitiua in qua dictum eſt, appello ab iniqua ſentẽtia, liberum eſt in iudicio eius, ad quem prouocatum eſt cauſas grauaminis, quas pla-* D *cuerit proponere etiam non propoſitas coram iudice, a quo appellatum eſt, noua quoque inſtrumenta producere, & nouos teſtes, & non deducta adducere, & probare non probata, c. conſtitutus, in 2. de appel. c. fraternitatis, de teſtib. c. cum Ioannes, de fide inſtrum. l. per hanc, de tempo. appella. C. l. ſcio, de fide inſtrument. ca. accedens, vt lite non conteſta. non proced. ad teſt. exam. Aliter in appellatione ab interlocutoria, in* E *qua ſola cauſa appellãdi ante diffinitiuam, in iudicio appellationis eſt proſequenda, non alia & ex iiſdem actus prioris iudicis determinanda & iudicanda, clement. appellanti, de appel. ca. cauſam, 62. & d. c. vt*

A *debitus, eodem tit. apud Gregor. & idcirco exprimẽda in ea appellatione cauſa ab interlocutoria, vt & in appellationibus extraiudicialibus, vt in cauſis electionis, in c. vt circa, de electio. in Sext. clem. conſtitutionem, eod. tit. c. cum nobis, eod. titu. apud Gregor. & in aliis ſimilib. extraiudicialib. vt in c. 1. de his qui fiunt a maiori parte capituli, c. bona, de app. eaq; appellatio etiam extraiudicialis in ſcriptis eſt proponenda,* B *vt ab interlocutoria ſententia iudiciali, c. cordi nobis, de appel. in Sext. aliter non reputaretur quis appellans. glo. fin. ad c. cum cauſam, 62. de appel.*

i *Expreſſe in c. ad audientiam, 34. de appel. quando illa ſubiectio protectionis habuit reliqua, quæ in appellatione exiguntur; nempe quod inſinuata ſit & intra tempus debitũ, & contra certum grauamen, alioquin generalis protectio non eximit a pro-* C *prii iudicis iuriſdictione, cap. ex parte, de priuileg.*

k *ca. fin. de appel. l. 2. C. de his qui per metum iudic. non appella. l. cum quidam, de appel. conteſtatio porro illa, quod ob metum iudicis non poſſit appellari libere, fieri debet intra tempus appellandi, & ſic non currit contra proteſtantem præſcriptio temporis, c. fin de offic. ordinar. c. fin. de electio. can. placuit, 16. q. 3. l. vt perfectius, C. de annali* D *except. l. fin. C. de epiſcop. audien. Qualis porro hic metus eſſe debeat, tradit Iaſon & Paulus Caſtrenſis ad l. cum aliquis, de iure delibera. C. & ad l. interpoſitas, Cod. de tranſactio. Felinus ad capit. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutio. Cauſæ porro appellationis hic dicuntur exprimẽdæ, quando videlicet ſit appellatio ab interlocutoria, non ſi a diffinitiua, vt paulo ante dictum eſt.*

E l *c. ſignificante. 69. de appel.*

m *clemen. 1. eod. tit.*

n *l. non diſtinguemus, §. cum quidam, de receptis arbitr. Speculat. tit. de arbitris, §. ſequitur.*

## Capvt V.

*Qui appellare poſſunt.*

POteſt quis pro ſe, *a* & pro alio appella-
re procuratorio nomine, *b* etiam pro
inuito condemnato. *c* Et vna ſentẽtia plu-
ribus condemnatis, ſi vnus ſolus appella-
uerit, illius victoria cæteris ſuffragatur, ſi
communi iure iuuentur, idemque nego-
tium & eadem cauſa defenſionis exſiſtat. *d*
B Qui iurauit quod ſtabit mandato iudicis,
ab eo appellare non poteſt. *e* Appellant a-
lioquin a ſententia omnes, quorum inter-
eſt ex aliqua cauſa, nõ fuiſſe ita iudicatum,
vel extra iudicium aliquid actum, ſiue con-
tineantur in ſententia, ſiue non contine-
antur. *f* Qui tamen non detulit appellatio-
ni aduerſarii, ipſe appellans in eadem cau-
ſa non auditur. *g* Non debet quoque ad-
mitti manifeſte ſuperflua & fruſtratoria
C appellatio, *h* nec eorum, quorum non in-
tereſt, *i* nec eius qui paſſus labi tempus da-
tum ad appellandum, & poſt tempus ap-
pellauit. *k*

### Scholia.

a *Vt liquet ex titulis, de appellationib.*

b *c. interpoſita, 70. §. eidem, de appel. can. anteriorum, 28. 2. q. 6. §. 1. de appel. in nouel. ſeruata forma mandati, c. ſignificanti, 69. de appel. l. fin. an per alium cauſæ appella-*
D *tio. reddi poſſit. lib. 49. P. titu. 9. l. 4. §. fin. de appel. P.*

c *l. non tantum, de appell. vbi ratio, cur pro inuito damnato appelletur, quod non audiatur perire volens, & in l. addictos, de epiſcop. audien. C. l. addictos, de appellatio. facit l. 1. de liberali cauſa. P. veruntamen cauſam appellationis criminalis & capitalis, non poteſt per procuratorem proſequi,*
E *can. ſi autem, 39. §. fin. & ſequent. ſi quando, 2. quæſt. 6. can. in criminalibus, penult. 6. quæſt. 3.*

d *cap. penult. de appellat. vbi & iſtæ circumſtantiæ deſcriptæ ſunt, idem & in c. ei qui, §. ſunt quorum, §. quandoque, 2. quæſt. 6.*
A *l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appellauerit, in quib. gloſſæ explicationem adferunt.*

c *c. quæſtioni, 21. de appellat. cui tamen ex diametro pugnare videtur cap. ad hæc, 20. eodem tit. quod intelligit gloſſ. ad dict. c. quæſtioni, de eo qui iurauit ſtare iudicio eccleſiæ, qui contra fuerat propter contumaciam excommunicatus, & ideo poſtea iudicium ſubiens, etiam ſi appellauerit grauatus, ſtare iudicio videtur, eo quod liti-*
B *gauerit, licet tanquam grauatus appellet. At cap. præſenti, loquitur de eo, qui iurauit, ſe mandato & ſententiæ ſtaturum, eoq; non contumace, ſic & non poteſt appellare, qui pactum fecit de non appellando, l. fin. §. fin. de temporib. ordina.*

f *in c. non ſolent, 2. q. 6. l. 4. §. 1. de appel. P. l. 1. quorum appel. non recip. l. 2. C. quando appellan. ſit. vide quæ diximus ſup. cap. 2. quando appellari poſſit ab arbit.*

C g *cap. conſtitutis. 23. c. an ſit, 42. de appellat. ca. bonæ, de elect. fruſtra implorat legis auxilium, qui committit in legem, cap. quia fruſtra, de vſur. l. auxilium, in fin, de minorib. c. an ſit, de appellat. ca. fin. de immunita. eccleſia.*

h *l. 1. de naufrag. lib. 10. C. tit. de friuolis appellatio. in Pragma. ſanctio. & concordatis Gallicanis, & ſummi pontificis. Quare & qui frruſtratorie appellat, & qui illam*
D *admittit, quilibet puniri debet in decem libras auri, l. quiſquis, quorum appellationes non recipian. l. 2. C. de epiſcop. audien. l. ſi quando, §. ſi quis auſus fuerit.*

i *can. non ſolent, 2. q. 6. c. tranſmiſſa, de elect. l. 1. de appel. recip. P.*

k *Nempe qui appellauit poſt decennium a tempore latæ ſententiæ, can. anteriorum, 2. q. 6. c. ſignificauerunt, de teſtib. c. dilectus, de elect. §. 1. de appell. & intra quæ tempo-*
E *ra, &c. Solet tamen aliquando reſtituere negligentem ad appellandum per literas princeps in Gallia maxime, & ex cauſa cancellaria eius illas concedit; dicuntur* lettres d' appel auec relief de n' auoir appellé & intimé dans le temps. *Ratio autem, quare regulariter poſt decem dies*
A *non appelletur; quod poſt lapſum eius temporis ſententia tranſiuit in rem iudicatam, quod ad negligentem pertinet, qui ſibi imputare debet, & cui ſua mora debet eſſe nociua, & acquieuiſſe videtur non appellando, c. quod ad conſultationes, de ſentent. & re iudic.*



## Capvt VI.

*Quæ obſeruanda ſunt appellationibus interponendis & proſequendis*

EX ſuperioribus porro colligemus, ap-
pellationem interiiciendam eſſe, & a
iudice petendos eſſe Apoſtolos ſeu literas
dimiſſorias, *a* iudicem autẽ denegare non
debere. *b* Erit autẽ poſtea appellatio ad-
uerſario appellato inſinuanda, vt vocatus
veniat ad eius iudicium. *c* Debet & præ-
ſentari iudici ad quem, *d* qui poſtea habita
ratione diſtantiæ locorum, diem dicit, quo
ſe partes iudicio ſiſtere debeant; *e* cui et-
iam acta ſunt edenda & tranſmittenda a
iudice a quo. *f* Proſequenda deinde coram
iudice appellationis eius deciſio; *g* & ibi
probanda erit cauſa appellandi ab inter-
locutoria, quod ea fuerit propoſita nec
admiſſa, & quod vera ſit & iuſta: *h* non au-
tem coram iudice a quo appellatum eſt. *i*
Suntque ita cauſæ ſolæ propoſitæ iudici a
quo in interlocutoria, diſcutiẽdæ ante iu-
dicem ad quem, & non aliæ, *k* in appella-
tione autem a diffinitiua & propoſitæ iu-
dici & aliæ in appellatione tractari poſ-
ſunt. *l* Placuit autem, vt a quibuſcunque
iudicibus eccleſiaſticis ad alios eccleſiaſti-
cos maiores appellatum fuerit, audientia
non denegetur. *m* Attamen non eſt inhi-
hendus epiſcopus, a quo appellatur ab ar-
chiepiſcopo ad quẽ appellatur, ne cogno-
ſcat de negotio, niſi cauſa appellationis vi-
deatur iuſta archiepiſcopo vel ſuperiori,
& de ea cœperit cognoſcere. *n* Appella-
tione porro deuoluta ad ſuperiorem, eo
qui appellatus fuit veniẽte, ſi is qui appel-
lauerit venire neglexerit, ſi quid proprium
A habuerit, competentem illi faciat recom-
penſationem expenſarum; vt hoc ſaltem
tenore territus in grauamen alterius non
facile quis appellet. *o* Idipſum dicendum
eſt de appellato non comparente. *p* Sed
& omnino puniendus appellans, vt quo-
ties iniuſta eius appellatio pronuntiatur,
ſumtus, quos dum ſequeretur aduerſarius
impendit, reddere cogatur. *q* Atq; ſi con-
ſtiterit cauſa appellationis cognita, male
B fuiſſe appellatum, & bene iudicatum; cau-
ſa remittenda eſt ad iudicem, a quo appel-
latum eſt, *r* niſi forſan is iniuſtam appella-
tionem admiſerit, quo caſu non eſt ei re-
mittenda. *s* Ante cognitionem tamen ap-
pellationis non debet ad iudices, a quibus
appellatum, cauſa remitti, niſi partes con-
ſentiant. *t* Quod ſi contra conſtiterit bene
appellatum eſſe, iudex appellationis reſciſ-
ſa priore ſententia, poteſt & debet proce-
C dere in cauſa principali. *v* Hoc tamen pla-
cuit, vt a quibuſcunque iudicibus eccleſia-
ſticis, ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt
maior auctoritas, fuerit prouocatum, non
eis obſit, quod eorum fuerit ſoluta ſen-
tentia; niſi cõuinci non potuerint, vel ini-
D quo animo iudicaſſe, aut non fuerint ali-
qua cupiditate, aut gratia deprauati. *x* Po-
teſt & iudex appellationis, quãdo lis fuerit
corã primis iudicibus conteſtata ſuper eo-
dem negotio, parte quæ conuenitur con-
tumaciter ſe abſentante, cum ei de meritis
cauſæ liquebit, commiſſum ſibi negotium
diffinire. *y*

### Scholia.

E a *Qui Apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ, dirigũtur a iudice a quo ad iudicem, ad quem prouocatum eſt, c. poſt appellationem, in prin. 2. q. 6. c. 1. ibi* petat Apoſtolos, *& c. 4. de appellatio. in Sexto. l. vnica de libellis dimiſſor. in Gallia loco Apoſtolorum, intra tempus conſtitutũ fit releuatio appellationis, vt dicunt, & docet Maſſuerius in practica tit. de appel. §. 2.*

b *cano. appellantem, cano fin. §. ſimiliter, 2.*

*q.6.cap.de priore, 31.ca.vt debitus honor, de appellationib. l.Imperator Alexander, 25.eod.tit.P.& §. atqui vt omnibus, & §. nam ſi per procuratorem, nouel. 82. §. ad hæc ſancimus, nouel. 126. §. appellationes, nouel. 134. niſi forſan poſt tempus præſtitutum ad appellandum appelletur, aut interdicta ſit legibus prouocatio, d. §. ad hæc ſancimus.* A

c *clem. 1. §. eſt tamen, de app. clem. cauſam, de elect.* B

d *cap. 3. §. ſi vero vocatis partibus, §. quod ſi obiiciatur, de appel. in Sext. vbi ratio.*

e *c. cum ſpeciali, 61. de appel. can. propter ſuperflua, 22. & ſeq. 2. qu. 6.*

f *can. fin. §. iudicibus, 2. q. 6. c. fin. de proba. l. nec cauſas, 51. l. a proconſulibus, 19. l. iudicibus, 24. C. de appel. l. nemo; 3. de temporib. appel. hocq; fieri debere intra triginta dies a tempore appellationis notat Iulianus patritius, in nouellis ca. 422. poteſt & qui appellat, ſibi terminum ad proſequendam ſeu ad inſtituendam appellationem ſtatuere, & ad certam diem ea cauſa citare aduerſarium; ſi tamē longius quam par ſit tempus concipiat, poteſt a iudice a quo, illi terminus præfigi, intra quem debeat ſuperiorem adire, ca. perſonas eccleſiarum, 4. de appel. Sic & iudex a quo appellatur, poteſt compellere appellātem, vt intra certum, competens & conueniens tempus proſequatur appellationem interpoſitam, aut iudicio ſuo pareat, ca. peruenit ad nos, 15. & c. conſuluit, 14. de appel. non poterit tamen iudex a quo præſigere terminum appellanti, intra quem appellationis diffinitionē obtineat, quia tunc imponeret legem ſuperiori deciſionis, quod facere non poteſt, c. cum inferior, de maior. & obed.* C D

g *c. 4. & 5. & c. peruenit, 13. de appel.*

h *cap. dilecto, 63. cap. interpoſita, 70. de appellatio.* E

i *c. ſi a iudice, 10. de appel. in Sexto.*

k *clement. appellanti, de appel. in Sexto. vbi & idipſum dicitur, habere locum in appellatione extraiudiciali. Ratio, quia ſi cauſæ appellandi fuiſſent propoſitæ iudici a quo appellatum eſt, forſan emendaſſet ſententiam, & eas admiſiſſet, cum poſſit contraria ſententia quod iuſſit fecitq; reuocare, l. quod iuſſit, de re iud. P.* A

l *Sic cauſa appellationis a diffinitiua poteſt coram iudice, ad quem appellatum eſt mutari, & alia allegari, l. 3. §. fin. l. ſcio quæſitum, §. ſi. de appel. l. eos qui, 6. §. ſi quid autem, l. in offerendis, 35. §. fin. C. de appel. l. per hanc, C. de temporibus appellat. Quod intelligendum eſt, ſi ad eandem actionem & cauſam pertineant, alioquin in cauſa appellationis non licet nouam actionem in locum prioris ſubſtituere, d. l. per hanc, niſi forſan in cauſa beneſiciali ad ſummum pontificem prouocatum fuerit, qui poterit de nouo de cauſa poſſeſſorii & petitorii cognoſcere, clement. 1. de cauſa poſſeſſio. & proprieta.* B

m *can. placuit, 9. 2. quæſtio. 6. ex Iulio Papa in decretis ſiue in reſcriptis ad Orientales cap. 22.* C

n *cap. 2. §. ſi vero, & §. quod ſi obiiciatur, de appel. in Sext.*

o *c. reprehenſibilis, 26. §. ſi autem, de appel. Punitur appellans, qui non proſequutus fuerit appellationem, in expenſis aduerſarii. Et ſi non habebit proprium, puta quod ſit monachus, filiusfamilias punietur aliter ex arbitrio iudicis, cano. ſi res, 14. q. 6. can. c. ſinem litibus, de dolo & contumac. cap. cæterum, c. fin. de reſcript. l. eum quem temere, de iud. P.* D

p *c. 1. §. fin. de appel. in Sex. vbi ratio, ne eludatur iudex & aduerſarius. facit quoque c. cum ſpeciali, §. exceſſu quoque, verſ. nullo autem, c. interpoſita, 70. §. fin. eodem tit. apud Gregor. §. in omnibus, nouel. 126. Præſtantur autem iſtæ impenſæ ob contumaciam tantum, non habita ratione principalis cauſæ litis, an iuſta vel iniuſta ſit ei, cui præſtantur, c. cum dilecti, in fine de dolo & contumacia. c. ad hoc, in fin. de ſequeſtra. poſſeſſio. cap. quoniam, §. in aliis, vt lite non conteſta. l. ſancimus, C. de iudic. auth. qui ſemel, C. quomodo & quando iudex, l. eum quem temere, de iudic. P. eruntque itaq; iſtæ expenſæ ſoluendæ, antequam contumax vlterius audiatur, d. l. ſancimus, & d. c. quoniam, §. in aliis.* E



q *can. 27. omnino, 2. q. 6. ca. reprehenſibilis, de appella. Iſti ſumtus aliquando etiam ad quadruplum impenſarum taxati fuerunt, d. can. omnino, aliquando ad duplum, can. libellum, 3. q. 4. hodie tantum ſimpli ſunt, l. non ignorat, l. terminato, de fructibus & lit. expenſ. veruntamen vltra ſumtus ſolent aliter puniri temere appellantes ex conſtitutionib. regnorum multis pecuniariis, vt in iure ciuili, in cauſa ciuili multa quinquaginta librarum argenti, l. ab executore, C. quorum appellat. non recipian. Irrogatur & in criminali infamia & litis amiſſio, l. a proconſulibus, de appell. C. niſi in primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc appellans temere arbitrio iudicis ad quem puniretur, l. eos, §. nec temere, de app. C. Rurſus & ſi quis ad munus vel honores nominatus, appellauerit, nec obtinuerit damnum, quod interim reſpublica paſſa fuerit, præſtare cogetur; Idipſum dicetur de eo, qui a tutelæ datione temere appellauit, l. imperatores, 21. §. ſi magiſtratus, de appel. l. 1. ſi tutor vel curator appellauerit.* A B C

r *c. cum in eccleſia, 31. cap. vt debitus, 59. §. cum autem, verſ. etſi minimis, cap. cum ſpeciali, 61. de appel. cap. Romana, 3. §. fin. & cap. cum appellationibus, 5. eodem titul. in Sexto.* D

s *d. c. cum appellationib.*

t *Sic conſenſus partium indeciſa appellatione remiſſionem operatur, non aliud. ca. accepta conqueſtione, 35. de appel. c. fin. §. fin. & cano. ſi quis epiſcopus. 2. q. 6. c. per tuas, de ſentent. excommun. l. eos qui, §. de appel. ſed & pars appellans ante cognitionem appellationis, poteſt redire ad iudicem a quo appellauit, etiam non conſentiente appellato, cui tamen non conſentienti ſumtus, quos iam fecit, reſtitui debent, ad illos condemnato appellante, ca. interpoſita, §. 1. de appellat.* E A

v *c. ad probandum, 24. de ſenten. & re iudic. c. vt debitus, 59. §. cum autem, verſ. alioquin ipſe procedat, & c. cum ſpeciali, §. exceſſu quoque, verſic. appellationis cauſa, de appellat.*

x *can. hoc autem placuit, 37. 2. quæſtio. 6. ex concilio Carthaginenſi, 3. c. 10. Sic iudex præſumitur ex officio iudicaſſe, quia appellationis iudex interdum in melius, interdum in peius ſententias reformare poteſt, l. 1. de appellatio. P. & quod ex officio ſit præſumitur recte factū, niſi fraus aut malitia doceatur, cano. abſit, cano. ſi epiſcopus forte, 11. quæſt. 3. can. Lugdunenſis, 9. q. 2. c. ſicut, de ſentent. & re iudic. c. in præſentia, de renuntiation. Aliter enim ſi conſtet quod iudex iniquo animo male iudicauerit, arbitrio iudicis ſuperioris emendabitur, l. fin. de variis & extraordinar. cognitio. nam & facit iudex litem ſuam, tenetur que ad litis æſtimationem, qui odio, dolo, pecunia, ſeu per ſordes iudicii ſui ſententiā corruperit, quæ poſtea reformata fuerit, l. 2. C. de pœna. iudic. qui male iudica. §. 1. de obliga. quæ ex quaſi delicto naſcun. cum ſimil.* B C

y *c. per tuas, 58. §. fin. de appel. quod intellige concurrentibus omnibus prædictis, dum de diffinitiua pronuntianda actum eſt; videlicet, ſi de proprietate rei agatur, & ſit appellatum poſt conteſtationem litis, teſtibus publicatis ante ſententiam, & contumax fuerit appellans, cap. prout, de dolo & contumac. quo loci plene id tractatur. Et ſi agatur de poſſeſſione, ſi poſſeſſor eſt præſens, & abſens actor, tunc ſiue fuerit lis conteſtata, ſiue nō, poteſt dari diffinitiua, ſi conſtet de meritis cauſæ, & ſic intelligitur cap. cauſam, de dolo & contumac. cap. audita, de reſtitutione ſpoliatorum. authentica, qui ſemel, Codic. quomodo & quando iudex; quod ſi non liqueat de cauſa, abſoluendus erit reus ab obſeruatione iudicii, & in expenſis condemnandus actor, l. pro-* D E

*perandum,§.ſi quidem,de iudicat.C.cum* A
*ſimilib.*

## Cap. VII.

### *De effectu appellationis & attentatis.*

APpellatione pendẽte indeciſa coram
iudice ſuperiore nihil innouandum
eſt in eius præiudicium; fitq; ob eam cau-
ſam iudici,a quo appellatum eſt,inhibitio B
per iudicem ad quem appellatum fuit; &
innouatum vel attẽtatum,ſi quod factum
fuerit,erit reſcindendum,*a* niſi qui appel-
lauerit quoque contra appellationẽ ſuam,
vel aduerſarii ſui ante factam, prior noua-
uerit aliquid.*b* Itaque appellatio deuoluit
cauſę cognitionem ad ſuperioris tribunal,
maxime vbi eſt admiſſa ab inferiore.*c* Nec
ſolum cauſæ ipſius deuolutum cenſetur
principale negotium ea admiſſa,ſed etiam C
eius acceſſoria. *d* Suſpendit quoque ap-
pellatio exſecutionem ſententiæ, vt & of-
ficium iudicis, qui eam protulit in ea cau-
ſa & articulo, in quibus appellatum eſt; *e*
non autem in aliis non coniunctis,ſi ab in-
terlocutoria appelletur.*f* Et hæc regulari-
ter intelligenda; aliquando enim appella-
tio ex ratione aliqua iuſta non ſuſpendit
omnino officiũ iudicis,a quo appellatum
eſt,quominus aliquid efficaciter agat. Et D
proinde reo appellante a ſententia contra
eum lata, fructus rei petitæ, ſi ab eo diſſi-
pentur,ſequeſtrantur.*g* Neque impediet
appellatio effectum confirmationis præ-
cedentis.*h* Nec exſecutionem eorum,quæ
iure, non obſtante appellatione, & ſine
præiudicio eius exſecutioni mandari poſ-
ſunt; *i* ſic ſententia excommunicationis
ſeu ſuſpenſionis non obſtante appellatio-
ne ab ea,ſortitur effectum.*k* Poteſt & ex- E
communicatus,pendẽte appellatione, ab-
ſolui ad cautelam,*l* & non obſtante appel-
latione a collatione beneficii ſibi antequã
vacaret promiſſi,alteri factæ, datur poſſeſ-
ſio & collatio. *m*

Scholia.

a *Hæc omnia in cano. poſt appellationem,§.*
*Vlpianus,2.q.6.l.vnica,nihil nouari ap-*
*pellatione pend.P. exempla reuocationis*
*factorum poſt appellationem ponuntur in*
*c.1.ad præſentiam,16.cap.dilectus,55.de*
*appel.c.licet,14.de ſenten.excom.in Sext.*
*ca.cum olim,32.de offic.delegat.c.cum tu*
*filii,16.de teſtib.c.dilectæ,10.de exceptio.*
*cum ſimil.Explicatio porro horũ omnium*
*petenda eſt ex cap.non ſolum,7.de appella.*
*cuius verba hic inſeram:* non ſolum in-
nouata poſt appellationem a diffinitiua
ſententia interiectam, debent ſemper
(exceptis caſibus, in quibus iura poſt
ſententiam prohibent appellare) ante
omnia per appellationis iudicium pe-
nitus reuocari,ſed etiam ea omnia,quæ
medio tempore inter ſententiam & ap-
pellationem (quæ poſt modum intra
decennium interponitur ab eadem)
contigit innouari, ac ſi poſt appellatio-
nem eãdem innouata fuiſſent.Illa vero
quæ poſt appellationem ante ſenten-
tiã diffinitiuam innouantur, donec ap-
pellationis cauſam veram eſſe conſtite-
rit, reuocari non debent, niſi iudex ap-
pellationis (poſtquam ſibi conſtiterit
poſt appellationem admiſſam, ex cauſa
probabili fore ad ſe deuolutã) inhibeat
canonice iudici, a quo appellatum ex-
ſtitit ne procedat, tunc enim poſt inhi-
bitionẽ huiuſmodi quicquid fuerit in-
nouatum eſt(licet cauſa nõ ſit vera) per
appellationis iudicium ante omnia in
priſtinum ſtatum reducẽdum. *Hæc ibi.*
*Attentata & innouata dicuntur facta a*
*iudice, a quo appellatur, vel a parte poſt*
*appellationem canonice interpoſitam, &*
*dicta attentata,eo quod quæ facta ita tunc*
*ſunt,non valent,vt vere facta,ſed tãquam*
*conatus ad faciendum imperfecti, id eſt,*
*tentata num fieri poſſent habentur, expli-*
*catur in l.iubemus,14.§.1.de ſacroſ.eccl.*

b *Paria ſunt enim quod ad effectum,non fie-*
*ri vel fieri inutiliter,l.quoties, qui ſatiſda-*
*re cogantur.Innouare & attentare autem* A
*non dicitur tertius aliquis a litigantibus*
*& iudice,ſi pendente appellatione aliquid*
*agat contra inhibitionem parti vel iudici,*
*a quo appellatur factam,nec ratione atten-*
*tatorum ex eo tenetur,ca.Romana,3.§.in*
*alium, de appellat.in Sext.dictum autem*
*in regula attentari contra appellationem*
*indeciſam; nam ſi aliquid caſu dicatur*
*corruere, non fit attentatum, quia cauſa*
*redit ad priorẽ iudicem ſubmoto impedi-* B
*mento iudicis ſuperioris,veluti ſi renuntia-*
*tũ ſit appellationi, c.4.verſ. niſi appellatio-*
*ni,de appel.vel ſi iudex grauamen reuoca-*
*uerit,c.ſi a iudice,10.de app.in Sext.vel ſi*
*alio modo appellatio non ſubſiſtat,vel rei-*
*ciatur,c.non ſolum,7.verſic.exceptis caſi-*
*bus,eod.tit.ca.fin.de dolo & contumacia.*
*ſed & dictũ inhibitionem factam iudici,a*
*quo appellatum,facere attentatum poſtea*
*geſtum,quod intelligendum de appellatio-* C
*ne ab interlocutoria,in qua oportet poſt in-*
*terpoſitionẽ prius inhibere iudicem a quo,*
*quam attentaſſe dicatur, d.c.non ſolum,§.*
*illa autem.*

c *c.ſæpe,§.ſatius,de appel.c.1.c.non ſolum,7.*
*eodem tit.in Sext. & ea ratione impeditur*
*cognitio inferioris iudicis in ea cauſa,quia*
*admittendo appellationem, & ei differen-*
*do videtur quantum in ſe eſt,a ſe abdicare*
*iuriſdictionem,ca.cum appellationibus,de* D
*appellat.in Sext.*

d *c.dilectis filiis.55.de appel.*

e *cap.venientes,19.de iureiurand.d.cap.di-*
*lectis.Diſputant porro interpretes,num ap-*
*pellatio ſuſpẽdat vel exſtinguat iudicatũ,*
*nos vero paucis reſoluemus,ſuſpendere ve-*
*re iudicium ratione futuri euentus; quia*
*fieri poteſt vt probetur,vel improbetur, &*
*eatenus ſuſpenditur.Et quia interim iudi-*
*catum caret exſecutione dicitur etiam ex-* E
*ſtingui ſecundum quid. Sic intelligenda l.*
*tale pactum,§.qui prouocauit, de pactis,*
*in Pan.l.furti,de his qui notan.infam.P.*
*l.1.§.fin.ad Senatuſconſultum Turpil. &*
*ita quoque ſuſpenditur poſt appellationem*
*officium iudicis a quo appellatur in cauſa* A
*appellationis. capit.licet, de officio legat.*
*capit.ſacro,de ſententia excommunicato.*
*capit.paſtoralis,§.præterea,& capit.fina.*
*de officio delegat. & impedit appellatio-*
*nem, interim ſententia tranſeat in rem iu-*
*dicatam,neve pendente appellatione inde-*
*ciſa mandetur exſecutioni, exceptis caſi-*
*bus notatis ab Innocentio ad cap.paſtora-*
*lis,de officio delegat. Poterit tamen iudex*
*in alia cauſa,quam a qua appellatum eſt,* B
*procedere contra appellantem,cap.cum te-*
*neamur,17.& cap.præterea,21.de appel.*
*niſi forſan ea cauſa,in qua appellatum non*
*eſt,ſit ita ei,in qua appellatum eſt,coniun-*
*cta,vt ſeparatim, & niſi poſt appellationis*
*deciſionem tractari & decidi nequeat,*
*quo & caſu nec in ea iudex,a quo appella-*
*tum eſt,procedere poterit, capit.ſuper eo,*
*10.de appellatio. vt & in exemplo cano.*
*poſt appellationem, §.ſi quis ex pluribus,* C
*2.quæſtio.6.l.vnica,§.fin.nihil nouari ap-*
*pellat.pendent. Si etiam a iudice vt ſuſpe-*
*cto appellatum erit quodve noluerit ob re-*
*cuſationes propoſitas abſtinere in cauſa a-*
*liqua, non poterit idem iudex contra ap-*
*pellantem etiam in alia cauſa procedere*
*pendente appellatione, quia eadem vide-*
*tur cauſa.*

f *cap.præterea,cap.ſuper eo,cap.ad hæc,cap.*
*propoſuit,de appellatio.l.1.eum qui appel-* D
*lauerit in prouincia defendi, lib.49.Pan.*
*tit.11.*

g *c.fin.de ſequeſtratio.poſſeſſio.cano.quoties*
*poſt,2.q.6.*

h *cap.conſtitutus,de appellatio. & ibi Inno-*
*centius.*

i *Nempe quando grauamen poteſt reuoca-*
*ri in diffinitiua,non aliter,l.iudex, l.Pau-*
*lus,de re iudic.P.l.diui fratres,de pœnis.P.*
*l.1.ſentent.reſc.non poſſ.P.quare ſi de ali-* E
*mentis agatur,pendente appellatione exſe-*
*cutio ſit,l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo,de in-*
*offic.teſtam.P.*

k *cap.dilecti,52.§.fin.& cap.paſtoralis,53.*
*§.verum quia,de appellatio.cap.is cui,20.*

§.fin.de ſententia excommunicat. in Sext. A prohibet tamen appellatio, ne poſt eam excommunicari poſſit appellans valide, cap. dilectis, 55. de appellationi. quod ſi fiat, erit abſoluendus excommunicatus, capit. ad præſentiam, 16, de appellatio. Sed & excommunicatio ſub conditione lata, ſi appellatio interponatur ante conditionis euentum, eam ſuſpendit. cap. præterea, 40. de appel.

l c. qua fronte, 25. de appel.

m cap. relatum, 3. de conceſſio. præben. quia manifeſtum eſt, illam promiſſionem non valuiſſe, cum beneficia promitti nō poſſint, antequam vacent, nec conferri. ca. 2. eod. tit. c. deteſtanda, c. ne captandæ. eodem tit. in Sexto.

## Capvt VIII.

### De exſtinctione & ſublatione appellationis, renuntiatione & deſertione.

C

EXſtinguitur appellatio, vel tollitur multis modis; vt ſi iudex a quo appellatur, reuocauerit grauamen a quo appellatum eſt, quare & tunc in cauſa protulit, dummodo ex alia cauſa legitima non ſit ſuſpectus. *a* Quemadmodum autem iudex mutando & corrigendo ſententiam, poteſt exſtinguere appellationem; ſic etiam appellans mutando conſilium, & renun- D tiando appellationi expreſſe, *b* vel tacite, quod accidit multis modis, veluti ſi appellans non petat Apoſtolos intra triginta dies, *c* ſi non adierit ſuperiorem intra tempus præfixum, *d* ſi non proſequatur appellationem intra annum vel biennium, vel aliud tempus a iudicibus diffinitum, prout que cauſarum qualitas poſtulat. *e* Si is qui appellauit, poſtea produxit teſtes, vel E agat in cauſa coram iudice a quo appellauit. *f* Quare appellatione deſerta, poterit iudex prior procedere in cauſa non diffinita, *g* poterit tamen, qui ad priorem iudicem redit per deſertionem, iterum appellare ſi iterum grauetur. *h* Quod ſi a ſententia diffinitiua appellatum fuerit, & deſerta ſit appellatio, perſecutio deſertæ appellationis non impedit, quo minus ſententia tranſeat in rem iudicatam, *i* ſi alioquin illa ſine appellatione eſſet aliqua, non ita ſi fuiſſet alioquin nulla. *k*

## Scholia.

a cap. cum ceſſante, 60. de appellationibus. l. quod iuſſit, de re iudic. Pand. dummodo B appellans non fecerit ſumtus in proſequenda appellatione, l. ſi pecuniam, de condictio. ob cauſam, nam non videretur res integra, & videretur adhuc grauatus remanere appellans, niſi ei ſumtus reſtiturerentur, & redderetur indemnis ex appellatione; quod ſi fieret, poſſet iudex reuocare grauamen etiam eo inuito, quia eius nihil intereſſet. cap. interpoſita, §. 2. de appellationib. dummodo etiam appellatio non fuerit deducta C in iudicium ſuperioris, alioquin autem iudicis officium eſt, corrigere quod minus legitime fecit, cap. qualiter & quando, de accuſatio.

b Deſiſtendo expreſſe ab appellatione, vt in can. ei qui, §. ſi quis libellos, 2. quæſtione 6. cap. 4. de appellation. in Sexto. dummodo etiam aduerſarii non interſit & ſumtus in proſequenda appellatione non fecerit; vel D ſi fecerit, ſi ei reſtituantur, dict. cap. interpoſita, §. 2. de appellatio. ibi refuſis impenſis, &c.

c c. ab eo, 6. c. vt ſuper, de appellat. in Sexto. clem. 2. eod. tit.

d d. c. perſonas, 4. de appel.

e cap. cum ſit Romana, 5. de appellatio. qui non proſequitur, videtur renuntiaſſe appellationi, cap. directæ, 39. eodem capit. gratum, de officio delegat. Et ita per eam negligentiam proſequendi firmatur iuriſ- E dictio iudicis a quo, & damnatur in expenſis, aduerſario negligente, appellans. cap. reprehenſibilis, 26. cap. ad hæc, 27. ca. peruenit, 28. & capit. 33. de appellatio. fit aliquando reſtitutio contra lapſum biennii, vt in capit. ex ratione, 8. eodem titul. declaratur & deſerta extraiudicialis ap- A pellatio, quam quis intra annum non fuerit proſequutus. clement. 3. de appellatio. declaratur autem a quo tempore currat mora proſequendæ appellationis in clemen. quandiu, 4. eodem tit. agitur & de termino proſequendæ appellationis, in cap. ſæpe contingit, 44. eodem tit. apud Gregorium. A quo vero ſtatuatur terminus ad proſequendum, an a iudice, a quo appellatur, an a iudice ad quem, docetur in cap. ex inſi- B nuatione, 50. eodem tit. dicitur autem ibi terminum diffiniendæ appellationis, non poſſe ab inferiori ſuperiori præſcribi, cano. anteriorum, §. ad hæc, 2. quæſtio. 6. quia inferior non poteſt legem dare ſuperiori, cap. cum inferior, de maiorita. & obedien. can. inferior, 21. diſtinctio. cap. innotuit, de electio. l. minor, de minoribus, 25. annis. l. ille a quo, §. tempeſtiuum, ad Seatuſconſult. Trebellian. poterit nihilominus in- C ferior appellanti præfigere terminum, intra quem teneatur adire ſuperiorē, & incipiat proſequi appellationem; non autem vt diffinitionem obtineat. Sicut & ipſe appellans poteſt ſibi terminum ponere & appellatus minuere ſi velit terminū legalem, vt & iudex ſuperior ratione habita cauſæ, vbi ea fuerit ad illum deuoluta, poteſt abbreuiare terminum iuris & cogere litigantes appellationem proſequi, vt docetur expreſſe D in capit. oblatæ, 57. de appellationibus. Cæterum hic obſeruandum eſt, cum gloſſ. ad dictum cap. oblatæ, ad verba pars appellata, quod tempus legale quod inductum eſt ad proſequendam appellationem, eſt annus, & ex iuſta cauſa biennium, vt in dicto capit. oblatæ, & in capit. cum ſit Romana, capit. conſtitutus, capit. ex ratione, eodem titul. de appellation. Quod tēpus pars appellata non poteſt præuenire, E niſi pars appellans ſine præfixione termini a ſe nec a iudice facta, appellauerit; quo caſu poteſt appellatus literas commiſſionis impetrare, quarum auctoritate in appellationis cauſa procedatur, dummodo nimium præcurrat, vt appellantem in A commiſſione impetranda ſupplantet. cap. oblatæ, §. licet igitur, de appellation. facit cano. ei qui, §. appellatus, 2. quæſtio. 6. terminum vero proſequendi ſtatutum ab homine neutra pars poteſt præuenire, cap. ſæpe, de appellation. At appellans poteſt eum terminum legalem quandocunque, & ſi velit, poteſt literas ea de re impetrare, cum in eius fauorem tempus illud ſit B conſtitutum, capit. bonæ, de confirmatio. vtili vel inutili. Illud autem notatur, quod de iure intra terminum legalem cauſa appellationis debet eſſe determinata, nec poſſet vltra protendi, dict. cano. ei qui appellat, 2. quæſtio. 6. l. fin. & l. nemo, de temporibus appellat. niſi ex iuſta cauſa prorogetur, vt in dict. c. cum ſit, & ca. conſtitutus, de appellat.

f cap. directæ, 39. de appellationib. capit. ex C ore, de his quæ fiunt a maiori parte, capit. c. ſi de terra, & cap. accedentibus, de priuileg.

g c. conſtitutus, 45. de appel. quod ex concilio Lateranenſi conceſſum fuit dict. c. directæ, 39. & c. reprehenſibilis, c. ſæpe, eod. tit. permiſit & ius ciuile in l. fin. §. fin. de temporib. appellat.

h d. c. directæ, 39. de appell.

i clem. ſi appellationem, 6. eod. tit. cuius hæc D verba: ſi appellationem per negligentiam appellantis deſertam, appellans ipſe cum appellato, aut appellatus etiam poſt & principaliter proſequatur, non ideo minus in rem iudicatam cenſebitur tranſiuiſſe ſententia, a qua fuerit appellatum. & ibi gloſſa ad verbum appellatus, reſoluit non valere ſententiam a ſuperiore ſuper cauſa appellationis latam poſt deſertionem appellationis, prior erit E ratio, quia deſerta appellatione, ipſe deſinit eſſe iudex, & lata ſententia a non ſuo iudice non tenet. titul. ſi a non competen. iudic. Cod. cap. at ſi clerici, de iudic. Item 2. quod appellatione deſerta, ſententia iudicis, a qua appellatum fuit, tranſiuit in rem iu-

*dicatam, quia non cenſetur ab ea appellatum, & appellans cadit cauſa, cap. ſæpe, de appel. & contra rem iudicatam ſententia lata non valet, cap. inter monaſterium, de ſentent. & re iudic.*

A

k *gloſſa fin. ad dictam clementinam ſi appellationem, de appellat. nam nulla ſententia ab initio, non poteſt tranſire in rem iudicatam, etiam ſi ab ea appellatum non fuerit; & proinde ſi appellatum quidem fuerit; ſed deſerta fuerit appellatio, & perinde habeatur, ac ſi nõ fuiſſet appellatum, non tranſibit quoque in rem iudicatam, vt quando non fuit omnino appellatum, cap. licet, de ſententia excommunicatio. in Sext. & ibi notatur. Si autem ſententia eſſet aliqua, & non nulla, vt puta contra ius litigatoris pronuntiata, appellatione deſerta, ea tranſibit in rem iudicatam perinde ac ſi appellatum non fuiſſet.*

F I N I S.

# INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM IN LIBRIS PARTITIONVM IVRIS PONTIFICII CONTENTORVM.

## CVIVS PRIOR NVMERVS NOTAT LI*brum, ſecundus titulum, tertius caput, quartus numerum.*

Porro locum in gloſſa notatum facile litera interlinearis textus indicabit.

## A.

*ABbates qui lib. 2. tit. 9. cap. 3. num. 5. abbatiſſæ eod. abbatis dignitas poſt epiſcopum eod. gloſſ.*
*abbatibus benedictio datur pro conſecratione lib. 1. titul. 29. cap. 6. num. 3.*
*abbatibus quæ ſunt prohibita in iuriſdictione epiſcopi, & alibi, lib. 5. tit. 1. cap. 4. iuncta gloſſa.*
*abbatia beneficium lib. 1. titul. 27. capit. 5.*
*abbatiſſa electa quando priuetur iure, ſi non benedicatur intra annum, lib. 1. ti. 28. c. 4.*
*abigeatus pœna lib. 4. tit. 10. c. 8.*
*abigeatus quid lib. 4. tit. 10. c. 2. nu. 6.*
*abiuratio hæreſeos quomodo facienda, lib. 2. ti. 6. c. 8. an abiuratione quis euitet pœnam mortis & confiſcationem bonorum, eo. glo.*
*abolitio criminis rei & accuſationis, quando impediat repetitionem accuſationis, lib. 5. tit. 9. c. 6. gloſſ.*
*aborſus pœna, lib. 4. tit. 13. c. 5. nume. 8.*
*aborſus & abortus in quo differant, lib. 2. tit. 3. c. 4. gloſſ.*
*abortiui partus non ſunt ſepeliendi in loco ſacro, lib. 1. tit. 15. c. 7. litera* h.
*abſens non contumax non eſt iudicandus, lib. 5. tit. 14. c. 5.*
*abſentem niſi contumacem non licet accuſare lib. 5. tit. 9. c. 5.*
*abſentes quos fructus præbendæ eccleſiaſticæ percipiant, lib. 1. tit. 27. c. 3. nume. 3.*
*abſolutio a pœna & culpa, lib. 4. tit. 16. cap. 9. in fine.*
*abſolutio ad cautelam, & abſolutio cum reincidentia, lib. 4. tit. 16. c. 9. & ibi gloſſa.*

abſolu-



*abſolutio de quibus, & a quibus fiat, vel non fiat, lib. 4. tit. 16. c. 10. & c. 11.*
*abſolutio publica, priuata & a quibus, lib. 1. tit. 10. c. 8. nu. 3.*
*abſolutio peccatorum quid, lib. 1. tit. 10. c. 8.*
*abſolutionis formulæ ſolemnis vel non ſolemnis excommunicationis, lib. 4. titul. 16. cap. 12.*
*abſolutionis ſpecies ſolemnis & non ſolemnis & aliæ, li. 4. tit. 16. c. 9. & cum reincidentia in excommunicationem quæ, &c.*
*abſolutionis a peccatis forma, lib. 1. tit. 20. c. 10. num. 2.*
*abſolutus a crimine in foro pœnitentiali poteſt damnari poſtea in foro contentioſo, lib. 5. tit. 9. c. 2. gloſſ.*
*abſtinentia de præcepto eccleſiæ quando, lib. 1. tit. 18. c. 3. nu. 2.*
*abſtinentiæ & ieiunii diſtinctio, lib. 1. tit. 18. c. 1. litera* k.
*acceptatio requiritur in collatione abſenti facta, lib. 1. tit. 28. c. 16. nu. 2.*
*acceptilatio quid, lib. 3. tit. 1. c. 8. gloſſ.*
*acceptio in obligatione quid, lib. 3. tit. 1. cap. 7. gloſſ.*
*accuſare nemo ſeipſum tenetur niſi in foro pœnitentiali, lib. 5. tit. 9. cap. 1. gloſſ.*
*accuſare qui poſſunt & qui ſint vel non ſint legitimi accuſatores, lib. 5. tit. 9. c. 3.*
*accuſare nemo inuitus cogitur, lib. 5. tit. 9. cap. 3.*
*accuſari qui poſſint vel non, lib. 5. tit. 19. c. 5.*
*accuſatio quid, lib. 5. tit. 9. c. 1. & quotuplex eod. num. 3. publica priuata, ſolemnis, &c.*
*accuſatio de quibus fiat, lib. 5. tit. 9. c. 2.*
*accuſatio quorundam criminum, quæ inſcriptione ad talionem non exigunt accuſatorem, lib. 5. tit. 9. c. 4. gloſſ.*
*accuſatio criminis quomodo tempore excludatur, lib. 5. tit. 9. c. 5. gloſſ.*
*accuſatio ſcriptum deſiderat, lib. 5. tit. 12. c. 3. num. 6.*
*accuſationis finis, effectus & cauſa, lib. 5. tit. 9. c. 6. num. 3.*
*accuſationi legitimæ quæ adeſſe debent, lib. 5. tit. 9. c. 4.*
*accuſationes non debent omnes accuſatos ſuſpectos reddere ob frequentes calumnias, lib. 2. tit. 6. c. 8. gloſſ.* g
*accuſatoris publici loco hodie promotor vel procurator fiſcalis qui ſine metu calumniæ accuſat, lib. 5. tit. 9. c. 3. gloſſ.*
*accuſatus & abſolutus an de iiſdem criminibus, & quando accuſari poſſit, lib. 5. titu. 9. c. 2. nume. 1.*
*accuſato vel ei, contra quem inquiritur edenda ſunt nomina teſtium indicta inquiſitoribus, lib. 5. tit. 9. c. 4. nu. 6.*
*acolythæ qui in eccleſia, lib. 2. tit. 9. c. 2. nu. 6.*
*acta facta coram arbitris faciunt fidem coram iudice ordinario, lib. 5. tit. 4. c. 8.*
*acta litis coram vno iudice facta probant coram alio inter eaſdem perſonas, & in eadem re, li. 5. tit. 10. c. 5. nu. 4.*
*acta iudicialia ſubſcripta ab amanuenſe iudicii probant ſine teſtib. lib. 5. tit. 12. c. 5.*
*acta iudicii cum ſola ſubſcriptione amanuenſis fidem faciunt publicam, lib. 5. titu. 12. cap. 2.*
*acta iudicialia falſans vt puniatur, lib. 5. titu. 12. c. 6. in gloſſ. 2. in fi.*
*actio mandati directa pro quibus mandanti detur & contraria procuratori, lib. 3. tit. 18. cap. 8.*
*actio ſeu petitio vniuerſalis, generalis, communis, ſingularis, quid & earum libellus, lib. 5. tit. 1. c. 2. gloſſ.*
*actiones perpetuantur compromiſſo, lib. 5. tit. 4. cap. 8.*
*actionum humanarum diuiſio, lib. 3. tit. 1. cap. 1.*
*actionum & nominum venditio prohibita quomodo, lib. 3. tit. 14. c. 4. gloſſ.*
*addictionis in diem in emtione quale pactum lib. 3. tit. 14. c. 10. gloſſ.*
*adſinitas quid, qui ſint affines, lib. 3. tit. 21. ca. 11. & in quibus gradibus prohibeatur inter illos matrimonium, lib. 3. tit. 21. c. 11. ibique adſinitas primi & ſecundi generis quid, iuncta gloſſa.*
*adornamentum vide citatio. adornamentum perſonale, lib. 5. tit. 6. c. 2.*

*adminicula quando probant,lib.5.tit.10.ca.5.nume.4.*
*adoptionis filiatio,lib.2.tit.3.c.2.*
*adpromiſſor quis,lib.3.tit.11.c.1.gloſſ.b*
*adultero coniugi poteſt debitum coniugale aut vir,aut vxor denegare;imo debet maritus eam ſeparare vſque ad pœnitentiam peractam,lib.3.tit.21.ca.15.gloſſ.l*
*adultera priuatur dote,lib.5.tit.19.c.6.*
*adulterum non liceat marito occidere,lib.4.tit.14.c.2.*
*adulterium ſoluit thorum non vinculum matrimonii.*
*adulterium ſe cõmiſiſſe iactans clericus,quomodo puniendus,lib.4.tit.9.c.9.nu.5.*
*adulterium in genere quid, lib.4.tit.14.c.1.nu.1.& in ſpecie.eod.nu.2.eius pœna,ca.2.eod.& a quo iudice imponatur eod.*
*adulterium quando poteſt vxor viri accuſare iure pontificio,lib.5.tit.9.c.5.*
*aduocatus & aduocatio quomodo diſtinguatur a iure patronatus vel conueniat,lib.2.tit.8.c.5.gloſſ.*
*aduocatis iuſta honoraria debita,quæ & quãta,lib.3.tit.14.c.5.in glo.*
*aduocatos dat iudex ex officio non habentib. etiam ſuos domeſticos,lib.5.tit.2.cap.21.*
*aduocatia quid in iure,lib.2.tit.8.c.5.gloſſ.*
*ægyptiacorum dierum obſeruatio prohibita.l.1.tit.19.c.2.litera b.circa medium.*
*æſtimatio facit rei emtionem, lib.3.tit.14.c.3.gloſſ.p.*
*ætas quæ in ordinibus ſingulis deſideretur,lib.1.tit.13.c.6.iuncta gloſ.n*
*ætas maiorum & minorum quomodo in puniendis delictis conſideranda.libr.4.titul.15.c.6.gloſſa l.*
*ætas an excuſet ab homicidio,lib.4.tit.13.c.3.& cap.5.*
*ætatis legitimæ diiudicatio aliquãdo iudicib. relinquitur eod.c.3.quomodo ætates computentur, eod.cap.4.& quibus probetur, eodem 5.*
*ætatis quæſtio in pluribus iurium quæſtionib. propoſita,lib.2.tit.2.c.6.*
*ætates hominum in vtroque iure quomodo diſtinguantur,lib.2.tit.2.c.1.quomodo iure naturali ſuppleatur vel minuatur, & cẽſeatur præter naturam legitima,eod.c.2.*
*ætates quæ conſtitutæ pro ſingulis ordinibus eccleſiaſticis,lib.4.tit.2.c.2.nu.2.*
*affrairamentum inter virũ & vxorem quid, lib.3.tit.17.ca.2.gloſſ.*
*agareni Sarraceni,lib.2.tit,5.c.1.gloſ.*
*agnatio quid,lib.3.tit.21.cap.9.gloſ.*
*agricultura & agricolarum inſtrumenta & res,an in pignus capi poſſint,lib.3.tit.9.c.3.iuncta gloſſ.p.*
*alchymiſtæ quomodo puniantur,lib.4.tit.11.c.7.nu.6.*
*Alcibiades Chriſtianus reprehenſus a Deo ob nimiam auſteritatem ieiunii, libr.1.titul.18.c.4.glo.x.*
*aleatoris clerici & luſoris quæ pœna,lib.4.tit.8.cap.6.*
*aliena res oppignerari quomodo poſſit vel non, lib.3.tit.9.c.3.*
*alienatio rerum eccleſiaſticarum ſcripturam exigit,lib.5.tit.12.nu.5.*
*altare portatile,lib.1.tit.21.c.5.nu.2.*
*altare veſtibus lugubribus induens in odium inimici quomodo puniendus, lib.4.titul.12.cap.3.*
*altare eligentes ſine epiſcopo aut conſecratum confingentes qua pœna puniendi, lib.4.tit.6.c.3.nume.3.item & quomodo puniendi qui altare veſtibus lugubrib. induunt vel propriis exſuunt in inimicorum odium,eo.nume.4.*
*altaria denudantes vel luminaria ſubtrahentes conſueta in perniciem inimicorum, vetitum & punitum,lib.1.tit.21.c.7.in fin.*
*altaria ſine reliquiis non ſunt erigenda & erecta demolienda,lib.1.tit.14.nu.3.*
*altaria quæ & a quo conſerantur,lib.1.tit.4.c.5.num.3.*
*amicabilis compoſitio quid,lib.3.tit.3.c.2.de quibus iure pontificio permittatur prohibita tranſactione,lib.3.tit.3.c.3.*
*amicabilis compoſitio quid, lib.5.tit.4.c.2.*
*amicabilis compoſitoris & arbitri differẽtia, lib.5.tit.4.c.4.5.*
*anadochi in baptiſmo qui,lib.1.tit.7.c.7.gloſ.*
*anathema quid,lib.4.tit.16.c.1.nu.3.*
*ancillam verberando occidens vt puniatur, lib.4.tit.13.nu.1.gloſſ.*
*Andreas rex Hungarorum & Vela frater eius,lib.2.tit.5.c.2.gloſſ.*
*Angliæ regnum occupanti expoſitum,li.2.tit.6.c.5.glo.n*
*animam occidere & ſuam & alienam quis dicatur & quomodo,lib.4.tit.13.cap.1.*
*animæ defunctorum iuuantur poſt mortem quatuor modis,lib.1.titul.15.cap.8.& ibi gloſſ.litera a*
*animarum curarum quot modis dicitur adhærere beneficio eccleſiaſtico,lib.1.tit.27.cap.2.num.2.*
*annatæ quando impoſitæ beneficiis,lib.1.titu.25.c.1.nu.3.& gloſ.in lit.m.& ibi quando reprobatæ aut temperatæ.*
*annulus ſponſis cur quarto digito imponatur, lib.3.tit.20.c.5.*
*annulos deferre clericis excepto prælato cur interdictum, & quid ſignificet annulus, lib.4.tit.8.c.2.in fi.iuncta glo.*
*antipapa in Schiſmatib.quidã li.2.tit.7.c.2.in glo.lit.c in 8.Schiſmate & ſequentib.*
*antipocha quid,lib.5.tit.12.c 2.iuncta gloſſ.*
*antapocha quid,lib.3.tit.12.c.2.litera m*
*apocha quid,lib.5.tit.12.c.2.iuncta gl.*
*apocha quid,lib.3.tit.12.ca.2.litera n & eius ibi cum acceptilatione differentia.*
*apocryſarii monaſteriorum,epiſcoporum, & diœceſeon qui,lib.2.tit.9.cap.5.nu.13.*
*apoſtata quis, lib.1.tit.5.c.7.nu.3.& gloſſ.n*
*apoſtatæ monachi bona acquiruntur monaſterio etiam ſuperuenientia poſteæ,lib.1.tit.26.c.4.gloſſ d*
*apoſtatæ a fide,lib.2.tit.5.c.1.glo.*
*apoſtoli genuerunt epiſcopos,lib.1.tit.4.c.2.*
*apoſtolorum auctoritas & leges,lib.1.tit.1.c.1.num.6.*
*appellandi formulæ ad ſummum pontificem, vel ad alios vna voce illico, vel in ſcriptis, lib.5.tit.15.c.4.*
*appellante vno ex plurib.quando alii eius appellatione & ſentẽtia iuuẽtur,li.5.ti.15.c.5.*
*appellare qui poſſint vel non,lib.5.tit.15.c.5.*
*appellare qui non poſſint damnati de criminibus,lib.5.tit 15.c.2.*
*appellare an & quando poſſit ab arbitris,lib.5.tit.15.c.2.gl.c*
*appellatio a ſepultura directa non valet,a iure ſepeliendi valet,lib.1.tit.15.c.7.lit.x*
*appellatio a ſententia arbitrorum locum non habet,& quando recipiatur, vel reductio poſſit peti ad arbitrium boni viri,lib.5.tit.4.c.9.gloſſ.i & toto c.10.*
*appellatio a delegato vel a ſubdelegato principis ad quem fiat,lib.5.tit.5.ca.8.nu.2.*
*appellatio remedium ordinarium contra ſententiam,lib.5.tit.14.c.8.nu.1.*
*appellatio quid,lib.5.tit.15.c.1.nume.2.quod iudicialis & extraiudicialis;rationalis & leuis & inanis,eo.nu.3.*
*appellatio de quibus interponi poteſt,lib.5.tit.15.c.2.iure pontificio,& ciuili,eod.*
*appellatio a delegatis vel ſubdelegatis ad quos fiat, lib.5.tit.15.c.3.*
*appellatio,quæ obſeruanda ſunt in appellationibus, li.5.tit.15.c.6.in inſtituendis, proſequendis & iudicandis,& quando contumax non veniens damnãdus, & in quo.*
*appellatio quib.modis exſtinguatur aut tollatur aut deſerta fiat, lib.5.tit.15.ca.8.*
*appellatio a quibus & ad quos iudices fieri debeat,lib.5.tit.15.c.3.*
*appellatio veri contumacis non admittitur contra fictum, lib.5.tit.6.gloſ.in fin.*
*appellatio impedit iudicatum, lib.5.tit.15.c.1.num.1.*
*appellatio fit ad proximum ſuperiorem non ad comparem iudicem, lib.5.titul.15.cap.1.gloſſ.c*
*appellationis effectus,li.5.ti.15.c.7.& quando ſuſpendit iudicatum vel officium iudicis,a quo appellatur.*
*appellationis & ſupplicationis contra ſententiam differentiæ & conuenientiæ,lib.5.ti.14.c.8.nu.4 gl g.*
*appellationi aduerſarii non deferens,non auditur appellans,lib.5.tit.15.c.5.*
*appellationem non admittentium iudicum*

pœnæ & exempla damnatorum, lib. 5. tit. 15. c. 2. gloſſ. c

appellatione remota clauſula ad quæ pertineat, lib. 5. tit. 15. c. 2. iunctis gloſſis e & f & ibi quæ appellationes inde remoueantur vel promittantur.

appellationes & Apoſtoli ſcripturam deſiderant, lib. 5. tit. 12. c. 3. nu. 6.

appellationes friuolæ & extra tēpus appellandi reiiciendæ, lib. 5. tit. 15. c. 5.

appellationum tempora quæ obſeruanda, appellandi, petendi Apoſtolos, eos offerendi & proſequendi explicantur, lib. 5. tit. 15. c. 4. gloſſ. c

approbatio noſtra facit probata, li. 1. tit. 2. c. 2.

aqua quæ idonea eſt baptiſmo, lib. 1. tit. 7. ca. 4. num. 1.

aqua in baptiſmo quando ſacramentum, & quando deſinat eſſe, lib. 1. tit. 7. c. 1. gloſſ. a

aqua & vinum in calice quid ſignificant in Euchariſtia, lib. 1. tit. 9. c. 4.

aquas publicas prohibens & ibi piſcari, iniuriarum tenetur, lib. 4. tit. 9. c. 3. & ibi gloſ.

aquiliana ſtipulatio quid, lib. 3. tit. 1. cap. 8. gloſſ. e

arbiter electus non cogitur ſuſcipere arbitriū, ſed ſi ſuſceperit cogitur iudicare, lib. 5. tit. 4. cap. 6. exceptiones ponuntur ibid. gloſſa.

arbitri an & quando diſſidentes tertium eligant, lib. 5 cap. 4. & 5.

arbitri quidam electi ex iudicibus, alii ex priuatis, alii non ſponte, ſed ex coactione iudicis accepti vel dati, & de eorum differētia, lib. 5. tit. 4. c. 1. gl. z. & c. 2.

arbitri de quib. rebus aſſumi poſſint vel non, lib. 5. tit. 4. c. 3.

arbitri & arbitratoris ſeu amicabilis compoſitoris differentia, lib. 5. tit. 4. c. 5.

arbitri non recipiunt a priuatis iuriſdictionem, ſed cauſæ cognitionem, lib. 5. tit. 4. c. 3. gloſſ. c

arbitri iuris qui, lib. 5. tit. 4. c. 2.

arbitri de his tantum, quibus fuit compromiſſum, iudicant, lib. 5. tit. 4. c. 5.

arbitri num poſſint eſſe iudices cauſæ ſuæ iuriſdictionis, lib. 5. tit. 15. c. 2. gloſſ. m

arbitri iudices qui, lib. 5. tit. 4. c. 1.

arbitri qui eligi poſſint vel non, li. 5. tit. 4. c. 6.

arbitrorum ſpecies ponuntur in lib. 5. tit. 4. cap. 2.

arbitrorum & arbitratorum ſecundum interpretes diſtinctio & explicatio ſeu reprobatio, lib. 5. tit. 4. c. 2. gloſſ. d

arbitrorum aliqui ſine aliis quomodo procedere poſſint vel non, lib. 5. tit. 4. c. 5. glo. b & c. 9. glo. a

arbitrorum ſententiam ordinarius exſequiquitur loci, & coram illo læſio vel reductio ad arbitrium boni viri petitur, lib. 5. tit. 4. cap 9.

arbitrorum poteſtas quibus modis finiatur, lib. 5. tit. 4. c. 7.

arbitrorum ſententiæ effectus, & vt ſit ex pluribus arbitris ea contraria eligenda, lib. 5. tit. 4. cap. 9.

arbitrii acta faciunt fidem coram iudice ordinario. lib. 5. tit. 4. c. 8.

arbitrio quomodo quis cogeretur ſtare, lib. 5. tit. 4. c. 5.

arbitria iure pontificio iuramento deſtando confirmantur, iure ciuili nequaquam, lib. 5. tit. 1. cap. 3.

arbitrorum & iudiciorum quædam concordantiæ, & differentiæ, lib. 5. tit. 4. cap. 1. gloſſ. b

arborum & lapidum cultorum pœna, lib. 4. tit. 12. c. 3. gloſſa.

archidiaconi qui, lib. 2, tit. 9. c. 5. nu. 2.

archidiaconorum poteſtas & cauſa, lib. 5. tit. 2. cap. 5.

archidiaconatus beneficium & eius munus, lib. 1. tit. 27. c. 5.

archiepiſcopus dum pallium accipit iurat fidelitatem ſummo pontifici, lib. 5. tit. 13. ca. 2. num. 4.

archiepiſcopi qui, lib. 2. tit. 9. c. 3. nume. 4.

archipresbyter Vicarius epiſcopi & eius poteſtas, lib. 5. tit. 2. cap. 6. nu. 1. ruralis & ciuitatenſis, eod. gloſſ. l

archipresbyteri qui, & ſpecies ruralis & Ciuitatenſis, lib. 2. tit. 9. c. 5. nu. 3.

archipresbyteratus ruralis, & Ciuitatenſis beneficium, lib. 1. titul. 27. capit. 5.

areopagus cur noctu iudicaret, lib. 5. titul. 1. cap. 3. gloſſ.

argumentum ſpecies probationis & qualis & quid, lib. 5. tit. 10. c. 1. nu. 3.

arma interdicta eccleſiaſticis, lib. 2. tit. 9. c. 8. iuncta gloſſa. k

arma vendentes hoſtibus, quibus pœnis & legib. puniantur, lib. 3. tit. 14. c. 5. iuncta gl.

arma ferens vel armatos gerens clericus quomodo puniatur, lib. 4. tit. 13. c. 5. nu. 3.

Arrianorum error in Chriſti natura, libr. 1. tit. 9. cap. 4.

arrharum datio quid efficiat in contractibus & in ſponſalibus, lib. 1. tit. 20. c. 5. gloſ.

Arrianorum proceſſiones & pſalmodiæ decipiebant Chriſtianos, lib. 1. tit. 20. c. 3.

arrogationis filiatio, lib. 2. tit. 3. ca. 2.

artes quæ interdictæ clericis, lib. 1. tit. 26. c. 3.

artificia & negotia clericis quæ prohibita, lib. 4. tit. 8. cap. 6.

aſyla eccleſiarum quibus negata, lib. 1. tit. 4. c. 13. in gloſſ. c & d.

aſſiſii clerici qui in eccleſia, libr. 1. tit. 27. c. 4. iuncta gloſſa.

aſſiſii clerici qui, lib. 2. tit. 9. c. 5. nu. 6.

attentata & innouata quæ & quando reparanda, lib. 5. tit. 5. c. 7.

attritio quid a contritione differat, lib. 1. tit. 10. c. 5. litera c.

auditus vel de auditu teſtimonium quādo & quomodo valeat, lib. 5. tit. 11. ca. 5. nu. 7.

augmentum lucri donationis propter nuptias & dotis inæqualitas, aliquando probata, poſtea non, lib. 3. tit. 21. c. 15. nu. 5. gloſ. l.

aulici eccleſiaſtici an permittendi, lib. 4. tit. 8. c. 9. iuncta gloſſ.

Auſtriæ & Bauariæ nobilium priuilegium in teſtimoniis, lib. 5. tit. 11. gloſſ. c & k.

authentica ſcriptura quæ, & priuata, libr. 5. tit. 12. c. 2.

B

BAculum Miſſam dicturus non debet ferre in altari, lib. 1. tit. 21. c. 6.

bannitus an amittat beneficium ſine priuatione, libr. 1. titul. 28. capit. 7. in gloſſa.

banniti banno imperiali quales, & occidi poſſunt, lib. 4. tit. 13. c. 3.

bannum matrimonii quid, lib. 1. tit. 12. c. 6. litera z. circa medium.

bannum Longobardorum pecuniaria multa, lib. 4. tit. 15. c. 1. gloſſ. k.

baptiſma vnum nec iterandum, regeneratio vna, lib. 1. tit. 7. c. 3. nu. 1. 2. & 3.

baptiſma ignis purgatorii, iudicii, lib. 1. tit. 7. c. 2. gloſſ. p

baptiſma & chriſma non amittuntur renuntiatione, etiamſi dæmon ſortilegis illud perſuadeat, lib. 1. tit. 8. c. 2. glo. f

baptiſmata profana, lib. 1. tit. 7. cap. 1. gloſſ. c.

baptiſmatum octo inuentæ ſpecies, vnum ſpiritale Chriſtianum cum aqua & Spiritu ſancto, & c. lib. 1. titu. 7. c. 2. ſanguinis fluminis & ſanguinis, eod.

baptiſmus ſimulatus & pro ſanitate quomodo & quatenus proſit, lib. 1. tit. 7. c. 3. num. 5.

baptiſmus non datur, ſuppletur aliquando per fidem Chriſtianam, lib. 1. tit. 5. ca. 8. nu. 2.

baptiſmus quo tempore olim dabatur, quove nunc, lib. 1. tit. 7. c. 9.

baptiſmus ianua aliorum ſacramentorum, lib. 1. tit. 7. c. 10.

baptiſmus quid generaliter, lib. 1. tit. 7. c. 1.

baptiſmi character non amittitur etiam per infidelitatem & hæreſin, lib. 4. tit. 15. cap. 4. gloſſ. d

baptiſmi effectus in remiſſione peccatorum & regeneratione remanente concupiſcentia, lib. 1. tit. 7. c. 10. nu. 1. & circa cognationem ſpiritualem, eod. nu. 2.

baptiſmi cæremoniæ & myſteria ab eccleſia adhibita, lib. 1. tit. 7. ca. 5.

baptiſmi materia aqua & quæ, lib. 1. tit. 7. c. 4. nu. 1. forma quæ, eod. nu. 2.

baptiſmi character indelebilis per peccatum, lib. 1. tit. 7. c. 3. num. 2.

baptiſmum reiterantes ſanitatis cauſa hæretici ſortilegiorum conſilio, lib. 2. titu. 6. cap. 2 nume. 3.

baptiſmum denegans presbyter quomodo puniendus, lib. 4. tit. 5. c. 3.

baptiſmo paruuli priuati an damnati, lib.1. tit.6.ca.6.glo.u.
baptizare qui poſſint, lib.1.tit.7.cap.7.& de miniſtro baptiſmi, eod.
baptizari vbi debeat, in eccleſia parrochiali, & quando alibi, lib.1.tit.7.c.8.nu.1.
baptizari qui poſſint, num & monſtroſi, dormientes, furioſi, gemini, & quomodo, lib.1. tit.7.cap.6.cum ſuis numeris. plures ſimul baptizari, eod.
baptizandorum puerorum fideiuſſores ſeu patrimi, lib.1.tit.7.c.5.num.3.
baptizantium iterum ſeu rebaptizantium & rebaptizatorum pœnæ, lib.1.tit.7.cap.3. nu 2.& gloſ.y.
baptizati ab hæreticis quando rebaptizari iterum debeant, lib.1.tit.7.c.3.nu.3.
baptizati alicubi ſcribuntur, lib.5.titul.12. cap.3.nu.6.
baptizatos bis ordinans quomodo cum ordinato puniendus, lib.4.tit.2.ca.6.
barbam nutriens clericus quomodo puniatur, lib.2.tit.9.c.7.& ibi gl.& ibi, pro barbis & contra barbas plura.
S. Bartholomæus centies in die genua orans flectebat, & totidem noctu, lib.1.tit.20.c. 2.litera m.
beguinorum & beguinarum error, de oſculo mulierum & cognitione, lib.4.tit.14.glo.
Behema nomen quid apud Hebræos ſignificet, lib.4.tit.14.c.8.gloſ.s
bellum incitare aut pugnare, aut pugnantes incitare, vel illis præeſſe eccleſiaſticis interdictum, & de pœna eorum qui id agunt, lib.4.tit.8.c.10 nu.4.
bello ſe dedentium vita ſalua apud Sauromatas vox Zirim apud Græcos ζωγρεῖ, lib. 2.tit.4.c.2.in gloſ.
bella ad vindicandas publicas iniurias, & ad alia iuſta, lib.4.tit.9.c.8.num.1.
bellis & pugnis clerici vel aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ſe commiſcentes, quibus pœnis puniri debeant, lib.4.tit.13.cap.5.
benedicuntur abbatiſſæ quædam, lib.1.titul. 28.cap.4.
benedictio datur abbatibus pro conſecratione quæ ſit epiſcopis poſt electionem, lib.1. tit.29.c.6.nu.3.
Benedictus 9. Papa ignauus ſede pulſus renuntiauit Papatui, lib.2.tit.7.c.2.litera f Schiſmate 23.
beneficialibus de cauſis non poteſt cõpromitti in arbitros, lib.5.tit.4.c.3.
beneficiatus habens duo beneficia vel plura, cuius eccleſia debet dicere officium, cuiuſq; ritus ſequi, lib.1.tit.20.c.6.litera c
beneficiatus tenetur ad horas canonicas dicendas, ſi ſit etiam in minoribus conſtitutus ordinibus, lib.1.tit.20.c.5.glo.
beneficiatus quæ & quatenus, & quibus de rebus eccleſiæ donare poſſit, lib.3.titul.19. cap.3.
beneficiatus in modici valoris beneficio reſidentiam etiam debet, lib.1.tit.27.cap.9. nume.4.
beneficiatus eligere ſucceſſorem in beneficio non poteſt, nec beneficia ſunt hæreditaria, lib.3.tit.22.c.4.
beneficiatus habet domicilium in loco beneficii requirentis reſidentiam, lib.5.tit.1.ca. 6.gloſ.5.
beneficiati an poſſint diſpenſare vel libere teſtari vel donationes facere de fructibus beneficiorum ſuorum, an vſurarii vel vſufructuarii ſint, lib.1.tit.26.c.2.in gl.
beneficiati de quibus diſponere poſſint, libr.1. tit.26.c.5.
beneficiati proprium aliunde habentes ſufficiens victui, non debent ex fructibus beneficii percipere, alioquin ſacrilegium committunt, lib.1.tit.26.c.5.in fi.
beneficiati vſuariis & vſufructuariis quando comparentur, lib.1.tit.28.c.7.
beneficiati abſentiæ cauſæ legitimæ excuſantes, lib.2.tit.9.c.9.iuncta gl.
beneficiati de rebus eccleſiæ teſtari non poſſunt vel de fructibus, lib.3.tit.22.cap.4. niſi ex priuilegio & conſuetudine; vide de priuilegiis & diſpenſatione ibid.gloſ.s
beneficiatos cogit ordinarius oſtẽdere diſpenſationes beneficiorum poſſeſſorũ incompatibilium, aliter eos priuat illis, li.5.ti.2.c.2.
beneficium quando ſequeſtrandum eſt, lib.3. tit.8 c.3.
beneficium epiſtola diui Adriani circa diuiſionem actionum in fideiuſſores, lib.3.tit. 11.c.6.glo.n
beneficium ne quis conueniatur vltra quam facere poſſit deducto, ne egeat pro quibus negotiis, & quibus detur, lib.7.tit.17.c.6. iuncta gloſſ.n, & qui illo beneficio ex dolo & fraude, & inficiatione priuat.eod.
beneficium non confertur illegitime natis ſine diſpenſatione, & quis diſpenſet, li.4.tit. 2.c.1.per totum.
beneficium eccleſiaſticum quibus nominibus dicatur, lib.1.tit.27.ca.1.quid ſit, eod.nu. 2.& quomodo inter ethnicos eſſent beneficia pro cultu diuino, & ſacerdotibus, eod. in gloſſ. requirit reſidentiam vel magnum vel paruum, eod.in gl.litera einſdem.
beneficium nemo cogitur relinquere vel renuntiare, lib.1.tit.27.c.1 glo.
beneficium conſtat temporalibus & officio diuino, lib.1.tit.27.c.7.nu.1.quomodo erigatur, eod.nu.2.quis erigere & conſtituere poſſit beneficium eccleſiaſticum, eodem c.8.quæ obſeruanda in noua erectione beneficiorum, eod.c.9.
beneficium non eſt ſine reditibus eccleſiaſticum, lib.1.tit.27.c.6.nu.10.
beneficium ab epiſcopo non poteſt denegari illiterato a ſe ordinato, lib.4.ti.2.c.4.
beneficii collatio facta a ſuſpenſo, quod non ſeruauerit interdicti ſententiam nulla, lib. 4.tit.4.c.4.
beneficium ſibi conferre non poteſt quiſpiam collator & quare, lib.4.tit.7.cap.2.in fine, iuncta gloſ.
beneficium viuentis ſciens impetrans qua pœna puniendus, lib.4.tit.7.c.3.
beneficium non legitime adeptus fur eſt, lib. 4.tit.10.c.1.item & is qui fructus percipit, & oues non curat, eod.item c.4.
beneficium eccleſiaſticum paternum quis non poteſt conſequi, lib.4.tit.7.c.4.nu.3.
beneficium non poteſt conferri publico aleatori, lib.4.tit.8.c.6.nu.5.
beneficii ſequeſtrationem violans aut impediens, quibus pœnis puniatur, lib.3.tit.8. cap.6.num.2.
beneficii eccleſiaſtici priuatio inter pœnas, lib.4.tit.15.c.4.nu.7.
beneficii ſecundi adeptione vacat prius, lib.1. tit.28.c.4.
Bonifacii 2.& Dioſcori pontificum Schiſma, lib.2.tit.7.c.2.liter.f.Schiſma 12.
beneficii locatio ſeu conductio fructuũ, quando exſpiret morte beneficiati locantis vel non, lib.3.tit.6.c.3.
beneficii impetratio a ſummo pontifice, vel eius legato facta nõ expreſſo poſſeſſo iam ab impetrante nõ valet, contra ſi ex collatione fiat de eo ab ordinario, etſi iam poſſeſſum non exprimatur, lib.5.tit.3.c.2.gloſ.
beneficii renuntiatio metu nulla eſt, ſi vt frater liberetur a carceribus vel metu amiſſionis patrimonii, lib.5.tit.13.c.9.
beneficio priuandus quando a focaria non abſtinens clericus, lib.4.tit.14.c.7.
beneficio priuatur qui a raptore impœnitente eleemoſynas & oblationes accipit, lib.4.titul.5.c.3.
beneficio priuari debet & officio, qui Miſſas dicit in pane fermentato ſine igne aqua ve, &c.lib.4.tit.6.c.3.nu.1.
beneficio deponi debet, qui ebriis Miſſam celebrat, lib.4.tit.6.c.2.
beneficio priuandus qui per laicos de eo prouidetur, vel per laicalem poteſtatem eligitur, & conſentit electioni de ſe factæ. & qui ſe intrudit in beneficio ab alio poſſeſſo, vel ſine titulo, lib.4.tit.2.c.2.
beneficio adepto curato priuatur, qui intra annum citra legitimum impedimentum non fuerit ad ſacerdotium promotus, libr. 4.tit.7.c.4.
beneficio eccleſiaſtico pro quibus priuari poteſt delictis clericus, lib.4.tit.15.c.4.glo.
beneficiis & officiis eccleſiaſticis plectendus tranſgreſſor interdicti, & fit irregularis, lib.4.tit.17.c.6.
beneficia quare diuerſis nominibus appellentur, lib.1.tit.4.c.7.

*beneficia nominata & innominata quæ, libr. 1. tit. 27. c. 3.*
*beneficia impropria quæ dicantur, lib. 1. titul. 27. cap. 6.*
*beneficia cum adminiſtratione quæ dicantur eſſe, lib. 1. titul. 27. cap. 2. nu. 6. & ibi gloſ.*
*beneficia nominata numerantur, lib. 1. tit. 27. cap. 5.*
*beneficia innominata etiam monachatus, & quæ aſſiſis dātur in eccleſia, li. 1. tit. 27. c. 4.*
*beneficia eccleſiæ collata a laicis non proprie beneficia, lib. 1. titul. 27. c. 6. num. 10.*
*beneficia eccleſiaſtica quomodo exſtinguantur, & deſinant eſſe, lib. 1. tit. 27. c. 11.*
*beneficia ſunt ſub cura diœceſani epiſcopi, lib. 1. tit. 2. c. 10. nu. 1. & ſub pleniſſima poteſtate ſummi pontificis, eod. nu. 3.*
*beneficia eccleſiaſtica qui conferre poſſint, lib. 1. tit. 28. c. 1.*
*beneficia quot modis conferantur a ſummo pontifice, lib. 1. tit. 28. c. 12.*
*beneficia qui aliter quam iure ordinario conferre poſſint, aut priuilegio aut conſuetudine aut præſcriptione, lib. 1. tit. 28. c. 13.*
*beneficia quib. conferri debent, & qualitates beneficiandorum quæ, lib. 1. tit. 28. c. 17.*
*beneficia electiua & non electiua quæ dicantur, lib. 1. tit. 29. c. 3.*
*beneficia non ſunt conferenda antequam vacent, & quibus modis vacare dicantur, lib. 1. tit. 28. c. 3.*
*beneficia eccleſiaſtica nō niſi clericis & a clericis conferri poſſunt, li. 2. tit. 9. c. 11. nu. 2.*
*beneficia viuentiū conferri vel donari quando poſſint, lib. 1. tit. 19. c. 3.*
*beneficia plura ſine diſpenſatione obtinēs, quomodo his priuetur, lib. 4. tit. 7. cap. 4. nu. 2. deque diſpenſatione ad ſalutem non tuta, eod. in gloſ.*
*beneficiorum diuiſiones in proprie, & improprie beneficia, rurſum quot ſpecies proprie exſiſtentium beneficiorū, quot ſpecies eorū quæ improprie, &c. lib. 1. tit. 27. c. 2. nu. 1. & ſequent.*
*beneficiorum eccleſiaſticorum inſtituendorū, & conferendorum cauſa & effectus, lib. 1. tit. 28. c. 18. onera eorundem realia, eod.*
*in beneficiorum impetratione quædam ſunt neceſſario exprimenda, libr. 1. tit. 28. c. 6.*
*beneficiorum collatio prohibetur laicis etiam principibus niſi habeant ex priuilegio, lib. 2. tit. 8. cap. 5. nu. 1. & ibi gloſſ.*
*beneficiorum permutatio non fit ſine auctoritate ſuperioris, lib. 3. tit. 15. c. 3. iuncta glo.*
*beneficiorum permutatione non admiſſa quomodo reſtituantur ad beneficia qui renuntiarunt, lib. 3. tit. 15. cap. 6. gloſſ.*
*beneficiorū collatio donatio eſt, li. 3. ti. 19. c. 2.*
*beneficiorum collatio vel impetratio quātum impediatur vel prohibeatur ab excōmunicatione clerici, lib. 4. tit, 16. c. 7. & ibi gl.*
*beneficiorum inſtitutio & deſtitutio ſub cura epiſcopi, item & beneficiatorum deſtitutio, lib. 5. tit. 2. cap. 2. iuncta gloſ.*
*beneficiorum reſeruationes, quas poſſit facere ſibi legatus de latere, & non alii, quaſve nequeat, lib. 5. tit. 3. c. 2.*
*beneficiis ordinibus ſacris quando deſtituendi vſurarii, lib. 3. tit. 5. c. 6. nu. 4.*
*beneficiis priuari poteſt interdictus vel ſuſpēſus miniſtrans, lib. 5. tit. 6. c. 1.*
*beneficiis priuantur ipſo iure, qui captos cogunt ſua beneficia reſignare, vel citatos ad curiam Romanam retinent, incarcerant, &c. lib. 4. titul. 7. c. 1.*
*beneficiis exſuitur alchymiſta, lib. 4. tit. 11. c. 7. num. 6.*
*benef. priuandus cum moniali rem habens, lib. 4. tit. 14. c. 4. iuncta explicatione glo. 1.* & pro inceſtu cum proximis, *eod. c. 5.*
*Bequini & beguini qui, lib. 4. tit. 8. c. 3. gloſſ.*
*bibere ter tantum in conuiuio debent clerici, lib. 2. tit. 9. c. 8. gloſſ.*
*bibere in amorem alicuius viui aut mortui presbyteris prohibitum, & ad bibendum ſe incitare, & vbi bibatur ita, lib. 4. tit. 8. c. 1. in gloſſ.*
*bigamus non ordinandus in clero, libr. 1. tit. 13. c. 6. nu. 4.*
*bigamus ordinatus quomodo puniendus, & qui eum ordinauit, lib. 4. tit. 2. c. 6. nu. 2.*
*blaſphemia quid, lib. 4. tit. 9. cap. 2. gloſſ.*



*blaſphemia quid, libr. 5. tit. 13. cap. 4.*
*blaſphemi pœna canonica, lib. 4. tit. 9. cap. 9. nume. 3.*
*Bonifacii primi, & Iuliani pontificum Schiſma, lib. 2. tit. 7. ca. 2. litera f. ſchiſma 10.*
*bonus quilibet in dubio præſumitur, lib. 5. tit. 10. ca. 5. nu. 2.*
*bona fides in omnibus contractibus deſideratur, lib. 3. tit. 14. c. 2. gloſ.*
*bonæ fidei contractus & actiones & ſtricti iuris cur dicantur, lib. 3. tit. 14. cap. 2. gloſſ.*
*bona clericorum, epiſcoporum & religioſorum debent eſſe communia pauperibus & peregrinis, lib. 1. tit. 16. c. 4.*
*bona eccleſiarum ex quibus accipi poſſint, lib. 1. tit. 27. c. 9. nu. 4.*
*bona eccleſiarum cum neceſſario vendantur, non poſſunt emi ab eorum œconomis aut proximis, lib. 3. tit. 14. c. 6.*
*botoni quid & prohibiti vbi monachis, lib. 4. tit. 8. c. 3. glo. k*
*brachium ſeculare ſeu opem iudicis laici & principum, inuocat eccleſia & epiſcopus pro ſua iuriſdictione, lib. 5. tit. 2. cap. 2. & ibi glo. in litera a.*
*bulla quid, lib. 1. tit. 28. cap. 14.*
*Burchardi decreta, lib. 1. tit. 1. c. 1. nu. 12.*

## *C*

*CAlcei monachorum quales eſſe debeant, lib. 4. tit. 8. c. 3. iuncta gloſſ.*
*calcei monachorum & clericorum quales debent eſſe, lib. 4. tit. 8. c. 2. gl. x. iuncto textu.*
*calciamentorum variæ & inſigniores ſpecies antiquorū præſtantiorū, lib. 4 tit. 8. c. 4. gl.*
*calēdarum Ianuarii ſuperſtitio antiqua ſublata, lib. 1. tit. 19. c. 1.*
*calendis Iulii locationes domorum incipiebāt Romæ, calendis Martii penſiones ſoluēbantur, lib. 1. tit. 19. c. 2.*
*calix conſecrationis nū ligneus & vitreus eſſe poſſit, lib. 4. tit. 6. c. 3. num. 1. iuncta gl.*
*calumniæ iuramentum quid, lib. 5. tit. 13. ca. 1. num. 6.*
*calumniæ in probos viros frequentes, lib. 2. tit. 6. c. 8. gloſſ.*
*calumniatoris pœna, lib. 5. tit. 9. c. 7. nu. 1. & ibi quis calumniator.*
*campanæ ſono fit citatio, lib. 5. tit. 6. c. 5.*
*cancellarius in capitulo, lib. 2. tit. 9. c. 5. nu. 7.*
*cano. ſane, 2. quæſtio. 6. emendatio, lib. 5. tit. 4. c. 1. gloſſ.*
*canon in nomine domini 23. diſtinct. quando editus de electione pontificis, lib. 2. titul. 7. c. 2. lit. f. ſchiſmate 24.*
*canones apoſtolorum quis collegit, lib. 1. tit. 1. c. 1. nu. 6. & 9.*
*canones præferuntur ſanctorum patrum interpretationibus, lib. 1. tit. 2. c. 8.*
*cantores qui in eccleſia, lib. 2. tit. 9. ca. 2. nu. 4.*
*canonum & iuris pontificii diuerſæ collectiones, lib. 1. tit. 1. c. 1. nu. 10. & ſequent. vſque ad 23.*
*canonicatus creatus ad effectū obtinēdi præbendam honorarius in herbis, &c. li. 1. tit. 27. c. 3. nu. 6.*
*canonicus creatus ſine præbenda qualis, & iura eius, lib. 1. tit. 27. c. 3. nume. 4.*
*canonica portio mortuariorum debita eccleſiæ parrochiali quæ, quanta & de quibus debeatur. lib. 1. tit. 15. ca. 4. alia debita epiſcopis, eod. nu. 3.*
*canonici iuris nomen, & canon quid & ſynonyma, lib. 1. tit. 2. c. 1. nume. 1. eius finitio. eod. cap. 2.*
*canonici ſolidi, canonicaria fides, canon penſionis, &c. lib. 1. tit. 2. c. 1. lit. c*
*canonici vnde dicti, lib. 1. tit. 27. c. 3. num. 2. canonicatuum duæ ſpecies, ibid. nu. 4.*
*canonici regulares & ſeculares licet canonica ſeculares, lib. 2. tit. 9. cap. 5. nu. 6.*
*capellania quando beneficium eccleſiaſticum, lib. 1. tit. 27. cap. 6. nume. 5.*
*capilli quomodo olim deuouebantur diuino cultui, lib. 2. tit. 9. c. 7 glo.*
*capite iudex damnatus quod non admiſiſſet appellationē ad Cæſarem, lib. 5. tit. 15. c. 2.*
*capitulum ſede vacante vicarium & officialem conſtituit vel exſiſtentem confirmat, lib. 5. tit. 2. c. 3. gloſſ.*
*capitulū agit irrequiſito epiſcopo in re quam habet ab eo diuiſam, lib. 5. tit. 2. c. 5.*

cap.ſ de iuramento calumniæ abrogatio, lib. 5.tit.11.c.5.gl.c.
capitulum ſede vacante non ſuccedit in iuriſdictione delegata epiſcopo mortuo, lib. 5.tit.5.c.9.
caput vxoris vir, lib.3.tit.21.c.1.gloſ.
capitis cum eſſes de teſtamentis explicatio, lib.3.tit.22.c.5.gloſſ.
cappa & rondellus monachorum quid, lib.4. tit.8.c.3.glo. litera x.
captio ſeu prehenſio perſonæ ſpecies citationis realis, lib.5.tit.6.c.2.
captatoriæ inſtitutiones, quæ dictæ & improbatæ, lib.3.tit.19.c.5.
captiui apud hoſtes teſtamentum an valeat, lib.3.tit.22.c.4.gloſſ.
caputium quid, differentiæ, lib.4.titul.8.cap. 3.gloſſ.
character baptiſmi indelebilis per peccatum, lib.1.tit.7.c.3.nu.2.
character impreſſus a ſacramentis quid eſt, lib.1.tit.6.c.3.glo.
characteris inuſtio ob falſum vel aliam cauſam, lib.4.tit.11.c.6.& ibi glo.y
characterem indelebilem quæ conferant, eod. nu.2.& 4.quæ non imprimant, eod.nu.5. & quid hoc annotaſſe proſit, eod. ſunt inſtituta a Deo, eod.c.5.forma adminiſtrandi, eod.c.6. quæ neceſſaria ad ſalutem, eod. cap.7.
carcer perpetuus pœna canonica, lib.4.tit.15. c.4.num.8.
carcerum obligatio pro debito recepta vbi, li. 3.tit.9.c.3.glo.
cardinalatus beneficium, lib.1.tit.27.cap.5.
cardinalem proſequens, & iniuria afficiens quomodo puniatur, lib.4.ti.9.c.9.
cardinales legem generalem facere nequeunt nouam, nec alii præter ſum.pontif. in eccleſia, lib.1.titu.2.cap.16.nu.2.
cardinales qui, & eorum tres ſpecies, lib.2.tit. 9.c.3.nume.3.
cardinales quando & quare cœperũt vti purpura & galero rubeo, lib.4.titul.8.cap. 2.gloſſ.
cardinales de latere, & fratres ſummi pontific.
cardinales quare & quando acceperunt galerum rubeum, lib.2.tit.9.c.7.gloſ.
cardinalium equi Romæ quare albo ſtragulo operiantur, lib.4.tit.8.c.2.in fi.glo.a
cardinalibus calceamentorum Imperatoriorum conceſſus a Conſtantino vſus, & qualia illa fuerunt, lib.3.tit.8.ca.4.gl.f.
carnificis oblationes ab eccleſia reiectæ, libr.1. ti.23.c.4.gl.k.
carnium & aliorum prohibitorum eſus in tempore prohibito in cauſa neceſſitatis peti debet, & licentia a quo habenda, lib.1. tit.18.c.5.gloſ.
caſtitas difficile ſeruatur, tamen magni eſt meriti, & nihilominus fornicatio punienda, lib.4.tit.14.c.7.in glo.
catechiſmus nõ generat cognationem ſpiritalem, lib.1.tit.8.c.4.nu.3.
catechiſmus quam cognationem ſpiritalem inducat, lib.1.tit.21.c.9.num.2.
catholicus nõ catholico iudicandum non poteſt ſubiicere, lib.5.tit.14.cap.3.nu.2.
Cato magnus ſæpe calumnioſe accuſatus & abſolutus, lib.2.tit.6.c.8.gloſſ.c
caupo quomodo differat a cœnaculario, lib. 3.tit.16.c.3.gloſſ.
caupona in eccleſia fieri non debet, lib.1.tit.4. c.13.num.4.
cauponis oblationes ab eccleſia reiectæ, libr.1. tit.23.c.4.in glo.
campanam non licet habere in oratorio, nec monaſteriis præter vnam, & vnum campanile, lib.1.tit.4.c.11, nume.5.
cauponam exercens, vel in ea miniſtrans clericus quomodo puniendus. lib.4.tit.8.c.7.
cauponas frequentare ſine neceſſitate inhoneſtum viſum eſt etiam ethnicis, maxime nunc clericis, quibus & prohibitum cauponas & tabernas exercere, lib.2.tit.9.ca. 8.nu.1.gloſſ.litera l
cauſa quid & vnde, lib.5.tit.1.c.1.num.2.
cauſarum quæ in iudicium deducuntur diuiſiones, lib.5.tit.1.c.3.num.2.
cauſalis propoſitio per quos fiat terminos, &c. lib.3.tit.19.c.2.glo.g
cautio iuratoria quid, lib.5.tit.13.c.1.nu.7.
cena-

cenacularius quis, lib.3.tit.16.c.3.gl.s
cenſura eccleſiaſtica quid, & eius ſpecies excõmunicatio, interdictum eccleſiaſticum & ſuſpenſio, lib.5.tit.2.c.2.glo.m
ceremoniæ nuptiarum quatenus obſeruandæ, lib 1.tit.12.c.6.litera z
ceremoniæ baptiſmi extra formam ſubſtantialem, lib.1.titul.7.cap.5.circa adultos baptizandos, eod.nume.2.circa paruulos eod.nume.3.
certi condictio actio ex ſtipulatu certa, libr.3. tit.10.c.6.
ceſſatio a diuinis publice fit, vel per ceſſationem indictã, vel per interdictum, de quib. lib.1.tit.20.c.7.nu.1.& 2.& ibi a quibus & quare indicatur ceſſatio.
ceſſatio diuinorum officiorum quomodo indici poſſit, lib.5.tit.12.c.3.
charitatiua monitio quid, lib.5.titul.9.cap. 1.nume.3.
chirographariæ obligationis effectus, libr.3. tit.12.c.3.
chirographum quid, & eius obligatio, lib.3. titul.12.c.2.litera m, ſi negetur quomodo probandum, eod.c.3.glo.
chirographum cancellatum vel inuentum penes debitorem integrum facit præſumtionem ſolutum eſſe debitum, niſi contrarium probet creditor, lib.5.titul.10.capit. 3.gloſſ.
chirurgiam exercere monachi non debent, lib.4.tit.8.c.10.nu.3.
choreæ mulierum & virorum periculoſæ caſtitati & vetitæ maxime clericis & monialibus. lib.1.tit.19.cap.3.gl.
choreæ in eccleſia fieri non debent, lib.1.tit.4. c.13.nume.3.
chorepiſcopus quis dictus, lib.1.tit.27.c.5.
chorepiſcopus quis olim & eius ſublatio, lib. 5.ti.2.c.4.& in quibus differebat vel conueniebat cum epiſcopo, eod.gl.a
chorepiſcopi qui, lib.2.tit.9.c.3.nu.4.
chriſmate & euchariſtia nefanda committuntur, lib.4.tit.5.c.1.num.3.
chriſmatio Chriſtiani quando, libr.1.titul. 8.capit.1.
Chriſtus non omnia per ſe dum veneritin eccleſia ſtatuit, & quare, lib.1.titu.1.cap.1. nume.6.& 7.
Chriſtiani vnde appellati, lib.2.tit.8.c.1.duo genera Chriſtianorum, laicorum & clericorum, eod.c.2.
Cincia lex de oratorib. ne munera acciperẽt, lib.3.tit.14.c.5.gloſſ.z
circuncíſio vſitata vbi obſeruata alibi, quam inter Iudæos, lib.2.tit.5.ca.1.gloſſ.
citari qui poſſint & citare, & qui non verbaliter aut realiter, lib.5.tit.6.c.4.
citatio in proferenda ſententia quando requiritur, & vbi, lib.5.tit.14.ca.7.in princip. & gloſſ.
citatio ad ſynodum ſcripturam exigit, lib.5. tit.12.c.3.nu.6.& excuſatio non venientis vocati, eod.
citatio an perpetuet iuriſdictionem delegatis, lib.3.tit.18.c.9.gloſſ.b
citatio pro quibus fiat verbalis & perſonalis, lib.5.tit.6.c.2.
citatio non valet niſi fiat auctoritate iudicis & conſtet de mandato citandi, lib.5.tit.6. cap.5.vbi in gloſ.y, ſunt exceptiones quando fiant & voce apparitoris, & auctoritate etiam ipſius litigantis.
citatio teſtium & partis contra quem examinandi ſunt, quando requiratur vel non, lib.5.tit.11.c.5.num.2.iuncta gloſſ.
citatio voce præconis non fit auctoritate iudicis delegati, lib.5.tit.6.c.5.glo.
citationis formula & modi, libr.5.tit.6.c.5. per edictum in curia Romana, nu.1. voce iudicis num.2. præconis, nu.3.per literas cum apparitore, nume.4. in eccleſiam per curionem, per ſonitum tubæ, campanæ, nu. 5.conſideranda inſuper commiſſio, citatio ipſa, relatio citantis, terminus datus ad comparendum, cauſa vocationis, num.6. quomodo in perſona, ad domicilium, in perſona procuratoris fiat citatio, nume.7. quo die & ad quem locum, eodem numer.8.
citationis quidam effectus, lib.5.titul.1.cap. 3.gloſſ.

*citationis finis vt veniat vocatus & alii effectus, lib. 5. titul. 6. cap. 6. vt perpetuetur iuriſdictio, eod. nu. 2. interrumpatur præſcriptio nume. 3. litis pendentia iudicetur, nu. 4. & contumacia, nu. 5. & 6. & 7. pendente dilatione dato vocato ad veniẽdum ſuſpendatur iudicium, nu. 9.*

*citationis in ius neceſſitas, lib. 5. titu. 6. cap. 1. & gloſſ. in ciuilibus & criminalibus negotiis, eod. ſpecies c. 2.*

*citatione perpetuatur iuriſdictio delegati, lib. 5. tit. 5. c. 9. & ibi gloſ. s*

*citatus ad tribunal Chriſti Petrus Aragoniæ rex intra diem præfixum mortuus, libr. 5. tit. 1. c. 2. gloſſ. c*

*ciuile iudicium quid, lib. 5. tit. 1. c. 2. nu. 4.*

*clam facta fraudis ſuſpicione non carent, lib. 5. tit. 14. ca. 4. iuncta gloſſ. d*

*clandeſtina matrimonia quæ, & quid prohibita, lib. 3. tit. 21. c. 6. & quod ſoboles inde non eſt legitima, eod. iunge glo. b quot modis fieri dicantur clandeſtina.*

*claua inſigne Philoſophorum, lib. 4. titul. 8. cap. 2. gloſſ.*

*claui quid & vnde, libr. 4. tit. 8. c. 3. gloſ.*

*clauſtralia officia, lib. 2. tit. 9. c. 5. nu. 11. 12.*

*clauſula appellatione remota, quæ contineat, lib. 5. ti. 15. c. 2. iunctis gloſ. e & f*

*clauſularum,* quod ſi nõ omnes, *&c.* quod ſi ambo, *&c.* vt omnes vel duo, *&c. in reſcriptis delegationum quid operentur, lib. 5. tit. 5. c. 5. & ibi gloſſ. x & c. 6.*

*Clemens Romanus quis, & quando. lib. 1. tit. 1. c. 1. nume. 9.*

*clementinarum compilatores, lib. 1. tit. 1. cap. 1. num. 21.*

*clericatus eſt dignitas, lib. 4. tit. 8. c. 6. gloſ. s*

*clericus coniugatus non tenetur tonſuram ferre, & quæ priuilegia clericalia habeat, lib. 2. tit. 9. c. 7. glo. f*

*clericus an fideiubere poſſit, lib. 3. tit. 11. ca. 4.*

*clericus aut comam aut barbam nutriẽs quomodo puniatur, lib. 2. tit. 9. ca. 7. & ibi glo. literis in textu notatis.*

*clericis interdictum negotiari, lib. 3. tit. 14. cap. 6.*

*clericus non ordinatus miniſtrans quomodo puniatur, lib. 4. tit. 4. c. 1.*

*clericus vnius eccleſiæ in alia eccleſia ordinari non debet, & de pœna ordinantis, lib 4. tit. 3. c. 1. nu. 2.*

*clericus coniugatus quando & in quo gaudeat priuilegio clericaturæ, lib. 4. titul. 8. cap. 2. gloſſ.*

*clericus degradatus vel depoſitus quæ habeat priuilegia, lib. 4. tit. 15. ca. 4. glo.*

*clericus lanio, caupo vel cauponæ miniſtrans quomodo puniendus, lib. 4. tit. 8. c. 7.*

*clericus pro quib. coram iudice eccleſiaſtico conueniri debeat, lib. 5. tit. 1. cap. 2. gloſſ. & quod conueniat laicum is coram ſeculari iudice, eod.*

*clericus a laicis, & contra laici a clericis coram quibus iudicibus conueniantur, lib. 5. titul. 1. cap. 5. clericus in quibus poteſt coram iudice laico conueniri, ibi gl. z & gl. b*

*clericus contra laicum & contra quem teſtatur, lib. 5. tit. 11. cap. 4.*

*clericus non poteſt conſentire in non ſuum iudicem etiam eccleſiaſticum ſine ſuo epiſcopo, lib. 5. tit. 14. c. 7.*

*clericus a iudice ſpiritali non appellat ad ſecularem, lib. 5. tit. 13. c. 3.*

*clerici minores laicis ſunt in terris pro quibus eis præſtare tenentur fidelitatem, lib. 5. tit. 13. cap. 5. iuncta gloſ.*

*clerici quæ officia honeſte gerere poſſunt, quæ nequaquam, lib. 1. tit. 26. c. 3.*

*clerici fiunt ex laicis literatis tantum & monachis, ex clericis autẽ alii ordines oriuntur eccleſiaſtici, lib. 2. ti. 9. c. 6,*

*clerici peregrini debent habere literas formatas a ſuis epiſcopis, lib. 2. tit. 9. c. 8. nu. 3. gl.*

*clerici & perſonæ eccleſiaſticæ pro criminibus priuilegiatis, vt aſſaſſinatu, læſæ maieſtatis, armorum & ſimilium damnari a iudice laico etiam ſine degradatione poſſunt, li. 2. tit. 9. c. 11 gloſſa litera f*

*clerici extranei ſine literis non ſunt admittendi aut credendi ordinati, libr. 5. tit. 12. c. 3. nu. 6. lit. m*

*clerici quod forum ſortiantur ratione criminum vel actione realis vel perſonalis, libr. 2. tit. 9. c. 11.*

*clerici in maioribus ordinibus conſtituti vxores de facto accipientes vt puniendi, libr. 4. tit. 14. c. 7.*

*clerici percuſſores quomodo puniantur, lib. 4. tit. 9. ca. 9. nume. 3.*

*clerici non debent iudicium ſanguinis proferre vel ſubſcribere, nec ei intereſſe vel artes, quibus fruuntur, exercere, lib. 4. tit. 8. cap. 10. nec baliſtariis præeſſe, eo. non pugnare, duellum committere, eo. aut torneamentis intereſſe, eod.*

*clerici caſtigantur libere ab eorum magiſtro, lib. 4. tit. 5. c. 1.*

*clerici de quibus teſtari poſſint, libr. 3. tit. 22. cap. 6.*

*clerici qui dicantur, lib. 2. tit. 8. cap. 2. & tit. 9. cap. 1.*

*clerici qui matrimonium poſſint vel non contrahere, & a contracto ſeiungantur, lib. 3. tit. 21. c. 9. num. 1.*

*clerici non debent fieri ſecularium hominum procuratores vel iuſtitiarii, lib. 3. tit. 18. c. 5. iuncta glo.*

*clerici quando amittant priuilegia clericalia, lib. 2. tit. 9. c. 12. quando non deferentes tonſuram & habitum, ibid. in gloſ.*

*clericorum ebriorum & crapulæ deditorum pœna, lib. 4. tit. 8. c. 1.*

*clericorum correctio ad quos pertineat ordinario iure & priuilegiato, lib. 5. tit. 2. ca. 2. & ibi gloſ. litera l*

*clericorum, epiſcoporum & religioſorum bona debent eſſe communia cum pauperibus & peregrinis, lib. 1. tit. 16. c. 4.*

*clericorum & laicorum quæ ſint ſeparata, lib. 2. tit. 8. c. 5. nu. 1.*

*clericorum nouem ordines, lib. 2. tit. 9. cap. 2. ſimplex quis, coniugatus & non coniugatus, regularis & ſecularis, eod. nu. 2.*

*clericorum ornatus & habitus, li. 2. tit. 9. c. 6.*

*clericorum & monachorum præcipua munera. lib. 2. tit. 9. cap. 9.*

*clericorum priuilegia perſonalia & realia & peregrinantium alia, lib. 2. tit. 9. cap. 10.*

*clericorum bona triplicis generis, & de quib. diſponere poſſint, lib. 2. tit. 9. ca. 10. iuncta gloſſ. litera a, notata in textu.*

*clericorum percuſſio quando habeat ſententiam excommunicationis, & quis ab ea abſoluere poſſit, lib. 4. tit. 9. cap. 10. iuncta glo. magna.*

*clericis quæ veſtes & calicæ & ornatus concedantur vel prohibeantur, lib. 4. tit. 8. c. 2.*

*clericis quæ interdicta officia & artificia & miniſteria, lib. 2. tit. 9. c. 8. nume. 1.*

*clericis prohibitæ compotationum propinationes, crapula & ebrietas, lib. 4. tit. 8. c. 1.*

*clerici quæ artificia & negotia gerere prohibeantur, lib. 4. tit. 8. c. 6.*

*clericis quæ negotia ſecularia interdicta, epiſcopis quoque & eccleſiaſticis, & vt negotiationes ob lucrum, conductiones, procurationes ſecularium, iudicaturæ ſeculares & ſimilia, lib. 4. tit. 8. cap. 9. & ibi pœna contraria agentium.*

*clericos percutientes incidunt in ſententiam excommunicationis non abſoluendæ ab alio, quam a ſummo pontifice, lib. 2. tit. 9. ca. 10. nu. 2. & ibi glo. in litera i. notat caſus exceptionis, idipſum notatur de eo clerico qui ſibi vim infert, vt incidat in ſentẽtiam eius excommunicationis, eod. l gloſſ.*

*coadiutor beneficiarius quis & vt vicarius, lib. 5. tit. 2. c. 6. num. 2. & quales ei ſumtus dantur.*

*coadiutores beneficiorum, lib. 1. tit. 27. c. 6.*

*codicilli qui, libr. 3. tit. 22. c. 2. num. 2.*

*cœmiterium quid & vnde, lib. 1 tit. 15. c. 2.*

*cœmiteriorum immunitates, lib. 1. tit. 4. cap. 13. nu. 2.*

*cœnobitæ qui, lib. 2. tit. 9. c. 3. nume. 5.*

*cognatio ſpiritalis quæ proximitas eſt, & quãdo prohibeat & diſſoluat matrimonium, lib. 3. tit. 21. c. 7. num. 2. cognationis diuiſio & diſtinctio in legalem, naturalem, ſpiritualem, &c. eod. iuncta glo.*

*cognatio naturalis, proximitas quid, & quomodo diuidatur in aſcendentes & collaterales, & in quibus gradibus ſit prohibitio matrimonii ibid.*

*cogitatio delinquendi in iure ciuili non habet pœnam,lib.4.tit.10.c.5.gloſſ.*

*cognatio ſpiritualis quomodo ex baptiſmo naſcitur; & inter quos impediat matrimonium,lib.1.tit.7.c.10.nu.2.*

*cognatio legalis adoptionis quæ impediat matrimonium,lib.3.tit.21.c.10.*

*collatio beneficiorum donatio eſt,.lib.3.titul.19.c.2.*

*collatio beneficiorum,aut libera aut non libera,& quales illæ,lib.1.tit.28.c.2.*

*collatio beneficii antequam vacet aliquando permiſſa,lib.1.tit.28.c.10.& ibi de collatione ordinaria, priuilegiata laicorum, & aliorum, & de iure deuoluto.*

*collatio beneficiorum eccleſiaſticorũ,ad quos pertineat,lib.1.tit.28.c.11.*

*collatio beneficiorum quot modis impediri poſſit,lib.1.tit.28.cap.13.*

*collatio de beneficio viuentis non valet, lib.3. tit.19.c.3.*

*collationis bonæ partes & qualitates,lib.1.tit.28.c.15.*

*collegii probati ſigna,lib.1.tit.4.c.7.litera g.*

*collegia vel ſocietates publicæ non poſſunt fieri ſine auctoritate & permiſſione principis, lib.3.tit.17.cap.3.*

*collegiata beneficia & non collegiata ſeu ſimplicia quæ,libr.1.tit.27.cap.2.nu.5.*

*collegialia loca quãdo beneficia eccleſiaſtica, lib.1.tit.27.ca.6.nu.4.*

*colonarius contractus quis,lib.3.tit.16.ca.2. gloſſ.c*

*colonus partiarius,vide* partiarius.

*coloni adſcriptitii & originarii propemodum ſerui nec votum religionis, nec clericatus omittunt inconſultis dominis, lib.3.tit.2. c.4.glo.iuncta e*

*coloni originarii, adſcriptitii, & capite cenſi qui ſint,lib.1.tit.2.c.3.num.2.gloſſ.*

*colores pannorum qui prohibiti perſonis eccleſiaſticis & clericis, lib.4.titul.8.cap.2.& gloſſ.ibi.*

*[illegible] vt puniatur,lib.2. [illegible] de comas nutrienda [illegible] antiquorum, & contrarii relati & notati,eod. litera g.*

*comam moniales non debent nutrire nec capillaturam,lib.4.tit.8.ca.4.& gloſſ.neque clerici, alioquin tonderi poſſunt inuiti, eod.cap.5.*

*comes & commenſalis quis dicatur,lib.3.tit. 17.c.1.gloſſ.a*

*commatres monachis & clericis habere aut oſculari non licet, lib.2.tit.9.c.8.nu.4.*

*commendare pro deponere aliquando, lib.3. tit.8.c.1.*

*commendæ epiſcopales non ſunt beneficia,lib. 1.titu.27.c.6.nume.9.*

*commendata beneficia quæ,lib.1.tit.27.cap. 2.num.3.*

*commendatoria verba quando non obligent, vel obligent.lib.3.tit.18.c.6.gloſſ.a*

*commerciorum iure priuari pœna eſt,lib.3. tit.1.c.6 gl.y*

*commiſſarius vel delegatus fidem debet facerere de mandato ſeu commiſſione, libr.5. tit.5.c.1.*

*commodandi formula & modus, lib.3. tit.6. cap.4.*

*commodare quis poſſit,& quibus commodari poterit,lib.3.tit.6.c.5.*

*commodatarius de quibus teneatur,de culpa & dolo caſibus fortuitis,lib.3.tit.6.cap.6.*

*commodatum quid, lib.3.tit.6.cap.1.ſpecies gratiã dantis vel accipientis, vel vtriuſq., eod.cap.2.quæ res in commodatum venire poſſunt vel non,lib.3.tit.6.cap.3.*

*cõmodati effectus & actiones directa & contraria,lib.3.tit.6.c.6.*

*commodata re vtens ad alium vſum quam detur fur eſt,lib.4.tit.10.c.3.*

*communicatio euchariſtiæ ſub vna & duab. quibus permiſſa,lib.1.tit.9.c.6.*

*communio duplex Chriſtianorum vnde duplex ſit excommunicatio,lib.4. titul.16.c. 1.gloſſ.*

*commutatio rerum primus videtur inuentus contractus,lib.3.tit.14.c.2.*

*compagum & compages quod genus calceatorum, & quis illis vſus,lib. 4.tit.8.c.4.*

*cõparatio literarũ vt fiat,lib.5.tit.12.c.8.gl.*

*compenſatio in delictis,lib.4.tit.15.ca.3.gloſſ.*

*compenſationis debiti cauſa res commodata per debitorem creditori retineri non poteſt, lib.3.tit.6.c.6.nu.1.in gloſſ.*

*compromiſſarii,vide* arbitri.

*compromiſſarii arbitri qui,lib.5.tit.4.ca.2.*

*compromiſſarii iudices qui,lib.5.tit.4.cap.1.*

*compromiſſum,de quibus rebus fieri poſſit vel non,lib.5.tit.4.cap.3.*

*compromiſſum olim multa,iuramento,& iure pontificio pacto nudo etiam formatum, lib.5.tit.4.cap.5 gloſſ.*

*compromiſſi formulæ,lib.5.tit.4.c.5.*

*compromiſſi effectus,lib.5.tit.4.c.8.*

*compromittere qui poſſunt vel non,lib.5.titu. 4.cap.4.*

*concilium generale ſine auctoritate ſummi pontificis nullum,lib.1.tit.2.c.6.nu.5.*

*conſilium gratis dare Iuriſconſultus non tenetur niſi pauperib.lib.3.tit.14.c.5.gloſ.*

*conſilium quando obliget dantem vel non, lib.3.tit.18.c.7.iuncta gl.*

*concilium non eſt ſupra Papam,lib.5.tit.1. cap.4.gloſ.*

*conſilium adhibere alicuius qui debet,non tenetur illud ſequi ſi nolit,lib.5.titul.4.cap. 9.gloſſ.*

*concilium generale num ſit ſupra Papam,lib. 5.tit.15.c.3.gl.*

*a concilio generali non eſt appellatio,lib.5.tit. 15.c.3.ab epiſcopali vero ad priuatum.*

*concilia & ſynodus quid, lib.1.tit.2.c.5.ſpecies conciliorum,eod c.6.*

*concilia quæ recepta ſint,lib.1.tit.2.cap.6 & tit.5.c.3.nume.5.*

*concilia œcumenica prouincialia quare, lib. 1.tit.1.cap.1.nu.6.*

*conciliorum habẽdorum neceſſitatis cauſæ & quoties,lib.1.tit.2.c.7. & ibi gl.& de modo habendarum ſynodorum.*

*concionatoris boni partes,lib.1.tit.22.cap.2. vide prædicatio & prædicator.*

*concubina olim quædam in eccleſia permiſſa pro vxore,quædam temporalis prohibita iure pontificio,ciuili tamen in quibuſdam caſibus permiſſa, poſtea conniuio prohibita, lib. 4. titul. 14. capit. 7. gloſſ.*

*concubinæ temporales quædam olim & quædam perpetuæ olim permiſſæ & pro vxoribus habitæ,lib.3.tit.21.c.6.iuncta gloſ.*

*concubinarius publicus quemadmodum puniendus,lib.4.tit. 14.c.7.item vt & concubina puniatur, eod.& in glo.*

*concubinariorum clericorum pœnæ & indices,lib.2.tit.9.c.8.nu.4 gloſ.*

*concubinatus hodie prohibitus,lib.2.titul.3. c.1.num.4.*

*condictio furtiua & aliorum quid, lib.4.tit. 10.c.7.gloſ.*

*conditio quid,lib.3.tit.1.c.7.*

*conditio modus per quæ fiant verba,lib.3.tit. 19.c.2.glo.*

*conditione non debet ferri ſententia,lib.1.tit. 14.cap.4.*

*conditiones quæ impediant effectum matrimonii,lib.3.tit.21.c.4.*

*conductor & locator quis,lib.2.titul.16.cap. 1.gloſſ.*

*conductor relocare rem conductam alii poteſt etiam maiori pretio quam conduxerit,niſi aliud dictum,lib.3.tit.16.c.3.iuncta gloſ.*

*conductor non vtitur iure retẽtionis proprietatis ius contra locantem præſupponens, lib.3.tit.16.c.6.glo.*

*conductor ex quibus cauſis ante tempus locationis expelli poſſit,lib.3.tit.16.cap.6.nu. 2. & ex quib.locati actione conueniatur, eod. nume.1. quando remittitur ei penſio.eod.*

*conductor nolens migrare finita conductione an propria auctoritate locatoris expelli poſſit,lib.3.tit.16.c.6.gloſſ.*

*conductores & firmas habere non debent laicorũ perſonæ eccleſiaſticæ, lib. 4.tit.8.c.9.*

*conducti actio conductori contra locantem & hæredes eius data, & quãdo & pro quibus.lib.3.tit.16.c.7.*

*conferendi formulæ,lib.1.tit.28.c.14.*

*confeſſa ſibi peccata nõ cogitur nec poteſt impune ſigno vel facto reuelare,lib.5.tit.11. c.7.nu.3.*

confeſſio extra iudicium facta aduerſario non plene, ſed ſemiplene probat, lib. 5. ti. 11. c. 8. nu. 2.

confeſſio quid, libr. 1. tit. 10. c. 6. nu. 1. quotuplex, eod. nu. 2. cui confitendum eo. nu. 3. eius legitimæ qualitates, eod. nu. 4. ſcripto quando fieri poteſt, eod. nu. 5. non per nuntium, eod.

confeſſio quæ publica, quæ priuata, lib. 1. titul. 10. cap. 6.

confeſſio probat contra confitentem, libr. 5. tit. 10. ca. 5. nu. 3.

confeſſiones reuelans ſibi factas presbyter qua pœna puniatur, li. 4. tit. 10. c. 7. iuncta gloſſ.

confeſſor non poteſt cogi reuelare ſibi confeſſa etiam per ſententiam excommunicationis, lib. 4. tit. 61. cap. 2.

confirmatio Chriſtiana chriſmatis quid ut ſacramentum, lib. 1. titul. 8. cap. 1. non iteratur, eod. cap. 2. quomodo ab aliis confirmationibus differt, eod.

confirmatio electionis quando facienda, & quid contineat, lib. 1. tit. 9. c. 6. nume. 2.

confirmationis ſeu chriſmatis ſacramentalis materia, lib. 1. tit. 8. ca. 3. nu. 1. forma, nu. 2. miniſter epiſcopus, nume. 3. tempus quo confertur, eod. num. 4. perſonæ quæ confirmari, & præſentare cõfirmationi debeant, eod. nu. 5. effectus eius eod. cap. 4. cognatio ſpiritualis, eod. nu. 2. & 3.

confiſcatio bonorum etiam in iure pontificio, lib. 4. tit. 15. c. 4. nu. 9.

coniunctio omnis extra matrimonialem prohibita, lib. 2. tit. 3. c. 1. nu. 4.

conniuentia ſummi pontificiis ſæpe pro iure non ſcripto habetur, lib. 1. tit. 2. c. 10. nu. 2.

conſanguinitas naturalis quomodo & intra quem gradum prohibeat matrimonium, lib. 3. tit. 21. cap. 11.

conſcientia interius nos accuſat, lib. 5. tit. 9. c. 1. iuncta gloſſ.

conſciẽtiæ ſuæ in iudicãdo aliquãdo relinquitur iudex datus a principe, lib. 5. ti. 14. c. 4.

conſecratio eccleſiæ a quo fieri debeat, libr. 1. tit. 4. c. 5. nu. 2. & quomodo fiat, eod. non iteranda, eod. c. 6. & c. 1. nu. 3.

conſecratio quando facienda, lib. 1. tit. 29. ca. 6. num. 3.

conſecrationis euchariſtiæ verba an operari poſſint in magnam quantitatem panis, lib. 1. tit. 9. ca. 4.

conſenſus expreſſus & tacitus quis, lib. 3. titul. 13. c. 2. quando præſumtus, eod. gloſ. & ibi in quibus debet interuenire expreſſus, nec ſufficiat tacitus.

conſenſus plurium deſideratus in actu, quando ab iis ſimul exſiſtentibus exigi neceſſum ſit, vel quãdo poſſit ſeparatio præſtari a ſingulis, lib. 3. tit. 13. ca. 4.

conſenſus non tantum verbis ſed ſignis in matrimonio exprimitur, lib. 3. tit. 21. c. 5.

conſenſui contraria metus, vis, dolus, vide lib. 3. tit. 13. c. 3. & ibi gloſſas, qualis debeat eſſe metus & vis, &c.

conſentire qui dicantur, lib. 3. tit. 13. c. 1. nu. 2. quot modis negligentia, conſilio, operatione, auctoritate, eod. c. 2. & quib. formulis, eod. c. 3.

conſentire qui debeant in obligationib. lib. 3. tit. 13. cap. 4.

conſeruatores delegati ſunt, lib. 5. tit. 5. cap. 2. non poſſunt vice conſeruatoris facere, eod. c. 9. in fin.

conſeruatores non poſſunt cognoſcere de ſuo munere, niſi in ciuitatibus & locis vbi deputati ſunt, lib. 5. tit. 5. c. 5.

conſiliarii principum, quando & quomodo poſſint eſſe perſonæ eccleſiaſticæ, lib. 4. titul. 8. cap. 9.

conſobrinam ducere prohibitum, pulcraque de explicatione eius ſententia adfertur, lib. 3. tit. 21. cap. 11. glo.

conſtitutio quid, lib. 1. tit. 2. c. 9. num. 1. & in ſequent. de eius ſpecieb.

caſtitatis votum non licet infringere etiam ob conuerſionem ad fidem alterius, libr. 3. tit. 2. c. 7. gloſ.

conſtitutum ſpecies fideiuſſionis, & quid, li. 3. tit. 11. c. 2. nu. 3.

conſuetudo eccleſiæ Romanæ pro iure non ſcripto, lib. 1. tit. 2. c. 10. particularis fortior, eod. c. 13.


conſue-




conſuetudo quando præiudicat iuri ſcripto, lib. 3. tit. 11. gloſ.

conſuetudo quid, lib. 1. tit. 2. c. 11. quando valeat contra ius ſcriptum, eod. diuiſio eius, eod. c. 12.

conſuetudo peccãdi plurium num peccatum excuſet, lib. 4. tit. 15. c. 5.

conteſtatio litis fit reſponſione, lib. 5. tit. 7. c. 3.

contractus alii nominati, alii innominati, lib. 3. tit. 1. cap. 3. nu. 2. alii iuris gentium, alii ciuiles, eod. nume. 3.

contractus qui re celebrantur qui, lib. 3. tit. 4. cap. 1. num. 2.

contractus nominatim diuiſi, in re, verbis, literis & conſenſu celebratos, lib. 3. tit. 4. c. 1.

re qui contractus contrahantur, lib. 3. tit. 4. cap. 1. num. 2.

contractus bonæ fidei & ſtricti iuris cur dicti, lib. 3. tit. 14. c. 2. glo. differentiæ illorum, eo.

contractus initi conſenſu qui, lib. 3. tit. 13. c. 5.

contractus minorum quatenus conſtant, libr. 3. tit. 14. c. 6 glo.

contractus confirmatorium iuramenti quid, lib. 5. tit. 13. c. 1. num. 6.

contractibus qui conſentire debent, vt illis noceant. libr. 3. tit. 13. c. 4.

contritio in pœnitentia quid, lib. 1. tit. 10. c. 5. nu. 2. quid ab attritione differat, eod.

contumacia ex vocatione in ius rei & actoris qualis, & inducit legitima abſentis condemnationem, lib. 5. tit. 6. cap. 5. num. 6. contumacia vera & ficta & præſumta quæ, eod. num. 7. & item quis contumax verus vel fictus.

contumax verus non appellat, fictus contra, lib. 5. tit. 6. c. 6. gloſ.

contumelia vnde dicta, lib. 4. tit. 9. cap. 1. gloſſ. & quomodo differat ab iniuria legis Aquiliæ, eod. gloſ.

conueniri qui non poſſint ſupra id, quod facere poſſunt, lib. 3. tit. 17. c. 6. iuncta gloſſ.

conuenticula quid, lib. 1. tit. 4. ca. 1.

conuentio quid, lib. 3. tit. 1. c. 2. num. 1.

conuentionum duo fines, cõtractus & diſtractus, lib. 3. tit. 19. c. 1. gloſſ.

conuerſi religioſorum qui dicti, lib. 2. titul. 9. cap. 3. nume. 5. poſſunt eſſe laici, eod. glo.

conuicium quid, lib. 4. tit. 9. c. 2. gloſſ.

conuiuari ſuper ſepulcra prohibitum, libr. 1. tit. 15. c. 5. nume. 2.

conuiuia in mortuorum funere, lib. 4. tit. 8. c. 1. gloſſ.

conuiuia quæ interdicta & permiſſa clericis, & quod ter bibere in illis debeant tantum, lib. 2. tit. 9. cap. 8. gloſ.

corona in perſonis eccleſiaſticis quid ſignificet, lib. 2. tit. 9. c. 1. vnde dicta pœna, eod. gloſſ. aliæ pœnarum diuiſiones cap. 3.

corporalium & incorporalium diſtinctio & finitio, materia & forma, lib. 1. tit. 3. c. 2. nu. 1. & ſequent. corporum diuiſio in ſimplicia, compoſita, &c. eod. nu. 5. & mobilium & immobilium, eod. nu. 6.

corporis Domini feſtũ & indulgentiæ ei datæ, lib. 1. tit. 9. c. 9.

corpore vitiati non ordinandi, libr. 1. tit. 13. c. 6. nu. 4.

corpora Chriſtianorum ſepulta ſeorſum ab eccleſiis, lib. 1. tit. 14. c. 1.

credenda quæ ſint Chriſtianis, lib. 1. tit. 5. ca. 3 num. 4.

credere in fide tripliciter dicimus, lib. 1. tit. 5. cap. 3. nu. 4.

creditorum concurrentiũ in bonis debitorum & hypotheca, qui præferantur, lib. 3. titul. 9. cap. 5. nu. 3.

credulitatis iuramentum quid, lib. 5. tit. 13. c. 1. num. 7.

criminalis cauſa quatenus poteſt in arbitros compromiſſionem accipere, lib. 5. tit. 4. ca. 3. iuncta gloſ.

criminale iudiciũ quid, li. 5. tit. 1. c. 2. nu. 4.

criminales & ciuiles cauſæ in multis differũt, lib. 5. tit. 9. c. 1. & ibi gloſſ. & conueniunt, eod. gloſſ.

crimen detegitur accuſatione, inquiſitione, denuntiatione, exceptione, lib. 5. tit. 9. c. 1.

criminis per inquiſitionem ſolam detecti qualis pœna, lib. 5. tit. 9. cap. 6. nu. 5.

crimina maiora quæ, lib. 1. tit. 10. c. 3.

crimina teſti obiecta probata non puniuntur pœna ordinaria, lib. 5. titul. 12. cap. 8.

crimina per exceptionem obiecta quomodo puniantur, lib.5.tit.9.c.6.nume.4.
criminagrauia maximeq; exoſa eccleſiæ, lib. 5.tit.9.cap.3.
criminum circũſtantiæ quæ obſeruandæ ſunt in libello & pœnis, lib.5.tit.9.c.4.num.3. iunctis gloſſ.
criminum tractandorum diuiſio in clericorum & eccleſiaſticis negotiis, libr.4.titul. 1.cap.1.
criminum rei non ordinantur, libr.1.tit.13. c.6..nu.4.
crucis ſignum dabat fidem olim ſignatis, libr. 5.tit.12.c.5.glo.
crucis ſignum in omnibus ſacramentis, lib.1. tit.8.c.5.gloſ.
cruenta ſpectacula, lib.4.tit.8 cap.6.gloſſ.
cucullа quid monachalis, lib.4.tit.8.c.3.gl.
culpa quæ veniat, & quando in depoſitum & quando non, lib.3.tit.8.c.5.
culpam omnem præſtat mandatarius domino, lib.3.tit.18.ca.8.gloſſ.
curiæ Romanæ reſeruatæ iudicãdæ cauſæ maiores, lib.5.tit.14.c.5.
curiæ ſeculari incorrigibiles clerici traduntur, lib.4.tit.15.ca.4.nu 9.
curiones & curati quib. nominibus dicantur, lib.1.tit.9.c.4.
cuſtos eccleſiæ, lib.9.tit.9.c.5.nu.10.
cuſtodes eccleſiæ & euchariſtiæ & chriſmatis negligentes quomodo puniendi, & a quo, lib.4.tit.5.c.1.

D

DÆmonis pacta cum ſuperſtitione tacita illicita & damnabilia, lib.3.tit.17.c.2.
dæmone correpti non ordinandi, lib.1.tit.13. ca.6.nu.4.
dæmones abiguntur ex loco, vbi celebratur Miſſa, lib.1.tit.9.c.9.
dæmones cadauera mortuorum frequentant quare, lib.1.tit.15.c.8.in gloſſ.
dæmonibus oblationes factæ etiam exiguarum rerum vel hominum quare deteſtabiles, & vltimo ſupplicio vindicandæ, lib. 1.titul.23.cap.7.in gloſſ.
cum dæmonibus pacta tacita, lib.3.tit.1.cap. 4.gloſ.
degradatio hæreticorum, lib.2.tit.6.c.8.
Damaſi ſchiſma & Vrciſſini, li.2.tit.7.c.1. ſchiſmat.9.
Dandalus dux Venetiorum excommunicatus per aulam ſummi pontificis, pedib. manibusq; more brutorum ambulauit, abſolutionem petens, lib.4.tit.16.c.12.glo.
debitor dictus qui non eſt, iniuria afficitur, vel ſi ipſius pignus vel eius fideiuſſoris eo parato ſoluere præſcribatur.lib.4.tit.6ca. 3.iunctis gloſſ.
decanus ruralis archipresbyter, lib.5.tit.2.ca. 6.gloſſ.
decani qui, lib.2.tit.9.c.5.nume.4.
deceptio vltra dimidiam iuſti pretii in emtione quomodo reparetur, lib.3.tit.14.cap. 9.nume.4.
decima pars bonorum olim ex voto etiam apud ethnicos Deo oblata, lib.3.tit.2.cap. 3.gloſſ.
decimæ generaliter quid, lib.1.tit.25.c.1.nu. 2. diuiſio in Prophanas & eccleſiaſticas decimas, eo.nu.3 ſubdiuiſio eccleſiaſticarũ in prædiales, perſonales, mixtas, & quid ſingulæ, eod.nume.4. de quibus ſoluantur, eod.cap.2. & a quibus, quive ſint exemti, eod cap.3.
decimarum ſoluendarum quis ſit modus & quæ quantitas, lib.1.tit.25.c.4. quib. ſint ſoluendæ, & quod laicis non debeantur, eo. cap.5. quare ſoluantur decimæ; eod.c.6.
decimas agrorum tenẽtur Iudæi pro agris ſoluere, lib.2.tit.5.c.4.
decimas non poteſt percipere laicus eccleſiaſticus nec præſcribere, niſi poſſeſſas ante concilium Lateranenſe, lib.2.tit.8.cap.5. iuncta gloſſ.
decretales epiſtolæ a quibus in ius pontificium redactæ, lib.1.tit.1.cap.1.num.20.
decretum Gratiani approbatum & emendatum a Gregorio 13. ſummo pontif. lib.1.tit. 1.ca.1.num.16.
decretum quid, libr.1.titul.2.cap.9.nume.4.
dedicationis eccleſiarum ſolemnitas annua, lib.1.tit.4.cap.11.litera n.
degradatio inter pœnas eccleſiaſticas, lib.4. tit.15.c.4.nu.8. & in gl.d ibi quid, & de iis, quæ ad eam pertinent.
degradatus ſacerdos vel alius ordinatus, non amittit characterem & poteſtatem ordinis & conſecrandi, ſi faciat in forma eccleſiæ, lib.4.tit.15.cap.4.gloſſ.ibi & quod teneatur dicere officium, & quomodo differat a depoſito.
delatio criminis quid & quotuplex, lib.5.tit. 9.ca.1.num.5.
delatoris non probantis crimen pœna, libr.5. tit.9.c.7.num.2. delatorum olim probatorum pœna mortis indicta a Cæſaribus.eod. gloſſ.n
delegare quibus ſoleat ſummus pontifex, & quibus ſubdelegare hi poſſint, quæve laicis non poſſint delegari, quibus alii alius delegare poſſint, lib.5.tit.5.ca.6.
delegari quæ poſſint a magiſtratibus, & aliis. lib.5.tit.5.c.3. & qui poſſint delegare.eod. c.4. & qui ſubdelegare poſſint, eod.
delegatus principis poteſt alium cogere ſubdelegationem acceptare, ſi malitioſe ea non ſe exoneret, lib.5.tit.5.cap.6.
delegatus iudex quis dicatur, lib.5.tit.5.c.1. in quo differat ab aliis, qui vices aliorum iudicum gerunt, lib.5.tit.5.cap.1.glo.
delegatus quando & quis poſſit ſubdelegare, lib.5.tit.5.cap.2.gloſ.
delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis, lib.5.ti.5.c.2.
delegatus recuſatus quãdo ſubdelegare poteſt, lib.5.tit.5.c.6.
delegatus per ſe vel per ordinarium ſententiam ſuam exſequitur, lib.5.tit.14.ca.6. iuncta gloſ.
delegatus a principe cogitur acceptare delegationem, niſi non malitioſe vacare ei non poſſit, lib.5.tit.5.cap.6. non ſi deleget quis non ſuæ ſubiectionis hominum.eod.
delegati iudicis iuriſdictio quando ſuſpendatur, lib.5.tit.5.c.8.
a delegato vel ſubdelegato ad quem fiat appellatio, libr.5.titul.5.cap.8.nume.2.
delegato iudicandi tempus prorogari poteſt quomodo, lib.5.tit.14.ca.7.iuncta gloſſ.
delegati debent maxime formam mandati ſequi, lib.5.tit.5.c.5. quomodo ſi plures delegentur alii ſine aliis, & quando exſequi mandatum poſſint, eod.
delegatorum iudicum ſpecies, lib.5.tit.5.c.2.
delegatorum plurium iudicum quidam quomodo ſine aliis cognoſcere poſſint, lib.5.tit. 4.cap.5.
delegatorum a principe iudicum quanta poteſtas, lib.5.ti.5.ca.7. poſſunt per ſe vel per ordinarium exſequi ſententias ſuas, lib.5. tit.5.c.7.
delegatorum & ſubdelegatorum poteſtas & iuriſdictio, quibus modis exſtinguatur, lib. 5.tit.5.cap.9.
a delegatis & ſubdelegatis ad quos appelletur, lib.5.tit.15.ca.3.
delictum multitudinis, quomodo puniẽdum, lib.4.tit.6.cap.1. & gloſ.ibi.
delicta ex quibus ipſo iure vacant beneficia, lib.1.tit.28.c.3.nu.3.
delicta mutua compenſatione tolluntur, libr. 4.titul.15.c.3.gloſ.
delictorum puniendorum quantitas, qualitas, & aliæ circunſtantiæ, quomodo inſpici debeant, li.4.tit.15.c.6.
denuntiatio criminis quid, libr.5.tit.9.cap. 1.nume.5.
denuntiationis effectus, lib.5.tit.9.c.6.nu.2.
deponere qui poſſunt, lib.3.tit.8.c.4.nume.1. forma deponendi, eod.c.5.
deponi quæ res poſſint, lib.3.tit.8.cap.8.
deponi penes quos efficaciter poſſit vt contrahatur, lib.3.tit.8.c.7.
depoſitio eſt verbalis degradatio. & quomodo differat a degradato, lib.4.tit.15.c.4.gl.
depoſitio ab ordinibus pœna. lib.4.tit.15.cap. 4.num.8.
depoſitarius an teneatur de dolo, culpa, caſib. fortuitis, lib.3.tit.8.c.8 glo.
depoſitum re contrahitur, & quid ſit, libr.3. tit.8.c.1. & c.2.nu.1.
depoſiti ſpecies, lib.3.tit.8.c.2.

*deponi penes quos efficaciter poſſit vt contrahatur, lib.3.tit.8.c.7.*

*depoſitio eſt verbalis degradatio & quomodo differat a degradato, lib. 4. titul. 15. cap.4.gloſſ.*

*depoſitio ab ordinibus pœna, lib.4.tit.15.cap. 4.num.8.*

*depoſitarius an teneatur de dolo, culpa, caſib. fortuitis, lib.3.tit.8.c.8.glo.*

*depoſitum re contrahitur, & quid ſit, lib.3.tit. 8.c.1.& c.2.nu.1.*

*depoſiti ſpecies, lib.3.tit.8.c.2.*

*depoſiti cauſa diſtincta & eius actiones directa, cōtraria, ſequeſtraria, præſcriptis verbis, lib.3.tit.8.cap.8.*

*depoſito viens fur eſt, lib.4.tit.10.cap.3.*

*depoſitus ab ordine tenetur dicere horas canonicas, lib.1.tit.20.cap.5. gloſ.*

*deſertio appellationis quot modis contingat, lib.5.tit.15.c.8.& de tempore proſequendi appellationem minuendo vel augendo, eod. & gloſ.z. quando poſt deſertionem ſentētia tranſit in rem iudicatam vel non, eo.iuncta gloſ.fin.*

*detractor proximi homicida, lib.4.tit.13.c.1.*

*deuoluto iure quomodo cōferat ſummus pontifex, lib.1.ti. 2 [illegible].c.12.in fi.*

*deuouentes ſeipſos inter Ethnicos & Chriſtianos ponit gloſ. in lib.3.tit.2.c.3.gl.*

*Dei & hominum iudicia quomodo differant, lib.5.tit.1.c.2.nu.1.*

*diaconus, ſubdiaconus, presbyter ducentes vxorem qua pœna puniantur, lib.1.tit.12. c 4.circa medium.*

*diaconi qui in eccleſia, lib.2.tit.9.c.2.num.8.*

*diaconiſſa quid quodve eius officium in iure, lib.1 tit.21.cap.4.gloſſ.in fin.*

*dies hebdomadæ cur dicantur feriæ, lib.1.tit. 19.c.1.nu.3.*

*dies Veneris aliquando feriata Miſſa Conſtantini Magni, lib.1.tit.19.ca..2.litera v circa finem.*

*dies dominicus ſingulis ſeptem diebus quare recurrat, lib.1.tit.1.c.2.nu.3.*

*ad diem, in diem, ex die, quid ſit contrahere, lib.3.tit.1.c.7.iunctis glo.*

*die dominico non ieiunatur, lib.1.tit.18.c.3. num.3.& 5.*

*dierum anni diuiſio in feſtos, profeſtos & intercifos, libr.1.tit.19.cap.2.nu.1.& qui ſint & rurſum qui faſti, nefaſti, &c.eo.n.2.*

*dierū Ægyptiacorum & aliorum variæ obſeruationes prohibitæ, lib.1.tit.19.c.2.lit.v*

*diffidati qui & quod occidi poſſint, libr.4.tit. 13.cap.3.gloſ.*

*digitum tollebant olim adiicientes licitationib. lib.3.tit.16.c.3.glo.*

*digito quarto manus eſt vena quædam ſanguinis, quæ ad cor dirigitur, li.3.tit.20.c.5.*

*dignitas beneficium eccleſiaſticum quid, lib. 1.tit.27.c.2.nu.6.*

*diluuium maximum tempore Gregorii 1. Sum.Pontif. quod peſtis ſequuta eſt, lib.1. tit.20.c.3.litera n*

*dimiſſoriæ literæ ſcripto apparere debent, li.5. tit.12.c.3.nu.5.*

*dimiſſorias literas quādo vicarius vel officiales epiſcopi dare poſſit, lib.5.tit.2.cap.3.& ibi gloſſ.*

*diœceſeos fines per quæ probentur, li.5.tit.10. ca.5.nu.4.*

*diſpenſatio matrimonii in gradibus prohibitis, cōſanguinitatis & affinitatis quando, & a quibus & quare conceditur, lib.3. tit.21.cap.12.iuncta gloſſ. a qua diſputat in quoto gradu fiat inter aſcendentes & collaterales, & quando a ſummo pontifice, quando ab imperatore vel principe, ſit impetranda.*

*diſpenſatio iuramenti pro quo fiat & a quib. libr.5.tit.13.cap.8.& quod aliquando a principe ſeculari, eod.glo.*

*diſputandum de fide publice quare prohibitum, lib.1.tit.5.& gl.*

*diſtractus quid, libr.3.tit.19.c.1.gloſſ.a*

*diuinatio quid, lib.4.tit.12.ca.1.*

*diuini iuris res quæ, lib.1.tit.3.ca.3.nume.2.*

*diuina officia publica per ceſſationem, indictum & per interdictum non fiunt, libr.1. tit.20.cap.7.nu.1.& 2.*

*diuinorum officiorum ceſſatio quomodo fieri debet in pœnam. libr.5.tit.12.c.3.*

*dolus dans cauſam contractui, quando reddat illum nullum ipſo iure, vel non, lib.3. tit.14.c.2.gloſſ.*

*dolus venditoris non nocet nec obeſt venditori, lib.3.tit.14.c.9.gloſſ.*

*doli mali clauſula adiicitur contractibus, lib. 3.tit.10.c.5.*

*doli actio pro re minima non datur, furti datur, lib.4.tit.10.c.5.iuncta gloſſ.*

*dolum committere procurator contra dominum, in quibus dicitur, & ex eo conueniatur, lib.3.tit.18.c.8.gl.*

*dolo factæ promiſſiones vt reprobatæ, lib.3.tit. 1.c.8.iuncta glo.*

*domicilium vbi quis habere dicatur, & num in plurib. locis, lib.5.tit.1.c.6.gloſ.*

*dominum ſe ſimulans rem alienam accipiens eſt fur, lib.4.tit.10.ca.3.*

*domini prohibiti rebus ſuis vti iniuria afficiuntur, lib.4.titu.9.cap.3.*

*domum inuito domino ingredi iniuria realis eſt, lib.4.tit.9.c.2.gloſſ.c & cap.3.*

*donare qui poſſunt, & quib. donare prohibitum, lib.3.tit.19.c.4.*

*donari quæ res poſſunt, lib.3.tit.19.c.3.*

*donatio contractus eſt, lib.3.tit.19.cap.1.& quid ſit, eod.*

*donatio quæ requirat in perfectione vel contractu, lib.3.tit.19.c.5.*

*donatio obligat accipientem ad antidoron, lib. 3.tit.19.c.6.in fin.*

*donatio omnium bonorum an valeat, libr.3. tit.19.cap.3.gloſ.a*

*donationis effectus, vt transferat dominium, & reuocari nō poſſit exceptis caſib. in quibus reuocatur perfecta, lib.3.tit.19.c.9.*

*donationes remuneratoriæ & ob cauſam non propriæ ſunt donationes, libr.3.tit.19.cap. 2.gloſſ.*

*donationes inter coniuges quando reprobentur factæ pendente matrimonio vel ante, & quando ſoluto matrimonio donatio propter nuptias ad virum, dos ad vxorem redeat, li.3.tit.21.c.15.num.5.*

*donationum ſpecies inter viuos & cauſa mortis, quæ, lib.3.tit.19.cap.2.pura, ſimplex, conditionalis, ſub modo, ad tempus, directa, obliqua, eod.*

*donator rei alienæ de euictione quando teneatur, lib.3.tit.19.c.4.gl.a*

*dormientes homicidium facientes non tenentur, lib.4.titul.13.cap.3.& ibi gloſ.lit.e & cap.5.*

*dos eccleſiæ ædificandæ quanta & qualis conſtitui debeat, lib.1.tit.27.cap.9.num.4.*

*dos quādo redit ad vxorem, & donatio cauſa mortis ad virum, & exceptionis, & quando mulier amittit dotem, lib.3.tit.19.c.6.*

*dos ſoluto matrimonio redit ad vxorem vel eius hæredes, niſi pactum de ea lucranda adiiciatur, &c. vide li.3.tit.21.c.15.nu.5.*

*dotis lucrū marito cum donationis ante nuptias lucro an debeat eſſe æquale, lib.3.tit. 21.c.15.num.5.gloſſ.*

*dotem quando ob adulterium vxor amittat, & maritus lucretur, li.4.tit.14.iuncta gl.*

*dote per adulterium priuatur vxor, & quæritur ea marito vel filiis, niſi recōcilietur viro, libr.3.titul.21.c.15.nu.4.*

*duellum prohibitum, lib.4.tit.8.cap.10.iuncta gloſ.*

*dupli & quadrupli pœna quomodo intelligēda, lib.4.tit.10.ca.7.gloſſ.*


*E*


*EBriorum clericorum & crapulæ deditorum pœnæ, lib.4.tit.8.cap.1.*

*eccleſia reiicit oblationes & eleemoſynas improborum, vt vſurariorū, raptorum, &c. lib.4.tit.5.c.5.*

*ab eccleſia & ab officiis diuinis expelli debet excōmunicatus, lib.4.tit.16.c.7.& quid ſi nolit exire. eod.gloſ.*

*eccleſia literatis viris indiget, lib.4.tit.2.c.4.*

*eccleſia quando reſtituatur in integrum contra ſententiam, lib.5.tit.14.c.8.num.4.*

*eccleſia cuius ſit & bona eius, & in quem vſum diſtribuenda, lib.4.cap.12.nu.12.in cuius cura & diſpoſitione, eod.nu.3.a quo conferantur, eod.nume.4.*

*eccleſia ſpiritalis & materialis ex quib. rebus ædificentur, libr.1.titul.4.cap.8.& a qui-*

bus ædificari poſſint, eod.ca.9. & qui compellantur ædificare vel ædificatã perficere & reficere, eo.c.n.9. de forma eccleſiarum, eod.ca.10.

eccleſia quid, lib.1.tit.4.cap.1. bonorum & malorum congregatio, Dei, Satanæ, vniuerſalis, particularis, &c. eo. notæ veræ eccleſiæ, eo. Romana, eo.c.2. eccleſia publica, eo.c,11.n.4. membra eius, eod.cap.3. materialis, eo.c,4.

eccleſiæ bona obligans, vendens ſine ſolemnitate, vel diſſipans quomodo puniatur, libr.4.tit.7.c.5.

eccleſiæ omnes & monaſteria de iure in diœceſi ſubſunt curæ epiſcopali, lib.5.tit.2.cap.2. iunctis glo. in literis in textu notatis.

eccleſiæ res quando & quomodo in compromiſſum referri poſſunt per prælatos, lib.5.tit.4.c.3. & ibi gloſſ d

eccleſiæ res nec oppignorari nec vendi ſine neceſſitate eccleſiæ poſſunt, lib.3.tit.9.c.3.

eccleſiæ & eccleſiaſticarum perſonarum quædam priuilegia, lib.1.tit.4.cap.14. & immunitas a tributis & collectis caſibus exceptis, eod.

eccleſiæ quibus pro aſylis proſint, & qui ab illis abduci poſſint, lib.1.tit.4.cap.13. in gloſſis litera c & d

eccleſiæ non debent fieri propugnacula, neque receptacula bonorum, niſi in cauſa neceſſitatis, hoſtium & incendii, lib.1.tit 4.cap.13.nu.3. non aſyla impiorum, eod. quæ in his fieri poſſunt, eod. in gloſ.

eccleſiæ quare diuerſis nominibus nuncupantur & beneficia, lib.1.tit.4.c..7.

eccleſiæ membra in cœlis, in terra, in purgatorio, lib.1.tit.4.cap.3.

eccleſiam ingredi prohibere habet pœnam eccleſiaſticam. lib.4.tit.15.c.4.num.1. & ibi de eius effectu.

ad eccleſiam confugiens quando impune retrahatur, lib.5.tit.6.c.4.

in eccleſia tumultuantes & deambulantes quomodo puniti, li.1.tit.4.c.13.nu.3. gl.v

in eccleſia quæ poſſint ſpectacula fieri, lib.4.tit.8.c.6.nu.1.

eccleſiarum adminiſtratio œconomatus & procuratio non debet concedi aliis quam perſonis eccleſiaſticis, non laicis, libr.3.tit.18.cap.5.

eccleſiarum præpoſiti ſunt bonorum earum procuratores non domini, lib.3.tit.18.c.7.

eccleſiarum prælati vel adminiſtratores nequeunt vendere bona eccleſiarum, libr.3.tit.14.cap.6. & id ſe non facturos iurant, eod. & ſi neceſſario iurant, non poſſunt ab earum œconomis vel eorum proximis, eo.

eccleſiarum ædificandarum, quæ debeat eſſe obſeruatio loci, cauſæ, perſonarum, dotis, & ipſius ædificii, lib.1.tit.27.c.9.

eccleſiarum immunitates, libr.1.titul.4.cap.13.num.1.

eccleſiarum noua ædificatio, translatio, vnio, reformatio ad quem pertineat, & quæ cauſa, lib.1.titu.4.c.10.num.1.2.3.

eccleſiis vel cultu diuino iniuriam inferentes quomodo puniendi, lib.4.tit.9.c.9.nu.4.

eccleſiis quando relinquere immobilia vel retinere non licuit, quando poſtea licuit, lib.1.tit.23.c.4. in gloſ.

in eccleſiis ædificandis quæ obſeruanda, lib.1.titu.4.cap.5. a quo ædificatæ conſecrandæ, eod.num.2.

eccleſiaſticus iudex poteſt inuocare auxilium pro ſua iuriſdictione brachii ſecularis, lib.5.tit.2.c.2. & ibi gl.a

eccleſiaſticum iudicium quid, lib.5.tit.1.ca.2.num.2.

in eccleſiaſticam perſonam manus iniicientis pœna, lib.4.tit.9.c.10.nu.2.

eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes puniti, lib.5.tit.1.c.2. gloſſ.

eccleſiaſtici qui dicantur, lib.2.tit.8.ca.2. & tit.9.ca.1.

eccleſiaſticæ perſonæ quomodo & quando poſſint eſſe vicereges & principum conſiliarii, lib.4 tit.8.ca.9. in textu, & gloſ.

eccleſiaſticæ perſonæ pugnantes, & in pugnis exſiſtentes & gubernantes naues vel pugnantes, quib. pœnis digni, lib.4.tit.13.c.5.

eccleſiaſticæ perſonæ in iudicio & ſenatu laicorum adiunctæ, lib.5.tit.1.c.2. gloſſ.





eccleſiaſticæ perſonæ quæ agere officia prohibeantur, & iudicare in cauſa ſanguinis, lib.2.tit.9.cap.8.nu.3.

eccleſiaſticæ fabricæ cura dari poteſt laicis, lib 2.tit.8.c.5.nu.2.

eccleſiaſticæ perſonæ & eccleſiæ, quando fuerũt incapaces rerum immobiliũ, & quando illis permiſſa poſſeſſio, lib.1.tit.23.cap.4. in gloſſ.

eccleſiaſticarum perſonarum diſtinctiones, lib.2.tit.9.cap.2.

edictum quid, libr.1.tit.2.c.9.nu.5.

edictum citationis ianuis affixum quid, lib.5.tit.6.cap.5.nu.1. iuncta glo. l peremtorium quod pro tribus, eod.c.5. gloſſ.

electio ad beneficia non valet facta ab excommunicato, lib.4.tit.16.c.7.

electio & in eam oppoſitio ſcriptura conſtare debet, lib.5.tit.12.c.3.

electio quando conſenſu omnium electorum ſimul congregatorum fieri debet, & quando ſeparatim adhibitus eam non infirmet, libr.3.tit.13.c 4. gloſ.a

electio tripliciter fit, per ſcrutinium, compromiſſum & viam Spiritus ſancti, lib.1.tit.29.cap.2. de forma & methodo eligendi etiam.c.5. eod.

electio quid in genere, lib.1.tit.29.c.1.nu.2. quid in ſpecie, eod.nu 5.

electionis ius quibus ex cauſis electo adimitur, lib.1.titul.28.c.4.

electione facta quæ facienda ſint alia, lib.1.tit.29.cap.6.

electionibus pontificum quando & ob quid principes, & laici poſſunt adeſſe, libr.2.tit.8.c.5.num.2.

electiua beneficia quæ ſunt & quæ non, lib.1.titul.29.cap.3.

electus quid ante confirmationem & conſecrationem agere vel non agere poſſit, lib.1.tit.29.cap.6.

eleemoſyna quid eſt, lib.3.tit.19.cap.2. iuncta gloſ.

eleemoſyna quid, eod.lib.1.tit.16.c.3.nu.2. de quib. facienda vel non, eod. duæ eleemoſynæ ſpecies, eod.nu.3. ſpiritalis & corporalis.

eleemoſynæ largiendæ conſiderationes obſeruandæ, quæ in donationibus faciundis, lib.3.tit.19.cap.5. gloſſ.

eleemoſynæ quatuor ſpecies, lib.1.tit.23.ca.3. in gloſſ. litera t

eleemoſynæ quibus & quomodo faciendæ, lib.1.titul.16.c.5.

eleemoſynarum vis & efficacia, libr.1.tit.16.cap.6.

eleemoſynaria hoſpitalia ſunt, & quare ita dicta, lib.1.tit.16.c.1.nume.1.

eligere ad beneficia qui poſſint, lib.1.tit.29.c.4. & qui poſſint vel non eligi, eod.ca.5.

emo, a Græca dictione ἐμὸς, meus, lib.3.tit.14.c.1. gloſſ.

emere & vendere qui poſſint vel non, lib.3.tit.14.c.6.

emere vel vendere nemo cogitur, quibuſdam exceptis caſibus, lib.3.tit.14.cap.7. iuncta gloſ. b c

emenda ſeu pœna honoraria pro iniuriis, libr.4.tit.9.c.10.nu.2. de pecuniaria, c.11.

emi vendive quæ poſſint aut non, libr.3.titul.14.cap.5.

emphyteoſis quomodo a locatione, emtione, aliiſque ſeparetur contractibus, lib.3.tit.16.c.2. quomodo ad tempus & in perpetuum fiat, ibid. gloſ.

emphytheoſis in quo differat a locatione ratione periculi & penſionis, lib.3.tit.16.cap.6.nume.1.

emtio & venditio quibus modis reſcinduntur & reſoluuntur, lib.3 tit.14.c.10.

emtio quando ſcripturam deſiderat, lib.5.tit.12.cap.3.

emtio quando perfecta vel imperfecta dicitur pure vel ſub conditione facta, lib.3.tit.14.c.8. item quãdo ſubhaſtationes requiruntur. eod.

emtio conſtat re & pretio legitimo, & conſenſu, libr.3.tit.14.cap.4. quomodo in pretio deceptio dicatur re ipſa, eod.

emtio vera, ficta vel imaginaria, lib.3.tit.14.c.3. & ibi glo. & ibi adferũtur plures imaginariæ venditiones in contemtione vxorum, emancipationib. teſtantium & aliis.

*emtio vbi deceptio vltra dimidiam iuſti pretii, quomodo habeat reparationem, libr.3.tit.14.c.9.nu.4.*

*emtio contractus omnibus aliis transferentib. dominium affinis, & illis olim ad firmiorem translationem vel vere vel ficte adhibitus, lib.3.tit.14.cap.1.gloſſ. emtio quid, eod.ca.2.*

*emtionis effectus & vis in translatione dominii vel cauſa euictionis, libr.3.tit.14.ca.9.*

*emtionis & venditionis contractus inordinatas habet cupiditates, lib.3.tit.14.c.1.*

*emtionis contrahendæ formulæ, libr.3.tit.14.c.7. quando & quomodo valeat in alterius arbitrium collata, eod. iuncta gloſ.a*

*emtionibus conditiones a lege definitæ quæ intelliguntur in illis, libr.3.tit.14.c.7.gloſſ.f*

*emtor re euicta quando pretium datum repetat ſolum vel alia, vel quando nihil repetit a venditore, lib.3.titul.14.cap.9.gl.*

*emtor ſuccedit in ius venditionis, non in dolum eius, qui ei non nocet nec prodeſt, lib.3.tit.14.ca.9.gloſſ.d*

*emtori a quo retrahitur res iure proximitatis competit actio de euictione in venditorem, libr.3 titul.14.cap.9. gloſſ.m quarto exemto.*

*emtum ex pecunia aliena non eſt eius, cuius erat pecunia, ſed ementis, lib.3.titul.5.c.6.gloſ.g*

*emti actio pro quibus detur emtori, libr.3.tit.14.cap.9.nume.2.*

*encœnia eccleſiarum, lib.1.tit.4.c.11.lit.n.*

*epiſcopus quando poteſt etiam inuito teſtatore ſe immiſcere de exſecutione piæ eius voluntatis, lib.1.titul.16.cap.2.nume.3. & cap.4.*

*epiſcopus vnde dictus, libr.2.tit.9.cap.2.nume.10. epiſcoporum gradus & ſpecies, eod.cap.3.*

*epiſcopus non eſt iudicandus inconſulto ſummo pontifice, lib.5.tit.14.c.5.*

*epiſcopis venari interdictum, & pœna venatorum, lib.4.tit.8.ca.8.*

*epiſcopus non poteſt de omnibus iuramentis diſpenſare, lib.5.tit.13.c.8.nu.2.iuncta gl.*

*epiſcopus quomodo iuret, lib.5.tit.13.cap.4.*

*epiſcopus non debet cogere clericos ſibi iurare fidelitatem, niſi concedat illis adminiſtrationem, lib.5.tit.13.c.5.*

*epiſcopus non ligatur generali ſententia excommunicationis vel interdicti, lib.4.tit.16.cap.5.*

*epiſcopus Hæreticus & Schiſmaticus, in forma eccleſiæ ordines conferunt, ſed non exſecutionem, lib.4.tit.3.cap.2.iuncta glo.*

*epiſcopus quando poſſit vindicare ſibi a clericis vel ſacerdotibus illata, & quando non, libr.4.tit.9.c.9.nu.2.*

*epiſcopus ſimilis præſidi prouinciæ, libr.5.tit.2.cap.2.& ibi gloſ.a*

*epiſcopus quæ ſunt ordinis, non poteſt committere niſi epiſcopis, lib.5.tit.5.cap.6.*

*epiſcopus dilapidator bonorũ eccleſiæ fur eſt, lib.4.tit.10.c.1.*

*epiſcopus vel ſuperior generalem pœnam interdicti vel ſuſpenſionis non incurrit, niſi expreſſe contineantur, libr.4.tit.15.cap.4.num.4.*

*epiſcopi cædi crudeliter inſilientes etiam in iuſtitia quomodo puniuntur, lib.4.tit.9.c.9.nu.4. ſi rebellent in principem, eod.nu.8.*

*epiſcopi officia & poteſtas circa beneficia, lib.1.tit.4.c.12.nu.5.& ibi gloſ.f m*

*epiſcopi Miſſa, lib.1.tit.21.cap.6.num.7.*

*epiſcopi munus eſt viſitare eccleſias & clericos ſuæ diœceſeos per ſe vel per alios, libr.5.tit.2.cap.2.*

*epiſcopi titulares qui Vicarii aliorum epiſcoporum in pontificialibus, lib.5.tit.2.cap.6.nume.3.*

*epiſcopum ſuum occidentes, qua pœna puniendi, lib.4.tit.13.num.4.*

*ab epiſcopo ordinatus qui renuntiauit epiſcopatui, & loco quomodo puniatur, lib.4.tit.3 c.3.num.2.*

*epiſcopis detrahentes, vel in eos coniurationes facientes, & iniuriantes clerici, quomodo puniendi, lib.4.tit.9.cap.9.nu.1.& 7.*

*epiſcopis clari ornatus prohibiti & veſtes ſuperfluæ, lib.4.tit.8.c.2.*

*epiſcopalis ordo liberat a fortuna ſeruili ex conditione adſcriptitia, libr.4.tit.2.cap.3.nu.3.& ibi gloſſ.*

*epiſcopalia iura ordinaria, libr.5.tit.2.cap.2.*

*epiſcopatus exſtinguitur occiſo epiſcopo ſecundo, lib.4.tit.13.c.5.nu.4.*

*epiſcopatum viuentis catholici inuadens non poteſt ordinare efficaciter, libr.4.titul.3.c.2.num.2.*

*epiſtola decretalis quid, lib.1.tit.2.c.9.nu.3.*

*epitimium, pœna, & epitimia quid in canonibus & apud Græcos, libr.4.titul.8.cap.2.gloſſ.i*

*equorum ornatus in ſellis & frænis qualis prohibitus clericis & eccleſiaſticis, & laicis, & cardinalibus, & aliis, lib.4.tit.8.ca.2.in fine gloſ.a*

*ergaſtulum pœna canonis, lib.4.tit.15.cap.4.nume.8.*

*error conſenſum impedit, lib.3.tit.13.cap.3.iuncta glo.*

*error in perſona matrimonii de facto contractum diſſoluit, lib.3.tit.21.c.14.*

*Ethnici qui, lib.2.tit.5.c.1.gloſ.*

*Euangeliſtæ, lib.1.tit.1.c.1.num.8.*

*Euangelium dum legitur, ſtantes eſſe debent audientes, lib.1.tit.20.c.6.litera q*

*eucharistia ſub vtraque ſpecie ſanguinis & corporis quando, & quibus concedatur, & ſub vini ſolius conſecratione vbi pueris & infirmis, libr.1.titul.9.c.7.litera q*

*euchariſtia viaticum & cibus pugnantium, lib 1.tit.9.c.1. quid, c.2.eod. quod vna, eo.ca.3. materia ſacramenti panis & vinum, & quid in illis ſacramentum, eod.c.4.num in pane fermentato, eod.glo.h & z. qui poſſint eſſe miniſtri & conſecratores euchariſtiæ, eod.c.5. quive eam poſſint aliis prabere, eod. de forma conſecrationis, eod.ca.6. qui communicent & quod ieiuni, & quoties, & de vero corpore viuo ſub ſingulis particulis, eod.c.7.num.1.2.3.4.5.*

*euchariſtia num conſecrari poſſit in pane fermentato in eccleſia occidentali, lib.4.tit.6.c.3.nume.1.iuncta gloſſ.*

*euchariſtia ſub clauibus cuſtodiri debet, libr.4.tit.5.cap.1.num.3.*

*euchariſtiæ communio quibus deneganda, lib.1.tit.9.c.8.*

*euchariſtiæ effectus, libr.1.tit.9.ca.9.*

*euchariſtiæ ſumtio curat morbos corporales, lib.1.tit.9.cap.9.litera q*

*euchariſtiæ priuatio pœna canonica, lib.4.tit.15.c.4.nu.3.*

*euchariſtia ſacramentum inſtitutum a Chriſto, lib.1.titu.9.c.5.*

*euchariſtiã conſecrant hæretici ſacerdotes excõmunicati depoſiti, ſi in forma eccleſiæ, & intentione eius conſecrent, lib.1.tit.21.c.5.*

*euchariſtiam vomentes quomodo puniendi, lib.4.tit.6.c.4.nume.4.*

*euictio non habet locum in delictis alterius mandato commiſſis, lib.3.tit.18.c.6.gloſ.d*

*euictio quando competat pro re aliena donata donatario, lib.3.tit.19.cap.4.glo.a*

*euictionis actio quando competat emtori aduerſus venditorem vel non, & pro pretio, & pro aliis, li.3.tit.14.c.9.nu.3.& quando pro multo competat, ibid.glo.m*

*examinatio ordinãdorum a quo fieri debeat, lib.4.tit.4.c.3.nume.3.*

*exceptio quid, diſtinctioq; exceptionum dilatoriarum, peremtoriarum, temporalium, perpetuarum, lib.5.tit.8.c.1.*

*exceptio in iudicio tua non intereſt, lib.5.tit.8.cap.1.*

*exceptio criminis quãdo admittatur, & quid operetur, lib.5.titul.9.cap.1.nu.6.*

*exceptio debitoris contra creditores quando proſit fideiuſſori eius, & quande non proſit, lib.3.tit.11.c.5.glo.lit.e*

*exceptio non numeratæ pecuniæ intra quod tempus proponi poſſit, libr.3.tit.12.cap.3.iuncta gloſ.*

*exceptiones iudicii dilatoriæ & peremtoriæ, lib.5.tit.8.c.1.*

*exceptiones quando proponendæ in iudicio & iudicandæ ſint, lib.5.tit.8.c.2.*

*ex communicare qui poſſint vel non, lib.4 tit.16.c.4.*

*excommunicare qui poſſint, & quod excommunicatio ſit iuriſdictionis, lib.5.tit.2.ca.2.gloſſ.*

*excommunicare quando alium laicus poſſit, lib.2.tit.8.cap.5.iuncta glo.*
*excommunicari qui poſſint vel non, lib.4.tit.16.cap.5.*
*excommunicari contumax poteſt, libr.5.tit.6.c.6 notat ibi gloſſ. exceptionem.*
*excommunicãs male quomodo puniatur, lib.4.tit.16.c.13.*
*excommunicantes vel excommunicare facientes quicunque læſerit vel ſuorum tædio quomodo puniantur, lib.4.tit.16.ca.7. in fin. & ibi gloſ.*
*excommunicatio pœna ſpiritualis, lib.4.titul.15.cap.1.*
*excommunicatio eſt pœna eccleſiaſtica, medicinalis & contemta mortalis, libr.4.tit.16.ca.1.nu.1. quid, eod.nu.2. alia maior, minor, ſolemnis, non ſolemnis, iuſta, iniuſta, nulla, eo. & quæ timenda, eod.nu.5. pro quibus feratur, eod.ca.2.*
*excommunicatio a quibus inferatur, vt a iure & ab homine, & in quibus a iure ipſo facto quis eſt excommunicatus minori vel maiori excõmunicatione, lib.4.tit.16.c.3.*
*excommunicatio ad fines reuelandi ſecreta non ligat confeſſores, lib.4.tit.16.c.2. iuncta gloſſ.*
*excommunicatio quot modis incurritur ipſo facto & iure ſine alia declaratione, libr.4.tit.16.c.2.gloſ.*
*excommunicatio ſolemnis fit tantum ab epiſcopo, lib.4.tit.16.ca.4.*
*excommunicatio ſecum trahit exſecutionem, lib.4.tit.16.c.7.gloſſ.*
*excõmunicatio probatur per literas excommunicationis donec conſtet de abſolutione lib.5.ti.10.c.5.nu.4.*
*excommunicatio ciuilis contra Iudæos, ne commercia habeant cum Chriſtianis pro pœna, lib.2.tit.5.c.2.nu.3.*
*excommunicatio in quibus cum interdicto conueniat & diſſideat, lib.4.tit.17.cap.3. in gloſ. x*
*excommunicationis pro iniectione in perſonis eccleſiaſticis pœna & abſolutio, lib.4.titul.9.c.10.nume.3. & ibi gloſſ. magna litera s & t. explicat, qui in eum incidant vel non, & a quib. abſolutio peti debeat.*
*excommunicationis & excommunicãdi formæ, pro ſolemni & non ſolemni, lib.4.titul.16.c.6. ibi, vide in gloſſ.1.*
*excommunicationis effectus, lib.4.tit.16.c.7.*
*excommunicationis ſententia quibus modis tollatur, libr.4.tit.16.cap.8.*
*excommunicationis ſententia non ferenda niſi præcedente monitione trina, libr.5.tit.14.cap.4.*
*excommunicatus ſacerdos celebrans, qua pœna puniatur, lib.4.tit.6.c.1.*
*excommunicatus quare & quomodo iterum ante abſolutionem excommunicari & re excommunicari poſſit, lib.4.tit.16.c.5.gl.*
*excommunicatus notorie non poteſt eſſe arbiter, lib.5.titul.4.cap.6.*
*excommunicatus declaratus alium nequit excommunicare, contra ſi occultus; lib.5.tit.14.c.3.nu.2.*
*excommunicatus dicens horas non dicit dominus vobiſcun, lib.1.tit.20.c.5. in gloſſ.*
*excommunicati ob manuum iniectionem in clericos ſe ordinari facientes quomodo puniantur, lib.4.tit.2.c.7.*
*excommunicatis participans, quando peccet & quando poteſt participare impune cum illis, lib.5.tit.16.c.3. & gloſ. ibi l*
*excõmunicatis qui poſſunt impune communicare, lib.4.tit.16.c.6.*
*excommunicatis licet colloqui de abſolutione, & ſalute animæ, libr.1.titul.22.cap.6.nume.2.*
*exſecutio ſententiæ contra quam impetratur retractatio vel ſupplicatio quando ſuſpendatur vel non, lib.5.tit.14.c.8.nu.4.*
*exſecutio non eſt facienda debitoris ante ſententiam, nec poſt niſi auctoritate iudicis, lib.5.tit.14.c.6. & in quibus ciuilibus, & criminalibus eſt differenda vel non, eod. iuncta gloſſ.*
*exſecutor ſententiæ non poteſt excedere vel eam interpretari, alioquin ab eo recte appellatur, & ei impune reſiſtitur, lib.3.tit.18.ca.8.o*



*exſecutores teſtamentorum qui poſſint eſſe, libr.3.tit.22.c.7.nu.3.*
*exemplato inſtrumento quando fides, vt originali adhibetur, & quando non, libr.5.tit.12.c.8.num.2.*
*exempla hoſpitalia quãdo ad epiſcopi curam pertineant, lib.1.tit.16.c.2.nu.2. & gloſ.*
*exercitia corporalia & ſpiritualia, libr.1.tit.16.c.4. in glo.*
*exilium imponitur etiam iure canonico, libr.4.tit.15.c.4.nu.9.*
*exorciſtæ in eccleſia qui, lib.2.tit.9.c.2.nu.5.*
*expenſæ factæ in gerendo alterius negotio quæ & quando, & quatenus repetantur a domino, lib.3.tit.18.cap.8.gloſſ.*
*ad expenſas damnatur contumax in proſequenda appellatione, & quomodo illæ expenſæ taxantur, lib.5.tit.15.c.6. iuncta gl.*
*expenſis ſoluendis victus victori condemnatur niſi habuerit cauſam iuſtam litigandi, lib.5.tit.14.c.4.*
*expoſitorum puerorum collectio ſcripturam requirit, lib.5.tit.12.ca.3.nu.6.*
*expromiſſor quis, ſpecies fideiuſſoris, lib.3.tit.11.cap.2.nu.1.*
*extraordinarium iudicium quid, lib.5.tit.1.c.2.nume.3.*
*extrauagans de qua dubitatur debet produci in iudicio vt fidem faciat ſub plumbo, libr.5.tit.12.c.3.nu.1.gloſſ.*
*extrauagantes iuris pontificii cur dicantur, & quando introductæ, libr.1.tit.1.cap.1.nume.21. & 22.*
*extrema vnctio quid, lib.1.tit.11.cap.1. duplex eod.c.2. materia, eod.nu.2. miniſtri, eod.nu.3. forma eod. nume.4. qui non vngantur illa, eod.cap.3. cauſæ & effectus eius, eod.cap.4. iterabile ſacramentum, eod.ca.4 nume.2.*

*F*

*FAbricæ eccleſiarum cura laicis dari poteſt & ſolet, lib.2.tit.8.c.5.num.2.*
*factio ſocietas criminum, lib.3.tit.17.cap.2.*
*falcidia quarta hereditatis quibus debetur, lib.3.tit.22.c.7.glo.*
*falſarius actorum iudicialium & inſtrumentorum vt puniatur, libr.5.titul.12.cap.6.gloſſ.*
*falſariorum & falſi accuſatio quem modum procedendi habeat, lib.4.tit.11.c.4.*
*falſum quid, lib.4.tit.11.c.1. quotuplex, eod.ca.2. & in quibus committitur verbo, ſcripto, re, eod.*
*falſum facere qui dicantur vel non, & qui de falſo teneantur, libr.4.titul.11.cap.3. & qui de falſo ab aliquibus non accuſantur, eod. & c.4.*
*falſum dicens in iudicio inſtrumentum, & non probans, falſi pœna punitur, libr.5.tit.12.c.8.num.10.*
*falſi in dicto & verbo commiſſi pœna, libr.4.tit.11.ca.5. in ſcripto, cap.6.*
*falſo inſtrumento vtens quomodo puniatur, lib.4.tit.11.cap.6.gloſſ.*
*falſorum teſtium pœna eccleſiaſtica, & ciuiles, lib.5.tit.11.c.9.*
*falſis teſtimoniis & inſtrumentis ſententia lata retractatur, lib.5.tit.11.ca.9.*
*falſis ex inſtrumentis vel teſtibus iudicatum reſcinditur, lib.5.tit.14.c.4.*
*fama quæ faciat ſemiplenam probationem & cum teſte plenam, lib.5.tit.11.c.8.gloſ.*
*fama per ſe vim ſola probandi non habet, lib.5.tit.5.c.5.num.4.*
*feriata die poſſunt examinari teſtes, lib.5.tit.11.cap.5.nu.4.*
*feriæ quid, lib.1.tit.19.c.1.num.1. diuiſio in prophanas & eccleſiaſticas, & quid prophanæ, & eius ſpecies, eod.num.2. eccleſiaſtica quæ, & eius ſpecies, eod.nume.3. & c.2.nu.2.*
*feriæ a quibus conſtituantur & indicantur, lib.1.tit.19.c.4.*
*feriæ indictæ a Romanis per præconem vt abſtinerent ab opere, ne polluerentur, libr.1.titul.19.cap.3. litera a, vt a curionibus, cap.5.eod.*
*feriarum vindemiales & meſſium tempus, lib.1.tit.19.c.4. litera k. li*
*feſtum corpus domini & eius indulgentia, lib.1.tit.9.c.9.*

*feſti cultus & tempus quamdiu duret, libr. 1. tit. 19. cap. 5.*

*feſta mobilia & immobilia quæ, lib. 1. tit. 19. cap. 2. nume. 3. & alia quæ iubet eccleſia, eod. in glo. lit. v*

*feſta ſeu feſtiui dies a quibus conſtituantur, lib. 1. titul. 19. cap. 4.*

*feſta hebdomadæ debent prædici ſingulis diebus Dominicis a curione, libr. 1. tit. 19. c. 5. iunge cap. 3. num. 2, eod.*

*feſta augere, minuere, & mutare quomodo cũ populo & clero debeat epiſcopus, libr. 1. tit. 19. c. 4. litera b*

*feſta ſunt inter Miſſarum ſolemnia die dominico a curione denuntianda hebdomadæ, lib. 1. tit. 21. cap. 6. num. 6.*

*feſtorum introducendorum finis, & tranſgreſſio pœnam meretur, lib. 1. tit. 19. c 6.*

*feſtis diebus a quibus ceſſandum, lib. 1. tit. 19. cap. 2.*

*feudum eccleſiæ quando impignoratur eccleſiæ acquirit fructus eccleſia & quare, libr. 3. titul. 9. c. 4. nu. 2.*

*feudum prælatus de re eccleſiæ quando facere poſſit, lib. 3. tit. 16. c. 3. gloſſ.*

*fideiuſſio quid, lib. 3. tit. 11. c. 1. num. 2. ſpecies fideiuſſionis, eod. cap. 2. quibus obligationibus accedat vel non, eod. cap. 3. qui fideiubere poſſint, eod. cap. 4. quæ formula fideiubendi, eod. c. 5. effectus, actio, eod. c. 6. quomodo exſtinguatur, c. 7.*

*fideiuſſio pro reo capitali ad quid extendatur, & quod non pertineat ad ſupplicium pro eo luendum ſi fugerit, libr. 3. tit. 11. cap. 3. iuncta gloſ.*

*fideiuſſor verbis obligatur, lib, 3. tit. 11. ca. 1. nu. 1. & eius per conſequens hæres, eod. glo. b & cap. 8.*

*fideiuſſor quando poſſit conueniri, & ſi plures ſint, quando diuiſio conuentionis vel condemnationis locum habet, vel in ſolidum quilibet conueniri poteſt, lib. 3. tit. 11. c. 11,*

*fideiuſſor in quibus caſibus poterit conuenire debitorem principalem, vt ſe liberet a fideiuſſione ante tempus, lib. 3. tit. 11. cap. 6. nume. 3.*

*fideiuſſori quando proſit exceptio, quæ datur debitori, & quando non, lib. 3. tit. 11. cap. 5. gloſſ.*

*fideiuſſores eſſe clerici & monachi, & pro quibus poſſunt, libr. 2. tit. 9. cap. 8. gloſſ.*

*fidelis quis, lib. 1. tit. 5. c. 7.*

*fidelitatis iuramentum præſtare epiſcopo clerici quando teneantur, lib. 5. tit. 13. cap. 5. & quando laici, & de renouatione iuramenti fidelitatis ſemel facienda nec renouanda ſucceſſori eius, cui iuratum eſt.*

*fidelitatis iuramentum quid, lib. 5. tit. 13. c. 1. nu. 6. ſemper habet exceptam tacite ſuperioris cauſam, eod. ca. 2. præſtatur ſummo pontifici ab archiepiſcopo, eod. nu. 4.*

*fides hoſti ſeruanda, libr. 3. titul. 1. cap. 5. gloſ. vbi exempla.*

*fides matrimonii & pactionis & conſenſus eſt, libr. 3. titul. 21. cap. 4.*

*fides catholica vbi explicatur in vtroque iure, libr. 1. titul. 5. in rubrica a*

*fides formata, & informis quæ, & viua & mortua virtus infuſa, lib. 1. tit. 5. c. 6. nu. 1. confeſſio fidei quid, eod. nume. 2. & 3.*

*fides omnes actiones præcedit, lib. 1. tit. 5. cap. 5. gloſſ. c iudicatur ab eccleſiaſticis non laicis, eod.*

*fides de quibus ſit, eadem Chriſtianorum & Iudæorum antiquorum, ſymbola eius, quæ credenda, lib. 1. tit. 5. ca. 3. nume. 1. 2. 3. 4.*

*fides a Deo & donum Dei, quæ eſt Theologica, lib. 1. tit. 5. ca. 4. eius regulæ, & non eſſe dubitandum, diſputandum de ea, ab eccleſia, in ea dubiorum eſſe explicationem petendam, eod. cap. 5.*

*fides quid, lib. 1. tit. 5. c. 1. & in gloſſ. lit. b. & c. 1. gloſſ. g diuiſio, eod. ca. 2. in humanam & diuinam; rurſum ſubdiuiſio humanæ, in eod. c. 2. nu. 2. & ſubdiuiſio diuinæ, eod. nu. 3. & acceptiones in gloſ. litera c*

*fidei Chriſtianæ ſcopus, & finis & effectus, libr. 1. tit. 5. ca. 8.*

*fidem relinquentes tanquam hæretici puniendi, lib. 2. tit. 6. c. 2. nme. 2.*

*fidem infideles & Iudæi recipere non ſunt cogendi, ad ſuſceptam tenendam contra, lib. 2. tit. 5. c. 2. nu. 1. quando & coacti fuerint, vide eod. glo. a*

*fidem datam implere lex naturalis & ciuilis implere iubet & cogit, libr. 3. tit. 13. cap. 5. & ibi gloſſ.*

*fidem catholicam an quis ſuſcipere cogatur; & num ad eam dimiſſam redire, lib. 1. tit. 5. c. 7. num. 5. & gl.*

*fiduciaria poſſeſſio & fiduciarius hæres quid, libr. 3. c. 7. iuncta gloſſ.*

*filiam ſpiritualem nempe ex confeſſione & pœnitentia factam presbyter cognoſcens, vt adulter punitur, libr. 3. tit. 21. ca. 9. gloſſ.*

*filius illegitimus habetur nec ſuccedit patri, qui natus eſt etiam ex matrimonio ſed prohibito, clam contracto, vel a ſciente impedimentum, contra ſi ab ignorante & in facie eccleſiæ, lib. 2. tit. 3. c. 1. nu. 4.*

*filius patri furtum non facit, libr. 4. titul. 10. cap. 6.*

*filius filiave familias num religionem ingredi poſſint inuito patre, lib. 3. tit. 2. cap. 4. iuncta gloſſ.*

*filiusfamilias ex contractib. obligatur mutuo excepto, & quando etiam ex eo, lib. 3. tit. 4. ca. 5. gloſ.*

*filiusfamilias patri communicans & ſeruiens excommunicato, non incidit in excommunicationem, libr. 4. titu. 16. cap. 6. contra ſi emancipatus, vel ſi pater communicet filiofamilias excommunicato, libr. 4. tit. 16. c. 7.*

*filium necans qua pœna afficiendus cum diſtinctione, lib. 4. tit. 13. c. 5. nu. 9.*

*filii legitimi & naturales qui, & qui illegitimi, eorumque ſpecies, naturales, ſpurii, adulterini, inceſtuoſi, nepharii, lib. 2. tit. 3. per totum c. 1.*

*filii nati ex prohibito matrimonio diſſoluendo, cenſentur legitimi & naturales, & habiles ad ſuccedendum, ſi matrimonium contractum fuerit in facie eccleſiæ nullo impediente, &c. vide libr. 3. tit. 21. cap. 6. nu. 1. iuncta gloſſ.*

*filii legitimi tãtum ex lege diuina vel humana facti qui, & ſpecies, lib. 2. tit. 3. c. 2.*

*filii monſtroſi nati & abortiui num inter liberos, lib. 2. tit. 3. cap. 4.*

*filii alii ſui, alii emancipati, & qui ſint, lib. 2. tit. 3. cap. 5.*

*filii debent inſtitui ſaltem in legitima, alioquin non valet teſtamentum patris, libr. 3. titul. 22. cap. 6. alioquin & hæreditates parentum filiis non inſtitutis eccleſia non recipit, eod.*

*filiis & nepotibus peccantium ob grauitatem delicti patris impoſita pœna non extenditur ad pronepotes neq; ad natos ex filiabus, lib. 4. tit. 15. c. 5. gloſſ. b*

*finem naturalem conſequi cuncta deſiderant, aliquando tamen, & quare non poſſunt, lib. 1. tit. 1. ca. 1. nume. 1.*

*fines diœceſeos per quæ probentur, lib. 5. titul. 10. cap. 5. nu. 4.*

*firma quid, & dare ad firmam pro locare, lib. 3. tit. 10. c. 2. gl.*

*fiſcus non dat ſportulas iudici, quia ſemper gratis litigat, libr. 3. tit. 14. c. 5. gloſſ.*

*focarias non dimittentes clerici, quomodo puniantur, lib. 4. tit. 14. c. 7. & de pœna concubinarum.*

*fœmina veſte virili an vtatur licite, lib. 4. tit. 8. c. 4. glo.*

*fœminæ quæ non poſſunt exercere in eccleſia Dei, lib. 2. titul. 1. ca. 3. nu. 2. vnde fœmina dicta, eod. gl.*

*fœminæ ſolæ ire non debent, &c. lib. 4. tit. 9. c. 3. iuncta gl.*

*fœminarum & meretricum in veſtitu diſtincti colores, lib. 4. tit. 8. c. 2. gloſſ. f*

*fœnus mutuum eſt cum vſuris, lib. 2. tit. 4. c. 3. & tit. 5. cap. 1.*

*foraneus officialis quis, libr. 5. tit. 2. c. 3. & ibi gloſ. x*

*forma iudicii quæ ſeruanda, libr. 5. tit. 1. cap. 3. num. 6.*

*forma quid, lib. 1. tit. 3. c. 2. nu. 4.*

*formulæ ſcrupuloſæ conceptis verbis factæ ſublatæ, lib. 5. tit. 1. c. 5. iuncta gl.*

*fornicatio ſimplex quid, li. 4. tit. 14. c. 1. nu. 2. pœna, c. 7. eod. mixta cũ aliis circũſtantiis, eod. nu. 3. vnde dicta fornicatio, eod. glo. g*

*fornicationis ſimplicis pœna in clericis & aliis perſonis eccleſiaſticis, lib.4.tit.14.c.7.*
*fortuitos caſus quando teneatur præſtare procurator domino, lib.3.tit.18.c.8.gloſ.*
*forus vnde dicitur iudicialis, lib.5.tit.1.c.1. nume.2. & quod conſtat cauſa, lege, iudicio, eod.*
*forum quis diuerſum ex quibus reb. & cauſis ſortiatur vel proprium vel alienum, lib.5. tit.1.c.6.in fin.*
*fori eccleſiaſtici & ſecularis quæ ſint, & quæ vtriuſq; lib.5.tit.1.cap.6.*
*fratris vxorem relictam ducere non licet, & quando & quare aliquando permiſſum, lib 3.tit.2.c.11.gloſ.t & v*
*fratris filiam ducere in matrimonium aut ſororem an diſpenſationem admittat, lib.3. tit.21.c.12.gl.a circa finem.*
*fraternitatis ſpecies in ſocietate, lib.3.tit.17. cap.2 glo.a*
*in fraudem creditorum quis dicatur factus non ſoluendo vel non, lib.3.tit.17.c.6.glo.*
*frigiditas & maleficiũ quando dirimant matrimonium, lib.3.tit.21.c.9.iuncta gloſſ.*
*fucare faciem deteſtabile.lib.4 tit.8.c.2.gl.*
*fucare faciem maxime monialibus prohibitum.lib.4.tit.8.cap.4.*
*fuga facit contra fugientem præſumtionem ſufficientem ad torturam, lib.5.tit.10.c.5. glo.m vbi explicatur exceptio.*
*fur manifeſtus & non manifeſtus quis, lib.4. titul.10.cap.2.*
*furem quando liceat occidere, lib.4.tit.10.c. 8.gloſſ.*
*furem quando liceat occidere, lib.4.tit.13.c. 3.in fin.*
*furum extraordinariæ vel criminales pœnæ, lib.4.tit.10.cap.8. pœnæ ponuntur, libr.4. tit.10.c.7.*
*pro furibus eccleſia intercedit verbo, non autem eos defendit, lib.4.tit.9.ca.12.*
*furioſus quare non dicatur conſentire, libr.3. titul.13.c.3.gloſſ. in quibus præſumitur, cap.2.gloſ.*
*furioſus non tenetur de homicidio, lib.4.titu. 13.cap.3.& ibi glo.*
*furor quomodo probandus, lib.3.tit.2.c.4.gl.*
*furtum quid, libr.4.titul.10.cap.1.& ibi quæ vſurpatio pro furto habeatur, diſtinctio furtorum, c.2.*
*furtum de quibus rebus & quomodo fiat, lib. 4.tit.10.c.3.*
*furtum conceptum oblatum, &c. & eorum actio, lib.4.tit.10.c.7.glo.*
*furtum ſemel factum & repetitum quomodo puniatur, lib.4.tit.10.ca.8.*
*furum celans vt fur punitur, lib.4.tit.10.c.7.*
*furtum qui & quibus facere dicuntur, lib.4. tit.10.cap.4.*
*furti inquiſitio in domibus priuatis antiqua per lancem & liciũ, & quæ nunc & quando permittatur, lib.4.titul.10.cap.7.glo.*
*in furto puniendo conſideranda, lib.4.tit.10. cap.5.*
*furtiua res vindicari per dominam etiam nõ reſtituto pretio emtori poteſt, lib.4.tit.10. c.7.gloſſ.*
*furtiue ordines ſuſcipere quid, lib.1.tit.13.c. 5.litera m*
*furtiue ordinem ſuſcipiens quomodo puniatur, lib.4.tit.3.cap.1.num.3.*
*furtiue ordinatus quis dicatur, lib.4.tit.4.c.3.*

*G*

G*Abinia lex de chirographariis debitoribus, lib.3.tit.12.ca.3.gloſſ.*
*gemini nati quomodo baptizandi, libr.1.tit. 7.c.6.num.3.*
*gentiles qui dicuntur, lib.2.tit.5.c.1.gloſſ.b.*
*genuflexio non fit in eccleſia a Paſchate vſq; ad Pentecoſten, lib.1.tit.19.c.3.*
*Germani nobiles cur inter nationes venationibus dediti, lib.4.tit.8. c.8.gloſ.h*
*gradus cognationum quomodo in matrimoniis alio modo iure pontificio quam iure ciuili, libr.3.tit.21.cap.11. nume.1.iuncta glo.a & d.*
*Gratianus & eius collectio canonum quãdo, lib.1.tit.1.c.1.num.15.eius emendatio, eodem num.16.*
*Gregorius 1. Litaniæ maioris inſtitutor, libr. 1.tit.20.ca.3.litera n & ibi forma eius.*



*Gregorius 1.S.P.lib.1.tit.1.c.1.num.16.*
*Guardiani eccleſiarum qui & regularium, lib.2.tit.9.c.5.num.12.& ibi gloſ.*
*Guelphorum & Gibellinorum factiones vnde, lib.2.tit.7.cap.2.litera f ſchiſmate 29.*

*H*

H*Abitum non ferens ordinis ſui beneficii priuatur priuilegiis ordinis & beneficii, lib.4.tit.8.cap.2.& ibi gloſſ.1.& quomodo habitus non faciat vel faciat monachum, ibid.gloſſ.*
*hæres in quibus tenetur pro debitis ex crimine defuncti, lib.3.tit.5.c.6.gloſſ.*
*hæres adeundo ex quaſi contractu obligatur debitis eius, lib.3.tit.22.ca.1.*
*hæredem inſtituere non licet hæreticum, & qui fecerit excommunicatur etiam poſt mortem, lib.12.tit.6.cap.7.gloſ.in lit.l*
*hæreditaria ſucceſſio in beneficiis locum non habet, libr.3.tit.22.c.4.*
*ab hæreſiarcha ordinatus vt puniãtur, libr.4. tit.3.ca.2.*
*hæreſis ſuperueniens vel infidelitas coniugis non ſoluit matrimonium, lib.3.tit.21.ca. 13.nume.2.*
*hæreſis abiuratio debet fieri ſcripto, lib.5.titu. 12.c.3.nu.6.*
*hæreticus non ligat nec ſoluit, libr.1.tit.10.c. 8.num.3.*
*hæreticus quis, lib.1.tit.5.ca.7.nu.2.gloſſ.m*
*hæreticus teſtis eſſe quando non poſſit, libr.5. tit.11.c.4.*
*hæreticus proximus infideli, libr.2.tit.6.cap. 1.nu.1.quis hæreticus, eod.nume.2.quod diſtet a Schiſmatico, eod.nu.3.& quis hæreticus, quiſve ſuſpectus de hæreſi, eod.c.4.*
*hæretici ſuſpecti, lapſi & relapſi quomodo cõſiderandi ſunt in pœnis, lib.2, tit.6.cap.8. & redeuntes quomodo recipiendi.*
*hæreticorum iudices epiſcopi & inquiſitores fidei, non laici, qui nihilominus iurant ſe expulſuros hæreticos declaratos ab eccleſia, & punituros, quod etiam ſi neglĩgãt, quandoq; exponitur terra illorum occupanti, & quomodo, lib.2.tit.6.c.5.*
*hæreticorum baptiſma collatum quando reiterari non debet, lib.1.tit.7.c.3.nu.3.& 4.*
*hæreticorum variæ ſpecies, lib.2.tit.6.c.2.nu. 1.& ſeq. relapſi & non relapſi, & eorum pœnæ diſtinctio, eod.c.3.*
*hæreticorum pœnæ tam ciuiles quam pontificiæ, libr.2.tit.6.cap.7.*
*hæreticorum cur pœnæ adiectæ temporales, lib.2.tit.6.ca.9. curve Deus permittit eos eſſe, eod.*
*hæreticis quomodo non ſint ſacramenta vera, lib.1.tit.6.c.7.num.2.*
*hæreticis licet colloqui de ſalute animæ, libr.1. tit.22.c.6.nu.2.*
*Hebræi vnde dicti, lib.2.tit.5.c.1.gloſ.t*
*Henricus 4.Imperator abſolutionis habendæ cauſa hyeme nudis pedibus cum vxore & paruulo ſummum pontificẽ adiit ex Germania, lib.4.tit.16.c.12.gloſ.*
*Heraclius Heracleotæ filius coegit Iudæos ad fidem Chriſti, li.2.tit.5.c.2.gloſſ.*
*Heremitæ qui, lib.7.tit.9.c.3.nu.5.*
*hiſtrio ioculatorq; clericus priuilegio clericali priuandus, lib.4.tit.8.cap.6.& ibi de artis eius reprobatione in gloſſ.v*
*hiſtrionum deteſtatio, libr.2.tit.9.cap.8.iuncta gloſſ.*
*homo liber non poteſt pro debito oppignorari iure, lib.3.tit.9.cap.3.iuncta gloſ. & ibi exceptiones.*
*homo creaturarum princeps ad imaginem Dei, lib.1.tit.1.ca.1.nume.1.*
*hominis vario modo ſecundum diuerſa negotia definitæ ætates annorum numero, lib.2. tit.2.cap.1.2.3.& ſeq.*
*hominis lapſus & remedia pro reſtitutione eius quæ, lib.1.tit.1.c.1.num.2.*
*hominem liberum emens aut vendens, qua pœna afficiendus, li.4.tit.10.c.8.& ibi gl.*
*homicidarum diuerſæ pœnæ pro diuerſitate homicidiorum ponuntur, lib.4.tit.13.c.5.*
*homicidis quibus datum ius aſyli, lib.1.tit.4. c.13.gloſ.in lit.d*
*homicidium in rixa commiſſum inter plures quib. imputetur, li.4.tit.13.c.3.iuncta gl.*
*homicidium puniendum quomodo perpen-*

*dendum ex volũtate, caſu, culpa, dolo, &c. libr. 4. tit. 13. cap. 4.*
*homicidium quid voluntarium, caſuale, neceſſarium, ſimplex, parricidium, voluntate ſolum, actu ſolum, actu & voluntate commiſſum, lib. 4. tit. 13. c 2. iunctis gloſſ.*
*homicidium quid, lib. 4. tit. 13. cap. 1. & graue crimen, eod. quotuplex, & cap. 2.*
*homicidium polluit eccleſiam, lib. 1. tit. 4. c. 6.*
*homicidii reus ex quibus cauſis quis dicatur vel non, lib. 4. tit. 13. c. 3.*
*homicidio perpetrato alicubi datur pœna pecuniaria vltra, quæ compoſitio dicitur, lib. 4. tit. 13. cap. 5. nu. 8.*
*homicidia quæ non habent culpam nec pœnam, lib. 4. tit. 13. cap. 3. iuncta glo. n*
*honoraria pœna quæ, lib. 4. tit. 9. ca. 10. nu. 1.*
*horæ canonicæ ſeu preces cur ita dictæ, libr. 1. tit. 20. cap. 2. quando diſtinctæ, eod. litera l & fuſe de illis poſtea litera m, & cur ita vocentur, eod.*
*horæ canonicæ non dictæ, vel ex cauſa vel alio modo, an ſint loco omiſſarum ducendæ ſeu reaſſumendæ, & reſpondetur non eſſe, libr. 1. tit. 20. gloſſ. 3. in fine.*
*horæ canonicæ qua forma dicendæ, libr. 1. tit. 20. cap. 6. num. 1.*
*horas canonicas beneficiatus nõ ordinatus poteſt per alium dicere, ordinatus in maioribus ordinibus etiam non beneficiatus non poteſt lib. 1. tit. 20. gloſ. circa fin.*
*horis canonicis qui debent intereſſe quive ad eas dicendas tenentur, & pœna eorum, qui non interſunt, lib. 1. tit. 20. c. 5. non excommunicati depoſiti, &c. an diſpenſari poſſit de non dicendis horis cum eis, qui ad eas tenentur, eod. gloſ.*
*hoſpitalia quando beneficia eccleſiaſtica, libr. 1. titul. 27. cap. 6. nu. 3.*
*hoſpitalia quibus nominibus dicantur, lib. 1. tit. 16. cap. 3. num. 1. quomodo bona eorum curanda, eod. c. 4.*
*hoſpitalia & plura eius generis loca, lib. 1. tit. 16. c. 1.*
*hoſpitalia religioſa & non religioſa quæ, libr. 1. titul. 16. cap. 2. nume. 1. ad quorum curam & diſpoſitionem vtraque pertineant, eod. nume. 2.*
*hoſpitalia quos & quot pauperes recipere teneantur, & quomodo eos alere, lib. 1. titul. 16. cap. 5.*
*hoſpitalitas commendata, lib. 1. tit. 16. cap. 1. littera a*
*hiſpitalitatem qui debeant habere, libr. 1. tit. 16. cap. 4.*
*hoſti etiam fides ſeruanda, libr. 3. tit. 1. cap. 5. gloſſ. e*
*hoſtes armis vel alia merce iuuantes incidũt in legem Iuliam maieſtatis, lib. 3. tit. 14. cap. 5. gloſſ. s*
*Hugo epiſcopus Valentiæ in Aragonia excõmunicauit regem Aragoniæ Martium, & quomodo abſoluit, lib. 4. tit. 16. cap. 12. gloſſ. l*
*Hungarorum a fide in paganiſmum occiſis ſacerdotibus & epiſcopis, relapſus, lib. 2. tit. 5. c. 2. gloſſ. c*
*hypocritæ plus nocent eccleſiæ quam hæretici manifeſti, libr. 2. tit. 6. c. 9.*
*hypotheca quid & quomodo cum pignore cõſentit & differt, lib. 3. tit. 9. c. 1.*
*hypotheca expreſſa ſpecialis fortior generali, & differentiæ generali & expreſſæ, libr. 3. titul. 9. cap. 2. quæ hypothecari poſſunt vel non, eod. cap. 3.*
*hypothecaria actio quibus detur & contra quos, lib. 3. tit. 9. cap. 5. & ſi plures creditores hypothecarii concurrant, quis præferatur vel ratione temporis vel ratione priuilegii, eod. num. 3.*

*I*

*S. IAcobi in orando maxima aſſiduitas fecit, vt & frons & genua obduruerint, lib. 1. ti. 20. c. 2. litera m*
*Idiotæ qui dicantur, lib. 2. tit. 8. cap. 2. gloſ.*
*idoneus quilibet præſumitur, niſi de contrario doceatur, libr. 5. tit. 10. cap. 5. nume. 2.*
*idoneus quilibet præſumitur donec contrarium doceatur, lib. 1. tit. 13. cap. 6. num. 1.*
*ieiunandi & ieiunii ſoluendi modus & tempus ab eccleſia quare definitus, lib. 1. tit. 18. cap. 4.*

*ieiunan-*



*ieiunandum quando non eſt, lib. 1. tit. 18. ca. 3. num. 5.*
*ieiunare qui teneantur, & qui non teneantur, lib. 1. tit. 18. cap. 5.*
*ieiunium omittens ex cauſa vt æger non tenetur illud alio tempore reaſſumere, ſeu pro omiſſo ieiunare, lib. 1. tit. 20. gl. z. in fin.*
*ieiunium ſibi præ aliis etiam vnius diei imponere prohibitum conſilio, prætextu religionis, lib. 1. tit. 18. cap. 2. nume. 2.*
*ieiunium Tarentinorum & Reginorum ieiunium, libr. 1. tit. 18. c. 1. litera b*
*ieiunium quid generaliter, prophanum & ſacrum, lib. 1. tit. 18. c. 1. nume. 1. & 2, Prophanũ naturale morale ſalutare, & quid illa, eod. Sacrum quid; eius diuiſio in ieiunium corporis & animæ, & corporis in pœnitentiale & non pœnitentiale, &c. eo. n. 3.*
*ieiunii & abſtinentiæ diſtinctio, lib. 1. tit. 18. c. 1. lit. g*
*ieiunia quatuor temporum quater mutata nunc quando fiant, lib. 1. tit. 18. c. 3. nu. 6.*
*ieiuniorum inſtitutio a quib. lib. 1. tit. 81. ca. 2. & ibi quib. & quare fuerit mandatum vel ſponte ſuſceptum, lib. 1. tit. 18. cap. 2.*
*ieiuniorum tempora de præcepto, & de conſilio quæ, lib. 1. tit. 18. c. 3.*
*ieiuniorum effectus & virtutes, li. 1. tit. 18. c. 6.*
*ieiunus eſſe debet euchariſtiam ſumens, lib. 1. tit. 9. c. 7. lit. n*
*ieiuni confirmans & confirmandus debent eſſe, lib. 1. tit. 8. c. 3. num. 5. gloſ. t Item conſecrantes euchariſtiam & communicantes, eod. lib. 1. tit. 9. c. 7. num. 7.*
*ieiuni de honeſtate teſtes examinari debent, lib. 5. tit. 11. c. 5. nu. 5.*
*illiterati ordinandi non ſunt, at ordinati accipiunt characterem, vt & laici ordinis, libr. 4. titul. 2. cap. 4. de pœna ibi epiſcopi talem ordinantis & ordinati.*
*ieiuni debent eſſe Miſſam celebrantes, libr. 4. tit. 6. c. 2. & pœna ibi aliter celebrantium.*
*ignis baptiſma in purgatione vltimi iudicii, li. 1. tit. 7. c. 2. gloſſ.*
*ignis in Miſſa requiritur, lib. 1. ti. 21. c. 6. n. 2.*
*imago principis pro ſecuritate, lib. 4. tit. 9. c. 3. & ibi gl. lit. o de pœna ferẽtis ad inuidiam alterius, eod. cap. 9. num. 7.*
*imaginum eccleſiæ tractio, opertio ſpinarum; & imaginum principis abuſus, & maiorum percuſſio, quales producant iniurias, lib. 4. tit. 9. c. 3. iunctis gloſſ.*
*imaginariæ & fictæ venditionis plura exempla, in lib. 3. titul. 14. cap. 3. gl.*
*immobilia quæ ſint & cenſeantur, lib. 1. tit. 3. cap. 2. num. 6.*
*imperatoris coronationis & natiuitatis dies cultus, poſtea ſublatus mos, lib. 1. tit. 19. c. 2. num. 5.*
*imperatores excommunicati a ſummo pontifice, lib. 4. tit. 16. c. 5. gloſſ.*
*imperium merum & improbum, lib. 5. tit. 1. cap. 3. glo. e*
*impoſſibilia de iure vel facto non veniunt in obligationem, & quæ ea ſint, libr. 3. tit. 1. c. 5. iunctis gloſ.*
*incẽdiarius voluntarius quomodo puniatur, libr. 4. tit. 9. ca. 9. nu. 9.*
*inceſtuoſi filii qui dicantur, lib. 2. tit. 3. cap. 1. num. 6.*
*inceſtuoſæ coniunctiones inter aſcendentes & deſcendentes cum iure probibitæ, lib. 3. tit. 21. ca. 11. nu. 6. gl. s & t.*
*inceſtus cum moniali quomodo puniatur in clericis & aliis, lib. 4. tit. 14. c. 4. cum filia ſpirituali, eod. inceſtus cum proximis vt puniatur, eod. cap. 5.*
*inceſtus quid, lib. 4. tit. 14. c. 1. num. 2.*
*incorrigibilis clericus quis dicatur, lib. 4. tit. 15. cap. 4. glo.*
*indebitum recipiens fur eſt, lib. 4. tit. 10. c. 1.*
*indebiti receptio, quodammodo mutuum, lib. 3. tit. 4. cap. 4.*
*induciæ quid & vnde dictæ, lib. 3. c. 5. glo.*
*indulgentia in genere quid, lib. 1. tit. 17. cap. 1. in ſpecie, eod. nu. 2.*
*indulgentiæ plenariæ pœnæ & culpæ, & quædam limitatæ, quædam omnium delictorum, libr. 1. tit. 17. cap. 2. qui vtraſq; concedant, eod. ca. 3. forma conceſſionis, eod. c. 4. quibus proſit, eod. cap. 5.*
*indulgentiæ eccleſiaſticæ tantũ valent quan-*

Vuuuu 2

tum ſonant, lib.1.tit.17.c.1.nume.1. differentia earũ cum reſtitutione in integrum & baptiſmo, eod. litera c
indulgentiæ peccatorum a quibus & ad quid, libr.1.titul.10.cap.8.nu.2.
indulgentiæ data in feſto corporis Domini, libr.1.tit.9.cap.9.
indulgentiarum quæſtuarii prædicatores aboliti, lib.1.tit.22.c.3.gl.
indulgentiarum cauſæ & effectus, libr.1.tit.17.cap.6.num.1.& 2, in virtute meritis Chriſti.nu.3. a quo fiat remiſſio pœnarum in illis, nu.4. Ratio iubilæi & indulgentiarum, eod.num.5.
indulgentias indiſcretas publicantes monachi, quomodo puniantur, lib.4.tit.9.c.9.nu.2.
induſtria plerunque æquipollet pecuniæ in conſtructione ſocietatis, libr.3.tit.17.cap.4.iunctis gloſ.
infamatio delicti non ſufficit ad damnandum clericum, ſed exigit purgationem eius, lib.5.tit.9.c.6.nu.1.
infamia irrogatur etiam a canone clericis, & aliis pro pœna, lib.4.tit.14.cap.4.nu.9. iuncta glo.
infamia a quo remitti & reſtitui fama poſſit, lib.4.tit.9.c.10.iuncta gloſſ.
infamis fur quando, libr.4.tit.10.cap.8.& ibi gloſſa.
infamis eſt iniuriarum damnatus etiam clericus, lib.4.tit.9.c.10.nume.1.& ibi gloſſ. litteram.
infamis fit procurator vltra alias condemnationes ob fidem ruptam, lib.3.tit.18.cap.8.gloſſ.
infamis eſt inficiatus depoſitum, libr.3.tit.8.c.8.gloſ.
infamis eſt damnatus ex ſocietate rupta fide, lib.3.tit.17.c.6.iuncta glo.
infames ex quibus criminibus qui dicantur, repulſi ideo a teſtimonio & accuſatione, libr.5.titul.9.c.3.gloſ.
infantis ſanguis mixtus ſacrificio, li.1.tit.9.c.4.litera t.
infidelis quis, lib.1.tit.5.ca.7.num.1.
infidelib. & Iudæis & Turcis quæ inter Chriſtianos permiſſa, quæve prohibita, libr.2.tit.5.cap.2.
ingenuus quis, lib.2.tit.4.c.1.nume.4.
inimici aut eius amici non accuſant, libr.5.tit.9.c.5.
inimici reiiciuntur ab accuſatione & teſtimonio, lib.5.tit.9.cap.3.iunctis gloſſ.
iniuria perpendẽda maxime ex animo iniuriantis, agiturq; pro ea ciuiliter & criminaliter, & quomodo, li.4.tit.8.c.7. priuatum eius iudicium, eod.
iniuria in abſentem dicta quando puniatur in Gallia, lib.4.tit.9.iuncta gloſſ.
iniuria fit patri in filiis, domino in ſeruis, Chriſto in ſacerdotibus, principi in officialibus, hæredi in defuncto iniuriatis, lib.4.tit.9.cap.6.
iniuria atrox quæ & quot modis, lib.4.tit.9.c.2.& ibi gloſſ. litera m
iniuria peccatum, & quid, lib.4.tit.9.c.1.& quomodo differat a contumelia, eod. gloſ. d diuiſio & ſpecies eod.cap.2.
iniuriam remittere an quis & quãdo debeat, lib.4.tit.9.cap.12.gloſ.
iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur, lib.4.tit.9.c.7.num.1.
iniuriam qui dicantur inferre vel non, lib.4.tit.9.c.5.& quibus inferatur, eod.cap.6.
iniuriarum realium plures ſpecies, lib.4.titul.9.cap.3.
iniuriarum actio quando annalis tantum vel perpetua, lib.4.tit.9.c.12.in gloſſ.
iniuriarum actio quomodo finiatur aut aboleatur, lib.4.tit.9.c.12.
iniuriarum actio quando famoſa, libr.4.tit.9.cap.10.iuncta gloſ. m ſatisfactio & emenda, eod.gloſ.
iniuriarum æſtimatio in pœna pecuniaria, libr.4.tit.9.c.11.
iniuriarum tenetur, qui notato & criminis obnoxio per exprobationem crimen obiicit, lib.4.tit.9.c.6.
iniuriarum verbalium ſpecies, libr.4.titul.9.cap.4.
iniuriatium pœnæ corporales diuerſæ pro diuerſitate iniuriarum, libr.4.tit.9.cap.8. de pœna exiſtimationis ſeu honoraria, c.9. de pecuniaria, c.10.
iniuriati clerici poſſunt experiri contra laicos coram iudice ſeculari ſine metu irregularitatis, lib.4.titul.9.c.6.
inordinata ordinatio quæ, lib.1.tit.13.cap.5. litera o
inquiſitio quando admittitur aduerſus denuntiatos, qui ſunt famæ integræ, lib.5.tit.9.cap.5.in fine.
inquiſitio ex officio non niſi præcedente fama criminis fieri debet, & quando aliter receptum ſit, lib.5.tit.9.c.2.num.2.
inquiſitionis criminis contra clericum & alios effectus, lib.5.tit.9.cap.6.
inquiſitionis cauſa, lib.5.titul.9.c.1.nume.4.
inquiſitionem infamia criminis debet præcedere, libr.5.tit.9.c.4.
inquiſitores generales inquirunt etiam ſine fama, lib.5.tit.9.c.4.nu.2.
inquiſitores hæreticæ prauitatis quomodo & de quib. cognoſcant, lib.2.ti.6.c.5.& pœnæ impedientium eorum iuriſdictionem, eod. non cognoſcunt de ſortilegiis, eod.ca.6.vbi & contra quos cognoſcant tractatur.
inquiſitorum fidei officium delegatum, non finitur morte delegantis, lib.5.tit.5.c.9.
inſinuatio inſtrumentorum vim addit probatoriam, lib.5.tit.12.c.8.
inſinuationes donationum quæ dicãtur, lib.3.tit.19.c.5.iuncta gloſſ.
inſtitutio hæredis quid, lib.3.tit.22.c.3.
inſtitutio beneficiorum quid, & quot modis in iure vſurpatur, lib.1.tit.28.cap.1.nu.2.& quando ad epiſcopum, & alios pertineat, eod.
inſtitutiones captatoriæ quæ & improbatæ, lib.3.tit.19.cap.5.gloſſ.
inſtrumentum habet rei acquiſitæ titulum, & eo data res cenſetur tranſlata, lib.5.tit.12.cap.7.
inſtrumentum authenticum quid continere debeat, vt teſtis ſigillum, iuxta conſuetudinem loci, libr.5.tit.12.cap.5.& in gloſſ. ponuntur alia ibi requiſita litera s
inſtrumentum productum quando officit producenti vel non, libr.5.tit.12.cap.7.iuncta gloſſa.
inſtrumentum ex raſura an falſum; & quando in parte falſum, an in omni parte falſum cenſeatur, lib.5.tit.12.c.8.nu.1.& 4.
inſtrumenti deperditi ſentẽtia quomodo probari per teſtes debeat, libr.5.tit.11.cap.5.nume.4.
inſtrumenti nomen quid contineat, & quod contineat aliquando teſtes, lib.3.tit.12.c.1.
inſtrumenta publica fidem faciũt, quæ & his deperditis per alia probantur, lib.5.tit.10.cap.5.num.1.
inſtrumẽta publica & priuata quomodo probent, vide ſcripturæ, & lib.5.tit.12.cap.4.nume.5.
inſtrumenta ſemel expedita, quando & quomodo debeant regroſſari & expediri iterum, lib.5.tit.12.cap.4.glo.
inſtrumenta antiqua quomodo tranſcribi debeant ad probationem, lib.5.tit.12.cap.4.
inſtrumenta coram quo & quando in totum, & pro parte producenda in iudicio vel extra, lib.5.tit.12.cap.6.
inſtrumẽta producta coram ordinario quando liceat producenti relicto exemplari repetere, lib.5.tit.12.cap.6.gl.
inſtrumentorum ſpecies, libr.5.tit.12.cap.2. de quibus fiant.eod..cap.3.
inſtrumentorum an teſtium contrariorũ probationes præualeant, lib.5.titul.12.cap.8.nume.6.
inſtrumenta quibus poſſint exceptionib. elidi, lib.5.tit.12.cap 8.
interdictum de quibus fiat, lib.4.tit.17.cap.2.id eſt, quæ interdicantur.
interdictum iuris pro quibus infertur, lib.4.tit.17.c.1.nu.3.
interdictum eccleſiaſticum qui poſſint ferre, lib.4.tit.17.cap.3.in quibus conueniat, & diſſideat cum excõmunicatione, eod.c.gl. contra quos ferri poteſt interdictum, eod.cap.4.
interdictum eccleſiaſticum pœna eccleſiaſtica, lib.4.tit.17.c.1.num.1. quid ſit, nu.2. aliud iuris, aliud hominis, aliud vtriuſq;

eod.nume.3.item aliud laicorum, aliud perſonarum,eod.
interdictum eccleſiaſticum pœnæ canonicæ ſpecies,lib.4.tit.15.c.4.nu.5.
interdictum eccleſiaſtica pœna,li.4.tit.15.c1.
interdictum eccleſiaſticum facit ceſſare diuina officia publice,lib.1.tit.20.c.7.nu.7.
interdicti tempore qui ſepeliendi,lib.1.tit.15.c.7.nume.2.
interdicti ponendi forma & cauſæ quæ,lib.4.tit.17.cap.5.effectus eius,cap.6.& pœnæ tranſgreſſorum, eod.quomodo tollatur, eod.cap.7.
interdicti eccleſiaſtici tempore quæ prohibentur agi in locis interdictis quæve permittuntur,lib.4.tit.17.c.2.
interdicti generalis eccleſiaſtici tempore, quæ conceduntur ex priuilegio clericis, illud ſeruantibus,lib.2.tit.9.cap.11.nu.3.
intereſſe noſtrum poſſumus petere omni iure diuino & humano licite,lib.3.tit.5.ca.4.gloſſ.& ibi quomodo differat id quod intereſt ab vſura prohibita.
inteſtati ſucceſſio ad proximos, in clericis vero in bonis ab eccleſia perceptis ad eccleſiam pertinet, lib.3.titul.23.cap.1.
inteſtabiles qui dicantur, libr.2.tit.6.cap.7.gloſſa.
intruſio in beneficio quid,lib.4.tit.10.cap.2.nume.3.
intruſus beneficio priuatur,lib.4.tit.7.cap.2.nume.2.
intruſi in epiſcopatũ ordinationes vt vitiantur,lib.4.tit.4.ca.4.
inuaſio rerum quid,libr.4.tit.10.cap.2.nu.3.
inuentarium de rebus mortui epiſcopi, lib.5.tit.12.ca.3.nume.6.
inuitus nemo mandatum alterius acceptare tenetur,lib.3.tit.18.c.5.
ioco verba prolata non obligant,libr.3.tit.21.cap.5.
ioco verba pronuntiata num obligent, lib.3.tit.10.c.5.
Ioannis 4. Patriarchæ Conſtãtinopolitani de primatu eccleſiæ,cũ Romano Pontif. ſchiſma, lib.2.tit.7.c.2.lit.f ſchiſmate 13.
Ioannis de Poliaco errores in confeſſione,libr.1.tit.10.c.6.literar
Iordanus de Ciſte ſuſpenſus recuſans appellationem admittere, qui neptem Papæ diſpẽſauerat, lib.5.tit.15.cap.2.gloſ.
Ioſiens apud Tectoſages quare dicantur Iudæi,li.2.tit,5.c.1.gloſſ.
iracundia an excuſet ab iniuriã,lib.4.tit.9.c.7.iunctis gloſſis.
irregularis quando fiat celebrans excommunicatus,lib.4.tit.16.c.6.gloſ.
irregularis eccleſiaſtica perſona non fit ex pure caſuali homicidio, lib.4.tit.13.cap.5.fit ex omni miſſione ſanguinis,eod.gl.n
Iſidori Hiſpalienſis collectio iuris Pontificii, libr.1.tit.1.cap.1.num.11.
Iſmaelitæ qui,lib.2.tit.8.cap.1.gloſ.e.
Iſraelitæ vnde dicti,lib.2.tit.5.c.1.glo.c
Iubilæus,lib.1.tit.10.c.8.num.2.
Iubilæi tempus,lib.1.tit.17.cap.2.in glo.lit.g & c.6.nu.5.
Iudæi ad decimas & tributa tenentur agrorum, libr.2.tit.5.cap.4.quare ſuſtineantur inter Chriſtianos,eod.c.5.
Iudæi non ſunt ad fidem cogendi,libr.2.tit.5.c.2.nume.1.diſtinguendi ſigno exteriori a Chriſtianis, vt & pagani & Turcæ permiſſi,libr.2.tit.3.cap.2.nu.2.
Iudæi qui dicantur,lib.2.tit.5.ca.1.gloſ.c
Iudæorum quando omne commercium Chriſtianis eſt prohibitum, libr.2.tit.5.cap.3.quæ maxime Iudæis & infidelibus prohibentur,eod.c.4.
Iudæorum maxima clades ob electionem pontificis,lib.2.tit.7.ca.2.litera f ſchiſmate 5.
Iudæis medicis num liceat vti Chriſtianis,li.2.tit.5.ca.2.gloſ.p Iudices eorum,c.4.eod. vſuras cogunt enormes remittere eod.
Iudæis prohibita,& pœnæ delinquẽtium contra Chriſtianos,libr.2.tit.5.cap.2.nu.1.
Iudæis etiam vſuras accipere prohibitum,lib.3.tit.5.cap.5.
index & teſtis nemo eſſe poteſt,li.5.tit.11.c.4.
index debet ante iudicium partes ad concordiam hortari ſi poſſit,ſin minus, iudicio vti,lib.5.tit.4.c.1.

index

index quæ obſeruare debet in ſententia ferenda,lib.5.tit.14.cap.4.
index teſtamento & inſtrumentis inſinuatis vim addit.lib.5.titu.12.c.8.nu.3.
index cur ita dictus, quidve iure diſceptare, lib.5.tit.14.c.1.nu.1.
index qui habet iuriſdictionem, habet & poteſtatem citandi,cõtra ſi incompetens manifeſte,libr.5.tit.6.cap.4.
index ordinarius quando eſſe poſſit arbiter compromiſſarius, vel non, de cauſa ſui fori,libr.5.titul.4.cap.6.
index de quibus iudicare poteſt vel non, libr.5.tit.1.c.6.
index an debeat potius iudicare ſecundum ea quæ ipſe ſcit,an ſecundum ea, quæ in contrarium ei probata ſint, & quid his cõcurrentibus agere debeat,lib.5.tit.1.c.5.gl.
index ſecundum iura debet iudicare & canones,lib.5.tit.1.c.5.iuncta glo.k
index vnde dictus & quid,li.5.ti.1.c.1.nu.3.
index quando pœnas criminum,& quas mutare poſſit aut temperare, lib.4.tit.15.cap.3.gloſ.
index quando poteſt iniurias ſibi illatas per ſe punire,lib.4.tit.9.c.9.nume.2.
index clericorum quis, & quando laicus eſt, libr.2.titul.9.c.1.
iudicis officium quid, lib.5.tit.2.cap.1.circa quæ verſatur,eod.c.2.
iudici ad bene iudicandum quæ obſeruanda, lib.5.titul.1.cap.5.numve ex conſcientia iudicare poſſit.
iudicem aut locum tenentẽ occidens quomodo puniendus,lib.4.tit.13.c.5.nu.6.
iudicem corrumpens qua pœna puniatur,lib.4.tit.11.cap.7.num.2.
iudices reorum vt olim ſortiti & ſubſortiti, lib.5.tit.9.c.4.gloſſ.
iudices qui non poſſunt eſſe,libr.5.tit.14.cap.3.nume.2.
iudices ſuſpecti remouendi, & de cauſis ſuſpicionis,lib.5.tit.1.c.5.nume.2.iuncta gl.
iudicibus datis pluribus quomodo iudicare alii ſine aliis, vel cum aliis debent,libr.5.tit.14.cap.7.
iudicare num noctu liceat, lib.5.tit.1.c.3.gl.
iudicare qui poſſint vel non, lib.5.tit.1.ca.4.
iudicati actio & exceptio, lib.5.tit.14.cap.6.
iudicatata res in arbitros vel tranſactionem venire non poteſt, lib.5.tit.4.cap.3.iuncta gloſſ.
iudicium ſubterfugiens habet præſumtionem contra ſe,libr.5.tit.10.c.1.nu.2.
iudicium ordinarii per cõpromiſſum ſuſpenditur,lib.5.tit.4.c.8.
iudicium Dei quomodo differat a iudicio hominum, lib.5.tit.1.c.2.nume.1.
iudicium vniuerſale,generale,commune,ſingulare,quid,lib.5.tit.1.cap.2.gloſſ.
iudicium quid,lib.5.tit.1.cap.1.num.2.quot modis vſurpatur,eod.c.1.gloſ.b
iudicium cœptum quando dicatur,libr.3.tit.18.cap.9.gloſſ.
iudicum pœna iudicantium per ſordes aut per munera & pecuniam,libr.3.titul.14.c.5.gloſ.
iudicii accipiendi dilatoriæ exceptiones, libr.5.tit.8.cap.1.
iudicia Hebræorum non fiebant ſine duobus Leuitis,lib.5.tit.1.c.2.gl.
Iudicia exerceri in eccleſia non debent,lib.1.tit.4.c.13.num.3..gloſſ.
iudiciorum & arbitriorum differentiæ quædam & concordantiæ, lib.5.titul.4.cap.1.gloſ.b
iudiciorum ſpecies diuinum,humanum,priuatum,contentioſum,voluntarium, ordinarium, extraordinarium,ciuile, criminale,&c.libr.5.tit.1.cap.2.
iudiciorum cauſæ & effectus, lib.5.tit.1.c.7.
iudiciorum quæ conſiderationem habent iuriſdictionis, cauſæ, perſonæ, temporis,loci, figuræ,iudicii,& de his libr.5.tit.1.cap.3.vbi ea explicantur.
Iuifs, vnde dicti Iudæi,libr.2.tit.5.cap.1.gl.
iumentum non reſtituens fur eſt,lib.4.titul.10.cap.3.
iumenti appellatio quæ contineat,lib.4.tit.14.cap.8.gloſ.s
Iuonis Carnotenſis epiſcopi decreta,.lib.1.tit.1.c.1.num.13.

*iuramentum neceſſarium vel iudiciale vt probent, lib.5.tit.10.c.5.nu.1.iuncta glo.*

*iuramentum de dicenda veritate inquiſitoribus præſtandum, lib.5.tit.9.ca.6.*

*iuramentum in ſupplementum probationis non defertur in criminalib. & cauſis matrimonii, lib.5.tit.10.c.4.gloſ.*

*iuramentum teſtium quale eſſe debeat, & qui teneantur præſtare, & num remitti poſſit, lib.5.tit.11.c.5.nume.3.*

*iuramentum de calumnia, lib.5.tit.13.cap.1.nume.6.*

*iuramentum pro quibus petatur vel detur, lib.5.tit.13.cap.2.*

*iuramentum vt illicitum ex quibus cauſis improbatur ex parte perſonarum, vel rerum, vel modi, & cauſarum iurandi, libr.5.tit.13.c.2.nu.2.*

*iuramentum pro ſe & pro alio quis præbere poteſt, & quomodo, lib.5.tit.13.c.3.*

*iuramentum quando licitum & permiſſum, quando illicitum, lib.5.tit.13.cap.2.iunctis gloſſis.*

*iuramentum delatum quando referri poteſt vel non aliquando, lib.5.tit.13.c.3.*

*iuramentum quoad quid reale vel perſonale, lib.5.tit.13.c.6.*

*iuramentum nullum non eget abſolutione & de nullis iuramentis, lib.5.tit.13.cap.9.vt vi metu atroci extorta.*

*iuramentum quid, & eius ſpecies, extraiudicialis ſubdiuiſiones, & ibi quid temerarium, aſſertorium, promiſſorium, voluntarium, iudiciale, neceſſarium, de calumnia, de malitia, in litem, purgatorium, libr.5.tit.13.cap.1.cum ſuis numeris vſq; ad 7. vbi agitur de iuramento ſimplici & ſolemni & credulitatis.*

*iuramentum in ſupplementum probationis in quibus non differatur, lib.5.tit.15.c.2.num.5.hoc neceſſarium quare, eod.cap.1.*

*iuramentum ſimplex & ſolemne quid, lib.5.tit.15.ca.1.nu.7.*

*iuramentum compromiſſo non adiicitur iure ciuili, pontificio contra, lib.5.tit.1.cap.3.gloſſ.*

*iuramentum rei iniuriarum ſe non dixiſſe animo iniuriandi, libr.4.titul.9.cap.10.nume.2.*

*iuramentum prohibitum iure ciuili adhiberi compromiſſis, iure pontificio contra, libr.5.titul.4.cap.5.gloſ.*

*iuramentum in litem quatenus defertur, lib.5.tit.13.c.1.num.6.*

*iuramenti forma qua iuratur a clericis inquiſitoribus generalibus, libr.5.tit.9.cap.4.nume.2.*

*iuramenti cognitio quando poſſit pertinere ad iudicem laicum & eccleſiaſticum, libr.5.tit.13.c.8.iuncta gloſſ.m & de remiſſione iuramenti, gloſſ.*

*iuramenti obligationem & vinculum poteſt remittere is, cui iuratum eſt, libr.5.tit.13.cap.8.*

*iuramenti diſpenſatio & abſolutio pro quib. fiat, & a quibus, lib.5.tit.13.c.8.*

*iuramenti interpretatio quando fieri poſſit ad euitandum periurium & quomodo, lib.5.tit.13.c.7.*

*iuramenti effectus, lib.5.tit.13.c.6.& quando non obliget, & eſt ſine effectu, eod.*

*iuramenti tres comites qui adeſſe debent, veritas, iuſtitia, & diſcretio, libr.5.titul.13.cap.4.*

*iurare qui debeant & poſſint vt eis credatur, lib.5.tit.13.cap.3.*

*iurare quo tempore non licet, lib.5.titul.13.cap.2.iuncta gloſ.e*

*iurare nõ tenetur pro eo, quod quis aliter probat, lib.5.titul.10.cap.6.*

*iurare cogens eum, quem ſcit peieraturum, eſt homicida & grauior, lib.5.tit.13.cap.3.*

*iurare compellens quem ſcit peieraturum eſt homicida animæ illius & ſuæ, lib.4.tit.13.cap.1.*

*iurare nemo cogitur ſine neceſſitate, libr.5.titul.13.cap.3.nume.1.cum neceſſitate cogitur pro veritate etiam regularis, &c. eodem.*

*iurari quibus debeat, lib.5.tit.13.c.5.*

*iurandi formulæ diuerſæ.lib.5.tit.13.c.4.*

*iurandi formulæ, lib.3.tit.20.c.15.nu.4.glo.*

*iura-*





*iuratoria cautio quid, libr.5.titul.13.cap.1.nume.7.*

*iuriſdictio quæ delegari & ſubdelegari poſſit, lib.5.tit.5.cap.3.& 4.*

*iuriſdictio delegata non poteſt prorogari & quare, lib.3.tit.18.c.8.gloſſ.*

*iuriſdictio eccleſiaſtica probata, libr.5.tit.1.c.2.gloſſ.n*

*iuriſdictio ſecularis poteſt haberi ab eccleſia & cognitio criminum laico delegari, libr.2.tit.9.cap.8.num.3.*

*iuriſdictio iudicis delegati an perpetuetur per citationem ſolam, libr.3.titul.18.cap.9.gloſſ.*

*iuriſdictio iudicis delegati perpetuatur per ſolam citationem aut oblationem libelli, lib.5.tit.5.c.9.& ibi gloſ.g*

*iuriſdictio non cenſetur delegata niſi cum poteſtate eam defendendi & coercendi, libr.5.tit.5.c.7.gloſ.o quando iuriſdictio delegati ſuſpendatur, eod.cap.8.*

*iuriſdictio alta, media & infima quid, libr.5.tit.1 cap.3.iuncta gloſſ.*

*iuriſdictio quid, & eius diuiſio in propriam, ordinariam, delegatam, voluntaria, contentioſa, &c.libr.5.tit.1.c.3.nume.1.conuentionalis, eod.nu.7.*

*iuriſdictionis prorogatio an ad perſonas vel res alias fieri poſſit vel non, libr.5.tit.14.cap.7.*

*iuriſdictionem exercendam ſuam pretio accepto committere debent epiſcopi, lib.3.tit.14.cap.5.*

*iuriſdictionem non dant priuati compromittentes arbitris, ſed tantum cauſæ cognitionem, lib.5.tit.4.c.3.gloſſ.*

*iuriſdictionem dat lex, princeps, conſuetudo, priuilegium, vel aliud interdum, lib.5.tit.2.cap.1.in fin.iunge gloſſas.*

*iuriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam qui habeant, lib.5.tit.1.c.4.*

*iuriſdictionem mandare quare pro delegare, lib.3.tit.18.c.1.glo.c*

*ius patronatus quid, libr.1.titul.27.cap.10.nume.2.*

*in ius vocare & vocatio quid, libr.5.tit.6.c.1.*

*ius orientale bonafidei, libr.1.titul.1.cap.1.nume.18.*

*ius patronatus quibus modis quæratur eccleſiæ, lib.1.titul.4.ca.12.& ibi gloſ.*

*ius commune & ſingulare quibus conſtent, lib.1.tit.2.cap.14.*

*ius canonicum & eius ſynonyma, libr.1.tit.2.ca.1.nu.1.& 2.definitio eius, eod.cap.2.nume.1.ius quaſi iuſtum Deo, num.2.eius diuiſiones, dict.tit.2.c.3.& 14.*

*ius ſcriptum, & non ſcriptum canonicum quid, & in quibus conſiſtat, lib.1.tit.2.ca.3.& ſeq.*

*ius non ſcriptum pontificium in quo conſiſtit, lib.1.tit.2.c.9.10.nu.1.*

*iuris pontificii collectio, vbi tractatur, libr.1.tit.1.a.a quibus facta, eod.tit.1.c.1.nu.10.& ſeq. vſque ad 23.iuris ciuilis origo vbi tractetur, lib.1.tit.1.a*

*iuris pontificii corpus quibus libris, & voluminibus conſtet, lib.1.tit.2.ca.14.materia ſubiecta poſitionis vtilitas publica & priuata, eod.c.15.quis poſſit condere, eod.cap.16.qui debeant eo vti, eod. cap.17.eius finis. eod. cap.18.de materia etiam, eod.cap.19.*

*iuſſus ſuperioris, vel domini num excuſet a delicto, vel pro parte, vel in totum, libr.3.tit.18.c.3.gloſſ.b*

*iuſtitia originalis, & eius carentia, quid in peccato originali, libr.1.titul.10.cap.4.litera q.*

*K*

*KAlendas Ianuarii contentis Ethnicorum more pœnæ, lib.4.tit.12.c.3.gl.*

*L*

*LAicus excommunicare non poteſt, niſi delegatus cum ea poteſtate a ſummo pontifice, lib.4.tit.16.cap.4.*

*Laicus poteſt abſoluere ab excommunicatione ex delegatione, libr.4.tit.16.c.11.gloſ.*

*Laicus quando arbiter de ſpiritalibus eſſe poſſit vel non, lib.5.tit.4.cap.3.iuncta gloſſ.& cap.6.*

*laicus quando accuſat perſonam eccleſiaſticam vel non, lib. 5. tit. 9. c. 3.*

*laicus non iudicat de clericis, niſi ex reſcripto in ſpiritualibus a ſummo pontifice delegatus, libr. 5. tit. 14. nume. 2.*

*laicis in neceſſitate quando poſſit confeſſio peccatorum fieri, lib. 1. tit. 10. c. 6. num. 3. & littera p*

*laici quando & quomodo poſſint iuuare ſacerdotem Miſſam agentem, & pſallere cum clero, libr. 1. titul. 21. cap. 4.*

*laici capaces non ſunt perceptionis oblationum, committi tamen poſſunt, vt pro eccleſia eas impendant, lib. 1. tit. 23. cap. 6. & gl. ibi, litera z.*

*laici qui dicantur, libr. 2. tit. 8. cap. 2. diuiſio eorum in milites.*

*laici quando poſſint de reb. & perſonis eccleſiaſticis iudicare, lib. 5. tit. 1. c. 5. gloſſ.*

*laici pro quibus poſſunt adire forum eccleſiaſticum, lib. 5. tit. 1. c. 6.*

*laicis prohibita in eccleſiis, & diſtincta a clericis, lib. 2. tit. 8. c. 5. nume. 1.*

*laicis quæ permittentur in eccleſia, libr. 2. tit. 8. c. 5. num. 2.*

*laicis eccleſiarum adminiſtrationes aut œconomatus concedi non debent, lib. 3. tit. 18. cap. 5.*

*lance & licio inquiſitio fiebat furti & quomodo, lib. 4. tit. 10. cap. 7. gloſſ.*

*lapidibus ſcripta quomodo probent, libr. 5. tit. 12. c. 4. nu. 6.*

*latinitas falſa, quomodo in reſcripto ſummi pontificis falſum illud faciat, lib. 4. tit. 11. cap. 2.*

*latrones ſeu deprædatores vt puniantur, li. 4. tit. 10. c. 8.*

*latrunculatores appellantes a ſe, quando admittere debent, & quando non, & pœna non admittentium capitalis, lib. 5. tit. 15. cap. 2. glo.*

*lectores in eccleſia qui, libr. 2. titul. 9. cap. 2. num. 4.*

*legatio legatorum quibus modis finiatur vel exſpiret, lib. 5. titul. 3. cap. 4.*

*legare poteſt res ſuas & alienas teſtator, alienas tamen eccleſia non recipit legatas, lib. 3. tit. 22. c. 6.*

*legatum quid, libr. 3. tit. 22. ca. 3. nu. 2.*

*legatus ſummi pontificis poteſt decernere indulgentias in ſibi decreta prouincia, lib. 1. tit. 17. c. 3.*

*legatus a latere confert per concurſum beneficia ſuæ prouinciæ cum ordinariis, non alius legatus, lib. 1. tit. 28. cap. 12.*

*legati ſummi pontificis, ſunt ordinarii iudices in prouinciis ſibi decretis, & de poteſtate eorum, libr. 5. tit. 3. cap. 1. & 2. eiuſque ibi ſpecies & differentiæ, qui de latere vt cardinales, qui miſſi tantum, qui nati; rurſum de poteſtate legatorum, & quod omnes eccleſiæ illos recipere, & nutrire teneantur, eod. libr. 5. tit. 3. c. 3.*

*legati proconſulum eorum vicarii erant & qui illi, lib. 5. tit. 3. cap. 1. glo. b*

*legati ciuitatum hoſtium principis Cæſaris, & c. qui, lib. 5. tit. 3. c. 1. glo. b*

*legati ſummi pontificis in prouincia ſibi decreta ſtatutum facere poſſunt, libr. 5. titul. 3. cap. 3.*

*legitima filiorum grauari non poteſt a parentibus, lib. 3. tit. 22. cap. 6. quanta autem ſit & de diuerſis criminib. eius, eo. c. 2. in gl.*

*legitimatio liberorum ſpuriorum quot modis fiat, lib. 2. tit. 3. cap. 3.*

*lenones & lenæ quid, lib. 4. tit. 14. c. 1. num. 4. pœna eorum, c. 7. eod.*

*Leonis Papæ collectio iuris pontificii, lib. 1. tit. 1. c. 1. nume. 10.*

*leue & leuis iniuria quid, lib. 4. tit. 9. ca. 2. in fin. & ibi glo.*

*lex Gabinia de Chirographariis debitoribus, lib. 3. tit. 12. cap. 3. gl.*

*lex Athenienſium de Chirographariis debitorib. lib. 3. tit. 12. ca. 3. glo.*

*lex Cincia de aduocatis, ne ſalaria pro orando acciperent aut munera ſublata, libr. 3. tit. 14. cap. 5. glo.*

*lex viſcellia, lib. 4. tit. 11. c. 2. gl.*

*lex Scantinia, lib. 4. tit. 14. cap. 8. gl.*

*lex Rhemmia de calumniatorib. lib. 4. tit. 11. c. 6. gloſ. s*





*l. Societatem mecum, 76. §. arbitrorum, pro ſocio explicatio, libr. 5. tit. 4. cap. 2. gloſſ.*

*l. ſi vindicari, C. de pœnis, ſtatuendæ origo, lib. 5. tit. 14. c. 6.*

*l. ſi quis in conſcriben. C. de epiſcopis & clericis abrogatio, lib. 5. titul. 14. cap. 7. iuncta gloſſa.*

*legis diuinæ & naturalis præcepta quando inſtituta & renouata, lib. 1. titul. 1. cap. 1. nume. 3. & ſequentibus, & progreſſus, nume. 5. & 6.*

*legis actio in magiſtratu quid, lib. 5. tit. 1. cap. 3. gloſ.*

*leges Manlianæ de contractibus, libr. 3. tit. 14. c. 7. gloſ.*

*leges ciuiles quæ perſonæ eccleſiaſticæ audire in ſcholis prohibentur, lib. 4. tit. 8. cap. 10. iuncta gloſ. nu. 3.*

*leges imperatorum nõ officiunt canonicis conſtitutionib, & quare, libr. 1. tit. 7. cap. 8. gl. litera z.*

*libellarius contractus, locationis quis ſeu colonarius, libr. 3. tit. 16. c. 2. glo.*

*libellus iudicialis quid, & eius diuiſio in competentem, & aptum & ineptum, conuẽtionalem & accuſatorium, lib. 5. tit. 7. c. 1. & in gloſ. de appellatione libelli in aliis.*

*libelli accuſatorii forma, lib. 5. tit. 9. c. 4. nu. 3. aliæ antiquorum formulæ. eod. nume. 5.*

*libelli criminalis forma, & ciuilis in actione perſonali, & reali & vniuerſali, & an multari poſſit, libr. 5. tit. 7. cap. 2. cum ſuis numeris.*

*libelli effectus, lib. 5. tit. 7. c. 3.*

*liberalis cauſa non recipit compromiſſum, & quæ dicatur liberalis, lib. 5. ti. 4. c. 3.*

*liberorum ſuſceptio num reuocet donationem omnium bonorum antea factam, lib. 3. tit. 19. cap. 6. iuncta glo.*

*libertas & ſeruitus hominis duplex, ſpiritalis & corporalis, lib. 2. tit. 4. c. 1. libertas quid & eius origo. eod.*

*libertus & libertinus quis, libr. 2. tit. 4. cap. 2. num. 4. tres ſpecies libertinorum, eod. glo.*

*liberti in iure pontificio conſiderati, lib. 2. tit. 4. cap. 5. & ibi num. 2. de libertis eccleſiarum & ſingulari poteſtate iuriſpatronatus in eos.*

*libri antiqui quomodo probent, libr. 5. tit. 10. cap. 5. num. 4.*

*libri mercatorum, quando pro ipſis, vel contra ipſos, vel alios probent, libr. 5. tit. 12. ca. 7. gloſ.*

*licitationes in locationibus factæ per digitum ſublatum manus, libr. 3. tit. 16. cap. 3. gl.*

*lingua Traiani poſt mortem baptizata, libr. 1. tit. 7. ca. 6. glo.*

*linguis tribus tantum Hebraica, Græca, Latina, quare eccleſia tantum vtatur, libr. 1. tit. 7. cap. 1. gloſ.*

*lis dubia ſemper, iudicata certa, libr. 3. tit. 3. cap. 3.*

*lis cœpta & litigioſa res, in quibus ſola citatione videatur, & in quib. non niſi lite conteſtata, lib. 5. tit. 1. c. 3. gloſſ.*

*litis conteſtatio vis, & quæ ante vel poſt fieri poſſunt vel non, libr. 5. tit. 1. cap. 3. iuncta gloſſa.*

*litis pendentia inducitur per citationem, libr. 5. titu. 6. cap. 5. notatur & in gloſ. alia quæ eandem inducant, & in quibus conſideretur litis pendentia.*

*litis conteſtatio poſt petitionem per reſponſionem vel negationem fit, lib. 5. tit. 7. cap. 3.*

*Litaniæ quæ publicæ, lib. 1. titul. 20. ca. 3. nu. 2. & 3. de maiore & minori Litania. c. 6.*

*Litaniarum forma, lib. 1. tit. 20. c. 6. nu. 4.*

*Litanias eccleſiæ turbans quomodo puniatur, lib. 4. tit. 9. cap. 8. iuncta gloſ.*

*literæ formales & canonicæ peregrinantibus clericis datæ, libr. 2. tit. 9. cap. 8. nu. 3. iuncta gloſſa.*

*literarum obligatio quid, lib. 3. tit. 12. cap. 1. nume. 3.*

*literarum obligatio qua forma contrahatur, lib. 3. tit. 12. c. 2.*

*literarum obligationis vis & effectus, & contra quos locum habeat, libr. 3. titul. 12. cap. 3.*

*literas dimiſſorias ad ſuſcipiendos ordines ab alienis epiſcopis qui dent, lib. 1. tit. 15. cap. 4. nume. 2.*

literas aperire alterius maxime iudicis, quomodo falſum contineat, lib. 4. tit. 11. cap. 2. nume. 3.
literas amoris impudici deferentes quando puniendi, lib. 4. tit. 14. gloſ.
Liturgiæ ſeu Miſſæ, D. Iacobi Matthæi Chryſoſtomi, &c. lib. 1. tit. 21. cap. 1. glo.
locare aut conducere quis poſſit aut non, lib. 3. tit. 16. c. 4.
locari res, quæ poſſint vel non. lib. 3. tit. 16 c. 3.
locatio non transfert domum, niſi ſit in longum tempus, vide lib. 3. tit. 16. c. 1. in gloſſ.
locatio facta a beneficiato fructuum beneficii, quando exſpiret morte eius vel non, libr. 3. tit. 16. cap. 3.
locatio re, mercede, conſenſu conſtat, & de formula locandi & conducendi, lib. 3. tit. 16. cap. 5.
locatio & conductio quibus modis finiatur, lib. 3. tit. 16. c. 6. nu. 4.
locatio affinis in quibuſdam emtionis, in quibuſdam ab illa diſcedit, lib. 3. tit. 16. cap. 1. nu. 1. iunctis glo. quæ explicant. & quid ſit, eod. nu. 2. diuiſio ſeu diſtinctio, eod. c. 2.
locationis inſtrumentum probat rei poſſeſſionem inter contrahentes non contra, libr. 5. tit. 12. c. 8. nu. 9
locationis initium & conductionis domorum aut prædiorum ruſticorum, quo die antiquitus, vt plerunque incipere ſolitæ, libr. 3. titul. 16. cap. 2. glo.
locationis vis & effectus, & actio locati, lib. 3. tit. 16. c. 6.
locationi rei venditæ per venditorem factæ, quando teneatur ſtare emtor, libr. 3. tit. 14. ca. 9. gloſſ.
locationes domorum Romæ incipiebant Calendis Iulii, penſiones earum Calẽdis Martii, libr. 1. tit. 19. c. 2.
locationum additiones olim fiebant ſublato digito, lib. 3. titul. 16. c. 3. gloſ.
locationibus rerum & conductionibus pacta apponi ſolita, lib. 3. tit. 16. cap. 5. gl.
locati actio pro quibus detur, lib. 3. tit. 16. ca. 6. numer. 1. & contra quos, eod. nume. 4. & quomodo ea actio pereat, eod.
locus tutus qualis dandus citatis litigantibus, lib. 5. tit. 6. cap. 4. iuncta gl.
locus in delictis puniendis, & in legibus ponendis conſiderandus, lib. 4. tit. 15. cap. 6. iuncta gl.
locus in iudiciis quomodo inſpiciendus, lib. 5. ti. 1. c. 3. nu. 5.
locus pro iudicio, qualis & vt tutus ſit, libr. 5. tit. 14. c. 4. iuncta gloſ.
loci conſideratio quid in criminibus & aliis proficiat, libr. 5. tit. 9. cap. 4. nume. 3. iunctis gloſ.
loquela & ſermo interior & exterior quid, libr. 1. tit. 20. cap. 1. gl.
luctus nimius in ſepulturis prohibitus, lib. 1. tit. 15. cap. 5. nu. 2. alius permiſſus & imperatus certis perſonis, eod, in gloſſ. & ibi qui non lugendi.
ludere vel ludentes inſpicere interdictum clericis, libr. 2. tit. 9. c. 8. num. 2.
Ludouicus & excõmunicatus, & eius regnũ expoſitum a Iulio 2. lib. 2. tit. 6. c. 5.
luminaria accendens vel exſtinguens in eccleſia in alterius odium, quomodo puniatur, libr. 4. tit. 12. cap. 3.
luna cur dicta eccleſia Dei, libr. 1. tit. 4. c. 9.
lunæ obſcurationem auocare tentantis ſuperſtitionibus pœna, libr. 4. tit. 12. ca. 3. gloſſ.
Luſtricus pater. libr. 1. tit. 7. gloſ.
luxuria contra naturam cum viris & aliter, & cum brutis qualiter punita, lib. 4. titul. 14. cap. 8.
luxuria inter Iudæum & Chriſtianam, vel contra, quomodo puniatur, lib. 2. tit. 5. ca. 2. gloſſ.

## M

MAcellarius clericus quomodo puniendus, lib. 4. tit. 8. cap. 7.
Magi hiſtriones ſeparati a communione, lib. 1. tit. 9. c. 8. & ibi diſtinctio in gloſſ.
Magi qui, lib. 4. tit. 12. ca. 1. & magicarum ſuperſtitionum ſpecies ibidem in gloſ. pœna eorum, eod. c. 2. glo.
magiſter clericorum libere caſtigat clericos, libr. 4. tit. 5. c. 1. nu. 2.
magiſtratus quis dicatur, libr. 2. tit. 8. cap. 4. nume. 2.
magiſtratibus ſportulæ & ſtipendia cur dentur, lib. 3. tit. 14. c. 5. gloſ. & quæ a litigantibus pro expenſis poſſint accipere, eod.
magorum gens quæ, lib. 2. tit. 5. c. 1. gloſſ.
maieſtatis leges pertinent, & ad perſequentes & necantes Cardinales, vel alios, de quib. lib. 4. tit. 13. c. 5.
maior domus epiſcopi, lib. 2. tit. 9. ca. 5. gloſſ.
maior & minor pœna quæ, libr. 4. tit. 15. cap. 1. num. 2.
maledictiones impoſitæ ſine iniuria, libr. 4. tit. 9. c. 5. gloſ.
maledici qui, quid & maledictio & pœna, lib. 4. tit. 9. c. 2. gloſ.
malitiæ vel de malitia iuramentum quid, lib. 5. tit. 13. cap. 1. num. 6.
malitiis non eſt indulgendum, lib. 4. titul. 15. cap. 6.
S. Mamercus Litaniam minorem introduxit, & ex qua cauſa, lib. 1. tit. 20. cap. 3.
manceps publicanus quare, libr. 3. tit. 16. ca. 3. gloſ.
mandare qui poſſint vt ſe obligent, libr. 3. tit. 18. cap. 4.
mandare iuriſdictionem quare dicimus pro delegare, libr. 3. tit. 8. c. 1. gloſſ.
mandator quis, lib. 3. tit. 18. cap. 1. nu. 3.
mandatum ſpecies fideiuſſionis, libr. 3. tit. 11. c. 2. nu. 2.
mandatum de quibus fieri & ſuſcipi poſſit, vt naſcatur obligatio vel non, libr. 3. titul. 18. cap. 3.
mandatum generale cum clauſula & alia, &c. ad quæ non extendantur, lib. 3. tit. 18. c. 6. gloſ.
mandatum ſex modis variatur ratione perſonarum, quorum gratia fit, libr. 3. tit. 18. cap. 7.
mãdatum procurator in meliorem partem & vtiliorem explicare poteſt, at mandata Dei vel principis non licet aliis explicare quam mandantibus, etiamſi videantur ſubditis explicationes vtiles, lib. 3. tit. 18. ca. 8. gloſſ.
mandatum Apoſtolicũ diligenter ad vnguem implendum in fauorem mandatarii ab exſecutore, libr. 3. tit. 18. cap. 8. gloſſ.
mandatum ex quibus modis finitur, lib. 3. tit. 18. c. 9.
mandatum habet officiũ amici in exſequente, lib. 3. tit. 18. c. 1. quid mandatum, eo. nu. 2.
mandati ſpecies plures, generale, ſpeciale, ad lites, ad negotia, priuatum, publicum, diuinum & habita ratione perſonarũ, quarum gratia mãdatur, &c. lib. 3. tit. 18. c. 2,
mandati contractus formæ, & quæ ſint, quæ ſpeciale mandatum deſiderent & generali non contineantur, lib. 3. tit. 18. cap. 6. nu. 3. & in mandatis conſideranda. eod. nu. 4.
mandati fines diligenter obſeruandi, vt obligatio naſcatur, lib. 3. tit. 18. c. 6. iuncta glo.
mãdati effectus & poteſtas ſi acceptetur, item actiones, lib. 3. tit. 18. ca. 8.
mandata militaria exceſſiſſe etiam ſucceſſu vtili capitale, libr. 3. tit. 18. c. 8. gloſſ.
mandatam iuriſdictionem an ſibi quis delegare poſſit, lib. 5. tit. 5. cap. 4.
mandata ſcriptum deſiderant, lib. 5. tit. 12. c. 3. num. 5.
manifeſtus & non manifeſtus fur quis, lib. 4. tit. 10. c. 2. nu. 1.
Manlianæ leges de venditionum formulis, li. 3. tit. 14. c. 7. glo.
manumiſſio quid. libr. 2. tit. 4. cap. 2. nu. 3.
manumiſſiones in eccleſia quare fieri poſſunt, lib. 1. tit. 4. c. 13. in gloſſ.
manualia in beneficiorum fructibus quæ, lib. 1. tit. 27. cap. 3. num. 3.
manualia beneficia improprie, libr. 1. tit. 27. c. 6. nu. 6.
manus dare quid, & mandare inde, lib. 3. tit. 18. c. 1. gloſſ. c
manus mortuæ homines & taliabiles qui, & cuius conditionis ſint, lib. 4. tit. 3. c. 2. nu. 2. iuncta gloſſ.
manus violentas in clericos vel alias perſonas eccleſiaſticas iniiciens excommunicatur, & a quo & quando ab alio quam a ſummo pontifice abſolui poſſit, lib. 4. tit. 9. cap. 10. iuncta magna glo. litera h & i

manus violentas iniicientes in perſonas eccleſiaſticas vt puniantur, lib. 3. tit. 13. c. 5. nume. 6.
manzeres qui dicantur, libr. 2. tit. 3. c. 1. nu. 4.
mappa equeſtris cardinalium quid, & quare Circenſium ludorum inſigne edendorum, lib. 4. tit. 8. ca. 2. in fine gloſſ.
maritus vxorem accuſare poteſt ex ſuſpicione de adulterio, lib. 4. tit. 14. cap. 2.
maritus poteſt repetere vxorem inuitam, ſeparatam vel detentatam, & contra vxor maritum certis caſibus exceptis, lib. 3. tit. 21. c. 15. num. 3.
Martinus rex Aragoniæ excommunicatus ab epiſcopo Valentiæ, & collo laqueo iniecto ſe abſoluendum præſentauit, libr. 4. tit. 16. c. 12.
matres ſolæ nobiles, vbi nobilitent natos ex ſe, lib. 2. tit. 8. c. 4. litera a
materia quid, lib. 1. tit. 3. cap. 2. nu. 4.
matrimonialibus de cauſis non poteſt compromitti in arbitros, libr. 5. tit. 4. cap. 3. & ibi gloſſ.
matrimonium contractum inter minores & impuberes habetur pro ſponſalibus de futuro vſque dum ad legitimam ætatem peruenerint, lib. 3. tit. 20. cap. 4.
matrimonium ſacramentum, lib. 1. tit. 12. ca. 1. nume. 1. conſummatio eius duplex, eod. num. 2. vnde dicatur, eod. c. 2. & quid, eod. nume. 2.
matrimonium in quo ordine eccleſiaſtico prohibitum, eod. cap. 4. nume. 2. inter infideles, eod. num. 3.
matrimonium conſenſu perficitur, lib. 1. tit. 12. c. 5. a quo inſtitutum, lib. 1. tit. 12. cap. 6. nu. 1. forma contrahendi, eod. nu. 2.
matrimonium aut nuptiæ quid, libr. 3. tit. 21. c. 1. num. 2. vnde dictum matrimonium, vnde & nuptiæ, eod. nume. 3.
matrimonium inter infideles & Chriſtianos prohibitum, lib. 2. tit. 5. cap. 2. num. 3.
matrimonium quotuplex inter Deum & humanam naturam, inter Chriſtum & eccleſiam, inter Deum & fidelem animam, inter hominem & hominem, inter prælatum & eccleſiam, lib. 3. tit. 21. c. 1. num. 2. iuncta gloſ.
matrimonium, vide nuptiæ.
matrimonium ex quibus perficitur, quod ſit duorum non plurium conſenſu eorundem, & eorum quib. ſubiiciuntur ex honeſtate non ex neceſſitate, quodq; ſit ſeruorum, lib. 3. tit. 21. cap. 3.
matrimonium contra ciuiliũ legum formam & interdictum contractum tantum verum, & indiſſolubile remanet, li. 3. tit. 21. c. 3. gloſ.
matrimonium quib. verbis, & quomodo expreſſo aliter conſenſu perficiatur, lib. 3. tit. 21. ca. 5.
matrimonium impediunt conditiones contra tria bona eius appoſita, ſi prolem non generes, donec aliam inuenero, ſi adulterare velis, lib. 3. tit. 21. c. 4.
matrimonium conſummatum quando dicatur, lib. 3. tit. 21. c. 6. nume. 2.
matrimonium contrahere poſſunt, qui nõ prohibent, libr. 3. tit. 21, cap. 7. num. 1.
matrimonium maior cum impubere contrahens, non poteſt ideo reſilire, niſi impubes maior factus reſilierit, non ante, libr. 3. tit. 21. cap. 7. gloſſ.
matrimoniũ ſoluitur vere ingreſſu religionis ante conſummationem, & poſtea male non aliis modis, quamuis ex certis caſib. ſeparetur eius thorus nõ vinculum ſublatis legib. ciuilibus, lib. 3. tit. 21. c. 15. nume. 4. & ſeq vbi caſus ſeparationis thori.
matrimonium an contrahere poſſit inuitus aut minor ordinatus in ordine, qui habet votum caſtitatis, libr. 4. tit. 2. c. 2. nu. 3.
matrimonium ſeparatur quoad thorum propter adulterium. libr. 4. titul. 14. cap. 2. ſed auctoritate eccleſiæ, eod.
matrimonium inter conſanguineos qui accuſare poſſint tantum, li. 5. tit. 9. c. 5.
matrimoniũ de facto ab eccleſiaſticis in maioribus ordinibus attentatum vt puniatur, libr. 4. tit. 14. cap. 7.
matrimonii prohibitio habens impedimentum contrahendi, ſed quod contractũ non dirimit



dirimit multiplex ponitur in li. 3. ti. 21. c. 7. vt ſi tempore feriarum ſit, eod. num. 2. ſi ab inceſtuoſo, nu. 3. ſi ab homicida vxoris, n. 4. ſi a raptore ſponſæ alterius, eo. nu. 5. ſi a procurante patrem baptizare filium 6. ſi homicida presbyteri, num. 7. ſi matrimonio ſe ſe cõiunxit moniali, 8. ſi inhibitum ſit matrimonium pendente lite a iudice, &c. 9.
matrimonii impedimenta, quæ contractũ dirimunt ex parte perſonarũ traduntur veluti ex frigiditate ſacris ordinib. li. 3. ti. 21. c. 9. n. 1. ex cauſa cognationis & ſpiritualis ratione baptiſmi & chriſmatis, eo. nu. 2.
matrimonii bona tria, fides, proles & ſacramẽtum, quæ ſint, lib. 3. tit. 21. cap. 4.
matrimonii introducẽdi cauſæ, li. 1. tit. 12. c. 7.
matrimonii impedimenta ex parte matrimonii, quæ & contractum dirimunt, lib. 3. tit. 21. cap. 8.
matrimonii ſeparatio ob conſanguinitatem, quib probationibus egeat, libr. 3. tit. 21. c. 13. num. 1. ob cultus diuini diſparitatem, eod. nu. 2.
matrimonii contracti effectus, libr. 3. tit. 21. cap. 15. etiam veri diſſolutio, quando per ingreſſum religionis, eod. num. 2.
matrimonii quæſtio non admittit iuramentum in ſupplementum probationis, libr. 5. tit. 13. cap. 2. nu. 5. niſi aliquando, vide ibi gloſſ.
matrimonii ſententia an & quando tranſeat in rem iudicatam, libr. 5. tit. 14. c. 1. nume 3.
matrimonii ſententia contra matrimonium retractata, lib. 5. tit. 14. cap. 8.
matrimonio contracto vocat beneficium poſſeſſum eccleſiaſticum ipſo iure, lib. 1. titul. 28. c. 4.
matrimonia libera eſſe debent a metu & pœna, alioquin non valent, libr. 3. tit. 21. c. 6. iuncta gloſſ.
matrimonia exigunt plenam probationem, libr. 5. tit. 10. cap. 4.
matrimonia benedicenda a ſacerdote, libr. 1. tit. 12. ca. [illegible] iuncta gloſ.
matrix eccleſia quæ dicta, lib. 1. tit. 4. c. 7.
medico Iudæo num liceat vti Chriſtianis, lib. 2. tit. 5. c. 2. & gloſſ. ibi.
mendacium inter falſa, lib. 4. ti. 11. cap. 2. nu. 1. & quid ibi gloſ.
mendacii pœna in alio, & in hoc ſeculo, libr. 4. tit. 11. c. 5.
mendax beneficio iuris indignus eſt, lib. 3. tit. 17. cap. 6 gloſ.
menſuras & pondera corrumpens quomodo puniatur, libr. 4. tit. 11. cap. 7. nume. 4. & ibi gloſſ.
mercator vix aut nunquam Deo placere poteſt, libr. 3. titul. 14. cap. 1.
mercatores amittunt nobilitatem, lib. 2. tit. 8. c. 3. glo.
mercatorum libri quando probent pro & contra mercatores, lib. 5. titul. 12. cap. 7. gloſ. iuncta.
meretrix quæ dicatur, lib. 4. tit. 14. c. 1. gloſ. g
meretricis cauſa ad mandatum luxurioſi iuuenis fideiubens, non habet mandati actionem, libr. 3. tit. 11. c. 4.
meretricem ducere quando prohibitum, libr. 3. tit. 21. ca. 13. num. 3.
Metrapolitani, lib. 2. tit. 9. cap. 3. nu. 4.
metus iuſtus reuocandæ renuntiationis carceris fratris amiſſio patrimonii, libr. 5. tit. 13. cap. 9.
metus qualis debeat eſſe qui impediat matrimonium, lib. 3. tit. 21. cap. 6. iuncta glo. & c. 8. nume. 2. in fin.
metus & vis quid, & quãdo legitimam cauſam habent impediendi conſenſum, libr. 3. tit. 13. ca. 3. iunctis gloſſ.
metu & vi promiſſio extorta irrita, libr. 3. tit. 1. c. 8. iuncta gloſ. c vbi de metu.
miles factus clericus perdit priuilegia clericalia, lib. 2. tit. 9. c. 12. glo.
milites non debent fieri procuratores aliorum, ne a militia reuocentur, libr. 3. tit. 18. c. 5. iuncta gloſ.
militum S. Ioannis Hieroſolymitani commendæ quando beneficia, lib. 1. tit. 27. cap. 6. nume. 7.
militare teſtamentum quid, lib. 3. tit. 22. c. 2.
militare teſtamentum vt valeat quæ concur-

*rere debent, libr.3.titul.22.cap.5.gloſſ.d*

*miniſter ſacramentorum qualis deſideretur accommodus, lib.1.tit.6.cap.4.gloſ. h eius mala vita non reddit deteriora, eod.* ✱

*miniſtri præpoſiti regularium qui, lib.2.tit.9.ca.5.num.12.& ibi gl.*

*Minutia Veſtalis viua defoſſa, lib.4.tit.8.c.4.gloſſ.d*

*miracula a non Sanctis aliquando fiunt, libr.1.titul.14.cap.2.nume.4.*

*miſericordia intempeſtiua fugienda, & contra iura, lib.5.tit.1.cap.2.iuncta glo.*

*miſſa in prima parte diei celebranda, exceptio, libr.1.tit.2.c.6.nu.4.*

*miſſa quid, lib.1.tit.21.c.1.& ibi glo. de ſacrificio Miſſæ copioſe & inſtitutione.*

*miſſa debet audiri ex integro vſque ad benedictionem, libr.1.titul.21.c.6.nu.9. ab ea excluditur excommunicatus, eod.*

*miſſæ quando in priuatis locis poſſint dici, lib.1.tit.21.ca.6.in gloſ.iuncta.*

*miſſæ ſacrificii offerẽdi tempore excludebantur catechumeni & hæretici & infideles, lib.1.tit.23.c.5.*

*miſſam dicturo quæ obſeruanda in præparatione & ceremoniis, libr.1.tit.21.cap.6.*

*miſſam pro defunctis introductam pro viuis in perniciem inimici cantans, vel eam faciens vt puniatur, libr.4.titul.12.c.3.*

*miſſarum diſtinctio vel ratione ſolemnitatis, vel perſonarũ pro quib. offertur ſacrificiũ, vel ratione feſti, &c. lib.1.titul.21.cap.2. quibus partibus compleatur officium miſſæ, & quæ ibi fiant, & ceremoniarum & ornamentorũ quæ fiat acceſſio, & ad quid, eod.c.3. miſſæ præfationes decem, eod. glo. f quæ perſonæ in celebrando ſacrificio miſſæ requiruntur, eod.cap.4.*

*miſſarum efficacia erga viuos & defunctos, lib.1.tit.21.cap.7. prohibitum & pœna de defunctis pro viuis miſſam in perniciem eorum canere, eod. iunctis gloſſ.*

*miſſas qui non poſſint dicere, lib.1.tit.21.c.5.*

*miſſas quot in die quis poſſit celebrare, libr.1.tit.21.c.6.nume.5.& gratis, eod.nu.6.*

*miſſas quot poteſt presbyter celebrare in die, lib.1.tit.9.cap.7.num.1.& litera k quoties celebrat, toties corpus Domini ſumere debet, eod.*

*miſſas non ieiunus, aut ebrius celebrans, vel plures dicens, pro pecunia vel adulatione, quomodo eſt puniendus, lib.4.titul.6.c.2.*

*miſſas celebrans in pane fermentato, in calice ligneo, ſine igne & aqua, orario, & in loco non permiſſo, quomodo puniatur, lib.4.tit.6.ca.3.nu.1.2.& 3. miſſam pro defunctis inſtitutam pro viuis in eorum perniciem celebrans, quomodo puniatur, eod.num.4.*

*miſſio in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa contra contumacem excepta cauſa beneficii eccleſiaſtici, libr.5.tit.14.c.6.*

*miſſio in poſſeſſionem rei cõtra contumacem, lib.5.tit.6.cap.6.*

*mobilia immobilia, & ſe mouentia quæ, libr.1.titul.3.cap.2.num.6.*

*modus prædicandi, & quid prædicandum, libr.1.tit.22.cap.5.*

*modus quid in obligationib, lib.3.titul.1.cap.7.iuncta gloſſ.*

*modus donationum, & quomodo a conditione diſtet, libr.3.tit.19.cap.2.iuncta gloſ.*

*monachus nõ poteſt a beneficio manuali conceſſo per abbatem ſine cauſa remoueri, lib.1.tit.27.c.6.in gloſſ.*

*monachus ſine ſui monaſterii licentia ordinari in clericum vel alibi non poteſt, lib.4.ti.3.c.1.nu.4.*

*monachus nuptiis prohibitis interueniẽs quomodo puniatur, lib.4.titul.5.c.3.nume.2.*

*monachus quando arbiter fieri poſſit, lib.5.ti.4.cap.6.*

*monachus clauſtralis officialis epiſcopi fieri poteſt, libr.5.titul.2.cap.3.*

*monachi non habent peculium, & quare, & quomodo proprietarii ſunt puniendi, lib.1.tit.26.cap.4.*

*monachi ad arctiorem regulam quare cogi nequeant, lib.1.tit.12.ca.4.lit.o*

*monachi quando amittant priuilegia, libr.2.tit.9.c.12.*

*monachi de clericis iudicare non debent, libr.2.tit.9.c.7.glo.*







*monachi & monachorum & monialium diſtinctiones, lib.2.tit.9.cap.3.nume.5. monachi non clerici, eod. iuncta gloſ.*

*monachi non poſſunt etiam bona vouere ſine conſenſu prælati ſui, lib.3.tit.2.cap.4.gloſſ. ad arctiorem regulam tamen tranſire poſſunt, eod.*

*monachi non debent exercere chirurgiam aut leges, aut phyſicam audire, libr.4.tit.8.cap.10.nume.3.*

*monachi detrahentes prælatis, & retrahentes parrochos a parrochianis eccleſiis, vt ad ſuas veniant, quomodo puniantur, libr.4.tit.9.c.9.nu.2.*

*monachi verberari poſſunt a ſuperiore non obedientes, libr.4.tit.15.c.4.gloſ.i*

*monachi poſſunt accuſare abbatem expenſis monaſterii, lib.5.tit.9.cap.3.& cap.5.*

*monachi caſtigantur ab abbatibus, libr.4.tit.5.cap.1.*

*monachi in cauſis prophanis tabelliones ſeu notarii eſſe nequeunt, libr.5.tit.12.cap.4.nume.5.*

*monachus an ſuccedat vel monaſterium dominum bonorum ſuorum faciat, & an pater teneatur relinquere ei legitimam, vide lib.1.tit.23.cap.6.iuncta gloſ.e*

*a monacho eiecto a conuetu quæſita, cui quærantur tractatur, libr.1.titul.26.cap.4.in gloſſ.*

*monachorum habitus & ornatus & qualis habitus colorque ſit prohibitus, lib.2.titul.9.cap.7.*

*monachorum & abbatum & priorum veſtes & calceamenta & equitatus cuius generis ſint, & pœna tranſgreſſorum in colore vel forma, libr.4.titul.8.cap.3. per totum.*

*monachis quæ venatio interdicta, lib.4.tit.8.cap.8.*

*monaſterium in pœnam, libr.4.tit.15.cap.4.nume.8.*

*monaſterii pœna pro peccatis vtroq; iure, lib.1.tit.10.cap.11.iuncta gloſ.*

*monaſteria duplicia virorum & mulierum prohibita, libr.1.titul.21.cap.4.gloſ. circa finem.*

*monaſteria monialium ingredi non licet, nec monachis ſine cauſa magna, lib.2.tit.9.c.8.nume.4. ibiq; monaſteria duplicia mulierum & virorum prohibita.*

*monaſteria quando etiam exemta, poſſunt ab epiſcopis diœceſeos reformari, libr.5 tit.2.c.2.& glo.e*

*moneta quibus modis falſa dicatur, lib.4.tit.11.c.2.nu.3. pœna. eod.c.7.nume.1.*

*monialis & monachus prætextu paupertatis non debent ſimoniace data pecunia recipi, & de pœna recipiẽtium & receptorum, lib.4.tit.3.c.3.nume.3.*

*monialis inceſtus quomodo puniatur, lib.4.ti.14.c.4.*

*monialis vel monachus volentes nuptias inire, quomodo puniendi, libr.4.tit.14.cap.4. Sponſa Dei eſt, eo. iuncta glo.i*

*moniali ſe coniungens priuatur ſpe coniugii, vt alii ſe non poſſit coniungere, libr.3.titu.21.c.7.nu.8. ſunt & aliæ pœnæ, ibi in glo.*

*moniales choreis non debent intereſſe, & quare, lib.1.tit.19.c.3.in gloſ.*

*moniales etiam ſacerdoti Miſſam faciẽti miniſtrare nequeunt, lib.1.tit.21.c.4.*

*monialium veſtitus & ornatus prohibitus, lib.2.tit.9.c.7.iuncta gloſſ.*

*monialiũ habitus, ornatus aptus, & quis prohibitus illis, vt & alia ſecularia illis prohibita, libr.4.tit.18.c.4.*

*monitio canonica debet præcedere excommunicationem in ſcriptis, libr.4.titul.16.cap.6. notatur & in gloſſ. quando non requiritur, vel non ſaltem trina.*

*monitio charitatiua quid, lib.5.tit.9.c.1.n.3.*

*monitio omnem accuſationem, & denuntiationem debet præcedere, libr.5.tit.9.cap.4. quando non, eod. in glo.*

*monſtrum an baptizandum ſit, libr.1.tit.7.c.6.num.2.*

*montanorum hæreſis, & abominabile ſacrificium in euchariſtiæ materia, libr.1.tit.9.ca.4.litera i*

*mortis cauſa donatio quando perficitur, libr.3.titul.19.cap.2.iuncta gloſ. vbi & differentia cum mortis cauſa capione.*

*mortis pœnas num reprobet ius pontificium, lib.4.titul.15.c.4.nume.9.*

*mortis tempore quilibet ſacerdos poteſt de omnibus peccatis, quorum etiam abſolutio reſeruata eſt ſummo pontifici, vel aliis, abſoluere, libr.4.tit.16.c.10.& 11.*

*poſt mortem quæ crimina puniantur, li.2.tit.6.c.7.iuncta gloſ.*

*morte quomodo, & qua morte vacat beneficium, lib.1.tit.27.c.7.*

*mortuariorum quarta, ex quibus debeatur vel non, ab eccleſiis eccleſiæ Parrochiali vel epiſcopo, lib.3.tit.22.cap.7.num.4.*

*mortuariorum pars canonica debita eccleſiis Parrochialibus quæ, quanta, & de quibus ſoluatur, lib.1.tit.15.cap.4.num.2.*

*mortuus de quibus criminibus accuſari poteſt, libr.5.titul.9.cap.5.& glo.ibi e*

*mortui poſt mortem quando poſſunt abſolui a ſententia excommunicationis, libr.4.tit.16.cap.10.*

*mortui quando excommunicari poſſunt, lib.4.tit.16.cap.5.*

*mortuorum corpora exhumari vel transferri non poſſunt ſine auctoritate epiſcopi & principis, lib.1.tit.15.cap.5.nume.2.ibid. & exenteratio prohibita.*

*mos quid, libr.1.tit.2.ca.11.nume.2.*

*mulier quando ex fideiuſſione ſua obligetur vel non, lib.3.tit.11.cap.4.iuncta gloſ.*

*mulieri iuranti aliquem ſuum maritum, non creditur, lib.5.tit.13.cap.6.*

*mulieres audire confeſſiones non poſſunt, libr.1.tit.10.cap.6.nume.3.*

*mulieres tonſurari nec ordinem eccleſiaſticum non poſſunt adipiſci, lib.5.tit.13.cap.6.nume.3.*

*mulieres mittebant ſtrenas ſeu munera Calendis Martii viris in Saturnalibus, libr.1.titu.19.cap.2.iuncta gloſſ.*

*mulieres ſacrificantem in altari ſacerdotem iuuare, vel ei miniſtrare nequeunt, etiamſi moniales ſint, lib.1.tit.21.cap.4.*

*mulieres in ordinibus eccleſiæ non poſſunt ordinari, nec clericari, nec ſacris miniſtrare, lib.1.titul.21.ca.4.in gloſ.*

*mulieres in quibus ſint inferiores viris, lib.2.tit.1.c.3.nu.2.vnde mulier dicta, eod.gl.*

*mulieres non poſſunt clericatum, vel alium ordinem ecceſiaſticum ſuſcipere, lib.2.tit.9.cap.6.*

*mulieres barbatæ diuinatrices in Caria, libr.2.tit.9.cap.7.gloſ.*

*mulieres ſubintroductæ prohibitæ clericis, & quales illæ ſint, & ſororis nomine habitæ, lib.2.tit.9.cap.8.num.4.iuncta gloſſ.*

*mulieres non excõmunicant, lib.4.tit.16.c.4.*

*mulieres quæ poſſint eſſe arbitratrices, lib.5.ti.4.cap.6.*

*mulieres regulariter incarcerari nequeunt, lib.5.tit.6.c.4.*

*mulieres non debent eſſe procuratrices, & quando poſſint eſſe, & pro quibus, lib.3.tit.8.cap.5.*

*mulieres quando præter regulam communem admittũtur ad accuſandum & teſtificandum, lib.5.tit.9.c.3.gloſ.iuncta l*

*mulieres quando teſtes eſſe poſſint, libr.5.titul.11.cap.4.*

*mulierum ex veſtibus non debet fieri ornatus eccleſiaſticus, vel caſula, lib.1.tit.21.cap.4.gloſ.in fine.*

*mulierum conſortium etiam ſubintroductarum clericis interdictum & monachis, lib.3.titul.9.cap.8.nu.4.*

*mulierum maximum & deſideratum munus concipere, & partus edere, lib.3.titu.21.c.1.glo.i*

*mulierum conſortia periculoſa caſtitate virorum, etiamſi alioquin probiſſimi ſint, quod & exemplis pluribus docetur, lib.1.tit.21.c.4.gloſ.*

*multitudinis peccatum non eſt puniendum aliquando ob certas cauſas, lib.5.titu.14.cap.5.*

*multitudini peccanti quomodo imponenda pœna lib.4.tit.15.cap.5.*

*multitudine peccante quomodo punitio facienda, lib.4.tit.6.c.1.gloſ.litera c*

*munera perſonalia quæ imponi nõ poſſint vel poſſint perſonis eccleſiaſticis, libr.1.tit.4.c.14.nume.2.*







*murorum excubiis, quando teneantur perſonæ eccleſiaſticæ, libr.1.tit.4.c.14.nume.2.*

*Miſſarum dicendarum onus imponi poteſt quotidie excepta infirmitate, li.3.tit.1.c.5.*

*mutuum ab initio non conſtans quando poſtea producit actionem, libr.3.tit.4.cap.5.gloſſ.*

*mutuum qui dare poſſint, & quibus, lib.3.tit.4.c.5.& quando ex mutuo filiusfamilias obligatur, eod.gloſ.*

*mutuum quid, libr.3.tit.4.cap.2.quotuplex, eod.c.3.ciuile, naturale tantum, & ciuile & naturale, eod.interpretatiuum, & verum, eod.cap.4.num.2.*

*mutui contrahendi formulæ, lib.3.titul.4.c.6.vis, effectus, actiones, quibus & contra quos dentur, eod.cap.7.*

*mutuo quæ res dari poſſint, & dicantur, libr.3.tit.4.c.4.*


## *N*


*NAtales dies Imperatorum, & vrbium maiorum & ſingulorum feſtiuitate donati, libr.1.tit.19.cap.2 litera v*

*naturales tantum filii qui, libr.2.tit.3.cap.1.nume.2.*

*Nauarræ Regnum per expoſitionem occupatum, lib.2.tit.6.cap.5.litera n*

*naufragii peccantium pœnitentia ſecunda ad ſanandum tabula, lib.1.tit.10.cap.1.*

*neceſſarium iuramẽtum quid, delatum a iudice in ſupplementum probatum, lib.5.tit.13.cap.1.nume.6.*

*neceſſitate famis vel alterius rei furatus vt puniatur, lib.4.tit.10.cap.8.*

*negantis nulla probatio, quando autem negatiuæ ſit probatio, libr.5.tit.10.ca.3.iuncta gloſſ.& ibi glo.diſtinguit negatiuarũ propoſitionum diuerſas ſpecies iuris aut facti.*

*negotiari clericis non licet, libr.2.tit.9.cap.9.gloſſ.*

*negotiari non licet eccleſiaſticis, niſi ex artificiolo quodam honeſto victus cauſa, libr.4.tit.8.cap.9.*

*negotiatio habet maximum periculum animæ, lib.3.tit.14.cap.1.*

*negotiationes quæ interdictæ clericis, lib.1.tit.26.cap.3.*

*negotiorum geſtor quis, lib.3.tit.18.c.1.nu.3.*

*negotiorum geſtor quando & quatenus expenſas factas repetat, libr.3.tit.18.cap.8.gloſſ.*

*nepharii filii qui dicantur, libr.2.tit.3.cap.1.nume.7.*

*nobilitas virtutis & generis, libr.2.tit.8.cap.4.num.1.quando ex parte etiam matris, & vbi exſiſtente etiam patre ignobili, eod.gl. nobilitas ex ſcientia, eod.gloſ.p*

*nobilitas amittitur per exercitium mercaturæ, libr.2.titul.8.cap.3.gloſ.*

*nobilium Auſtriæ & Bauariæ in dicendo teſtamento priuilegium, vt ſcripto & ſine iuramento abſentes dicat, lib.5.tit.11.gl.c.l*

*noctu iudicandũ quare non eſt, & cur Areopapitæ tamen noctu iudicarunt, lib.5.tit.1.cap.3.gl.*

*nomen & qualitatẽ alterius vſurpare, quando falſum habet, lib.4.tit.11.cap.2.nu.3.*

*nomina quæ dicantur, & quomodo nominibus contraheretur olim, libr3.tit.12.ca.2.in gloſ.l*

*nomina propria quando imponantur Chriſtianis, & quando aliis impoſita & mutata, lib.1.tit.7.cap.5.gl.*

*nomina actoris, rei, iudicis, criminis, exprimere in libello criminali quid proficiat, lib.5.tit.9.cap.4 num.3.iunctis gloſſ.*

*nominatio ad beneficia duplex, libr.1.tit.28.cap.2.gl.*

*nominatio quid, libr.1.titul.29.ca.1.num.3.*

*nominata beneficia enumerantur, libr.1.tit.27.c.5.*

*nominata & innominata beneficia quæ, libr.1.tit.27.cap.3.*

*Notarius an & quando inſtrumentis expeditis poſſit addere vel diminuere, lib.5.tit.12.cap.5.*

*Notarii, vide tabelliones, protocolla, inſtrumenta.*

*Notarius rei per ſe probati, libr.5.titul.10.cap.5.*

*nouale quid, lib.1.tit.25.ca.3.gl.*

**Nouatiani & Cornelii Schiſma**, & errores Nouatiani, lib. 2. tit. 7. cap. 3. litera f ſchiſmate 8.

Nouatione facta debiti tollitur hypotheca prior, niſi expreſſe retineatur, lib. 3. titul. 9. cap. 6. iuncta gloſſ.

nouatus quis non confirmatus non potuit promereri Spiritum ſanctum, lib. 1. tit. 8. cap. 4. litera b.

nubebant noctu mulieres olim, libr. 3. tit. 21. c. 1. iuncta gloſ.

nulla iuramenta non egent abſolutione, lib. 5. tit. 13. cap. 9.

nulla ſententia excõmunicationis, quot modis dici poſſit, libr. 4. titul. 16. in fine gloſſæ.

nulla ſententia non debet mandari exſecutioni, lib. 5. tit. 14. c. 6.

nullarum ſententiarum exempla, lib. 5. titul. 14. cap. 7.

nullitas ſententiæ poteſt opponi poſt eius prolationem, lib. 5. tit. 8. cap. 2.

nuntii Papæ non tales, quales legati miſſi vel alii nati, & de latere, libr. 5. titul. 3. cap. 1. gloſſ. a

nuptiæ primæ & ſecundæ & vlteriores approbatæ, ſed diuerſo modo, libr. 3. tit. 21. ca. 2. iunctis gloſſ. vbi & quando ſecundæ & repetitæ fuerint prohibitæ, ponuntur & differentiæ inter primas & repetitas.

nuptiæ ſecundæ non benedicuntur, nec presbyter eorum conuiuio intereſſe debet, lib. 3. tit. 21. cap. 2. iuncta gloſſ.

nuptiæ ſimulatæ nuptiæ non ſunt, lib. 3. tit. 21. cap. 5.

nuptiæ, vide matrimonium.

nuptiarum nouæ raptus ſimulati, vnde originem habuerint, lib. 3. tit. 21. cap. 14. glo.

nuptias benedicens ſecundas ſacerdos, quomodo puniatur, lib. 4. tit. 5. cap. 3.

nuptias quo tempore non licet celebrare, libr. 3. tit. 21. c. 6. nume. 3.

O

OBedientia principum pactum humanæ ſocietatis generale tantum, libr. 3. tit. 1. c. 4. glo.

obedientia debita ſuperioribus prælatis, & de pœna inobedientiæ, lib. 2. tit. 9. c. 8. num. 3. iuncta gloſſ.

obedientia quæ debetur a clericis monachis & laicis prælatis, lib. 5. tit. 2. cap. 2. iuncta gloſ.

obedientiæ iuramentum, libr. 5. tit. 13. cap. 1. nume. 6.

oblatio eccleſiaſtica quid, lib. 1. tit. 23. cap. 2. eius ſpecies, eod. c. 3. de quibus facta grata, vel reiecta a Deo ſit & eccleſia, eod. cap. 4. qui offerant, eod. c. 5.

oblatio facta debiti, quando prodeſt & nocet aliis, lib. 3. titul. 9. cap. 5. num. 3. gloſſa iuncta.

oblationes prima ſacrificia Deo facta, libr. 1. tit. 23. cap. 1. nu. 1.

oblationes Deo & eccleſiis quare fiãt, & quare recipiantur, & fines earum & offerentium, lib. 1. tit. 23. c. 7.

oblationes Deo, Sanctis & eccleſiis fiant, vel relictæ, quibus debeantur, libr. 1. titul. 23. cap. 6.

oblationum ſpecies humanã & diuina, eod. libr. 1. tit. 23. cap. 1. nume. 2. & ſeq. vt canonis, auxilii charitatiui, eod. nu. 3. debiti, num. 4. filiorum curiæ, num. 5. Deo factarum, nu. 6. euchariſtiæ, num. 7.

oblationum diuiſio in ſimplices, primitias & decimas, libr. 1. tit. 13. cap. 1. nu. 8.

oblationum faciendarum modus, & quando in Miſſa ſummi pontificis dantur ad pedes eius, quando ad manum & in aliis Miſſis ad manum diaconi, lib. 1. tit. 23. cap. 5.

obligatio ex conſenſu quæ, libr. 3. tit. 13. ca. 1.

in obligatione generali cenſentur excepta, quæ quis veriſimiliter non eſſet expreſſe obligaturus, lib. 3. tit. 9. ca. 3.

obligationes in diem, ex die, ſub conditione, ſub modo, quæ, lib. 3. tit. 1. c. 7.

obligationum diuiſio, libr. 3. tit. 1. c. 1. num. 2.

oblationes eccleſiaſticas recipiens, ab his quib. prohibet eccleſia accipere, quomodo puniatur, lib. 4. ti. 5. c. 5.

obſides pro fide implenda dari poſſunt, libr. 3. tit. 9. cap. 3.



obſides habent ſpeciem fideiuſſorum, lib. 3. tit. 11. c. 4. gloſ.

occidens ſe ipſum qua pœna puniendus, quod non debeat ſepeliri in loco ſacro, libr. 4. tit. 13. c. 5. nume. 7.

occidentes vxores vel presbyterum, priuantur ſpe coniugii, libr. 3. titul. 21. cap. 7. nume. 5. & 7.

occidere quando liceat furem, libr. 4. tit. 10. cap. 8. gloſ.

occidere propria authoritate non licet, etiam impiiſſimum, maleficum, & quare, libr. 4. tit. 13. cap. 3. iuncta gloſſ. litera l authoritate publica contenta, eod. lit. n

occidere quid, libr. 4. tit. 13. cap. 1.

œconomus epiſcopi, lib. 2. tit. 9. cap. 5. nu. 11. & plura gl. f g

œconomus eccleſiæ nec eius proximi rem ab eccleſia ea emere vel precario accipere non poſſunt, lib. 3. tit. 7. c. 4. num. 2.

officialis iniuria redundat in eum, cuius eſt officialis, libr. 4. titul. 9. cap. 6. & ibi gloſ.

officialis vnus & plures, & foraneus delegatus conſtitui poteſt, lib. 5. tit. 2. cap. 3. non laicus, ſed tamen monachus clauſtralis, eo.

officialis & vicarius epiſcopi habent ordinariam iuriſdictionem, lib. 5. tit. 2. c. 2. glo. & cap. 3. & ibi quæ facere poſſint vel non loco epiſcopi, cum quo vnum tribunal conſtituunt.

officialis & vicarius in quo differant, libr. 5. tit. 2. cap. 3. gloſ.

officialis damnum, datum per eum, qui eum cõſtituit reparari debet, lib. 5. tit. 2. c. 3. gl.

officialis epiſcopi alium ſui loco conſtituere poteſt, & quomodo, libr. 5. tit. 2. ca. 3. gloſ.

officialis ratione officii ſui damnatus, non poteſt appellare a ſuo iudice, li. 5. tit. 15. c. 2.

officiales epiſcoporum, lib. 2. tit. 9. cap. 3. nu. 4.

officiales alii quam epiſcopi, in iuriſdictione ſua ſpirituali conſtituere poſſunt, lib. 5. tit. 2. cap. 3.

officialem ſede vacantẽ conſtituit capitulum vel confirmat conſtitutum, & in eius negligentiam Metrapolitanus aut vicinus epiſcopus, lib. 5. tit. 2. cap. 3. gl.

officium inter beneficia eccleſiaſtica, quid & vnde dicatur, lib. 1. tit. 27. cap. 2. num. 6. vnde officium dicatur, eod.

officium diuinum tenetur degradatus dicere, & quare, exceptis quibuſdam, libr. 4. titu. 15. cap. 4. glo.

officium iudicis quid, libr. 5. tit. 2. cap. 1. circa quæ verſatur, eod. cap. 2.

officium is dicebatur qui crimina inquirebat & deferebat, lib. 5. titul. 9. ca. 3. gloſ.

officia non debent dari a Chriſtianis Iudæis vel aliis infidelibus, libr. 2. tit. 5. cap. 4. & ibi gloſ.

offic. diuinorum ceſſatio, quomodo indici debeat, lib. 5. tit. 12. cap. 3.

offic. diuinorum ceſſatio pœna eccleſiaſtica, libr. 4. tit. 15. cap. 4. nu. 6.

officiorum diuinorum ceſſatio, quando in iniuriam fiat alterius, & quæ prohibita, libr. 4. tit. 9. c. 3.

oleum in eccleſia vnctionis cauſa triplex, & quando & quomodo conſecretur, lib. 1. tit. 8. cap. 3. litera g & quæ vngantur ex ſingulis oleis, eod.

oleo in ſacris vſi Gentiles & Iudæi ad lumen, libr. 2. tit. 5. cap. 2. gloſſ.

omnia eſſe obſeruare, & finẽ ſuum deſiderant aſſequi, lib. 1. tit. 1. c. 1. nu. 1.

operaria non eſt beneficium ſed officium, libr. 1. titul. 27. cap. 6. num. 4.

operarum locatarum merces, quando debeatur etiam non præſtitis, lib. 6. titul. 16. cap. nume. 3.

ordinandi forma, tempus, lib. 1. tit. 13. cap. 5. nume. 1. ritus & ceremoniæ in ſingulis ordinibus eccleſiaſticis, eod. nume. 2.

orandi munus quibus incumbit, & docetur omnibus, ſed maxime neceſſario quibuſdam clericis, lib. 1. tit. 20. cap. 5.

orandi & dicendi preces formula, libr. 1. titu. 20. ca. 6. nu. 1. quotidie & tempore interdicti, eod.

orandum ſemper & exempla valde orãtium, libr. 1. tit. 20. c. 2. litera m

orandum verſus Orientem, lib. 1. tit. 20. cap. 6. num. 2.

*orandum non eſt pro fure in furto occiſo, libr. 4. titul. 10. cap. 8.*

*oratio ad Deum vel Sanctos quid, libr. 1. tit. 20. cap. 1.*

*oratio ſolitaria efficax publica efficacior, libr. 1. tit. 2. c. 2. litera g orationis quatuor ſpecies, eod. lit. h*

*oratio facta ab ſtantibus & a prouolutis in genua, libr. 1. titul. 20. cap. 6. iuncta gloſ. per totam.*

*orationis tempore qui excludendi ab eccleſia, libr. 1. titul. 20. cap. 6. nu. 3.*

*orationis vires & efficacia, lib. 1. tit. 20. c. 9.*

*orationes, vide* preces.

*orationes pro quibus fiant vel non, li. 1. tit. 20. cap. 8.*

*oratoria quando beneficia, libr. 1. tit. 27. cap. 6. nume. 5.*

*oratoria quid, lib. 1. tit. 4. c. 11. nume. 5.*

*oratoriis in priuatis non conſecratis & locis priuatis, quando poſſunt Miſſæ celebrari, libr. 1. tit. 21. c. 6. gloſſ.*

*ordinare nolens epiſcopus malitioſe vel accepta pecunia punitur, libr. 1. tit. 13. cap. 5. litera n*

*ordinariam iuriſdictionem qui dicantur habere, libr. 5. tit. 1. cap. 3. iuncta gloſ.*

*ordinarium iudicium quid, li. 5. ti. 1. c. 2. n. 3.*

*ordinarii iudices ſunt Officiarius & vicarius epiſcopi, lib. 5. tit. 2. c. 2. gloſ. & cap. 3.*

*ordinari qui non debent, & qui debeant, per totum cap. 6. libr. 1 tit. 13.*

*ordinari ſeruus, libertus & adſcriptitius quando & quomodo in eccleſia poſſint, lib. 4. titul. 2. cap. 3.*

*ordinatio non repetitur ſemel facta, lib. 1. tit. 13. ca. 6. nume. 6.*

*ordinatio eccleſiaſtica non fit ſine titulo, libr. 1. tit. 13. c. 5. nume. 1.*

*ordinatio ſerui vel liberti ſcripturã fieri deſiderat, lib. 5. tit. 12. cap. 3. num. 6.*

*ordinatus ab Schiſmatico, Hæretico, epiſcopatum inuadente, ut puniatur, libr. 4. tit. 3. cap. 2.*

*ordinatus ante ætatem conſtitutam & ordinans, quomodo puniantur, lib. 4. tit. 2. c. 2.*

*ordinatus per ſaltũ aut furtiue quis, & quomodo puniendus, lib. 4. tit. 4. cap. 3.*

*ordinatorum a non ſuo epiſcopo pœna, libr. 4. titul. 3. cap. 1. nume. 1.*

*ordinandorum ætates, lib. 4. tit. 2. cap. 2. nu. 2.*

*ordo ſacramentum, & quid ſit, lib. 1. tit. 13. c. 1. ſeptem ordines ſecundum Theologos, ſecundum canoniſtas 9. addito clericatu & epiſcopatu, eod. cap. 2. diuiſio in maiores & minores, & qui ſint, eod. num. 2.*

*ordo iudiciarius in præiudicialibus concurrentibus vel cauſa poſſeſſionis & proprietatis ſeruandus, libr. 5. tit. 1. cap. 5. num. 4.*

*ordo iudicialis in quibus non ſeruatur, libr. 5. tit. 1. c. 2. iunctis gloſſ.*

*ordo quis in ſententiis ſequendus ſit, lib. 5. tit. 14. cap. 4. iuncta gloſ.*

*ordo agendarum cauſarum pro tribunali volumine vocant* rolle, *Galli, conſcriptus & ſeruandus, libr. 5. tit. 2. cap. 2. gloſſ.*

*ordinis cuiuſque eccleſiaſtici propria materia & munus circa quod verſetur, libr. 1. tit. 13. c. 3.*

*ordinis presbyteratus character non tollitur depoſitione vel degradatione ordinati, ſed exſecutio interdicitur; ideo & ſacerdos talis conſecrat, lib. 1. tit. 21. cap. 5. iuncta glo.*

*ordinis characterem ſuſcipiunt ordinati laici & illiterati, etſi alioquin puniantur, libr. 4. tit. 2. c. 4.*

*ordines eccleſiaſticos conferunt interdum abbas, libr. 1. tit. 13. cap. 4. nume. 1. epiſcopus ſuis diœceſanis & alienis cum dimiſſoriis literis, eod. nume. 2. & num is, qui renuntiauit epiſcopatui, eod. num Hæreticus, aut Schiſmaticus, eod. numer. 4. Simoniacus, nume. 5. num Græci a Latinis epiſcopis & contra. 6.*

*ordines duo non conferuntur eodem die, libr. 1. titu. 13. c. 5. num. 3.*

*ordines ſacri habent profeſſionem tantum & expreſſam voti caſtitatis, libr. 3. titul. 2. cap. 5.*

*ordines ſine diſpenſatione non conceduntur illegitimis, lib. 4. tit. 2. c. 1. & ibi quis diſpenſet, & nu. 4. de pœna illegitimi ordinati.*


*ordinis*




*ordinis eccleſiaſtici miniſterium agens non in eo ordinatus quomodo puniatur, lib. 4. tit. 4. cap. 1.*

*ordines conferens duos vel plures ſimul, & alio tempore quam ſtatutum ſit, quomodo puniatur, item & ita ordinatus, libr. 4. tit. 4. cap. 2.*

*ordinum eccleſiaſticorum finis, & rationes, lib. 1. tit. 13. cap. 7.*

*originarius & adſcriptitius colonus, quomodo in eccleſiaſticis gradibus ordinari poſſit, libr. 4. tit. 2. c. 3.*

*oſculum dans excommunicato, qui poteſt abſoluere, cenſetur abſoluiſſe, lib. 4. tit. 16. cap. 8.*

*oſtiarius quis in eccleſia, libr. 2. tit. 9. cap. 2. nume. 3.*

P

P*aciſci qui poſſint vel non, lib. 3. tit. 1. c. 6. Paciſcendi formulæ ex conſenſu, dum non lædant ſubſtantiam contractus, libr. 3. tit. 1. cap. 7.*

*pactum quid, lib. 3. tit. 1. c. 2. nu. 2. cum pollicitatione eius diſtinctio, eo. iuratũ & ſimplex non iuratum, eod. cap. 4.*

*pactum nudum non obligat iure ciuili, quomodo autem iure pontificio, & quid nudum dicatur, libr. 3. tit. 1. ca. 8. gloſſ.*

*pactum legis commiſſoriæ in pignoribus prohibitum, libr. 3. tit. 9. cap. 4.*

*pacta de quibus fieri poſſunt vel non, lib. 3. tit. 1. cap. 5.*

*pacta de ſpiritualib. improbata exceptis quibuſdam conditionibus receptis, libr. 3. tit. 1. c. 5.*

*pacta quæ ſolent adiici locationibus, lib. 3. tit. 16. cap. 5. gloſſ.*

*pacta ſeruari debere & conuentiones, quare etiam a principibus, & quomodo ſint iuriſgentium, & iuris ciuilis, lib. 3. tit. 13. c. 5. gloſ.*

*pacta cum dæmone tacita ſocietatem habẽtia illicita, lib. 3. tit. 17. ca. 2.*

*pactorum vis finalis, finalis cauſa & effectus & quando aliis non noceant quam contrahentibus, lib. 3. tit. 1. cap. 8.*

*pactorum alia nuda, alia conuenta ſeu veſtita, libr. 3. tit. 1. c. 3. nume. 1. in rem in perſonam expreſſa, tacita, ſimplicia, & non ſimplicia, eod. cap. 4.*

*paganus quis, libr. 1. titul. 5. c. 7. nume. 1. & gloſſ. l*

*pagani qui dicantur, lib. 2. tit. 5. cap. 1. gloſ. a*

*palea quid in decreto Gratiani ſignificent, lib. 1. tit. 1. ca. 1. num. 15.*

*pallium quando debeat petere Metrapolitanus, electus, libr. 1. tit. 29. c. 6. num. 4.*

*pallium Græcorum & clericorum, libr. 2. tit. 9. c. 7. iuncta gloſ.*

*pallium Chriſtianorum antiquorum, libr. 4. titul. 8. cap. 2. gloſ. z*

*pallium quum datur archiepiſcopo, habet fidelitatis ſummo pontif. præſtandum iuramentum, lib. 5. titul. 13. cap. 2. nu. 4.*

*panormia quid, libr. 1. tit. 1. cap. 1. nu. 13.*

*papa quot modis confert vel concedit beneficia eccleſiaſtica, libr. 1. tit. 28. c. 12.*

*papa habet pleniſſimam poteſtatem ſupra beneficia, lib. 1. titul. 27. c. 10. nume. 3.*

*papa mortuo non ideo eccleſia acephala, lib. 1. tit. 4. cap. 1. lit. g*

*papa etiam non poteſt auferre characterem, & eius vim ordinato, ſi character iſte indelebilis, lib. 1. tit. 21. cap. 5. iuncta gloſſ.*

*papa vocat filios omnes Chriſtianos exceptis hæreticis, quare, lib. 2. tit. 3. cap. 2.*

*papa quando ab alio iudicari poſſit, libr. 5. tit. 1. cap. 4. gloſ. c*

*papa a Deo iudicatur, & in quibus ſubſit conſilio, lib. 5. cap. 2. iuncta gloſ.*

*papa ab omnibus appellari vel inuocari poteſt, niſi in appellatione a iudice laico, ab eo autem nemo appellat, vt nec a principe, lib. 5. tit. 15. cap. 3.*

*papa confirmat conſilia vniuerſalia, lib. 1. tit. 2. cap. 6. nume. 1.*

*papa neptem deſponſatus Iordanis de Ciſte laqueo ſuſpenſus in Gallia, libr. 5. titu. 15. ca. 2. gloſ.*

*papa in Miſſa quando oblationes offeruntur in manu eius vel ad pedes, lib. 1. titul. 23. cap. 5.*

*Papæ pulſi ſede & antipapæ, vnde, libr. 2. tit. 7. c. 2. lit. f in ſchiſmatis.*

*papæ reſeruata quæ non poſſunt fieri a legatis eius etiam ſine ſpeciali mandato, li. 5. tit. 3. ca. 3. iunctis gloſſ.*

*papæ a papa ad concilium generale non poteſt appellari vel alibi, libr. 5. titul. 15. cap. 3. iuncta gloſ.*

*papatus beneficium eſt, lib. 1. tit. 27. c. 3.*

*parricidium in quibus perſonis fieri dicatur, libr. 4. tit. 13. c. 2. gloſ.*

*parrochia quid & vnde dicta, libr. 2. titul. 9. cap. 4. gloſ.*

*parrochiarum curiones, quib. nominibus dicantur, lib. 1. tit. 9. c. 1.*

*parrochianus die Dominica in parrochia audire Miſſam debet, libr. 1. tit. 21. c. 6 nu. 8.*

*partiarius colonus quid diſtet a cõductore colono, & quod eius cõtractus non tranſit ad hæredem, lib. 3. tit. 16. cap. 6. gloſ.*

*partus in vtero matris num baptizandus, lib. 1. tit. 7. cap. 6. nume. 1.*

*partus ſuppoſitio habet falſum in re, lib. 4. tit. 11. cap. 2. nume. 3. pœna, eod. cap. 7.*

*paruulis pro baptiſmo profuit ſola fides, libr. 1. tit. 7. ca. 2. gloſſ. n nunc ſine baptiſmo decedentes quomodo damnati, libr. 1. tit. 7. cap. 6. gloſſ.*

*Paſchæ ſolemnitas quo die fieri debeat, lib. 1. tit. 19. c. 2. in gloſ. & ibi de conuerſia antiquorum circa diem.*

*pater luſtricus, libr. 1. tit. 7. cap. 7. gl.*

*pater dicens filium ſpurium natum fuiſſe ex ea, cum qua matrimoniũ contraxit clam, an eum efficiat legitimum & habilem ad ſuccedendum, libr. 2. tit. 3. cap. 3.*

*patriarchæ quot, & eorum ordo dignitatum, libr. 2. tit. 9. c. 3. num. 2.*

*patrimoniũ quare a patre, & matrimonium a matre, lib. 1. tit. 12. c. 2.*

*patrimonium vnde ita appellatum, lib. 3. tit. 21. cap. 1. num. 4.*

*patrimi & matrimæ qui quæve poſſunt eſſe aut non, libr. 1. tit. 7. cap. 7. nu. 2. qui olim ita dicti, eod. gloſ. an exigantur de neceſſitate in baptiſmo, eodem gloſſ. an vnus tantum vel plures, vel vniuerſales eſſe poſſint eod. gloſ. v*

*patrimi baptizandorum, li. 1. tit. 7. c. 3. nu. 2.*

*patrimi qui poſſunt eſſe in confirmatione, libr. 1. tit. 8. ca. 3. num. 5.*

*patrimi & matrimi pueri in nuptiis, libr. 3. tit. 21. c. 1. gloſſ. h*

*patronatus ius eccleſiaſticum quid, libr. 1. tit. 27. cap. 1. nu. 2.*

*patronatus iura ſingularia præter communia eccleſiarum in ſuos libertos, lib. 2. tit. 4. cap. 2. nume 2.*

*patronatus iura transferri, & vendi cum vniuerſitate poſſunt, non aliter, lib. 3. tit. 14. c. 5. gloſ.*

*patronus excommunicatus non poteſt præſentare, lib. 4. tit. 16. cap. 7.*

*patroni in permutatione beneficiorum an neceſſario conſentire debeant, lib. 1. titul. 28. c. 9. gloſſ.*

*Paulus Patriarcha Conſtãtinopolitanus Monothelita excommunicatus, lib. 4. tit. 16. c. 6. gloſſ.*

*pauperis bona vel eleemoſynam vel mercedem retinens homicida eſt, lib. 4. titul. 13. cap. 1.*

*pauperes qui & quot recipiendi hoſpitalibus, & quantum illis dandum, & quibus & quando, lib. 1. tit. 16. ca. 5.*

*pauperum cura ad epiſcopum pertinet maxime, libr. 1. tit. 16. c. 4.*

*pauperibus quãdo debent dari, quæ reſtituenda ſunt per vſuras extorta dominis, libr. 3. tit. 5. cap. 6. nu. 1. in gloſ. a b*

*paupertatem cur Deus eſſe voluerit, libr. 1. tit. 16. c. 4.*

*peccatum materia, circa quam pœnitentia verſatur, libr. 1. tit. 10. cap. 4. nume. 1. ibi peccatum quid & diſtinctio peccatorum, nume. 2. quid originale, actuale, mortale, veniale, eod. num. 3. irremiſſibile, & quare, & contra Spiritum ſanctum, & quare ita dictum, lib. 1. tit. 10. c. 4. lit. f*

*peccatum non excuſatur ex mãdato alterius, niſi aliquando pœna ex cauſa retineatur, lib. 3. tit. 18. cap. 3. lit. h*







***Peccatum num multitudine excuſetur, lib. 4. t. 15. c. 5.***

*Peccata confeſſa ſemel, an ſint iterum confitenda, & quando, lib. 1. t. 10. c. 6. num. 4. & litera t*

*peculatus quid, lib. 4. t. 10. c. 2. num. 5.*

*peculium quid clericorum maxime, lib. 1. ti. 26. c. 1.*

*peculium quotuplex, aduentitium, caſtrenſe, & quaſi, & quale clericorum, lib. 1. tit. 26. c. 1. in gloſ. a quotuplex peculium clerici, eod. c. 2.*

*peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, qui habeant, lib. 3. t. 1. c. 6. gloſ.*

*peculium qui clerici habere poſſunt vel non, lib. 1. t. 26. c. 4.*

*pecunia & peculium vnde dicantur, lib. 1. tit. 26. c. 1. iuncta gloſ. a*

*pecuniæ non numeratæ exceptio intra quod tempus poſſit proponi contra petentem ex chirographo, lib. 3. t. 12. c. 3. iuncta gloſ.*

*penſio de beneficio non eſt beneficium, lib. 1. t. 27. c. 6. num. 2.*

*penſionis reſeruatio in renuntiatione beneficii quomodo fiat, lib. 1. titu. 28. cap. 9. in gloſ. l*

*penſionis remiſſio conductori, quando & quatenus fiat, lib. 3. t. 16. c. 6. iuncta gloſ.*

*penſiones impoſitas beneficio beneficiatus neve prouiſus, ſi inde viuere nequeat, poteſt reiicere, lib. 1. t. 27. c. 9. in gloſ. litera k*

*percutere quid & verberare, lib. 4. ti. 9. cap. 3 gloſ. g*

*percutiens & iubens percuti pœnæ obnoxii, li. 4. t. 9. c. 10. num. 3.*

*peremtoriæ exceptiones iudicii, lib. 5. titu. 8. cap. 1.*

*perfidiæ pœna, lib. 3. t. 1. c. 7. gloſ. s*

*periculum rei emtæ, ad quem pertineat emtorem aut venditorem, lib. 3. tit. 14. cap. 9. num. 1.*

*periurii cognitio pertinet, & ad ipſum iudicem laicum, lib. 5. t. 13. c. 8. iuncta gloſ. m*

*periurii pœnæ, lib. 5. t. 13. c. 7.*

*periurus teſtis eſſe non poteſt, lib. 5. tit. 11. c. 4.*

*periurus quis, lib. 5. ti. 13. c. 6. & c. 7.*

*permiſſum quod eſt, non eſt dicendum ſtatim approbatum a permittente, li. 3. t. 5. cap. 1. gloſ. b*

*permutatio in quibuſdam conſentit emtioni, in quibuſdam differt ab ea, lib. 3. t. 15. c. 1. iunctis gloſſis.*

*permutatio & permutare quid, lib. 3. ti. 15. c. 1. num. 2. quotuplex & quando obligat, eod. c. 2. de quibus fiat in ſpiritualibus & temporalibus, eod. c. 3. a quibus fieri poſſit, eod. c. 4. qua forma maxime beneficiorum eccleſiaſticorum, eod. c. 5. cauſæ permutationis admittendæ effectus, actiones, eodem cap. 6.*

*permutatio beneficii non ſemper permiſſa, & quando, & quomodo permittatur titulariis, lib. 3. t. 15. c. 3. iuncta gloſ. c cur tantum princeps non alii, & qua forma res poſſit permutare cum rebus eccleſiæ, eod. gloſ.*

*permutationis cauſa renũtiatione facta aliis, quam permutantib. beneficia conferri nequeunt, & quando redeant ad beneficia, ſi ea non ſortiatur effectum, & an propria auctoritate, an noua collatione, lib. 1. t. 28. c. 9. iuncta gloſ.*

*permutationi perficiendæ beneficiorum, quorum conſenſus adhiberi debeat, lib. 1. t. 28. c. 9. gloſ.*

*perpetuum in iure dicitur, vt plerunque pendente vita alicuius, lib. 1. t. 27. cap. 1. gloſ. litera k*

*perſonatus in beneficiis quid, lib. 1. tit. 27. c. 2. num. 6.*

*perſonæ iudiciorum, quæ ſint principales & acceſſoriæ, lib. 5. t. 1. c. 3. num. 3.*

*perſonarum conditio diſtinguit in delictis pœnas, lib. 4. t. 15. c. 6. gloſ.*

*perſonarum inquiſitio in hoſpitibus recipiendis, non facienda ad meritum, lib. 1. t. 16. c. 1. litera b*

*perſonarum cauſa omne ius conſtitutum, & quid perſona, lib. 2. t. 1. c. 1. diuiſio perſonarum ratione ſexus in maſculos, fœminas, Hermaphroditos, frigidos, impotentes, caſtratos, &c. eod. lib. 2. t. 1. c. 2. diſtinctiones iſtius legis vnde, eod. c. 3.*

perſonarum eccleſiaſticarum diuiſiones, lib. 2. tit. 9. c. 2.
petitio iudicialis, vel verbalis, vel ſcriptura, ſeu libello contenta quid, lib. 5. t. 7. c. 1.
Petrus de Cunæis contra iuriſdictionem eccleſiaſticam inſtitit, lib. 5. t. 1. c. 2. gloſ.
Petrus Aragoniæ dux citatus ad tribunal Chriſti mortuus, lib. 5. t. 1. c. 2. gloſ. a
phylacteria ſuperſtitioſa appendentis pæna, li. 4. t. 12. c. 3. gloſ. per totam.
philoſophorum inſignia pallium, barba, claua, lib. 4. t. 8. c. 2. gloſ.
Photii canones, lib. 1. tit. 1. c. 1. num. 17. ab iis cauendum, eod. litera l.
pia relicta in dubio quib. debeantur, locis vel pauperibus, lib. 1. t. 23. c. 6.
pignoratitia actio in rem, & in perſonam, lib. 3. t. 9. c. 4. gloſ. & quibus detur, & hypothecaria, & contra quos, eod. c. 5. differentia eius cum hypothecaria, eod. gloſ.
pignoratitia directa actio datur debitori contra creditorem, & pro quo, lib. 3. tit. 9. c. 6. num. 2.
pignus & hypotheca quomodo re contrahantur, lib. 3. tit. 9. c. 1 quomodo ab hypotheca differt, & quid ſit, eod.
pignus per creditorem vſucapi nequit, lib. 3. t. 9. c. 4. num. 2.
pignus quando tacite obligatur, & in quibus, lib. 3. t. 9. c. 4. gloſ. i
pignus quot modis liberatur ab obligatione, li. 3. t. 9. c. 6. num. 1.
pignoris diuiſio & explicatio in teſtamentariis, prætorium, legale, iudiciale, lib. 3. t. 9. c. 2. conuentionale, expreſſum, & tacitum, generale omnium bonorum, vel antiquorum, eod.
pignoris contrahendi forma, vel expreſſe, vel tacite, & quomodo, lib. 3. t. 9. cap. 4. & de pactis illius prohibitis.
pignoris fructus, & commoda ad debitorem dantem, non ad creditorem accipientem pertinent, quemadmodum & omne damnum, lib. 3. tit. 9. c. 4. num. 2. ibi exceptio.
pignore vtens fur eſt, lib. 4. t. 10. c. 3.
pignora quando vendi & quomodo, quave auctoritate debeant a creditoribus, lib. 3. t. 9. c. 5. num. 1. iunctis gloſ.
piſcari quando quis prohiberi poſſit in loco publico, lib. 4. t. 9. c. 3. iuncta gloſ.
placenta ſeparata a paſta pro primitiis, lib. 1. t. 29. c. 6. gloſ.
plagiarii qui & plagium, lib. 4. tit. 10. cap. 2. num. 2.
plagiarii hominem furantis pæna, lib. 4. t. 10. cap. 8.
plebs qui dicantur, lib. 2. t. 8. c. 2. gloſ. c & inter plebeios qui, eod. c. 3.
plena probatio in quibus exigitur, lib. 5. t. 1. cap. 4.
poculum amatorium, vel ſterilitatis propinãs, quomodo puniendus, lib. 4. titu. 12. cap. 3. in fine.
pæna dupli, & quadrupli, & tripli, quomodo in furto, & aliis ſit intelligenda, lib. 4. titu. 10. c. 7. iuncta gloſ.
pæna honoraria, lib. 4. t. 9. c. 10. num. 2. de pecuniaria, c. 11.
pæna quid, eiuſq; diuiſio ſeu ſpecies, lib. 4. t. 15. c. 1. in æternam & temporalem, & rurſus ſubdiuiſiones in corporalem, pecuniariam & ſpiritalem. Spiritalis ſubdiuiſio in excommunicationem, interdictum, ſuſpenſionem, remotionem ab ordine.
pæna imponenda vbi delictum vel crimen, vel cauſa, lib. 4. t. 15. c. 2.
pæna an alius pro alio puniatur, & quando id accidit ob culpam vel cauſam, lib. 4. tit. 1. cap. 5.
pæna conuentionalis contractuum, lib. 3. t. 1. cap. 7.
pæna non debet eſſe maior delicto, lib. 4. t. 15. cap. 6.
pæna delicti extenditur ad deſcendentes, & collaterales delinquentes aliquando, lib. 4. t. 13. c. 5. gloſ. iuncta in fine.
pænæ genus priuari poteſtate contrahendi, lib. 3. t. 1. c. 6. gloſ.
pænæ conuentionales certæ ſummæ, ſi quod promiſſum eſt, non fiat, lib. 3. t. 10. c. 5.
pænæ pecuniariæ & aliæ conuentionales, legales, ſynodales, canonicæ, conſuetudinariæ, arbitrariæ, quæ, lib. 4. t. 15. cap. 3. & ibi a quibus imponi poſſint, & num iudex legalis, & loci mutare poſſit, eod. gloſ. d
pœnæ a canonibus criminibus impoſitæ plures enumerantur, lib. 4. t. 15. c. 4.
pœnarum criminum remiſſio, ex quib. cauſis fiat, lib. 4. t. 15. c. 6. iuncta gloſ.
pœnarum criminum cauſæ & effectus, & quare facile remitti non poſſint, & quomodo exſtinguantur, li. 4. t. 15. c. 7.
pœnarum in impoſitione quæ ſunt obſeruanda, lib. 4. t. 15. c. 6. & ibi de circumſtantiis in delictis puniendis conſiderandis.
pœnitendi forma, lib. 1. t. 10. c. 10. num. 1.
pœnitentes ſolemniter non ordinantur, lib. 1. t. 13. c. 6. num. 3.
pœnitentes a quibus tempore pœnitentiæ abſtinere debent, & quæ agere, lib. 1. t. 10. c. 10. num. 3.
pœnitentes publice non poſſunt ordinari, & ſi ordinati ſint de pœna eorum & ordinantium, li. 4. t. 2. c. 5.
pœnitentia quid, & in quantum eſt Sacramentum, lib. 1. t. 10. c. 2. vera, falſa, eod. c. 3. num. 1. publica priuata, publica ſolemnis, eod. num. 2. & 3.
pœnitentia publica non ſolemnis quæ, lib. 1. ti. 10. c. 3. nu. 5. priuata quæ, eo. nu. 6. hãc fecit Theodoſ. ex iuſſu D. Ambroſii, eod. litera b
pœnitentia Ethnicorum inutilis quare, li. 1. t. 10. c. 3. litera i
pœnitentia nemini deneganda, imo ad eam peccantes cogendi, li. 1. t. 10. c. 11. & c. 12. litera o
pœnitentia ſolemnis non poteſt imponi clericis, li. 2. t. 9. c. 11. num. 4.
pœnitentia eſt pœna eccleſiaſtica, lib. 4. t. 15. c. 4. num. 2.
pœnitentia ad mortem dilata dubia, num Deo grata, ſed non eſt iudicanda, lib. 4. tit. 16. c. 10. gloſſa.
pœnitentiæ materia circa quam verſatur, eſt peccatum, & quotuplex peccatum, lib. 1. t. 10. c. 4.
pœnitentiæ Sacramentum lapſis neceſſarium nec differendum, lib. 1. t. 10. c. 1.
pœnitentiæ ſolemnis forma, lib. 1. t. 10. cap. 3. num. 3. ſemel in vita tantum impoſita, eod. num. 4. quibus non imponitur, & eius effectus ne pœnitens ad ordines ſacros conſcendere poſſit, eod.
pœnitentiæ peccatorum quomodo hodie relinquantur confeſſorib. arbitrariæ, lib. 4. t. 5. c. 3. gloſ.
pœnitentiæ partes, lib. 1. t. 10. c. 5.
pœnitentiæ finis indulgentia & emendatio ad vitam æternam, lib. 1. t. 10. c. 12. num. 1.
pœnitentiam qui publicam, ſolemnem, & priuatam imponere poſſunt, lib. 1. titu. 10. cap. 9.
pœnitentiam petentem reiiciens puniendus, lib. 1. t. 10. c. 12. num. 2.
pollicitatio quid, lib. 3. t. 1. c. 2. num. 2.
pollutio eccleſiæ quid, & in quibus caſib. contingat, & reconciliatione reſtituatur, lib. 1. t. 4. c. 6. num. 3.
Polycarpum opus quid, lib. 1. titu. 1. cap. 1. num. 1.
Pontificium ius quid, & quare ita dicatur, li. 1. t. 2. c. 1. num. 1.
populus quos contineat, & quomodo nomine laicorum dicatur, lib. 2. titu. 8. cap. 2. iuncta gloſ.
populi voces non ſunt in ſententiis iudicum ſequendæ, lib. 5. t. 14. c. 4.
populum ad ſeditionem & tumultum concitans quomodo puniendus, lib. 4. tit. 13. c. 5. num. 6.
poſſeſſio apud precario poſſidentem & dantem rei rogatæ, lib. 3. t. 7. c. 6.
poſſeſſio fiduciaria & momentanea quæ, lib. 3. t. 8. c. 7. iuncta glo.
poſſeſſionis adeptio requiritur poſt collationem beneficii, & quare, lib. 1. t. 28. c. 16. nu. 3. iuncta ibi gloſ.
poſſeſſionem rei probat inſtrumẽtum locationis eius inter contrahentes, ſed non inter alios, lib. 5. t. 12. c. 8. num. 9.
poſthumi qui, lib. 2. t. 3. c. 4. in fine.
poſthumia Veſtalis ob cultum corporis in ſuſpicionem inceſtus incidit, lib. 4. tit. 8. c. 4. gloſ. d

*Poſtulantes in prælatum minores priuantur ipſo iure beneficiis, quæ habent in eccleſia, lib.1.t.28.cap.4.*

*Poſtulatio quid, lib. 1.tit.29.cap.1.num.4. & ibi quomodo differat a nominatione & electione.*

*Potare, & ad potandum ſe incitare prohibitum clericis, lib.4.t.8.c.1.*

*Poteſtas ſpiritualis & regia, quando fuerunt coniunctæ & ſeparatæ, lib.1.titu.1.cap.1. num.2.*

*Poteſtate patria quot modis filius liberatur, lib.2.t.3.c.5.gloſ.a*

*Poteſtates ſecularis & ſpiritualis ſeparatæ, lib. 2.t.8.c.5.num.1.*

*Præbenda eccleſiaſtica quid & diuiſio, lib.1. tit.27.c.3.num.2. prouentuum præbendarum ſpecies, eod. num.3. diuiſio alia in ſacerdotalem, & non ſacerdotalem, eo.nu.6.*

*Præbendæ & beneficia ſupprimi & minui poſſunt, lib.1.t.27.c.11.num.5.*

*Præbendæ datæ cantoribus & officiariis, non ſunt proprie beneficia, lib.1.titu.27.cap.6. num.10.*

*Præbendati qui, lib.2.t.9.c.5.num.6.*

*Præcepti iudicio ſententia qualis, & quod exſequenda, ſi non appelletur, lib.5.t.14.c.1. in gloſ.c*

*Præceptoriæ militum ſacrorum quomodo beneficia, lib.1.t.27.c.6.num.7.*

*Prædicare verbum Dei quando poſſit laicus, lib.2.t.8.c.5.iuncta gloſ.*

*Prædicandum quid ſit in eccleſia, lib.1.ti.22. c.3 qui prædicare poſſint, eod.cap.4.*

*Prædicatio verbi Dei quæ, lib.1.t.22.c.1.*

*Prædicationis verbi Dei effectus, lib.1.tit.22. cap.7.*

*Prædicationi verbi Dei licet intereſſe excommunicatis, lib.4.titu.16.cap.7. & vltra ibi gloſ.*

*Prædicationibus eccleſiaſticis qui debeant, & poſſint intereſſe, lib.1.t.22.c.6.*

*Prædicatoris boni verbi Dei partes, lib.1.t.22. cap.2.*

*Prælati quæ, & quatenus de rebus eccleſiæ ſuæ, & profundatione aliarum eccleſiarum donare poſſint, lib.3.tit.19.cap.3.*

*præpoſitorum accuſatio facta a ſubditis nõ facile admittenda, & quare, lib.5.tit.9.c.5.*

*præſcribi non poteſt pignus a creditore, lib.3. t.9.c.4.num.2.*

*præſcriptio vlla temporis non iuuat poſſidentem nomine alieno ex conducto precario, &c. lib.3.t.7.c.6.iuncta gloſ.*

*præſcriptio hypothecariæ, & pignoratitiæ actionis, quo tempore fiat, lib.3.titu.9.cap. 5.gloſ.*

*præſcriptio non habet locum in matrimonio illegitimo, aut contra votum, lib.3.tit.21.c. 11.gloſ.*

*præſcriptio interrumpitur compromiſſo, lib.5. tit.4.c.8.*

*præſcriptio interrumpitur citatione legitima, lib.5.t.6.c.5.*

*præſcriptio ex iniuſta ſententia 30. annorum a morte iudicis, lib.5.t.14.c.7.gloſ.*

*præſcriptis verbis actio, quando detur ex ſtipulatione, lib.3.t.10.c.6.num.2.*

*præſidum prouinciarum auctoritas, lib.5.t.3. c.1.gl.a*

*præſumtio violenta probat & exemta, lib.5.t. 10.c.5.num.2.*

*præſumtionem facit ætas, vt talis quis cenſeatur, qualem ætas facit, lib.1.t.2.c.3.*

*præuaricator quis, lib.5.t.9.c.7.num.3.*

*præuentione collationis præfertur ſummus Põtifex omnibus ordinariis collatoribus, lib. 1.t.28.c.12.*

*precarium quid, lib.3.tit.7.c.1. item quid precaria & precariæ, in iure Pontificio, eod.c. 2. de quibus rebus fiant, eod.c.3.*

*precarium quibus modis finiatur aut reuocetur, lib.3.t.7.c.6.num.2.*

*precario dare, qui ve poſſidere dicantur, lib.3. t.7.c.4. modus precarium & precario conſtituendi, eod. c.5. effectus & vis precarii, eod.c.6. eiuſq; interdictum & actio, eod.*

*preces canonicæ, ex quibus compoſita ſint, lib. 1.t.20.c.4.*

*preces ad Deum publicæ vel priuatæ, & quid, & publicæ cum ſacrificio Miſſæ, ſine eo canonica hora, & quare, lib.1.t.20.c.2.*

*Presby-*

*presbyteri qui, & vnde dicti in eccleſia. lib. 2. tit.9.c.9.nu.9.*

*presbytera quæ in iure, lib.1.tit.21.cap.4.gl. in fin.*

*presbyteris quæ ſolis ſacramenta cõmiſſa diſpenſanda. lib.1.tit.6.c.6.nu.3.*

*pretium vnde dictum in æſtimatione rerum, lib.3.tit.14.c.2. litera k quale & quomodo iuſtum eſſe debeat, & in pecunia, ca.4. gl. quid legitimum, quid formale, ibidem glo. litera t.*

*pretii emtionis non ſoluti quando peti poſſunt vſuræ ab emtore, lib.3.tit.14.c.9.glo.*

*pretii venditionis deceptio vltra dimidiã iuſti pretii, quomodo reſarciatur, libr.3.tit. 14.c.9.nu.4.*

*primates qui dicantur, lib.2.tit.9.c.3.nu.2.*

*primicerius quis, lib.2.tit.9.c.5.nu.5.*

*primitiæ Eccleſiaſticæ quid, lib.1.tit.24.c.1. nu.1. diuiſio earum in perſonales, prædiales, & mixtas, eod.nu.2. de quibus ſoluantur, eo.c. quo iure petantur & debeantur. eo.c.3. de quantitate & tempore ſolutionis earum, eo.c.4. quibus debeantur, eod.ca.5. quare offerantur. eo.c.6.*

*primitiæ ſolutæ ab ethnicis ſacerdotibus, lib.1. tit.24.c.6.gl.*

*princeps ſolus cur poſſit permutare res cum rebus eccleſiæ, & qua ſolemnitate, libr.3.tit. 15.c.3 glo.*

*principis ſententia per iram ſupplicii irrogati non eſt ſtatim exſequenda, lib.5.tit.14.c. 6.iuncta gloſſa.*

*principis imago quare delata, & de eius abuſu, lib.4.tit.9.c.3. & ibi gloſſ. litera o & de pœna deferentis in inuidiam alterius, eod. c.9.nu.7.*

*principes tenentur etiam ſuis conditionibus, lib.3.tit.13.c.5.gl.*

*principum obedientia commune pactum ſocietatis humanæ, lib.3.tit.1.c.4.gl.*

*prior conuentualis habet dignitate non clauſtralis, lib.5.tit.5.c.6.iuncta glo.*

*priores clauſtrales & conuentuales, & prioriſſæ, lib.2.tit.9.cap.3.num.5. ſeculares, eo. cap.4.*

*prioritas ſeculares & regulares, clauſtrales vel conuentuales qui, lib.1.tit.27.c.5.*

*prioratus beneficium, & eius ſpecies, libr.1. tit.27.c.5.*

*priuilegia quædam eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum, lib.1.tit.4.c.14.*

*priuilegia clericorum realia & perſonalia, & peregrinantium eorum, libr.2.tit.9.c.10. & circa actiones eorum, c.11.eo. Item circa actiones eorum, eo.c.11.*

*priuilegia creditorum circa prælationem in bonis debitorum, lib.3.titul.9.c.5.num.3. iunctis gloſſis.*

*priuilegia conceſſa patri cenſentur conceſſa vxori, & filiis, lib.3.tit.16.c.6.gl.*

*priuilegia debent ſcripto conſtare, lib.5.titul. 12.c.3.nu.4.*

*priuilegiorum inſtrumenta omnibus a iudice coram quo eduntur, non ſunt oſtendenda, lib.5.tit.12.c.6.*

*priuilegiis ſuis præcedentibus & futuris quis pacto renuntiare poteſt, libr.3.tit.1.cap. 8.gloſſ.*

*probandi onus cui incumbit, lib.5.tit.10.c.3.*

*probatio ætatis dubiæ, quibus fiat rebus, lib.2. tit.2.c.5.*

*probatio quid, & ſpecies eius, lib.5.tit.10.c.1. num.1.2.3 & ibi de probationum neceſſitate in iudiciis.*

*probatio plena in matrimoniis & criminibus exigitur non ſemiplena, lib.5.tit.10.c.4.*

*probatio de quibus fiat, & non admittitur de notoriis & non releuantibus, lib.5.tit.10. cap.2.*

*probatio per quæ fiat, lib.5.tit.10.c.5.*

*probatio ſemiplena, lib.5.tit.11.c.8.glo.*

*probatio generis non probat in ſpecie, lib.5.tit. 10.c.4.*

*probationis effectus, lib.5.tit.10.c.6.*

*probatione deficiente non iudicatur, lib.5.tit. 10.c.6.*

*probationes ſemiplenæ, quãdo faciant plenam, lib.5.tit.10.c.5.nu.4.*

*probationes & indicia accuſatorum in criminibus qualia eſſe debeant, lib.5.titul.9. c.4.num.4.*

*proceſſiones ſeu ſupplicationes eccleſiæ cur ita dictæ, & diſtinctiones, lib. 1. tit. 20. cap. 3. num. 1. & 2. typus ſeu exemplum tempore antiquæ legis & Chriſti, eod. titul. lit. f. exempla ethnicorum, eod. cap. 8. & gloſſ. litera d*

*proceſſus ſolemnes generales, quibus diebus fiant Romæ & contra quos, lib. 5. tit. 6. ca. 5. iunctis gloſſis.*

*Proconſulum Romanorum poteſtas, libr. 5. tit. 3. c. 1 glo. a*

*procuratio eccleſiaſtica quæ debetur viſitantibus eccleſias quid, libr. 3. tit. 18. cap. 1. num. 3.*

*procurationum formulæ diuerſæ, lib. 3. titul. 18. c. 6. iunge. c. 5. eo.*

*procurator an ad baptizandum datus generet conſanguinitatem cum mandante, lib. 1. tit. 7. c. 7. glo. iuncta.*

*procurator ad negotia quomodo differt a procuratore ad lites, lib. 3. tit. 18. c. 2. gl.*

*procurator quis, lib. 3. tit. 18. c. 1. nu. 3.*

*procurator in quibus dari poſſit vel non, libr. 3. tit. 18. c. 3.*

*procurator quis poſſit alium in ſui locum ſubrogare, libr. 3. tit. 18. c. 4.*

*procurator a procuratore ſubſtitutus ab eodem non poteſt reuocari, & quare, libr. 3. tit. 18. c. 4. glo.*

*procurator non tenetur quis inuitus eſſe aut mandatum ſuſcipere, lib. 3. tit. 18. c. 5.*

*procurator pro quibus experiri poteſt contra mandantem & hæredes eius, lib. 3. t. 18. c. 8. nu. 3.*

*procurator quando poſſit conueniri pro geſtis ab eo omiſſo domino, lib. 3. titul. 18. cap. 8. gloſſ. idque contra communem regulam, eodem.*

*procurator de omni culpa tenetur, libr. 3. titul. 18. c. 8. glo.*

*procurator in rem ſuam quis, & effectus, libr. 3. tit. 18. c. 7.*

*procurator etiam damnatus quando ſumtus factos & quatenus repetat, lib. 3. titul. 18. cap. 8. gloſſ. quando infamis ob fidem ruptam. eod. glo.*

*procuratori quibus ex cauſis reuocatur & finitur procuratio, lib. 3. tit. 18. c. 9.*

*procurator quando in criminalibus quæſtionibus admittatur, & contra.*

*procurator nomine domini iurare debet, libr. 5. tit. 13. c. 3.*

*procuratoris reuocatio facit geſtũ ab eo poſtea nullum, verumtamen oportet reuocationem cognitam, interdum ei ſoli, interdum & aduerſario litiganti & iudici, vide de eo & reuocatione procuratoris, lib. 3. tit. 18. c. 9. iuncta glo. b & c & ſequentib. & quando conſtitutione nouorũ cenſeantur reuocati priores vel non, eo. gl. e*

*procuratorem quando quis in iudicio cogitur pro ſe dare, lib. 3. tit. 18. c. 4.*

*procuratorem mutare in lite poſt conteſtationem, quando per regulam communem liceat, lib. 3. tit. 18. c. 9. glo.*

*per procuratorem abſolutio excommunicationis quomodo obtineatur, lib. 4. titul. 16. cap. 9.*

*procuratores ad lites olim non admiſſi, niſi in certis cauſis, lib. 3. tit. 18. c. 3. glo.*

*procuratores a quo dari efficaciter poſſint, lib. 3. tit. 18. c. 4.*

*procuratores qui poſſint conſtitui vel non, lib. 3. tit. 18. c. 5.*

*procuratores plures, vel duo conſtituti, vel ſimul, vel in ſolidũ vel ſeparatim, &c. quomodo differant, lib. 3. tit. 18. ca. 5. & ibi de illorum poteſtate, & quando vnus ſine alio poſſit negotium expedire.*

*procuratores quæ nobis acquirũt, vel quid nobis proſint, libr. 3. tit. 18. ca. 8. & de quibus tenentur, de male geſtis, & aliis. &c. eod.*

*procuratores aut iuriſdictionũ laicorum iudices eccleſiaſticæ perſonæ eſſe non debent, lib. 4. tit. 8. c. 9.*

*procuratorum ſpecies totidem quot mandatorũ, vt generales, ſpeciales, ad lites, ad negotia, &c. lib. 3. tit. 18. c. 2. & ibi glo.*

*prodigus cui bonis interdictum an teſtari poſſit, lib. 3. tit. 22. c. 4. glo.*

*profeſſio religionis quo anno profitentis fieri debeat, lib. 3. tit. 2. c. 4. iuncta glo.*


*profeſſio*




*profeſſio religionis expreſſa & tacita, quomodo fiat, lib. 3. tit. 2. cap. 5. ante eã quantum probationis tempus præcedere debeat, eod. gloſſ.*

*profeſſio regularis ſcripturam deſiderat, libr. 5. tit. 12. c. 3. nu. 5.*

*profeſſores doctores per annos 20. docentes, li. 2. tit. 8. c. 4.*

*proles in matrimonio conſideratur in intentione, lib. 3. tit. 21. c. 4.*

*promiſſa non præſtantis pœna, libr. 3. tit. 1. ca. 7. gloſſ.*

*promiſſorium iuramentum quid. lib. 5. tit. 13. c. 1. num. 6.*

*promotor ſeu procurator fiſcalis accuſat crimina, lib. 5. tit. 9. litera e*

*protectio generalis non eximit a proprii iudicis iuriſdictione, lib. 5. tit. 15. c. 4. glo.*

*protocolla & notulæ notariorum, lib. 5. tit. 12. cap. 5.*

*protocolla inſtrumentorum, a quo in mũdum debeant transferri viuo vel mortuo tabellione, lib. 5. tit. 12. c. 4. nu. 3.*

*prouinciarum adminiſtratores non poterant emere a prouincialibus pendente tempore adminiſtrationis, lib. 3. tit. 14. c. 6. gl.*

*proxenetæ impudicorum amorum puniti, vt lenones, lib. 4. tit. 14. c. 7. glo.*

*puberes & puerperæ in nuptiis, quomodo dicantur, lib. 3. tit. 21. c. 7. glo.*

*publicæ honeſtatis iuſtitia prohibens contrahi matrimonium, quomodo contrahatur ex ſponſalibus, lib. 3. tit. 21. c. 8. nu. 2.*

*publicanus quare municeps dictus, libr. 3. tit. 16. c. 3. glo. d*

*publico in loco aliquẽ eſſe prohibens iniuriam facit, lib. 4. tit. 9. c. 3. & ibi glo.*

*pudicitiæ mulierum & puerorum iniuriam adfert, qui eis comites ſeu pediſſequos abducit, & de pœna horum, lib. 4. tit. 9. ca. 3. iuncta glo.*

*puella ſeptennis cognita a viro, libr. 3. tit. 21. c. 7. glo.*

*punitur alius pro alio in interdicto eccleſiaſtico, lib. 4. tit. 17. c. 6.*

*pure quid ſit contrahere, lib. 3. tit. 1. c. 7. glo.*

*purgatio canonica permiſſa, quæ vulgaris prohibita, & quomodo olim fieret, libr. 5. titul. 13. ca. 2.*

*purgatorium iuramentum quid, lib. 5. tit. 13. cap. 1. nu. 6.*

*purus locus quis, lib. 1. tit. 15. c. 5. nu. 4.*

*Q.*

Q*Vadrageſimæ dies in ieiunio decimæ dierum anni, li. 1. t. 18. c. 3. nu. 2. non frangendum ieiunium, quinta feria cœna Domini, vt quidam faciunt, eo. gl.*

*quadrageſimæ diuerſitas apud diuerſas nationes ante diem Paſchatis, lib. 1. tit. 19. ca. 2. lit. f in numero dierum & in eſcis eligendis, & tempore edendi, eod.*

*quæſtores hoſpitalium ne abutantur priuilegiis, curandum, lib. 1. tit. 16. c. 4. nu. 2.*

*quæſtuarii prædicatores aboliti, lib. 1. tit. 22. cap. 3. glo. i*

*qualitas delicti quid, lib. 4. tit. 15. c. 6. gl.*

*quantitas delicti quid, lib. 4. tit. 15. c. 6. gl.*

*quarta mortuariorũ ex quibus debeatur ab eccleſiis, eccleſiæ parrochiali, libr. 3. tit. 22. cap. 7. nu. 4.*

*quarta mortuariorum debita Epiſcopis, libr. 5. tit. 2. c. 2. in fine.*

*quartæ legitima & tabellionicæ, quando deducantur ex reſtituenda hæreditate ſimul a filio vel alio, lib. 3. tit. 22. ca. 7. de quartis iiſdem & Falcidia, ibidem glo.*

*quinquageſima ieiunãda a clericis, & ei Theleſphorus addidit ſeptimã hebdomadam, lib. 1. tit. 18. c. 3. nu. 3.*

*quittance, Gallis apocha, lib. 3. tit. 12. c. 2. gl.*

*R.*

R*Aptor an cum rapta matrimonium recte contrahat, lib. 3. tit. 21. c. 4. & ibi gloſſ. diſtinguit iura pontificia & ciuilia.*

*raptor quis, quid & rapina, lib. 4. tit. 10. c. 2. nu. 2. raptor & ſeductor puellarum, eod.*

*raptoris pœna canonica & ciuilis, libr. 4. tit. 10. c. 7. & ibi gloſſ.*

*raptoris & raptus pœna. lib. 4. tit. 14. c. 6.*

*raptus Sabinarum per Romanos. lib. 3. ti. 21. c. 14. gloſſ.*

raptus quid,lib.4.tit.14.c.1.nu.2.
raſura capitis quid in perſonis eccleſiaſticis ſignificet,lib.2.tit.9.c.1.
ratihabitio non vere mandatum,ſed ficte pro mandato habetur, libr.3.tit.18.capit.6.gloſſ.
ratihabitio pro conſenſu.lib.3.tit.13.c.3.glo.
rebaptiZati quando non poſſunt ordinari. lib.4.tit.2.c.6.
rebelles in principem laici & epiſcopi, quomodo puniantur,lib.4.tit.9.c.9.nu.8.
recantatio iniuriantis pro pœna,lib.4.tit.9.c.10.nu.2.
receptatores furum qua pœna puniti,lib.4.ti.10.c.7.glo.d
reconciliatio eccleſiæ,in quib.caſibus fiat polluta eccleſia, libr.1.titul.4.capit.6.numer.2.& 3.
reconciliationis ſeparatorũ coniugum in thoro formula,lib.3.tit.21.c.15.nu.4.
reconuentio quando mutat forum proprium, vel non,lib.5.tit.1.c.6.in fin.iuncta glo.
recredentia aliquando datur vni ex litigantibus rei lititigioſæ.lib.3.tit 8.c.7.
rectorem prouinciæ eccleſiæ Romanæ, aut eius locum tenentem,aut iudicem, aut theſaurarium necantes,qua pœna puniantur,lib.4.tit.13.c.5.nu.6.
rectores eccleſiarum, quibus nominibus dicantur,& curiones plebani,&c.libr.2.tit.9.ca.4.
recuſari quando debeat, & poſſit delegatus, lib.5.tit.5.c.6.
reditus cum pacto redhibẽdi poſſunt ſine ſcrupulo emi,lib.3.tit.14.c.5.iuncta gl.
redituum redimendorum emtiones permiſſæ, & declaratæ ſine vſura,lib.3.tit.5.c.4.
regia & ſacerdotalis poteſtas, quando cõiuncta, & quando ſeparata,lib.1.tit.1.cap.1.num.4.
regnum quando per eccleſiam exponatur primo occupanti, libr.2.titul.6.cap.5.iunctis gloſſis.
regreſſus in beneficiis quid,& hodie cur in renuntiationibus ſit prohibitus,lib.1.tit.28.cap.9.in glo.
regulæ Cancellariæ de infirmis reſignantibus, & de publicãdis reſignationibus, quomodo obſeruandæ,lib.1.tit.28.c.9.gl.in fin.
regulæ iuris collatio non impeditur per concurſum collationis ſummi pontificis,lib.1.tit.28.c.12.
regularia & ſecularia beneficia quæ, libr.1.tit.27.c.2.nu.3.
regularium pacta ſeruanda etiamſi non fuerint approbata ab eorum ſuperioribus, lib.3.tit.1.cap.6.
relatio iudicis facta ad ſuperiorem,interim impedit eius iudicium,libr.5.tit.14.c.2.
relapſus hæreticus quot modis dicatur,libr.2.tit.6.c.8.glo.
religionis profeſſione vacat profeſſi beneficiũ eccleſiaſticum.lib.1.tit.28.c.4.
religionis cauſa diſtinctio perſonarum, in fideles,& infideles,Paganos,Iudæos,Sarracenos,lib.2.tit.5.c.1.
religionis votũ qui ſine conſenſu alterius facere nequeunt,lib.3.tit.2.c.4.
religionem ingrediens,quæ & quando cenſeatur dedicare religioni bona ſua, libr.1.tit.23.c.6.iunge gloſſam.
religionem nouam non poſſunt priuati ſine ſummi Pontificis auctoritate & approbatione introducere,lib.3.tit.17.c.3.
religionem profiteri quando vxoratus inuita vxore,vel vxor inuito marito poteſt.
religioſus locus, quomodo fiat ex ſepultura, lib.1.tit.15.c.1.nu.2.
religioſi tenentur maxime noctu excubias orationis agere,lib.1.tit.20.c.2.
religioſæ res quæ,lib.1.tit.3.c.3.nu.4.earum ſpecies,c.4.
reliquiæ ſanctorum quid,lib.1.tit.14.c.1.
reliquiæ ſanctorum vbi conſtituendæ, libr.1.tit.14.ca.3.nu.1.cuius auctoritate transferendæ,eod.nu.2.altaria ſine illis non erigenda.eo.nu.3.
reliquiarum diſtinctio in veras & falſas, libro 1.tit.14.c.2.ibiq; de forma approbationis,nu.2.ne ſint venales,eo.nu.3.
remoto ab ordine & officio pœna ſpiritalis, li.4.tit.15.c.1.





rogationes qualis ſupplicatio publica,lib.1.tit.20.cap.3.nume.3.
renunciare beneficio ſine cauſa non permittitur,neque etiam in dubia quis ſponte præſumitur renuntiaſſe, libr.1.tit.28.cap.8.in gloſſ.
renuntiatio quid,& eius ſpecies,lib.1.tit.28.c.8.& ibi de tacita renũtiatione beneficii, num.3.de expreſſa,ſimplici & conditionata,eod.cap.9.
renũtiatio in fauorẽ, vel cum penſionis reſeruatione,non poteſt niſi coram ſummo pontifice fieri, & quare,libr.1.titul.28.cap.9.in gloſſ.
renuntiatio ſocietatis ante tempus quid operetur,ſi inuito ſocio altero fiat,lib.3.tit.17.c.6.gloſ.
renuntiatio beneficii nulla,metu amiſſionis patrimonii,vel ad liberandum fratrem de carceribus,libr.5.tit.13.c.9.
renuntiationi admittendæ quis dicatur legitimus ſuperior, lib.1.tit.28.c.8.gl.
renuntiata beneficia, aliis quã quorum gratia renuntiantur,non poſſunt conferri,lib.1.tit.28.cap.9.glo.
repreſſaliæ ſunt prohibitæ,lib.3.titul.9.cap.3.
repreſſalias contra clericos introducentes,ſi vniuerſitatis interdicto eccleſiaſtico,ipſo iure ſupponuntur,lib.4.tit.17.cap.1.num.3.
res humani iuris communes, vniuerſitatis & ſingulorum quæ, libr.1.tit.13.cap.5.
res iudicata probat, lib.5.tit.10.cap.5.nu.2.
res iudicata quid lib.5.titul.14.c.1.num.3.
rei appellatio quid contineat, lib.1.tit.3.cap.1.rerum diuiſio, eod. cap.2.in corporales & incorporales, nume.1.& numeris 2.3.4.5.diffiniuntur, & materia quoque & forma.
rei iudicatæ actio & exceptio, lib.5.titul.14.cap.6.
rei olim quib.formulis iudicabantur, libr.5.tit.9.cap.4.gloſ.
rerum amotarum actio differt a furti actione,lib.4.tit.10.cap.6.
rerum alia diuiſio in diuini & humani iuris, & quæ illæ ſint,lib.1.tit.3.c.3.
reſcriptum ad beneficia quotuplex,libr.1.tit.28.cap.14.
reſcriptũ Papæ ab alterius manu quam ſummi pontificis accipere falſum habet.
reſcriptum a Papa nomine alterius ſine eius mandato impetrare,falſum eſt committere,lib.4.tit.11.cap.2.num.3.
reſcriptum nõ poteſt impetrari valide ab excommunicato,libr.4.tit.16.cap.7.
reſcripti forma principis ſequenda,tamen non tam verbis quantum menti inhærendum, lib.5.tit.5.ca.5.iuncta gloſſ.
reſcriptis diuerſis præſentatis quid agendum, libr.5.tit.5.cap.5.
reſeruationes collationum beneficiorum, vel ſpeciales,vel generales quæ, libr.1.titul.28.cap.12.
reſeruationes beneficiorum,quas poſſit vel non facere ſibi legatus de latere, & non alii legati,lib.5.tit.3.c.2.
reſidentia omiſſa beneficii ſine diſpenſatione inducit priuationem, libr.4.titul.7.cap.4.nume.4.
reſignatio publicanda intra ſex menſes in curia Romana non ſeruatur in Gallia,lib.1.tit.28.cap.4.iuncta gloſſ.
reſtitutio in integrum contra ſententiam, cui & quando detur, lib.5.tit.14.c.8.num.1.& in gloſſis qui impetrant.
reficere eccleſiam qui teneantur,lib.1.tit.4.c.9.num.2.
reſtitutio facienda vſurariis, & quib. antequam abſoluantur quomodo,libr.3.tit.5.cap.6.nume.1.
reſtitutionis in integrum cauſa non poteſt compromitti,libr.5.tit.4.c.3.
retractatio ſententiæ quando detur,lib.5.tit.14.ca.8.& ea pendente quid ſtatuendum de exſecutione.
reuocatur donatio ex pluribus capitibus, de quibus libr.3.titul.19.cap.6.reuocatione facienda quid viciſſim reddendum a reuocante,eod.
reus poſt mortem,in quibus accuſari poteſt vel non,lib.5.tit.9.c.5.
reum eximens ab exſecutoris manibus vel a

iudicio clericus, quomodo puniatur, lib.4. tit.9.cap.9.nume.6.

rex Galliarum confert canonicatus in quibuſdam ſui regni eccleſiis, lib.2.tit.8. cap. 5 gloſſ.

reges Galliæ & Angliæ habent ius collationis beneficiorum in quibuſdam eccleſiis, lib.1. titul.28.cap.1.iuncta glo.

Rheginorum pro ſubuentione famis Tarentinorum obſeſſorum ieiunium, lib. 1.titul. 18.cap. 1.gloſ.

rhemia lex de calumniatorib, libr.4.tit.11.c. 6.gloſſ.

ritus nuptiarum & ceremoniæ vnde, lib.1.tit. 12.cap.6.nu.3.

ritus & rituales libri quid, eod.

in rixa commiſſum homicidium a pluribus, quomodo iudicandum, libr.4.tit.13.c.3.

Roolle des cauſes a plaider, lib.5.tit.2.cap. 2.gloſſ.

Roma qua die ædificata, libr.1.tit.19.cap.2. iuncta gl.

Romana eccleſia Apoſtolica & vniuerſalis quare, lib.1.tit.4.cap.2.

rubeus & viridis color prohibitus clericis in caligis, aliquibus in veſtibus & galero permiſſus rubeus, & quare, libr.2.titul.9. cap.7.gloſſ.

rubeus color & purpureus, quibus in veſtibus permiſſus, lib.4.tit.8.c.2.gloſ.

ruſtici inter plebeios nunc non olim, lib.2.tit. 8.ca.3 glo.

*S*

SAbbatho & dominico diebus quieſcebant olim ſerui, libr.1.tit.19.cap.2.

ſabbatho an liceat carnes comedere, lib.1.tit. 18.cap.3.gloſſ.

ſacerdos vel diaconus interdictus, vel ſuſpenſus, vel excommunicatus miniſtrans, quomodo puniendus. lib.4.tit.6.c.1.

ſacerdos conſecratum ſanguinem fundens, quomodo puniatur, libr.4.tit.6.c.4.nu.1. ſi non communicat celebrando Miſſam, eo.nu.2. ſi non conſecret, & fingat ſe conſecrare, eo.nu.3. ſi vomat euchariſtiā, eo.n.4.

ſacerdos cum filia ſpiritali fornicatus, quomodo ipſe cum eadem puniatur, libr.4.tit. 14.c.4.

ſacerdos non tenetur ſibi confeſſa reuelare, nec poteſt, lib.5.tit.11.cap.7.num.3.

ſacerdos ordinandus non eſt, qui ſine baculo non poſſit eſſe in altari, lib. 1. tit. 21. cap.6. in gloſſ.

ſacerdos quis poſſit audire confeſſiones, lib.1. titu.10.cap.6.nume.3. & quod ſcit confeſſa, tanquam Deus, & pœna ſi reuelet, eod.

ſacerdotis munus vſurpans cum ſacerdos non ſit, & cōſecrationem fingens, qua pœna puniendus, lib.4.titul.4.cap.1.in gloſſ.

ſacerdotis detegentis confeſſa ſibi delicta pœnæ, lib.4.tit.5.cap.2. & ſi benedicat ſecundas nuptias vel prohibitas permittat vel clandeſtinas, eod.c.3.

ſacerdotem necans alicubi pecuniariam ſoluit compoſitionem, lib. 4. tit.13.c.5.nu.8.

ſacerdotes nō accuſant, qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, lib.5.tit.9.ca.5.

ſacerdotes pro rebus ſecularibus non debent adhiberi teſtes, lib.5.tit.11.cap.4.

ſacerdotes qui & quare dicti, lib.2.tit.9.cap. 2.nume.9.

ſacerdotalis & regia poteſtas, quādo coniuncta & ſeparata, lib.1.tit.1.c.1.nume.4.

ſacram ſcripturam ſequuntur pro regula canones pontificii, libr.1.tit.2.c.4.

ſacra in eccleſiis conturbantes qua pœna puniantur, lib.1.tit.4.c.13.nu.3.in gl.

ſacra in priuatis locis fieri prohibita, lib.1.tit. 7.c.8.gloſſ.

ſacræ res vendi quare nequeant, libr.3.tit.19. ca.5.gloſ.

ſacræ res quādo in tranſactionem venire poſſunt, lib.3.tit.3.cap.3.gloſ.

ſacræ res quæ, libr.1.tit.3.c.3.nu.3.

ſacræ res & prophanæ fieri poſſunt, & quomodo, lib.1.titul.27.cap.11.nume.1.

ſacramentum matrimonii quid eſt. libr.3.tit. 21.cap.4.

ſacramenta quæ iterari poſſint, & quæ non, libr.1.titu.6.cap.3.gloſſ. quæ requirantur in illis, eod.cap.4. & ibi de materia, forma, miniſtro, intentione, &c. & nume.3. agitur de miniſtro accommodo & quod non ſunt deteriora ex mala vita miniſtri, & a quibus accipi poſſint, eod.nume. 4. ſacramentorum effectus gratia character, libr. 1.titul.6.cap.8. horum abuſus vitandi, eo. c.9. quare dicantur inſtituta ſacramenta, tres rationes, eod.c.10.

ſacramenta recte ſumunt ab indignis miniſtris, libr.1.tit.21.cap.5.

ſacramenta antiquæ legis, libr.1.titul.6 cap. 2.num.4.

ſacramentorum collatio quæ pertineat ad epiſcopum aut alios, lib.5.tit.20.ca.2.iuncta gloſſa.

ſacramentorum omnium collatio non indicat cognationem ſpiritalem, libr.3.tit.21.cap. 9.num.2.

ſacramentorū adminiſtratio alibi interdum quam in eccleſia parrochiali permiſſa ex cauſa, libr.1.tit.16.cap.4.in gloſſ.

ſacramentorum nouæ legis vis. lib.1.tit.6.ca. 1. ſacramentum quid, eod.cap. 2. iuncta gloſ. ſunt ſeptem, eod.cap.3. qui diſſideant, eod.gloſſ.

ſacrificium Miſſæ quale, lib.1.tit.21.ca.1.& ibi in gloſſ. prima.

ſacrificia mala faciens vt puniatur, lib.4.tit. 12.ca.3.in fin.

ſacrilegium quid, libr.4.tit.10.c.2.num.4.

ſacrilegus eſt qui prohibet altare vel eccleſiā conſecrari, lib.1.tit.4.ca.5.num.4.

ſacriſta quis & theſaurarius, libr.9. cap.5. nume.9.

ſaltu promoueri quid ad ordines, & punitio eius rei, libr.1.titul.13.cap.5.

ſaluianum interdictum datum pro pignore, libr.3.tit.9.c.5.& gloſ.

Sanctorum reliquiæ, & canonizationis forma, & cuius auctoritate fiat, libr.1.tit.14. cap.2.nume.2. ſine his non venerandæ, eodem.

ſanctæ res quæ, lib.1.tit.3.cap.3.nume.5.

ſanctio legis quid, lib.1.tit.2.cap.9.nu.6.

ſandalia quod genus calceamenti, & cui permiſſa, lib.4.tit.8.c.4.in glo.

ſanguis infantis mixtus euchariſtiæ a Montanis impiiſſime, lib.1.tit.9.c.4.

ſarcinator vtens veſtimētis ſibi ſarciendis datis fur eſt, lib.4.tit.10.c.3.

Sarraceni qui, & vnde dicti, lib.2.tit.5.cap. 1.gl. permiſſum aliquando in Italia ſuis legibus viuere, eo.c.2.gloſſ.

ſatisfacere quid, & de ſatisfactione iniuriarum, lib.4.tit.9.cap.12.& ibi gloſ.

ſatisfactio quid, lib.1.tit.10.c.7.nu.1. quotuplex & propitiatoria & canonica quid, eo. num.2. opera ſatisfactoria quid, num.3.

Sauuegarde du Prince. lib.4.titul.9.cap.3. in gloſ.

ſcantinia lex de concubitu maſculorum, libr. 4.tit.14.c.8.glo.

ſcapulare quid monachis, libr.4.tit.8.cap.3. gloſſa.

ſchiſmata quæ fuerint in eccleſia, & ante ratione religionis & paſtoris vniuerſalis enumerantur, & notantur triginta, lib.2. tit.7.c.2.in gl.

Schiſmaticus quis, libr.1.titul.5.c.7.num.4. & gloſſ.

a ſchiſmatico ordinatus vt puniatur, libr.4. tit.3.c.2.

Schiſmatici qui dicantur, libr.2.tit.7.cap.1. nume.2. ſchiſma quid, eod. diuiſiones, eod. cap.2.

ſchiſmaticorum diuerſæ pœnæ, libr.2.tit.7.c. 3.iuncta glo.

Scholaſticus canonicus, lib.2.tit.9.c.5.nu.7.

ſcientia in delictis quomodo conſideratur, lib. 4.tit.15.c.6.iuncta gl.

ſcientia nobilitat hominem & parem facit facit natis ex nobilibus, lib.2.tit.8.c.4.

ſcribi debent acta iudicialia, libr.5.tit.1.cap. 5.num.3.

ſcriptura quomodo falſa dicatur & fiat, libr. 4.tit.11.cap.2.num.2.

ſcriptura abſentes teſtes non poſſunt teſtimonium dare, lib.5.tit.11.c.5.nu.7. ibi gloſſ. excipit priuilegium nobilium Auſtriæ & Bauariæ, & adde gloſ.

ſcriptura quæ & quare obliget, libr.3.titul. 12.cap.1.

ſcripturæ priuatæ & publicæ effectus & finis, & quæ in iudiciis probet vel non, in fauorem producentis vel contra alium vel ipſum, lib. 5. tit. 12. cap. 7.

ſcripturæ contrariæ productæ fidem ſibi derogant, lib. 5. tit. 2. ca. 8. num. 6.

ſcripturæ quibus exceptionibus reiici poſſint, lib. 5. tit. 12. c. 8.

ſcripturarum ſpecies, authenticarum & priuatarum quæ, lib. 5. tit. 12. cap. 2. de quib. fiant, eod. cap. 3.

ſcripturarum comparatio quomodo fiat, libr. 5. tit. 12. c. 8. iuncta gl.

ſcripturarum diuiſio in authenticas & priuatas, & quæ illæ ſint, libr. 3. titul. 12. cap. 1. num. 2. & quæ probent, eod gloſſ.

ſcripturis non adhibetur pari modo fides, nec omnibus aliquomodo, lib. 5. tit. 12. cap. 4. quando domeſticæ faciant fidem vel non, eod. nume. 2. inter quos & publicæ, eod. nu. 3. quomodo antiquæ renouentur, eodem nume. 4.

ſcriptum & non ſcriptum ius quid, & in quibus conſiſtat. lib. 1. tit. 2. c. 3. & ſeq.

ſcrutinium in ordinationibus faciendum eccleſiaſticis, lib. 1. tit. 13. c. 5. nu. 1. & ibi gl.

ſcrutinium quid, lib. 1. tit. 29. cap. 2.

ſeculare iudicium quid, libr. 5. titul. 1. cap. 2. nume. 2.

ſecularia negotia quotuplicia, & de quibus clerici immiſcere ſe debeant vel non, libr. 2. titul. 9. cap. 8. glo.

ſeditionis homicidium vel ſeditio, vt indicari debeat contra eos, qui adfuerint, libr. 4. tit. 13. cap. 3. gloſ.

ſeditionem concitans directe vel indirecte, quemadmodum puniendus, lib. 4. tit. 13. cap. 5. nu. 6.

Seigneur voué, *quis dicatur, lib. 2. tit. 8. cap. 5. gloſſ.*

ſeminis miſſio polluit eccleſiam ſed num idem cognita in eccleſia vxore dubitatur, lib. 1. tit. 4. c. 6. in gloſſ.

ſemiplena probatio non probat, li. 5. ti. 10. c. 4.

ſenatus habet ſecum clericos & eccleſiaſticos conſiliarios, lib. 5. tit. 1. c. 2. in gloſſ.

ſenatuſconſultum Trebellianum, de quibus diſponeret, lib. 3. tit. 22. c. 7. in gloſ.

ſententia ab arbitris quomodo ferenda, & de eius effectu, libr. 5. tit. 4. c. 9. & exſequenda, eod.

ſententia ex falſis lata retractanda interim valet, libr. 5. tit. 11. c. 9.

ſententia iudicis quid eſt, lib. 5. tit. 14. cap. 1. nu. 2. quod ea vel interlocutoria vel diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ, & alia quæ tranſit in rem iudicatam, eod.

ſententia excommunicationis, lib. 5. tit. 14. c. 1. in gloſ.

ſententia contra ius litigantis valet, ſi ab ea appellatum non ſit, non contra ius conſtitutionis, libr. 5. tit. 15. c. 1. nu. 1.

ſententia contra quos ferri ab aliquibus nequit, vt contra epiſcopum, contra abſentem, contra multitudinem, libr. 5. titul. 14. cap. 3.

ſententia de quibus a iudice ferri debet, & poſſit, vel non, libr. 5. titul. 14. cap. 2.

ſententia quando a iure ſeu canone, vel iudice, vel arbitro ferri dicatur, libr. 5. tit. 14. cap. 3.

ſententia ferenda iudicis quæ exigat, lib. 5. ti. 14. ca. 4. fiat mature in ſcriptis ſeruato ordine, &c. eodem.

ſententia nulla non eſt exſequenda, lib. 5. tit. 14. ca. 6.

ſententia ex quibus modis oppugnetur, & ſit inualida. lib. 5. tit. 14. cap. 7.

ſententia venalis nulla, lib. 3. ti. 14. c. 5. gl.

ſententiæ in arduis negotiis ſcripto egent, libr. 5. titul. 12. c. 3.

ſententiæ quæ non tranſeunt in rẽ indicatam, libr. 5. titul. 14. cap. 1. nume. 3.

ſententiæ iudicialis effectus, lib. 5. tit. 14. cap. 6. maxime quando a ſummo pontifice fuerit confirmata, eod.

ſententiæ nullæ quæ, & iniuſtæ & inualidæ, lib. 5. tit. 14. c. 7.

ſententiæ a qua nequit appellari, remedia, reſtitutio in integrum, ſupplicatio, retractatio, & de modo illorum, lib. 5. tit. 14. c. 8.

ſepeliri eccleſiaſtica ſepultura non debet ſe quoquo modo occidens, libr. 4. titul. 13. c. 5. num. 7.

ſepeliri vbi quis debeat, lib. 1. tit. 15. ca. 6. qui non debeant ſepeliri, lib. 1. titul. 15. cap. 7. nume. 1. 2. & 3.

ſepeliendi non ſunt eccleſiaſtica ſepultura raptores nolentes ſatisfacere, libr. 4. titul. 10. cap. 8.

ſepeliendi ius quibus eccleſiis competat, lib. 1. tit. 15. cap. 4. num. 1.

ſepelientes non ſibi debitum corpus ad reſtitutionẽ tenentur corporis & acceptorum, lib. 1. tit. 15. ca. 4. nu. 4.

Septennis puella cognita, libr. 3. tit. 21. cap. 7. gloſſ.

in ſepulcris ſupra Miſſam cantare vel conuiuari prohibitũ, li. 1. tit. 15. c. 5. nu. 2.

ſepultura denegatur vſurariis non reſtituentibus vel ſatisfacientibus pro vſuris, lib. 3. titu. 5. cap. 6. nume. 2.

ſepultura religioſum locum quomodo faciat, lib. 1. titul. 15. cap. 1. nu. 1.

ſepultura quibus denegatur, libr. 1. tit. 15. c. 7. & quomodo ſepulti exhumentur, reconcilieturque pollutum cœmiterium, eod. nume. 4.

ſepultura & ſepulcrum quid, lib. 1. titul. 15. cap. 2.

ſepultura eccleſiaſtica priuatur, cui vino ingredi eccleſiam prohibitum fuit, libr. 4. tit. 15. c. 4. nume. 1.

ſepultura tempore interdicti quibus permittitur, lib. 4. tit. 17. c. 2.

ſepultura priuatur ſoluere nolens decimas, libr. 4. titul. 15. cap. 4. gloſſ.

ſepulturæ eccleſiaſticæ rationes, lib. 1. titul. 15. cap. 8.

ſepulturæ tempore eccleſia interdicta, quid agendum, lib. 1. tit. 15. cap. 4. nume. 5.

ſepulturæ diſtinctio, in Prophanã, Caninam, Aſininam, & eccleſiaſticam, & quæ in eccleſiaſtica adhibeantur, libr. 1. titul. 15. ca. 3. num. 1. in familiarem, electam, conceſſam, maiorum, eod num. quando prohibitum ſepeliri in eccleſiis, eod. in glo. electio loci libera eod. gloſſ.

ſepulturæ & mortuariorum legitima & canonica portio debita eccleſiis & parrochialibus, lib. 1. tit. 15. c. 4. num. 2.

ſepulturam dans in eccleſia vel ſepulturæ accedens eorum, quos ſepeliri prohibent canones, qua pœna puniatur, libr. 4. titul. 5. cap. 5.

ſepulturam impedientes puniti, libr. 1. tit. 15. cap. 7. nume. 5.

ſepulturam eligere in aliqua eccleſia nemo poteſt a monachis vel aliis eccleſiaſticis voto vel pactione compelli, & pœna contra agentium, libr. 1. tit. 15. c. 5. num. 3.

ſepulturis, probibitum pro terra cœmiterii aliquid petere vel paciſci poſt conſecrationem non ante, ſaluis iuribus conſuetis quæ peti poſſunt, libr. 1. tit. 15. cap. 5. num. 1.

ſequeſter idoneus facultatibus & fide debet eſſe pro modo rei commiſſæ, libr. 3. titul. 8. cap. 7.

ſequeſtraria actio, libr. 3. tit. 8. c. 8.

ſequeſtratio iudicialis de quibus fieri poſſit, debeat vel non, libr. 3. tit. 8 cap. 3. & ibi rationes ſequeſtrationis, & cap. 6. gloſ. & penes quem, c. 7.

ſequeſtrationem beneficii violans quibus modis puniatur, libr. 3. tit. 8. c. 6.

ſequeſtrationem ſtatuit iudex, lib. 3. tit. 8. ca. 4. nume. 2. forma ſtatuendi, eod. c. 6.

ſequeſtrum quid, lib. 3. tit. 8. c. 2. nu. 1. ſequeſtrationis ſpecies, eod. num. 4.

Serapion ſenex idolis ſacrificauit, pœnituit nec mori ſine euchariſtia, lib. 1. tit. 9. ca. 8.

ſerica veſtis, quando & quibus prohibita & permiſſa, libr. 4. tit. 8. cap. 4. gloſ.

ſericeus pannus reiicitur a loco, vbi fit euchariſtiæ conſecratio, lib. 1. titul. 21. cap. 3.

ſeruiana actio, libr. 3. titul. 9. cap. 5. gloſſ.

ſeruus ex verberibus Domini mortuus, quomodo reum homicidii reddat dominum, lib. 4. tit. 13. gloſſ.

ſeruus & famuli cõmunicantes dominis excommunicatis, non ideo ſunt excommunicati, lib. 4. tit. 16. cap. 7.

ſeruus & ſeruitus quid, lib. 2. tit. 4. ca. 2. nu. 1. ſerui quibus modis fiant, eod. nu. 2.

*ſerui iniuriantis pœna, lib.4.tit.9.ca.8 nu.8.*

*ſerui in iure diuino & pontificio conſiderantur, non tamen ita vt iure ciuili, libr.2.tit.4.cap.5.non ordinantur inuitis dominis, eodem.*

*ſerui quieſcebant olim ab opere ſabbatho, & die dominica, libr.1.titul.19.cap.2.circa finem.*

*ſerui non ordinantur, lib.1.tit.13.c.6.nu.4.*

*ſeruorum cur cura habenda, lib.2.tit.4.cap.3.gloſ.*

*ſeruorũ obligatio ſuo & alieno nomine qualis, lib.3.tit.14.cap.8.gloſ.*

*ſeruis aliquando teſtari permiſſum, & de quibus & a quibus, lib.3.tit.22.c.4.gl.*

*ſeruitus debita an locari poſſit, li.3.ti.16.c.3.*

*ſeruitus impoſita Venetis a Clemẽte 5. ob rebellionem lib.4.tit.16.cap.6.gloſſ.*

*ſeruitus impoſita iure pontificio concubinis clericorum, lib.4.tit.14.c.7.gloſ.*

*ſeruitus impoſita pro pœna iure canonico, etiam vt in lib.4.tit.15.c.4.nu.9.& ibi glo. numerantur quidam caſus.*

*ſexus delinquentis diſtinguit pœnas, lib.4.tit.5.cap.6.*

*ſexus liber decretalium quando, libr.1.tit.1.c.1.nume.21.*

*ſignaturæ prouiſio de beneficio quid, lib.1.tit.28.cap.14.*

*ſigillum epiſcopi vel capituli facit fidem publicam.lib.5.titul.12,cap.2.iuncta gloſſ.*

*ſigillum inſtrumenti ex omni parte legibile eſſe debet vt probet, libr.5.tit.12.cap.5,*

*ſigillũ quale & quando etiam authenticum probet vel non, libr.3.tit.12.c..1.gl.*

*ſigillum non facit probatorium inſtrumentum, ſi illud legi non poſſit, libr.5.titul.12.nume.8.*

*ſignum aliquod,* La marque, *pro ſubſcriptione teſtis ignorantis literas, lib.5.titul.12.cap.5.glo.*

*ſignum in ſacramento quid, lib.1.tit.6.cap.2.nume.3.*

*ſimonia in vẽditione rerum ſacrarum & ſpiritalium, lib.3.tit.14.c.5.*

*ſimonia quomodo committatur in dandis ordinibus eccleſiaſticis, libr.1.tit.13.ca.5. in gloſſ.*

*ſimoniacus non ordinandus in clero, libr.1.tit.13.cap.6.num.4.*

*ſimoniaca ordinatio vt puniatur in ordinante ordinato & mediatore, libr.4.tit.4.cap.4.num.2.*

*ſimoniace ordinati & a ſimoniacis, & ſimoniace ordinantes, & in monachum & monialẽ recipientes ſimoniace & recepti quomodo puniantur, libr.4.titul.3.c.3.*

*ſimplicitati parcendum, & qui per ſimplicitatem dicantur delinquere, lib.4.titul.15.cap.6.gloſ.*

*ſocietas malorum inficit, libr.3.tit.17.cap.6.nume.1.punitur paritate ſæpe ſupplicii, eod.nu.3.*

*ſocietas quibus modis & conditionibus pactis & temporibus contrahi poſſit, & quod non fiat in æternum, nec tranſeat in hæredes, libr.3.tit.17.c.4.*

*ſocietas quis contractus, quid, & vnde dicatur, lib.3.tit.17.c.1.iuncta gloſſ.*

*ſocietas perſonarum & rerum, & de quibus fiat licite vel illicite, publica vel priuata, lib.3.tit.17.cap.2.*

*ſocietas viri & vxoris duplex perſonarum & bonorum, lib.3.tit.17.cap.2.gl.*

*ſocietas animalium quid ſit, & quando vſuraria, lib.3.tit.17.cap.2.gloſ.*

*ſocietas quibus modis ſoluitur, libr.3.tit.17.cap.5.*

*ſocietatis effectus & actio, lib.3.tit.17.cap.6. infamia fœdifragi, eod. aliæ pro ea ſoluta actiones, eod.gloſſ.iuncta pro diuiſione rerum.*

*ſocietatis lucri & damni diuiſio, quomodo æqualiter fieri debeat & dicatur, lib.3.tit.17.c.4.iunctis gloſſ.*

*ſocietatem qui contraherere poſſint vel non, lib.3.titul.17.cap.3.*

*ſocius defendendo ſocium inuaſum occidens num puniendus, libr.4.titul.13.cap.3.in gloſſ.*

*ſocii re communi vtentes quomodo nõ dicantur furtum facere, lib.4.tit.10.cap.6.*


*ſoñ*




*ſocii criminum quãdo teſtari poſſint, lib.11.cap.5.tit.11.c.4.*

*ſocii & amici Romanorum quidam populi & principes ex fœdere amicitiæ enumerantur, libr.3.tit.17.c.2.gl.*

*ſodalis quis dicatur, lib.3.tit.17.c.1.gloſſ.*

*ſolemnitatis defectus in inſtrumentis niſi obiiciatur non officit, & in antiquis interueniſſe præſumitur, lib.5.tit.12.cap.7.nu.3.*

*ſolus beneficium alioquin competiturum prohibet, lib.3.tit.17.ca.6.glo.*

*ſolutionis dilatoriæ exceptiones, li.5.tit.8.c.1.*

*ſonorum diuerſæ ſpecies, libr.1.tit.20.c.1.glo.*

*ſororis nomine habebant clerici mulieres ſubintroductas quæ prohibitæ, lib.2.tit.9.cap.8.nume.4.gloſ.*

*ſortilegium ſortilegi, magi qui, lib.4.tit.12.c.1.& quando ſapiant hæreſin, & a quo iudice iudicentur, eod.glo.diuerſæ ſpecies, & diuerſæ pœnæ, eod.cap.3.*

*ſortiariæ & ſortiarii qui, lib.4.tit.12.c.1.gl.*

*ſortiariæ falſo ſibi perſuadere a dæmone ſinunt ſibi adimi chriſma & baptiſmum, libr.1.tit.8.c.2.gloſſ.*

*ſorte diuiſione facta an reſtituatur minor, & an appelletur ab ea, libr.5.titul.15.cap.1.gloſ.*

*ſortes & earum iudicium aliquando permiſſa, aliquando prohibitæ, lib.4.tit.12.ca.2.pœnæ, ca.3.*

*ſortilegia fiunt per abuſum Miſſarum, & quomodo puniantur ſacerdotes, & qui ea faciunt, libr.4 tit.6.cap.3. circa finem, & in gloſ.*

*ſortilegia quædam manifeſtam habent hæreſin, & ideo ex inquiſitorum fidei ſunt iuriſdictione, lib.2.titul.6.cap.2.nume.3.& cap.6.eod.*

*ſpectacula publica & priuatorum conuiniorum clericis interdicta ne adſint, libr.4.tit.8.cap.6.quæ fieri in eccleſia poſſint. eod. nume.1.*

*ſpectacula tempore feſtorum, & diuini officii non edendæ, lib.1.tit.19.ca.3.in gloſ.*

*contra Spiritum ſanctum quæ & quare dicta peccata, lib.1.tit.10.cap.4.in glo.*

*ſpirituales pœnæ quæ eccleſiaſticæ, lib.4.titul.15.ca.1.num.2.*

*de ſpiritualibus pacta non valent ob ſimoniam, libr.3.tit.1.cap.5.iuncta glo.& ibi in quibus paciſci in his poſſit.*

*ſponſa quamdiu teneatur abſentem ſponſum exſpectare antequam alii nubat, lib.3.tit.20.cap.6.gloſſ.*

*ſponſæ quare non traduntur ſtatim ſponſis, lib.3.tit.20.cap.6.in fine.*

*ſponſam conſanguinei etiam diſſolutis ſponſalibus ex legitima cauſa nemo poteſt accipere in vxorem, lib.3.tit.1.ca.8.nu.2.*

*ſponſalia quomodo contrahi poſſunt inter præſentes, & abſentes, & per procuratorem, lib.3.titul.20.cap.5.*

*ſponſalia quid proprie, & quando etiam matrimonium contineant, lib.3.tit.20.ca.1.iunctis gloſſ.iunge & c.2.eod.*

*ſponſalia in ſeptimo anno ſponſorum contrahi poſſunt, libr.3.tit.20.cap.4.iuncta gloſ.*

*ſponſalia qui cõtrahere poſſint, li.3.ti.20.c.4.*

*ſponſalia de futuro habent effectum, vt cogantur promittentes ad matrimonium; ſunt tamen cauſæ, ex quibus diſſolui poſſunt, de quibus in lib.3.tit.20.cap.6.*

*ſponſalia initiant patrimoniũ, nuptiæ ratum faciunt, lib.3.tit.21.c.1.*

*ſponſalia inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam ad prohibendum matrimonium, lib.3.tit.20.cap.6.in fine.*

*ſponſalia cõſenſu ſponſorum perficiuntur, poteſt & pater pro filio impubere ſponſalia contrahere, & eum matrimonio deſtinare, ſed num filius aut filia teneãtur voluntatem patris ſequi, quæritur, & diſtinguitur, lib.3.tit.20.c.3.iunctis gloſ.*

*ſponſalia quid, libr.1.tit.12.cap.3.num.2.*

*ſponſalia die præſenti faciunt vacare beneficium a contrahente poſſeſſum, lib.1.titul.28.cap.4.*

*ſponſio quid, lib.3.tit.8.cap.2.nume.3.*

*ſponſio quid ſpecies fideiuſſoris, libr.3.tit.11.c.2.num.4.*

*ſponſionis repetendæ actio præſcrpitis verbis, libr.3.tit.8.cap.8.*

ſportulæ iudicibus, quæ & quantæ ſint prabendæ, lib. 3. titul. 14. cap. 5. glo.
ſpurius poteſt ordinari vel beneficio eccleſiaſtico donari, niſi cum diſpenſatione, & quis diſpenſet, lib. 4. tit. 2. c. 1. nu. 1. 2. 3. pœna illegitime ordinati, eod. nume. 4.
ſpurii qui, lib. 2. tit. 3. c. 1. nume. 4.
ſpurii non ordinantur, libr. 1. tit. 13. c. 6. nu. 4.
ſtationes, orationes quare dictæ, & quando ſtare orando & audiendo Euangelium oporteat, lib. 1. tit. 20. cap. 6. iuncta gloſ.
ad ſtatuas principis confugientem in inuidiam alterius vel perſuadens fugere, vt puniatur, libr. 4. tit. 9. cap. 8. num. 7.
ſtatuliberi qui, lib. 2. tit. 4. c. 1. in gloſ.
ſtatutum & legem in prouincia ſibi decreta facere poſſunt legati ſummi pontificis, libr. 5. tit. 3. c. 3.
ſtatuta ſe ſeruaturum iurans intelligitur de factis non de futuris, nec de præſentibus illicitis, lib. 5. titul. 13. cap. 6.
Stylus curiæ Romanæ pro iure non ſcripto, lib. 1. tit. 2. ca. 10. quid ſit, eod. ca. 13.
ſtipulatio quæ, lib. 3. tit. 10. c. 1. ſtipulationum diuiſio ſeu diſtinctio, eod. cap. 2. de quibus factæ valeant, eod, ca. 3. a quibus fiant vel non, eod. c. 4. de formula earum, eod. ca. 5. effectus & finis earum, eod. ca. 6.
ſtudere diebus feſtis, quomodo non prohibitum, libr. 1. tit. 19. cap. 3. in gloſ.
ſtudiorum cauſa abſentia, quando excuſet clericum vel monachum, libr. 2. tit. 9. cap. 9. iuncta glo.
ſtudiorum cauſa abſens an poſſit omittere officium diuinum, ad quod tenetur, libr. 1. tit. 20. cap. 5. gloſſ.
ſtuprum quid, lib. 4. tit. 14. c. 1. nume. 2. quomodo puniatur virgine matura aut immatura. eod. c. 3.
ſtupri puerorum pœna, libr. 4. tit. 14. c. 8. gloſſ. iuncta.
ſubdelegati qui, lib. 5. tit. 5. c. 2.
ſubdiaconi qui, & munus eorum, libr. 2. tit. 9. cap. 2. num. 7.
ſubhaſtationum rerum venalium ſolemnitates, libr. 3. tit. 14. c. 8. gloſſ.
ſubintroducta mulier quæ dicta & prohibita clerico, libr. 2. tit. 9. cap. 8. nume. 4. iuncta glo.
ſubſcriptio pro conſenſu rei ſubſcriptæ quibuſdam exceptis, lib. 3. tit. 13. iuncta gloſſ.
ſubſcriptionis effectus, lib. 5. tit. 9. ca. 4. nu. 3. iuncta gloſ.
ſubſtitutio fit in donationibus, lib. 3. tit. 19. c. 2. gloſſ.
ſubſtitutio quid, & eius ſpecies quinque, directa, vulgaris, pupillaris, exemplaris, compendioſa, reciproca, & obliqua vna fideicommiſſaria, & quæ ſint, lib. 3. titul. 22. c. 3. num. 2.
ſubſtitutio pupillaris poteſt fieri in legitima, & aliis bonis filiifamilias a patre, non autem fideicommiſſaria, lib. 3. tit. 22. cap. 6. iuncta gloſſ.
ſuperſtitionum magicarum ſpecies, libr. 4. tit. 12. c. 1. glo.
ſupplicatio contra ſententiam, cui & quando & quoties detur, lib. 5. tit. 14. cap. 8.
ſupplicationis & retractationis contra ſententiam differentia & concordantiæ, libr. 5. tit. 14. cap. 8. nume. 4. gloſ.
ſupplicationes ſeu proceſſiones eccleſiaſticæ, ſtatæ & imperatæ, & de introductione illarum, libr. 1. tit. 20. cap. 3. nume. 1. & 2. de cauſis ſupplicationum publicarũ Ethnicorum, eod. c. 8. in gl.
ſupplicio vltimo affecti an ſepeliendi, lib. 1. tit. 15. ca. 7. num. 3.
Surſeance de l'aſſignation, in citato non comparente die ſtato, quando non fiat, lib. 5. tit. 6. ca. 5. glo.
ſuſpenſio exſecutionis ordinis ante ætatem legitimam ſuſpecti, an fiat ipſo iure vel per ſententiam, lib. 4. titul. 2. c. 3. nu. 3.
ſuſpenſio maior & minor inter pœnas eccleſiaſticas, libr. 4. tit. 15. cap. 4. nu. 4.
ſuſpenſio eccleſiaſtica a quibus infligi poſſit, lib. 4. titul. 17. cap. 3.
ſuſpenſio pœna eccleſiaſtica, lib. 4. tit. 15. ca. 1.
ſuſpicionis cauſæ contra iudicem proponendæ quæ, libr. 5. tit. 1. c. 5. nume. 1.
ſymbola fidei quinque, & a quibus, & quare edicta, li. 1. tit. 1. cap. 3. num. 4. & alia conſilia, in glo.
Symmachi & Laurentii pontificum ſchiſma, libr. 2. tit. 7. c. 2. ſchiſmate 11.
Syndici ſunt procuratores vniuerſitatis vel corporum, libr. 3. tit. 18. c. 4.
ſyngrapha quid, lib. 3. tit. 12. cap. 2. gloſſ.
ſynodus œcumenica quæ, lib. 1. tit. 2. c. 6. nu. 1. prouincialis, eod. nume. 2. epiſcopalis, eod. num. 3. monachorum, eod. num. 4. & quæ in ſingulis tractari poſſint, eo. nu. 5.
ſynodi epiſcopales quæ & quando habendæ, li. 5. tit. 2. c. 2. gloſſ.
ſynodaticum quid, eod. gloſ.

T

TAbellarii delatores literarum ſtupri vel fornicationis quando puniendi, libr. 4. tit. 14. gl.
tabellione mortuo a quo tranſcribenda, & quomodo protocolla eius, lib. 5. tit. 12. nu. 3.
tabelliones prophanarum cauſarum & ſecularium eſſe non poſſunt ſacerdotes nec monachi, libr. 5. titul. 12. c. 4. nume. 5.
tabellionatus officium non poſſunt exercere impune in maioribus ordinibus conſtituti, lib. 4. tit. 8. cap. 9. in fin.
tabernas ingredi clericis regulariter prohibitum niſi peregrinantibus, libr. 4. titul. 8. cap. 1.
tabulis & ſchachis ludere clericis & epiſcopis prohibitum, libr. 4. titul. 8. cap. 6. gloſſ. iuncta.
tacens quando conſentire videatur vel non, libr. 3. tit. 13. cap. 3. glo.
Taciani hæretici de euchariſtia error, lib. 1. titul. 9. cap. 4.
talio pœna quæ, lib. 4. tit. 9. cap. 8. nu. 6. & ibi glo. in ſua litera.
talionis pœna quid, libr. 5. tit. 9. c. 4. nume. 3. gloſſ. iuncta.
talionis pœna quæ, libr. 5. titul. 9. cap. 7. iuncta gloſſ.
Tarentinorum ieiunium, lib. 1. tit. 18. c. 1.
taurorum ſpectacula pugnantium prohibita ſpectare clericis, libr. 4. tit. 8. cap. 6. gloſſ.
temerarium iuramentum quod eſt, lib. 5. tit. 13. c. 1. num. 6.
templum & ſacrificia & exercitium ſuperſtitionis, prohibita paganis & infidelibus, lib. 2. tit. 5. ca. 2. gloſſ. iuncta, de templo Iudæorum, eod.
tempus delicti commiſſi & vindicandi conſiderandum, libr. 4. titul. 15. cap. 6. iuncta gloſſ.
tempus quo non eſt permiſſum iurare, libr. 5. tit. 13. c. 2. iuncta gloſſ.
tempus iudiciorum tres partes habet principium, medium, finem, & quid in illis faciendum, lib. 5. tit. 1. cap. 2. nume 4.
tempus arbitrorum ſubducendum, a tempore diffiniendi litem vel proſequendi appellationem præfixum, lib. 5 tit. 4. cap. 8.
temporis in delictis conſideratio quid proficiat, lib. 5. tit. 9. cap. 4. nume. 3. iunctis glo.
tempus proſequendi appellationem, quando augeri vel minui poſſit, & a quo, lib. 5. tit. 15. cap. 8.
tempora obſeruanda in appellationibus interponendis petendi Apoſtolos, offerendi eos, & proſequendi appellationem ponuntur, libr. 5. tit. 15. cap. 4. gloſſ.
tergiuerſator quis ſit. lib. 5. tit. 9. cap. 7. nu. 4.
teſtari de quibus quis poſſit, lib. 3. tit. 22. c. 6.
teſtatus videtur qui in alterius arbitriũ voluntatem etiam retulit, lib. 3. titul. 22. ca. 2. in fine.
teſtamentum inſinuatum coram iudice vel principe vim habet, lib. 5. tit. 12. c. 8. nu. 3.
teſtamentum ſolemne ſcripturam exigit, libr. 5. tit. 12. cap. 3. nu. 6.
teſtamentum ſuum depoſuerunt apud Veſtales Iulius Caſar & Auguſtus, lib. 3. tit. 8. cap. 3. gloſſ.
teſtamentum in genere quid, & diuiſiones in diuinum, humanum, & huius in ſolemne, mancipatum, paganicum, militare, & codicillos, libr. 3. tit. 22. c. 2. nume. 1. & 2.
teſtamentum quæ contineat nempe inſtitutiones, ſubſtitutiones & legata, lib. 3. titul. 22. c. 3.
teſtamentum facere & diſponere qui probi-

hibeantur vel non, lib.3.tit.22.cap.4.vel natura vel ex prohibitione ciuili vel canonica,eod.

teſtimonium verbo & facti euidentia fit,lib.5.tit.11.c.2.

teſtamenti antiqui & noui diuini differentiæ,lib.3.tit.22.cap.2.gloſ.

teſtamento faciendo quæ requirantur in ſolemni vel nuncupatiuo,militari.iure ciuili aut Pontificio quot teſtes,& ſimilia,libr.3.tit.22.cap.5.

teſtamenta vſurariorũ quando non valeant, libr.3.tit.5.cap.6.nu.3.

teſtamentorum & aliarum vltimarum voluntatum effectus.lib.3.tit.22.cap.7.

teſtimoniorum effectus,libr.5.tit.11.cap.8.

teſtes quare dicti,lib.5.tit.11.ca.1.

teſtis ſingularis non probat,lib.5.tit.11.ca.8.nume.5.

teſtes pro diſſolutione matrimonii ob conſanguinitatem duo debent iurare,lib.3.titul.21.cap.13.

teſtis vnus non probat maxime contra matrimonium,dicẽs eſſe conſanguinitatem perfectum contra antè perfectionem, libr.3.tit.21.c.13.iuncta gloſ.

teſtis examinatus quando iterum examinari poteſt,lib.5.tit.11.cap.3.vel corrigere dictum ſuum,eod.

teſtis non deponit efficaciter,niſi ſuper his de quibus iurauit ſe dicturum veritatem, libr.5.titul.11.cap.3.

teſtis vacillans & ſibi contrarius reiiciendus vt ſuſpectus de falſo,lib.5.titul.11.cap.4.iuncta gloſſa.

teſtes in inſtrumentis deſiderati, non in actis publicis,libr.5.tit.12.cap.7.iuncta gloſſ.

teſtes non ſunt generaliter producendi niſi lite conteſtata,& quando aliter,lib.5.ti.11.cap.5.

teſtes debent eſſe vocati non ſponte ſe offerre, iurati,& de iuramento illorum etiam regularium, niſi remittatur præſtando,libr.5.tit.11.c.5.num.3.

teſtes quomodo interrogari debent, libr.5.tit.11.ca.5.num.5.& quomodo ipſi debent reſpondere,rationemq́ reddere,eod.nu.7. ibiq́ quomodo non poſſint per ſcripturam teſtari de iure communi,iunge gloſſam.

teſtes contrarii ad concordiam ſi fieri poſſit reducendi,libr.5. cap.11.c.5.

teſtes coram quib. produci & audiri debent, libr.5.titul.11.cap.6.

teſtes temere euocans vel vexans puniendus, libr.5.tit.11.c.7.nume.2.

teſtes quando duo,vnus,vel plures exigantur, libr.5.tit.11.cap.8.

teſtes cogi poſſunt ad dicendum teſtimonium, potiſſimum cum aliunde non poſſet erui veritas, .lib.5.tit.11.cap.7.num.1.

teſtes ad dicendum vel non dicendum teſtimonium pecuniam accipientes,quib.pœnis ſubiiciantur,& qui dederint, lib.3.tit.14.cap.5.gloſ.

teſtes ſocii & excommunicati in quibus criminib.audiantur contra ſocios criminum, libr.2.tit.6.nu.6.iuncta glo.

teſtes quot requirantur in teſtamentis docetur ratione diuerſarum perſonarũ teſtantium & locorum, lib.3.tit.22.c.5.iuncta gloſſ.

teſtes varii præſumuntur falſi,libr.4.tit.11.c.5.gloſ.iuncta

teſtes adhibentur dubiis non claris, libr.5.tit.11.cap.3.

teſtes qui eſſe poſſint vel non,lib.5.tit.11.c.4.

teſtes poſt publicatis atteſtationibus quando recipiendi vel non & de quib. lib.5.tit.11.ca.3.iuncta gloſ.

teſtium falſorũ pœna, lib.4.tit.11.c.5.nu.2.

teſtium nomina & dicta ab inquiſitoribus edenda ſunt his, contra quos inquiritur, lib.5.tit.9.ca.4.num.6.

teſtium diſtinctio, vt alii probantes, ſingulares falſi corrupti cõtrarii.ſuperior Deus, interior conſcientia, exterior alius, de quo in iudicio libr 5.tit.11.cap.2.

teſtium productio ter fieri, & quater ante teſtationes publicatas quando poſſit,lib.5.ti.11.cap.5.nume.6.

teſtium multitudo eſt refrenanda,lib.5.titul.11.c.5.num.6.





teſtium falſorum pœna & eorum, qui falſos procurant & inſtruunt ſiue ſint perſonæ eccleſiaſticæ vel laicæ, & quod Deum iudicem partem lædat,libr.5.tit.11.ca.9.

teſtium contra inſtrumenta an in fide contraria præualeant,libr.5.titul.12.cap.8.num.5.

teſtium in cauſa quæ obſeruanda, lib.5.titul.11.cap.5.

teſtibus opponi quando poſſunt crimina vt reiiciantur, & effectus eius oppoſitionis, lib.5.tit.9.cap.6.nume.4.

teſtibus probatio fit,libr.5.titu.11.ca.1.

Themethlici qui & perſona eorum, quomodo viles & infames,libr.4.titul.8.cap.6.gloſ.iuncta.

theſaurarium prouinciæ eccleſiæ Romanæ intrans quomodo puniatur,lib.4.tit.13.c.5.nume.6.

Theſeras Arabum dux coegit Chriſtianos a Iudæis ad impietatem Mahumeticam, lib.2.tit.5.c.2.gl.

Theodoſius publicam egit pœnitentiam, & quare iuſſu ſancti Ambroſii,lib.1.tit.6.c.3.iuncta gloſ.

thorus coniugalis non poteſt inter coniuges, vt debitum eius denegari,caſus tamen referuntur, in quibus thorus, iuncto altero ex coniugibus ſeparatur, lib.3.tit.21.cap.15.nu.4.& ſeq.& cap.5.ponitur reconciliationis forma.

titulus clerici non eſt beneficium proprie,lib.1.tit.27 c.6.nu.1.

titulus cur requiratur in ordinandis aut beneficium,lib.1.tit.12.cap.7.

toga clericorum,& aliorum & pallium, quomodo libr.2.tit.9.cap.7.gloſſ.quibus apud Romanos conceſſa,eod.

toga clericalis quæ,libr.4.titul.8.cap.2.gloſſ.& quomodo Romani, & quando ea vſi, eodem.

tonſura prima non datur omnino illiteratis, libr.4.tit.2.cap.4.

tonſura capillorum quando olim probata,& reprobata, quando ad pœnam, quando ad ornatum,libr.2.tit.9.c.7.gloſ.

tonſuræ & habitus clericalis omiſſio, quando priuat priuilegio clericali clericum, lib.2.tit.9.c.2.gloſ.

tonſuram non deferens clericus coniugatus quæ priuilegia amittat,libr.2.titul.9.cap.7.gloſſ.

tonſuram non deferentes clerici non vtuntur clericali priuilegio,lib.4.tit.8.c.5.

τοπογήρητες qui, libr.5.tit.2.c.4.glo.

traditiones eccleſiæ vnde,lib.1.titul.1.cap.1.num.6.

Traiani lingua poſt mortem baptizata, libr.1.tit.7.c.6.gloſ.

tranſactio quid,lib.3.tit.3.c.1.diuiſio, cap.2. generalis, ſpecialis, perſonalis, realis, &c. eod. de quibus iure Pontificio fieri prohibeatur,eod.ca.3.

tranſactionis vis irreuocabilis altero contrahentium, vel eo cuius intereſt, repugnante,libr.3.tit.3.cap.6.

tranſactionis vis & efficacia, lib.3.tit 3.c.6.

tranſactionem altero contrahentium non ſeruante quid agendum ſit,lib.3.tit.3.cap.gloſſ.6.

tranſigendi forma & tranſactionis confirmatio maior,lib.3.tit.3.c.5.

tranſigere de quo crimine liceat tantum iure ciuili, & nullo iure pontificio,& quare,lib.3.titul.3.cap.3.gloſ. qui poſſint tranſigere, & qui non poſſint, eod.cap.4.

tranſigi de lite iudicata non poteſt niſi appellatione interpoſita, libr.3.titul.3.cap.3.gloſ.

Trebellianica quarta, & quando debeatur, lib.2tit.2.cap.7.nu.2.iunge gloſſam, vbi & de origine.

trenga quid & diuerſæ ſpecies, conuentionales & canonicæ,libr.3.titul.1.cap.5.gloſſ.iuncta.

tributi præſtatio aliud etiam quam ſubiectionem probare poteſt, libr.5.titul.10.cap.4.gloſ.iuncta.

Trinitatis Sanctiſſimæ feſtum, quare non ex præcepto, ſed conſuetudine celebretur, libr.1.tit.19.cap.2.in gloſ.

triremibus delinquentes clerici in Italia ad-

iudicantur,lib.4.titul.15.cap.4.nume.9. in gloſſ.

triticum in herbis prohibitum vendere,lib.3. tit.14.c.4.gloſ.iuncta.

tubæ voce ſit citatio,libr.5.tit.6.c.5.

Turcæ vnde dicti, & quæ ſit eorum gens, libr. 2.tit.5.ca.1.gloſ.

tutus locus & ab inimicis & morbis graſſantibus debet aſſignari citatis litigantib.lib. 5.tit.6.c.4.iuncta glo.

V

VAcatio beneficiorum quibus modis inducatur, & primum ipſo iure ex delicto,libr.1.tit.28.c.3.nu.3.ex quaſi delicto,eod.c.4.per ſententiam,eod.cap.5.ipſo facto tantum, eod.cap.5. ipſo iure & facto ſimul,eod. cap.7.

variæ ſuperſtitiones magicæ & ſortilegæ enumeratæ,in lib.4.titul.12.cap.1.gloſſ.pœnæ, cap. 3.

vaſalli quando a fidelitate domini cenſentur abſoluti,ob eius hæreſin vel exilium, lib.2. tit.6.cap.5.iuncta gloſ.

vdones quale genus imperatorii calceamenti, libr.4 tit.8.cap.4.

velamen mulierum duplex, lib.3.tit.21.cap. 1.gloſſ.

venalium rerum quotidiano victui neceſſariarum præpoſiti,libr.3.tit.14.cap.7.gloſſ. iuncta.

venatio clericis & monachis quæ interdicta, lib.2.tit.9.c.8.iuncta gloſ.

venatores,epiſcopi,aut monachi,aut aliæ perſonæ eccleſiaſticæ puniantur, & quod venatoria ars ſit peſſima,& qualis,& quibus permiſſa,libr.4.tit.8.cap.8.

vendere vel emere nemo cogitur certis caſibus exceptis,lib.3.tit.14.c.7.glo.iuncta.

vendens duobus in ſolidum falſarius eſt,libr. 4 titu.11.cap.2.gl.iuncta.

vendita res duobus ad quem pertineat dominium,libr.3.titul.14.cap.9.glo.

venditi actio pro quibus competat venditori, lib.3. tit.14. cap.9.nume.2.& ibi gloſſ.

venefici homicidæ,libr.4.tit.13.cap.3.

ver ſacrum votum quid,lib.3.tit.1.cap.3.gl.

verberare & percutere quid,libr.4.tit.9.cap. 3.gloſſ.

verberatio inter pœnas canonis clericorum, lib.4.tit.15.c.4.nume.9. & qui verberari poſſint ex clericis vel non a ſuperioribus, eod.gloſ.

verbum habebo etiam præſens tempus in verbis nuptiarum ſignificat,lib.3.tit.21.c.5.

verbum duplex interius & exterius,lib.1.tit. 20.c.1.nu.3.

verbi Dei prædicatio vis & effectus,lib.1.tit. 22.cap.7.

verba dubia matrimonii quomodo intelligēda ſint,libr.3.tit.21.c.5. & ſi iocandi cauſa dicantur,eod.gloſ.

verba obſcura obligationis, quomodo & contra,quem ſint explicanda.lib.3.tit.10.ca. 6.nume.2.

verborum obligatio quid,lib.3.tit.10.cap.1. quomodoq; in iure pontificio conſiderata ſine ſolemnitate,eod.

veritatis iuramentum quid, libr.5.tit.13.ca. 1.nume.6.

veſtales non poterant poſſidere res temporales nec ſuccedere proximis, lib.1.titul.2.cap. 4.gloſſ.iuncta.

veſtis virgata quid, libr.4.tit.8. cap. 2. gloſſ. quid partita,eod.gloſ.

veſte virili an liceat vti mulieri, libr.4.titul. 8. capit. 4. gloſ. qua alia vti debet, eodem gloſſa.

veſtes & ornatus & caligæ quæ prohibentur, aut permittuntur clericis, manachis,epiſcopis, aut aliis perſonis eccleſiaſticis, libr. 4.tit.8.cap.2.

veſtes muliebres non debent conuerti in ornatum eccleſiaſticum vel caſulam, libr.1.tit. 21.cap.4.gloſſ.in fin.

veſtium colores qui prohibiti clericis, libr.4. tit.8.c.2.in textu, & gloſſa.

veſtibus vtens alienis, quando iniuriarum nomine tenetur,libr.4.tit.9.cap.3.

veſtimenta alterius,luto,cœno,vel alio modo coinquinans vel rumpens, qua actione teneatur,lib.4.tit.9.cap.3.iuncta gloſ.

vica-



vicariatus temporales non ſunt beneficia, lib. 1.tit.27.c.6.nume.8.

vicarius alius epiſcopi in ciuitate diuerſi idiomatis,libr.3.tit.12.cap.4.

vicarii prælatorum ſibi perſonatus tribuentes, quomodo puniantur, libr.4.tit.11.cap.7. nume.5.

vicarii epiſcoporum conferre debent beneficia epiſcopatus vacantia, dum ſunt intra diœceſin non extra, epiſcopus etiam extra, libr.1.tit.28.cap.11.in gl.

vicarii generales pontificum,libr.2.tit.9.cap. 3.nume.4.

vicariorum epiſcopi, & ſummi pontificis Romæ,quæ poteſtas, & ad quæ extendatur, lib.5.tit.2.cap.3.

vicedominus epiſcopi quis,libr.2.tit.9.cap.5. iuncta gloſſ.

vicegerēs iudicis vel alterius,quomodo differt a delegato,lib.5.tit.5.ca.1.gloſſ.

vicini præſumuntur ſcire facta vicinorum, libr.5.tit.10.cap.5.nume.2.

vigiliæ feſtorum quare ita dictæ,libr.1.tit.18. c.3.nume.4.& ibi de illarum ieiuniis.

villæ muratæ beneficia & non muratæ quæ, lib.1.tit.27.c.2.num.4.

vindicatio rei furtiuæ extra pœnam dupli vel quadrupli,libr.4.tit.10.cap.7.glo.

vindicatio rei cui detur,lib.4.tit.10.c.7.gl.

vindiciæ & momentanea poſſeſſio quid, libr. 3.tit.8.c.7.iuncta glo.

vinolentus quis dicatur, lib.4.tit.8.c.1.in gl.

vinum & eius aſſiduitas vitiorum cauſa,lib. 4.tit.8.cap.7.glo.

vinum & aqua quid ſignificant in calice euchariſtiæ,libr.1.tit.9.c.4.iuncta glo.

violenti clerici pœna,libr.4.tit.10.c.8.

vir vnde dictus,lib.2.tit.1.c.3.glo.

virgata veſtis quid,lib.4.tit.8.c.2.glo.

virginem conſtuprantis pœna,lib.4.titul.14. cap.3.

virigild Longobardorum mulcta eſt pecuniaria,libr.4.tit.13.cap.5.num.1.gloſ.

virginitas ex conſilio non ex præcepto, libr.1. tit.12.c.4.

viſcellia lex,lib.4.tit.11.c.2.iuncta gl.

viſitandi & reformandi moniales formulæ, libr.4.tit.8.cap.4.gloſ.

viſitatio & procuratio epiſcopi onus & debitum,libr.5.titul.2.cap.2.in fine.

viſitationis impenſæ ſeu procurationes taxatæ, lib.5.tit.2.cap.2.gloſſ.

viſitatores eccleſiarum ab illis debent nutriri, lib.3.tit.14.cap.5.gloſ.

vita anteacta arguit præſentem & futuram, lib.5.titul.10.cap.5.num.2.

vita clericorum debet eſſe ſeparata a modo viuendi ſecularium & laicorum,lib.4.tit. 8.cap.6.

vltimarum voluntatum effectus, & exſecutio habet compulſionem epiſcopalem, &c. libr.3.titul.22.c.7.

vltimarum voluntatum 8.ſpecies,libr.3.tit. 22.cap2..gloſ.

vnctio bis ante baptiſmū, & bis poſt in Chriſtianis,lib.1.tit.8.cap.1.vnctio calicis perſonarum eccleſiaſticarum,& regum quib. oleis fiat,eod.cap.3.num.6.

vnctionis extremæ ſacramentum quid,lib.1. tit.11.c.1.

vnguenta odorifera non licet ferre eccleſiaſticis,lib.4.tit.8.c.2.

vnio epiſcopatuū & diſtinctio ad ſolum pertinet Papam, non ad eius etiam legatos de latere, & quas vniones illi beneficiorum poſſint agere, libr.5.titul.3.cap.3. iunctis gloſſ.

vnio quomodo exſtinguat beneficia,lib.1.tit. 27.cap.11.nu.2.

vnus teſtis facit ſemiplenam probationem,lib. 5.tit.11.c.8.gl.

vocari in ius qui poſſint & vocare, vel non, libr.5.titul.6.cap.4.vt vocandi ad locum tutum,honeſtum,&c.eod.

vocatio in ius initium actionum eiusque neceſſitas,lib.5.tit.6.cap.1.& ibi gloſſ. quotuplex,cap.2.iuris,hominis,generalis,ſpecialis,verbalis,realis prehenſio,vocatio in perſona,eod.

voluntarium iuramentum iudiciale quod delatum a parte,libr.5.titul.13.cap.1.nume.6.

*voluntas diſtinguit maleficia, vitia & virtutes, li.4.ti.9.c.7.gloſſ.*

*voluntas in homicidio puniendo maxime cõſideranda, lib.4.tit.13.cap.4.*

*voluntas & poteſtas in omnibus actibus conſideranda, lib.3.tit.13.cap.5.& ibi gloſ.*

*voluntas quando dicatur in conſenſum vel diſſenſum peruenire, & quando neceſſario implenda vel conſideranda, libr.3.tit.13. cap.5.nume.1.*

*voluntatum vltimarum 8.ſpecies, libr.3.tit. 22.c.2.glo.*

*voluptatum tribuni qui, lib.4.titul.8.cap.6. in gloſ.*

*voluptatum tribuni qui, quive ſpectacula voluptatum ederent, lib.4.tit.8.cap.6 glo.*

*votum quid, & quomodo tribus gradib. perficiatur, lib.3.tit.2.c.1.*

*votum ſolemne & ſimplex quid, lib.3.titu.2. cap.2.item pure emiſſum & conditionaliter, eod.*

*votum quid, lib.1.tit.23.cap.1.in gloſ.*

*votum quod impedire matrimonium cõtrahi poſſit, vel contractum diſſoluere, libr.3. titul.21.cap.9.*

*votum promiſſum alius pro alio implere poteſt, lib.3.cap.7.gl.*

*voti forma, libr.3.tit.2.cap.5.*

*vota oblationesve arboribus & fructib. offerre paganico more qua pœna vindicetur, lib.4.tit.12.gloſſ.*

*vota obligant & habent coactionẽ niſi diſpenſetur, & quis diſpenſet vel commutet, &c. lib.3.tit.2.cap.7.*

*vota publica apud Ethnicos Romanos præeunte pontifice verbis conceptis facta, lib.3. tit.2.c.5.gloſſ.pro quibus fiant, eod.c.6.*

*vota pro malo & bono, ſed illa reſcindenda, libr.3.tit.2.cap.3.iuncta glo.*

*vouentur res, perſonæ actus, lib.3.tit.2.cap.3.*

*vouere qui poſſint vel non, lib.3.tit.2.cap.4.*

*vſucapio non fit de re furtiua, lib.4.tit.10.ca. 7.gloſſ.*

*vſura inter rapinas probibitas, lib.4.tit.10.c. 2.num.7.*

*vſura quid, libr.3.tit.5.cap.2.quotuplex, c.3.*

*vſuræ pretii non ſoluti rei emtæ, quando peti poſſunt vel non, libr.3.tit.14.c.9.gl.*

*vſuræ neque faciendæ ſunt ſub obtentu redimendi captiuos, vel ad vtilitatem ſtipendiorum eccleſiaſticorum, lib.3.tit.5.c.5.*

*vſuræ prohibitæ in mutuo non in aliis contractibus alia ratione petitæ, & in quibus, libr.3.tit.5.cap.4.quare autem potius in mutuo prohibitæ, vide ibid.gloſ.*

*vſuræ iure diuino & pontificio prohibitæ, & qui aſſerit non prohibitas vt hæreticus puniendus, lib.3.tit.5.cap.1.& ibidem quomodo & quatenus iure ciuili permiſſæ fuerint, iunctis gloſſ.*

*vſurarum cognitio vtriuſq; fori & ſecularis & eccleſiaſtici, libr.3.tit.5.c.6.nu.3.gloſſ.*

*vſuras permittẽtes principes & ciuitates grauioribus puniuntur pœnis excommunicationis, & interdicto terrarum, donec vſurarios ſuſtinuerint, lib.3.tit.5.cap.6.nu.4.*

*vſuras conductor penſionis non ſolutæ debet, lib.3.tit.16.cap.6.*

*vſuras omnibus priuatis & capitulis & vniuerſitatibus & ciuitatibus accipere prohibitum, & iuramentum de ſoluendis a debitoribus datum, quomodo remittatur, & quomodo repetatur, libr.3.tit.5.cap.5.*

*vſuras enormes Chriſtianis Iudæi coguntur remittere, libr.2.tit.5.c.4.*

*vſuras dare non eſt peccatum, ſed accipere, lib.3.tit.5.cap.1.*

*vſurarius locare ſibi debitum nequit vſum, vſufructuarius poteſt vſumfructum, libr. 3.tit.6.cap.3.*

*vſurarius non ordinatur in clero, lib.1.tit.13. cap.6.nume.4.*

*vſurarii manifeſti qui dicantur, libr.3.tit.5. cap.6.num.5.*

*vſurariorum pœna, lib.4.tit.10.ca.8.*

*vſurariorum pœna, lib.3.tit.5.cap.6.*

*vſurarios ſuſtinentes reſpublicæ interdicto ſuppoſitæ eccleſiaſtico ipſo iure, lib.4.titul. 17.c.1.nu.3.*

*vtens re aliena vt pignore fur eſt, lib.4.titul. 10.cap.3.*

*vxor marito, & contra maritus vxori ſub-*

*trahens*

*hens non tenetur furti, lib.4.tit.10.cap.6.*

*vxor maritum accuſare poteſt de adulterio, libr.4.tit.14.cap.2.*

*vxor marito excommunicato communicans, vel contra, non incidit in excommunicationem, lib.4.tit.16.c.7.*

*vxor iure ciuili non accuſat maritum de adulterio, iure pontificio contra, lib.5.titul.9. cap.5.*

*vxor abſente per quodcunq; tempus marito, tenetur eum exſpectare vel nuntium certum de eius morte habere, antequam poſſit alteri nubere, lib.3.tit.21.c.8.nume.2.*

*vxor & maritus num poſſint filiũ proprium baptizare, & num compatres eſſe poſſint, lib.1.tit.7.ca.7.glo.*

*vxoris complexus, quando euitandi ſunt, vel ab iis abſtinendum, & ex quibus cauſis ob reuerentiam ſacramentorum orationis, &c.lib.3.titul.21.cap.15.gloſſ.*

*vxoris iniuria vindicari poteſt a marito, & quando non, lib.4.ti.9.cap.6 iuncta glo.*

*vxoris & viri ſocietas duplex, perſonarum, & ex contractu bonorum, lib.3.ti.17.c.2.gl.*

*vxorem expellens poteſt eam etiam poſtea inuitam repetere, lib.3.tit.21.c.15.gl.*

*vxorem alterius accipiens vel deſponſans viuente marito, quando poteſt eo mortuo ducere, lib.3.tit.21.c.14.*

*vxorem ducens diaconus, ſubdiaconus, preſbyter, quibus pœnis puniantur, libr.1.tit. 12.c.4.iuncta gloſ.*

*vxorem ducere, quando & quomodo licuit Græcis ſacerdotibus, lib.1.titul.12.cap.4. quando & in eccleſia Romana, eodem numero 6.*

*vxores ſe ſeparantes vel detentæ inuito marito ab eo repeti poſſunt inuitæ, & contra maritos ab vxore, exceptis caſibus quibuſdam, libr.3.tit.15.cap.15.nume.3.& ſequentibus.*

*vxores occidentibus interdictum aliis ſe coniungere, lib.3.tit.21.c.7.nu.5.*

*vxores duas nemo accipere debet, & ſecundum matrimonium poſt primum ipſo iure, nullum, & debet redire ad primam vxorem, qui cum ſecunda de facto contraxit, lib.3.tit.21.c.8.nume.2.*

*vxores permittere voluit presbyteris Henricus quartus Imperator, cui ſe oppoſuit Gregorius 7.ſummus pontifex, lib.2.tit.7.c.2. ſchiſmate 26.*

*vxorum caput quare velabatur, lib.3.tit.21. cap.1.gloſ.*

F I N I S.

Imprimebatũr in Officina Paltheniana, Anno ſalutiferi partus 1595.